

Inter libros
Josephi Mariæ Paraſcandolo
Antecessoris Regii
A L X

Digitized by Google

BIBL. NAZ.
Vitt. Emanuele III
165
K
23

Digitized by Google

JURIS PONTIFICII
SUMMA, SEU INDEX
COPIOSUS,

CONTINENS

Concluſiones, ac Summam omnium materiarum,

QUÆ

Exponuntur in Textu, & Gloſſis totius Juris Canonici, Concilii Tridentini, in Regulis Cancellariæ, & quibuſdam Bullis Extravagantibus,

MAXIMA DISTINCTIONE CONTEXTUS.

AUCTORE

STEPHANO DAOYZ

PAMPILONENSI PATRICIO,

Et Rectore Collegii Majoris Sancti CLEMENTIS, & Canonico Profeſſo Regulæ Sancti AUGUSTINI Eccleſiæ Cathedralis.

In hac Editione accuratè recognitus, & emendatus.



MEDIOLANI, MDCCXLV.

Sumptibus Jo. Baptiſtæ Cetti ſub Signo Deiparæ Virginis.

SUPERIORUM PERMISSU,

AC PRIVILEGIIS.



ILL.^{MO} AC REV.^{MO} DOMINO DOMINO

DON ANTONIO BILIÆ

S. R. I. MARCHIONI, COMITI, ET FEUDATARIO SERONI,
GLAREOLARUM, ET CAMPALESTRI, EX COLLEGIO
DD. JUDICUM, COMITUM, ET EQUITUM
EX.^{MÆ} CIVITATIS MEDIOLANI,
PROTONOTARIO APOSTOLICO PARTICIPANTI,
ATQUE SACRÆ CONSULTÆ PONENTI.

JOANNES BAPTISTA CETTI BIBLIOPOLA

S. P. D.

VIx iterum ſupponendam prelis curaveram Editionem alteram librorum, quos de *Jure Civili* compoſuerat olim Celebratiſſimus *J. C. Stephanus Daoyz* noſtris hiſce temporibus eo magis deſideratos in tanta exemplorum raritate, quo longa experientia & in Scholis, & in Foro probatum eſt, neminem in immenſa propemódum Scriptorum turba veræ Juriſprudentiæ theſauros felicius aperuiſſe, atque commodius, rebus omnibus in Commentario ſuo, eximia diligentia, & ordine ſimpliciſſimo diſpoſitis, atque indicatis perpetuo purioribus legum fontibus, unde melius quam à Forenſium deliriis Juris artem ſibi quiſque facillime comparare poſſit. Vix

inquam libros eos in vulgus emiſeram, cum undique allatæ ſunt literæ, quibus ad parem editionem inſtruendam aliorum, quos ille de Jure Canonico ediderat, aſſidue ſollicitabar; & licet anguſtia temporum, quibus de familiæ potius, quam de ſtudiorum ratione cogitandum eſt, manus ab opere cohiberet, vinci me tandem ab aliorum deſiderio ſum paſſus, blandiente ſpe futurum, ut ſedatis quantocitius bellorum procellis, pacatiſque rebus publicis Literatorum hominum curæ priſtinam in ſortem ſint redituræ, ac librorum commercio reſtituto, emolumenti quidquam à longo labore, atque impenſis expectare poſſim, ac Doctorum Virorum gratiam ob operis editionem, cui à commodo atque utilitate pretium eſſe non exiguum nemo negaverit.

Primum igitur de novo eligendo Patrono cogitavi: mos enim non tantum apud ipſos librorum Auctores, verum etiam apud Editores, ac Typographos invaluit, ut publica officii actione Clariſſimorum Virorum animos in ſe convertant, quo præſidio veluti quoddam probati operis teſtimonium exhibeant, ac Mecœnatum inſcriptis nominibus, judicii auctoritatem apud ceteros magnifaciendam præſeferant. Ob eam ſane rationem digniorem TE PRÆSUL ILLUSTRISSIME ac REVERENDISSIME vel operi probando, vel auctoritate nominis æſtimando, me numquam invenire potuiſſe facile mihi perſuadeo: Sacris enim addictus in Romana Curia, Studiis Canonici Juris, & Eccleſiaſticæ antiquitatis, pro munere tuo, ſummopere delectaris, & non apud noſtrates Mediolanenſes tantum, ſed in Urbe Roma, quæ maximum eſt dignitatibus theatrum, antiquæ fulgens nobilitatis, & illuſtrium cognationum radiis, accedentibus virtutum tuarum meritis, quibus ita poſcentibus à juvenili jam ætate per honorum, & munerum gradus aſcendens, ad ſummos optimo jure contendis, eoſque brevi TE ſuperaturum ominor, auctis domeſticis faſtis, in quibus plures è TUA GENTE BILIA Eccleſiaſticis dignitatibus decoratos fuiſſe legimus, inter quos temporis antiquitate, rerumque geſtarum magnitudine præſtat ANSELMUS Mediolanenſis Archiepiſcopus, qui Lotharium Ludovici Pii filium Italiæ Regem in Oppido Modoetiæ coronavit ab Hiſtoricis ejus ævi celebratiſſimus. Poſterioribus deinde temporibus Comes MELCHIOR BILIA Pio IV. Pontifici Maximo apprime carus, inter Prælatos, quos vocant Domeſticos, & Protonotarios Apoſtolicos allectus, & mox cum poteſtate Legati à latere ad Maximilianum Imperatorem Nuncius, ob egregie navatam operam à D. Carolo Borromæo laudatus, eique amicitia conjunctiſſimus, quod & præſtitit Cardinalis Alexandrinus, & Sereniſſima Catharina Poloniæ Regina, ut ipſæ autographæ probant epiſtolæ amoris & laudum plenæ, quæ apud ILLUSTRISSIMUM COMITEM D. GASPAREM Fratrem Tuum extant adhuc in Archivo Paternæ Domus.

Duo præterea Ticinenſes EPISCOPI COMES JOANNES BAPTISTA, & COMES FRANCISCUS, quem ſimilitudine dignitatum in Romana Curia repræſentas; is etenim utriuſque Signaturæ Referendarius, & Marchiæ Anconitanæ Gubernator, ut ajunt, ad Epiſcopalem infulam elatus eſt. TU vero poſt exactum in eodem Tribunali munus illud, Provinciam Romandiolæ, ſeu Ravennatis ditionis in ipſo ætatis flore PRO-LEGATI poteſtate adminiſtrandam ſuſcepiſti; ac re feliciter acta, prudentiæ virtutiſque tuæ ſpecimen datum eſt, quo ſis ad majora impoſterum elevandus. Quæ fuerint tanti Viri dotes latius enarrantur ab *Antonio Nigro in ſuo Tractatu de Poſtremis rei judicatæ ſolemnibus*, quem Romæ Typis ſuppoſuit, ac omni laudum genere doctiſſimo Epiſcopo dicavit.

Ad

Ad dignitatum vero laudem acceſſit & altera literarum, ſatiſque fuerit ea recitare, quæ nuper edidit Clariſs. Muratorius in hiſtoriam Fratris ANDREÆ BILII in ſua Collectione Scriptorum Italicorum Tomo XIX. ſcribit ille: *Mediolanenſi Urbi, & ſeculo XV. circiter annum MCCCCXX. non leve ornamentum fuit* ANDREAS BILIUS *illuſtri loco natus; quippe illius Familia adhuc Mediolani florens, & quidem inter Optimates jam tum inter Patricias ac nobiles numerabatur*. Vetuſtiſſimo etiam Civium omnium congruente teſtimonio: ab avitis enim laribus in hac Urbe nobilis via BILIORUM appellata eſt, unde Familiæ auctoritas indicatur, quæ nomen dedit in hanc uſque diem ſervatum, licet migratione facta, in vicinia quæ Burgi Novi dicitur, ampliſſimas ædes Majores TUI à fundamentis excitaverint. Atque ut ad ANDREAM, à quo diſceſſeram iterum veniam plura ſunt, præter hiſtorica, doctrinæ ſuæ monumenta, quæ nuper collegit accuratiſſimus Philippus Argelatus in ſua Bibliotheca Mediolanenſi; ac ſane meritus eſt encomium Joannis Schiopoveri Veſtphali apud Meibomium Tomo II. Script. Germanic. in hæc verba: *Hic tam univerſalis homo fuit, ut Græcam, Hebraicam, Latinamque linguam haberet optime cognitam. Hic è duabus primis in noſtrum multa traduxit, & in arte oratoria alter Cicero, in Philoſophia ſecundus Ariſtoteles, in Theologia Patris ſui Auguſtini pediſſequus perfectus erat*. Eaque de illius ævi Scriptore laus eſt ſumma, quam pietatis, ac morum ſanctitatis corona majorem fecit, ob quam in Beatorum album elatus eſt.

A toga pariter honores cumulati ſunt BILIIS TUIS in Patria ſeculo namque XVI. inter Senatores numeratur D. ANDREAS alter, & in Fœdere Bononienſi legitur JOANNES ANTONIUS Illuſtriſs. Ducis Sfortiæ Vicecomitis Conſiliarius, Orator, & Procurator delegatus ad ineundam firmandamque Pacem, Concordiam, & Fœdus cum auctoritate, arbitrio, & omnimoda facultate inter Summum Pontificem, Auguſtiſſimum Cæſarem, Chriſtianiſſimum Regem Franciæ, Sereniſſimum Regem Angliæ, Illuſtriſs. Principem, & Dominium Venetum, ac Rempublicam Florentinam, ut ſunt actorum verba, quique præſtito dicti Ducis nomine fidelitatis juramento, de univerſo Mediolanenſi Dominio ab Imperatore Carolo V. fuit inveſtitus, mox Imperiali ejus Diplomate laudatus ob fidem Imperatori, ac Sac. Rom. Imp. & Mediolanenſibus Ducibus ſervatam, ac donatus fuit bonis LEONINI BILIÆ, qui ad partes Gallorum deſciverat, addito perpetuo Imperialis favoris teſtimonio in ſcuto BILIÆ GENTIS, cui ſuperimpoſitos voluit duos nodoſos ſtipites aureos in formam Burgundicæ ſuæ Crucis decuſſatos; neque minorem apud ceteros Auſtriacos Principes gratiam invenit; à Potentiſs. namque Hiſpaniarum Rege Philippo II. Privilegio donatus fuit, quo bona & caſtra illius immunia ſervanda fore mandavit, eaque Regiæ protectionis favore præcipuo defendenda; A Maximiliano II. Imp. Sacri Lateranenſis Palatii, ac Imperialis Aulæ, & Conſiſtorii Comes, & Eques, ac Miles Auratæ Militiæ creatus eſt; ac tandem à Franciſco II. Sfortia Vicecomite Mediol. Duce Comitatu, & Feudis oppidorum Seroni in agro Mediolanenſi, Glareolarum, & Campaleſtri ultra Padum, cum mero & mixto imperio pro ſe, ſuiſque, & deſcendentibus mercedem accepit præſtitæ in arduis deſperatiſque rebus eximiæ fidei; qua Ducis, Patriæ, ac Italiæ univerſæ tranquillitati laboraverat.

Ab armis vero perpetua fuit in majoribus TUIS gloria, & ne vetuſtiores memorem, quorum nomina & egregia facta in hiſtoria Patria frequen-

quentiſſime occurrunt, Proavus Tuus COMES ANTONIUS Ferdinandi II. Camerarius, & legioni peditum Præfectus, Stator, quem vocant, generalis Exercitus, Militiæ forenſis univerſi Dominii Gubernator generalis, Locumtenens generalis Equitatus levis armaturæ, itemque Legionis Gonzaghæ Gubernator, à Ferdinando II. Imp. Marchio S. Rom. Imp ejuſque filii, ac deſcendentes utriuſque ſexus Imperialis gratiæ cumulo renunciati ſunt, ejuſque gloriam æmulatus COMES GASPAR Avus tuus nomen & ipſe militiæ dedit, ac Italicæ peditum legioni præfectus ſtrenuam, fortemque operam Regi ſuo navavit.

Sed quorſum hæc, PRÆSUL ILLUSTRISSIME ac REVERENDISSIME licet ſummatim ab ampliſſimis Familiæ Tuæ faſtis delibata? niſi ad domeſticam laudem, & Majorum tuorum gloriam, qui per illuſtres initas cognationes, hoc etiam ſplendoris Nepotibus tradiderunt, ut domi foriſque nobiliſſimas Familias conjunctione ſanguinis & affinitate contingant, quam ſane prærogativam ILLUSTRISSIMUS COMES GASPAR Frater Tuus initis cum ILLUSTRISSIMA COMITE FRANCISCA VICECOMITE feliciſſimis nuptiis, in filios ab ea ſuſceptos florentiſſimæ nobilitatis augmentum propagabit.

Ab ea ſane potiſſimum virtutis haberi ſolet argumentum, ſed à TE, PRÆSUL ILLUSTRISSIME, ac REVERENDISSIME non minus ſplendoris erit acceſſurum, ſi quod ante dicebam, per eos dignitatum, gradus eris aſcenſurus, ad quos unica virtus Tua facilem ſternere viam in dies optime cognoſces. Cum vero Eccleſiaſticis Viris nullum convenientius eſſe poſſit ſtudium, quam quod circa Sacrorum Canonum peritiam vertit, jam intelliges quæ cauſa fuerit, ut Editionem hanc meam TIBI humillime dicaverim. Quod ſi munus æſtimandum ſit à pretio ſuo vix alterum in ea re præſtantius ob concinnitatem & copiam, qua laudatiſſimus Auctor Canonicas omnes Lucubrationes diſpoſuit ea diligentia, qua ne verbum quidem in toto Juris Canonici corpore poſthabitum fuiſſe legentibus apparet. Ad quod ſi accedat humillimi obſequii mei ratio, non deſperabo munus hoc TIBI gratiſſimum eſſe futurum. Humano igitur quo ſoles animo accipere ne dedigneris precor inſtantiſſime, ac me Nomini Tuo perpetuo addictum patrocinio Tuo fove præſentiſſimo, quo dedicationem hanc libenter accepiſſe cognoſcam. Vale.

Dabam Mediolani Kal. Julii anni MDCCXLV.

Digitized by Google

BIBLIOPOLA
BENEVOLO LECTORI.

EXegerat pridem numeros omnes Juriſprudentiæ Civilis Doctiſſimus Vir Stephanus Daoyz , *cum ordine perſpicuo quidquid in Pandectis Conſtitutionibus Principum, Inſtitutionibus, Novellis, & Feudalium Conſuetudinum Libris, & Gloſſis, quas vocant ordinarias, ob earum auctoritatem, in Scholis & Foro, digeſſerat, ut Juris Civilis commodiſſimum eſſet Promptuarium, tantamque laudem ob utilitatem Operis accepit, ut Jus Canonicum in eundem ordinem diſponere cogitaverit de utroque Jure ſic optime meriturus. Libros itaque Juris Canonici Decretum, nempe Decretales Epiſtolas, & Pontificias Conſtitutiones, quibus Juris Canonici Corpus compoſitum erat cum ſuis pariter Gloſſis in eumdem ordinem pari ſtudio digeſſit: Et ne quid noviſsimi Juris deſiderandum ſupereſſet Sacri Tridentini Concilii Canones, Regulas Cancellariæ, Bullas Extravagantes opportunis in locis appoſuit.*

Pretium Operis utriuſque ab ipſa raritate ſua jam ſatis erat æſtimatum idque in cauſa fuit, ut novam hanc Editionem dare cogitaverim, cumque prius edidiſſem Libros, qui ſunt de Jure Civili; Canonicos etiam è Typis noſtris emiſſos volui. Tu Lector humaniſsime laboribus noſtris utere, ac vale.

Die 26. Januarii 1742.

IMPRIMATUR SERVATIS SERVANDIS.

F. Jo. Dominicus Liboni Inquiſitor Generalis Mediolani tam primus, quàm ſecundus Tomus.

Franciſcus Curionus Archipresbyter S. Euſebii pro Eminentiſſimo, & Reverendiſſimo D. D. Cardinali Archiepiſcopo.

Joannes Petrus Carlius pro Excellentiſſimo Senatu.

JURIS

Digitized by Google

JURIS PONTIFICII
SUMMA, SEU INDEX
COPIOSUS.
AUCTORE STEPHANO DAOYZ PAMPILONENSI.

A Prima eſt litera Græcorum, & Latinorum. can. ab exordio, & ibi gloſſ. diſt. 35. neque tantum principium, ſed & imperfectionem deſignat. can. poſtquam, & ibi gloſſ. 23. q. 2.

A præpoſitio quandoque ponitur incluſive. can. aliter, diſt. 31. quandoque verò excludit. cap. ſicut, & ibi Cardinal. Clem. de appell.

Aaron fuit Deo charus, antequam populo idolatrante, conſenſum adhiberet. can. vt cognouerunt. de pœnit. diſt. 2.

Aaron ſacrificauit hircum, & ignis egreſſus à Domino deuorauit holocauſtum, gl. fi. in can. in tantum de pœnit. diſt. 3.

Abbas in genere, à n. 1. vſque ad num. 11.
Abbas quoad electionem, & benedictionem, num. 11. 12. & 13.
Abbas quoad ordines, num. 14.
Abbas quoad iuriſdictionem & agendi poteſtatem, num. 15. 16. 17.

1 ABBAS eſt nomen dignitatis. cap. 2. de iudiciis.

Abbas quandoque ſumitur pro dignitate ſeculari. cap. ex tranſmiſſa, & ibi gl. 1. de renunciatione.

Abbas potius eſt nomen officii quàm dignitatis, gl. abbatem, in can. accedens, diſt. 50.

Abbas potius eſt nomen ſolicitudinis, quàm ordinis & honoris, gl. 1. in cap. tuam, de ætate & qualit.

Abbas in Abbatia dicitur habere curam, cap. intelleximus, eod.

Abbas debet eſſe ſacerdos, gloſſ. promoueri & gloſſ. fi. in cap. expoſuiſti, de corpore vitiatis non ordin.

Abbas eſt nomen honoris, & etiam oneris & laboris. Vnde D. Gregorius, Omne quod hic eminet, plus afficitur mœroribus, quàm honoribus gaudet, d. gl. fi.

Abbas vnus non poteſt præeſſe diuerſis monaſteriis, gl. fio. in cap. conſtitutis 47. de electione, & gl. monaſteriis, in cap. cum ſingula 33. §. prohibemus, de præbend. lib. 6. & can. vnum Abbatem 21. q. 1.

Abbas vel ſuperior prælatus non poteſt abſoluere ſubditos ab obedientia, vel à iuramento obedientiæ ſibi præſtito, ſine conſenſu Epiſcopi, cap. pe. & ibi gl. fi. de renuntiatione.

Abbas poteſt eſſe laicus cauſa neceſſitatis diſpenſatiuè, gl. 1. in cap. tuam, de ætate & qualit.

Abbas poteſt quis eſſe cauſa neceſſitatis, licet ipſe non poſſit promoueri ad ordines, nec fieri ſacerdos ex aliqua cauſa, d. cap. tuam, & ibi gl. fi.

Abbas vel Abbatiſſa inueſtiuntur poſſeſſione per poſitionem in ſede, cap. vt noſtrum pen. de off. Archid.

Abbas cum conuentu poteſt conqueri de his, quæ fiunt præiudiciam conuentus, cap. cum olim 32. de off. del.

Abbas ſicut repræſentat cum conſenſu capituli. ita & Abbatiſſa, gl. 1. in cap. dilecta de maior. & obedi.

2 Abbas obedientiam in ſua perſona non poteſt præſcribere: ſed alius cuius nomine allegarit præſcriptionem, gl. munitum in cap. cum olim de præſcr.

Abbas poteſt poſſeſſionem per Monachos acquirere, cap. Bonæ memoriæ 52. de appellatione.

Abbas vnus non poteſt præfici duobos monaſteriis, gl. 1. in cap. præterea, de præbend. & cap. fi. & ibi gl. fi. de Religioſ. domib.

Abbates quandoque habent decimas: puta, cùm in loco habent ius Epiſcopale, vel parochiam: vel ex priuilegio Rom. Pontif. dd. ad cap. ad hæc de decimis.

Abbati reuerenter obedire debent omnes de monaſterio, cap. cum ad monaſterium, & ibi gl. fi. de ſtatu Mona.

Abbas quanto frequentius poterit in conuentu cum fratribus debet eſſe: deque omnibus vigilem curam, & diligentem ſolicitudinem gerere: vt de officio ſibi commiſſo dignam poſſit reddere rationem, ibid.

Abbas ſi fuerit præuaricator ordinis, aut contemptor ſeu negligens, aut remiſſus, non ſolum ab officio eſt deponendus: ſed & alio modo ſecundum regulam debet caſtigari, ibid.

3 Abbas tenetur non ſolum de offenſa propria, ſed etiam de Monachorum, ibid.

Abbas ſuper habenda proprietate non poteſt cum aliquo Monacho diſpenſare, ibid.

Abbas diſpenſare poteſt in regula monachali, quantum ad eſum carnium. Item in cella ſpeciali conſtituenda, gl. indulgentia, ibidem.

Abbas diſpenſare poteſt in ordine: item cum eo qui excommunicatus ignorantia probabili ordines ſuſcepit, ibid.

ad Abbatem tota poteſtas monaſterii ſpectat, & eius mandato quamuis duro parendum eſt gl. in omnibus, ibid.

Abbas pro negligentia in regulæ obſeruantia, debet remoueri, gl. negligentia, ibid.

Abbates prius debent ſe ipſos corrigere, deinde Monachos, glo. ſe ipſis, in cap. fi. de ſtatu Monachor.

Abbas ex quo debet ſuos Monachos prohibere, multo fortius ſe ipſum, ibid.

Abbatem poſſunt accuſare vel denunciare illi, qui ſunt de monaſterio: & ideò & Monachi & etiam laici conuerſi admittuntur, cum eorum intereſt habere bonum Abbatem, cap. 3. de accuſatio.

Abbates, & Priores non habentes Abbates, de triennio in triennium celebrant capitula, gloſſ. celebrare in cap. ſicut olim 25. eodem. 4

Abbates & Monachi tria debent Epiſcopis; ſcilicet ſubiectionem, obedientiam, & reuerentiam, cap. ne Dei 43. eod.

Abbas & maiores de conuentu, ſi pro receptione Monachi receperint pecuniam ex pacto; officio & beneficio ſunt ſuſpendendi: & pecunia taliter recepta reſtituitur: & ita receptus in aliud monaſterium transfertur, cap. veniens 19. de Simonia.

Abbas contra teſtes, qui depoſuerunt contra eum de ſimonia in iudicio inquiſitionis, excipere poteſt, quod ſint inimici & conſpiratores; alias autem exceptiones criminum proponere non poteſt cap. licet Heli 31. eod.

Abbates Ciſtercienſis ordinis inſtallantur citra ſolemnitates, cap. ne Dei 42. eod. Iſtiuſque eſt electos eos & confirmatos introduci in ſtallum poſitum in choro deputatum pro loco Abbatum, dd. ibid.

Abbates prohibentur dare aliquid temporale Epiſcopis pro inſtallatione, ibid.

Abbates Ciſtercienſes præſtant iuramentum Epiſcopo loci hac forma: Ego frater N. Abbas Ciſtercienſis ſubiectionem & obedientiam & reuerentiam à ſanctis patribus conſtitutam, ſecundum regulam Sancti Benedicti tibi Domino Epiſcopo, tuiſque ſucceſſoribus Canonice ſubſtituendis, & Sanctæ ſedi Apoſtolicæ, ſaluo ordine meo, perpetuo me exhibiturum promitto, ibidem.

Abbas poſtquam præſtitit obedientiam prædeceſſoribus, amplius eam facere ſucceſſoribus non debet compelli, gl. ſucceſſoribus, ibid.

Abbates etiam præſtantes obedientiæ iuramentum Epiſcopis locorum, non tenentur obedire contra regulam ſuam, gl. fi. ibid.

Abbas debet recolligere Monachum ſuum, ne damnabiliter euagetur, ne pereat; alioquin ſi in ſæculo remanens acquirat bona, & ſic moriatur: monaſterium, quod neglexit illum, ab eius bonis manet ſegregatum, gl. languidis, in cap. 1. de infantib. expoſitis.

Abbates ſunt in poteſtate Epiſcoporum, niſi fuerint exempti, gl. 1 in cap. 5. de exceſſib. Prælator.

Abbas debet tenere primum locum inter alios Prælatos poſt Epiſcopum, cap. ex ore de priuileg.

Abbas quandoque diſpenſat cum Monacho irregulari, cap. cum illorum §. qui ſi clauſtrales de ſententia excommunicat.

Abbatibus multa permittuntur in hominibus ſuæ religionis, quæ non permittuntur in aliis, gl. Abbatum in cap. cum illorum §. fin. eod.

Abbates dicuntur eſſe Prælati can. fi. de officio Ordin. lib. 6.

Abbas per ſe verberando poteſt corrigere Monachum, non per alium, maximè laicum, gl. 1. in cap. poteſt quia 68. de regulis, lib. 6.

Abbas Cluniacenſis ſubditos mediatos & immediatos viſitare poteſt, gl. Abbates in extrau. Vas electionis, de Cenſibus.

Abbates & alii religioſi honeſte facerent in viſitatione, ſi pecuniam non exigerent, ſed conformarent ſe laudabilibus conſuetudinibus monaſteriorum, victum capientes cum aliis in re ſic.

ſectorio, & dormientes in dormitorio communi propter bonum exemplum, ibid.

Abbas debet percutere Monachum virga, quem crebra admonitione corrigere non poteſt, can. cum beatus, diſt. 45.

6 Abbas poteſt eſſe Diaconus, imo in minoribus tantum conſtitutus poteſt eſſe Abbas, gloſſ. Abbatem, in can. accedens, diſt. 50.

Abbas priuatus dignitate Abbatiæ propter crimen, nihilominus eſt Monachus illius monaſterii, d. can. accedens.

Abbas ſicut Monachus ſimplex proprium habere non poteſt, can. Abbati, & ibi gl. 1. diſt. 54.

Abbas non poteſt cogi vt Monachum ſuum concedat, gl. fi. in can. 1. diſt. 85.

Abbas poteſt abſoluere Monachum ſuum iniicientem manus violentas in Monachum ſuum vel alterius: ſed non poterit, ſi percuſſerit Clericum ſæcularem, gloſſ. prioris, in can. ſi quis Monachus, diſt. 90.

Abbas in domo debet eſſe collega, Prælatus in Eccleſia, gl. fi. in can. à Subdiacono, diſt. 93.

Abbas olim non erat maior Clerico etiam oſtiario: hodie tamen maior honor debetur Abbatibus, quam aliis clericis, d. can. à Subdiacono, & ibi gl. pe.

Abbas ab his, qui ad conuerſionem veniunt, nihil debet ſumere, vel exigere aliqua pactione, can. nullus 1. qu. 2.

Abbates poſſunt habere Eccleſias parochiales pleno iure ſubditas cap. Abbates de priuileg. lib. 6.

Abbas exemptus debet in ordine præferri Abbati non exempto, ibid.

7 in Abbatibus non requiritur tanta ætas, quanta in Abbatiſſis propter ſexus fragilitatem, vel quia id principi ſic placuit, gl. trigeſimum, in add. marg. in cap. indemnitatibus de electio. lib. 6.

Abbas ſicut Abbas, ſubiectus Epiſcopo, non debet ſine Epiſcopi licentia renuntiare: ita Abbas ſubiectus tantùm Papæ, ſine ipſius Papæ licentia non poteſt renunciare, etiam ſi ſit inſufficiens, gl. migraſſe, in cap. cum venerabilis de conſuetudine, & cap. fi. de renunciat.

Abbates facti inutiles penitus remouentur, ſicut etiam fit in iudice: quia & ex modicis cauſis remouentur, gl. 1. can. in ſumma 7. qu. 1.

Abbas vocatur etiam ille, qui non eſt benedictus, gl. 2. in can. alienationes 12 qu. 2.

Abbas licet non poſſit alienare rem Eccleſiæ ſine conſenſu Epiſcopi: ſi tamen ſit conſuetudo loci, rectè poteſt dare modicum & etiam poterit infeudare, gl. 1. in can. Abbatibus 12. q 2.

Abbas, vel Monachus, ſi ex monaſterio ſuo ad clericatus officium, vel ad ſacrum ordinem acceſſerit non habet vlterius aliquam poteſtatem in eo monaſterio, can. ne pro cuiuslibet 16. qu. 1.

Abbates monaſteriorum non poſſunt eſſe, qui quoquomodo Eccleſiis militant, vel ſunt Eccleſiarum ſæcularium Prælati, can. Presbyteros 16. qu. 1.

Abbates monaſteriorum eſſe & clericatus militiam, ſeu dignitatem habere non eſt permiſſum: ſed vnum eorum tantum habere, ibid.

Abbates electi in Epiſcopos ſolent diſpergere res Eccleſiæ ſuæ,
8 cum ſe receſſuros ſperant: quia regimen breue non parcet populis: & ideo quædam monaſteria habent priuilegia, ne Abbates ſui eligantur in Epiſcopos can. hinc eſt 15. ibid. gl. 2. 16. qu. 1.

Abbates non prohibentur fieri Sacerdotes: ſed prohibentur tales Sacerdotes fieri, qui monaſteria deſerunt, cum remanendo Abbates ad alias Eccleſias ſe transferunt, d. can. hinc eſt §. ſuperiori.

Abbates electi ad Eccleſiaſticas dignitates, non debent remanere in loco Abbatis, ibid.

Abbates ſi rebus vel hæreditatibus quorundam inhiantes, eos induxerint, vt habitum monachalem ſuſciperent, publicæ pœnitentiæ debent ſubiici: ſed illi debent perſeuerare in monaſterio, & eorum res hæredibus ipſorum reddi debent can. pe. 16. q. 7.

Abbatem Epiſcopus non debet violenter retinere in Prælatura, ſi iuſta de cauſa voluerit renuntiare ei: rectè tamen poterit admonere, vt non renunciet Abbatiam, can. fi. 16. q. 7.

Abbas vel etiam Epiſcopus non debet facere Abbatem ac Monachum de propinquis vel amicis, ſine voluntate fratrum can. fi. 16. q. 7.

ad Abbatem pertinet tota diſpoſitio monaſterii, gl. 1. in can. in venditionibus 17. q. 4. & can. nullam 18. q. 2.

Abbas quicquid ſine licentia Epiſcopi vendiderit, in irritum deducitur, d. can. in venditionibus.

Abbas cum conſenſu & authoritate Epiſcopi rectè poterit dare alii Eccleſiam, gl. fi. ibid.

Abbas quandiu eſt Abbas vel Monachus in monaſterio quicquid acquirit, acquirit ipſi monaſterio: ſed quicquid acquirit factus Epiſcopus, acquirit Epiſcopali Eccleſiæ, gl. in ſummo 18. q. 1.

9 Abbas vel alius electus in Epiſcopum & tantum confirmatus, ſed nondum tranſlatus non prius acquirit ſecundæ Eccleſiæ, quam ſit adeptus corporalem eius poſſeſſionem, gl. 1. ibid.

Abbas qui in regimine cautus non fuerit, à proprio Epiſcopo, & à vicinis Abbatibus, a ſuo arceri debet honore, can. ſi quis Abbas 18. q. 2.

Abbas debet eſſe cautus, in regimine humilis, caſtus, miſericors, diſcretus & ſobrius, ibid.

A B B

Abbas vel Prælatus propter negligentiam eſt deponendus, gl. 1. ibid.

Abbas propter modicas cauſas poteſt remoueri, ibid.

Abbatem à dignitate Abbatiæ poteſt Epiſcopus deponere etiam ſine numero Epiſcoporum, ſed non poteſt ſolus ab ordine deponere, quia cauſa illa non eſt criminalis, gl. fi. ibid.

Abbates pro humilitate religionis in Epiſcoporum poteſtate conſiſtant: & ſi quid extra regulam fecerint, ab ipſis ſunt corrigendi, can. Abbates 18. q. 2.

Abbas Monachos vagabundos non puniens, aut ſuſcipiens alienum Monachum ſine conſenſu ſui Abbatis, reum ſe futurum cognoſcat, d. can. Abbates, §. fi. & ibi gl. fi.

Abbatibus profitentibus ſe nulli Epiſcoporum ſubeſſe, nullus Epiſcoporum debet adminiſtrare iura Epiſcopalia, can. Abbatib. 18. q. 2.

Abbas licet ſit exemptus, primo debet petere iura Epiſcopalia ab Epiſcopo loci, niſi ipſi malitioſè deneget illa, gl. 2. ibid.

Abbas non debet habere diuerſas cellulas, vel plura monaſteria, niſi propter incurſum hoſtilitatis, can. Monachum, §. pe. 20. 10
q. 4.

Abbas poteſt diſpenſare in remittenda regula, & etiam circa ordines, gl. fi. ibid.

Abbas unus duobus monaſteriis in titulum poteſt iure ſpeciali præeſſe, ſed non iure communi, can. unum Abbatem, 21. q. 1.

Abbates habentes populum ſubiectum Epiſcopo tenentur venire ad ſynodum, & obligantur ad omnia, quæ ſunt de lege diœceſana, & compelli poſſunt ſibi obedire per cenſuram Eccleſiaſticam, cap. quod ſuper, & ibi gl. 2. de major. & obed. gl. fi. in cap. dilectos, de offic. ordin.

Abbates non habentes populum non tenentur venire ad ſynodum, niſi cauſa rationabilis ſubſit, d. gl. 1. & d. gl. fi.

Abbates & alii ſacerdotes ſubiecti ſunt Epiſcopo lege diœceſana, d. cap. quod ſuper his.

Abbates Ciſtercienſes etiam ſi non eſſent exempti, cum non habeant populum, non tenentur venire ad ſynodum, gl. 1. ibid.

Abbates exempti non habentes populum, non tenentur venire ad ſynodum, ibid.

Abbas poterit in capellis iura Epiſcopalia contra Epiſcopum præſcribere, & obtinet in his tantùm, quæ præſcripſit, cap. cum olim, & gl. munitum, de præſcript.

Abbas non exemptus tenetur ire ad ſynodum Epiſcopalem: Itemque ſi ipſe ſit exemptus, ſed Eccleſiæ ſibi ſubiectæ non ſint exemptæ, cap. ex ore, de priuileg.

Abbates Ciſtercienſes non poſſunt cogi ab Epiſcopo ire ad concilium, niſi pro crimine enormi: ſed alii Abbates rectè poſſunt cogi, gl. 1. in can. Epiſcopus non, diſt. 18.

Abbates non debent accedere ad Concilium prouinciale, can. decernimus, & ibi gl. 1. diſt. 18.

Abbates etiam ſunt de numero Concilii generalis, can. in nomine, diſt. 23.

Abbates etiam exempti tenentur accedere ad Concilia etiam prouincialia & ſynodalia, cap. ut Apoſtolicæ, de priuileg. lib. 6.

Abbates ab Epiſcopis ſemel in anno ad Synodum vocati debent venire, ſi neceſſitas magna fuerit, alias non debent vocari, can. Abbates, & ibi gl. 2. 18. q. 2.

Abbas non eſt cogendus ad ſynodum venire, niſi adſit aliqua rationabilis cauſa, can. ſeruitium, §. Canonica, 18. q. 2.

Abbates qui ſunt ordinum capita, ac alii ſuperiores ordinum Epiſcopis non ſubiecti ex officio debent viſitare monaſteria ſibi ſubiecta & Prioratus, etiam ſi ſint commendata, Concil. Trid. de regularib. cap. 20. ſeſs. 25.

Reliqua vide verbo Archimandrita, Canonicus n. 5. Caſtigatio Contumacia, 2. Monachus, 2. 40 uſque 44.

ABBAS poteſt eligi in Abbatem alterius monaſterii, cap. cum 11
venerabilis, 7. de conſuetud.

Abbas vel Prælatus unius monaſterii, quòd eligatur de alio monaſterio, poteſt conſuetudine introduci, cap. cum dilectus, eod.

Abbas electus ac confirmatus benedicitur, Epiſcopus tamen conſecratur, cap. cum inter, de elect.

in Abbatem eligi non poteſt quis, niſi fuerit inſtructus in regula monachali, cap. officii, 38. eod.

in Abbates aſſumi non debent niſi profeſſi, cap. cum in magiſtrum, 49. eod.

Abbas Ciſtercienſis poteſt benedicere ſuos Monachos, requiſito diœceſano & recuſante benedicere, cap. 1. de ſupplend. neglig. Præl.

Abbas ante benedictionem non recipit poteſtatem ſpiritualem, & facultatem benedicendi Monachos, ibid.

Abbas ante benedictionem non recipit ea, quæ ſunt Ordinis, niſi ob eius negligentiam Epiſcopi nolentis benedicere, ſupplet poteſtatem, ne monaſteria ob id patiantur damnum in temporalibus, & ſpiritualibus, gl. fi. ibid.

in Abbatem de iure communi non poteſt aſſumi is, qui in minoribus conſtitutus eſt, ſed benè diſpenſatiuè propter neceſſitatem, cap. tuam, & ibi gl. 1. de ætate & qual.

in Abbatem promouendus, debet ſuas inhabilitates exprimere 12
tempore promotionis, cap. expoſuiſti, de corpore vitiatis ordin.

in Abbatem poteſt promoueri exiſtens in minoribus, ibid.

Abbates & alii Prælati inferiores Epiſcopo debent eligi, non verò poſtulari, gl. alligatis, in cap. capientes, §. denique, de electione lib. 6.

in Abbatem non poteſt eligi ſecularis nec religioſus tacitè profeſ-

ſeſſus, gl. expreſsè, in cap. nullus, 28. de electione, lib. 6.

Abbas exemptus poteſt eligi in Epiſcopum, ſed tranſire non poteſt in Epiſcopatum ſine licentia Papæ vel Legati de latere, cap. ſi Abbatem, 36. de elect. lib. 6.

Abbas etiam exemptus debet eligi in aliam Abbatiam, & non poſtulari, d. cap. ſi Abbatem, & ibi gl. Epiſcopum, & gl. ſeq.

Abbas habens privilegium quod ad Epiſcopatum non poſſit aſſumi ſine ſedis Apoſtolicæ licentia, poteſt aſſumi cum licentia Legati à latere ex Legatione generali †. gl. tranſeundi, ibid.

Abbates habentes privilegium elargiendi ſolemnem benedictionem, non poterunt impertiri, niſi in monaſterio ſuo, & in aliis Eccleſiis pleno jure ſibi ſubjectis, niſi aliud nominatim ſit expreſſum in privilegio, ut in quocumque loco poſſint elargiri, cap. Abbates, & ibi gl. alibi, de privilegiis lib. 6.

Abbates poſſunt ex privilegio elargiri ſolemnem benedictionem poſt miſſarum ſolemnia, veſpertinas & matutinas laudes, ibid.

Abbates habentes principaliter privilegium elargiendi benedictionem ſolemnem ſuper populum, non poſſunt extra Eccleſias pleno jure non ſibi ſubjectas elargiri, quorumcumque privilegium generaliter hoc eis concedatur, niſi id in privilegio ſit expreſſum, d. cap. Abbates, & ibi gloſ. alibi, & gl. expreſſo.

Abbates non poſſunt benedicere calices in quibus ſit unctio. Veſtes autem ſacerdotales, & cruces, & ſimilia, quæ verbali ſolum benedictione conſecrantur, benedicere poſſunt, quando id agunt ad opus ſuarum Eccleſiarum: alias abſtinere debent, gl. pen. ibid.

Abbatibus ex privilegio ſimplici benedicendi non cenſetur conceſſa facultas benedicendi ſolemniter populum, nec aquam ſolemniter extra ſuas Eccleſias, ibid.

Abbas plus conſequitur per benedictionem, quàm Abbatiſſa: quo-
13 niam Abbas benedictus benedicit Monachos & confert minores
ordines, quod ex fragilitate ſexus Abbatiſſa non facit, gl. benedici in Clem. attendentes, §. ſtatuimus, de ſtatu Monachor.

Abbatis benedictio, à qua dependet ordinandi poteſtas, dari debet his diebus, quibus ordo eſt dandus, quòd tutius eſt, licet non ſit certum tempus præfixum, ibid.

Abbas debet eligi è gremio ipſius Eccleſiæ, ſi ibi reperiatur idoneus, gl. de gremio, in cap. in nomi. diſt. 23.

Abbas alicujus monaſterii, qui præeſt aliis monaſteriis, ſi quis eligitur, omnes Abbates illorum monaſteriorum debent conſentire, & electioni intereſſe, gl. 2. in can. 1. diſt. 66.

Abbas non conſecratur, niſi cum ordinatur in ſacerdotem: ſed tamen dicitur, quòd ei manus imponitur ab Epiſcopo, gl. 2. in can. alienationes, 12. q. 2.

Abbas ſine benedictione poteſt monachos benedicere, ibid.

Abbas cujuſdam monaſterii ſpeciali jure rectè poteſt prohiberi eligi ad Epiſcopatum, ne occaſione Epiſcopatus Abbatia aliquid detrimenti patiatur, can. hinc eſt, 16. q. 1.

Abbatem ſuum quod monaſterium non cogatur dare, ſi eligatur in Epiſcopum, eſt privilegium ipſius monaſterii, gl. 1. ibid.

Abbatem debent ſibi eligere Monachi, defuncto anteceſſore vel depoſito propter delictum, can. ſi. 16. q. 7.

Abbas debet inſtitui ille, quem congregatio Monachorum & poſſeſſionis dominus ordinari popoſcerit, can. Abbas, & can. ſeq. 18. q. 2.

Abbas cujuſcumque congregationis monaſterii non debet eligi extraneus, niſi de eadem congregatione, quem ſibi propria voluntate fratrum concors ſocietas elegerit, can. quam ſit, 18. q. 2.

Abbas idoneus ſi in propria congregatione Monachorum non reperiatur, debent ſibi eligere de aliis monaſteriis, ibid.

Abbas cum permiſſione Epiſcopi locum ſuum poteſt relinquere: Monachi tamen ſibi eligent Abbatem de ipſis, ſi habeant idoneum: ſin autem de extraneis, can. Abbas pro humiliatione, 18. q. 2.

Abbas poteſt revocare votum Monachi, quod emiſit etiam ante monachatum, gl. 1. in can. noluit, 33. q. 5.

Reliqua verbo, Epiſcopus, 58. 75. Electio, 7. Monachus, 30. uſque 34.

14 ABBATES exempti poſſunt facere clericos ſuos ordinari per Epiſcopos, quos ipſi non poſſunt ordinare ſine licentia ſuorum Prælatorum, cap. 2. de transl. Præl.

Abbates poſſunt conferre minores ordines, cap. 1. & ibi gl. 2. de ordinatis ab Epiſcopo, qui renunci.

Abbas ſi eſt presbyter & benedictus, poteſt conferre ordinem clericalem, cap. cum contingat. de ætate & qualit.

Abbas electus, ſi Epiſcopus eſt negligens in benedicendo, poteſt ordinem primæ tonſuræ conferre, gl. 1. ibid.

Abbates non poſſunt conferre primam tonſuram niſi converſis & his in quos habent juriſdictionem quaſi Epiſcopalem, cap. Abbatis, & ibi gl. alibi, de privileg. in 6.

Abbas jure non poteſt habere juriſdictionem Epiſcopalem, ſcilicet ut poſſit chriſmare, & alia facere, quæ ſunt Epiſcopalis ordinis, gl. pe. ibid.

Abbates poſſunt ex privilegio clericare quoſcumque laicos etiam non ſubditos, ſi id tenor privilegii ſibi concedat, gl. 6. ibid.

Abbati licitum eſt in ſuo monaſterio dare, & conferre pſalmiſtatum, oſtiariatum, & lectoratum: ſed non poterit facere exorciſtam, nec acolytum, gl. in ſumma, & can. 1. & ibid. gl. lect. & can. 2. diſt. 69.

Abbas ex privilegio poteſt omnes minores ordines conferre, d. gl. lectoris.

Abbas hodie non poteſt conferre ordines minores de jure niſi

lectoratum; & ſi Abbas ſit ſacerdos, poterit conferre pſalmiſtatum, d. gl. lectoris.

Abbas ſacerdos poteſt conferre lectoratum & pſalmiſtatum etiam Monachis alterius Monaſterii, ſi fuerit invitatus, d. can. 1. & ibi gl. lectoris.

Abbas non poterit conferre ordinem exorciſtatus, d. can. 2. diſt. 69.

Abbates in parochialibus Eccleſiis non debent ordinare presbyteros abſque Epiſcopi conſilio, can. ſane 18. q. 2.

Abbatibus quantumcumque exemptis non licet conferre tonſuram, & minores ordines cuiquam, qui regularis ſubditus ſibi non ſit, Concil. Trident. de reform. cap. 10. ſeſſ. 23.

Abbatibus etiam exemptis, Collegiis vel Capitulis etiam cathedralium Eccleſiarum non licet concedere literas dimiſſorias aliquibus clericis ſecularibus, ut ab aliis ordinentur: ſed horum ordinatio ad Epiſcopos, intra quorum fines diœceſis exiſtunt, pertinet, ibid.

Reliqua verb. Exemptio. Exemptus. Papa 47. 62. Privilegium 46. & per tot.

ABBATES dicuntur juriſdictioni præeſſe, cap. P. & G. 40. 15
de officio deleg.

Abbas poteſt eſſe poſterior pro Eccleſia Cathedrali, cap. 2. de poſtula. Prælat.

Abbates poſſunt excommunicare, & habent juriſdictionem niſi conſuetudo aliud inducat, gl. 1. in cap. 3. de officio ordin.

Abbas poteſt agere pro capellis & Eccleſiis ſibi ſubjectis, cap. conquerente, de officio ordinar.

Abbas poteſt habere juriſdictionem, & exigere etiam pœnas, etiam quando temporaliter provenit ex ſpirituali juriſdictione, cap. dilectus, eodem.

Abbas poteſt eſſe in judicio, & agere pro rebus etiam in juribus monaſterii ſubjecti monaſterio, cap. 1. de officio judicis.

Abbas ſimpliciter conſtitutus ad agendum ſine licentia Capituli non poteſt tranſigere, gl. 1. in cap. 3. de tranſactio.

Abbas ſi præter mandatum proprium habeat literas de rato à Capitulo ſuo, continentes ſimpliciter quod quidquid pro tali negotio fecerit, habebit ratum, poterit tranſigere, ibid.

Abbas poterit compromittere de quæſtione Monachorum, cap. cum tempore, & ibi gl. capitulis de arbitris.

Abbas poteſt acquirere jus viſitandi & procurandi in Archidia- 16
conatu cap. cauſam quæ 2. de judiciis.

Abbas poteſt habere juriſdictionem etiam prorogabilem per clericos ſeculares, cap. ſignificaſti. de foro comp.

Abbas poteſt poſſidere jura Epiſcopalia in Eccleſiis ſibi ſubjectis, & ea præſcribere, cap. cum olim, & ibi gloſſ. munitum de præſcri. gl. 2. in cap. cum inter de re jud.

In Abbatem electum quando Papa munus benedictionis impendit, licet Abbas ſit loci Ordinario ſubjectus, per hoc tamen non eximit eum à juriſdictione Ordinarii, nec præjudicat Ordinario reſpectu aliorum promovendorum, quominus ab eo teneatur recipere munus benedictionis, cap. inter monaſterium de re judic.

Abbas & loca religioſa & eorum perſonæ debent conveniri coram loci Ordinario, cap. 2. de appellat.

Abbas poteſt in judicio intervenire tanquam prior alterius, licet principaliter non vertatur utilitas monaſterii, cap. conſtitutus 23. eod.

Abbas ſolus habet poteſtatem puniendi Monachos etiam ſine conſenſu Capituli, cap. reprehenſibilis 26. eod.

Abbas poteſt agere nomine monaſterii ſui abſque mandato Capituli, cap. ſi. de ſucceſſio. ab inteſt.

Abbas vel Prior generalis habet poteſtatem excommunicandi quemcumque inferiorem religionis vel ordinis, cap. ſi. de regular.

Abbas poteſt eſſe Prior aliorum monaſteriorum, cap. ſopite de cenſibus, glo. Monacho in cap. cum olim de privileg.

Abbas electus & confirmatus poteſt excommunicare, imo & Prior poterit, cap. ſicut 33. & ibi gl. 3. de Simon.

Abbas poteſt præſcribere Ius commune in capellis contra Epi-
ſcopum, in his quæ poteſt poſſidere, gl. præſcriptio. in cap.
ex ore 17. de privileg. 17

Abbates quandoque poſſunt habere juriſdictionem quaſi Epiſcopalem in loco cap. Abbates, & ibi gl. alibi de privileg. lib. 6.

Abbas ſi habeat juriſdictionem in ſpiritualibus in parochia ſua, vel alio loco, quod alias debebat habere Epiſcopus, poteſt etiam puros laicos non converſos nec convertendos ordinare clericali tonſura, alias non, gl. pe. ibid.

Abbas poteſt eſſe Prior pro religioſo, Cle. religioſus. de Prioribus.

Abbates exempti gerunt vices Epiſcoporum, gl. proprii in Clem. 1. de rebus Eccleſiæ non alien.

Abbates habentes Eccleſias ad ſe pertinentes pleno jure poſſunt in illarum alienationibus authoritatem præſtare, ex quo habent Epiſcopalem juriſdictionem, vel quaſi, d. gl. proprii. ibid.

Abbas habet ordinariam juriſdictionem ſuper Monachos ſuos, & excommunicare eos poteſt, gl. aut Monachum in can. de perſona 11. q. 1.

Abbas non debet exercere jura Epiſcopalia, nec de cauſis matrimonialibus cognoſcere, niſi jura Epiſcopalia præſcripſerit, gl. 3. in can. pervenit 16. q. 1.

Abbas poteſt eſſe judex, defenſor, advocatus, aut Prior ſine

licentia alicuius, ſed Monachus non poteſt, gl. 1. in can. de præſentium 16. q. 1.
Abbas habet Monachos in ſua poteſtate, vnde ipſe non eſt ſub poteſtate alicuius, ibid.
Abbas poteſt eſſe Prior, ibid.

Reliqua verbo, Iuriſdictio. tit. 3. 4. Monachus 24.

ABBATIA eſt nomen oneris pluſquam honoris cap. ſi. de renunciat.
Abbatia habet ordinem presbyteratus annexum, adeo quod ſi Abbas aliqua cauſa non fiat presbyter, debet priuari Abbatia, cap. 1. de ætate & qualit.
Abbatia dicitur officium cap. expoſuiſti de corpore vitiatis ordinan.
ad Abbatiam non poteſt promoueri ille, qui eſt inhabilis ad ordines, vt quia ſit mutilatus manu. ibid.

Reliqua verbo, Prælatura.

Abbatiſſa in genere num. 1. 2. 3. 4. quoad Abbatiſſæ iuriſdictionem num. 5.

1 ABBATISSA poteſt habere clericos ſibi ſubiectos, cap. dilecta de maior. & obed.
Abbatiſſa habet adminiſtrationem temporalium & ſpiritualium largo modo, d. cap. dilecta, & ibi gl. 1.
Abbatiſſa ratione adminiſtrationis ſuæ poſt ſuam confirmationem poteſt conferre Eccleſias & beneficia, & inſtituere clericos in Eccleſiis ſui monaſterii, ſicut faciunt Abbates confirmati, d. gl. 1.
Abbatiſſa dicitur habere adminiſtrationem, gl. procuratricem, in cap. dilecta de confirmat. vtili.
Abbatiſſa habet liberam adminiſtrationem ſui monaſterii ſicut abbas cap. 2. de his quæ fiunt à prælat.
Abbatiſſa teſtamentum facere non poteſt, etiam ſi de patrimonio diſponat, licet habitum monachalem non acceperit cap. 2. de teſtam.
Abbatiſſa vt ſit aliqua, neceſſario non requiritur quòd deferat habitum monachalem; quoniam profeſſio & non habitus facit religioſum, ibid.
Abbatiſſa licet habeat adminiſtrationem bonorum, non tamen poteſt condere teſtamentum de rebus patrimonialib. ſed omnino acquiruntur monaſterio, ib.
Abbatiſſa non conſecratur, ſed benedicitur; & eſt ſimplex benedictio, dd. ad d. cap. 2. reprobata, gl. ordinata, ibid.
2 Abbatiſſa, vel monialis non recipit ordinem propter vilitatem ſexus, d. gl. ordinata.
in Abbatiſſam electa & confirmata poteſt appellari Abbatiſſa ante benedictionem, cap. meminimus, 13. de accuſat.
Abbatiſſa benedicitur ſicut Abbas, ibid.
Abbatiſſæ inhibetur publica prædicatio, poteſt tamen in ſecreto monere Moniales, cap. noua quædam de pœnit. & remiſ.
Abbatiſſæ forte poterant legere euangelium in matutinis, vnde etiam Diaconiſſæ dicuntur, gl. 1. ibid.
Abbatiſſa non poteſt velare mulieres, nec abſoluere eas in foro pœnitentiali, gl. 2. ibid.
Abbatiſſa non poteſt abſoluere Moniales excommunicatas pro manuum iniectione, nec audire confeſſionem earum, nec eas benedicere, nec Euangelium legere, quia ſexui muliebri claues Eccleſiæ commiſſæ non ſunt, gl. 2. in cap. de Monialib. 33. de ſententia excommunica.
Abbatiſſæ olim debebant eſſe ſexagenariæ, poſtea quadragenariæ, deinde fuit ſtatutum, quod attingerent vigeſimum quintum annum, vltimo loco quod eſſent triginta annorum, gl. trigeſimam, & ibi add. marg. in cap. indemnitatib. de electi. lib. 6.
3 Abbatiſſa electa & confirmata appellatur etiam ante benedictionem d. cap. indemnitatib. §. ſane.
Abbatiſſæ benedicuntur, ſed non Prioriſſæ, gloſſ. Abbatiſſa ibidem.
Abbatiſſæ electæ ſi fuerint negligentes in recipiendo benedictionem infra annum à tempore confirmationis, debent puniri pœna ſtatuta à iure, ibid.
Abbatiſſa dicitur habere dignitatem, d. cap. indemnitatibus §. verum.
Abbatiſſa poteſt benedici etiam antequam habeat poſſeſſionem monaſterii, ibid.
Abbatiſſæ quędam benedicuntur, quædam non. Clem. attendentes, §. ſtatuimus, & ibi gl. ſolitæ. de ſtatu Monacho.
Abbatiſſæ quædam ſi fuerint benedictæ & quædam non, in monaſteriis id ſequendum eſt, de quo per 40. annos patere poteſt, licet ante vel poſt contrarium fuerit ſeruatum: ſed vbi affirmatiua vel negatiua tanti temporis non apparet, tunc dicendum eſt ex obſeruatione varia id eſſe voluntarium, d. gl. ſolitæ.
Abbatiſſæ benedictio an ſit iterabilis, variant dd. ſed inquirendum eſt quid ſeruet curia, gl. benedici ibid.
pro Abbatiſſarum vel Abbatum benedictionibus dandis, vel datis pretium exigi non debet, ibid.
Abbatiſſæ benedictionem impediunt multa; puta ipſius infirmitas, voluntas diœceſani per ipſam ſeruus requiſiti, vacatio ſedis, vel ſi poſſeſſionem Abbatiæ non habuiſſet, neque per eam ſtetiſſet, gloſſ. rationabilis, ibid.

in Abbatiſſam non poteſt eligi corrupta, ibid.
Abbatiſſæ non debent egredi monaſterium etiam pro viſitandis monaſteriis ſibi ſubiectis: ſed debent per alium viſitationem facere, glo. Abbates 3. in extrauag. vas electionis de cenſibus. 4
Abbatiſſas fieri iuuenculas prohibitum eſt, & velum imponi non poteſt, niſi fuerit ſexagenaria virgo, cuius vita atque modeſtia velare permittat. can. iuuenculas, 20. q. 1.
Abbatiſſa præſumens velare virginem vel viduam, excommunicari debet, can. ſtatuimus 20. q. 2.
Abbatiſſa, Prioriſſa & quocumque alio nomine præfecta vel præpoſita appelletur, debet eligi non minor annis quadraginta, & quæ octo annis poſt expreſſam profeſſionem laudabiliter vixerit, Concil. Trident. de regular. cap. 7. ſeſſ. 25.
ad Abbatiſſam vel Prioriſſam ſi non reperiatur aliqua in monaſterio cum qualitatibus requiſitis, ex alio eiuſdem Ordinis eligi poteſt; ſi hoc etiam in commodum videatur ſuperiori qui præeſt, poteſt eligi ex his quæ in eodem monaſterio annum trigeſimum vixerint, & quinque ſaltem annis poſt profeſſionem rectè vixerint, Epiſcopo vel alio ſuperiore conſentiente, d. cap. 7.
Abbatiſſæ vel Prioriſſæ electioni ſi Epiſcopus vel alius ſuperior præſit, non debet ingredi clauſtra monaſterii; ſed ante cancellorum feneſtellam vota ſingularum audiat vel accipiat: in reliquis ſeruari debent conſtitutiones ſingulorum ordinum, ibid.

Reliqua verbo, Electio. 22. Monialis 3. 6.

ABBATISSA licet non poſſit ſubditos excommunicare, ipſi tamen tenentur ſibi obedire, cap. dilecta de maior. & obed. 5
Abbatiſſa non poteſt excommunicare, abſoluere vel ſuſpendere ea ſuſpenſione, quæ inducat irregularitatem, d. cap. dilecta, & ibi gl. 1.
Abbatiſſa poteſt clericum ſibi ſubiectum ſuſpendere ab officio & beneficio: & ſic poteſtas ſuſpendendi ab officio & beneficio non dependet à poteſtate clauium, intellige lato modo, ſed ſtricte; & proprie non poteſt ſuſpendere ea ſuſpenſione, quæ irregularitatem inducat contrarium facientibus, ibid.
Abbatiſſa poteſt habere iuriſdictionem ſuper clericos de iure ſpeciali, ſed non de iure communi, cap. dilecta 14. de exceſſ. Prælat.
Abbatiſſa cum Clericis vnius Eccleſiæ ſibi ſubiectæ, licet ipſa ſit caput, non tamen dicitur vnum corpus, gl. 1. in ſi. ibid.
Abbatiſſa non poteſt habere iuriſdictionem fori pœnitentialis, cap. noua quædam de pœnit. & remiſ.
Abbatiſſa non poteſt Moniales benedicere, nec audire confeſſiones, nec publice prædicare, nec Euangelium legere, ibid.
Abbatiſſa poteſt ſuſpendere à beneficio, licet claues non habeat, gl. ſe immiſcere, in Extrauag. execrabilis, de præbend.
Abbatiſſa poteſt ſuſpendere aliquem ea ſuſpenſione, qua ſuſpenditur quis à ſolo beneficio, & alus actibus temporalibus, glo. ſuſpendere, ibid.
Abbatiſſam ſolam citare non ſufficit in cauſis contra monaſterium agitandis; quia etiam Moniales ſunt citandæ, cap. 1. §. ideòque de his quæ vi.
Abbatiſſa ſola abſque Monialium conſenſu non poteſt eſſe in iudicio pro recuperatione Monialis, quæ de monaſterio dicitur aufugiſſe, ibid.

Reliqua in verbo, Suſpendio.

ABBREVIANS rem non dicitur mutare rem §. ſane in prooemio, lib. 6.
ABDICATIO proprietatis omnium rerum tam in ſpeciali, quàm in communi, quàm faciunt fratres minores in profeſſione propter Deum, eſt meritoria & ſancta cap. exiuit §. porro de verbor ſig. l. 6.
ABHORRERE quod debet quis in ſe, ipſo iure nationali, hoc debet abhorrere in alio, gl. abhorrendum in Extrauag. deteſtandæ de ſepultur. inter communes.
ABIVDICO cum b, idem eſt quod priuo vel aufero: ſi vero ſcribatur cum d, veluti adiudico, totum contrarium ſignificat. cap. ex parte 7. de teſtibus.
ad ABIVRANDVM, id eſt cum iuramento renunciandum non debet quis compelli, ſi ſit præſumptio in contrarium, ſcilicet quod is non ſeruabit iuramentum, cap. 3. & ibi gl. a & 3. de habitatione clericorum.
ABLATVM reſtitui debet ei, à quo fuit extortum, vel eius hæredibus, ſi extant: quibus non extantibus debet ſolui pauperibus, gl. pe. in reg. peccatum 4. de reg. iur. in 6.
Ablatum, extantibus hæredibus eius à quo eſt extortum, ſoluens pauperibus non liberatur, quia onus non liberatur, ibid.
Ablatum ſi neſciatur à quo ſit extortum, pauperibus erogari debet prouidentia Epiſcopi ibid.
Ablatum reſtitui ſufficit in foro conſcientiæ abſque ſolutione pœnæ dupli, vel quadrupli, gl. ſi in can. fraternitas 12. q. 2.

Reliqua vide in verbo, Reſtituere, Spoliator,

ABOLERE eſt quod olet vel maculat, tollere, vel auferre, gl. fin. in Extrauag. dudum de ſchiſmat. inter communes.
ABOLITIO triplex eſt: quædam eſt quæ publicè fit ob diem inſignem, vel ob rem proſpere geſtam: alia quæ fit priuatum,

pe-

Digitized by Google

petente accuſatore: alia quæ ex lege, quando accuſator deſiſtit, vel mortuus eſt, gloſſ. abolitione, in can. prohibentur 2. q. 1.

in Abolitione publica poteſt accuſator repetere rerum finitis feriis intra xxx. dies: ſed in aliis duabus non admittitur ille, qui deſtitit, ſed alius rectè admittitur intra triginta dies, ibid.

Abolitionem ille ſolus poteſt petere qui errore vel temeritate, vel calore iracundiæ ad accuſandum venit, vel qui ſuam iniuriam proſequitur, vel qui ſuos conſanguineos accuſauit, glo. 1. in can. Paulum 2. q. 3.

Abolitio priuatim à præſidibus poſtulari & impetrari ſolet: Item pro tribunali ſedente & non de plano: nec præſes hanc cognitionem demandare poteſt, can. ſi quem §. ſi præuaricatorem 2. q. 3.

Abolitio pœnam remittit, infamiam non tollit: imo tollit infamiam, & indulgentia pœnam, can. fin. §. 1. & ibid. gloſſ. abolitio 2. qu. 3.

Reliqua vide verbo Tergiverſatio. Accuſatio 8. Accuſat. 10.

ABORTIVVS fœtus cum labore, & anguſtia, & attractione in lucem attrahitur, gl. abortiuo, in cap. cum Marthæ, de celebr. Miſſa.

Abortui dans cauſam, homicida eſt, ſi conceptum erat viuificatum animal rationale, aliàs non, cap. ſicut ex literarum, de homicid.

Abortui dans cauſam, ſi conceptus erat animatus, tanquam homicida eſt irregularis, d. cap. ſicut, & ibi gl. 2.

Abortui dans cauſam, ſi conceptus non erat animatus, non tenetur lege Canonica: intellige quoad irregularitatem; non enim contrahit irregularitatem, ſed quoad peccatum tenetur etiam lege Canonica, ibid.

Abortui dans cauſam, ſiue conceptus ſit animatus, ſiue non, tenetur lege Cornelia de ſicariis: diuerſimode tamen, d. gl. 1. & ibid. add. marg.

Abortum, qui prouocauit, homicida eſt, ſi puerperium eſt formatum, gl. per abortum, in can. conſuluiſti 2. q. 5.

Reliqua in verbo Homicida. 3. Irregularis. Animatum.

ABRAAM fuit ſacerdos, & Melchiſedech fuit contemporaneus Abraæ, can. ſi. & ibid. gl. ſi. diſt. 84.

per Abraam non ſtetit quominus ſecundum Domini præceptum filium immolaret: vnde apud Dominum perinde gratum fuit, ac ſi immolaſſet, gl. 2. in reg. cum non ſtat 66. de reg. iuris in 6.

Abraam mentitus fuit, cum aliud gereret in animo: ſed dic quod myſtico intellectu verum dixit, oſtendens Patrem, & Filium in fine temporum reuerſurum ad Iudæos, cum omnes reuertentur ad ipſum, gl. 1. in can. nec artificioſo 22. q. 2.

Abraam cum deſcenderet in Ægyptum cum Sarra vxore ſua, rogauit eam, vt diceret ſe eſſe ſororem. Noluit Abraam mendacium dici, ſed voluit veritatem occultari; ſoror enim ſua erat, quia erat fratris filia, can. vtilem, & can. quæritur 22. q. 2.

Abraam non eſt reus adulterij, qui vxore viuente filios ſuſcepit ex ancilla, can. dixit Sarra 32. q. 4.

Abraam duxit neptem ſuam, nec in eo commiſit in legem, ſed præuenit legem, gl. pe. in ſumma 35. q. 1.

ABRASIO facta in narratione reſcripti vel priuilegii non cenſetur facta in loco ſuſpecto: ſecus ſtat, ſi eſſet facta in verbis diſpoſitionis, cap. ex literis, & ibi gl. 2. de fide inſtrum.

Reliqua in verbo Raſura. Reſcri. 10. Inſtrum. 1. 5. 7. 9. 10.

ABROGARE eſt in totum tollere legem: ſed derogare eſt pro parte detrahere legi, gl. abrogatæ in can. in iſtis diſt. 4.

Reliqua in verbo Lex, 12. 28.

ABSCINDERE ſibi aliquod membrum, non eſt licitum alicui, can. ſi quis abſciderit diſt. 55.

Abſcindere poteſt quis ſibi membra ſuperflua, veluti ſi habeat quis duos digitos pollices, vnum illorum poterit abſcindere, velut vngues, & prolixos dentes, gl. 1. in can. qui partem, diſt. 55.

Abſcindere ſibi manum qui auſus eſt, multo magis aliis auderet, gl. pe. in can. ſi quis à medicis diſt. 55.

Abſcindens ſe ipſum dicitur inimicus Dei, can. ſi quis abſciderit diſt. 55.

Abſcindens ſpontè partem digiti ordinari non debet: ſecus ſi caſu, can. qui partem diſt. 55.

Abſcindens ſibi virilia, etiam pro obſeruantia caſtitatis, irregularis efficitur: ita quod in ſuſceptis ordinibus non poteſt adminiſtrare, nec ad ſuperiores aſcendere, can. ſi quis pro ægritudine diſt. 55.

Abſciſſio membri virilis facta pro euitanda ægritudine, non inducit irregularitatem, d. can. ſi quis pro ægritudine diſt. 55.

Abſciſſus virili membro caſu non amittit dignitatem Sacerdotij, can. præcepta diſt. 55.

Reliqua in verbo Vitiatus.

ABESSE quandoque dicitur, qui non eſt in rebus humanis, gl. humanis in cap. ſuſceptum, de reſcr. lib. 6.

Abeſſe dicitur ille, qui mortuus eſt, & ſic verbum abeſſe verificatur in abſentia perpetua & temporali, cap. ſi delegatus 7. de officio deleg. lib. 6.

Abeſſe dicitur res, quæ non eſt in rebus humanis; ſed non conuertitur, gl. abeſſe in cap. ſi delegatus, eod. tit.

Abeſſe cauſa reipub. verè non dicitur ille, qui cauſa proprij commodi in legatione eſt, gl. ſedem, in cap. 2. de priuileg. lib. 6. & gl. hac de cauſa, in cap. cum non deceat, de electione lib. 6.

Abeſſe non videtur ille, qui aliquantiſper tantum abeſt, & hoc ſpatium ad duos, vel tres extenditur dies, intra quos veniens dicitur ſtatim reuerti, Concil. Trident. de reformat. cap. 1. ſeſs. 23.

Abſens in genere num. 1. vſque 4.
Quoad vocationem ad eligendum num. 9.
Quoad agendum contra abſentem num. 5. vſque 8.

ABSENS vltra Italiam dicitur eſſe valde remotus, cap. nihil 1
44. de electione.

Abſens cauſa ſtudiorum, vel peregrinationis, cenſetur probabiliter abſens, cap. conſultationibus, de officio delegat.

Abſens malitioſè præſumitur ille, qui ſe abſentat cauſa cœpta, & reſcripto præſentato, de quo habuit notitiam, ibid.

Abſente vno conſule poteſt procedere alter conſul ſolus, gl. teneatur in cap. prudentiam 21. de officio deleg.

Abſentes non computantur in numero ad actum gerendum, etiam in alijs actibus, quàm electionis, cap. fin. de maior. & obed.

Abſens electus intra tres menſes poſt præſtitum conſenſum, electionis confirmationem petere debet, cap. quàm ſit, de elect. lib. 6. Hodie tamen pro electi commoditate, proque locorum diſtantia, vel vicinitate, modò longius, modò breuius temporis ſpatium conſtituitur, cap. cupientes, dict. tit. de elect. lib. 6.

Abſens Clericus vbicumque neſcitur, vbi ſit, debet poſt citationem factam ad valuas Eccleſiæ ſpectari per ſex menſes, cap. ex tuæ, de Clericis non reſi.

Abſens Clericus poteſt compelli ad redeundum per excommunicationem, & per cenſuram, ac ſuſpenſionem, d. cap. ex tuæ, §. contrà.

Abſenti poteſt conferri beneficium alio mediante, nec refert vtrum abſens inueſtiatur per mediam perſonam, vel media perſona inueſtiatur pro abſente, cap. accedens 24. de præbend.

Abſentium nomina ſcribens, vel faciens ſcribi in aliquo inſtru- 2
mento, committit falſum, & inſtrumentum eſt irritum, gl. fi. in cap. quanto, de his, quæ fiunt à Prælat.

contra Abſentem neceſſario proceditur ad ſententiam, quando abſentia culpa ſua, vel delicto proprio eſt contracta, cap. 1. & ibi gl. fin. qui matrimonium accuſare.

Abſentes pro vtilitate Eccleſiæ cenſentur reſidentes, quoad perceptionem fructuum ſuarum præbendarum, diſtributionibus quotidianis exceptis, cap. cum non deceat 30. de electione lib. 6.

Abſens pro vtilitate Eccleſiæ, ſi expeditis negotiis Eccleſiæ, ſola voluntate, vel pro aliorum ſuorum negotiorum expeditione maneat in curia, non habet priuilegium percipiendi fructus ſuarum præbendarum, gl. pe. ibid.

Abſentem eſſe præſentem quandoque lex fingit, cap. 2. de arbitris lib. 6.

Abſens in dubio habetur pro contradicente, ib.

Abſens non poteſt condemnari in cauſa criminali gl. criminalis in add. in cap. 1. de iudicijs lib. 6.

Abſenti poteſt beneficium conferri, & etiam poteſt abſens inueſtiri, cap. ſi tibi abſenti 17. & ib. gl. 1. de præben. lib. 6.

contra Abſentem Prælatum de iure Canonico poteſt proferri ſententia depoſitionis à dignitate, cap. 1. §. dicebat de conceſs. præbend. lib. 6.

contra Abſentem in cauſa criminali poteſt procedi de iure Canonico, cap. ut commiſſi, §. & contra de hæreticis lib. 6.

Abſens æquiparatur præſenti ignoranti, can. ſi ſeruus, diſt. 54. 3

Abſens excommunicari poteſt, ſed non debet abſolui, ubi certa forma abſolutionis exprimitur: ſi tamen abſoluitur, tenet abſolutio, gl. iudicaui, in can. de manifeſta 2. q. 5.

Abſens ſi fuerit excommunicatus, ſtatim eſt excommunicatus antequam ſciat: non tamen punitur ſi ſe ingerat communioni hominum, antequam ſciat, gl. epiſtola in can. quinto 2. q. 5.

Abſens poſt litis conteſtationem, aut ex iuſta cauſa abeſt, aut ex iniuſta. Ex iuſta cauſa abſens, eaque comprobata, indiſtinctè admittitur ad retractationem eorum, quæ facta ſunt, cap. cum Bertoldus, de ſentent. & re iudic. Vulgo tamen iuſtæ cauſæ triplex ratio adſignatur, neceſſaria & probabilis; neceſſaria tantum, & probabilis tantum, gl. audiatur, can. biduum, §. ſi aduerſus 2. q. 6.

Abſens poſt litis conteſtationem ex cauſa neceſſaria & probabili veluti ex cauſa reipub. ſiquidem legitimè defenſus eſt, reſtituitur ad appellandum, ſed ſi non ſit defenſus, vel minus legitimè, ad totam cauſam reſtituitur, d. gl. audiatur in can. biduum, §. ſi aduerſus 2. q. 6.

Abſens poſt litis conteſtationem ex cauſa tantum probabili, veluti ex cauſa ſtudiorum, vel peregrinationis, tunc legitimè defenſus ad nihilum reſtituitur. Sed & ſi legitimè defenſus non

ſit,

ſit; cum tamen procuratorem conſtituerit, aut conſtituere potuerit, ad nihilum quoque reſtituitur, niſi ille procurator quem reliquerat mortuus ſit, vel fortè non ſit ſoluendo, ibid.

Abſens poſt litis conteſtationem ex cauſa neceſſaria tantum, ut cum quis eſt deportatus propter ſuum delictum, tunc ſi potuit conſtituere procuratorem non ſubuenitur ei, ibid.

Abſens poſt litis conteſtationem ex iniuſta cauſa numquam auditur appellans, nec ſubuenitur ei: quia contumax non auditur appellans, niſi veniat iudice adhuc ſedente pro tribunali, ib.

Abſens ante litis conteſtationem, vel excommunicatur, vel miſſione in poſſeſſionem coercetur, ibid.

Abſentem requiri ſufficit, licet peremptorium ad eius notitiam non peruenerit, gl. perquiſitus, in cap. ex literis 10. de exceſſib. Prælator.

4 Abſens regulariter damnari non poteſt, can. 1. §. iudices 3. q. 8.

in Abſentem non poteſt quis accuſationem, vel teſtimonium exhibere, in ſumma 3. q. 9.

contra Abſentem ſecundum leges nunquam proceditur de crimine, lite non conteſtata, niſi in caſu contra apparitores, gl. 1. ibid.

per Abſentis criminoſi contumaciam adnotantur bona eius, & expectatur per annum; & ſi infra annum non venerit, deuoluuntur poſtea bona ad fiſcum, nec ſuper bonis auditur, ſed bene ſuper crimine: ſed ſi infra annum venerit, recuperat bona, ſi velit iudicio ſtare, ibid.

in Abſentem criminoſum lite conteſtata proferri poteſt ſententia, ſi liquet de cauſa, ſed ſi lis non ſit conteſtata, vel etiam conteſtata ſit, verum de cauſa non liqueat, non debet ferri ſententia: ſed talis abſens debet excommunicari, ibid.

Abſens vltra tempus ſibi præfixum, videtur rem quam primo tenebat habere pro derelicto: ſed propter hoc non debet iudex feſtinare ad condemnationem, can. præſentium 7. q. 1.

Abſens per modicum tempus vltra ſtatutum tempus poteſt purgare moram, gl. 1. in can. præſentium 7. qu. 1.

Abſente aliquo ex iuſta cauſa iudex non debet feſtinare ad ſententiam, ibid.

Abſens dicitur ille, qui non eſt præſens in iudicio, can. abſente 3. q. 7.

Abſens ex legitima cauſa non tenetur mittere procuratorem, niſi ſit citatus vt compareat per ſe, vel per procuratorem: quo caſu tenetur mittere procuratorem, gl. 1. in can. ſi ægrotans, 5. q. 3.

Abſens ex legitima cauſa citatus, tenetur mittere procuratorem, qui alleget cauſam abſentiæ, ibid.

Abſens citatus ſi diutino impedimento ſit detentus, ſi negotium ſit tale, quod poſſit expediri per procuratorem, ita quod plenè poſſit inſtrui per procuratorem, ſicut per dominum, tunc tenetur mittere procuratorem inſtructum, ibid.

Abſentes ſi propter periculum moræ non poſſunt vocari ad electionem, poteſt fieri electio eis abſentib. & non vocatis, gl. fi. in can. nullas res 17. q. 4.

Abſens non poteſt excommunicari, ſi non fuit admonitus, gl. fi. in can. damnationis 24. q. 2.

Abſens cum licentia, ſi vſque ad quinquennium non reuertitur, punitur, gl. 1. in can. præſentium 7. q. 1.

Reliqua vide verbo, Accuſatur, n. 2. Impedimentum, 1.

5 ABSENS iuſta de cauſa, ſi non defenditur, ſit miſſio in poſſeſſionem, gl. 2. in cap. conſultationibus 10. de officio deleg.

contra Abſentem non debet procedi, etiam cum agitur de poſſeſſorio, d. cap. conſultationibus.

contra Abſentem cauſa fraudandi creditores in actione perſonali interponitur ſecundum decretum, arbitrio iudicis: id eſt bona eius poſſideri iubentur, & etiam venduntur, gl. reſtitutionem, ibid.

contra Abſentem non cauſa fraudandi creditores, ſed ex quacunque cauſa ſiue probabili, ſiue non probabili, neceſſaria, vel non neceſſaria in actione perſonali interponitur primum decretum: id eſt creditores mittuntur in poſſeſſionem bonorum abſentis cauſa cuſtodiæ: non tamen poſſunt illa vendere, nec illa poſſident, ibid.

Abſens contra quem agitur actione reali, citari debet ad domum: non tamen eſt neceſſe, quod interrogentur amici, an ipſi velint eum defendere: & ſi non ſit, qui eum defendat, mittitur actor in poſſeſſionem rei petitæ, cauſa rei ſeruandæ, ibid.

contra Abſentem lite non conteſtata quaſi deffinitiuè procedi non poteſt, ibid.

Abſens etiam ſine iuſta cauſa quandocumque comparens intra annum, reſtituitur in integrum, vel ad appellandum, ibid.

Abſente reo contumaciter poſt litis conteſtationem, poſſunt recipi teſtes ſuper ſpoliatione, & actor reſtituitur, ſi probet ſuam poſſeſſionem, & ſpoliationem, gl. fi. ibid.

Abſente reo, contumaciter lite non conteſtata, teſtes recipi non debent in cauſa reſtitutionis, d. gl. fi. ibid.

contra Abſentem non citatum, nec conuictum vel confeſſum, non eſt procedendum, cap. inter quatuor ibi gl. citati de maior. & obedi.

Abſente altera parte, & lite non conteſtata, ſpeciali iure in cauſa appellationis procedi poteſt ad ſententiam irritationis proceſſus, quando terminus peremptorius in citatione fuit appoſitus, qui loco citationis eſt, gl. fin. in cap. in noſtra de procuratoribus.

Abſens legitimè citatus præſumitur contumax, ſi non venerit: ſed talis præſumptio poteſt elidi per aliam præſumptionem, gl. ad plenum in cap. ex literis de in int. re.

contra Abſentem contumaciter, etiam lite non conteſtata, proceditur in cauſa matrimonii carnalis, cap. quoniam frequenter §. porrò. Vt lite non conteſt.

contra Abſentem Prælatum, ſi agatur criminaliter, vel etiam ciuiliter per denunciationem alicuius; tunc is citari debet, vt veniat ad ſe defendendum: ſi non veniat, excommunicetur propter contumaciam, & expectabitur per annum: & poſt annum proceditur ſuper bonis, non ſuper crimine, gloſſ. canonib. ibid.

contra Abſentem non contumacem & inauditam partem ſententia ferri non poteſt, cap. 1. & ibi gloſſ. fi. de cauſa poſſeſſ. & propri.

Abſens iudicio cœpto citari debet ad domum: item amici ſunt requirendi, cap. cauſam quæ, & ibi gloſſ. 3. de dolo & contum.

Abſens reus contumaciter, ſi procuratorem non dimiſit; tunc facta denuntiatione, mittitur actor in poſſeſſionem cauſa cuſtodiæ, gl. ad domum ibid. 7

contra Abſentem ex cauſa probabili non proceditur diffinitiue, gl. reſponſalem, in cap. cum dilecti de dolo & contum.

Abſens & impeditus neceſſe habet mittere excuſatorem, aliàs denegaretur ei reſtitutio ex clauſula, ſi qua mihi iuſta etiam ibidem.

Abſens citandus eſt, vbi abeſt à iudicio: ſed non, ſi à prouincia, cap. cum olim de dolo & contum.

Abſens & impeditus longo impedimento, tenetur mittere procuratorem, ſaltem vt litem conteſtetur, vt ſic actori non currat præſcriptio: ſed ſi perpetuo impedimento ſit detentus, tunc tenetur mittere procuratorem ad totam cauſam, gl. reſponſalem, in cap. cum dilecti eod.

in Abſentem contumaciter fertur ſententia diffinitiua, cap. veritatis, eod.

Abſens contumaciter habetur pro præſente in ſuum præiudicium ibidem.

contra Abſentem lite etiam conteſtata de iure ciuili, non proceditur in criminibus maiorib. vbi venit imponenda pœna maior relegatione, gl. probatum, ibid.

contra Abſentem lite non conteſtata, de iure ciuili procedi non poteſt ad diffinitiuam, d. gl. probatum.

contra Abſentem lite conteſtata ſecundum ius Canonicum, ſi liquet de crimine, vel liquere poteſt, procedi poteſt ad ſententiam ferendam: quod intellige, quando ſententia eſt exequibilis contra abſentem; vt depoſitionis, vel excommunicationis ſententia: ſecus in grauiſſimis, vbi pœna non eſt exequibilis in abſentem, vt ſi eſt tradendum iudici ſeculari, ibid.

contra Abſentem lite non conteſtata de iure Canonico in cauſis criminalib. criminaliter non poteſt procedi ad receptionem teſtium, nec ad diffinitiuam, ibid.

contra Abſentem qui non dimiſit procuratorem facta citatione domi, nullo defendente, ſit miſſio in poſſeſſionem cauſa cuſtodiæ, cap. fi. de eo qui mittitur in poſſeſſ.

Abſens quilibet tenetur mittere procuratorem, alias requiſitis amicis, & facta denunciatione ad domum, ſi non defenditur proceditur contra ipſum, gl. fi. ibid.

Abſens contumaciter habetur pro præſente in ſui præiudicium, cap. 2. de teſtib.

contra Abſentem procedi poteſt in his quæ per ſurreptionem commiſit, cap. cum olim 12. de ſentent. & re iud.

contra Abſentem non poteſt procedi niſi lite conteſtata, vel citato, & expectato eo, qui noluit venire, gloſſ. abſenti, in cap. cum olim, eod.

contra Abſentem non contumacem ſtatuta non valent, gl. remiſiſſent, in cap. cum Bertholdus, 18. de ſentent. & re iud.

contra Abſentem lata ſententia non tenet, niſi fuiſſet citatus, & ei terminus peremptorius eſſet aſſignatus ad audiendam ſententiam: quo caſu tenet illa, ſed reuocatur prolata iuſta cauſa abſentiæ, ibid. 8

contra Abſentem non citatum poteſt ferri ſententia in facto notorio, ſi certum eſt abſenti nullam defenſionem competere, cap. cum ſit Romana, §. fi, de appel.

Abſentem ſubditum poteſt iudex excommunicare, ibid.

Abſens peremptorie citatus, ſi non potuit venire iuſta de cauſa detentus, auditur, allegans impedimentum ſuum ita quod reuocatur quod contra eum factum eſt, gl. abſente, in cap. ſæpe 44. de appellat.

contra Abſentem quando iudex procedit in cauſa appellationis, debet ſupplere defectum illius inquirendo: & ſi reperit ſententiam à iudice à quo fuiſſe latam iniuſtam, debet infirmare; & quia reus eſt abſens, adiudicabit præſenti poſſeſſionem, reſeruata proprietatis quæſtione abſenti, gl. 1. in fin. in cap. per tuas 58. eod.

contra Abſentem nec in cauſa principali, nec in cauſa appellationis, eſt procedendum, niſi contumaciter ſe abſentet, cap. per tuas, 58. de appellat.

Abſente altera parte, nec in cauſa reſtitutionis audiri debet quis volens de iure ſuo docere, gl. 1. in can. accuſatori 3. q. 9.

Abſente aduerſario ſententia proferri non poteſt, can. caueant. 3. q. 9.

Abſens, ſiue peruenerit ad eum citatio, ſiue non, ſi probauerit iu-

iuſtam cauſam abſentiæ, retractator id, quod eo abſente factum eſt, gl. 1. ibid.

Abſens ſufficit, quod citetur publice ad domum, vbi conſueuit morari: & ſi non veniat, lite non conteſtata, fit miſſio in poſſeſſionem, vel excommunicatur: lite vero conteſtata proceditur ad ſententiam: & ſi poſtea veniat, aſſignando iuſtam cauſam abſentiæ, retractabitur quod factum eſt ibid.

Abſente reo, accuſator non auditur, can. abſente 3. q. 9.

contra Abſentem contumaciter poteſt ferri ſententia diffinitiua poſt litem conteſtatam, ſi liquet de cauſa, can. decernimus, & ibi gl. 1. 3. q. 9.

Abſentes nec accuſari, nec iudicari poſſunt, can. abſente 2. 3. qu. 9.

Abſens iudicari non debet, niſi fuerit abſens ex contumacia: quo caſu pro præſente habetur, can. abſens 3. q. 9.

Abſens nec accuſat, nec accuſatur, c. abſens per alium 3. q. 9.

Reliqua vide in verbo, Actum, Contumax.

9 ABSENTES Canonici, ad electionem à quàm remoto loco ſint vocandi, ſtandum eſt conſuetudini, cap. cum inter 18. & ibi gl. remoti, de electione.

Abſentes omnes Canonici ad electionem ſunt vocandi de Prouincia: ita de conſuetudine generali de toto regno Franciæ vocantur ad electionem: ſed in aliis negotiis Eccleſiæ ſufficit, quod faciat maior pars præſentium, dummodo maior pars, ſiue duæ, ſiue tres ſint præſentes: nec in talibus vocantur abſentes, d. gl. remoti.

Abſentes Canonici ad electionem vocari debent, vbi ſine periculo vocari poſſunt, ibid.

Abſentes ad electionem vocari debent à tam remoto loco, quantum eſt à Mediolano vſque ad Genuam; ſed non debent vocari à tam remoto loco, quantum eſt à Capua vſque ad Palermum, ibid.

Abſentes Canonici ad electionem ſunt vocandi, dummodo ſint in tali loco, vnde ſunt vocandi, licet ſciant Eccleſiam vacare, gl. cognouerunt, ibid.

Abſens in loco de quo non debet vocari, non debet procuratorem conſtituere ad eligendum, cap. quia propter 42. §. illud de electione.

Abſentes non ſunt vocandi ad electionem, niſi hoc dictet conſuetudo, cap. Cumana 50. & ibi gl. 1. eod.

Abſentes ſunt vocandi ad electionem ſi commode vocari poſſunt, niſi conſuetudo ſit in contrarium, gl. fi. in cap. cum olim 12. de re iudic.

Abſentes de iure ſunt vocandi ad actus capitulares, dummodo vocatio commode fieri poſſit, cap. cum in Eccleſiis 33. de præbend. lib. 6.

Abſentes non eſſe vocandos poteſt conſuetudine introduci, ibid.

Abſentes ad electionem ſunt vocandi, glo. 1. in can. Aurelius 26. q. 6.

Abſentes ſi propter periculum moræ non poſſunt vocari ad electionem, poteſt fieri electio eis abſentibus & non vocatis, gl. fi. in can. nullus res 17. q. 4.

Reliqua vide in verbo, Canonicus, num. 16. vſque 19. Capitulum, 16. Electio. 3.

ABSENTARE ſe malitioſe dicitur ille, qui ſe abſentat, vel receſſit poſt citationem, aut poſt notitiam literarum commiſſionis, cap. conſultationibus, & ibi gl. 1. de officio deleg.

Abſentans ſe, tenetur dimittere procuratorem, cap. cauſam quæ & ibi gl. 3. de dolo & contum.

Abſentans ſe ex cauſa probabili, non tenetur conſtituere procuratorem ſpecialem: ſed ſatis eſt conſtituere generalem. cap. dilectus, de procuratoribus.

Abſentans ſe à beneficio etiam per decennium, non debet priuari beneficio ipſo facto: ſed debet admoneri prius, vt veniat, cap. ex parte 8. de Cler. non reſi.

Abſentans ſe Epiſcopus vel alius propter vtilitatem Eccleſiæ cenſetur præſens, gl. 1 in cap. fi. de priu. lib. 6.

Abſentandi licentia data Clerico, vltra duos menſes non extenditur, can. præſentium 7. qu. 1.

Reliqua in verbo Procurator 6. 25.

ABSENTIA mariti vel Prælati eſt valde periculoſa Eccleſiæ, vel vxori, cap. quoniam frequenter §. porrò. Vt lite non conteſt.

Abſentiæ cauſa plene probari debet, glo. ad plenum in cap. ex literis de in integ. reſti.

in Abſentia actoris recipiuntur teſtes, lite non conteſtata: ſed in abſentia rei contumaciter, non: quia maior eſt contumacia actoris, quam rei, gl. ad domum, in cap. cauſam quæ de dolo & contum.

Abſentiæ tempus ex cauſa neceſſaria ſubducitur de medio, & continuatur tempus præſentiæ ante abſentiam: & poſt reuerſionem, continuatur tempus præſentiæ, ſiue ſit primum, medium, vel vltimum, gloſſ. ex futura in cap. dilecto 28. de verb. ſig.

Abſentia partis contumacis non obeſt ad procedendum in cauſa lite non conteſtata, vbi agitur de matrimonio ſpirituali contrahendo, & idem etiam in matrimonio carnali contracto, gl. abſentia, in cap. 1. §. 1. de elect. l. 6.

Abſentiæ cauſas proponens debet habere mandatum, gl. ad præmiſſa, in cap. cupientes §. inſuper eod.

inter Abſentiam voluntariam & malitioſam differentia eſt, cap. 2. de arbitris lib. 6.

Reliqua vide in verbo, Præſens, Præſentia Teſtis 28.

Abſoluere in genere à num. 1. & 2.
Abſoluere à caſibus reſeruatis, 3.

ABSOLVERE excommunicatum poteſt iudex à quo, non obſtante appellatione, etiam legitima, cap. ſacro. 48. de ſententia excommunicationis. 1

Abſoluere quem ab excommunicatione, dependet à poteſtate iuriſdictionali, non autem à poteſtate ordinis, cap. 1. de maior. & obed. lib. 6.

Abſolui poteſt excommunicatus, etiam parte non vocata, in cuius fauorem eſt excommunicatus, vbi periculum eſſet in mora, gl. reuocent. in cap. Romana §. pe. de appella. lib. 6.

Abſolui non debet quis ab excommunicatione, niſi præſtito iuramento de parendo mandatis Eccleſiæ, cap. cum in Eccleſiis de maior. & obed.

Abſolui debet ille, qui tempore litis conteſtationis poſſidebat, ſi poſtea ſine dolo deſiit poſſidere, cap. pe. & ibi gl. 1. de exceptio.

Abſoluere non licet alienum parochianum ſine proprii Sacerdotis licentia, gl. ſepulturam in cap. 1. §. confirmatos de religio. domib. in 6.

Abſolui non poteſt male ablata obtinens, niſi primo ſatisfaciat, vel caueat de ſatisfaciendo, cap. 2. §. fi. de vſuris, lib. 6.

Abſoluere nocentem ſanctius eſt, quàm innocentem condemnare, gl. 1. in cap. cum ſunt 11. de reg. iuris, leg. 6.

Abſoluere quem à iuramento præſtito poteſt Papa ex cauſa extrauag. ſi fratrum, Ioan. 22.

Abſoluere poteſt ille, qui & ligare, gl. 1. in can. electionem diſt. 79. & gl. 1. in cap. cum inferior. de maior. & obed.

Abſoluere non poteſt, qui non poteſt ligare, vel è conuerſo, gl. magna, in cap. nuper 29. §. in ſecundo de ſententia excommunicat.

Abſoluere poteſt quis tempore periculi, ſed non ligare gl. 1. in cap. cum inferior. de maior. & obed.

Abſoluere quandoque non poteſt ille, qui poteſt ſuſpendere, cap. graue nimis 29. de præb. Regulariter tamen contra eſt can. verbum 51. de pœn. diſt. 1.

Abſoluere non poteſt inferior ab excommunicatione à ſe lata, poſtquàm confirmauit eam ſuperior, niſi à ſuperiore confirmante fuerit inferiori remiſſa appellatio. gl. fi. in cap. ex frequentibus de inſtitutio. 2

Abſoluere ab excommunicatione competit Sacerdoti, can. ille qui 6. q. 1.

Abſoluere poteſt ſucceſſor excommunicatum à prædeceſſore, dummodo correctus ſit, can. ſi Epiſcopus ante 11. q. 3.

Abſoluere neminem debet Sacerdos, niſi præceſſerit abſolutio Dei can. tunc vera 11. q. 3.

Abſolui ab excommunicatione poſt mortem ab Eccleſia non poſſunt illi, qui in hac vita ab ea noluerunt abſolui, can. de communione 24. q. 2.

Abſolui poteſt quis poſt mortem, ſi conſtat per indicia, quod conuerti voluit, nec quod per eum ſtetit: & ſic pro eo orandum eſt in Eccleſia, & debemus communicare ei, gl. fi. ibid.

Abſolui poteſt quis ad cautelam iuramento præſtito, cum de viribus ſententiæ dubitatur, cap. venerabili 52. de ſententia excommunic.

Abſoluitur quis ad cautelam, licet non ſit excommunicatus, cap. ad præſentiam 16. de appellat.

Abſolui ad cautelam petens, dicendo excommunicationis ſententiam eſſe nullam, abſoluitur, cuiuſque contradictione non obſtante: niſi dicatur, & probetur infra octo dies excommunicatus pro manifeſta offenſa, cap. ſolet de ſent. excommunic. lib. 6.

Reliqua vide in verbo Actor, n. 1. 3. 5. Confeſſor, Excommunicatio, 25. 26. Excommun. 42. vſque 50. Pap. 54.

Abſolui poteſt quis etiam de caſibus reſeruatis, ſi intret bellum campeſtre contra Saracenos, vel alias iuſtum, & manifeſte appareat periculum mortis, gl. præterquam, in cap. paſtoralis §. præterea de off. Ord. 3

Abſolui poteſt quis etiam de caſibus reſeruatis, quando imminet naufragium: ſed intrando mare non ſemper imminet naufragium ſeu periculum, ibid.

Abſolui poteſt quilibet in mortis articulo de quolibet genere excommunicationis, & caſibus reſeruatis à quolibet Sacerdote, d. §. præterea, & ibi gloſ. præterquam.

Abſoluere poſſunt Epiſcopi in certis caſibus eos, qui inciderunt in Canonem, Pro violenta manuum iniectione, gl. fi. in cap. fi. de officio Ordin.

Abſoluere poſſunt Abbates in certis caſibus Monachos incidentes in Canonem, ſi quis ſuadente, ibid.

Abſoluere poſſunt Epiſcopi, & etiam quilibet Sacerdos in articulo mortis ab excommunicatione, pro violenta manuum iniectione, ibid. & cap. fi de ſepultur. gl. pe. in cap. à nobis 28. de ſententia excommunicat. cap. fi. §. præſenti de pœnis, lib. 6.

Ab-

Abſolui poteſt excommunicatus à quocunque ſacerdote in articulo mortis; ſed qui iam mortuus ſit, non poteſt abſolui, niſi per Papam, vel eius Legatum, vel à quo viuus debuit abſolui, gl. non potuerit, in d. cap. à nobis.

Abſoluere aliquem ab excommunicatione latâ à canone poteſt confeſſor Papæ, ſi conditor canonis abſolutionem non reſeruauit, cap. nuper 29. §. in ſecundo de ſententia excommunicat.

Abſoluere vt quis poſſit excommunicatum ab alio, requiruntur duo: videlicet quod ſit iudex excommunicati, & iudex excommunicantis, cap. venerabilibus de ſententia excommunicat, lib. 6.

Abſoluere poteſt Epiſcopus religioſum verberantem Clericum, eo caſu, quo poſſit abſoluere Clericum, cap. Religioſo 21. eod.

Abſoluere poteſt Epiſcopus Clericum percutientem leuiter, vel quando percutiens eſt debilis & delicatus, quod Romam ire non poſſit pro abſolutione; vel ſi æger ſit, vel habeat inimicitias capitales, vel in mortis articulo ſit poſitus, gl. 1. ib.

Abſoluere poteſt ſimplex Sacerdos quemlibet in mortis articulo etiamſi abſolutio Romano Pontifici ſit reſeruata: ceſſante tamen illo periculo vel impedimento, ſi is abſolutus, cum commode poteſt, non ſe præſentauerit Romano Pontifici, vel ei, à quo aliàs abſolui debebat, recidit in priſtinam ſententiam excommunicationis, cap. eos qui 22. eod.

Abſoluere poteſt Ordinarius regulariter à ſententia excommunicationis lata à canone, niſi fuerit ſpecialiter reſeruata ſibi à Papa, gl. fi. in extrauag. prodiens. Ioannis 22. & gl. obtinere in extrauag. excommunicamus de ſententia excommunicat.

Reliqua vide in verbo, Abſolutio, n. 5. & 6. Confeſſor, Excommunicatio. 25. 26. Excommunicatus 42. vſque 50. Legatus 27.

Abſolutio in genere, n. 1 vſque ad n. 4.
Abſolutio Sacramentalis, n. 6.
Abſolutio à caſibus reſeruatis. n. 5.
Abſolutio ad Cautelam n. 7.

1 ABSOLVTIO facta per nuncium valet, cap. venerabilem 34. verſ. ſunt quoque de electione, *vide confeſſor.* n. 17.

Abſolutionem ab excommunicatione petens, non per hoc fatetur ſe excommunicatum fuiſſe: quia ſolet peti ad cautelam; & bonarum mentium eſt timere culpam, vbi culpa non eſt, dd. repr. gl. poſtulaui, ib.

Abſolutio in popularib. actionibus præiudicat omnibus etiam abſentibus, niſi quando quis iniuriam ſuam proſequitur, & probet ſe ignoraſſe ab alio inſtitutam: vel quando vult docere de colluſione accuſationis, gl. iudicatum, in cap. cum dilectus 32. eod.

Abſolutio facta à non habente authoritatem non valet: ſed tamen recipientes talem abſolutionem poſſunt dici, quod ſaluantur propter fidem, quam habebant de ſacramento, cum crederent illum habere authoritatem gl. decepti, in cap. dudum 54. de electione.

per Abſolutionem ab excommunicatione, excommunicatus reducitur in priſtinum ſtatum, gl. vinculo, in cap. prudentiam, §. ſexta de officio delega.

Abſolutio excommunicationis, non plenè facta mentione de cauſa, vel cauſis excommunicationis, ſurreptitie obtenta ab excommunicato, eſt nulla, in cap. ex parte, & ibi gl. 1. de officio Ordin.

Abſolutiones tot ſunt neceſſariæ, quot excommunicationes, d. gl. 1. ibid.

Abſolutio excommunicationis facta ex falſa cauſa non tenet, d. cap. ex parte, & ibi gl. 1. de officio Ordi.

Abſolutio non debet dari niſi petenti, gl. fi. in cap. ſignificaſti, de eo qui duxit in matrim.

Abſolutionis beneficium, cum ſit Eccleſiaſticum miniſterium & ſpirituale, nihil eſt exigendum pro præſtanda ea: & ideo qui pretium pro ea recipit, ſimoniacus eſt, cap. ad aures 24. & ibi gl. 1. de Simonia.

2 Abſolutio non debet dari, antequam parti læſæ fuerit ſatisfactum, cap. poſtulaſti, & ibi gl. pe. de Iudæis.

Abſolutio de criminibus illatis per colluſionem facta, non impedit facultatem iterum accuſandi, & inquirendi de illis criminibus, cap. fi. de colluſ. deteg.

Abſolutio facta ſecundum purgationem vulgarem non tenet, & ea non obſtante poteſt iudici de nouo purgatio, & admittitur accuſatio, cap. ex tuarum de purgat. cano.

Abſolutionis ab excommunicatione forma debet ſeruari, vt fiat cum pſalmo pœnitentiali, & tam oratione Dominica, quam alia conſueta, cap. à nobis 28. §. abſolutionis de ſententia excommunic.

de Abſolutionis ſubſtantia non eſt iuramentum, de ſtando mandatis Eccleſiæ, vel iudicis, gl. pe. ibid.

Abſolutio ab excommunicatione eſt probanda per teſtes, vel per literas, aut alio legitimo modo, cap. ſicut nobis 39. de ſententia excommunicat.

Abſolutio ab excommunicatione per ſurreptionem obtenta, non prodeſt excommunicato, cap. officii 42. eod.

Abſolutione vna poſſunt tolli plures excommunicationes, etiam à diuerſis Prælatis vel iudicibus latæ: puta, ſi vnus committat alteri vices ſuas, gl. 3. ibid.

Abſolutio excommunicationis poteſt fieri per alium, cap. ſacro, 48. eod.

Abſolutio vel ligatio Prælati, item Papæ tenet quoad Deum, claue non errante: vnde ſi errat, nihil valet, d. l. quoad Deum, cap. à nobis 28. eod.

Abſolutio à ſuſpenſione quando præſtatur, iurandum eſt de ſtando mandatis Eccleſiæ, ſicut pro abſolutione excommunicationis, gl. 1. in cap. venet. eod.

Abſolutio ab excommunicatione appellatur beneficium, cap. 1. de maiorit. & obed. lib. 6. & cap. 1. de his quæ vi, metuſve cauſa.

Abſolutio vel relaxatio excommunicationis, ſuſpenſionis, vel interdicti per vim extorta, ipſo iure eſt nulla: & extorquens abſolutionem vel relaxationem incidit in aliam excommunicationem, cap. 1. de his quæ vi metuſve cauſ. lib. 6.

Abſolutio à reuocatione differt, quia abſolutio poteſt dici ſolemnis, quæ fit iuxta formam Eccleſiæ; ſed reuocatio verbalis ſine ſolemnitate: vel abſolutio habet locum, vbi tenuit excommunicatio; ſed vbi non tenuit, habet locum reuocatio; vel reuocatio refertur ad abſolutionem ad cautelam, gl. reuocationem, ibid. 3

Abſolutionem excommunicationis, ſuſpenſionis, vel interdicti per vim extorquens incidit in excommunicationem ipſo iure: à qua abſolui poteſt per ordinarium, cum conditor canonis abſolutionem ſibi non retinuerit, gl. pe. ibid.

Abſolutione excommunicationis, ſuſpenſionis, vel interdicti extorta per vim ab alio, quam ab excommunicato; ſi tamen is mandauit, vel ratum habuit, incidit ipſo iure iterum in excommunicationem, licet abſolutor poſtea ratum habeat illud, quod ab initio coactus fecerat ibid.

Abſolutionem excommunicationis, vel ſuſpenſionis, aut interdicti per vanum metum extorquens, non incidit iterum in excommunicationem, quia talis metus propriè non appellatur metus, gl. fi. ibid.

Abſolutio ab excommunicatione, non poteſt fieri parte non vocata, in cuius fauorem eſt prolata, cap. Romana §. pe. de appellat. lib. 6.

Abſolutio non ſeruata forma, valet, gl. diuino, in cap. vt officium de hæreticis lib. 6.

Abſolutio excommunicationis poteſt dari etiam non petenti, gl. huiuſmodi, & gl. petenti, in cap. ſolet de ſententia excommunicat. lib. 6.

Abſolutio excommunicationis impeditur per exceptionem manifeſtæ offenſæ, cap. venerab. §. ſane eod.

Abſolutio iniuſta, facta tamen à iudice competenti, tenet, d. §. ſane, & ibid. gl. competit.

Abſolutio facta ab excommunicatione per illum, qui non eſt iudex, propter periculum imminens, non eſt apta durare perpetuo: ſed tantùm limitatur ad tempus impedimenti, cap. eos qui 22. eod.

Abſolutio fit antequam imponatur pœnitentia pro peccato, d. cap. eos qui §. idem.

Abſolutio poteſt impertiri abſque ſatisfactione ei, qui propter paupertatem non poteſt ſatisfacere, gl. ſatisfecerint in clem. 2. de hæreticis.

Abſolutionem ab excommunicatione hominis non poteſt præſtare, niſi ille, qui tulit excommunicationem, vel eius ſuperior. gl. à canone, in clem. 1. de priui.

Abſolutio præmiſſa ſatisfactione facilius conceditur, quam ea non præmiſſa, clem. cum ex eo de ſententia excommunicat.

Abſolutio excommunicationis vel interdicti competit ratione iuriſdictionis, non officii, gl. abſoluere, in extrauag. execrabilis, Ioan. 22.

Abſolutionem ſimpliciter imponens tempore interdicti non eſt irregularis: ſecus ſi eam impenderet officiando ib.

Abſolutio vel condemnatio, non tantum ſententiam, ſed etiam poteſtatem præſidentium deſiderat. in ſumma, diſt. 20.

Abſolutio tollit quod induxit excommunicatio. can. ille qui 6. q. 3.

Abſolutio ab excommunicatione, dicitur ſententia, can. ſi quis à proprio 11. q. 3.

Abſolutio debet dari correcto, non vero incorrecto, can. ſi Epiſcopus ante 11. q. 3.

Abſolutio non prodeſt ei, qui quærit indiſcretum ſacerdotem, vt eum per imperitiam abſoluat, gl. fi. in can. quo modo, & can. ridiculum 11. q. 3.

Abſolutio non eſt petenda, cum iniquè fertur ſententia, can. cui eſt illata, 11. q. 3.

Abſolutione non eget, qui non eſt ligatus, ibid.

Abſolutio illa quoad Deum tenet, quæ eſt facta iuſte, claue non errante, can. cœpiſti 11. q. 3.

Abſolutio præſidentis vera non eſt, niſi ſequatur arbitrium interni iudicis, can. tunc vera 11. q. 3.

Reliqua vide ſupra verbo, Abſoluere, n. 1. 2. inf. Accuſatio. n. 1. Epiſcopus 101. vſque 168. Excommunicatio. 25. 26. Iudex 78.

ABSOLVTIO ab Excommunicatione maiori, licet occulta, ſoli Papæ reſeruarat. Nec regulariter eam impertiri licet ſimplici ſacerdoti, cap. porrò 7. de ſentent. excommunic. 4

Abſolutio, etiam in foro animæ, non debet indulgeri, niſi præmiſſa ſatisfactione, ibid.

ad

Digitized by Google

ad Abſolutionem excommunicationis canonis, *Si quis ſuadente*, requiritur ſpeciale mandatum, niſi acceſſorie veniat ad mandatum, dd. ibid.

Abſolutio excommonicationis à canone, *Si quis ſuadente*, antequam indulgeatur, parti læſæ fieri debet ſatisfactio. can. parochianos, eod.

Abſolutio canonis, *Si quis ſuadente*, etiam ſubſiſtente cauſa impedimenti eundi ad curiam pro abſolutione, non competit inferioribus Prælatis, citra Epiſcopum, cap. de cætero 11. eodem. Attamen eam poteſt indulgere presbyter, exiſtenti in ſumma neceſſitate: aliàs non niſi id fecerit de mandato Epiſcopi in caſu, quo Epiſcopo competeret, propter impedimentum eundi ad curiam, gl. 2. ibid.

Abſolutionem excommunicati cum Papa delegat aliis, mandat eis recipi cautionem de parendo mandatis Eccleſiæ, cap. ad hæc 12. eod.

Abſolutionem excommunicationis canonis, eo ipſo, quod conditor canonis ſibi non reſeruarit, videtur conceſſiſſe facultatem aliis relaxandi, cap. nuper 29. §. in ſecundo, eod.

Abſolutio excommonicationis latæ à iure, ex quo conditori non fuit ſpecialiter reſeruata, pertinet ad Epiſcopos, gl. fi. in cap. ſciant 22. de elect. lib. 6.

Abſolutionem etiam in caſibus reſeruatis ſpecialiter à Papa, poteſt Epiſcopus, vel alius presbyter, in articulo mortis præſtare: & hoc intellige, ſi facultas ſatisfaciendi ſit, & tempus hoc patitur; alioquin abſolutionem præſtare debent præſtita ſibi cautione, gl. pe. in clem. 1. §. pe. de hæreticis.

Abſolutionem ab excommunicatione lata à iure, poteſt ordinarius impendere facta reſtitutione, cum Papa eam ſibi non reſeruauerit: ſed non facta prius reſtitutione non poterit abſolutionem præſtare, & ſi præſtiterit, non tenet abſolutio, extrauag. ſuſcepti, §. fi. & ibi gl. minime Ioan. 22.

5 Abſolutio, etiam de caſibus reſeruatis, in mortis articulo poteſt à quolibet ſacerdote impertiri, extrauag. excommunicamus, & ibi gl. mortis de ſententia excommunicat.

Abſolutionem vbi conditor canonis ſibi non reſeruauit, videtur cæteris, ideſt Epiſcopis, indulſiſſe, gl. fi. in cap. graue nimis 29. de Præb. gl. 2. in cap. quod olim 12. de Iudæis, gl. percuſſum, in cap. vt inquiſitionis 18. de hæreticis, l. 6. gl. excommunicamus, in cap. 1. de homic. l. 6.

Reliqua in verbo, Abſoluere 3. Periculum, Caſus Excommunicatio. 25. 26. Excommunicatus 42. vſque 50. Legatus 27. Pauper. 1. Senes.

6 **ABSOLVTIONEM** debet præcedere cordis contritio, oris confeſſio, & operis ſatisfactio, ſaltem affectu, gl. audire, in clem. dudum, §. ſtatuimus de ſepultur.

Abſolutio ex cauſa differri poteſt, vt maior rubor ſit ei coram multitudine, gl. fi. in can. ſi quis diſt. 18.

Abſolutio differtur ſacrilego, vt diutius confundatur, & etiam differtur ei qui multum deliquit: vnde licet ante voluerit abſolui, non auditur, can. ſiquis, diſt. 18.

Abſolutio regulariter non debet differri, ibid.

poſt Abſolutionem peccatorum quandoque alicui interdicitur ingreſſus Eccleſiæ, can. in capite diſt. 50.

Abſolutionem erroris & peccati, quam quis viuus non quæſiuit, in eadem damnatione defunctus non meretur, nec poteſt impetrare, can. nec quiſquam 24. q. 2.

Abſolutio nullius momenti eſt, quam Sacerdos in eum profert, in quem ordinariam vel delegatam iuriſdictionem non habet, Concil. Trid. can. 7. ſeſſ. 14.

Abſolutio atrociorum ac grauiorum criminum, ne præſtaretur à quibuſuis Sacerdotibus, ſed tantum à ſummis, viſum eſt ſemper ſanctiſſimis patribus; vnde Pontifices maximi pro ſuprema poteſtate ſibi in Eccleſia vniuerſa tradita, aliquas cauſas criminum grauiores ſuo peculari iudicio reſeruarunt ibid.

Abſolutio atrociorum criminum nulla reſeruatur in articulo mortis, d. can. 7.

Abſolutionem ſacramentalem ſacerdotis, ſi quis dixerit non eſſe actum iudicialem, ſed nudum miniſterium pronunciandi & declarandi remiſſa eſſe peccata confitenti, modò tantùm credat ſe eſſe abſolutum, aut ſacerdos non ſerio, ſed ioco abſoluat, aut dixerit non requiri confeſſionem pœnitentis, vt ſacerdos eum abſoluere poſſit, anathema ſit. Concil. Trid. de Sacramento pœnitent. cap. 9. ſeſſ. 14

Reliqua in verbo, Excommunicatio. 25. 26. Excommunicatus 42. vſque 50.

7 **ABSOLVTIO** ad cautelam non fit, niſi hoc exprimatur, gl. fi. in cap. capitulum 30. de reſcript.

Abſolutio ab excommunicatione ad cautelam tunc fit, cum excommunicatio allegatur probabiliter nulla, vt quæ lata poſt appellationem, gl. fi. in cap. veniens 38. de teſtib.

Abſolutio ab excommunicatione ad cautelam, non debet concedi ſine iuramento, quando eſt dubium de eius validitate, cap. venerabili, & ibi gl. 1. de ſentent. excommunic.

Abſolutio ab excommunicatione ad cautelam petitur, quando dicitur excommunicatio nulla, cap. ſolet de ſententia excommunicationis, lib. 6. gl. ad cautelam, in cap. præſenti eod.

Abſolutio excommunicationis ad cautelam dari poteſt à ſuperiore ipſius excommunicatoris, ad quem cauſæ controuerſia delata eſt per appellationem: poterit etiam ipſe excommunicator abſoluere ad cautelam, d. cap. ſolet, & ibi gl. 2.

Abſolutio excommunicationis ad cautelam dari non poteſt à iudice delegato, etiam principis, dato in appellationis cognitionem & deciſionem: & hæc de iure verior: contraria ſententia in praxi eſt recepta à iudicibus delegatis extra Romanam curiam, licet datus in Romana curia ſpeciali commiſſione indigeat ad eam abſolutionem, d. gl. 2. & ibi dd.

Abſolutio ad cautelam in interdicto poteſt fieri, ſicut in excommunicatione, quod verùm eſt in interdicto perſonæ, ſecus tamen in interdicto loci, gl. generaliter, in cap. præſenti, eod.

Reliqua in verb. Excommunicatus 42.

ABSOLVENDI poteſtatem habens, ab excommunicatione canonis contra inicientes manus violentas in clericum, poteſt eam alii delegare, cap. fi. de officio ordin.

Abſoluendi & ligandi poteſtas dependet à ſuperioritate, can. cum inferior. de maior. & obed. can. inferior. diſt. 21.

Abſoluendi & ligandi poteſtas à pari procedunt, ibid.

ad Abſoluendum proniores eſſe debemus, quàm ad condemnandum. gl. in humaniorem, in can. de tranſactio. gl. 2. in can. fi. de vſuris, gl. fi. in can. veniam 35. q. 9.

Abſoluendus, quod iuret de ſtando mandatis Eccleſiæ, vel iudicis, nihil refert; vtroque enim caſu intelligitur de iuſto mandato, gl. quod veſtro, in cap. 1. §. ideoque, de his, quæ vi metus.

ad Abſoluendum iura promptiora ſunt, quam ad condemnandum in dubiis & obſcuris; ſecus vbi notum eſt factum: quia tunc potius ſit condemnatio, quam abſolutio, cap. 3. & ibi gl. promptiora de prob.

ad Abſoluendum iura fauorabiliora ſunt, quàm ad condemnandum: niſi in cauſa matrimoniali, dotali, liberali, & in teſtamento, cap. fi. & ibi gl. 1. de re iudicat.

Abſoluendi poteſtatem habens, non cenſetur habere poteſtatem condemnandi, quando in vtroque ſubeſt diuerſa ratio: quia legati à latere, extra ſuam prouinciam poſſunt abſoluere pro manuum iniectione: ſed excommunicare non; cum extra ſuam prouinciam non habeant iuriſdictionem, cap. ad eminentiam 20. de ſententia excommunicat.

in Abſoluendi quibuſcumque conceſſionibus & facultatibus, non comprehenduntur caſus ſpeciales, ſedi Apoſtolicæ reſeruati, extrauag. & ſi Dominici de pœnitent. & remiſ.

Abſoluendi & ligandi poteſtas ſunt correlatiua, vt qui habet vnam, cenſetur habere aliam, can. inferior. diſt. 21. & ibi gl. 1.

ad Abſoluendum, miſerendum, & compatiendum promptiores debemus eſſe, quàm ad condemnandum, can. quamuis 7. q. 1.

Abſoluendi & ligandi poteſtate qui abutitur, ſe priuat, vel priuari meretur, can. ipſe, & ibi gl. 1. 11. q. 3.

Abſoluendus eſt ille qui deſiderat, ſine mora, non obſtante aliqua appellatione, gl. 1. in can. de his 26. q. 6.

Abſoluendus eſt à ſolo Papa, qui incidit in canonem latæ ſententiæ, gl. fi. in can. ſi aliquis 26. q. 6.

Reliqua vide in verbo, Caſus, Poteſtas, Condemnari.

ABSOLVTVS de certo crimine, de eodem iterum accuſari non poteſt, cap. de his criminibus 6. de Accuſat. 8

Abſolutus à delegato ſuper cauſà, pro qua erat excommunicatus, coram excommunicante parebit, ſeu reſpondebit ſupra illa cauſa, niſi ſit alteri commiſſa; & ſi excommunicator malitioſe diſtulerit, delegatus qui abſoluit, cognoſcet, cap. prudentiam §. ſi vero de officio deleg.

Abſolutus ab excommunicatione debet diligenter abſolutionis literas cuſtodire, ad hoc vt tutus exiſtat, ſi ei obiiciatur excommunicatio, gl. iniungo, in cap. cum in iure de officio deleg.

Abſolutus ab excommunicatione, ſi non vult ſatisfacere ſecundum quod iurauit in abſolutione, non reincidit ipſo facto in excommunicationem, ſed debet de nouo excommunicari, cap. ad reprimendum de officio ordin.

Abſolutus ab excommunicatione cum ſolemnitate debita de parendo mandato iudicis, non reincidit ipſo facto in excommunicationem, quamuis mandato, vt promiſit, non pareat; ſed opus eſt, vt de nouo in illam reducatur, cap. ad noſtram 7. de iureiuran.

Abſolutus quoad Deum, eo quod egit occulte pœnitentiam, nihilominus poteſt reus accuſari in iudicio, gl. 1. in cap. de his 46. de accuſat.

Abſolutus ab excommunicatione, reincidens in idem delictum per quod fuerat excommunicatus, non reincidit ipſo facto regulariter in excommunicationem: ſed durius conſequitur ſecundam abſolutionem, quàm primam, cap. quæſtioni, 21. de appellat.

Abſolutus ab excommunicatione non dicitur ille, qui cauſam excommunicationis non expreſſit, gl. 2. in cap. non eſt de voto.

Abſolutus legitimè per viam inquiſitionis, non debet amplius ſuper eiſdem criminibus inquiri, cap. fi. de colluſione deteg.

Abſolutus propter impedimentum ab eo, cui non competebat aliàs abſoluendi poteſtas debet, impedimento ceſſante, ire ad illum cui competebat abſolutio, cap. de cætero 11. de ſententia excomm.

Abſolutus ab excommunicatione canonis *ſi quis ſuadente*, ab Epiſcopo,

ſcopo, propter impedimentum eundi Romam pro abſolutione, ceſſante impedimento, ſi non adit Romam, periurus eſt, & reincidit in eandem: non quia prima reuiuiſcat, ſed eſt noua excommunicatio, à iure prolata propter contemptum ipſius, gl. fi. ibid.

2 Abſoluti ab excommunicatione reſeruata tempore neceſſitatis, debent ceſſante neceſſitate adire Papam, ſuſcepturi mandatum Apoſtolicum: aliàs reincidunt in eandem, cap. ea noſcitur 13. de ſentent. excommunic. cap. eos qui 22. de ſent. excommunic. lib. 6. clem. 1. §. fi. de pœnis.

Abſolutus poteſt quis eſſe apud Deum, & ligatus apud Eccleſiam, & è contra, cap. à nobis 28. de ſententia excommunicat.

Abſolutum eſſe aliquem, vel condemnatum, & ſoluiſſe, paria ſunt, gl. adimimus, in cap. fi. §. per hoc de pœnis lib. 6.

Abſolutus, ita vt alicuius conſpectui præſentare ſe debeat, ſi hoc non faciat, reincidit in priſtinam excommunicationem, cap. eos qui de ſentent. excom. l. 6.

Abſolutus à Papa, vel eius legato, à quibuſuis excommunicationibus, ita vt ordinarii vel alterius conſpectui ſe præſentet, ſuſcepturus pœnitentiam, ſi is non faciat id, cum commode potuit, incidit in eandem ſententiam, ibid.

Abſoluti ab excommunicatione reſeruata in articulo mortis, quando dicantur, quam cito commode poſſe ire Romam ad petendam abſolutionem, eſt in iudicis arbitrio, gl. quam cito, in clem. 1. §. fi. de pœnis.

Abſolutus ſemel, non poteſt amplius accuſari ſuper eodem crimine, niſi in duobus caſibus, ſcilicet ſi ſuam iniuriam proſequatur, & probat ſe ignoraſſe accuſationem ab alio inſtitutam: & cum vult probare de præuaricatione prioris accuſati, gl. fi. in can. habet 2. q. 5.

Abſolutus in terra, erit etiam abſolutus in cœlis, quia eius abſolutio comprobabitur ab eo, qui eſt in cœlis, can. cœpiſti 11. q. 3.

Abſolui quandoque quis dicitur ab excommunicatione nulla: & abſolutus exponitur non ligatus, vel quod abſolutus ſit de facto gl. abſoluendo, in can. audiuimus 24. q. 1.

Abſolutus ab excommunicatione, conſtitutus in periculo, non reincidit in excommunicationem ceſſante periculo: ſed tenetur tamen ire ad ſedem Apoſtolicam, cum opportunum fuerit, gl. pe. in can. ſi quis 26. q. 6.

Reliqua in verbo, Caſus, Confeſſor. Reſeruatum, Excommunicatus 42. vſque 50. Excommunicatio. 25. 26.

ABSQVE, dictio, ſtat excluſiue, & ponitur pro ſine, can. ſi iudex §. & ſi notoria de ſententia excommunic. lib. 6. gl. 1. in can. non eſt noſtrum 23. q. 5.

Abſque, præpoſitio inducit priuationem: ſicut præpoſitio ſine, gl. abſque, in extrauag. execrabilis Ioan. 22. gl. declaramus in extrau. cum inter nonnullos Ioan. 22.

ABSTINERE dicitur ille, qui comedit neceſſaria pro ſui corporis ſubſtentatione, can. conuiuia, diſt. 44.

Abſtinens dicitur, qui bene comedit, gl. 2. ibid.

ABSTINENTIA Chriſti, & Ioannis Baptiſtæ, diuerſa fuit, gl. 1. in can. quod dicitur, diſt. 41.

Abſtinentia eſt continentiæ nutrix, quæ facilius frænos patitur, ſi non deliciarum calcaribus incitetur, gl. cibis, in clem. ne in agro de ſtatu Monach.

ex Abſtinentiæ actu, licet ſit meritorius, non dicitur quis ſuperbire, can. ſi quis eorum, diſt. 30.

Abſtinentia in paradiſo, poſt paradiſum edendi laſciuia incœpit, can. ſexto die diſt. 35.

Abſtinentię lex, omnibus temporibus eſt adſcripta, can. huius, diſt. 76.

Abſtinentia, nihil prodeſt ad vitam æternam illi, qui velit luxuriari in venationibus, can. quid prodeſt, diſt 86.

Reliqua in verbo, Ieiunare, Ieiunium.

ABSVRDITAS eſt vitanda, clem. 1. de magiſtr. cap. cum ſatis de officio Archi. cap. clericos de off. vicarii.

Reliqua in verbo, Argumentum, n. 1. 2. 3. 6.

ex ABVNDANTI fiunt aliqua, ad ſuperandam hominum malitiam, gl. 1. in can. habet 2. q. 5.

ABVSIONES hominum ſunt duodecim: Sapiens ſine operibus, Senex ſine religione, Adoleſcens ſine obedientia, Diues ſine eleemoſina, Fœmina ſine pudicitia, Dominus ſine virtute, Chriſtianus contentioſus, Pauper ſuperbus, Rex iniquus, Epiſcopus negligens, Plebs ſine diſciplina, Populus ſine lege, gl. curias, in clem. in agro §. quia vero de ſtatu monachor.

Abuſio eſt vitanda clem. 1. de pœnit. & remiſ.

Abuſus facit multa, etiam iuſta, caſſari, cap. 2. de conceſſione præbend. lib. 6.

Abuſus nomen, in bonam & malam partem ſumitur, gl. vel abuſum, in extrauag. ad conditorem, Ioan. 22.

Abuſus eſt malus vſus, ſeu contra rationem, gl. abuſum, in extrauag. deteſtandæ de ſepultur. inter communes.

ACCEPTARE beneficium tacite dicitur ille, qui petit, vel patitur ſibi præſenti beneficium conferri, clem. 1. de conceſſ. præbend.

Acceptare beneficium dicitur quis, eo ipſo quod petit illud ſibi conferri, gl. poſt acceptationem, in cap. 1. §. ex parte de conceſſ. præb. lib. 6.

Acceptare beneficium impetrans non præſumitur: ſed expedit, quod declaret voluntatem ſuam, in d. clem. 1. de conceſſ. præbend.

Acceptandi poteſtas non reddit reſcriptum generale, ita quod ei per ſecundum ſpeciale preiudicetur, d. clem. 1. §. ſecus.

Acceptatio beneficii, ſine executoris præſentia, recte poteſt fieri, gl. executorem, in d. clem. 1. §. fi.

ACCEPTILATIO non poteſt fieri per procuratorem generalem, niſi habeat ſpeciale mandatum, gl. ſine ſpeciali, in cap. nonnulli 28. §. fi. de reſcript.

Acceptillationis effectus ſuſpenditur, licet non ipſa acceptillatio, gl. ſuſpendendum, in cap. dilectis, 55. de appellat.

Acceptilatione vna poſſunt plures obligationes tolli, gl. 1. in cap. officii 42. de ſententia excommun.

ACCEPTIO perſonarum non eſt habenda in ſententia, quoniam in ea æqualitas eſt ſeruanda, gl. 1. in cap. in iudiciis 12. de reg. iuris, lib. 6.

Acceptio perſonarum non eſt admittenda in iudiciis, ſed ita magnum iudicabis ſicut paruum, cap. nouit. de iudiciis, cap. pe. de præbend. reg. in iudiciis, & ibi gl. 1. de reg. iuris, lib. 6.

Acceptio perſonarum non eſt habenda in exhibitione pœnitentiæ, in fide Chriſti ſuſpicienda, & in aliis Sacramentis, & in pauperum receptione, cum ſufficere poſſumus, & in aliis operibus pietatis, d. gl. 1.

Acceptor perſonarum non eſt Deus, can. tali coniugio 1. q. 7.

ACCESSORIVM conceditur ei, cui principale permittitur, gl. 1. in cap. Intelleximus, de iudiciis.

Acceſſorium iuramenti vel firmationis fidei, quandoque valet, & non principale, cap. ad aures de his quæ vi metúſue cauſa.

in Acceſſorio idem iuris eſt, quod in principali, gl. fi. in cap. ſi diligenti de foro comp. gl. pe. in cap. cum in officii, & ibi gl. fi. de præſcript. & cap. dilectis, & ibi gl. principale de appellat. & gl. 1. in cap. conſuluiſti de conſecratione Eccleſiæ, gl. adhærentes, in cap. olim 26. de accuſation.

in Acceſſorio quandoque aliud eſt, quam in principali, d. gl. fi. in cap. ſi diligenti.

Acceſſorio ſublato, tollitur & principale, ibid.

Acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis, cap. ſi ſuper gratia de officio deleg. lib. 6. gl. pe. in cap. ſuper eo. de præbend. lib. 6. & reg. acceſſorium de reg. iuris, lib. 6.

Acceſſorium licet ſit dignius, non mutat ob id naturam ſui principalis, cap. ſuper eo. de præbend. lib. 6.

Acceſſorium licet ſequatur principale contiguum, non tamen ſequitur acceſſorium etiam contiguum: multo ergo minus principale ſequitur acceſſorium, gl. fi. in cap. 1. de conſecra. Eccleſiæ, lib. 6.

Acceſſorium tenet, & non principale, in his quæ fiunt præter legem; ſed in his quæ fiunt ſecundum legem, vtrumque: & in his quæ contra legem, neutrum tenet, gl. 1. in reg. acceſſorium de reg. iuris, lib. 6.

Acceſſorii iure venit, quod principaliter non veniret, gl. Eccleſias, in clem. 2. de præbend.

Acceſſorie quædam licent, quæ principaliter non licent, gl. executores, in extrauag. ſedes Apoſtolica de officio deleg.

Reliqua vide in verbo, Principale.

ACCESSVS ad iudicem quando non patet ſecurus partibus, iura eis proſpexerunt: ita & iudicibus quoque, ac executoribus & eorum apparitoribus in citationibus faciendis, quando non patet acceſſus ſecurus ad partes; ſed in citatione tantum debet exprimi cauſa, gl. licet, in extrauag. rem non nouam de dolo & contum. inter communes.

Reliqua vide in verbo, Cohabitatio.

ACCIDENTALES qualitates adiectæ cauſæ naturali, immutant quandoque cauſam naturalem, cap. præſenti, §. ſane de præbend. lib. 6.

Accidentalis cauſa & naturalis vbi concurrunt, attendimus potius naturalem, quàm accidentalem, d. cap. præſenti, §. idem eſt.

ACCIPERE ſemper, & nihil dare, turpe eſt, gl. 1. in cap. 1. de donatio.

ACCIPITRES, vel canes habere ad venandum, non licet Epiſcopo, Presbytero, vel Diacono, cap. 1. de clerico venatore.

Reliqua vide in verbo, Canes.

ACCRESCENDI ius, non habet locum in mandatis, cap. ſi delegatus 7. & ibi add. marg. de off. deleg. l. 6.

ACRIMONIA dicitur acris pœna, quaſi acris monitio: vel dicitur pœna excommunicationis, quaſi à gremio Eccleſiæ expellens, gl. acrimoniam, in cap. 2. de immunitat. Eccleſiæ, lib. 6.

Reliqua vide in verbo, Excommunicatio.

ACCVSARE volenti præfigi debet tempus ad accuſandum, quo elapſo non auditur, cap. accepimus 1. & ibi gl. vlterius, de fide inſtrum. 1

Accuſare Prælatum, & eius crimina denunciare recte poſſunt canonici, & ſic inferiores, cap. licet de accuſ.
Accuſare nemo compellitur, gl. pe. ibid.
Accuſare ſe nolle quem iurans, non auditur amplius, ſi poſtea velit accuſare eum, maximè vbi primo calumniose voluit accuſare, gl. ſilentium, in cap. veniens, eod.
Accuſari non poteſt quis ſimul de pluribus criminibus, deſcendentibus ex eodem facto ab vno, ſed bene à diuerſis, gl. ſiquis in can. poſt appellationem 2. q. 6.
Accuſare Epiſcopum, vel Clericum non licet laico, can. 1. & 2. q. 7.
Accuſare monialem non licet laico, gl. 1. in d. cap. 2.
Accuſari non poſſunt maiores à minoribus, can. maiorum 2. q. 7.
Accuſari non poteſt res, quæ nondum eſt, gl. ad futuras, in cap. ſi. de reſcript.
Accuſare non poteſt infamis infamem, nec criminoſus criminoſum, gl. 1. in cap. 1. exceptio.
Accuſare poteſt criminoſus criminoſum, proſequendo iniuriam ſuam, nec repellitur criminis exceptione, ibid.
2 Accuſare poteſt familiaris criminoſus Epiſcopum ſuum, & is non poteſt obiicere illi de crimine: quod ſtatutum fuit in odium Epiſcoporum, qui non debent habere prauos homines, & viles in familia ſua, ibid.
Accuſari nullus poteſt de crimine poſt mortem, niſi in tribus caſibus, vt in crimine hæreſis, vel læſæ maieſtatis, propter bona & filios: & ratione bonorum, quæritur de delictis aliquorum poſt mortem, an quis fuerit natus de legitimo matrimonio; & verum fuerit legitimum matrimonium: & quandoque quæritur de ſtatu alicuius poſt mortem, propter bona, gl. pe. in cap. cauſam quæ 7. Qui filii ſint legitimi.
Accuſare debent, illi quorum intereſt, aliàs accuſatio eſt nulla, cap. 3. de accuſat.
Accuſare aliquem iuſte pro pace, vt boni quiete viuant, licitum eſt, gl. 2. in cap. accuſaſti, eod.
Accuſare aliquem iniuſte & calumnioſe, etiam pro pace, non eſt licitum: imò taliter accuſans peccat mortaliter, gl. 2. in cap. accuſaſti, de accuſat.
Accuſare clericos non poſſunt laici, niſi ſuam vel ſuorum iniuriam proſequantur, nec tunc ad teſtimonium, cum in facto proprio nemo eſt teſtis idoneus, cap. cum P. & ibi gl. 1. eodem.
Accuſare non poteſt quis illum, contra quem teſtimonium tulit, d. cap. cum P. de accuſatione.
Accuſare poteſt quis clericum maioris ordinis, cap. 1. de calumniat.
Accuſari poſſunt plures de eodem crimine, in eodem libello, ab eodem; ſecus, vbi crimina eſſent diuerſa, cap. 2. de purgat. vulgar.
Accuſari poteſt quis de peccato, de quò pœnituit, ad pœnam legalem vel canonicam, gl. corripere, in can. primum diſt. 25. gl. ſi. in ſumma, §. ſollicite diſt. 49.
Accuſari poteſt Papa de crimine hæreſis occulto, ſed non de alio crimine occulto, gl. à fide, in can. ſi Papa diſt. 40.
3 Accuſare poteſt quis plures in eodem libello, gl. libelli, in can. Maximinianus, diſt. 81.
Accuſari nemo poteſt poſt mortem, niſi in cauſa hæreſis, & in quibuſdam aliis caſibus, gl. ſi. in can. ſi. diſt. 88.
Accuſare poteſt quis abolitum de libro reorum abolitione publica, vel priuata: vel propter deſiſtentiam accuſatoris, can. prohibentur 2. q. 1.
Accuſare duos poſtquam quis cœpit, ſi tertium accuſare velit, præſumitur quod hoc faciat cauſa quæſtus, gl. quæſtum, ibid.
Accuſare duos in diuerſis libellis poteſt quis, ſed non tertium, niſi ſuam vel ſuorum iniuriam proſequatur, ibid.
Accuſare duos non poteſt quis in vno libello, niſi ſuam vel ſuorum iniuriam proſequatur, vel niſi crimen ſit commune, ibid.
Accuſari duo non poſſunt ſimul in crimine adulterii, ibid.
Accuſari nullus debet dum ſuis rebus fuerit ſpoliatus, priuſquam ſibi omnia bona, quæcunque ablata fuerint, cum fructibus reſtituantur, can. nullus Epiſcopus, can. nullus poteſt, can. præceptum 2. q. 2.
Accuſare poſſunt plures vnum, can. Euthemium 2. q. 3.
Accuſari duo ſimul de crimine non poſſunt, gl. 1. in can. interrogatum eſt 2. q. 5.
Accuſare Epiſcopum poteſt quis coram ſuo Primate: qui ſic accuſatus poteſt appellare ad Papam: qua appellatione interpoſita, inferior de cauſa non ſe intromittit, ſed per appellationem, vel eius authoritate diffinietur, & appellationi dictæ non deferens punietur, cap. de vtero 2. q. 6.
4 Accuſare Prælatos ſuos ſubditi non prohibentur, ſed tantum criminoſi, can. præſumunt 2. q. 7.
Accuſare non poteſt ille, qui caſu membrum amiſit, poteſt tamen inferiorem, vel parem accuſare: quia poteſt remanere in executione talis ordinis, gl. ſi. in can. ipſi Apoſtoli 2. q. 7.
Accuſare non poteſt ſacerdos depoſitus, ibid.
Accuſare non poteſt, de crimine conuictus in modum exceptionis, ibid.
Accuſare quandoque cogi poteſt quis, gl. deferre, in can. quapropter 2. q. 7.
Accuſare alium per epiſtolam non poteſt quis: ſed ſolum præſens præſentem tantum debet accuſare, can. per ſcripta 2. q. 8.
Accuſare non poſſunt conſpiratores, nec anathematizati, can. conſpiratores, & can. nullus 3. q. 4.

Accuſare quandoque compellitur quis, can. accuſatoribus 3. q. 5.
Accuſare Epiſcopos non poſſunt alienigenæ, & quos diuinæ voces inuitos appellant, can. canonica 3. q. 5.
Accuſare Epiſcopos non poſſunt ſerui, nec liberti, nec alienigenæ, can. accuſatores 2. 3. q. 5.
Accuſari non poteſt quis extra Prouinciam, can. neminem 3. q. 6.
Accuſare debet præſens præſentem in ſcriptis: ſed abſens, nec per ſcripturam poteſt accuſare, can. abſente, 3. q. 9. 5
Accuſare debet quis præſens per ſe, & non per alium, inſcriptione præmiſſa, can. qui accuſare 3. q. 9.
Accuſari poteſt quis pluries de eodem delicto, can. iudicas 3. q. 9.
Accuſare non poteſt abſens per alium, nec accuſari, can. abſens per alium 3. q. 9.
Accuſare aliquem poteſt abſens per alium, in crimine iniuriarum, vt ſi ſit illuſtris perſona, ibid. can. abſens per alium, 3. q. 9.
Accuſari poteſt quis in vno inſtanti, de pluribus criminibus, can. placuit 3. q. 9.
Accuſare non poteſt condemnatus de crimine, niſi ſuam iniuriam proſequatur, cum iam ſit infamis: quod intellige, ſi poſt condemnationem accuſari, inchoat in extraneum, non in ſuum accuſatorem; nam contra ſuum accuſatorem recte poterit: niſi ex illo crimine ciuitatem vel libertatem perdidiſſet; & hoc verum de iure ciuili, gl. 1. in can. 2. 3. q. 11.
Accuſare ſuum accuſatorem vel extraneum, iure canonico non poteſt condemnatus de crimine, niſi ſuam vel ſuorum iniuriam proſequatur, ibid.
Accuſare prohibitus ſub pœna, ſi accuſat, incurrit pœnam in exordio accuſationis; nec requiritur perſeuerantia, can. prius, §. ſi quis 3. q. 11.
Accuſare non poteſt in priuatis delictis ille, cuius intereſt: bene tamen poteſt teſtificari, ibid.
Accuſare prohibiti permittitur in propria cauſa, can. 2. 4. q. 5.
Accuſare non poſſunt in cauſa propria ſeruus, impubes, excommunicatus, vſurarius, libertus, & parentes, & mulier, gl. 1. in can. 2. 4. q. 5.
Accuſari poteſt quis per literas de crimine, can. Epiphanium, 5. q. 6.
Accuſare non poſſunt alios, crimine irretiti, in ſumma 6. q. 1.
Accuſare ſacerdotes non poſſunt infames, & qui culpis exigentibus ad ſacerdotium promoueri non poſſunt, can. omnes 1. 6. q. 1.
Accuſare eos quod poſſunt illi, qui non poſſunt eſſe, quod ipſi ſunt, indignum eſt ibid.
Accuſari poteſt quis de crimine, etiam poſt pœnitentiam, gl. 2. in can. qui crimen. 6. q. 1.
Accuſare ſuos Prælatos, non licet laicis, vel clericis criminoſis, ex quacumque cauſa; minime vero ex ſuſpicione, can. oues 6. q. 1.
Accuſare volens probationem habere debet, can. 1. 6. q. 2.
Accuſari de crimine non poteſt quis poſt pœnitentiam, can. cum perculſi. & ibi gl. 2. 7. q. 1. gl. non patitur, in can. ſi illic. 23. q. 4.
Accuſare quicumque poſſunt in crimine publicorum iudiciorum, & læſæ maieſtatis, illi etiam admitti poſſunt ad accuſandum in crimine ſimoniæ, can. certis, §. ſi. 15. q. 3.
Accuſare aliquem, iudicis officio poteſt quis cogi, ſed non iure actionis, gl. 2. in can. ſi quis per capillum, 22. q. 1.
Accuſari non poteſt quis de crimine illo, de quo eſt abſolutus, vel poſtquam pœnituit. gl. reciduo, in can. ſi illic. 23. q. 4.
Accuſare aliquem non poteſt ille, qui iurauit ſe non accuſaturum illum, licet poſſit denunciare crimen eius, ibid.
Accuſari poteſt quis de crimine, etiam poſt baptiſma, gl. pœnitentia, in can. admonere, 33. q. 2.
Accuſari poteſt quis de crimine poſt pœnitentiam peractam, & crimen purgatum, ibid.
Accuſari poteſt quis de crimine, quandocumque claruerint crimina, etiam vſque ad milleſimum annum ib.
Accuſare poſſunt plures vnum de eodem crimine, iudex tamen debet eligere magis idoneum, gl. 1. in cap. quoties de purga. cano.

Reliqua vide in verbo, Adulter, Aſſerens, Clericus 131. Collegium, 2. Excommunicatus, 4. Papa, 48. 49. 50. Prælatus 12.

ACCVSANS debet ſe inſcribere, vel in ſcriptis ponere quod probabit, can. Paulum 2. q. 3.
Accuſans matrimonium propter quæſtum, & ad extorquendam pecuniam, vt ab accuſatione deſiſtat, repellitur, cap. ſignificante. Qui matrimonium accuſat.
Accuſans aliquem calumnioſe, ſi propter eam accuſationem mors illata ſit accuſato, debet pœnitere quadraginta diebus, in pane & aqua, cum ſeptem ſequentibus annis: ſed ſi membri tantum debilitatio ſequuta ſit, debet per tres quadrageſimas pœnitere, cap. accuſaſti 8. de accuſat.
Accuſans Subdiaconus malitioſe Diaconum, debet priuari à Subdiaconatu, & verberibus caſtigatus in exilium mitti, cap. 1. de calumnia.
Accuſans, ante inſcriptionem recte poteſt deſiſtere ab accuſando gl. 3. in reg. quod ſemel. de reg. iuris, li. 6.

Accuſans aliquem coram Epiſcopo, ſi velit deſiſtere ab accuſatione, non debet Epiſcopus eos cogere perſequi cauſam illam, etiam lite conteſtata: imo debet magis hortari eos ad pacem, quam ad contentionem: quod intellige, quando agitur de crimine iniuriarum, vel quando agitur de crimine ciuiliter; ſecus ſi criminaliter, gl. 1. & 2. in can. ſtudendum, diſtinct. 90.

Accuſans Epiſcopum, Presbyterum, Diaconum falſis criminibus, ſi in probatione deficiat, priuatur communione etiam in fine, can. ſi quis Epiſcopum 2. q. 3.

Accuſans, ſi non probat accuſationem & mentiatur, punitur pœna talionis, can. quiſquis 2. q. 8.

Accuſans aliquem de pluribus criminibus, ſi in uno deficit, admittitur ad alia, dummodo non ſit calumniator, gl. 1. in ſumma, 3. q. 10.

Accuſans de pluribus criminibus, in vno deficiens, repellitur ab aliis, can. placuit 3. q. 10.

Accuſans falsè ſcienter, excommunicatur ad vitam, & niſi pœniteat in fine, communionem non recipiet, can. eos qui 3. q. 10.

Accuſans, debet ſe inſcribere ad pœnam talionis, gl. inſcriptio in can. 2. §. inſcriptio 4. q. 4.

Accuſans aliquem de crimine pro vindicta publica, non dicitur agitare propriam cauſam, can. 2. 4. q. 6.

Accuſans criminaliter & etiam accuſatus, per ſe tenetur experiri, non per procuratorem, can. 2. 5. q. 3.

Accoſans laicus calumnioſè & falſo Clericum, excommunicari debet, can. fi. 5. q. 4.

Accuſans de occultis criminibus, quæ probari non poſſunt, & quæ ſolius Dei iudicio ſunt relinquenda, potius ex inuidia, quam ex zelo charitatis accuſare præſumitur, can. ſi omnia 6. q. 1.

Accuſans debet probare quod aſſerit, can. accuſator 6. q. 1. 2

Reliqua vide in verbo, Accuſatio, Accuſator,

ad ACCVSANDVM admitti poteſt ille, cuius author repelli poteſt, gl. fi. in cap. fi. qui matrim. accuſat.

ab Accuſando non repellitur quis, propter culpam alienam, d. cap. fi.

ad Accuſandum vel denunciandum in criminibus capitalibus exceptis, admittuntur etiam viles perſonæ, & alii, qui alias non admittuntur, gl. fi. in cap. nulli, de accuſat.

ab Accuſando de crimine, ratione inhabilitatis perſonæ qui repellitur, repellitur etiam ab excipiendo, cap. item cum quis de reſt. ſpol.

ad Accuſandum admitti poſſunt etiam infames, contra illum, qui eſt malæ famæ, gl. diſtinguenda in cap. per tuas 32. de Simonia.

ad Accuſandum de crimine Simoniæ, quilibet Catholicus debet admitti, cap. 3. eod.

ad accuſandum vel ad agendum admittitur quicumque aliquid nocumenti ſentit, gl. nocet in can. 2. diſt. 94.

ad Accuſandum lex Canonica admittit quemlibet infamem contra quemlibet Clericum, qui prauæ opinionis eſt: ſed ad teſtificandum non niſi aliqua præeunte præſumptione: nam teſtes in criminibus exceptis torquendi ſunt, gl. fi. in can. ſi quis Epiſcopus, §. 1. q. 1.

ad Accuſandum vel teſtificandum non admittitur quilibet, etiam in crimine læſæ maieſtatis, & aliis exceptis, niſi accuſatus fuerit malæ famæ: quo caſu omnes admittuntur, niſi odio venerit ad accuſandum, gl. crimine in can. in primis §. fi. 2. q. 1.

ad Accuſandom etiam in exceptis non admittitur qoilibet, niſi accuſans ſit bonæ famæ, d. cap. in primis, §. de perſona.

ad Accuſandum aliquem non admittitor inimicus, infidelis, crimînoſus, reprehenſibilis & ſuſpectus, can. criminationes 2. q. 7.

ad Accuſandum inhabilis dicitur etiam inhabilis ad teſtificandum; & è conuerſo, quando inhabilitas ſurgit ex delicto, can. beatus, & can. detractores 3. q. 4.

ad Accuſandum inhabilis de iure ciuili, etiam de iure canonico repellitur ab accuſatione, can. accuſatores 2. 3. q. 5.

ad Accoſandum quem de delicto propter inſaniam mentis, requiritur probatio concludens inſaniam adfuiſſe tempore commiſſi delicti, can. iudices 3. q. 9.

ab Accuſando repultus propter crimen, repellitur etiam in alio iudicio, can. illud vero, & can. ſi accuſatorem, & can. fi. 4. q. 6.

Accuſandi licentia non eſt deneganda in propriis cauſis alicui, licet aliàs denegetur, can. 2. 4. q. 5.

ad Accuſandom in crimine Simoniæ quilibet admittitur contra laicum, etiam meretrix: quoniam omnia crimina nulla reputantur reſpectu iſtius; ſecus, ſi accuſatus ſit clericus & bonæ famæ: ſed & de laico diſtingui quoque placet, vtrum antea fuerit bonæ famæ, vel non, gl. can. in ſumma, 6. q. 1.

ad Accuſandum in crimine Simoniæ, admittitur quilibet contra Clericum ſuum malæ famæ, ibid.

ad Accuſandum antequam admittatur quis, quærendom eſt cuius conuerſationis & fidei eſt, can. qui crimen 6. q. 1.

ad Accuſandum non admittitur quis, eo ipſo quod dixit ſe nolle accuſare, gl. ſi illic 22. q. 4. 23. q. 4.

Reliqua vide in verbo, Accuſare.

Accuſatur in genere, n. 1. vſque 4.
Quis debeat admitti vel repelli, num. 5. 6. 7.
ab Accuſatione quando poteſt deſiſtere, vel non, 8.

ACCVSATIO vel denunciatio mutua non ſit in criminalibus, quoniam non relatione criminum, ſed innocentia reus 1
purgatur, gl. fi. ad med. in cap. pe. de teſtibus cogen.

Accuſatione pendente contra aliquem, is interim remanet in ſtatu, & officio priſtino ſuo, gl. conciliare, & gl. pe. in cap. accepimus, de fide inſtrum.

Accuſatio de falſo poteſt inſtitui intra viginti annos, gl. pe. in cap. cum venerabilis, de exceptio.

Accuſatione alicuius pendente non debet quis promoueri ad dignitatem, vel beneficium, gl. fi. in cap. conſtitutis, de appellat.

Accuſatio Prælati tractatur cum his, quorum intereſt, cap. 3. de accuſatio.

ab Accuſatione criminali, ne dum oriuntur inimicitiæ graues inter accuſatorem, & accuſatum, ſed etiam inter accuſatum, & fratrem accuſatoris, cap. cum P. 10. & ibi gl. 2. eod.

Accoſatio per literas non poteſt fieri: denunciatio tamen criminum rectè poteſt fieri, cap. licet 14. de accuſatio.

Accuſatio criminis ſuppoſiti partus, non datur cuilibet de populo, ſed propinquis, vel his quibus ea res pertinet, gl. 1. in cap. officii, de pœnitent. & remiſſion.

Accuſatio criminis ſuppoſiti partus, nullo tempore clauditur, etiam poſt mortem, licet alia crimina claudantur, ibid.

Accuſationes quot ſunt, tot debent eſſe abſolutiones, gl. 2. in cap. cum pro cauſa 27. de ſententia excommunicat.

in Accuſatione vel inquiſitione, expreſſo vno loco delicti poteſt ſequi indefinita, argum. Clem. paſtoralis, in verbo, vel alibi, de re iudic.

Accuſationem debet præcedere admonitio, gl. corripiendi, in 2
can. ex multis, 2. q. 3.

Accuſatio debet fieri in ſcriptis, can. in primis, §. quia igitur, & can. legem 2. q. 1.

Accuſatione non indigent manifeſta, can. manifeſtæ 2. q. 1.

Accuſationem non implere aliud eſt, & aliud eſt conuitium non probare: illud nulli ſine abolitione, hoc omnibus licet, can. ſi quis Epiſcopum 2. q. 3.

Accuſatio præſumitur ſemper, quod fiat inuidiæ cauſa, gl. æmulorum, in can. de cætero 2. q. 6. & gl. 2. in can. ſi quis Epiſcopus 2. q. 7.

Accuſationem appellat canon illaudabilem intentionem, d. gl. æmulorum, & d. gl. 2.

ad Accuſationem Epiſcoporum vel Clericorum antequam admittatur quis, debet Iudex præmittere ſummariam cognitionem de perſona accuſantis & accuſati, can. ſi qui ſunt, & can. ſeq. 2. q. 7.

in Accuſationis iudicio quærendum eſt, cuius conuerſationis & fidei ſit accuſans & accuſatus: nam qui non eſt rectæ fidei & conuerſationis, & quorum vita eſt culpabilis, non poſſunt accuſare maiores natu, can. quærendum 2. q. 7.

in Accuſationibus non præſumitur quis dignus, niſi hoc probetur, gl. 2. ibid.

Accuſatio, teſtimonium, & ordo pari paſſu ambulant, quando agitur criminaliter: vt quicumque non admittitur ad vnum, nec ad reliquum admittatur, gl. fi. in can. ipſi Apoſtoli 2. q. 7.

Aceuſatio debet prouenire ex charitate, & qui accuſat, publicæ ſalutis cuſtodiam gerit, gl. 2. in can. ſi quis Epiſcopus 2. q. 7.

Accuſatio vix ſine culpa poteſt reperiri, & ideo Clerici debent 3
abſtinere ab ea, ibid.

Accuſatio aliud eſt, & aliud eſt infamatio, & aliud denunciatio, gl. 1. in ſumma, 2. q. 8.

Accuſatio permittitur, & in ea inſcribitur, & ſubſcribitur: ſed hoc fallit in ſex caſibus, non enim cogitur ſemper inſcribere, ibid.

In Accuſationis modum, quando crimen obiicitur, ſemper eſt neceſſaria inſcriptio: fallit in ſeptem caſibus, & eius pœna eſt depoſitio, ibid.

Accuſatio criminis rectè procedit, licet ignoretur perſona criminoſi, gl. 2. in can. fi. §. libellorum 2. q. 8.

Accuſatio Epiſcopi comprouincialis debet audiri intra Prouinciam, & à comprouincialibus Epiſcopis definiri, niſi fuerit appellatum ad ſedem Apoſtolicam, can. vltra Prouinciarum 3. q. 6.

Accuſationes Epiſcoporum poſſunt audire Epiſcopi comprouinciales, ſed non definire: & pendente appellatione, vel accuſatione, alium ſubrogare non poſſunt, can. accuſatus 3. q. 6.

Accuſationis appellatione comprehenditur etiam iudicium criminale, can. pe. 3. q. 6.

Accuſatio eſt diſcutienda vtraque parte præſente, can. accuſatori 3. q. 9.

Aceuſatio quandoque fit ſine inſcriptionis vinculo, gl. 1. in can. abſente 3. q. 9.

Accuſatio non debet fieri extra Prouinciam, can. habetur 3. q. 9.

ex Accuſationis pendentia videtur maculari vita accuſati, can. dignum 3. q. 9.

Accuſatio non diſcutitur abſente accuſato, can. per ſcripta 2. q. 7. can. 1. & can. abſente 3. q. 9.

in Ac-

in Accuſatione exprimenda ſunt crimina accuſati. Et ille qui reum ſui compotem fuiſſe allegat, mentis eius ſanitatem euidenter probare debet, can. Sindicus 3. q. 9.

4 Accuſationis libellus non debet recipi cum effectu, abſente accuſato, can. chartæ 3. q. 9.

in Accuſatione Epiſcoporum deficiens, ad accuſandum alios Epiſcopos, vel ad agendum pro publico intereſſe, non admittitur, can. ſi accuſatorum 3. q. 10. can. 1. 3. & vlt. 4. q. 6.

ex Accuſationis ſola pendentia dicitur quis grauari ex crimine, can. neganda, 3. q. 11.

Accuſationis pendentia non inhabilitat quem à proſequutione iuris ſui, can. 2. 3. q. 11.

Accuſatio rei reaccuſantis de maiori & præiudiciali crimine prius expedietur: qua finita apparebit an in prima debeat procedi, can. prius, & ibi gloſa 13. q. 11.

in Accuſatione ſemper debet fieri inſcriptio, ut accuſator obliget ſe ad pœnam talionis, can. 2. §. inſcriptio 4. q. 4.

Accuſatio quandoque etiam ſine inſcriptione rectè poteſt fieri, d. cap. 2. §. aliquando.

Accuſatio de abigeatu etiam ſine inſcriptione fieri poteſt, d. cap. 2. §. item abacti.

in Accuſatione criminis iniuriarum non eſt neceſſaria inſcriptio, d. cap. 2. §. item ſi quis 28.

Accuſatio antequam recipiatur canonicè, vocabitur accuſatus & accuſator, can. relatum 5. q. 2.

Accuſationis libellum ſi quis contra aliquem abſentem tranſmiſit ad iudicem, communione priuabitur, ſi in libello contenta non probauerit, can. Epiphanium 5. q. 6.

Accuſatio ſola non conſtituit aliquem reum, vel criminoſum, can. 1. & ibi gl. 1. 8. q. 4.

Accuſatio publicorum iudiciorum, læſæ maieſtatis, & Simoniæ æqualiter proponitur, can. ſane 15. q. 3.

in Accuſationibus non cogitur quis apponere diem commiſſi criminis, gl. ſine die. in can. dicenti, §. omnes 25 q. 2.

Accuſatio adulterii non auditur vltra quinquennium quoad pœnam legalem, ſed benè quoad petendum diuortium, gl. pœnitentia, in can. admoram. 34. q. 2.

Reliqua vide in verbo, Propinquitatis.

ACCVSATIO audienda eſt accuſatoribus & teſtibus comparentibus, gl. 2. in cap. ad noſtram, de probatio.

Accuſatio vel denunciatio permittitur quandoque illi, qui à iure excipiendi excluditur, gl. fi. in cap. conſtitutis, de ap-
5 pellat.

ab Accuſatione excluſos, quia non comparuit debito tempore, puta tempore edicti, admittitur per viam denunciationis, gl. fi. in cap. pe. de cognatione ſpiritual.

ab Accuſatione repelluntur illi, qui cohabitant cum inimicis accuſati, cap. repellantur 7. de accuſ.

Accuſatio mutua repellitur, quia præſumitur odioſa, cap. cum P. 10. eod.

ad Accuſationem criminalem proſequendam non admittitur procurator, licet poſſit allegare cauſam abſentiæ, ſeu alias exceptiones non tangentes crimen propoſitum, cap. veniens 15. eod.

ab Accuſatione nullus remouetur, ſi ſuam, vel ſuorum iniuriam proſequatur, gl. plebe. in can. illud diſt. 23.

Accuſatio antequam admittatur, debet diſceroi de perſona accuſatoris, an ſit legitima, can. nihil contra 2. q. 1.

ab Accuſatione repelluntur, qui falſum teſtimonium dixerunt, licet non ſint infames, gl. qui falſam, in can. prohibentur, 2. q. 1.

ab Accuſatione repelluntur ex cauſa certæ perſonæ; niſi ſuam, vel ſuorum iniuriam proſequantur, d. cap. prohibentur.

ad Accuſationem fraudatæ annonæ admittuntur mulieres infames, milites, & alii propter publicam vtilitatem, d. cap. prohibentur, §. mulierum.

Accuſatione non præcedente, ſi quis purgatus fuerit, tunc etiam poſt purgationem bene admittitur accuſator: ſecus ſi præceſſerit accuſatio, gl. 1. in can. Mennam 2. q. 5.

6 ad Accuſationem maiorum non admittuntur viles perſonæ, can. quærendum 2. q. 7.

Accuſationes Epiſcoporum non debent recipi abſque duobus, vel tribus teſtibus, can. accuſatio Epiſcoporum, 2. q. 7.

Accuſatio contra Prælatos non eſt de facili admittenda, quia ſunt multi, qui peruerſe reprehendunt Prælatos, vel quia parum ipſis moleſti extiterunt, can. ſunt nonnulli 2. q. 7.

ab Accuſatione Prælatorum ſoli criminoſi debent repelli, can. præſumunt. 2. q. 7.

ad Accuſationem non admittitur ille, cui crimen eſt in modum exceptionis probatum, per quod eſt repulſus à teſtimonio: licet non ſit infamis, grauata tamen eſt eius opinio, gl. fi. in can. ipſi Apoſtoli 2. q. 7

ad Accuſationem non admittitur quis per procuratorem, can. criminationis 2. q. 7.

ad Accuſationem non ſunt admittendi, qui ad ſortilegos & magos concurrunt, can. quiſquis §. fi. 2. q. 8.

ab Accuſatione Clericorum repelli debent hi, quos leges ſæculi non admittunt, can. de accuſationibus 3. q. 5.

7 ad Accuſationem vel teſtimonium non admittuntur homicidæ, malefici, fures, ſacrilegi, raptores, adulteri, inceſti, venefici, ſuſpecti, criminoſi, domeſtici, periuri, & qui falſum teſtimonium dixerunt, & qui ad ſortilegos diuinoſque concurrunt, can. conſtituimus 3. q. 5.

ad Accuſationem non admittuntur ſuſpecti, infames, criminoſi, gratioſi, calumniatores, affines, vel ſcelerati, aut facile litigantes, can. ſimiliter, can. nullus, 3. q. 5.

ad Accuſationem admittitur affinis contra affinem, gl. fi. in d. can. ſimiliter.

ad Accuſationem vel teſtimonium non admittuntur ſuſpecti, familiares, & conſanguinei contra extraneos, can. accuſatores vel teſtes 3. q. 5.

in Accuſatione non admittitur procurator: ſed accuſans & accuſatus perſonaliter debent comparere, & venire ad iudicium, can. abſente 3. q. 9.

ab Accuſatione repelluntur excommunicati, infames hiſtriones, hæretici, pagani, & Iudæi, can. diffinimus. 4. q. 1.

ab Accuſatione qui repellitur, repellitur etiam à teſtimonio: fallit in quibuſdam caſibus. gl. 1. & fi. in ſumma 4. q. 2.

ad Accuſationem qui admittitur, admittitur etiam ad teſtimonium, ſed non vbicumque quis accuſat, poteſt teſtificari. Fallit in muliere: nam mulier in paucis caſibus admittitur ad accuſationem: ſed ad teſtimonium in multis, non tamen in teſtamentis, gl. fi. ibid.

ad Accuſationem qui non admittitur, nec ad teſtimonium, intellige in teſtimonio in criminalibus cauſis: ſed in ciuilibus bene admittuntur teſtes. Sicut illi qui ſunt irregulares non ratione criminis, vt mutilati, bigami, vel aliàs irregulares, qui in criminalibus non teſtificantur contra clericos, ſed bene in ciuili, ibid.

ad Accuſationem unus plures recte poſſunt admitti, can. Epiphanium 5. q. 6.

ab Accuſatione ſpiritualium prohibentur carnales, ſed non ſpirituales ab accuſatione carnalium, in ſumma 6. q. 1.

ab Accuſatione repelluntur viginti perſonæ infames, quæ ibi referuntur: & illæ non poſſunt promoueri ad ſacros ordines, can. infames, 6. q. 1.

Accuſationes & perſonas, quas leges ſæculi non admittunt, Canones etiam non recipiunt, can. nos ſequentes 6. q. 1. can. ſane, §. cum autem, 15. q. 3.

in Accuſatione homicidii non admittitur pater pro filio, Abbas pro Monacho, dominus pro ſubdito, vel è contra: ſed ipſi accuſati perſonaliter debent iudicio ſiſtere, extrauag. fide digna. Iulii 2.

Reliqua vide in verbo, Conſpiratores, Propinquitatis.

ab Accuſatione, quæ nulla eſt, non poteſt quis diſcedere, niſi iudicis authoritate, gl. fi. in cap. auditis de electione. 8

ab Accuſatione licitum eſt deſiſtere ſine pœna ante inſcriptionem, cap. licet 24. de accuſatio.

ab Accuſatione deſiſtens non poteſt amplius de illo crimine accuſare reum ibid,

ab Accuſatione deſiſtere licitum eſt, ſine pœna poſt libelli oblationem, ante tamen inſcriptionem; ille tamen qui infamauit, tenetur iniuriarum, gl, pe. ibid,

ab Accuſatione deſiſtere non licet per ſordem, vel per pretium, cap. 1. & ibid. gl. 1. de colluſ. deteg.

ab Accuſatione ex pacto deſiſtens fortius incidit in Turpilianum, quam alius, gl. 1. in can. Euphemium 2. q. 3.

ab Accuſatione priuati criminis deſiſtens, infamis eſt, & punitur extra ordinem arbitrio iudicis, gl. legibus: in can. ſi quem 2. q. 3.

ab Accuſatione criminis deſiſtens, ſecundum legem Lombardam condemnatur in ſexaginta ſolidis: ſed ſecundum legem Romanam deſiſtens ab accuſatione publici criminis punitur in quinque libris auri: & hanc pœnam nemo præſtat, niſi qui deſiſtit à publico crimine, ibid,

ab Accuſatione deſiſtens gratis propter innocentiam accuſati, abſoluendus eſt, can. ſi quem pœnituerit 2. q. 3.

ab Accuſatione licitum eſt quandocumque deſiſtere in cauſa ciuili, etiam ſine iudicis authoritate, ſiue gratis, ſiue pecunia accepta, niſi ſit actio famoſa, vbi requiritur iudicis authoritas, gl. in omnibus, d. cap. ſi quem §. præuaricator,

Reliqua ſupra Accuſant, & inf. Accuſator. n. 10. Abolitio, Tergiuerſari.

Accuſator in genere à n. 1. vſque ad n. 9.
Quando poſſit deſiſtere, n. 10.

ACCVSATOR non probans quod intendit, debet puniri pœna talionis: id eſt ſicut reus conuictus puniretur, cap. tuæ de procuratoribus. 1

ſine Accuſatore non debet quis puniri, gl. 1. in cap. 2. de confeſſis,

Accuſatori poteſt aſſignari terminus ad proſequendam appellationem: & ſi is non proſequatur accuſationem intra terminum poſtea non auditur, gl. nullatenus, in cap. Paſtoralis, de exceptio,

ſine Accuſatore regulariter nemo damnari debet, gl. 1. in cap quàm ſit de exceſſ. Prælat. Fallit, cum profertur ſcriptura ſuſpecta in iudicio; vel cum teſtis fuit procax in iure; vel ſi tutor ſuſpectus fuit; vel ſi maritus accuſauerit vxorem de adulterio, & ipſa replicat de lenocinio; vel ſi iudex reperit accuſatorem calumniari, gl. 2. in cap. 1. Vt Eccleſiaſtica beneficia ſine diminutione.

ſine Accuſatore poteſt iudex procedere, cum in modum inquiſitionis cognoſcit de crimine, vel cum infamatus de crimine

deficit

Digitized by Google

debet in purgatione, vel cum crimen eſt notorium, vel corrumpit teſtes aduerſarii, ibid.

Accuſator contra matrimonium poteſt proponere impedimentum, etiam poſt tempus ſibi præfixum ad eum proponendum, quamdiu res eſt integra: contracto tamen matrimonio non eſt audiendus tanquam ſuſpectus, ſi potuit intra tempus procedere, & denunciare impedimentum, gl. fi. in cap. fi. Qui matrimon. accuſa.

ad Accuſatoris dictum nulla fit condemnatio, ſed ad dictum teſtimonium, d. gl. fi. in d. cap. fi. Qui matrim. accuſat.

de Accuſatoris perſona prius eſt quærendum in iudicio, cap. 1. de accuſat.

Accuſator debet eſſe ſine crimine, bonæ famæ, non ſuſpectus, non inimicus: alias non eſt legitimus accuſator, gl. 1. ibid.

2 Accuſator legitimus, ſi legitimus non fuerit, reus debet abſolui ab obſeruatione iudicii, niſi fuerit infamatus: quo caſu debet indici ei purgatio: vel iudex debet de eo inquirere officio ſuo, gl fi. & ibi add. marg. in d. cap. 1.

Accuſator, iudex & miniſter immunis eſt ab omni pœna, ſiquia accuſauit iuſte criminoſum, & crimine probato reus interfectus eſt, gl. 2. in cap. accuſaſti 8. eodem.

Accuſator non torquetur, gl. 1. in cap. cum P. 10. eod.

Accuſatore abſente non ſemper abſoluendus eſt accuſatus præſens: quia poteſt eſſe, quod accuſator habeat iuſtam cauſam abſentiæ, gl. 1. in cap. licet 14. eod.

Accuſator, cui terminus ſtatutus fuit ad accuſandum, ſi intra terminum non accuſet, poſteà non auditur. ſed ſi ad inſtantiam accuſati fuit ei ſtatutus terminus, tunc etiam ſi accuſator non compareat intra terminum, non debet poni ſilentium accuſatori, ſed debet iterum citari, ſaltem ad hoc, vt accuſatus abſoluatur ab inſtantia, dd. reprob. d. gl. 1.

Accuſator debet inſcribere accuſationem, quia tendit ad pœnam, cap. ſuper his 16. de accuſat.

Accuſator regulariter debet inſcribere accuſationem: niſi in crimine abigeatus, in leuibus & paruis criminibus, in his quæ apparitores referunt, in crimine apoſtaſiæ, & cum accuſatur Chriſtianus, qui contraxit cum Iudæa, vel e conuerſo, gl. 2. ibid.

Accuſator licet non inſcribat, obligat ſe ad pœnam extraordinariam ad arbitrium iudicis, gl. aſtringendus, ibid.

Accuſator facilius admittitur, quam teſtis, cap. licet Heli de Simonia.

Accuſator & iudex non poteſt quis eſſe ſimul, neque accuſator & teſtis, niſi in cauſa denunciationis, & in cauſa matrimonii: & ille talis accuſator & teſtis non ſufficit, niſi teſtes inducantur, gl. iudex, ibid.

3 Accuſatorem ſuum corrumpere licitum eſt alicui, gl. 2. in cap. audiuimus 41. de Simonia.

Accuſatore deſiſtente ab accuſatione, poteſt iudex ex officio ſuo inquirere de crimine illato, cap. 5. de colluſione detegen.

Accuſatores ſeu denunciatores plures poſſunt admitti contra aliquem ſuper vno crimine, quando intereſt plurium: ſed quando non intereſt plurium, ſed ad vindictam publicam, debet tunc iudex idoniorem ex illis eligere, d. cap. 2. & ibi gl. 2.

Accuſatores criminaliter in dubio efficiuntur inimici accuſati, ibid.

Accuſatore & accuſato deſiſtentibus, iudex debet proſequi cauſam criminalem, cap. 2. de collus. deteg.

Accuſatore apparente, non debet indici purgatio infamato, cap. 2. de purgat. can.

Accuſatore ceſſante, ſi accuſatus remanet infamatus, debet ſe purgare, cap. quotiens, eod.

Accuſatores id eſt delatores ſeu denunciatores, gl. 1. ib.

4 Accuſatores ſi non probauerint, debent puniri pœna talionis, ad quam debent ſe inſcribere: alias non admitterentur, ibid.

Accuſator vocatur quaſi cauſator: quia ad cauſam prouocat eum, quem appellat. cap. forus de verb. ſign.

Accuſatores & accuſati æqua ratione ſunt audiendi, gl. 1. in cap. non licet 32. de reg. iuris, lib. 6.

Accuſatoris confeſſio licet non puniatur in crimine Simoniæ: tamen confeſſio teſtis punitur, gl. pertulerit, in can. ſi quis Papa, diſt. 79.

Accuſator confeſſus crimen, ſi non probat illud crimen, quod intendit, tunc puniendus eſt: quia tacere debuit crimen, quod probare non potuit, ibid.

Accuſatoribus quandoque datur præmium: & ſic inuitantur ad accuſandum propter præmium, gl. fi. ib.

Accuſatores plures non admittuntur, quia poſſit eſſe, quod vnus probaret, & alter deficeret in probatione: ſed vbi ſunt plures, iudex eligit magis dignum: verum, qui ſemel apparuit inter accuſatores, non poteſt in illa cauſa teſtificari, gl. accuſatores, in can. in primis §. quia 2. q. 1.

Accuſatori licitum eſt nobis dare pecuniam in cauſa ſanguinis: ſed non licet accuſatori recipere pecuniam, gl. nummos, in can. prohibentur 2. q. 1.

5 Accuſatori dans pecuniam, non in cauſa ſanguinis, habetur pro conuicto, ibid.

Accuſator poſt finitam accuſationem, quandoque remuneratur, ibid.

Accuſans tenetur periculo talionis, can. fi. 2. q. 2.

Accuſator deficiendo in accuſationis probatione, punitur pœna talionis cum infamia, in ſumma 2. q. 3.

Accuſator in quinque poteſt peccare: aut decipitur errore; aut temeritate ſeu calore iracundiæ prouocatur ad accuſandum; aut calumniatur; aut præuaricatur; aut tergiuerſatur: & in his omnibus caſibus, ſi deſiſtit impetrata abolitione, quacumque, non punitur, nec eſt infamis: ſi vero deſiſtat non impetrata abolitione, patitur ei in duobus primis caſibus: ſecus in reliquis tribus, gl. 5. ibid.

Accuſator calumnioſus deficiens in probatione notatur infamia, non ipſo iure, ſed per ſententiam, can. 1. d. q. 3. & ibi gl.

Accuſari quis eo loci debet, in quo poſſit haberi copia teſtium, can. fi. 2. q. 2.

Accuſator calumnioſus deficiens in probatione punitur pœna talionis, can. calumniator. & can. ſeq. 2. q. 3.

Accuſator calumnioſus etiam ſi deficiat in probatione, non punitur pœna talionis in ſex caſibus, gl. 1. in d. can. calumniator.

Accuſator eo ipſo quod non probat, debet puniri, can. qui non 2. q. 2.

Accuſatori etiam dandæ ſunt induciæ, gl. tractandi, in can. ſi quis iratus 2. q. 3.

Accuſator, qui deceptus promiſſione teſtium accuſauit, & cum probare non poſſet, deſiſtit ab accuſatione, parcitur ei, can. Paulum, & ibi gl. 5. 2. q. 3.

Accuſator non probans punitur ſimilitudine ſupplicii, can. Paulum 2. q. 3. can. placuit 2. q. 4. 6

Accuſator, qui permotus fuit ab Epiſcopo, vt ab accuſatione contra eum propoſita deſiſteret, ab ordinibus ſuſceptis deponi debet, can. Euphemium 2. q. 3.

Accuſator, qui corruptus ab accuſatione deſiſtit, debet puniri, ibid.

Accuſator ſi pœnituerit ſe accuſaſſe, ante litis conteſtationem poteſt deſiſtere, d. can. Euphemium, §. fi. & can. ſi quem pœnituerit 2. q. 3.

Accuſatori dare pecuniam permittitur in cauſa ſanguinis, d. §. fi.

Accuſator abſens & citatus, ſi noluerit procedere in accuſatione, tunc grauius punitur, quam pœna quinque librarum auri, gl. legib. in d. cap. ſi quem.

Accuſatorum temeritas tribus modis detegitur: aut enim calumniantur, aut præuaricantur, aut tergiuerſantur, d. cap. ſi quem, §. accuſatorum.

Accuſator, qui ob pecuniæ promiſſionem deſtitit ab accuſatione, non poteſt petere abolitionem, & puniri debet, can. ſi quis iratus, §. fi. & gl. 1. in can. Paulum 2. q. 3.

Accuſator de præuaricatione conuictus, poſtea non poteſt accuſare ex lege, d. cap. ſi quem, §. præuaricator.

Accuſatore deficiente, reus non eſt cogendus ad purgationem, in ſumma 2. q. 5.

Accuſatore abſente & non citato, ſi purgatio ſit indicta, idem accuſator poteſt denuo eum accuſare, gl. 1. in can. Mennam 2. q. 5.

Accuſatore non probante, accuſatus remanens infamatus; ſiquidem Presbyter, cum ſeptem: ſi vero Diaconus, cum tribus 7 ſociis ſui ordinis, debet ſe purgare, can. ſi legitimi 2. q. 5.

Accuſator calumnioſus cogitur ſe purgare, gl. auth. in can omnibus 2. q. 5.

Accuſatores omnes vulgo dicuntur æmuli: & non ſolum inter accuſatum & accuſatorem videtur eſſe diſcordia, ſed etiam inter domeſticos & amicos accuſati & accuſatoris, gl. æmulorum in can. decreto 2. q. 6.

Accuſatores Epiſcoporum & etiam ſacerdotum non audiuntur, niſi opinione accuſatorum diſcuſſa, can. ſi qui ſunt 2. q. 7.

Accuſator non recipitur ſine inſcriptione: nec poteſt accuſare abſentem, can. accuſatorum 2. q. 8.

Accuſator non cogitur inſcribere in leuibus criminibus, in crimine abigeatus: & in crimine apoſtaſiæ: & vbi Chriſtianus Iudæam duxiſſe accuſatur: & cum officium denunciat crimen alicuius: & cum crimen in modum exceptionis proponitur: & vbi maritus accuſat vxorem iure mariti, & hoc ſecundum leges; ſecundum ius Canonicum non procedit hoc vltimum, gl. 1. in ſumma 2. q. 8.

Accuſatores debent deferre ſuam accuſationem in publicam notionem, quam poſſit teſtibus idoneis, & apertiſſimis documentis, & aliis probationibus iudici demonſtrare, can. ſciant 2. q. 8.

Accuſator & accuſatus pari iure cenſentur, gl. pen. in can. quiſquis, §. fi. 2. q. 8.

Accuſator debet ſubſcribere: vel alius pro eo ſi literas neſcit, can. fi. libellorum 2. q. 8.

Accuſatore defuncto, vel aliter impedito, rei nomen abolitur, & infra triginta dies alius eum repetere poterit, ibid.

Accuſator vel teſtis eſſe non poteſt, qui paulo ante fuit inimicus, can. accuſatores 3. q. 5.

Accuſatores, & teſtes eſſe non poſſunt, ſuſpecti, inimici, & facile litigantes, & hi, qui non ſunt bonæ conuerſationis, aut quorum vita eſt accuſabilis, & qui non tenent rectam fidem, can. ſuſpectos 3. q. 5. 8

Accuſator debet trahere accuſatum coram iudice prouinciæ accuſati, can. pe. 3. q. 6.

Accuſator & teſtis repellantur æquè per præteritas, ſicut per præſentes inimicitias: & hoc in memoriam prioris offenſæ, gl. 1. in can. accuſatores 3. q. 5.

Accuſator Epiſcopi, ſuſpectus repellitur, can. 5. 3. q. 8.

Accuſator non auditur niſi reo preſente, can. accuſatori, 3. q. 9.

de Accuſatoris habilitate prius diſcutiendum eſt, quam de crimine accuſari, can. non oportet 3. q. 9.

Accuſatore præſente, & reo prius ſe defendente, proferenda eſt

ſen-

Digitized by Google

ſententia. can. habetur 3. q. 9.

Accuſator & accuſatus, ſimul debent eſſe præſentes, & vni corum in præiudicium alterius non creditur, can. fi. 3. q. 9.

Accuſator calumnioſus, deficiens in primo capitulo accuſationis, non debet admitti ad ſequentia, niſi in exceptis criminibus, in quibus quilibet admittitur ad accuſandum, in ſumma, & ibi gl. 1. 3. q. 10.

Accuſator & teſtis quis eſſe non poteſt ſimul, gl. 2. in ſumma, & can. 1. 4. q. 4.

Accuſator & teſtis ſimul ſpeciali iure dicitur in matrimonio: impropriè tamen dicitur accuſatio in matrimonio. In denunciatione tamen poteſt quis eſſe ſimul teſtis & denunciator, d. gl. 1.

Accuſatoris proprium eſt ampliare iudicium quoad fundandam intentionem ſuam, can. 1. 4. q. 4.

Accuſator vel teſtis non debet produci de domo etiam iudicis, §. 2. can. fi. 4. q. 4.

9 Accuſator ſi fuerit contumax, excommunicabitur: qui ſi iuſtam, cauſam abſentiæ probauerit, abſoluetur, & in cauſa procedetur, can. 1. 4. q. 5.

Accuſator poſt accuſationem debet eam proſequi, quando ex accuſatione orta eſt infamia, gl. pe. ibidem.

Accuſator & accuſatus ſi non venerunt ad iudicium, neuter illorum puniri debet, ibid.

Accuſator ſi non probat iuſtam cauſam abſentiæ, amodo non auditur de illo crimine, etiam ſi de crimine agatur ciuiliter ibid.

Accuſator Epiſcopi ſi fuerit calumnioſus, vel damnabilis, ad cauſas Eccleſiaſticas vel criminales non admittitur: ſed tamen ad ciuilem propriam admittitur, can. illud vero 4. q. 6. can. ſi accuſatorum 3. q. 10.

Accuſator in ciuili foro numquam ſubijcitur verberibus, niſi in crimine læſæ maieſtatis: ſecus de iure Canonico, can. illi qui 5. q. 5.

Accuſator Epiſcopi in cauſa criminali non admittitur ſine tormentis ad accuſationem, ſi ſit ſuſpectus de fide, vel inimicus, vel detractor, ibid.

Accuſator deficiens in probatione criminis, quod obiecit, debet puniri pœna talionis: hoc eſt illa pœna, qua puniretur reus, ſi crimen fuiſſet probatum, can. qui calumniam 5. q. 6.

Accuſatori non accuſato quandoque incumbit probatio, can. quod autem 6. q. 5.

Accuſator, quod aſſeuerat, ſi probare non poſſit, non adſtringit reum neceſſitate monſtrandi contrarium, can. accuſator 6. q. 1.

Accuſator æquè debet excommunicari, ſi non venerit, ſicut & reus, quando non venit, gl. 2. in can. ſi autem 15. q. 7.

Accuſator & teſtis idem eſſe non poteſt in cauſa matrimoniali, gl, conſanguinitate, in can. conſanguineos, & gl. pe. in can. notificamus 35. q. 5.

Accuſator & iudex idem poteſt eſſe, gl. amodo, in can. Epiſcopus 35. q. 6.

Reliqua in verbo, Adulter, Calumniator. Condemnari, Delator.

10 ACCVSATOR ſi intra tempus ſtatutum non accuſauerit, repellitur: niſi iuſta de cauſa intra illud tempus non potuit accuſare, gl. fi. in cap. ſignificante, & gl. repellendus, in cap. fi. Qui matrimonium accuſare.

Accuſator propter quæſtum turpem repelli debet, d. gl. fi.

Accuſator repulſus ab accuſatione, eo quod intra tempus ſibi ſtatutum non propoſuit accuſationem contra matrimonium, neque ad denunciationem admittitur, d. gl. repellendus.

Accuſatori admittendo ad accuſationem, cuius author repellitur, fit modicum præiudicium, gl. fi. in d. cap. fi.

Accuſator ſi non fuerit legitimus, repelli debet, nec accuſatus debet fatigari, cap. 1. de accuſat.

Accuſatorem poteſt iudex repellere ex officio ſuo, ſi non fuerit idoneus, gl. 1. in cap. nulli 5. eod.

Accuſator poteſt repelli obiecto ſibi maiore crimine, pari, vel etiam minori in modum exceptionis: ſed ab excipiendo non repellitur quis propter crimen, ſeu excommunicationem, gl. accuſatione, in cap. ſuper his 16. eod.

Accuſatores ſi deſtiterint ab accuſatione ex charitate, poſſunt tolerari: ſed præmio, vel pretio, non, gl. fi. in cap. 1. de colluſ. deteg.

Accuſator deſiſtens ab accuſatione citra abolitionem punitur, can. ſi quem §. præuaricatorem, 2. q. 3.

Accuſator in cauſa criminali ante inſcriptionem ſemper poteſt recedere ab accuſatione, dum tamen fiat gratis: ſed poſteà non licet, niſi iudicis authoritate, & rei conſenſu, ſi reus fuerit paſſus aliqua tormenta: ſed ſi non fuerit paſſus aliquid, tunc vſque ad 30. dies poteſt accuſator, eo inuito, deſerere accuſationem: ſed ſecundum canones non licet recedere ab accuſatione pro pecunia, nec tranſigere: poteſt tamen authoritate iudicis, gl. in omnibus, in d. cap. ſi quem §. præuaricator.

Accuſator vnus ſi plura crimina intulerit eidem, abolitionem ſingulorum debet petere: alioquin de eo quod omiſit, Senatuſconſulti pœnam patietur, d. §. præuaricatorem.

Reliqua in verbo, Abolitio, Accuſatio, n. 2. Accuſans.

in ACCVSATORIO libello crimina debent eſſe certa & ſpecificata, can. ſi quis Epiſcoporum, 3. q. 6.

ACCVSATVS alium accuſare non poteſt, cap. fi. de teſtibus. 1

Accuſatus de crimine, ſtatim eſt grauata eius opinio, vnde non poteſt in criminibus ad teſtimonium admitti, gl. 1. ibid.

Accuſatus de crimine, pendente accuſatione, non poteſt eſſe teſtis in cauſa criminali, nec accuſare alium, neque ordinari, d. cap. fi. & ibi gl. 1.

Accuſato reo poteſt ſolui quod debetur ei, & à reo accuſato poteſt peti, quod ipſe debet, gl. 2. in cap. querelam 24. de electione.

Accuſato reo de crimine, non eſt indicenda ſemper purgatio: niſi fuerit infamatus, gl. purgationem, in cap. tam literis, de teſtib.

Accuſatus vel denunciatus de aliquo crimine, interim promoueri non poteſt, cap. omnipotens de accuſat.

Accuſatus abſolutus, quando accuſator non probauit, tutus eſt: quia de delicto vnius ſæpius quæri non debet, niſi ſecundus accuſator doceat primum præuaricatum fuiſſe; vel ſuum dolorem proſequatur ignorans accuſationem ab alio fuiſſe inſtitutam, gl. 1. in cap. de his 6. eod.

Accuſatus abſolutus, eo quod accuſatori ſit impoſitum ſilentium tanquam indigno, poteſt iterum accuſari ab eo, qui poteſt accuſare, d. gloſ. 1. in add.

Accuſatus non poteſt reaccuſare accuſatorem; quia tunc præſumitur, quod ex odio hoc fiat, gl. 2. ad fi. in cap. qualiter 24. de accuſat.

Accuſatus de ſimonia, lite pendente poteſt priuari poſſeſſione beneficii, & officii propter atrocitatem delicti, concurrente infamia, cap. accuſatum, & ibi gl. 1. de accuſat. 2

Accuſatus ab vno non accuſatur ab alio, can. prohibentur, 2. q. 1.

Accuſatus vel inquiſitus, contra quem deficit probatio, ſi infamatus remanet, debet ſe exinde purgare, can. presbiter. & can. ſeq. 2. q 6.

Accuſatus ab aliquo ſuper vno crimine poſt purgationem non poteſt iterum accuſari ſuper eodem crimine, gl. fi. in can. habet 2. q. 5.

Accuſato abſente poteſt dari libellus, & etiam die feriato, neque ſecundum canones neceſſaria eſt, quæ iure ciuili deſideratur ſolemnitas, gl. 1. in can. per ſcripta 2. q. 8.

Accuſato petenti dilationes præparatorias, ſunt concedendæ, can fi. 3. q. 3.

Accuſato induciæ deliberatoriæ dandæ non ſunt modicæ: ſed ita longæ, vt præparare poſſit ſibi ad cauſam neceſſaria, can. de induciis 3. q. 3.

Accuſatus non debet audiri in alio foro, quam in ſuo, can. ſi quis Epiſcoporum 3. q. 6.

Accuſatus vel iudicatus à comprouincialibus poteſt appellare ad Apoſtolicam ſedem, can. accuſatus 3. q. 6.

Accuſatus, poſt receptum nomen eius inter reos, non poteſt accuſare accuſatorem, in ſumma 3. q. 11. 3

Accuſatus, antequam nomen eius ſit receptum inter reos, id eſt, ſit lis conteſtata, poteſt accuſare accuſatorem de maiori crimine: ſecus, ſi fuiſſet receptus inter reos: poteſt tamen eo caſu pendente accuſatione contra eum inſcriptionem deponere, & poſt ſententiam eam conſumare, gl. 1 ibid.

Accuſatus, etiam poſtquam ſit receptum nomen eius inter reos, poteſt incipere accuſationem contra accuſatorem ante & poſt damnationem: ſi ſuam proſequatur iniuriam, ibid.

Accuſatus, in modum exceptionis proponens crimen contra accuſatorem, priùs debet audiri ipſe excipiens, ibid.

Accuſatus, cuius nomen eſt receptum inter reos, pendente accuſatione non poteſt accuſare accuſatorem ſuum, can. neganda 3. q. 11.

Accuſatus, niſi prius ſe purgauerit, alios accuſare non poterit, ibid.

Accuſatus, ante nomen eius receptum inter reos, pendente accuſatione, non poteſt accuſare de pari vel minori crimine, ibid.

Accuſatus, eo ipſo quod accuſetur, perdit legitima iura, gl. fi. ibid.

Accuſatus pendente accuſatione non accuſat in pari vel minori crimine, niſi ſuam vel ſuorum iniuriam proſequatur, licet poſſit porrigere libellum accuſatorium, can. 2. 3. q. 11. & can. non eſt 3. ibid.

Accuſatus pendente accuſatione poteſt accuſare accuſatorem de maiori crimine: etſi vna quæſtio ſit præiudicialis alteri, d. can. non eſt §. 1.

Accuſatus, reaccuſans de maiori crimine admittitur? can. prius, & ibi gl. 1. 3. q. 11.

Accuſatus citatus ad cauſam, ſi intra terminum citationis non comparet, excommunicandus eſt: ei tamen allegantı iuſtum impedimentum dabitur noua dilatio, intra quam, ſi illud probauerit, abſoluitur, & in cauſa audietur; & ſi intra illam non venerit, condemnabitur, can. 1. 4. q. 5.

Accuſatus non tenetur reſpondere Romæ coram ſynodo, ſi ſit in curia cauſa appellationis exercendæ, vel cauſa promouendi electionem, gl. 2. in can. 1. 5. q. 2.

Accuſatus legitime citatus, ſi ſit impeditus, debet mittere excuſatorem: aliàs vt contumax excommunicari debet, can. ſi ægrotans 5. q. 3.

Accuſatus de crimine, & legitime citatus, ſi noluit venire, excommuni-

communicatur pro contumacia: ſi infra annum venerit, audiatur ſuper crimine: poſtea non, quoniam habetur pro confeſſo vel conuicto, iuris interpretatione, can. rurſus, & ibi gl. 3. 11. q. 3.

Accuſatus criminaliter non debet repellere accuſatorem ſuum ab accuſatione per exceptionem ſpoliationis rei modicæ & vilis, gl. ſubſtantis, in cap. 3. de teſtit. ſpoliat. lib. 6.

Reliqua vide in verbo, Criminoſus, Simoniacus,

ACADEMIAE vrbis Romanæ & eius doctoribus & ſtudentibus varia priuilegia conceduntur per extrauag. in ſupremæ prouidentia, Bonifacii 8.

in Academiis publicis, maxime in Pariſienſi, Oxonienſi, Bononienſi, & Salmantina, magiſtri habentes ſufficientem linguarum Hebraicæ, Arabicæ, Grecæ, & Caldeæ notitiam, ſunt eligendi: vt ſint, qui apud infideles has linguas potiſſimum callentes fidem poſſint propagare, extrauag. inter ſolicitudines, Clementis Quinti.

Academiarum Rectores & Cancellarii non debent eligi, niſi ſeruata forma præſcripta in extrauag. in Sacroſancta, Pii Quarti,

Reliqua in verbo, Scholaris, Bononia.

ACEPHALI dicuntur, qui ſunt ſine capite, can. nulla, diſt. 93,

Acephali non dicuntur priuilegiati qui Papæ ſubſunt, quia Papa eorum Epiſcopus, gl. fi. ibid.

Acephalos ſicut excommunicatos, debet quilibet excludere de Eccleſia ſua, ibid.

Acephali ſunt, qui ſub nullius veri Prælati obedientia exiſtunt: & iſti pro religioſis habendi non ſunt, gloſ. non mouentur, in extrauag. Sancta Romana, Ioannis 22.

Reliqua vide in verbo, Petrus, Papa.

ACHAB fuit Rex impiiſſimus, can. Achab, de pœnitentia, diſt. 3.

ACHATIVS fuit hæreticus, & excommunicatus propter hæreſim à Gelaſio & à Felice Papa, gl. Achatius, in can. ita Dominus, §. hoc autem, diſt. 19.

Achatius non fuit factus inuentor noui erroris, ſed veteris imitator, can. 1. 24. q. 1.

ACOLYTATVS non habet annexum votum continentiæ: eſt enim de minoribus ordinibus, cap. Ioannes de clericis coniuga.

Acolytus cum ordinatur ab Epiſcopo, docetur qualiter in officio ſuo agere debeat. Ab Archidiacono accipit ceroferarium cum cereo, vt ſciat ſe ad accendenda luminaria mancipari: accipit etiam vrceolum vacuum, ad ſuggerendum vinum in Euchariſtiam ſanguinis Chriſti, can. acolytus, diſt. 23.

Acolytus debet legere Epiſtolam in Eccleſiis, vbi non ſunt Subdiaconi, & hoc propter neceſſitatem, gl. Epiſtolam, in cap. 3. de vita & honeſt.

Acolytis multis non poteſt ſtatuere Papa, quod contineant, & ſeruent caſtitatem: intellige verum in promotis, ſed in promouendis recte poterit ſtatuere, gl. 1. in reg. quod omnes de reg. iuris, lib. 6.

Acolyti Græcè, Latinè ceroferarii dicuntur, à deportandis cereis, quando legendum eſt Euangelium, aut ſacrificium offerendum: tunc enim accenduntur luminaria ab eis, & deportantur, non ad effugandas tenebras, ſed ad ſignum lætitiæ demonſtrandum, can. cleros, §. acolyti, diſt. 21.

ad Acolytum pertinet præparatio luminariorum in ſacrario; ipſe cereum portat, ipſe ſuggeſta pro Euchariſtia Subdiaconibus præparat. can. perlectis, §. ad acolytum, diſt. 25.

Acolyti ſunt Eccleſiaſticæ perſonæ, & tamen non tenentur continere: nam poſſunt contrahere matrimonium legitime, gl. 1. in can. duo ſunt 12. q. 3.

Reliqua in verbo, Ordo, 17. 18.

ACQVIRERE poſſumus per ſeruos proprios, per filios in poteſtate noſtra conſtitutos, per ſeruos, in quibus habemus vſumfructum, per ſeruos alienos bona fide poſſeſſos, per liberos homines, quos bona fide poſſidemus, vt ſeruos, gl. poſſunt, in cap. 2. de vſuris, lib. 6.

Acquirere male propter eleemoſinam, & id in bonum expendere, nihil aliud eſt, quàm filium in conſpectu patris mactare, gl. 2. in can. non eſt putanda 27. 1. q. 1.

ſuper Acquiſitione eiuſdem iuris poteſt quis ſe iuuare duplici titulo, cap. cum perſonæ, 7. §. quod ſi tales de priuileg. lib. 6.

Acquiſita res ex pecunia Eccleſiæ, per talem adminiſtrationem efficitur Eccleſiæ: licet Clericus emerit nomine proprio, cap. 1. de peculio cleric.

Acquiſita bona per Epiſcopum poſt conſecrationem ſuam occaſione Eccleſiæ, ſunt relinquenda Eccleſiæ, cap. 3. eod.

Acquiſitum obtentu & occaſione alicuius, illi eſt reſtituendum, cap. cum liberum de ſepultur.

de Acquiſitis illicite poteſt fieri eleemoſina, & dari decima, ſi de illis non competat repetitio, & dominium transferatur: & ſic meretrix, hiſtrio, ſimoniacus, & qui de mammona iniquitatis viuunt, id eſt per ſolicitudinem temporalem aliqua acquirunt, decimam & eleemoſinam facere poſſunt, gl. 3. in cap. ex tranſmiſſa de decimis,

Acquiſitum ex commercio damnato ſubiicitur reſtitutioni, cap. ad liberandam 17. de Iudæis.

de Acquiſitis intuitu Eccleſiæ, Epiſcopus non poteſt teſtari, can. de Syracoſana, diſt. 28.

Acquiſitum vt amore filiorum, & in bonum expenſum, id tibi patrocinabitur ad premium, gl. 2. in can. non eſt putanda 1. q. 1.

Acquiſita illicite non ſunt in bonis noſtris, nec ſunt noſtra, gl. 1. in ſumma 14. q. 5.

Acquiſita male, aliquando bene poſſunt expendi, can. fi. 14. q. 5.

Reliqua vide in verbo, Capere, Eleemoſyna 5. 6. 7.

Actio in genere, n. 1. vſque ad n. 8.
Quoad actionem proponendam, n. 8.
Actio quod metus cauſa ex edicto de alienatione iudicii mutandi, n. 9.
Quoad actiones bonæ fidei & ſtricti iuris, n. 10.

ACTIO, eſt ius perſequendi in iudicio, quod ſibi debetur, gl. 1 2. in cap. dilecti de iudiciis, gl. 2. in reg. nemo poteſt de reg. iur. in 6.

Actio ſecundum canones interpretatur cauſa petendi, ibid.

Actio interpretatur petitio ſecundum canones, quia ſecundum canones non tenetur proponere, ſi nolit ibid. & gl. 2. in cap. 1. de foro comp.

Actio & exceptio poteſt alicui competere ex eadem cauſa, diuerſo tamen iudicio, gl. irrita, in cap. dudum §. licet de electione,

Actio vna quando communis eſt omnibus & pluribus, non debet diuidi per ſingulos: ſed tota in iudicium venire debet, gl. nec ex ſingularibus, in cap. in Geneſi 55. eod.

Actione deficiente, imploratur officium iudicis, cap. ſane de renunciat.

Actio verbum eſt generale, & refertur ad omnem actum agentis cauſæ, cap. 2. de maior. & obed.

Actio directa ex ſtipulatione viri, ei quæſita, poſtfertur vtili ex eadem ſtipulatione quæſitæ vxori. Ideoque ſi ambo nitantur contendere, vel vxor prohibeat virum agere, præfertur vxor viro, gl. 1. in cap. conſtitutis de procuratoribus.

Actionum duo ſunt genera: aut ſunt in rem, aut in perſonam, gl. 1. in cap. quoniam frequenter, §. in alia. Vt lite non conteſt.

in Actione perſonali id tantum venit, de quo nominatim actum eſt, vt ſi vnam cauſam ſum proſequutus, & ſuccumbo, non obſtat, ſi peto idem ex alia cauſa, gl. id venire, in cap. cum Eccleſia Sutrina de cauſa poſſeſ.

Actiones plures quando alicui competunt nomine eiuſdem rei, vnam illarum debet eligere, gl. experiri, in cap. paſtoralis, eod. 2

Actiones duæ ad diuerſa tendentes poſſunt ſimul accumulari, cap. cum dilectus, eod.

Actiones prætoriæ ſunt temporales, quoad pœnam imponendam: ſed quoad proſecutionem ipſius rei, ſunt perpetuæ ſecundum ius ciuile: ſed ſecundum canones etiam ad pœnam ſunt perpetuæ, gl. fi. in cap. 2. de reſti. ſpoliat.

Actio inanis eſt, quam inopia debitoris excludit, cap. olim nobis eod. & gl. 3. in cap. Odoardus de ſolutio. gl. iuſta, in cap. ex noſcitur de ſententia excommunicat.

Actio ſemel extincta, amplius non reuiuiſcit, gl. poſtea egerit, in cap. cum veniſſet 25. de teſtibus, gl. 1. in cap. cum ceſſante 6. de appell. gl. h. in cap. ex continuatione, de ſimonia.

Actiones ſuas remittentibus, amplius non eſt dandus recurſus ad eas, gl. fi. in d. cap. cum veniſſet de teſt.

Actiones id eſt petitiones, quandoque id eſt defenſiones, gl. 2. in conſtitutis, 46. eod.

Actionem cui damus, multo fortius exceptionem, gl. fortius, in cap. quemadmodum 25. de iureiur. gl. fi. in cap. conſtitutis, 46. de appell.

Actiones ſicut arma actorum, ita exceptiones ſunt arma reorum, gl. in rub. de exceptio.

Actio quandoque datur ei, qui non poterit agere, ideo quia reo non competit exceptio. gl. 1. in cap. 3. eod.

in Actione reali venit ſententia abſolutoria ferenda, ſi reus ſine dolo, pendente iudicio, deſiit rem petitam poſſidere, cap. pe. & ibi gl. 1. eod.

Actionem communem excludit quadragenalis præſcriptio, ſi ſit actio, quæ poſſit præſcribi; alias non, cap. ad aures, & ibi gl. 3 fi. de reſcript.

Actio iniuriarum infamat, ſiue ciuiliter, ſiue criminaliter, agatur, gl. 1. in cap. cum te 23. de re iud.

Actione famoſa conuentus, ſi velit infamiam vitare, debet conſtituere procuratorem; intellige cum agitur ciuiliter; ſecus ſi criminaliter, quia tunc non conſtituitur procurator, ibid.

Actio iniuriarum licet ſit priuati iuris, tamen irrogat infamiam condemnato, d. cap. cum te.

Actio iniuriarum datur etiam pro modico, dd. reprob. gl. pe. ibid.

Actio furti datur etiam pro modico, ibid.

Actio legis Aquiliæ creſcit in duplum, gl. fi. in cap. fi. de ſolutio.

Actio perſonalis ex teſtamento, non tollitur niſi ſpatio 30. annorum; nec currit præſcriptio contra eam, & niſi ex quo cœpit competere;

competere: id eſt, ex quo potuit agere ex teſtamento, gl. vſucapio pro dote, in cap. Raynutius de teſtam.
Actionem habere non dicitur, qui habet inutilem, gl. decrat, in cap. fraternitatis de frigid. & malefici.
Actionem non debet quis conſequi ex improbitate ſua, gl. pe. in cap. etſi neceſſe de donat. inter virum, gl. 2. in cap. ſi vero, 34. de ſententia excommunicat. gl. 2. in can. ſi quis ad peccatum 22. q. 4.
Actiones ſuas remittentibus, non eſt vlterius regreſſus ad eas, gl. fi. in cap. ſi de terra de priuileg.
Actio publica ſcilicet popularis conſumitur per iuſiurandum, niſi per colluſionem ſit actum, gl. fi. in cap. ex tuarum de purga. canon.
Actiones plures quando concurrunt in eodem negotio, tunc licitum eſt dare ſeruum pro noxa, gl. animalia, in cap. fi. de iniuriis.
Actiones perſonales quædam ſunt, & quædam reales, cap. diſpendia de reſcript. lib. 6.
Actio de dolo non datur pro modica re, gl. conſumi, in cap. ſtatutum, §. inſuper de reſcript. lib. 6.
in Actione præiudiciali proceſſus agitatus contra vnum, præiudicat aliis etiam ignorantibus, niſi doceant de colluſione, vel de proprio intereſſe, gl. nullum, in cap. cupientes, §. vel ſi perſonas de electione, l. 6.
Actio edita poteſt mutari, emendari, & corrigi, ſicut placet, vſque ad litis conteſtationem: verum eſt in his, in quibus vna non tollitur per electionem alterius, gl. fi. in cap. vt quis duas, eod.
Actio quandoque datur, vbi exceptio denegatur, gl. facultas, in cap. indemnitatibus 43. §. ſi vero illam, eod.
Actio vbi datur contra aliquem ad repetendum, multo fortius datur exceptio ad non ſoluendum, gl. percipient, in cap. 2. de officio ordin. lib. 6 In actione iniuriarum, libellus debet concipi ita; voluiſſem tantum potius perdidiſſe de meo, quam tunc iniuriam pati: ſed poſtea taxabit iudex, ne ille in infinitum iuret, gl. damnis, in d. cap. 2.
5 Actio Publiciana vt habeat locum, requiruntur traditio, vel quaſi, & titulus aptus ad mutationem dominii, & quòd à non domino acceperit, & quod bona fide acceperit, & quod credat hodie ſe non eſſe dominum, cum proponit eam, gl. domini, in cap. Abbate de re iudi. lib. 6.
Actio Publiciana dicitur à Publicio Prætore, qui eam inuenit, ibid.
Actio de dolo tunc demum competit, cum aliquid dolo fit, & alia actio deficit, gl. fi. in cap. fi. de immuni. Eccleſ. lib. 6.
Actio non tollitur in iudiciis: ſed differtur propter excommunicationem actoris, gl. extra iudicium, in cap. ſolet, de ſententia excommun. li. 6.
Actio turpis non poteſt inſtitui contra eam, quæ deſiit eſſe vxor. gl. 1. in reg. decet, de reg. iur. lib. 6.
Actio ſi datur à poſſeſſione cadenti, multo fortius dabitur ei, dum poſſidet, gl. 1. in reg. qui ad agendum 72. eodem.
Actio, excommunicato licet non detur; exceptio tamen datur, ibid.
Actio vbi tempore tollitur, perpetuo durat exceptio, ib.
Actionem Publicianam habens contra alios excipit; ſed non contra dominum, ibid.
6 Actio legis Aquiliæ ceſſat, quando ſeruus mortifere vulneratus liber factus eſt: quoniam deuenit ad eum caſum, in quo locum habere non poterat, gl. 1. in reg. factum legitime, 73. eod.
Actione vna petens ſi repellatur, poteſt alia admitti, vt ſi deponens agens commodati repellitur, agens depoſiti poteſt admitti, gl. 1. in fi. in reg. cum quid vna 84. eod.
Actio alicui tripliciter attribuitur, gl. intellectiue, in clem. 1. §. porro, de ſumma Trinit.
Actio popularis vel publica habet quandoque intereſſe priuatum, gl. proprii, in clem. conſtitution. de electione.
Actio quandoque habet vim exceptionis, clem. 1. de cauſa poſſeſſ.
Actio in factum oritur ex ſententia diffinitiua, gl. repulſione, in clem. fi. de appellat.
Actiones reales confeſſoria, & negatoria, quæ pro iuribus incorporalibus competunt, dantur etiam illi, qui poſſidet, vel quaſi ipſum ius corporale: quod quaſi poſſidere videtur, quamdiu in contrarium per alium factum non eſt, gl. reales, in extrauag. ad conditorem, Ioan. 22.
Actiones reales, quæ pro iuribus incorporalibus competunt, non dantur poſſidenti & detinenti, ibid.
Actio in rem non eſt prodita poſſidenti, ibid.
Actio realis non datur poſſidenti pro re corporali: ſed bene pro re incorporali, ibid.
Actio competens alteri poteſt acquiri duobus modis, ſcilicet dono, vel pretio, cap. 2. de alienat. iudicii muta.
Actio realis, quæ datur pro incorporalibus, datur ad hoc vt ille, qui debet ſeruitutem, nihil faciat, nullumque impedimentum præſtet: ſed patiatur illum, cui debetur, pacifice illa vti. Expedit igitur, quod ipſi poſſidenti detur actio, vt ſub monitionem impedimenti aduerſarii, & eius patientiam conſequatur, cum aliter iure etiam ſuo vti libere & plene non poſſit, gl. realis, in extrauag. ad conditorem, Ioan. 22.
7 Actionem iniuriarum, id eſt ſatisfactionem non tenemur dimittere: imo bene facit, qui dimiſſo rancore, actione iniuriarum agit, gl. 1. in can. ſi quis contriſtatus, diſt. 90.

io Actionibus popularibus non admittuntur infames, gl. 2. in can. fi. 3. q. 2.
Actio criminalis ciuiliter intentata, regulariter non infamat: fallit in actione furti, iniuriarum, vi bonorum raptorum, doli mali, in crimine expilatæ hæreditatis, in crimine ſepulchri violati: & quando mulier calumnioſe ſe mitti in poſſeſſionem facit, tanquam ſit grauida: & in his condemnatus infamis eſt, gl. infamia, in can. Infames §. ſi quis vero 3. q. 7.
pro Actionibus, quæ ex contractu deſcendunt, nemo fit infamis: niſi in quatuor caſibus; ſcilicet cum directe conuenitur in actione tutelæ, mandati, depoſiti, & pro ſocio, ibid.
Actionem cedere alii non poteſt quis, poſtquam res deducta eſt in litigium, gl. 1. in can. fi. 11. q. 1.
de Actione vna poteſt quis tranſire ad aliam contrariam, ſi in illa ſuccubuit, gl. vt aſſeritis, in ſumma 23. q. 2.
Actiones plures ſi alicui competebant, & poterat eligere, qua vellet experiri, eligendo vnam, ſi in illa ſuccubuerit, non poterit tranſire ad aliam, d. gl. vt aſſeritis.
Actio perpetuatur litis conteſtatione, gl. triginta, in can. pe. §. hæc de præſcriptionib. 16. q. 3.
Actio omnis & omne ius tollitur ſpatio triginta annorum, niſi vbi aliquid ſpecialiter contrarium reperitur, ibid.
Actio oritur ex nudo pacto, gl. fi. in can. iuramenti 22. q. 5.
Actio propter culpam reuiuiſcit, gl. reuiuiſcat, in can. non ex quo, de conſecrat. diſt. 4.
Actio annalis perpetuatur per libellum oblatum Iudici, & poſtea reo, gl. in cap. 1. de libelli oblat.

Reliqua in verbo, Exceptio, Iniuria.

ACTIONES duæ ſimul in eodem libello proponi poſſunt, gl. 2. in cap. querelam 24. de electione. 8
Actionem ineptam vel cauſam exponenti debet imponi ſilentium, gl. 1. cap. conſtitutis 47. eod.
Actio ſecundum canones eſt proponenda, in gl. proponitur, in cap. 2. de officio iudicis.
Actionem in libello proponere non cogitur quis in iudicio Eccleſiaſtico: ſi tamen propoſuerit aptam, admittitur; ſi ineptam proponat, ſuccumbet: ſed poſteà poterit proponere aptam, & admittitur, gl. 2. in cap. dilecti de iudiciis, & gl. pen. in cap. 1. de conſtit.
Actionem in libello proponere etiam de iure canonico tenemur, quando ex vna cauſa plures actiones oriuntur: quia aliter fit condemnatio in vna actione, quam in alia: & tunc debet eligere ex qua via procedere debeat, ibid.
Actio proponenda eſt de iure ciuili in libello: quia nemo ſine actione experitur, ibid.
Actio & intentio quando ſunt ineptæ, vel ſola intentio, debet reus abſolui ab inſtantia iudicii: iterum tamen actor audietur, ſi apte egerit, cap. examinata de iudiciis.
Actionem proponere poteſt, qui vult, ſecundum canones, ibid.
Actio in libello propoſita quando eſt inepta, iudex debet dicere, pronunciamus tuam intentionem non tenere, ibid.
de Actione vna recte tranſitur ad aliam, ibid.
Actionem vnam proponens non poteſt aliam proponere pro eadem re, quando ambæ actiones ſurgunt ex eadem cauſa, gl. 1. ad med. in cap. 2. de libelli oblat.
in Actione perſonali non tenetur reus reſpondere libello, ſi non exprimitur cauſa petendi, cap. fi. & ibi gl. fi. eod.
Actionem ſecundum canones nemo tenetur proponere, gl. actione, in cap. 1. de mutuis petitionibus, gl. fi. in cap. ad aures, de præſcrip. gl. actio, in cap. dilecti de iudiciis.
Actiones duas contrarias non poteſt quis proponere: quia ab initio debet eligere, aliàs poſtea non auditur volens aliam intentare contrariam, gl. fi. in cap. cum dilectus, de religioſ. domib.
Actiones duæ ſimul in eodem libello poſſunt proponi, gl. 2. in cap. 2. de capel. Monacho.
de Actionis nomine non eſt iurandum, gl. vendicabunt, in extrauag. ſuſcepti. Ne ſede vacante.
Actionem licet quis non proponat ſecundum leges, ſufficit quod ſola cauſa agendi proponatur, gl. 2. in can. quo iure diſt. 8.
Actionem proponere non cogitur quis: cauſa tamen & modus agendi proponendus eſt, vt ſecundum illum modum iudex ferat ſententiam, ibid.
Actionem proponere non tenetur quis de iure canonico: ſed ſi proponat ineptam, cadit à cauſa, gl. pe. in can. de cætero. 2. q. 6.

Reliqua vide in verbo, Libellus.

ſine ACTIONE nemo experitur, gl. quod ex conſenſu, in cap. cum inter 16. de elect. gl. 2. in cap. conſtitutis 47. eod. 9
gl. ſuſtinere, in cap. ſane de renunciat. gl. experiri, in cap. paſtoralis de cauſa poſſeſſ.
Actio quod metus cauſa, eſt prætoria, gl. 2. in cap. ſuper hoc de renunciat.
Actio quod metus cauſa, competit ad intereſſe, gl. in rub. de his quæ vi met.
per Actionem quod metus cauſa, debet fieri integerrima reſtitutio eorum, quæ quis perdidit per metum: debet enim haberi reſpectus nedum ad bona exiſtentia, ſed ad damnum illarum, & ad intereſſe, c. 2. eod.
Actione quod metus cauſa, poteſt quis agere tàm contra poſſidentem,

dentem, quàm contra illum, qui metum intulit: ita tamen quod ſi ab vno conſequutus fuerit ius ſuum, contra alium non poteſt agere, gl. 1. ibid.

ad Actionem quod metus cauſa, licet non ſit neceſſarium periculum præſens eſſe: tamen exigitur metum eſſe prolentem, ſaltem pro futuro periculo: non tamen ſufficit ſuſpicari eum inferendum, gl. 2. in cap. ad audientiam, eod.

in Actione quod metus cauſa, ſufficit probare metum ſibi fuiſſe illatum, quamuis non ab eo, qui conuenitur, metus illatus ſit gl. 1. in cap. fi. eod.

Actio quod metus cauſa, datur contra quemlibet poſſeſſorem, gl. interdictum, in cap. cum ad ſedem de reſt. ſpoliat.

Actio ex edicto de alienatione iudicii mutandà, datur tam contra alienantem, quàm contra emptorem, vel quem illorum, gl. pe. in cap. 2. de alienatione iudicii mutandi.

Actio in factum ex edicto de alienatione iudicii, datur contra alienantem ad intereſſe: ſed contra emptorem datur rei uendicatio, ibid.

Actio ex edicto de alienatione iudicii vt competat, pertinet non ſolum ad translationem dominii, ſed etiam poſſeſſionis, gl. pe. in cap. 1. de alienatione iudicii mutandi.

Actio ex edicto de alienatione iudicii vt competat, tria ſunt neceſſaria; ſcilicet quod ſit facta alienatio, & cauſa mutandi iudicii futuri, & non eius quod iam ſit. d. gl. pe.

Actio ex edicto de alienatione iudicii mutandi, datur ad intereſſe, quanti intereſt actori, & ſi quas fecerit expenſas, vel aliam incommoditatem paſſus ſit ob id, ibid.

Reliqua vide in verbo, Metus, Alienatio.

10 **ACTIONES** quædam ſunt bonæ fidei; quædam ſtricti iuris, gl. bonæ fidei, in cap. cum venerabilis de exceptio.

Actiones bonæ fidei ſunt decem & ſeptem; ſcilicet ex empto, vendito, locato, & conducto, negotiorum geſtorum, mandati, depoſiti, pro ſocio, tutelæ, commodati, pignoratis, familiæ herciſcundæ, communi diuidundo, præſcriptis verbis, quæ de æſtimato proponitur, item permutatio, & hæreditatis petitio, ibid.

Actiones aliæ omnes ſunt ſtricti iuris præter ſupra numeratas, ibid.

in Actionibus ſtricti iuris non venit intereſſe ſi rem mihi dari ſit in obligatione: ſecus ſi rem tradi vel factum: ſed in actionibus bonæ fidei iſta omnia veniunt, ibid.

in Actionibus bonæ fidei quandoque veniunt ea, de quibus nihil eſt cogitatum, vt rota, cuſa, & ſimilia, ibid.

in Actionibus bonæ fidei multum exuberat officium iudicis, & pinguius, quam in actionibus ſtricti iuris, ibid.

Actionem bonæ fidei & ſtricti iuris quando vnit imperator, illud vnitum retinet ea, quæ fuerunt meliora in altera actione, gl. 2. in cap. 1. ne ſede vacante.

Reliqua vide in verbo, Contractus, 1. 3. 6. 7.

Actor in genere, n. 1. vſque ad n. 9.
Quoad actorem vniuerſitatis, vel alterius, n. 7.

1 **ACTOR** & reus circa appellationem eodem iure vtuntur, gl. cum biennium, in cap. ex parte 22. de reſcript. cap. 2. de mutuis petitio.

Actor poteſt fundare intentionem ſuam ſuper exceptione aduerſarii, quando fundat ſe non ſuper incluſo in ipſa exceptione, ſed ſuper expreſſis in ipſa exceptione, cap. ex parte 33. eod.

Actori licet non competat ius tempore litis conteſtationis contra reum, quia reus tunc non poſſidet: ſi tamen tempore ſententiæ poſſideat, recte ſequitur condemnatio, cum res peruenit ad eum, à quo potuit habere efficax principium, gl. electionis, in cap. dudum §. nos igitur de electione.

Actor vniuerſitatis non poteſt ordinari, niſi prius depoſito officio reddiderit rationes, cap. 1. & ibi gl. 1. de obligat. ad ratiocinia.

Actor debet ſe qui forum rei: fallit in multis, eap. ſi quis clericus. 1. & ibi gl. 1. & cap. cum ſit generale de foro comp. gl. ſeculari, in extrauag. ad conditorem, Ioan. 22. gl. contrario, in can. illud diſt. 22. can. ſi quis ſuper his, & ibi gl. 1. 2. q. 7.

Actor in ea prouincia agere debet, in qua eſt res litigioſa, vel ſi velit, in foro domicilii rei, gl. fi. & ibi dd. in cap. 3. de foro comp.

Actori non debet licere quod reo non permittitur, gl. 1. in cap. 2. de mutuis petitio, gl. 1. in cap. cui nuntius, de teſtibus.

Actor, qui impetravit reſcriptum, appellatione remota, tenetur reſpondere in cauſa reconuentionis, etiam appellatione remota, d. cap. 2. & ibi gl. 1. & 2.

Actore non probante reus debet abſolui, cap. cum Eccleſia Sutrina, de cauſa poſſeſſ. cap. mulier 34. & ibi gl 1. de iureiur. & cap. fi. §. fi. & ibi gl, probatione, eod. cap. 1. vt Eccleſiaſti. benef. ſine dimin. gl. titulum in cap. 1. de præſcript. lib. 6.

Actore contumace teſtes recipi, & ſententia ferri debent, etiam lite non conteſtata, reo inſtante, cap. cauſam quæ, & ibi gl. 3. de dolo, & contum.

Actor ab initio ante libelli oblationem, aut etiam citationem, non compellitur agere: ſed ne fiat ei præiudicium in præſcriptione circa rem ſuam, etiam infirmus, & impeditus cogitur conſtituere procuratorem, qui ſaltem litem conteſtetur, & ſic interrumpat præſcriptionem: & ſic indirecte compellitur: ſed per iudicem non compellitur, gl. reſponſalem in cap. cum dilecti, eod.

Actor non admiſſus in poſſeſſionem ſibi decretam per iudicem, cauſa rei ſeruandæ: vel ab ea expulſus, per lapſum anni efficitur verus poſſeſſor, cap. pe. de dolo, & contuma. 2

Actor qui plene probauit, non debet compelli iurare, cap. 2. de probatio.

Actor dicitur fundare intentionem ſuam, cum probat id, quod intendit, ibid.

Actoris & rei æqua debet eſſe conditio, gl. 1. in cap. cum nuncius 12. de teſtib. gl. reus in cap. 2. de confeſſ. lib. 6.

Actor nihil probans non poteſt reo nunc deferre iuramentum: ſed debet reus pure abſolui, cap. fi. §. fi. de iureiur.

Actor ſi habet præſumptionem pro ſe, contra reum, tunc contra talem præſumptionem defertur iuramentum reo à iudice, ad purgandam innocentiam ſuam, niſi iudex, inſpectis perſonarum & cauſæ circumſtantiis, illud actori videat deferendum, d. §. fi. & ibi gl. fi.

Actori quandoque deferendum eſt iuramentum à iudice in defectu probationis; puta cùm habet vnam bonam præſumptionem, ſiue vnum bonum & honeſtum teſtem: habito tamen reſpectu ad quantitatem cauſæ, & qualitatem perſonæ, vt non ſit præſumptio, quod pro tanto debeat deierare, d. gl. fi.

Actor non debet onerari per ſingula momenta, gl. fi. in cap. paſtoralis, de exceptio.

Actori non debet licere, quod reo non licet, gl. eludicare in cap. cum inter. de except. reg. non licet 22. de regul iur. lib. 6.

Actor poteſt fundare intentionem ſuam etiam ex inſtrumentis productis per aduerſarium, cap. cum venerabilis, de except.

Actor condemnatus appellans, in cauſa appellationis, dicitur reus, gl. diſcuſſio in cap. ſignificauerunt, eod.

Actor originarius non debet repelli per exceptionem excommunicationis, in cauſa appellationis, d. cap. ſignificauerunt, & ibi gl. defenſio.

Actor qui appellauit, ſi fuerit abſens, iudex procedet contra ipſum ad receptionem teſtium, & ad ſententiam diffinitiuam, gl. procedatur, in cap. ſæpe 44. de appellat.

Actore non probante, reus non compellitur aliquid probare, cap. 1. Vt Eccleſiaſt. benef. ſine dimin.

Actore non probante, reus & ſi nihil probauerit, regulariter abſolui debet: fallit ratione præſumptionis, quando transfertur tunc onus probandi in reum, vel cum actor fundauit intentionem ſuam iure communi, vel cum reus aſſumpſit ſponte onus probandi: item in communibus iudiciis, vtriuſque probatio auditur: item cum vterque dicit ſe poſſidere: & in crimine falſi vtriuſque teſtes admittuntur, d. cap. 1. & ibi gl. actore. 3

Actoris & rei teſtes admittuntur in crimine læſæ Maieſtatis, in ſacramentis deſertus, in proditione patriæ, & in crimine peculatus, ibid.

Actoris priuilegio quandoque transfertur in reum onus probandi: veluti ſi pupillus, vel mulier repetat ſolutum tanquam indebitum, reus tenetur probare debitum; item delictum ipſius rei, a quo repetitur, vt debitum, transfert in eum onus probandi: quia probata ſolutione, ſi eam negauit, tenetur probare ſe debitum recepiſſe, d. gl. actore.

Actor poſt libellum oblatum in ciuilibus actionibus reo inſtante tenetur agere; ſed accuſator in criminibus etiam poſt libellum oblatum: ante tamen inſcriptionem poteſt ſine pœna deſiſtere, gl. pe. in cap. licet 24. de accuſat.

Actori, ſi contra reum ſuper pluribus actionibus perſonalibus literas impetrauit ad diuerſos iudices, non valent literæ, nec proceſſus, & condemnabitur reo in expenſis: & idem in reo conueniente vel reconueniente actorem coram diuerſis iudicibus, eodem durante iudicio, cap. diſpendia, de reſcript. lib. 6.

Actor ſuper pluribus actionibus perſonalibus non debet impetrare literas contra reum ad diuerſos iudices: ſecus eſt in in actionibus realibus, d. cap. diſpendia, & ibi gl. perſonalis.

Actor ſiue reconueniatur, ſiue reus conueniatur coram eodem iudice delegato, vtraque cauſa ſemper vna ſententia terminanda eſt: & ſemper eodem iudicio durante coram eodem iudice agendum: quo finito, coram alio agendum eſt; nam non poterit agere reus coram primo, cum iuriſdictio ſit finita, quantum ad cognitionem, gl. vel conuentionis, ibid.

Actor, cum non teneatur in libello de exceptione, rei facere mentionem, multo minus in reſcripto quod præcedit libellum, gl. fi. in cap. 1. de litis conteſt. lib. 6.

Actor contumax condemnatur in expenſis, nec citatur vlterius ad ſui petitionem reus, niſi caueat de veniendo, & comparendo, cap. 1. de dolo, & contum. lib. 6. 4

Actor, qui non reſpondet poſitionibus, habetur pro confeſſo, gl. reus in cap. 2. de confeſſis lib. 6.

Actor poteſt facere poſitionem poſt productionem ſuorum teſtium, etiam ſuper eo, ſuper quo teſtes produxerat ad probandum, cap. 2. de teſtibus lib. 6.

Actor prius debet iurare de calumnia, quàm reus, ibid.

Actor licet in curia ſuos teſtes produxerit, reus non debet compelli ad producendum ſuos, cap. 2. §. teſtes, & cap. fi. de teſtibus lib. 6.

Actor poteſt petere, vt ſententia pro eo feratur ratione iuris ſuperuenientis ſibi poſt litis conteſtationem, cap, Abbate §. allegabatur, de re iudicat.

Actor licet non habeat ius in re petita temporis libelli porrecti, ſufficit quod ius ſibi ſuperueniat ante probationem ſententiæ, cap. Abbate ſano, §. pro parte, de re iudica. lib. 6.

Actor eligendo vnum ex duobus iudicibus ordinarijs quos habet reus, videtur reliquum ſola voluntate recuſare: quod non poteſt reus, imò neceſſe habet cauſam allegare, & coram arbitris probare, gl. 1. in reg. non licet, de reg. iur. in 6.

5 Actor ſicut ſuccumbens propter ineptitudinem iterum auditur, ita & appellans, clem. fi. de appellat. & ibi gl.

Actore non probante, reus non abſoluitur: quando eſt præſumptio contra ipſum, gl. oſtendi, in can. contra diſt. 100.

Actori impetranti reſcriptum ad extraordinarium iudicem, non dabuntur induciæ ad producendum reſcriptum, quod domi dimiſit: ſed ſuper principali bene dabuntur: ſed reo bene dabuntur ad probandum reſcriptum ſubreptitium, can. fi. §. ei autem, 3. q. 3.

Actori impetranti reſcriptum, non denegatur dilatio: quando inopinatus caſus emerſit, d. §. ei autem, & ibi gl. deneganda.

Actori, qui petiit reſcriptum ad iudicem extraordinarium, induciæ dandæ ſunt, ſi reus excipiat, & ipſe replicet, d. gl, deneganda.

Actore non probante, reus abſoluitur ab inſtantia iudicii, dum tamen reus compareat, can. fi. §. fi. 3. q 3.

Actor coram iudice delegato non debet audiri, niſi præſtita cautione expenſarum & proſecutionis, ibid.

Actor per reconuentionem factam à conuento, efficitur de iuriſdictione iudicis conuenti, can. 1. §. cuius 3. q. 8.

Actor aut probat quod aſſerit, & tunc reus eſt condemnandus: aut non probat, & tunc abſoluendus eſt reus gl. manifeſtorum in cap. decernimus, 2. q. 9.

Actor arctatur onere probandi intentum ſuum, can. ſi teſtes, §. item qui intendit, 4. q. 12.

6 Actoris & rei debet eſſe æqua conditio in procedendo, nec in iudicio vnus vicem duorum gerere debet, can. 2. 4. q. 4.

Actor debet comparere diebus, quibus facit citari reum: aliàs poteſt excommunicari, can. 1. 4. q. 5.

Actor poteſt mitti in poſſeſſionem rerum abſentis, ex quacumque cauſa reus abeſt, vbi actio eſt peritura tempore, gl. 1. in can. ſi ægrotans 5. q. 3.

Actor profitens ſe non poſſe probare contenta in accuſatione, non adſtringit reum onere probandi, can. accuſator 6. q. 5.

Actore non probante reus abſoluitur; Fallit ratione præſumptionis: nam tunc transfertur in reum onus probandi: item cum actor intentionem ſuam fundat in iure communi: item cum reus ſponte ſibi aſſumit onus probandi, & in communibus iudiciis vtriuſque probatio auditur: item cum vterque contendit ſe poſſidere, gl. 1. in can. accuſator 6. q. 5.

Actoris & rei etiam teſtes admittuntur in crimine læſæ Maieſtatis, falſi, & peculatus, & in ſacramentis deſertis, & in proditione patriæ, ibid.

Actore non probante quandoque reo indicitur purgatio, propter præſumptionem contra ſe, gl. 1. in can. nuper 7. q. 2.

Actor debet ſequi forum rei, ſiue ſit laicus, ſiue clericus, cap. experientiæ, cum can. ſeq. 11. q. 1.

Actor quando venit ad iudicium, in optione rei eſt, an velit vt circum ducatur edictum, vel quod admittantur probationes ſuæ, & auditis probationibus poteſt iudex imponere perpetuum ſilentium actori, gl. 2. in Chriſtianis 11. q. 1.

Actor ſi traxerit reum ad iudicem non ſuum, perdit cauſam per ſententiam: ſed ſi reus traxerit actorem, habetur pro conuicto: quod intellige, lite conteſtata: nam deſiſtens ante litis conteſtationem non incidit in pœnam, gl. 1. in can. moliti 1. q. 1.

Reliqua vide in verbo, Agens, Colludens, Contumacia, 2. 3. Fundans.

7 ACTOR dicitur ille, qui ad vnam cauſam, & ab vna perſona, vel vniuerſitate conſtituitur, gl. 2. in can. quoniam 16. q. 7.

Actor dicitur, qui à corpore vel vniuerſitate conſtituitur ad negotia vniuerſitatis: & debet conſtitui cum decreto, & ad lites præſentes, non ad futuras, gl. 1. in cap. 1. de obligat. ad ratiocin.

Actor vniuerſitatis non poteſt ordinari, niſi prius depoſito officio reddiderit rationes, d. cap. 1. & ibi gl. ratiocin.

Actor vniuerſitatis, ſi dubitatur de eius mandato, auditur dando ſatisfactionem de mandato, gl. 1. in cap. 1. de procuratoribus.

Actor conſtituitur à non Domino, & authoritate iudicis, & ad præſentes lites tantum: & hoc ideo, quia actor cum decreto fit, & decreto non extenditur ad futura, gl. 1. in can. ſi quis erga 2. q. 7.

Reliqua vide ſupra n. 1. Syndicus.

ACTVM nihil videtur, dum aliquid ſuperextat ad agendum, can. nihil. & ibi gl. compleantur 7. q. 1.

Acta iudiciaria, propter authoritatem iudiciariam, præſumuntur rite & recte geſta: intellige, quando tranſiuit ſententia in rem iudicatam, cap. bonæ 23. verſ. nos de electione,

Acta particularia, quæ in actibus vniuerſalibus & actorum inſtrumentis non comprehenduntur, poſſunt probari per teſtes, cap. in noſtra de procuratoribus.

Acta geſta coram vno iudice, faciunt fidem coram alio, ad quem habetur recurſus, vel ad quem appellatur, cap. nouit de iudiciis.

Acta omnia, quæ in iudicio fiunt, ſunt redigenda in ſcriptis, gl. fi. in cap. pe. de iuramento calumn.

Acta in vno iudicio fidem faciunt in alio, cap. cum ad ſedem 2. de reſti. ſpoliat.

Acta iudicii ſunt ſcribenda, tàm in iudicio ordinario, quàm in extraordinario: & hoc intellige, niſi cauſa ſit modica, cap. quoniam contra de probat.

ad Acta conficienda, ſi notarius inueniri non poſſit, in præſentia teſtium fieri poſſunt, ibid.

Acta iudiciaria debent continere locum, in quo facta ſint, & quo die, menſe, & anno, gl. tempora, ibid.

Acta iudiciaria, ſeu proceſſus ſunt communia vtrique parti: & vtrique parti cum die, menſe, & anno integraliter ſunt edenda, ibid.

Acta & aliæ ſcripturæ, quæ communia ſunt, ſi non edantur alicui partium, poteſt appellari, ibid.

contra Acta ſubſcripta ab his, qui ea conſcripſerunt, recte poteſt admitti probatio in contrarium, gl. fi. ibid.

Actis contradicere poſſunt partes, ibid.

Acta, etiam litis ordinatoriæ, facta coram primis iudicibus, fidem faciunt coram ſecundis, cap. cum bonæ de probatio.

Acta originalia remanent penes iudicem à quo, vel ſcriptorem; & ſi cauſa ad alios iudices manauerit, illis tradere tenetur, d. cap. cum bonæ, & ibi gl. 1.

Acta iudiciaria poſſunt probari per teſtes, & per partium confeſſiones, ibid.

Acta originalia debent remanere apud notarium cauſæ; ſi tamen reperiantur de facto apud iudicem, etiam finita iuriſdictione, non per hoc eorum fides vacillat. ibid.

Actis perditis, non præſumitur pro conteſtatione litis, vel aliis actis ordinatoriis, vel deciſiuis, niſi aliter probentur interueniſſe per teſtes, vel partium confeſſiones, ibi dd.

Acta facta in vno iudicio, reſpicientia habilitatem vel inhabilitatem perſonæ ad vnum finem, faciunt fidem in alio, cap. ſuper eo de teſtib.

Acta iudicii, quæ in ſcriptis publicis non ſunt redacta, poſſunt probari per teſtes, cap. Albericus 43. de teſtib.

Acta facta coram arbitris, faciunt fidem coram iudice, cap. præſentata 50. eod.

Actis creditur contra partem ſeu deponentem, licet pars ſeu deponens dicat nunc ſe aliter dixiſſe, cap. cum dilecti 18. de accuſat.

Actorum quædam ſunt cauſæ vel litis, quædam iudicii, gl. defenſiones legitimæ, in clem. ſæpe de verborum ſignific.

Acta cauſæ dicuntur, confeſſiones, atteſtationes, & ea omnia, quæ reſpiciunt factum, ibid.

Acta iudicii dicuntur, citationes, ſatisdationes, & ſimilia, ibid.

Acta geſta in præiudicium abſentis non contumacis, ſunt nulla, can. omnia 3. q. 9.

Actum non dicitur, cum aliquid ad agendum ſupereſt, gl. ſuppleri, in cap. 1. de ſacra vnctione, & gl. 1. in cap. 1. de Sacramentis non iterandis, gl. ex parte, in cap. maiores §. ex parte de Baptiſmo.

Reliqua vide in verbo, Excommunicatus, vſque 40.

ACTVS dicitur factus in loco determinato, quando fit in loco ibi vicino, cap. præſenti 34. de præben. lib. 6. 1

Actum facere *poſt* aliud eſt, & actum facere *poſt & contra* cap. pe. eod.

Actum non valet tempore prohibito, licet eius effectus conferatur in tempus permiſſum: quando lex prohibet principium actus illo tempore fieri, cap. ne captandæ de conceſſ. præbend.

Actus expeditio, vbi demandatur alicui infra tempus, illo negligente, ea poteſtas ſtatim tranſit in ſubrogatum, cap. ſi capitulo 5. §. imo eod.

Actus contra formam, eſt nullus, cap. quia propter, verſ. quia vero de electione.

Actus qui ſolo conſenſu perficitur, poteſt per epiſtolam perfici, cap. nec Epiſcopi de tempore ordinando.

per Actus ſequentes præſumitur quis, qualis fuerit de præterito, & è conuerſo, cap. 2. de cleri. peregri.

ad Actus validitatem duo requiruntur; ſcilicet voluntas & poteſtas: aliàs actus geſtus, repugnante poteſtate voluntati, vel voluntate poteſtati, eſt nullus, cap. cum ſuper 23. de officio deleg.

de Actu corporali materiali, licitum eſt argui ad ſpiritualem, cap. inter cætera de officio ordinarii.

in Actibus tangentibus capita Prouinciæ, & non ſingulares de Prouincia, requiritur conſenſus capitum Prouinciæ, & non aliorum, cap. fi. de maior. & obed.

in Actibus non neceſſariis, ſed voluntariis, & non euidenter vtilibus Eccleſiæ, non ſufficit maioris partis conſenſus: ſed

requiritur omnium conſenſus, d. cap. ſi.

2 Actus exercitu vbi ad plures, vt vniuerſos ſpectat, ſingulariter inhabilitatus vitiat actum, vbi expreſſe admittitur, ſecus ergo ignoranter, cap. ſi. de procuratoribus.

ad Actus validitatem debet ponderari habilitas agentium tempore actus geſti, d. cap. ſi. eod.

Actus non præſumitur geminatus, & facta non præſumuntur, niſi probentur, cap. in præſentia de probatio.

ſuper Actu aliquo fundante ſe, ſatis eſt probare illum actum, licet non probet habilitatem perſonæ, ibid.

Actus geſtus contra legem, eſt nullus, cap. 2. de teſtibus.

ex Actibus bonis præcedentibus præſumitur de vita futura, cap. mandata de præſumptio.

Actus vbi non poteſt probari directe per ſenſum, ſufficit teſtes deponere ſuper actibus propinquis; dum tamen adiiciant ſe credere ita eſſe. cap. literis eodem.

ab actu quolibet legitimo remotus, poteſt nihilominus excipere, gl. 2. in cap. cum inter de exceptio.

ad Actum certum explicandum, vbi non eſt præfixa ſolemnitas verborum, ſufficit exprimere conceptum & effectum verborum; licet non exprimantur propria illi actui conformis, cap. ad audientiam 34. de appellat.

Actus qui poteſt eſſe iuſtus & iniuſtus; ſi fuerit factus à viris prouidis & honeſtis, præſumitur iuſtus ex qualitate illorum, cap. niſi eſſent 21. & ibi gl. 5. de præbend.

Actus validitas vbi dependet à voluntate alterius, non reuocatur per ipſius mortem; quoniam præſumitur durare in eadem voluntate, in qua decedit, cap. ſi & ibi gl. 3. de precario.

3 Actus geſtus contra legem, licet ſit nullus, nihilominus quandoque pœna committitur, cap. 2. de ſolutio.

Actus dependens à mera voluntate poteſt exerceri à laborante in extremis: ſatis enim eſt, quod ſit ſanæ mentis, cap. ſi. de ſucceſſ. ab inteſt.

Actus proueniens ad eum caſum, à quo non potuit efficax principium habere, annullatur, cap. placet 12. de conuerſ. coniug.

Actus vbi eſt nullus, etiam ſi exceptio nullitatis non opponatur, non propter hoc proceſſus validatur, cap. ſtatutum, §. ſi. & ibi gl. ſi. de reſcriptione, lib. 6.

Actus vbi ſuſpenditur in euentum conditionis poteſtatiuæ, etiam collatæ in voluntate tertii, non trahitur retro ad tempus conceſſionis actus; ſed vires aſſumit eo tantum tempore quo adeſt conditio, cap. ſi pro te 13. de reſcript. lib. 6.

Actus facti irrationabilis non inducit præſcriptionem conſuetudinis; & ſic conſuetudo requirit pro ſubſtantia rationabilitatem, cap. 2. de conſuetud. lib. 6.

Actus vbi debet eſſe ſub certa forma, ſi permiſceatur ſimul formæ alterius actus, non valet; quoniam forma eſt de ſubſtantia actus cap. 2. de poſtulat. Prælat. lib. 6.

Actus mixtus facit tertiam ſpeciem diuerſam in actibus ſimplicibus: vnde poſtulatio & electio ſimul mixtæ non faciunt electionem veram, nec poſtulationem veram, ibid.

ad Actus præiudiciales pluribus, non ſolum debent vocari principaliter venientes ad iudicium, ſed etiam omnes quorum intereſt, & quos negotium tangit, cap. 2. de electione lib. 6.

4 Actus legitimi non recipiunt conditionem, gl. incerta, in cap. 2. eod.

Actus legitimi recipiunt conditionem, quæ de ſui natura ineſt: vt, Do tibi Titium tutorem, ſi ſatisdederit: vel, Titio lego decem, ſi hereditatem adeat hæres; vel Confero tibi talem Eccleſiam, ſi vacat. ibid.

ad Actum aliquem perficiendum, vbi quis admittitur, non debet permitti, vt à capite inchoetur; ſed ab eo ſtatu, & qualitate, in qua reperit actum, cap. vbi periculum §. ſane, eod.

Actus quando non poteſt fieri in loco deputato, debet fieri in loco magis propinquo, d. cap. vbi periculum, §. porro,

Actum temerarie gerere dicitur ille, qui agit ſcienter actum ſibi a iure prohibitum ſub colore fraudulento, cap. auaritiæ, & ibi add. marg. eod,

Actu geſto per alium, non poteſt quis vti; ſi ille, qui geſſit illum, non ſeruauit omnia requiſita in actu, cap. vt circa, §. alioquin, eod,

Actum ſi quis non poteſt exercere per ſe, nec per alium poterit: quoniam poteſtas exercendi actum nondum eſt ſibi impreſſa, d. cap. auaritiæ.

Actum non approbat ius, niſi ſit iuridicus, cap. nemo 15. eod.

Actus vbi eſt talis, in quo poteſt procedi in abſentia rei, actor compellitur comparere & proſequi: quoniam cauſa concernit vtilitatem publicam, ſicut eſt cauſa electionis, cap. cupientes, §. quod ſi per viginti de electione lib. 6.

in actibus, qui diuiſionem recipiunt, nec eſt communio collegiatorum, ſed ſingularium, ſufficit conſenſus ſingularium: ſed in actibus qui diuiſionem, vel tranſmutationem, vel omiſſionem non recipiunt, debent præſtare conſenſum collegialiter congregati: & fieri debet ita communis electio, gl. communio, in cap. ſicut eum 12. eod.

in Actibus pertinentibus ad vniuerſitatem, ſufficiunt conſenſus ſingulares, dum tamen eum præſtent congregati in vnum, gl. 1. ibid.

5 Actus, vbi non ſortitur effectum ex culpa vel facto alterius, quam agentis; agens iteratò nouum tempus recuperat ad ſimilem actum peragendum, cap. ſi electio 26. eod.

in actu aliquo, vbi requiritur conſenſus ſui ſuperioris per viam licentiæ, debet licentia præcedere actum, cap. ſi Religioſus, eod.

Actus factus contra prohibitionem legis, licet non teneat, tamen contra faciens punitur, ibid.

contra Actum concernentem publicam vtilitatem, licet pars repellatur a poteſtate excipiendi & contradicendi; nihilominus poteſt ſuperior ex officio inquirere, an actus ſit legitimus, vel non, cap. indemnitatibus, §. ſane, eod.

Actus nullus non poteſt ratificari, d. cap. indemnitatibus, §. ſi qua vero.

Actum vbi quis debet facere ſecundum propriam conſcientiam, non poteſt eum diuerſimode facere; licet fungatur authoritate duarum perſonarum, cap. pe. §. porro, eod.

Actus dicitur repentinus, qui ſit ſine citatione & cognitione requiſita, cap. ſi. eod.

Actum per ſe gerere quis non poteſt, nec per interpoſitam perſonam, cap. 5. de officio ordinar. lib. 6.

Actus non dicitur vergi in detrimentum alterius, quando non infert principaliter detrimentum, licet bene ſecundario, gl. ſi. in cap. quamuis pactum, de pactis lib. 6.

Actum facere qui poteſt libere, poteſt exercere abſque cauſa ipſum mouente ad actum exercendum: & ſic libere dicitur fieri poſſe, quod poteſt ſine cauſa, cap. 2. de procuratoribus, lib. 6.

Actus vbi perficitur ex conſenſu duorum, licet alter diſſenſerit ſemel, poteſt iterato conſentire ſtante priſtina voluntate alterius, cap. licet, eodem. 6

Actus geſtus per metum, eſt ipſo iure nullus, cap. 2. de his, quæ vi, metuſue cauſ. lib. 6.

ad Actum, qui poteſt eſſe bonus & malus, vbi quis arctatur per ius, non intelligitur, quod illum actum faciat ad malum perpetrandum, ſed ad vitandum, gl. calumniæ in cap. 2. de iuramento calumn. lib. 6.

Actus alicuius defectus, licet non inducat ſemper nullitatem actus ipſo iure, poteſt tamen inducere potentiam annullandi, cap. 1. §. propter, eod.

Actus iuratus, quando poteſt referri ad permiſſum, & illicitum, in dubio potius debet intelligi, quod intentio iurantis referatur ad actum licitum, quam prohibitum, cap. 2. de iureiurando, lib. 6.

Actus quidam ſunt publici, vt tutela, & cura: quidam ciuiles, vt iudicare, & arbitrari: quidam communes, vt officium procuratorum, & teſtium, gl. communi in cap. 1. de exceptio. lib. 6.

Actus eſt publicus: ergo iudex eſt certificatus: non ſequitur, quoniam poteſt eſſe publicus aliis, & non iudici, d. cap. 1. §. ſi.

Actum ſpecialem eo ipſo quod quis exprimit, intelligitur ponere omnia concomitantia neceſſaria quoad actus eſſentiam, cap. Abbate, §. præfectus de ſent. & re iudic. lib. 6.

Actum ſpecialem ex certa cauſa quando aliquis exprimit, debet probare actum, & circumſtantias eius temporis, & loci, ſine quibus actus non valeret, ibid.

Actus legitimi non recipiunt diem, neque conditionem, cap. actus legitimi 50. de regulis iuris lib. 6.

Actus ſicut non recipiunt diem, vel conditionem, ſic nec disiunctionem, gl. 1. ibid.

Actus legitimi quidam non recipiunt diem, vel conditionem; aliqui vero ſunt, qui recipiunt, ibid. 7

Actus qui ſit poſt ſententiam, poteſt fieri cum domino, quando cauſa agitur cum procuratore etiam eo non citato: ſecus in actibus ante ſententiam, clem. cauſam, de electione.

Actus dicitur ſpecialis, qui refertur ad primum ſubiectum nondum certum, ſed ad poſterum certificandum, Geminian. ad cap. executor 4. de conceſ. præbend. lib. 56.

Actus qui ſit tempore prohibito, cuius effectus refertur ad tempus permiſſum, non valet: quando gerens actum erat totaliter inhabilis tempore geſtionis actus, cap. ſi. & ibi gl. ſi. de ſepulturis, lib. 6.

in Actibus extraiudicialibus factum inter duos, non præiudicat iuri alterius tertij in iudicialibus, cap. 1. de iure patro, lib. 6.

Actus nullus à principio, tractu temporis conualeſcit; quando ſuperuenit cauſa habilis, ad actum de nouo creandum, ſicut eſt conſenſus tacitus, vel expreſſus, cap. 1. de deſponſat. impuberum lib. 6.

in Actu geſto per alium nomine ſuo, paria ſunt dediſſe mandatum, vel ratificationem facere, d. cap. 2. §. ſi.

Actus licet fiat contra prohibitionem legis, non tamen poſt factum retractatur, cap. per catechiſmum 2. de cognat. ſpiritual. lib. 6.

8 Actus quandoque permittitur, fieri à non habente poteſtatem de iure, ſed de facto, quando mora eſt periculoſa, ſi deſit habens poteſtatem de iure, cap. præſidentes 6. de hæreti. lib. 6.

Actum permiſſum facienti, non imputatur id, quod ſequitur ex illo, licet illud conſequutiuum ſit repugnans ſtatui ſuo, cap. Prælatis, de homicidio, lib. 6.

Actus ſolemnis quando deſtruitur, in deſtructionem debemus vti verbis contrariis illis, quibus vtimur in conceſſione talium, cap. degradatio, §. ſi. de pœnis lib. 6.

Actus vnus quando vno reſpectu eſt odioſus, & alio reſpectu fauorabilis, potius iudicamus eſſe odioſum, gl. ſimilib. & ibi add. mar. g. in cap. ſi. de verb. ſignific. lib. 6.

Actus,

Actus, vt pariat effectum, debet eſſe legitime factus, clem. 1. de cauſa poſſeſſ.
Actus contra conſtitutionem habentem decretum irritans non valet, gl. inhibentes in clem. 1. de iure patro.
Actus contra conſtitutionem non habentem decretum non valet, ſi faciens actum recipit poteſtatem ab illa conſtitutione: quod ſi non habeat poteſtatem ab illa conſtitutione, ſed ab alia, & tunc in habentibus perpetuam inhibitionis cauſam non valet: in non habentibus perpetuam inhibitionis cauſam etiam non valet, ſi ius tertio fuiſſet quæſitum: ſecus ſi ius tertio non fuiſſet quæſitum, dd. ibid.
Actus improbi vitandi ſunt, clem. 2. de hæretic.
Actus diſtricti præcipue in facto fidei propter maius periculum vitandi ſunt, ibid.
Actus aliquis antequam completus ſit, eſſe completum dici non poteſt; ſicut ille, qui eſt in via eundi ad ſanctum Iacobum, non poteſt dici quod iuerit, donec intentionem ſuam compleuerit, gl. poteſt dici, in extrauag. ad conditorem, Ioan. 22.
9 Actus actiuorum ſunt in patiente bene diſpoſito, gl. confitebuntur, in extrauag. antiquorum, de pœnitent. & remiſſ. inter communes.
in Actus conſideratione potius debemus attendere cauſam actus inductiuam, quàm ipſum actum, can. teſtamentum, diſt. 6.
Actus ubi fit ex diuerſis partibus, non dicitur factus, quando eius partes omnes non adſunt: & ſic nihil dicitur factum quando aliquid reſtat ad agendum, can. ſed penſandum, diſt. 6.
in Actu debet attendi id, quod eſt principale, & id, pro quo aliud eſt, dicitur principale, can. nouit, diſt. 12.
ab Actus exercitio retrahitur, quando quis adſtringitur aliquid de ſuo dare, can. de eulogiis, diſt. 28.
Actus certificatio non poteſt fieri volenti audire: ſed tamen quando debet fieri alicui intimatio actus, & is nolit audire, tunc ius dat remedium, vt fiat ei per traditionem ſcripturæ, can. nunc autem diſt. 21. & ibi dd.
Actus qui eſt unicus, & diuiſionem non capit, non poteſt fieri pro parte per alium, can. quorumdam, diſt. 23.
Actus geſti, vbi ea iuris fictione habentur pro infectis, non computantur in numero, can. deinde, diſt. 26.
Actum frequentare dicitur ille, qui bis illum exercet, can. vna tantum, diſt. 26.
Actus vbi debet fieri inter duos, & vnus in limine actus proteſtetur, ſi alius nihilominus tacuerit, intelligitur proteſtationi conſentire, can. Diaconi, diſt. 28.
Actum talem non recipiens dicens ſuperior, videtur improbare, can. parſimoniam, diſt. 41.
ad Actus principium, qui eſt inhabilis, multo magis cenſetur inhabilis quoad eius executionem, can. nulli, diſt. 44.
Actus fictus, & ſimulatus non debet prodeſſe gerenti, can. bene valet, diſt. 50.
Actum prohibitum faciens ex præciſa coactione, nullum peccatum incurrit, cap. Presbyteros, diſt. 50.
Actum ſibi permiſſum faciens non imputatur gerenti, ſi aliquid mali acciderit: dum tamen nihil omittat de contingentibus, can. ſi duo fratres, diſt. 50.
Actus vbi fit ſcienter cum inhabili per ſuperiorem habentem poteſtatem diſpenſandi, & cum cauſæ cognitione, talis geſtio actus induit diſpenſationem, licet non exprimatur verbum, diſpenſo, can. Apoſtolica, & can. Cœnomauenſem, diſt. 56.
Actus cauſæ debent probari per ſcripturam, nec creditur partibus ſuper iis, gl. libellum, in can. ſi. §. offeratur 3. q. 3.
in Actu quolibet iudiciali, qui fit in præiudicium alterius partis, requiritur citatio, can. omnia 3. q. 9.
Actus geſtus per iudicem in quocumque loco procedat, valet: dum tamen locus non ſit à iure prohibitus, & pars ſit citata ad illum locum, ibid.
In Actibus, maxime ſpiritualibus, debet eſſe continuatio, can. nihil 7. q. 1.

Reliqua vide verbo, Capitulares. Forma. Habere. Habitus. Proteſtatio. Vnica.

ADAM primus homo pro peccato è paradiſo eiectus eſt: hoc
1 eſt quia Dei nobilitatem à ſe deiecit, loci nobilitate priuatus eſt, can. Adam. diſt. 40.
Adam fuit ſepultus in ciuitate Arbee, id eſt Ebron: vbi etiam fuerunt ſepulti Abraham, Iſaac, & Iacob, can. vnaquæque, §. & contra 13. q. 2.
Adam ſi non peccaſſet, nulla eſſet in coitu voluptas; vel ſi eſſet pruritus, non tamen eſſet peccatum, gl. ſine ardore, can. ſicut 32. q. 2.
Adam ante peccatum erat nudus, nec erubeſcebat, ſicut & pueri, ante peccatum: ſed poſt peccatum erubuit, gl. nudus, in can. & venit, de pœnit. diſt. 1.
Adam & Eua confeſſi ſunt peccatum, gl. confeſſa in can. ſerpens, de pœnitentia diſt. 1.
Adam poſt culpam ſtatim de paradiſo Deus eiecit, vt ageret pœnitentiam, & ſtatim veſtiuit ſe tunica pellicea, non ſerica, can. Adam, de pœnitentia, diſt. 2.
Adam extra paradiſum, Eua vero in paradiſo fuit creata, can. illud, de pœnitentia, diſt. 2.
propter Adæ peccatum mortem carnis incurrimus, & alias pœnalitates ſuſtinemus, gl. obimus in can. ſi peccatum, de pœnitentia, diſt. 1.

Adam & Euam fuiſſe ſaluatos, & nunc incolere paradiſum cœleſtem, credendum eſt, can. ſicut primi, de pœnitentia, diſt. 2.
Adam fuit creatus in virili ætate, & de eius latere fuit formata Eua: & raptus fuit in viſionem Dei antequam peccaret, & prophetauit de Sacramentis Eccleſiæ, can. tolle, de pœnitentia, diſt. 2.
Adam fuit creatus in charitate, & gratia reprob. gl. pe. ibi. dd.
Adamo fuit data ſcientia, quam Angeli habent, gl. intererat, ibid.
Adam dicitur ſimilis Deo eſſe, & habere iuſtitiam, ſapientiam, & in virtute Dei eſſe perfectum, can. ſimilem, de pœnitentia, diſt. 2.
Adam & Eua ante peccatum erant nudi, ſed non ſine virtutum tegumento, can. vt cognouerunt, de pœnitentia, diſt. 2.
Adam per Euam fuit deceptus, non Eua per Adam quem vocauit mulier ad culpam, can. Adam 33. q. 5.
Adam moriturus erat, non naturæ neceſſitate, ſed peccati merito: contrarium aſſerens anathema eſt, can. placuit 152. de conſecratione, diſt. 4.
Adam erat immortalis, id eſt potens non mori, non autem non potens non mori; & ita fuit mortalis, & immortalis, gl. 1. ibid.
Adam ſi non peccaſſet, ſemper fuiſſet iuuenis, gl. ſi. in d. cap. placuit. 2
Adam primus homo cum mandatum Dei in paradiſo fuiſſet transgreſſus, ſtatim ſanctitatem & iuſtitiam, in qua conſtitutus fuerat, amiſit: incurritque per offenſam præuaricationis, iram & indignationem Dei, atque ideo mortem, & cum morte captiuitatem ſub poteſtate diaboli: & contrarium dicens anathema eſt, Concil. Trid. in cap. 1. de peccato originali §. 5.
Adam primus homo per præuaricationis offenſam ſecundum corpus & animam in deterius commutatus eſt: & contrarium aſſerens anathema eſt, ibid.
Adæ præuaricationem aſſerens ſibi ſoli, & non eius propagini nocuiſſe, vel acceptam a Deo ſanctitatem & iuſtitiam, quam perdidit ob præuaricationem, ſibi ſoli & non nobis eum perdidiſſe, anathema eſt, ibid.
Adam per inobedientiæ peccatum, mortem & pœnas corporis tantum in omne genus humanum transfudiſſe, non autem peccatum, quod eſt mors animæ, ſi quis dixerit, anathema ſit: cum contradicat Apoſtolo dicenti, Per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors: & ita in omnes homines mors pertranſiit, in quo omnes peccauerunt ibid.
Adæ peccatum, quod origine vnum eſt, & propagatione, non imitatione transfuſum omnibus, id eſt vnicuique proprium, ſi quis per humanæ naturæ vires, vel per aliud remedium aſſerit tolli, quàm per meritum Domini noſtri Ieſu Chriſti, anathema ſit, ib.
in Adæ præuaricatione omnes homines innocentiam perdiderunt, & facti ſunt immundi, & natura filii iræ: & vſque adeo erant ſerui peccati, & ſub poteſtate diaboli & mortis, vt non modo gentes per viam naturæ, ſed ne Iudæi per ipſam legis etiam Moyſis literam inde liberari aut ſurgere poſſent: tametſi in eis liberum arbitrium non fuiſſet extinctum, licet viribus attenuatum, & inclinatum, Concil. Trid. cap. de iuſtificat. §. 6.

Reliqua vide verbo, Eua. Peccatum 26. 27. 42. Originalia.

ADDISCERE adhuc vellem, etiam ſi vnum pedem tenerem in ſepulchro, gl. plerumque, in cap. niſi cum pridem, §. pro defectu de renunciatione.
Addiſcere multum non poteſt quis in modico tempore, gl. inſtructus, in cap. cum ex literis de integ. reſtitutione.

Reliqua vide verbo, Diſcere,

ADHAERENTIA non facit quem ſortiri eumdem ſtatum cum eo, cui adhæret, clem. 1. de religioſ. domib.

Reliqua vida verbo, Connexa.

ADIECTIVVM nomen, prolatum in genere neutro, concipit etiam fœmininum, cap. 1. de iureiur. lib. 6.
Adiectiuis duobus ſingularis numeri poteſt iungi ſubſtantiuum etiam ſingularis numeri, veluti Eccleſia regularis, vel cathedralis, cap. ſi poſtquam de electione, lib. 6.
Adiectiuum determinans duo ſubſtantiua, quorum vnum eſt generis maſculini, alterum fœminini, debet poni in genere maſculino, cap. ſi Apoſtolicæ de præben. in 6.
Adiectiuum neutrum prædicatur de omni genere, veluti vir eſt album, mulier eſt album, mancipium eſt album, gl. & alias, in extrauag. dudum de Schiſmaticis.
ADIVDICATIO fit etiam in beneficialibus, ſicut in rebus profanis, cap. pe. de cauſa poſſeſſ.
ADIVNCTVS vel collega vt detur ordinario, ſi quis impetrauerit, reſcriptum debet narrare litis pendentiam coram ordinario, cap. coram, & ibi gl. deciſione de officio delegat.

Reliqua vida verbo, Annecti.

ADMINICVLA etſi per ſe non probant, tamen adiuuant, gl. ſi.

gl. fi. in cap. cauſam de probatio.

ADMINISTRASSE videtur etiam qui minimam particulam de hæreditate attigerit, gl. 1. in cap. qualiter 17. de electione.

Adminiſtrantes ante confirmationem vt electi nullo colore quæſito, priuandi ſunt per ſententiam, ſecundum antiqua iura: ſed adminiſtrantes quæſito colore, ipſo iure ſunt priuati, gl. fi. in cap. auaritiæ, de electione, lib. 6.

Adminiſtrans res Eccleſiæ, poteſt agere & conueniri, gl. repetendis, in can. quia frater 7. q. 1.

1 **ADMINISTRATIO** vniuerſalis rerum Eccleſiæ non eſt committenda laico, etiam non in titulum, cap. de ætate & qualitate.

ab Adminiſtratione ſpiritualium, propter ſolam ſuſpicionem malæ adminiſtrationis, non debet quis ſuſpendi: ſed ſolum ab adminiſtratione temporalium, cap. venerabili 37. de officio deleg.

Adminiſtratio interdici non debet ſuſpecto malæ adminiſtrationis, durante quæſtione ſuſpicionis: ſed interim datur coadiutor, ibid.

Adminiſtratione libera conceſſa, non cenſetur conceſſa poteſtas alienandi, vel donandi, gl. reſeruata, in cap. quod translationem de officio deleg.

Adminiſtrationem Eccleſiæ habens, Prior etiam regularis, obligatur ex cauſa mutui, cap. conſtituris de procuratorib.

Adminiſtratio dignitatis, conſiſtit in temporalibus & in ſpiritualibus, cap. auaritiæ, & ibi add. marg. de electione, lib. 6.

Adminiſtratio alicuius dignitatis ſi fuerit prohibita alicui, non poteſt ille adminiſtrare, ſub quocunque nomine vel colore velit adminiſtrationem aſſumere, ibid.

Adminiſtrationem liberam habens, donare poteſt interdum: quod habet locum præcipue in curatoribus regum, cum regibus ſit proprium donare, gl. liberam, & add. in cap. 2. de ſupplenda neglig. Prælat. li. 6.

Adminiſtrationem liberam habens, licet non poſſit donare, iuſta tamen ratione motus recte poterit donare: & tenetur reuocare ea, quæ malè alienata ſunt, ib.

Adminiſtrationem liberam bonorum habens regulariter non poteſt donare, cap. fi. de offic. vicarii, l. 7.

2 Adminiſtrationem liberam habens iuſta ratione motus poterit donare, veluti magiſtro: vel ſi donare ei permiſſum ſit: vel ratione perſonæ ipſius, cui conceſſa eſt adminiſtratio: vt ſi ſit filius Senatoris, gl. nec regulariter, ibid.

pro Adminiſtratione ſpiritualium, recipere temporalia, delictum eſt: quod intellige in caſu non permiſſo à iure, cap. ſi Epiſcopus de offic. ordin. lib. 6.

Adminiſtratio rerum propriarum non eſt auferenda ingenuis hominibus, gl. rationalibus, in extrauag. quia in futurorum Ioann. 22.

Adminiſtrationem generalem & liberam habens, non poteſt donare, niſi expreſſa ſuper hoc poteſtate, gl. neceſſario, in extrauag. quia quorundam Ioann. 22.

Adminiſtratio eadem appropriatur diuerſis officiis, propter diuerſas conſuetudines diuerſarum Eccleſiarum, & diuerſos modos loquendi, gl. perſonatus, in extrau. execrabilis de præb. & dignit. inter comm.

ab Adminiſtratione remouendus eſt ille, qui res Eccleſiæ male viuendo diſpergit, can. fi. 3. q. 2.

ab Adminiſtratione non debet iudex ſtatim remouere aliquem accuſatum: ſed ſummatim cognoſcit, an calumnioſe accuſetur, vel non: & qui ſciuerint ſuſpectum, & paſſi ſunt eum per aliquod tempus eſſe in adminiſtratione, non videtur, quod tales poſſint dicere eum ſuſpectum, gl. 2. ibid.

ab Adminiſtratione remotus, quia doloſe adminiſtrauit, infamis eſt: ſed ſi propter negligentiam remoueretur, non ſit infamis, ibid.

ab Adminiſtratione licet aliquis non remoueatur, niſi pro graui culpa: tamen regulares Prælati etiam pro leui culpa poſſunt remoueri, gl. 2. in can. conuentum 16. q. 7.

1 **ADMINISTRATOR** generalis bonorum alterius, non poteſt ordinari, niſi depoſito officio & reddita ratione, cap. 1. de obligat. ad ratiocinia.

Adminiſtrator obligatus ad ratiocinia publica, etiam depoſito officio non poteſt promoueri, niſi reddiderit prius rationes, gl. ratiocinia, ibid.

Adminiſtrator obligatus ad ratiocinia priuata, ſi conuenitur de dolo tempore promotionis ad ordines, vel ante, non debet promoueri ad ordines ante finem litis, & debet taxari tempus, infra quod debeat decidi cauſa: ſi vero conuenitur de culpa tantum, poteſt promoueri ad ordines non obſtante reclamatione creditoris, ibid.

Adminiſtrator obligatur ad ratiocinia priuata, ſi de his non mouetur ſibi lis, nec ſit mota, non obſtante obligatione promoueri poteſt ad ordines, niſi manifeſtum ſit ipſum teneri de dolo, ibid.

Adminiſtrator obligatus ad ratiocinia priuata, ſi prohibente creditore fuerit promotus ad ordines, non deponitur propter hoc, ſed bona ſua cedent ei in ſolutum: quæ ſi non ſufficiant, Epiſcopus tenetur ei: non tamen vltra id, quod facere poteſt Epiſcopus, gl. in familia, & ibi add. ibid.

Adminiſtratori interdicitur omne genus alienationis, durante quæſtione ſuſpicionis malæ adminiſtrationis, cap. venerabili de officio deleg.

Adminiſtrator licet habeat adminiſtrationem temporalem, nihilominus tamen id quod factum eſt per eum, perpetuum eſt, gl. 1. in cap. fi. de offic. legati.

in Adminiſtratoris conſtitutione conſideranda eſt principaliter intentio conſtituentis, nec debemus animaduertere ad nomina adminiſtratorum, cap. petitio de procuratoribus.

Adminiſtratores omnes, nomine procuratoris intelligit ius canonicum, gl. actores, ibid. 2

Adminiſtrator alicuius rei, habet facultatem agendi ſuper iuribus illius adminiſtrationis, cap. cum deputati de iudiciis.

Adminiſtrator Eccleſiaſticus poteſt reuelare alienationem quam ipſemet indebite fecit de iuribus dignitatis, & adminiſtrationis ſuæ, cap. intellecto 33. de iureiur.

Adminiſtratores ciuitatum, tutores, & curatores non conueniuntur, poſt depoſitum officium, ex contractu, quem fecerunt nomine ciuitatis, vel pupilli: ſed ex maleficio poſſunt conueniri etiam depoſito officio, gl. pe. in cap. aduerſus de immunit. Eccleſi.

Adminiſtrator Eccleſiæ cathedralis vacantis, poteſt alienare bona, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, gl. immobilium, in cap. is cui 42. de electione, lib. 6.

Adminiſtrator Eccleſiæ cathedralis vacantis, ſiue ſit datus à iure, ſiue ab homine, immobilia alienare non poteſt: ſed mobilia etiam pretioſa poteſt in caſu licito, ibid.

Adminiſtrator datus Eccleſiæ cathedrali vacanti, habet ordinariam poteſtatem: & ſic non expirat eius poteſtas per mortem Papæ, gl. confirmatus, ibid.

Adminiſtratorem vel viſitatorem, eo ipſo quod Papa dederit Eccleſiæ cathedrali, ſi poſteà Canonici etiam ignoranter eligant Epiſcopum, non valet electio, quaſi Papa dando adminiſtratorem vel viſitatorem, ad ſe prouiſionem reuocauerit, d. gl. confirmatus, ibid.

Adminiſtrator Eccleſiæ vacantis, datus à Papa, maiorem poteſtatem habet, quàm datus ab alio, cap. fi. de ſupplen. negli. Prælat.

Adminiſtrator habet legitimam adminiſtrationem, ibid.

Adminiſtrator quilibet in temporalibus, vel ſpiritualibus, non poteſt conferre beneficia, ibid.

Adminiſtratorem Eccleſiæ cathedrali vacanti dare non poteſt alius, quàm Papa, ſine cauſæ cognitione, & vocatis his, qui vocandi erant, ſcilicet capitulo, d. cap. fi. & ibi gl. non poteſt.

Adminiſtrator ſeu viſitator Eccleſiæ vacantis ab inferiore à Papa deputatus, temporalia & ſpiritualia poteſt adminiſtrare, excepta collatione beneficiorum ad Epiſcopum pertinente, d. cap. fi. §. fi. ſed à Papa deputatus poteſt beneficia conferre, gl. non poteſt, ibid. 3

Adminiſtrator deputatus Eccleſiæ vacanti à Papa debet fungi ampliori poteſtate, propter ampliorem dantis poteſtatem, ibid.

Adminiſtrator bonorum Eccleſiæ, de contractu per ipſum celebrato teſtificari poteſt, gl. in teſtem, in add. in cap. fi. de teſtib. lib. 6.

Adminiſtratores ſeu gubernatores proponere, pro locis ſpectantibus ad menſam, non ſemper expedit. clem. 1. de reſcript.

Adminiſtratores grangiarum & aliorum locorum regularium, ad voluntatem ſuperiorum quandoque ſunt removibiles, extrauag. cum nonnullæ, de præb.

Adminiſtrator quandoque quis eſt temporalium, quandoque ſpiritualium: & ſecundum hoc remouetur ab iſtorum & illorum adminiſtratione temporalium propter ſuſpicionem dilapidationis, adhuc tamen remanet Prælatus quoad obediendum ſibi, gl. fi. in can. fi. 3. q. 2.

Adminiſtratores fabricæ cuiuſuis Eccleſiæ etiam Cathedralis, hoſpitalis, & aliorum quorumcumque piorum locorum ſingulis annis tenentur reddere rationem adminiſtrationis Ordinario: niſi ſecus expreſſe fuerit cautum in inſtitutione & ordinatione talis Eccleſiæ vel fabricæ, Conc. Trid. de refor. cap. 9. ſſ. 22.

Adminiſtratores fabricæ cuiuſuis Eccleſiæ vel aliorum quorumcumque locorum, ſi ex priuilegio, conſuetudine, vel ex conſtitutione aliqua tenentur reddere rationem quibuſdam perſonis ad id deputatis, debet cum illis adhiberi etiam Ordinarius: & aliter factæ liberationes non ſuffragantur dictis adminiſtratoribus, ibid.

Reliqua vide in verbo, Oeconomus, Inuentarium, Capitulum 23. Prælatus 11.

ADMITTI poteſt quis vna via, quamuis alia via repellatur, gl. fi. in cap. ad hæc de teſtam.

ADMODVM dictio ponitur pro valde clem. Romani, §. nos itaque, & ibi gl. admodum de iureiur. gl. admodum, in clem. paſtoralis, §. verum de re iud.

ADMONEO verbum quandoque inducit præceptum, can. fi. de pœniten. diſt. 5.

ADMONITIO trina, dicitur legitima & canonica, gl. 1. in cap. ex literis de conſtitutio.

Admonitio debet præcedere vindictam, ibid. & gl. 2. in cap. fi. de vita & honeſt. cler. gl. fi. in can. non minus de immun. Eccl. gl. cum moneas, in cap. ex literis 7. de ſponſal. & gl. 1. in can. placuit. diſt. 90.

Admonitio trina requiritur, antequam procedatur contra aliquem, cap. 2. de cohabit. cleric.

Admonitio quandoque eſt neceſſaria, puta in denunciatione Euangelica: quandoque non eſt neceſſaria, vt in accuſatione, gl. fi. in can. accuſat. 3. q. 5.

Admonitio canonica vbi præcedit, non requiritur alia citatio, quan-

do

do profertur excommunicatiouis ſettentia, can. præſenti, 5. q. 2.

Admonitio ſemper præcedit vindictam; intellige, cum agitur ad pœnam excommunicationis, gl. 2. in can. indigne 12. q. 2.

Admonitio debet præcedere in illis criminibus, vbi ad brachium ſæculare eſt recurrendum, & vbicumque non agitur ad depoſitionem, & getteraliter vbicumque agitur ad denunciationem, d. gl. 2.

Admooitio non debet præcedere, vbicomque agitur ad depoſitionem, ibid.

poſt Admonitionem non eſt alicui parcendum, gl. fin. in can. ſcriptura de conſecratione diſt. 2.

Reliqua vide in verbo, Citatio.

ab ADOLESCENTIA, omnis ætas eſt prona ad malum, can. omnis ætas, 12. q. 1.

ADOLESCENTES, & impuberes clerici ingreſſi monaſterium cauſa probandi, omnes in vno conclaui debent manere ſub diſciplina magiſtri, can. omnis ætas, 12. q. 1. et ſi aliqui eorum pupilli exiſtant, tam ipſi, quam res eorum debent defendi ſacerdotali tutela, ibid.

Adoleſcentes manentes in conclaui ſub diſciplina magiſtri, ſi luxurioſe viuere voluerint, nec corrigi aliter poſſint, debent in monaſterium deputari, vt ibi diſtrictius viuant, ibid.

Adoleſcentium ætas niſi recte inſtituatur, prona eſt ad mundi voluptates ſequeodas, Concil. Trid. de reſor. cap. 18. ſſ. 23.

Adoleſcentium ætas niſi à teneris annis ad pietatem, & religionem informetur, antequam vitiorum habitus totos homines poſſideat, numquam perfecte, ac ſine maximo, ac ſingulari propemodum Dei omnipotentis auxilio, in diſciplina Eccleſiaſtica perſeuerat, ibid.

Reliqua vide in verbo, Ætas 1. 2. 3. Conuerſatio, Curator, Natura.

ADOPTARE, vel arrogare non poteſt quis per alium, quia adoptio imitatur naturam, gl. 1. in reg. poteſt quis, de reg. iur. io 6.

Adoptare filium ad tempus non poſſumus, gl. 2. in can. omne, 27. q. 2.

Adoptare dicimur illum, qui eſt in alterius poteſtate, & non tranſit in noſtiam poteſtatem, gl. 1. in ſumma 30. q. 3.

Adoptatus a ſenatore in filiom, dicitur filius ſenatoris, gl. pen. in can. qui natus, de pœnitentia, diſt. 1.

Adoptione durante non poteſt conſiſtere matrimonium inter adoptantis filiam, & adoptatum, cap. 1. de cogn. legali.

Adoptatus non poteſt copulari filiæ adoptantis: quia licet adoptatus non tranſeat in poteſtatem adoptaotis, acquiruntur tamen ei quædam iura per adoptionem, quæ diſſoluuntur per emancipationem, & hoc impedimentum deſinet per emancipationent alterutrius, gl. 1. ibid.

ADOPTIO legalis eſt quædam propinquitas, per quam efficitur quis filius, vel nepos, vel deinceps, ſeu frater, ſeu affiois, qui non eſt, naturam imitans, gl. in rub. de cogn. legal.

Adoptione finita poteſt conſiſtere matrimonium inter adoptatum, & filiam adoptantis, ſed non adoptione duraote, cap. 1. & ibid. gl. 1. de cogn. legal.

Adoptio fit per quemlibet magiſtratum, nec tranſit in poteſtatem adoptantis: ſed hodie remanet in poteſtate patris ſui, d. gl. 1.

Adoptio imitatur naturam, gl. 2. in cap. fi. de cognat. ſpirit.

in Adoptionis confirmatione vocandi ſunt omnes, qui læduntur per eam, gl. 1. in reg. quod omnes taogit, de reg. iur. lib. 6.

Adoptio iniuſta poteſt confirmari, gl. 2. in can. 1. 9. q. 2.

ADOPTIVVS filius durante adoptione non poteſt contrahere matrimonium cum filia legitima adoptantis, & ſi contrahat, non eſt matrimoniom, gl. 1. in cap. 1. de cogn. legali.

Adoptiui filij poſſunt contrahere matrimonium interſe, ibid.

Adoptiuus filius, & naturalis in eiuſdem poteſtate exiſtentes non poſſunt contrahere, ſed ſi alter emancipetur, poſſunt contrahere, can. per adoptionem, 30. q. 3.

Reliqua vide in verbo, Arrogare, Auus.

ADSCRIPTITII, liberi ſunt, quamuis glebæ ſunt adſcripti, cap. 2., & ibi gl. 1. de Iudæis.

Adſcriptitij, quamuis ſint liberi, tamen ad ordines non admittuntur, niſi cum licentia dominorum, gl. 2. ibid.

Adſcriptitij agnationem ſeu affinitatem dominus non poteſt diuidere transferendo eos ad aliam colonariam: quod ſi hoc fecerit, ſunt redintegrandi ad antiquam colonariam, gl. ſibi ibid.

Adſcriptitium, vel colonum transferre ad alium locum non poteſt dominus eo inuito, ibid.

Reliqua vide in verbo, Seruus.

ADVERBIVM quantitatis reſoluitur in aduerbium qualitatis, quando diſpoſitio, in qua profertur, non poteſt verificari in quantitate, ſed bene in qualitate, gl. quanto, in can. 1. 3. q. 2.

ADVERSARIVS dicitur ille, qui in lite mihi aduerſatur, cap. 1. de iudiciis, cap. fi. de iuram. calum.

Aduerſarii dicuntur etiam litigantes ciuiliter, cap. propoſuiſti de foro comp. cap. fi. de eo qui mittitur in poſſeſſionem.

Aduerſarius meus dicitur ille, qui contendit mecum in iodicio, maxime ſi me prius ſpoliauit, cap. in literis, & cap. item cum quis de reſtit. ſpoliat.

Aduerſarius dicitur ille, qui ſubrogatur in lite, cap. 2. Vt lite peodente, lib. 6.

Aduerſarius tenetur aperire ea, quæ dicit ſuo aduerſario, gl. diligentius, in cap. ſic enim, §. intelligis 28. q. 1.

Reliqua in verbo, Corrumpere.

ADVERSITAS quæ hominibus bona vota, piaque propoſita habentibus obiicitur, non reprobatio eſt, ſed virtutis probatio, can. aduerſitas 7. q. 1.

Aduerſitates veniunt homini bono in hoc mundo, vt probatior & melior efficiatur, ibid.

ADVERSVS dictio eſt vſitata in iure. in materia reſtitutionum: & ponitur pro contrà, gl. aduerſus, in clem. 1. de in iotegr. reſtit.

in Aduerſis & procellis hoius mundi debemus recurrere ad diuinum conſugium, extrauag. diſcipulorum de celebra. miſſar. Inter communes.

ADVLARI alteri dicitur, qui verba componit, & exprimit ad finem tantum, vt placeat illi, cui loquitur, can. diſpenſatio, §. pariter, diſt. 43.

ADVLATIO tripliciter fit: aut quando quis adulator attribuendo alicui homini bonum, quod non habet; vel nimium extollendo bonum, quod habet, & vtromque iſtorum eſt veniale: vel approbando malum, quod habet, & iſtud eſt mormortale, gl. adulari, in can. vnum, § quæ autem, diſt. 25.

Adulatio quandoque eſt peccatum veoiale, in can. primum, 22. q. 2.

ADVLTA ætas non intelligitur, cum maſculus cœperit attingere quartodecimum annum, & fœmina duodecimum: ſed cum iam eſt in fine quartodecimi, vel duodecimi anni, gl. 1. in cao. firma 20. q. 1.

Adultus qui cathechiſatur, per ſe reſpondere debet, & non per alium, gl. 1. in reg. poteſt quis de reg. iur. lib. 6.

ADVLTER & adultera in eodem libello poſſunt accuſari, quando agitur ad ſeparationem thori: ſed non quando agitur 1 criminaliter, gl. 1. & ibi add. marg. in can. pe. 2 q. 5.

Adulterum interficere non licet viro, niſi poſt denunciationem, gl. pe. in can. nec aliqua 27. q. 1.

Adulteris io quibuſdam locis, veſtes, & capilli inciduntur in ignominiam, ante & retro, can. de benedicto, & ibi gl. 2. 32. q. 1.

Adultera quam maritus non vult reconciliare, ad agendum pœnitentiam in aliquo clauſtro collocari debet, cap. gaudeotus de 2 conuerſi. coniugat.

circa Adulteras à maritis relictas, implorandum eſt iudicis Eccleſiaſtici officium: vt eas collocet in clauſtro cum mulieribus religioſis, ibid.

Adulteræ olim lege Moſaica lapidabantur, gl. fi. ibid.

contra adulteram quando agitur criminaliter, tuoc non detruditur in mooaſterium, ſed aliis pœnis legitimis punitur, ibid.

Adultera petens abſolutionem ab excommuoicatione, debet prius abiurare adulterum, id eſt, eum iuramento promittere ſe non redituram amplius ad eumdem, cap. intelleximus, 6. de adulteriis.

Adultera hodie verberatur, & detruditur in monaſterium, gl. capitali, io can. Epiſcopus qui §. fi. 12. q. 2.

Adultera probatur, quæ viuente viro, alteri nubit. can. omnes 32. q. 7.

Adultera inceſtuoſa, etiam mortoo viro, nubere non debet: ſed debet in perpetua pœnitentia contineri, can. hi vero, & ibi gl. 1. 32. q. 7.

Adulterina conceptio ad culpam non imputatur: & ex proprio, non parentum culpa damnatur filius, can. naſci. diſt. 56.

ex Adulterino coitu natus dicitur ille, qui de adulterio eſt natus, non ex ſua origine, ſeu antiquorum ſuorum: & ſic denominator à cauſa remota, non à proxima, can. dominus, diſt. 56.

Reliqua vide in verbo, Mœchia, Occidere 3.

ADVLTERIVM non committitur ſine dolo, gl. vnus, in can. propoſito 32. q. 5. gl. fornicario, cap. fraternitatis, de frig. 1 & mal. gl. præſumatur, in cap. quoniam frequenter, §. porro. Vt lite non conteſt.

in Adulterij cauſa, quando agitur ad ſeparationem thori, ordo iuris ſervandus eſt, & non proceditur ad ſententiam, nec ad receptionem teſtium, lite non conteſtata, cap. 1. eo.

propter Adulterium non diſſoluitur ipſum coniugium, imo manent coniuges etiam ſeparati, gl. coniugii, ibid.

propter Adulterium coniuges ſeparaotur ab invicem, quoad mutuam ſeruitutem tantum, vinculo matrimonii nihilominus perdurante, quia licet ſic abſoluatur ille, qui non peccault, à ſervitute alterius, qui adulterium commiſit, contrahere

tamen

tamen non poteſt, & ſi contraheret, compelleretur redire ad primam, gl. coniugii, ibid.

Adulterij crimen eſt mixtæ iuriſdictionis, quia diuerſo reſpectu poteſt & coram iudice ſæculari, & Eccleſiaſtico tractari, cap. tuæ, do procuratoribus.

de Adulterij crimine, quatenus agitur ad legitimam pœnam, coram ſæculari, ſed quateous agitur ad ſeparationem thori, coram Eccleſiaſtico debet tractari, ibid.

de Adulterii crimine, accuſatio ad ſeparationem thori, eſt mixta inter ciuilem, & criminalem, ibid.

in Adulterio, & alijs minoribus criminibus, poteſt Epiſcopus cum clericis peracta pœnitentia diſpenſare, cap. at ſi clerici, §. de adulterijs, de iudi.

2 Adulterium inter minora crimina computatur, quantum ad criminis quantitatem, ſed quantum ad criminis frequentiam, & abuſum communem grauius eſt alijs, ibid. dd. ad. d. §. de adulterijs.

Adulterio grauiora ſunt multa peccata, velut inceſtus, ibid.

de Adulterio accuſatus ad ſeparationem thori, non debet lite pendente priuari poſſeſſione coniugali, cap. 2. ut lite pendente.

Adulterium toties committitur, quoties copula iteratur, licet inter eaſdem perſonas, cap. ſicut nobis, de teſti.

Adulterium poteſt committere vnus, & alter non, gl. ſi. in cap. debitores, de iureiuran.

Adulterium commiſſum etiam in figura matrimonij privat adulterum iure coniugali, quod habebat in coniugem, cap. conſtitutus, de conuerſ. coniug.

propter Adulterium non diſſoluitur matrimonium quoad vinculum, ſed bene quoad thorum, cap. ex parte, 9. de ſponſalib.

Adulterium non committit ignorans, cap. 1. de eo qui duxit in matrim.

Adulterium ſolum non inhabilitat quem ad contrahendum matrimonium, imò Eccleſia dat ei licentiam ad contrahendum mortua prima, cap. 2., & 3. eod., & ibi dd.

Adulter cum adultera poteſt contrahere matrimonium niſi ei dederit fidem contrahendi, vel niſi fuerit machinatus in mortem vxoris, cap. ſuper hoc, eod.

in Adulterio ſola deprehenſio non ſufficit ad puniendum deprehenſum, niſi aliter conuincatur, gl. 1. in cap. ex literarum, eod.

Adulterium non poteſt obiici ei, quæ inuita tracta eſt, cap.
3 diſcretionem, & ibi gl. 1. de eo qui cognouit conſanguin.

propter Adulterium non ſemper poteſt vir dimittere vxorem, ibid.

Adulterium committitur cum ſponſa alterius de præſenti, licet nondum cognita, d. cap. diſcretionem, & ibi gl. 3.

Adulterium notorium impedit reſtitutionem, cap. ſignificaſti, de divortiis.

Adulterium mulieris poteſt eſſe notorium, vt quia ipſa confeſſa ſit; vel quia pepetit abſente marito, vel non cohabitando, ibid.

Adulterium non poteſt obiici vxori, quam maritus inuitam tradidit adulterandam, gl. 1. ibid.

de Adulterio vbi agitur ad ſeparationem thori, valet confeſſio ſolius coniugis, cap. ex literis, eod.

Adulteria, ſicut & alia crimina, ſecundum intentionem iudicantur, & ex corde procedunt, gl. ſi. in cap. plerumque, de donat. inter virum.

Adulterii crimen publicum eſt, cap. 4. de adulter.

in Adulterii accuſatione contra vxorem præfertur maritus cæteris omnibus, ibid.

de Adulterio conuincitur ſiue mulier, ſiue vir, ex ſola deprehenſione in adulterio, cap. tua fraternitas, 7. eod.

propter Adulterium mulieris licet poſſit ſeparari matrimonium quoad thorum, non tamen poteſt maritus cum alia cohabitare, ſed tenetur continere, aliàs ad vxorem debet redire, d. cap. tua fraternitas, & ibi gl. 1.

Adulterium priuat iure petendi debitum, ſolo facto, licet non ſit lata ſententia de adulterio: nec alter tenetur reddere debitum, d. gl. 1.

4 ex Adulterio mulieris fit præiudicium marito, & ſic ex facto alterius punitur quis, can. ſi cuius, diſt. 34.

ex Adulterio prodita proles præſumitur in ſe luxurioſa, & ignobilis, can. ſi gens diſt. 56.

de Adulterio ſuſpecti debent ſe probabili iudicio expurgare, can. interrogatum, 2. q. 5.

de Adulterio ſi fuerint duo infamati, vnus eorum purgare poterit alterum de eius voluntate, & illo deficiente vterque punitur, can. pe. 2. q. 5.

Adulterium dicitur committi, per occupantem Epiſcopatum viventis iniuſte, & de facto, can. ſi. 3. q. 2.

Adulterium ſpectat ad iudicem Eccleſiaſticum, can. poſtulatus, 3. q. 7.

in Adulterio comprehenſus ſacerdos infamis eſt, licet nondum ſit damnatus, illa tamen infamia non ſufficit ad hoc, vt abſtinendum ſit à ſacramentis ſuis, niſi infametur per ſententiam, gl. 1. in can. ſi. 15. q. 8.

de Adulterij crimine, tanquam publico, licitum eſt cuilibet accuſare, can. Epiſcopus qui §. ſi quæ, 12. q. 2.

Adulterii reus non eſt cæcus, qui credens vxori ſuæ reddere debitum, alienam polluit, can, illud, §. ex vtraque, 15. q. 1.

Adulterium, & inceſtus ſecundum canones morte puniuntur, ſecundum leges adulterium hodie non punitur morte, gl. ſi. in can. relegantes, 23. q. 5.

Adulterium dicitur committere cum vxore legitima, qui per adulterium reddit eam ſibi illicitam, gl. 1. in can. an non 24. q. 3.

Adulterium præſumitur ex concubitu, ex confabulatione, oſculatione, & ex coniacentium duorum turpi, & fœda dormitione, can. nec aliqua, & ibi gl. confiteotur, 17. q. 1.

propter Adulterium quis plus debet puniri, ſi illud ſit inceſtuoſum, gl. ſi. in can. virginibus, 27. q. 1.

Adulterium quandoque committitur cum propria vxore, gl. ſi. 5
in can. meliori, 27. q. 1.

Adulterium non committitur cum ſponſa, gl. ſi. in can. quidam, 27. q. 2.

Adulterium vxoris ſi ſit notorium, vel etiam publicum per ſententiam, vel quia in iudicio confeſſa ſit, & ita condemnata, & maritus nolit eam dimittere, debet pœnitere duobus annis, ſi ei debitum reddat. can. ſi quis, & ibi gl. 1. 32. q. 1.

Adulterii crimen ſecundum leges commutatum eſt in intruſionem monaſterii, gl. ſi. in cap. de Benedicto, 32. q. 1.

Adulterio purgato per pœnitentiam, coniugii reconciliatio poteſt fieri, can. quod autem, 32. q. 1.

de Adulterio primo commiſſo poſt baptiſmum, licet poſſit excipi, non tamen accuſari, quia exceptio eſt fauorabilis, accuſatio eſt odioſa, gl. ſi. ibid.

Adulterii crimine damnatur, quod præter legitimam vxorem committitur, can. nemo, 32. q. 4.

Adulterium non committitur cum ſoluta, ſed cum nupta, gl. 1. ibid.

Adulteria non ſunt facienda etiam voluntate generandi filios, can. ſic non ſunt, 3. q. 4.

Adulterium, & ſimonia poſſunt eſſe ex parte vnius tantum, ſimiliter ſocietas, & matrimonium, gl. ſi. ibid.

Adulterium committitur, cum nupta, vel innupta turpiter concupiſcitur, can. qui viderit. 32. q. 5.

Adulterium ſecundum canones ſolo animo committitur, gl. ſtudioſa, in can. qui viderit, 32. q. 5.

Adulterium facit, qui præter ſuam ad alteram accedit, can. 6
non mœchaberis, 32. q. 5.

Adulterium committit tantum, qui habet vxorem, vel quæ eſt coniugata, quandoque tamen large ſumitur adulterium, gl. ſi. ibid.

Adulterium in vtroque ſexu pari ratione punitur, can. ſi. 32. q. 5.

Adulterium vincit fornicationem, ſed vincitur ab inceſtu, quia inceſtuoſus magis peccat, quam adulter, ſed fornicatio contra naturam excedit omne genus adulterii, can. adulterii, 32. q. 7.

Adulterium in pœnis ſecundum obtinet locum, can. quid in omnibus, 32. q. 7.

Adulterio ſunt multa grauiora delicta, vt homicidium, ſacrilegium, fractio voti continentiæ, & generaliter vbi grauior pœna imponitur, gl. 1. ibid.

Adulterio *quid grauius in omnibus peccatis*, dicitur per modum loquendi in deteſtationem criminis, non quod alia grauiora non ſint. ibid.

Adulterio probato ſtatim vir poteſt dimittere vxorem ſuam, & dotem lucratur, gl. culpa, in can. quod propoſuiſti 32. q. 7.

Adulterium non committit ille, qui ignoranter credens ſolutam cognoſcit coniugatam, gl. 1. in can. in lectum, 34. q. 1.

Adulterium eſt alieni thori violatio, & adulterium dicitur, quaſi ad alterius thorum acceſſio, can. lex illa, 36. q. 1.

Reliqua vide in verbo, Abraham, Accuſatio, n. 4. Lucretia, Maritus 16. vſque 20. Mulier 26. vſque 30.

ADVOCARE poteſt ſacerdos pro ſe ipſo, pro ſua Eccleſia, & ſi neceſſitas immineat, pro coniuncta perſona, & pro miſerabili perſona, cap. ſi. de poſtulando.

Aduocare poſſunt honore aliquo decorati, vel habentes dignitatem, ſeu adminiſtrationem, gratia laudis ferendæ, ſed non pro lucro ferendo, can. infames, §. apud vrbem, 3. q. 7.

Advocare prohibitum eſt ſacerdotibus, gl. pe. in can. te quidem 11. q. 1.

Aduocare poſſunt clerici in minoribus conſtituti, in cauſa ciuili, coram iudice ſeculari, ſi beneficium Eccleſiaſticum non habeant: ſecùs, ſi ſuſtententur beneficiis Eccleſiaſticis gl. 1. in ſumma, 15. q. 2.

Advocare poſſunt clerici etiam in Sacris conſtituti, in cauſa ciuili, pro ſe, & pro Eccleſia ſua, & pro miſerabilibus perſonis coram ſæculari, ibid.

Aduocare non poſſunt indifferenter Epiſcopi, & Sacerdotes, ne vileſcat eorum dignitas, ſed hodie quoad Sacerdotes derogatum eſt. ibid.

Aduocare poſſunt omnes clerici, etiam in ſacris conſtituti, coram iudice Eccleſiaſtico, ſed de iure non poſſunt exigere

pro

pro aduocatione ſalarium, ſecus tamen hodie de conſuetudine, ibid.

Advocare non poſſunt clerici in cauſa criminali, coram iudice ſeculari, ibid.

Aduocare non poſſunt religioſi, monachi, & regulares, niſi pro ſua Eccleſia, & Abbate ſuo præcipiente, d. gl. 1.

Aduocare poſſunt Sacerdotes de generali Eccleſiæ conſuetudine, & ſalarium pro patrocinio exigere, can. obſeruandum, 15. q. 2.

Advocare volenti, nec valenti, non confertur præmium, vel ſalarium, gl. fi. in cap. magna, de pœnit. diſt. 1.

Advocare in iudicio nemo poteſt, niſi ſit baptizatus, can. nemo, de pœnitentia, diſt. 1.

Aduocans clericus contra Eccleſiam, à qua recipit beneficium, dicitur ingratus, & tanquam ingratus priuatur beneficio, cap. fi. de poſtulando.

Aduocandi poteſtas, dicitur officium, cap. 2. de poſtu.

Aduocandi officium, eſt laudabile, gl. 1. in cap. fi. de pœnis, lib. 6.

ADVOCATIONIS officium eſt odioſum, ſaltem opinione, cap. fi. de poſtuland.

Aduocationis officium exercere contra amicum, eſt indecens, ibid.

Aduocationis officium eſt nociuum, quando exercetur contra eum, cui tenetur ad officium remunerationis, ibid.

1 **ADVOCATVS** non poteſt cogi alibi ſuſcipere iudicium, quàm in ſuo foro, gl. renitentem, in cap. paſtoralis, de officio deleg.

Aduocatum prouidere parti non habenti, ſpectat ad iudicem etiam delegatum, qui poterit dare etiam domeſticum, cap. 1. de officio iudicis.

Aduocatum ſi quis non habeat, non poteſt cogi ad reſpondendum, ibid.

Aduocatus, eo quod ſit domeſticus iudici, non poteſt repelli, nec iudex eo quod ſit domeſticus aduocato, gl. obſtante, ibid.

Aduocatis olim ſalaria de publico dabantur, & fiebat partibus diſtributio aduocatorum, hodie vero non, ſed quilibet debet ſibi prouidere, ſecundum quod melius poteſt, gl. 1. ibid.

de Aduocatis Prætor debet conſulere, & prouidere pauperibus, & debilibus perſonis, qui ſibi prouidere non poſſunt, ibid.

Aduocatus alterius partis, poteſt eſſe teſtis in inſtrumento compoſitionis, & tranſactionis, in illa cauſa, in qua, quando fuit adhibitus teſtis, non erat aduocatus, cap. ex literis, de tranſactio.

Aduocatus perdit ius ſuum in re, pro qua litiganti, eamque petenti patrocinium ſcienter præſtiterit, d. cap. ex literis, & ibi gl. 1.

Aduocatus dicitur nocere illi, contra quem aduocat, intellige quoad opinionem, non quoad veritatem, cap. fi. de poſtulando.

prætextu Aduocati, poſſunt parti dari induciæ, cap. 1. vt lite non conteſt.

Aduocatus incidit in periurium, in non defendendo Eccleſiam, quam defendere iurauit; nec appellatio eum excuſat à periurio, cap. breui, 17 de iureiurand.

2 Aduocatus, qui iurauit defendere Eccleſiam non tenetur eam defendere, ſi Eccleſia non ſeruauit ei fidem in ſuis neceſſitatibus, uel ſi Eccleſia ei ſubtraxit ei ſalarium ſuum conſuetum, gl. fi. in cap. breui, 17. de iureiurand.

Aduocatus iurans defendere Eccleſiam, non tenetur eam defendere contra conſcientiam, ſi certum eſt Eccleſiam fouere malam cauſam, & non eſt periurus, ſecus, ſi certum eſt fouere bonam cauſam, vel eſt dubium, nam tunc tenetur eam defendere, alias eſt periurus, ibid.

Aduocati confeſſio præiudicat parti, niſi eadem die reuocetur, cap. cum cauſam, 62. de appella.

Aduocatus, ſuper certa parte litis non debet paciſci, gl. 2. in fi. in cap. cum ab omni, de vita, & honeſtat.

Aduocati non minus prouident generi humano, quàm ſi patriam armis defenderent, gl. maturitatem, in cap. ex multa, §. 2. de voto.

Aduocatis debet conſtitui ſalarium, vel beneficium ſecundum dignitatem, & ſcientiam ſuam, gl. 3. in cap. 2. de magiſtris.

Aduocati, & Notarii fauentes hæreticis, & eorum defenſoribus, aut ſibi eis litigantibus patrocinantes, aut pro eis patrocinantes, & inſtrumenta ſcribentes, ſunt infames, & ab illo officio ſuſpenſi, & nihilominus excommunicati ſunt, cap. ſi aduerſus, & ibi gl. pe. de hæreticis.

Aduocatus debet peregiſſe annum decimum ſeptimum, gl. decimum ſeptimum, in cap. qui generaliter, §. fi. de Prætoribus, lib. 6.

in Aduocato, & teſte, minor ætas ſufficit, quàm in procuratore, ibid.

Aduocatus, vel procurator principalis cauſæ, teſtificari non poteſt in cauſa appellationis, cap. fi. de teſtib. lib. 6.

3 Aduocatus, vel procurator obligati ad defenſionem cauſæ non uidentur obligati ad defendendam cauſam appellationis, cap. fi. eod.

Aduocatus non poteſt eſſe teſtis in cauſa, in qua fuit aduocatus, neque iudex, gl. 1. ibid. gl. cognito in can. ſtatutum, 2. q. 6.

Aduocati dicuntur militare, & quod acquirunt poſtulando dicitur quaſi caſtrenſe, gl. quaſi in cap. pe. de ſepult. lib. 6.

Aduocati, debent eſſe cauti in articulis conficiendis ponderando uerba, gl. abſque penuria, in cap. 1. §. ſane, de ſtatu regul. lib. 6.

Aduocati non admittuntur in cauſis, in quibus proceditur ſimpliciter, & de plano, cap. ſtatuta 20. de hæreticis, lib. 6.

Aduocatus, procurator, uel tabellio petens ſalaria, & conueniens de eiſdem, non incurrit excommunicationem latam à iure, contra recipientes pro gratia, vel iuſtitia aſſequenda, gl. ſub generalibus, in extrauag. excommunicamus, de ſententia excommunica, inter communes.

Aduocatis, & procuratoribus licitum eſt, quod eſt iudicibus uetitum, ibid.

Aduocatus vtriuſque partis non poteſt quis eſſe, gl. fi. in can. diſciplina, diſt. 45.

Aduocati, qui clientulos bona fide non defendunt, tenentur eis, gl. 2. in can. in religioſum, diſt. 87.

Aduocatus dicitur etiam, qui præeſt cauſis tractandis tantum, qui aliàs dicitur ſyndicus, gl. aduocatum in can. ſaluator, §. 1. 1. q. 3.

Advocato debet ſolui promiſſum ſalarium in principio anni, quod non debet excedere ſummam centum aureorum, gl. debitam, in can. uendentes, 1. q. 3.

Aduocatus non ſolum ea, quæ ſunt iuris, ſed etiam quæ ſunt facti, exponit iudici, can. infames, §. 1. 3. q. 7.

Aduocati non poſſunt paciſci de parte, ſeu quota litis, ſed ſuper certare licet, d. can. infames, §. arceantur, & ibi gl. partis.

Aduocato non licet paciſci vltra centum aureos, d. gl. partis.

Aduocatus rationibus debet pugnare, non probris, d. §. arceantur.

Aduocato fit ſatisfactio pro modo litis, & facundia aduocati, & pro conſuetudine regionis, gl. contractum, in d. can. infames, §. arceantur.

Aduocatus dicitur deprædari clientulum, ſi paciſcitur de quota litis, d. §. arceantur.

Aduocato non licet, pendente lite, contractum cum parte inire; ſed nec malitioſe litem protrahere, d. cap. infames, §. item quamuis.

Aduocatus dicitur certare, ibid.

Aduocatos debet iudex partibus æqualiter diſtribuere, & aduocato contra dicente ſine cauſa legitime, interdicatur forum, d. can. infames, §. ſi uero. 5

Aduocati debent iudicibus obedire, ibid.

Aduocatorum copiam ſubtrahens aduerſario, præſumitur fouere iniquam litem, d. can. infames, §. ſi quis autem.

Aduocatus fiſci, qui fuit in una cauſa, in alia contra eum poteſt poſtulare, d. can. infames, §. item quamuis.

Aduocatus poteſt iudex remouere, cum uoluerit, gl. maluerint, in d. can. infames, §. apud vrbem.

Aduocati appellatione large ſumpto vocabulo, comprehenditur etiam procurator, can. quia Epiſcopus, 5. q. 3.

Aduocatus, pro ſalario, quod habuit in cauſa principali, non debet patrocinari in cauſa appellationis, can. fi., & ibi gl. fi. 6. q. 4.

Aduocato licitum eſt vendere iuſtum patrocinium, & iuriſconſulto rectum conſilium: ſed non iudici iuſtum iudicium, can. non licet, 11. q. 3.

Aduocatus recte poteſt operas ſuas locare pro patrocinando, & conſulendo, nemo enim cogitur de ſuo beneficium facere, gl. e. ibid.

Aduocatus, etiam ſine librorum reuolutione poteſt dare conſilium: nihilominus non tenetur gratis conſulere, nec aduocare, quia non debet eſſe deterioris conditionis ille, qui propter peritiam longo tempore, & labore acquiſitam reſpondet ſine librorum reuolutione, quam ille qui propter modicam peritiam neſcit reſpondere ſine ſtudio, dd. reprob. d. gl. 2.

Aduocatus tenetur pauperi impendere gratuitum patrocinium, can. pauper. in addit. marg 11. q. 3.

Aduocatus Eccleſiæ idem eſt, quod patronus Eccleſiæ, in ſumma, & ibid. addit. 17. q. 1.

Aduocatus, licite poteſt decipere aduerſarium ſuum, ſi habet iuſtam cauſam, gl. 1. in can. Dominus, 23. q. 2.

Aduocatus idem ius poteſt allegare ſæpius, gl. 1. in can. ſi. 23. q. 7.

Aduocatum non baptizatum curia ſeu officiales curiæ admittentes, uel attentantes admittere ad aduocandum, puniuntur in centum libris auri, can. nemo, de pœniten. diſt. 1.

Aduocati ſunt audiendi, gl. 2. in can. graue, 35. q. 9.

Aduocati debent gratis præſtare patrocinium pauperibus, quod ſi aliquid receperint ab eis, eius dominium non acquirunt, ſed tenentur ad reſtitutionem dupli eius, quod receperint, extrauag. decens, & neceſſarium, Benedicti xii.

Aduocati non debent tot cauſas ſuſcipere, vt in eis proſequendis, vel dirigendis, opportunitatem neceſſarii ſtudii, & ſolertiam debitam nequeant exhibere, & contra facientes tenentur ad reſtaurationem expenſarum, damnorum, & intereſſe partis, ibid.

Aduocatus antequam cauſam proponendam ſuſcipiat, factum, & munimenta, & probationes debet examinare, & ſi ex

informatione reperiat iuſtam cauſam, poterit eam aſſumere ſuo patrocinio adiuuandam, ſi vero repererit iniuſtam, eam non aſſumat, ſed à ſuo patrocinio debet repellere, ibid.

Aduocati, vltra conuentum ſalarium, nihil omnino, lite pendente, debent recipere, nec aliquam pactionem cum clientibus inire, alioquin ad reſtitutionem dupli illius, quod receperint vltra dictam conuentionem tenentur, nulla remiſſione partis profutura, & tales contractus ſunt nullius momenti, ibid.

Aduocatorum diſtributio, prout melius fieri poterit, fiat, & ſingulorum exequetur partibus auxilium, ac huiuſmodi æqua diuiſio in cauſis, quæ tractantur in iudicio, per auditores ipſarum cauſarum fiat, ac duobus aduocatis tantum quælibet pars ſit contenta, ibid.

Reliqua in verbo, Clericus, 125. vſque 129. Confeſſio, 2. Domeſticus, Monachus, 40. vſque 44. Reus, 2. 3.

AER communis dicitur, quoad vſum; ſed quoad vſum ædificandi, cuius eſt ſolum, eius eſt aer vſque ad cœlum, gl. aer, in can. dilectiſſimis, 12. q. 1.

AEDIFICARE quis poteſt quàm alte velit, non tamen debet excedere vſitatum modum altitudinis, gl. aer, in can. dilectiſſimis, 12. q. 1.

Aedificari non debent in atrio Eccleſiæ alia ædificia, quam clericorum, can. neceſſaria, & can. nulla, 12. q. 1.

Aedificare non licet oratorium, vel Eccleſiam, aut hoſpitale ſine licentia Epiſcopi, gl. 2. in can. quidam, 18. q. 2.

Aedificans ante remiſſionem denunciationis, non ſolum tenetur habere patientiam, vt deſtruatur ædificatum, ſed etiam ſumptibus ſuis debet deſtrui, cap. 2. de noui operis nunciat.

Aedificans in beneficio ſuo, dicitur facere in ipſius Eccleſiæ vtilitatem, gl. magnificentia, in extrauag. execrabilis, de præbend. inter communes.

Aedificatum, etiam in Eccleſia, per denunciationem noui operis, expenſis conſtruentis debet deſtrui, d. cap. 2. de noui operis nunci.

AEDIFICIVM conſtructum poſt noui operis nunciationem expenſis conſtruentis debet deſtrui, & demoliri, cap. 1., & 2. de noui operis nunci.

Aedificia potius ſunt reparanda, & in ſuo bono ſtatu conſeruanda, quam noua alia opera inchoanda, gl. ædificia, in extrauag. execrabilis, Ioan. 22.

Aedificia vetuſtate collapſa, vel deſidia derelicta, vel alias inchoata imperfecta, ſi perficiantur, plurimum laudis acquiritur pro hoc, ibid.

Aedificia nobilia dicuntur, turres, & mœnia, ex quibus parens eſt tuta defenſio contra inimicos, gl. nobilia, ibid.

Aedificia nobilia poſſunt dici, iuxta vſum communem loquendi, vel quia ad conſeruationem, ne dum rerum, imò, & humanorum corporum ſunt conſtructa, quæ dicuntur nobiliſſima creaturarum, vel propter ſui pretioſitatem, & valorem, licet modicum annui reditus afferentia, ibid.

Aedificia nobilia, hoc eſt turres, & ſimilia, non licet habere, vel facere alicui priuato in limine Imperii, nec alibi ad æmulationem alicuius alterius, ſi materiam ſeductionis inducat, in dubio tamen non præſumitur ad æmulationem, & inuidiam facere, ibid.

Aedificia noua, turres, vel fortalitia ſi cui non licet facere, vel habere, nec ei quoque. prius facta non habitata, licet incaſtellare, vel propugnaculare: & ſi contra factum eſt conditione, ex lege, vel officio iudicis poteſt agi per quemcumque, cuius intereſt, vt ipſa in priſtinum ſtatum reducantur, ibid., & Innocent. ad cap. Piſanis, de Reſtit. ſpoliat.

Aedificium nouiter conſtructum non ſuſtinet pondera, can. ſicut neophytus, diſt. 48.

Reliqua vide in verbo, Conticentia, Eccleſia 68. Quicquid, Ruina.

AEGYPTVS eſt mater idolatriæ, ex qua cœperunt obſeruare auguria, requirere ſtellarum curſus, & euentus ex his futurorum rimari, cœteriſque huiuſmodi ſuperſtitionibus implicari, can. ſed & illud, 26. q. 2.

AEGRITVDO grauis excuſat Epiſcopum ire ad Synodum, ſed non leuis febricula, vel vetus quartana. can. placuit 2., & ibi gl. 1. diſt. 18.

Aegrotans Epiſcopus, licet laboret infirmitate incurabili, non remouetur, ſed datur ei coadiutor. gl. perpetuo, in cap. 1. de clerico ægrot. lib. 6.

Aegrum inuitum, & prohibentem medicinas ſibi dari, nihilominus poteſt medicus curare, imò præſumitur eſſe furioſus, cum illa verba dixit in ægritudine, gl. fi. in ſumma, diſt. 83.

Reliqua vide in verbo, Coadiutoria, Infinitas.

AEQVALITAS vbi datur inter duo, quorum alterum tantum eſt debitum; electio eſt eius, cui debetur in materia fauorabili ſibi, ſicut eſt, quando motus proprius exprimitur, cap. ſi pluribus, 24. de præbend. lib. 6.

AEQVITAS ſcripta, præferri debet iuris rigori, gl. æquitate, in cap. fi. de tranſact. gl. fi. in cap. 1. de confeſ. lib. 6. clem. 2. de appellat.

Aequitatem iudex ſemper debet habere præ oculis, gl. æquitate, ibid.

Aequitas non ſcripta, tunc ſeruanda eſt, cum deficit ius, ibid, & gl. penſata, in cap. ſuſcitata, de in integ. reſti.

Aequitas præfertur iuri, propter præſumptionem, gl. penſata, in cap. ſuſcitata, de in integ. reſtit.

Aequitas ſeruanda eſt, non ſolum in iudiciis, ſed etiam in donationibus, cap. pe. de donat.

Aequitas canonica aſſumit vigorem a iure naturali, in educandis filiis, gl. fi. in cap. cum haberet, de eo qui duxit in matr.

Aequitas rigorem mitigat, & æquitas intelligitur iuris relaxatio, gl. rigorem, in cap. cum illorum, de ſententententia excommunicat.

Aequitas præfertur rigori, ibid., & cap. diſpendia, de reſcrip. lib. 6. gl. debitam in cap. 2. de renunciat. l. 6.

Aequitas ſimulata, dicitur duplex iniquitas, id eſt dupliciter peccat, quia facit malum, & abutitur bono, gl. fi. in add. in cap. auaritiæ, de elect. l. 6.

Aequitas eſt inſpicienda, & ſic rigori eſt præferenda, cap. ſi ſuper gratia, 9. de offic. deleg. lib. 6. cap. 1. de rerum permut. in 6.

Aequitas concernens vtilitatem communem præfertur rigori, & aſperitati iuris, cap. Abbate, §. fi. & ibi gl. non expreſſa, de re iudi. lib. 6.

Aequitas ſeruanda eſt in deciſionibus cauſarum, cap. ſi tibi conceſſo, de præbend. lib. 6.

Aequitas præferenda eſt ſubtilitati contrariæ, gl. 1. in clem. plures, de iure patro.

contra Aequitatem naturalem quod eſt, eſt iniuſtum, can. ius naturales diſt. 1.

Reliqua vide in verbo, Arguere, Rigor.

AEQVVM, & ius differunt, gl. fas eſt, in can. omnis, diſt. 1.

in **AERE** non habens, luit in corpore, gl. in extrauag. 1. de immunit. Eccleſ. inter communes.

AESTIMATIO rerum efficitur minor, ratione oneris annexi, & ſic onus appoſitum videtur pars pretii, cap. cum Ioan. de fide inſtru.

in Aeſtimando pretia cuiuslibet rei, attenditur reputatio non ſingulorum, ſed communis, gl. vtilitatem in clem. exiui, §. vtilitatem, de verbo, ſign.

de Aeſtimanda aliqua re quando agitur, iudex debet recurrere ad arbitrium bonorum virorum, & ſic plures quam vnus debent eſſe, cap. pe. vt lite pendente. 1

Reliqua vide in verbo, Pretium.

AETAS omnis ab adoleſcentia eſt prona in malum, can. omnis ætas 12. q. 1. gl. ſui prodiga, in §. ſed eſſicaciæ, in procœmio Decreta.

de Aetate, iudex minor poteſt examinare, an ſit dignus venia ætatis, & docere poterit ſuper hoc principem, gl. in ætate, in cap. cum dilectus, de electione.

in Aetate, iudex minor non poterit diſpenſare, recte tamen poterit iudicare aliquem non pati defectum, ibid.

in Aetate non poſſunt diſpenſare Epiſcopi, cum promouendo ad dignitates, licet quandoque de facto faciant hoc, ſolus enim Papa poteſt diſpenſare, ibid.

Aetatis veniam impetrans, non poteſt alienare ſine decreto, nec habet liberam adminiſtrationem vſque ad 25. annum, gl. fi. in cap. 2. de ætate, & qualit.

Aetas legitima ad profeſſionem, vel matrimonium contrahendum, in puella ſunt 12. anni, in puero 14. nam ante dicuntur carere iudicio, id eſt diſcretione, gl. 1. in cap. cum virum, 12. de regular.

Aetas quatuordecim annorum requiritur in profeſſione: nec malitia ſupplet ætatem, gl. 1. in cap. poſtulaſti, 21. eod.

Aetas ad contrahendum matrimonium tam ſecundum leges, quam ſecundum canones, eſt duodecim annorum in fœmina, & quatuordecim in maſculo, quantum ad ſponſalia ætas ſeptem annorum, gl. canonibus, in cap. 2., & gl. nubilis, in cap. fi. de deſponſat. impub.

Aetate habilis ad contrahendum, ſed impotens ad coeundum, licite poterit contrahere matrimonium, dd. reprob. gl. tardiſſime, in cap. 3. eod.

Aetati minori ſubuenitur, gl. minor. in cap. 2. de apoſtatis.

Aetas infantilis, ignorat quod videt, gl. 1, in cap. exhibita, de homicidio.

Aetas puerilis excuſat quem à delicto, ibid. 2

Aetas minor in delictis non excuſat à tota pœna, ſed bene à tanta, cap. fi. de delict. pueror., & cap. 1. & ibi gl. 2. de ſententia excommunicati.

Aetas omnis ab adoleſcentia pronior eſt ad malum, quam ad bonum, & humana natura facile prolabitur ad delictum, gl. ſequitur, in cap. cum in iuuentute, de purg. can.

Aetatis minoris ratione, Indultum beneficium poſtquam cœpit habere locum, non extinguitur, licet minor peruenerit ad maiorem ætatem, cap. fi. de ſententia excommunicat.

Aetas ſeptem annorum, eſt idonea ad obtinenda beneficia ſine cura, cum tales poſſint ordinari, & ſic intitulari in beoeficiis, niſi ſint beoeficia, quæ requirunt ſacrum ordinem ex conſuetudine, vel priuilegio, aut ſtatuto. gl. ætatem, in cap. ſi. eo tempore, de reſcrip. lib. 6.

Aetas 14. annorum requiritur hodie, ad beneficium obtinendum, Concil. Triden. ſſ. 23. cap. 6. de refor.

Aetas 25. annorum requiritur ad dignitatem, vel perſonatum conſequendum; ad canonicatus autem minor ætas requiritur, gl. dignitate, in cap. ſtatutum, de reſcript. in 6.

in Aetatis defectu quoad Epiſcopatus, ſolus Papa diſpenſat. gl., vel ætate, in cap. cupientes, §., vel ſi perſonas, de electione, lib. 6.

in Aetate, vel ordinibus patiens defectom, non debet eligi, ſed poſtulari, d. cap. cupieotes, §. denique.

Aetas pupillaris prona eſt ad malum, gl. ſuffragium, in cap. ab eo, 31. eod. gl. ad peccandum, in cap. alma mater. de ſeotentia excommunicationis, lib. 6.

Aetas eadem requiritur in Abbatiſſa, vel Prioriſſa, quæ requiritur in Epiſcopo, cap. indemnitatibus, 43. de electione, lib. 6.

3 Aetas ad Sacerdotium erat olim 30. anoorum, hodie ſufficit quod attingat quis 25. annum, vt promoueri poſſit ad Sacerdotalem ordinem, gl. pe. in cap, ei cui, 29. de præben. lib. 6.

Aetas impetrantis, quam habebat tempore impetrationis, inſpicitur, quando quis impetrauit beoeficium cum cura, gl. 1. in reg. non firmatur, 18. de reg. iur. io 6.

Aetatis veniam quis per ſe impetrare debet, non per alium, gl. 1. in reg. poteſt quis, 68. de reg. iur. lib. 6.

Aetas puerilis dicitur tenera, & ideo conſtitutus in ea, licet aliàs diſcretus de ſe, ad tractanda tamen ſapientium hominum iura, inhabilis reputatur, gl. puerilis, in extrauag. copioſus, Ioan. 22.

Aetas multum facit ad eruditionem, gl. grandæuus, in can. 3. diſt. 77.

Aetas in honoribus, & in aliis multis neceſſaria eſt, gl. 1. in can. Subdiaconus, diſt. 77.

Aetatis probatio incumbit ei, qui agit, ſcilicet ei, qui petit ordines, gl. 1. in can. Presbyter, diſt. 78.

Aetas virilis diuerſimode interpretatur in canonibus, & aliter in legibus; ſed diuerſificant, quia diuerſos habent reſpectus. Prætor oon habuit reſpectum niſi ad rerum ſuarum adminiſtrationem, gl. antequam. in can. Epiſcopus, diſt 77.

Aetatis ratione, præſumitur pro aliquo, vel contra aliquem. gl. ſi. ibid.

Aetatis veniam impetrans, tenetur probare inſtituta morum ſuorum, & teſtimonium vitæ honeſtioris, & animi probitatem, id eſt, ſe eſſe idoneum, gl. 2. in can. quærendum, 2. q. 7.

in Aetate vltima ſæculi ſumus, can. gloria, 12. q. 2.

Aetas nulla eſt ſera ad diſcendum, vſque ad octuageſimum octauum annum, gl. ſenex. in can. ſi habes, 24. q. 3.

Aetas quandoque non excuſat. gl. 1. in can. hoc ſcit. 26. q. 7.

Reliqua vide in verbo, Adoleſcentia, Adoleſcentes, Adulta, Beneficiandi, Bonitas, Canonicus, n. 2. Clericus, 29. 30. 31 Clericalem, Clericatus, Cohabitatio, Ingenium. Ordinatur, 2. 15. Ordo.

AFFATIM idem eſt quod, generaliter, gl. affatim, in cap. 1. de religioſ. domib. lib. 6.

AFFECTARE non debet quis id, in quo intelligit, vel intelligere debet ſuam infirmitatem aliis periculoſam futuram, gl. 2. in cap. ſignificaſti, 16. de homicidio.

Affectio non cadit in infantem, cap. ex parto, 3. de corpore vitiatis ordinan.

Affectionis par cauſa omnem remouet ſuſpicionem, gl. cum ſint, in cap. cum R. 35. de officio deleg. gl. carnalitatem in cap. 1. vt Eccleſiaſt. benef. ſine dimio. gl. 1. in can. 1. 14. q. 2.

AFFECTVS, hoc eſt fides, ſentiat quod ſermo ſonat, gl. firmiter, in cap. firmiter, de ſumma Trinit.

Affectus, ſicut in delictis, & pœna delictorum, habetur pro facto, quando deficit propter iuris impoſſibilitatem in defectu creando affectus quando habetur pro facto, cap. ſi., & ibi gl. de bigamis.

Affectus ſine opere, quandoque punitur, quandoque opus ſine affectu, quoad legem promotionis; quandoque requiruntur illa duo, vt puniatur quis ſcilicet affectus, & opus ſubſecutum, gl. ſi. in cap. 1. de conuerſ. infidelium.

Affectus ſiue voluntas punitur, quia non ambitione, ſed labore ad honores conuenit peruenire, gl. ſi. in cap. ſi. de ſimonia.

Affectus, & appetitus inordinatus, eſt contrarius æquitati, cap. ſi. de electione, lib. 6.

Affectus ſine effectu, non ſoluit dominicum debitorem, gl. in effectu, in can. aduocauit, 24. q. 1.

Affectus, vel conatus non punitur ſine opere, punitur tamen in crimine læſæ Maieſtatis, can. quiſquis, de pœnitentia, diſt. 1.

Reliqua vide in verbo, Conatus, Animus, Voluntas, Paternus, Pedes.

AFFINIS non poteſt teſtificari pro affine, can. abſens per alium, 3. q. 9.

Affines in quinta generatione matrimonialiter copulari poſſunt, in quarta ſi fuerint inuenti non ſeparentur, in tertio nullo modo debent contrahere, can, de propinquis, cum ſeqq. 35. q. 2.

AFFINITAS ſecundum canones, eſt perſonarum proximitas ex coitu proueniens, omni carens parentela 35. q. 6. in arbore affinitatis.

Affinitas dicitur, quaſi duorum ad vnum finem vnitas, eo quod duæ cognationes diuerſæ per nuptias ſecundum leges, vel per coitum ſecundum canones copulantur, & alter ad alterius cognationis finem accedit, ibid.

Affinitas eſt perpetuum impedimentum, quod durat etiam mortua perſona, qua mediante contrahitur, ibid.

Affinitas non contrahitur inter mulierem, & virum, ſed ipſi ſunt affinitatis cauſa, ibid.

Affinitas nulla eſt inter conſanguineos viri, & conſanguineos mulieris, unde duo fratres poſſunt contrahere matrimonium cum duabus ſororibus, & pater, & filius cum matre, & filia, ibid.

Affinitas ſecundum leges, eſt perſonarum proximitas, proueniens ex nuptiis, ſed, ſecundum canones, etiam ex fornicario, & inceſtuoſo coitu, 35. q. 5, in arbore affinitatis, §. ſed quod.

Affinitatis genus cognoſcitur per hanc regulam, ſed non gradus; perſona addita perſonæ per carnis copulam mutat genus, ſed non gradum, ibid.

Affinitatis gradus computantur, ſicut conſanguinitatis gradus, ibid.

Affinitatis gradus, & genus regula manifeſtans eſt, quod per carnalem copulam viri, & mulieris, inter conſanguineos mulieris, & virum, & inter conſanguineos viri, & mulierem contrahitur affinitas primi generis eiuſdem gradus, cuius eſt conſanguinitas, ibid.

Affinitatis prohibitio inter aſcendentes, & deſcendentes eſt perpetua, ibid,

Affinitas in ſuperſtite coniuge non deletur, can. 1. 35. q. 10.

Affinitas contrahitur etiam ex coitu fornicario, dd. reprob. gl. 2. in additione marg. in can. 1. 35. q. 1. & gl. concubitu, in can. de inceſtis, 35. q.. 2.

Affinitas dictio, quandoque ſumitur pro propinquitate, can. 1. io additione marg. 35. q. 2.

Affinitas contrahitur tantum per carnis commixtionem, gl. ſi. in can. nullum, 35. q. 2.

Affinitas non naſcitur ſine carnis commixtione, gl. ſi. in can. extraordinaria, 35. q. 2.

Affinitas contrahitur ex illicita coniunctione, can. nec eam, & ibi add. marg. 35. q. 2.

Affinitas contrahitur ex illicito coitu, potens impedire matrimonium contrahendum, & iam contractum carne affine dirimere, cap. veniens, 19., & ibi gl. 1. de regularib.

Affinitas contrahitur etiam per illicitum coitum inter mulierem, & conſanguineos viri, & inter virum, & coofanguineos mulieris, quæ quidem affinitas impedit matrimonium contrahendum, cap. præterea, 12. de ſponſalibus, & dirimit poſtea contractum, ſecus vbi ſuperuenit contracto matrimonio, ex literis, 24. de teſtibus.

Affinitas legitima ſi probetur, impedit matrimoniom non obſtante iuramento, quod habuit conditionem annexam; niſi iuſta cauſa prohibeat: imo iam contractum ſeparat. gl. ſi. ibid.

Affinitas ſequens diſſoluit ſponſalia præcedentia de futuro, cap. literas, de ſponſar. impuber.

Affinitas contracta ex copula conſanguineæ vxoris, non dirimit matrimonium prius contractum, ſed ſoluit ſponſalia de futuro, item priuat facultate contrahendi matrimonium, & exactione debiti in vxore habita, gl. in rub. de eo qui cognouit conſang.

Affinitas ſuperueniens poſt matrimonium contractum, non ſoluit matrimooium, ſed exactionem debiti impedit. cap. 1. eod.

Affioitas contrahitur ox copula ignoranter habita, tamen non eſt punibilis reſpectu ignorantis, unde non priuatur facultate exigendi debitum, gl. 2. ibid.

Affinitas ſuperueniens, etiam per illicitum coitom, diſſoluit ſponſalia præcedentia de futuro, ſed non matrimonium præcedens, cap. 2., & ibi gl. 1. cap. ex litteris, & ibi gl. cap. 9. penul., & vlt. eod.

Affioitas impediens, & dirimens matrimonium inter affines, contrahitur etiam ex copula illicite habita, cap. de illo; eod.

Affinitas ſuperueniens, non diſſoluit ſponſalia de præſenti, cap. diſcretiooem, 6. eod.

Affinitas cootrahitur etiam ex illicita copula, d. cap. diſcretionem, & ibi gl. 3,

Affinitas ſuperueniens, non diſſoluit matrimonium præſumptum, ſicut nec verum, cap. ſi. eod.

Affinitas ſuperueniens inter maritum, & uxorem priuat col-

pabilem iure exigendi debitum, ſed non abſoluit eum à reddendo debitum, cap. pe., & ſi. eod.

Affinitas ſuperueniens, de qua ſaltem conſtat per famam, ſoluit ſponſalia de futuro, cap. 2. de conſanguin., & affin.

Affinitas nulla contrahitur inter conſanguineos vxoris, & conſanguineos viri, cap. quod ſuper, eod. ideoque poſſunt ipſi legitime copulari, gl. 2. ibid.

Affinitatis primum, ſecundum, vel tertium genus, ita dignoſcitur, & ſecernitur, quod perſona adiuncta per carnis copulam ſanguini alterius, inducat primum genus affinitatis, perſona vero addita primo generi affinitatis, inducat ſecundum genus, & perſona addita ſecundo, inducat tertium genus, gl. in ſecunda, in cap. non debet, eod.

Affinitas eſt perpetuum impedimentum, quod durat etiam mortua perſona, qua mediante contrahitur, 35. q. 5. in arbore affinitatis.

Affinitas contrahitur per copulam carnalem viri, & mulieris, inter conſanguineos mulieris, & virum, & in conſanguineos viri, & mulieris, ibid.

Affinitas in primo genere impedit, & dirimit matrimonium, quando præceſſit, ſecus ſi ſequuta fuit, gl. affinitatis, in cap. 2. de ſponſalib. lib. 6.

Affinitas ſuperueniens licet diſſoluat ſponſalia de futuro, ſuperueniens tamen impedimentum publicæ honeſtatis, eadem ipſa non diſſoluit, & merito, nam ſponſalia ſecundo contracta, tolluntur per honeſtatis publicæ iuſtitiam ortam ex primis, non ergo ex ſecundis poteſt oriri honeſtas, quæ tollat primam, gl. derogatur, ibid.

Affinitatis impedimentum inducitur etiam per illegitimum coitum, gl. 2. in reg. non præſtat, 52. de reg. iuris, & gl. caro, in can. ſi quis, 30. q. 9.

Affinitas, vno coniugum defuncto, ſoluitur, non quoad impedimentum matrimonii ſed quoad alia, gl. quo quoadam, in can. toſames, §. 1. 3. q. 7.

Affinitas repellit quem à teſtimonio, can. abſens per alium, 3. q. 9.

Affinitas ſpiritualis eſt maior, quam carnalis, gl. 2. in can. qui dormierit, 27. q. 2.

Reliqua vide in verbo, Conſanguinitas, Conſanguinei, Matrimonium 44. vſque 54. Gradus, Parentela.

AFFIRMATIO, vel negatio ſicut procedit ex ore, ita debet procedere ex corde, cap. etſi Chriſtus 26. de iureiurando.

Affirmatio, & negatio, veluti habere, & non habere, ſibi expreſſe contradicunt, & ad poſitionem vnius ſequitur remotio alterius, gl. contradicunt. in extrauag. cum inter nonnullos, Ioannis 22.

propter Affirmare, vel negare noſtrum, nihil mutatur in re, gl. perſonatus, in extrauag. execrabilis, de præbend.

Affirmatiuum factum vbi coarctatum eſt ad certas perſonas, etiam collegialiter poteſt negatiua probari, per illas perſonas ſingulariter deponentes, dummodo non ſint ſingulares in dictis ſuis, cap. tertio loco, de probatio.

Affirmatiua probatio præualet negatiuæ, cap. ad noſtram, eod.

Affirmatiua exponitur per negatiuam, veluti, in ore duorum, vel trium ſtat omne verbum, id eſt non pauciorum, & è contra, negatiua exponitur per affirmatiuam, veluti non ſuum, id eſt alienum, gl. duorum, in cap. licet, 23. de teſtib.

Affirmatiua quandoque reſoluitur in negatiuam, gl. vt permaneat. in can. propoſuiſti diſt. 82.

Reliqua vide in verbo, Negatiua, Conditio, Negans, Negatio, Aſſertiones.

AFFLICTIO non eſt danda afflicto, gl. 2. in cap. ad audientiam, de clericis non reſid. cap. licet, & ibi gl. 4. de cenſibus, fallit quandoque, gl. ſi. in can ſi mulier, diſt. 5. gl. ſi. in cap. tua nos, & cap. pe. de Cler. ægrot. can. iudicas, 3. q. 9.

Afflictio non debet addi flagellatis à domino, can cum percuſſio, 7. q. 1.

Afflicto non debet pœna in culpam verti, & potius eſt miſerandum, & compatiendum, gl. 2. in cap. ad audientiam, de cleri. non reſiden.

AGAPITVS Papa vas Catholicum, Euangelii tuba, præco iuſtitiæ appellatur, can. Agapitus, de conſecrat. diſt. 2.

AGARENI ſunt ſpecies infidelium, gl. Agarenorum, in extrauag. copioſus, Ioannis 22.

AGER, & manſus differunt, nam ager quandoque appellatur vbi eſt hortus Eccleſiæ, manſus vero appellatur vnde frumentum, & vinum ad Euchariſtiam conficiendam percipitur, gl. 2. in cap. ſecundum, 23. q. 8.

per Agrum alienum tranſire, licet non ſit ius, neceſſarius tamen, & innoxius erat tranſitus filiis Iſrael, gl. 2. in can. dominos, 23. q. 2.

per Agrum alienum tranſire fas eſt, id eſt æquum eſt, cum ſubeſt cauſa, & innoxius eſt tranſitus, ius tamen non eſt, can. omnes, diſt. 2.

per Agrum alienum tranſire in multis caſibus de iure licet, putà cùm ſeruitutem debet, quando theſaurum ſuum vult quis effodere, cum glans mea decidit in agrum alienum, item quando quæro ſeruum meum fugitiuum, & cum via publica deſtructa eſt, gl. fas eſt, ibid.

Agris ſuis ſitientibus non debet quis alios irrigare, gl. debita, in cap. ſi. de officio ordinarii, lib. 6. & gl. ſi. in cap. niſi ſpecialis, de author., & vſu pallii.

Reliqua vide in verbo, Manſus, Fundus, Prædium.

AGERE pro tali, aut nomine talis, æquipollet, cap. dudum, 54. de elect. cap. 2. de in integ. reſtit. 1

Agere, vel excipere nemo cogitur inuitus, gl. pen. in cap. veniens, de conuerſione coniugator.

Agere qui non poteſt propter iuramentum præſtitum, poterit denunciare, cap. ad noſtram, de iureiuran.

Agere volentibus, poteſt ſtatui certus terminus, intra quem ſi intentionem ſuam non probauerint, vlterius non audiemur, cap. iſtur, & ibi gl. intra duos, qui filii ſunt legitimi.

Agere aliud eſt, & aliud experiri, cap. qui generaliter, de procuratoribus, lib. 6.

Agere compellitur quis in multis caſibus, gl. æſtimamus, & ibi add. in cap. 1. §. ſolet, de reſtitutione ſpoliat. lib. 6.

Agere compelluntur illi, quibus imminet periculum, ſi non agant, vt ſunt tutores, & curatores, item negotiorum geſtores, ſi ſint cognati domini abſentis, & facile ſit eis ſtatuiſſe, gl. æſtimamus, in add. ibid.

Agere compelluntur procuratores, adminiſtratores ciuitatum, hæres, qui habet neceſſe vindicare necem defuncti, accuſando interfectores eius, quicunque litem conteſtatus fuerit, vel libellum obtulerit inſtante reo, ibid.

Agere compellitur magiſter nauis, qui in ſolidum reddit vectoribus, non detracto damno proportionabiliter; item venditor, qui excepit habitationem domus venditæ, quam alii locauerat, unde ſi inquilinus domum dederit, cogitur agere contra ipſum, & emptori reddere quæ fuerit conſequutus, ibid.

Agere compellitur inquilinus in caſu, l. cum plures, §. meſſem locaui, & in aliis multis caſibus, d. gl. æſtimamus, in add.

Agere in poteſtate actorum eſt; ſed conueniri non eſt in poteſtate reorum, & ideo fauorabiliores rei, gl. 2. in reg. nullus pluribus, de regulis iuris, in 6.

Agi, licet non poſſit ex titulo duplicato, ſed bene tamen excipi poteſt, ibid.

Agere qui poteſt, multo magis excipere poteſt, reg. qui ad agendum, 72. de reg. iuris, lib. 6.

Agere plus eſt, quam excipere, ergo ſi poteſt primum, multo fortius ſecundum, gl. 2. ibid.

Agere aliud eſt, & aliud pati, & qui aliquid facit coacte, videtur pati, can. ſcias, 7. q. 2.

ad Agendum quæ ſunt temporalia, ſunt perpetua ad excipiendum, gl. contra veneritur, ad med. in cap. cum acceſſiſſent, de conſtitut. gl. excuſari in cap. ſi autem, 9. de reſcript. 2

ad Agendum de aliquo, illud primò debet eſſe in rerum natura, gl. ad futuras, in cap. ſi. de reſcriptis.

ad Agendum admittitur quis, etiam in cauſa ſpirituali cum cautione de rato, ſi dubitatur de mandato, licet cautio ſufficiens eſſe non poſſit, gl. 1. in cap. coram, 34. de officio deleg.

ad Agendum ubi à iure datur poteſtas ſtatuendi tempus, illud tempus intelligitur etiam ad iudicium finiendum, quando præſumptio eſt contra partem, quod illud iudicium eſt malitioſe intentatum, & ad præiudicium alterius litis, cap. 1. §. ſolet, de reſtitutione ſpoliat. lib. 6.

in Agendis rebus non debet quis ſuo ſenſu, & leuitate duci, gl. temere, in extrauag. quorundam, Ioan. 22.

in Agendo cujus arbitrium obſeruat quis, eum, & contra ſe habere iudicem in eodem negotio, non debet dedignari, can. 1. §. cuius, 3. q. 8.

ab Agendi poteſtate excluſus propter litis pendentiam, non videtur excluſus à poteſtate porrigendi libellum, ſuper accuſatione, quàm vult intentare, can. 2. 3. q. 11.

Agendum non eſt aliquid, licet bonum, & vtile ſit, niſi eo modò, quo fieri debet. gl. vtilitas, in can. Monachi 16. q. 1.

Agens tenetur exprimere cauſam ſuæ petitionis, cap. conſtitutis, 47. de electione. 3

Agenti contra ſe non competit ius, ſi tamen tempore ſententiæ competit ei, ſequitur condemnatio, gl. electionis, in ſi. in cap. dudum, eod.

Agentes, & conſentientes pari pœna puniuntur, cap. 1. de officio deleg. cap. vt Clericorum, de vita, & honeſt. Cler. cap. pen. de furtis, cap. nuper, de ſententia excommunication.

Agens debet habere libertatem, & hoc vt libera ſit confeſſio, & alia quæ fiunt in iudicio, cap. accedens, & ibi gl. 2. de procuratoribus.

Agens actione reali, ſi nullam cauſam expreſſit, totum ius ſuum in iudicium deduxiſſe videtur, unde obſtabit ei exceptio rei iudicatæ, ſi abſoluitur reus, quia actor non probauit, ſi vero reus ſit abſolutus, quia ipſe non poſſidebat,

ſi poſtea

Digitized by Google

ſi poſtea incipiat poſſidere, non obſtabit exceptio poſtea iterum petenti, gl. 1. ad med. in cap. 2. de libelli oblatione.

Agens actione perſonali, debet exprimere in libello cauſam remotam, ſcilicet contractum, alias reus non tenetur reſpondere, quia cauſa ſemper debet præcedere, ex qua aliquid debetur, & ſi abſoluitur reus, non obſtat exceptio, ſi idem petatur poſtea ex alia cauſa, ibid.

Agens interdicto vnde vi, non poteſt reconueniri, niſi de alia ſpoliatione, de qua poteſt etiam excipi contra reum, cap. fi. de ordine cognit.

per Agentem ſi non ſtat, quominus iudicium finiatur infra tempus ſtatutum, ſibi non præiudicatur, cap. 1. §. ſolet, de reſtit. ſpoliat. lib. 6.

Agens alternatiue, ſi eſt proſequutus in probatione alterum tantum, non obſtabit ei exceptio rei iudicatæ in alio, gl. dominii, in cap. Abbate, de re iudica. lib. 6.

Agentes, & conſentientes ſeu cooperantes pari pœna puniuntur, can. nullus primas, 9. q. 2. can. qui conſentit, 11. q. 3.

Agens malitioſe in ſumptibus litis punitur, gl. tallonis in can. pen. 14. q. 1.

Agentes, & conſentientes rei iudicantur, can. viduas, §. fi. 27. q. 1.

Reliqua vide in verbo, Abſens, n. 5. vſq. 8. Canonicus, n. 20. 21. Coniuncta, Eccleſia, 148. 149. Rector Epiſcopus, 131. Excipere, 1. Filius, 13. 14. 15. 16. 17. Illuſtris. Maior, 3. Minor per tot. Particularii, Regularis, 6.

AGGRBGATVS alicui religioni, eius naturam debet imitari, cap. 3. & ibi gl. fi. de ſtatu Monachorum.

AGILITAS, eſt dos corporis glorioſi, gl. ſpirituale, in can. 2. de conſecrat. diſt. 2.

AGNATIONIS & cognationis differentia hodie ſublata eſt, gl. inane, in cap. ſtatutum 15. de hæreticis, lib. 6.

AGNI Dei à Romano Pontifice benedicti, prohibentur depingi minio, auro, vel aliquo colore, vel vendi: contra facientes ipſo facto ſunt excommunicati, extraua. Omni certo ſtudio. Gregorii XIII.

AGRICOLAE tenentur ad decimas poſſeſſionum, quas colunt, ſecundum quantitatem lucri prouenientis ex rebus per ſe culturatis, cap. veniens de tranſactio.

Agricultor tenetur ſoluere decimam Eccleſiæ, antequam ſoluat domino tributum vel cenſum, cap. cum non ſint, de decimis.

Agriculturæ ars, dicitur nobilis & antiqua: & dictæ artis collegio conceduntur multa priuilegia, & ſtatuta confirmantur, extrauag. Pia deuotio. Pii Quinti.

Reliqua vide in verbo, Ruſticus.

AGRIMENSOR tenetur actione in factum, de modo finium prædiorum, ſi male renunciauerit modum menſuræ, dummodo doloſe hoc faciat: à culpa vero leui & negligentia non tenetur, gl. 1. in cap. quia iudicante de præſcriptio.

ALBA dictio, dupliciter accipitur, ſcilicet pro colore, & pro veſte ſacra, gl. albis, in clem. Ne in agro, §. porro de ſtatu Monachorum.

ALBVM prætoris, erat locus dealbatus, vbi ſcribebantur edicta, gl. albo, in clem. dudum de iudiciis.

ALBERGARIAE dicuntur pactiones, quæ debentur pro comeſtionibus, gl. Albergarias, in cap. præterea de iure patro.

ALCHIMIAE prohibentur, puniuntur facientes, & fieri procurantes, extrauag. ſpondent, de crimine falſi, inter communes.

Alchimiam facientes de auro & argento, tantum debent inferre in publicum, vt pauperibus erogetur, quantum de falſo & adulterino poſuerunt: quod ſi eorum facultates non ſufficiant, pœna per iudicis arbitrium in aliam commutabitur: & ſi ſint clerici, beneficiis habitis priuantur, & efficiuntur inhabiles ad alia habenda, ibid.

Alchimiſtæ ſunt infames, ibid.

Alchimiſtæ varia incurrunt detrimenta, ac facultates exhauriunt ibid.

ALEARVM ludo perditum poteſt repeti, gl. ad aleas, in cap. pen. de vita & honeſt. clericor.

Aleator publicus repellitur à dignitate obtinenda, non obſtante conſuetudine aliqua, gl. perquiſitus, in cap. ex literis de exceſſi. Prælator.

Aleator non debet priuari iure ſuo vel beneficio iam obtento, ſi velit ſe corrigere: ſed bene ab obtinendo, gl. 2. ibid.

Reliqua vide in, verbo, Ludus.

ALERE tenetur filius patrem egentem, & quandoque mater filium, & libertus patronum, gl. educatio. in can. ius naturale, diſt. 1.

Reliqua vide in verbo, Alimenta, Pupillus.

in **ALEXANDRINA** ſede Arriana ſecta ita viguit, vt omne cæleſtium ſacramentorum lumen extinctum ſit, intercepta fuerit ſacrificii oblatio, defecerit chriſmatis ſanctificatio, & parricidialibus manibus impiorum omnia ſeſe ſubtraxerint miniſteria, can. manifeſtum, 1. q. 1.

ALIAS dictio variè ſumitur: aliquando eſt aduerbium temporis, vt cum dicitur, *aliàs hoc faciam:* aliquando eſt aduerbium loci, vt cum dicitur *aliàs veni ad me:* aliquando accipitur pro aduerbio qualitatis, veluti *ne dum pœnæ & multæ prædictas, ſed etiam aliàs*, id eſt aliter omnia illa, quæ in proceſſibus, &c. gl. & aliàs, in extrauag. dudum de ſchiſmat. inter communes.

ALIBI dictio, denotat locum, & non perſonam, cap. ſtatutum, §. in nullo, de reſcript. lib. 6.

Alienare & alienatio in genere, n. 1. & n. 2. 6. & 7.
Quoad alienationem rei Eccleſiæ, n. 2. vſque ad n. 6. & n. 8. vſque ad n. 14.

ALIENARE qui non poteſt, non poteſt rem in iudicium deducere, gl. debeant, in cap. edoceri, 21. de reſcript. & gl. 1. in cap. 3. de tranſact. gl. fi. in cap. 1. de procuratoribus. 1

Alienare rem ſeu libere de illa diſponere prohibitus, non poteſt ſuper ea compromittere; cum per compromiſſum poſſit ſequi alienatio, cap. cum tempore, & ibi gl. capitulis, de arbitris.

Alienare non poteſt bona dignitatis, in dignitate poſitus, & ſi alienet, reuocare poteſt ipſe alienationem, non obſtante iuramento de non reuocando, maxime ſi prius iurauerit non alienare, cap. intellecto 33. de iureiurando.

Alienare rem ſi teſtator prohibeat, dando ſorori, non videtur quis alienare, gl. alienare, in cap. cum Apoſtolica de his quæ fiunt à Prælat. gl. 1. in can. Eccleſiæ, 16. q. 1.

Alienare prohibitus ſimpliciter, non prohibetur in eadem re hæredem aliquem etiam extraneum inſtituere, aut eam in teſtamento vel alia voluntate legare, gl. neutra pars, in cap. Raynaldus de teſt.

Alienare, obligare, vel vendere prohibitus, poteſt locare, & quod plus eſt, poteſt conductorem creditoribus delegare, gl. locationes, in clem. 1. de rebus Eccleſiæ.

Alienari poteſt quandoque poſſeſſio aliena ab alio, quam à proprio domino, gl. alienari, in can. Abbati, diſt. 54.

Alienare non videtur ille, qui aufert vni Eccleſiæ, & dat alteri ſibi ſubiectæ, gl. 2. in can. Eccleſiæ 16. q. 1.

Alienare dicitur Prælatus, qui vſucapere permittit, gl. in damnum, in can. ſi Epiſcopum, 16. q. 6.

Reliqua vide in verbo, Litigioſa.

ALIENARE non poteſt Epiſcopus bona Eccleſiaſtica ſine conſenſu capituli, cap. tua nuper de his quæ fiunt à Prælat.

Alienare recte poteſt Epiſcopus res Eccleſiæ, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, gl. vendere, & gl. tractatu, ibid. 2

Alienare rem Eccleſiæ nulli licet, nec ſpeciali titulo obligare, niſi pro vtilitate Eccleſiæ: quo caſu licitum eſt alienare, ſeruata iuris ſolemnitate, cap. nulli, & ibi gl. 1. de rebus Eccleſiæ non alien.

Alienare poteſt Prælatus rem Eccleſiæ, quæ ſeruando ſeruari non poteſt ad inſtar tutoris, gl. 2. ibid.

Alienari poſſunt res Eccleſiæ pro aliis vtilioribus, cap. vt ſuper, eod.

Alienare bona Eccleſiæ Cathedralis, eſt iuriſdictionis Epiſcopalis, cap. is cui 42. de electione, lib. 6.

Alienari non poſſunt bona Eccleſiæ per coadiutorem, cap. 1. & ibi gl. 1. de Clerico ægrotan. lib. 6.

Alienari non poſſunt bona Eccleſiæ vacantis; niſi aſſignetur ſibi primò per Epiſcopum legitimus defenſor. cap. 1. de rebus Eccleſiæ non alien. lib. 6.

Alienari poſſunt bona Eccleſiæ, cauſa incommoditatis, gl. 2. in cap. fi. de ſepultura, lib. 6.

Alienare res Eccleſiæ non poſſunt Presbyteri, nec maximas cauſas agere, ſine conſenſu præpoſitorum exemptorum, qui tales exempti vices Epiſcoporum gerunt, gl. proprii, in clem. 1. de rebus Eccleſiæ non alien.

Alienari non poteſt aliquo titulo res Eccleſiæ, can. bene quidem diſt. 95. 3

Alienari poſſunt res Eccleſiæ, vbi debitum Eccleſiæ vrget, ita vt primo mobilia, can. 2. §. hoc ius 10. q. 2.

Alienari poſſunt res immobiles Eccleſiæ, etiam donatæ à principe, pro redemptione captiuorum, & ex cauſa neceſſitatis, etiam ſi fuiſſent conceſſæ ſub ea conditione, *vt in nullo caſu alienarentur* gl. ab imperiali, in d. §. hoc ius.

Alienari poſſunt vaſa Eccleſiæ, propter debitum vrgens; ita tamen quod ſint conflata, ne poſteà in profanos vſus redigantur: poſſunt tamen in ſpecie obligari, ex cauſa neceſſitatis, gl. conflata, ibid.

Alienari nullo modo poſſunt res Eccleſiæ; nec diſtractæ poſſideri ab eis, quibus alienatæ ſunt, in ſumma 12. q. 2.

Alienari prohibentur res Eccleſiæ regulariter: ſed excipiuntur quatuor caſus, in quibus permittitur alienari: ſcilicet cauſa neceſſitatis, vt ſi debitum vrgeat; cauſa pietatis, vt pro redemptione captiuorum: & pro alimonia pauperum: & cauſa vtilitatis, & cauſa incommoditatis, vel minoris vtilitatis, gl. 2. ibid.

Alienari poſſunt citra aliquam ſolemnitatem res Eccleſiæ, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt: ſed aliæ res Eccleſiæ cum ſolemnitate debent alienari: & olim duo de vicinis Epiſcopis interesſe

terant, & de cauſa alienationis cognoſcebant, & ſubſcribebant: ſed hodie ſufficit conſenſus capituli & Epiſcopi, ibid.

Alienari recte poſſunt modicæ res Eccleſiæ abſque conſenſu capituli, ſi neceſſitas ſit magna, ibid.

Alienari prohibentur reditus, & poſſeſſiones, & vaſa Eccleſiæ, niſi pro redemptione captiuorum: & alienans contra hanc prohibitionem deponi debet, & alienatio non valebit: & recipiens rem taliter alienatam, ſi eam Eccleſiæ non reſtituit, excommunicabitur, can. Apoſtolicus 12. q. 2.

Alienare non licet Papæ prædia Eccleſiæ etiam quoad vſumfructum; niſi domos, quæ in vrbibus non ſuſtinentur modica expenſa, can. non liceat 12. q. 2.

Alienare res Eccleſiæ non poſſunt intruſi, vel ſciſmatici, nec etiam cum conſenſu capituli, gl. 1. in can. alienationis 12. p. 2.

Alienari & vendi poſſunt fructus beneficii, ad inſtar fructuarii, gl. fi. ibid.

Alienari & vendi poſſunt fructus decimarum & oblationum (li-
4 cet hoc non ſit honeſtum) quia prohibitum non inuenitur, ſed tantum cum conſenſu Epiſcopi: niſi ad modicum tempus, ibid.

Alienare & vendere ſicut poterit clericus fructus præbendæ ſuæ ſine conſenſu Epiſcopi, ita & obligare; maxime ad modicum tempus, ibid.

Alienare res ſuarum Eccleſiarum licet non poſſunt inferiores, puta Abbates, ſine conſenſu ſui Epiſcopi; ſi tamen ſit conſuetudo loci, recte poterunt dare modicum: & etiam poterunt infeudare, gl. 1. in can. Abbatibus 12. q. 2.

Alienari non poſſunt res Eccleſiæ ſine conſenſu Epiſcopi: aliter alienans deponitur per Epiſcopum, d. cap. Abbatibus.

Alienare res Eccleſiæ ſuæ non poſſunt Presbyteri ſine conſenſu Epiſcopi; nec Epiſcopi rem Eccleſiæ ſuæ ſine conſenſu capituli ſui; nec res inferiorum Eccleſiarum ſine conſenſu Clericorum illarum, can. placuit 12. q. 2.

Alienare rem Eccleſiæ non licet Epiſcopo, niſi vt meliora proſpiciat, can. ſine exceptione 12. q. 2.

Alienare non poteſt Prælatus res Eccleſiæ immobiles ſine ſolemnitate requiſita; quod eſt verum, quando eſſet in damnum Eccleſiæ ſuæ; ſecus ſi eſſet in eius vtilitatem, quia tunc valeret alienatio, licet non eſſet ſeruata ſolemnitas, gl. pe. ibid.

Alienare non licet Abbati poſſeſſiones, & res Eccleſiæ traditas, in ſumma 17. q. 4.

Alienari nullum prædium poteſt, inconſulto Epiſcopo loci, in cuius diœceſi ſitum eſt prædium, gl. 1. in can. in venditionibus 17. q. 4.

Alienari quod poſſint bona Eccleſiaſtica in ſubſidium belli Turcici, & illorum emptiones & venditiones quod ſint ratæ, decreuit Clemens ſeptimus: & ad id deputauit quatuor Cardinales, extrauag. Si pro pauperum Clement. 7.

Alienans res Eccleſiæ in præiudicium ipſius, etiamſi iuraſſet non repetere; nihilominus poteſt reuocare alienationem non obſtan-
5 te iuramento, cum ſit illicitum, gl. alienator. & gl. proſpexerit, in cap. ſi quis Presbyterorum de rebus Eccleſiæ non alien.

Alienans religioſus iura, redditus, vel poſſeſſiones ad vitam, vel ad non modicum tempus, niſi duobus interuenientibus, ſcilicet vtilitate & neceſſitate illius Eccleſiæ, & interueniente conſenſu conuentus & Prælati, ſuſpenſus eſt ab officio: & alienatio non valet, clem. 1. de rebus Eccleſiæ non alien.

Alienantes bona Eccleſiaſtica contra extrauag. *ambitioſæ*, ipſo facto ſunt priuati illis dignitatibus, canonicatibus, Eccleſiis, vel beneficiis, quorum bona & res alienarunt, extrauag. ambitioſæ, de rebus Eccleſiæ non alien.

Alienanti bona Eccleſiæ, inconſulto Romano Pontifice, ingreſſus Eccleſiæ interdictus eſt, ſi is ſit Epiſcopus, vel Abbas: quod ſi per ſex menſes perſeuerauerit in interdicto, lapſis ſex menſibus, ipſo facto ſuſpenſus eſt ab adminiſtratione & regimine ſuæ Eccleſiæ, vel monaſterii, ibid.

Alienans rem Eccleſiæ poteſt conueniri, gl. hæredes, in can. bene quidem, diſt. 95

Alienans rem Eccleſiæ in caſu non conceſſo, nec neceſſario, illam cogitur Eccleſiæ reſtituere, ſi extet: alias æſtimationem, ſi non extet, can. fi. 10. q. 2.

Alienantis bona Eccleſiæ pœna, eſt depoſitio, gl. fi. ibid. can. quiſquis 12. q. 2. can. & Diaconi, ibid.

Alienans rem Eccleſiæ iniuſtè, quæ non eſt alienantis, dicitur inuadere: & tenetur recipiens reſtituere illam; ac ideo non tenet alienatio, can. in antiquis 12. q. 2.

Alienans male rem Eccleſiæ, non poteſt eam repetere, gl. fi. in can. monemus 12. q. 2.

Alienans rem Eccleſiæ in caſu non conceſſo poteſt conueniri: item poſſeſſor illius poteſt etiam conueniri: ita quod Eccleſia habet optionem conueniendi quem illorum velit: & ſi vnum conueniat, nihilominus poterit poſtea conuenire alium, gl. 2. ibid.

Alienans rem Eccleſiæ tenetur etiam de ſuo proprio aliud tantumdem reſtituere, can. Diaconi 12. q. 2.

Alienans Epiſcopus, vel Presbyter, vel alius prædium Eccleſiæ etiam exiguum, vel aliud quicquam de iure Eccleſiæ, debet mulctari omiſſione honoris ſui, can. quicumque 17. q. 4.

Alienantes Eccleſiæ facultates, tanquam ſacrilegi, ſunt anathematizandi, can. omnes Eccleſiæ 17. q. 4.

Alienator rei Eccleſiaſticæ, & etiam ſubſcribentes ſe indebitæ alienationi rei Eccleſiaſticæ, grauiter peccant, cap. ſi quis Presbyterorum de rebus Eccleſ. non alien.

Alienatum indebite, licet dominium non transferit, nihilominus dicitur reuocari ad ius Eccleſiæ, cap. 4. de rebus Eccleſiæ non alien.

Reliqua in verbo, Eccleſia 102. vſque 118. Locare, Maritus 14. 15. Pater 2.

Alienatio in genere, n. 6. & 7.
Alienatio rei Eccleſiæ, ſupra, num. 1. vſque 6. & infra num. 8. vſque 14.

ALIENATIONIS verbum extenditur etiam ad alios contractus, per quos dominium non transfertur, gl. fi. in cap. 2. 6
de poſtulan.

Alienationis verbum quandoque ſumitur ſtricte, pro eo tantum contractu, quo dominium transfertur: quandoque ſumitur largiſſime, gl. omne, in cap. venerabili 37. de officio deleg.

Alienatio fundi dotalis facta à marito non valet, etiam ſi mulier conſentiat; ſed ſi iurauerit non contrauenire alienationi, valet illa, ſi ſine vi, dolo, ſed ſponte ſit præſtitum iuramentum, gl. alien. in cap. pe. de conſu.

Alienatio perſonæ, maior eſt quam rerum, gl. à priore, in cap. poſt tranſlationem, de renunciat. gl. fi. in cap. dilecti, de maior. & obed.

Alienationi rei propriæ præſtitus conſenſus à filio patri alienanti, eo exiſtente in poteſtate, non valet: ſecus ſi fuiſſet emancipatus, cap. conſtitutus de his quæ vi.

Alienatione cauſa iudicii facta, conuenitur is, in quem eſt facta alienatio, per reſcriptum impetratum contra alienantem cap. 1. de alien. iudicii.

Alienatio rei litigioſæ nulla eſt: ſed qui alienat rem non litigioſam, de qua tamen timetur litigium, tenetur ad intereſſe: id eſt quanti intereſt illius rem alienatam non eſſe, gl. ſcienter, in cap. ſæpe de reſt. ſpoliat.

Alienatio facta poſt inhibitionem Papæ, vel ſuſpenſionem, aut excommunicationem iudicis, eſt irrita ipſo facto, gl. 1. in cap. veritatis, de dolo & cont.

Alienatio facta contra iuramentum non tenet, etiamſi ſit iurata, cap. intellecto 33. & ibi gl. 1. de iureiur.

in Alienationis reuocatione vel acquiſitione non requiritur tanta ſolemnitas, quanta in ipſa alienatione, cap. cum Apoſtolica, de his quæ fiunt à Præl.

Alienatio non intelligitur, quando transfertur de laico ad Eccleſiam, gl. alienare, ibid.

Alienatio non dicitur quando transfertur de fratre in ſororem ibid.

Alienationis nomine, non comprehenditur alienatio ad tempus cap. tua nuper, eod.

Alienationis verbo continentur conductio, donatio, venditio, permutatio, & emphiteoticus perpetuus contractus, cap. nulli, de rebus Eccleſiæ non alien.

Alienationis verbum quandoque accipitur ſtricte, pro eo contractu, quo transfertur dominium, gl. fi. ibi. & gl. fi. in 7
cap. 2. de locato. quandoque vero largiſſime pro quolibet contractu, ſiue eo transferatur dominium, ſiue non, ibid. & gl. alienationis, cap. 1. de exce. Prælat. in 6. & gl. alienationis, in cap. vt ſuper de locat.

Alienatio rei litigioſæ valet in præiudicium alienantis, vnde non poteſt alienans allegare nullitatem in ſui fauorem, cap. inter dilectos, de donatio.

Alienationis alicuius rei prohibitio facta ab arbitro, non impedit tranſlationem dominii, ſecuta alienatione, gl. neutra pars, in cap. Raynaldus de teſtam.

in Alienationibus per ſubmiſſiones faciendis laicis, maius periculum verſatur: & ideo cautius, quam in aliis alienationibus eſt agendum, gl. ſpecial, in cap. 2. de rebus Eccleſiæ non alien. lib. 6.

in Alienationis prohibitione, non includitur locatio ad modicum tempus, vel venditio fructuum ad modicum tempus, gl. fi. in clem. 1. de rebus Eccleſ. non.

Alienationis verbo comprehenditur pactum, per quod rei dominium transfertur, conceſſio, hypotheca, locatio, & conductio vltra triennium, necnon infeudatio, & contractus emphiteoticus, extrauag. ambitioſæ, de rebus Eccleſiæ non alien. inter communes.

Alienatio poſſeſſionis facta ab illo, qui non eſt dominus proprius, non tenet, can. abbati, & ibi gl. 1. diſt. 54.

de Alienatione ſtatutum, non extenditur ad pignorationem, can. 2. §. hoc ius, 10. q. 2.

Alienatio eſt omnis contractus, per quem dominium transfertur, gl. 1. in ſumma 12. q. 2. gl. alienationem, cap. 2. de loc. & cond.

Alienatio quandoque ſumitur non ſolum pro omni contractu, per quem dominium transfertur, ſed etiam pro hypotheca, ſeu pignore, quo obligatur res, d. gl. 1.

Reliqua in verbo, Actio, n. 9. litigioſa. Maritus 14. 15.

ALIENATIO rerum Eccleſiaſticarum vt valeat, requiritur, quod conſenſus perſonarum ſit legitimus, id eſt ſecundum 8
canones, & leges, cap. quæ in Eccleſiarum, de conſt.

Alienatio rerum Eccleſiaſticarum facta de conſenſu omnium citra formam debitam, nulla eſt: ſed ſi communis forma eſ-

ſet ſer-

ſet ſeruata, valeret alienatio: & ſi læſa fuiſſet Eccleſia, reſtituitur in integrum, gl. ſi. ibid,

Alienatio rei Eccleſiaſticæ facta in caſu licito, & cum ſolemnitate iuris, valet: ſi tamen Eccleſia ſit læſa in ipſo contractu alienationis non ſubuenitur, niſi per beneficium reſtitutionis, niſi eſſet decepta vltra dimidiam iuſti pretii: quia tunc iure communi iuuatur, gl. redire, in cap. 1. de in integr. reſtit.

Alienatio rei Eccleſiaſticæ facta ſine iuris ſolemnitate, ipſo iure eſt nulla: & agitur tunc contra poſſeſſorem, ib.

Alienatio rei Eccleſiæ, etiam immobilis, poteſt probari etiam per ſcripturam priuatam, ſigillo Eccleſiæ ſigillatam, cap. tertio loco de probat.

in Alienationibus rei Eccleſiæ, quilibet, etiam ipſe alienans, volens contradicere audiri poteſt: & hoc inductum eſt tum in fauorem Eccleſiæ: tum in odium illius, qui recipit rem Eccleſiæ, minus legitimè, gl. pe. in cap. diuerſis de clericis coniugat.

in alienatione rei Eccleſiæ, quam facit Prælatus, requiritur nedum conſenſus canonicorum, ſed etiam eorum ſubſcriptio, cap. 1. de his quæ fiunt à Præl.

in Alienatione rei Eccleſiæ debent clerici conſentire, & ſe ſubſcribere, ibid.

in Alienatione rerum Eccleſiaſticarum ad tempus, taciturnitas habetur pro conſenſu, gl. 1. in cap. 2. de his quæ fiunt à Prælat,

in Alienatione rerum Eccleſiaſticarum in perpetuum, neceſſarius eſt expreſſus conſenſus canonicorum, & eorum ſubſcriptio, per quam appareat de eorum conſenſu, ibid.

Alienatio rei Eccleſiaſticæ, facta à Prælato ſine conſenſu capituli, non valet: reualidatur tamen per ratihabitionem poſtea factam à capitulo, cap. 3. eod. gl. ſi ibid.

9 Alienatio rei Eccleſiæ vt valeat, quatuor requiruntur: primo tractatus inter Prælatum & capitulum 2. conſenſus Prælati & capituli 3. quod fiat pro vtilitate Eccleſiæ 4. ſubſcriptio Prælati & ſingulorum de capitulo, cap. cum Apoſtolica, eod.

in Alienatione rei Eccleſiaſticæ, non requiruntur tres tractatus, ſed ſufficit vnicus, cap. tua nuper, eod.

in Alienationibus rerum Eccleſiaſticarum debent fieri tractatus ita, quod omnes debent conuenire, & quilibet dicere quod ſibi videtur: & hoc in immobilibus, vel mobilibus pretioſis: quia ſi ſint pretioſa, requiritur etiam ſolemnitas, gl. tractatus, ib,

ab Alienatione rerum Eccleſiæ debent abſtinere clerici, ſub pœnis in conſtitutione Leonina contentis, cap. nulli, de rebus Eccl. non alien.

Alienatio de rebus Eccleſiæ facta non tenet: & alienatores, niſi rem reſtituant, excommunicantur: & quilibet clericus poteſt contradicere, & rem cum fructibus repetere, cap. ſi quis presbyterorum, eod.

Alienatio rei Eccleſiæ contra formam iuris, eſt ipſo iure nulla. d. cap. ſi quis presbyterorum, & ibi gl. nullas.

Alienationi rei Eccleſiæ contradicere, & rem alienatam repetere poſſunt omnes clerici, & conuerſi, & patroni, & etiam parochiani: quia eorum intereſt, gl. pe. & ſi. ibid.

in Alienatione rei Eccleſiæ cathedralis, non ſufficit conſilium capituli, ſed requiritur etiam conſenſus capituli, cap. vt ſuper de rebus Eccleſ. non alien.

Alienatio Eccleſiaſticæ rei poteſt fieri propter vrgens debitum, cui non poteſt Eccleſia de fructibus ſatisfacere, cap. ad noſtram, eod.

Alienationes de feudis, vel aliis rebus Eccleſiæ non valent, etiam ſi per conſtitutionem laicorum approbentur, cap. ſi. eod.

10 Alienationes rerum Eccleſiaſticarum non poſſunt fieri ſine conſenſu capituli, gl. elargiri, in cap. pe. de donat.

Alienatio illegitime facta per Prælatum, poteſt per illos de collegio retractari. cap. querelam, 15. de ſimon.

Alienationes rerum Eccleſiaſticarum, quæ per ſchiſmaticos, vel per laicos factæ ſunt, nullam firmitatem habent: & ad Eccleſias ſine omni onere debent reuerti, cap. 1. de ſchiſmat.

in Alienatione perpetua rerum immobilium Eccleſiæ, debent præcedere tractatus, gl. deliberatione, in cap. quamuis de officio ordin. in 6.

in Alienationibus rerum Eccleſiaſticarum inferiorum, requiritur conſenſus capituli Eccleſiæ cathedralis, cap. 1. de rebus Eccleſ. non alien. in 6.

Alienatio rei Eccleſiaſticæ permiſſa eſt in duobus caſibus, videlicet quando eſt euidens neceſſitas, vel Eccleſiæ vtilitas, ibid.

in Alienationis rei Eccleſiaſticæ inſtrumento licet narretur vtilitas, vel neceſſitas alienandi, niſi aliter probetur, non adhibetur fides, ibid.

Alienatio rei Eccleſiæ cathedralis, vel inferioris Eccleſiæ, vel cuiuslibet dignitatis, vel perſonatus vacantis non valet, gl. Eccleſia, & ibi add. ib.

in Alienatione rei Eccleſiæ tractatus diligenter debent fieri: & vtile id eſt ſæpius facere, ne decipi poſſit, gl. tractatus, ibid.

in Alienationibus rerum Eccleſiaſticarum non requiritur de neceſſitate ſolemnitas authenticæ *hoc ius porrectum*, licet ſit incorporata in decretis: ſed ſufficit, dummodo ſolemnitas can. *ſine exceptione* 12 q. 2. interueniat: & ſolemnitas d. auth. in deſuetudinem abiit, ibid.

in Alienatione rei Eccleſiaſticæ non requiritur decretum; ſed cauſæ cognitio, authoritas Epiſcopalis, & conſenſus cleri, gl. tractatus, ibid.

in Alienatione temporali rei Eccleſiaſticæ, in qua non ita læditur Eccleſia, ſufficit tacitus conſenſus, in perpetuis requiritur expreſſus, & tractatus ſecundum formam, cap. ſine exceptione, gl. perpetuis, ibid.

Alienationes rerum Eccleſiaſticarum per ſubmiſſiones fieri laicis, abſque conſenſu capituli, & licentia Papæ ſunt prohibitæ, cap. 2. eod. 11

Alienationes rerum Eccleſiaſticarum tam immobilium, quam mobilium prohibitæ ſunt, niſi quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, gl. immobilia, ibid.

Alienatio ſacrorum vaſorum, propter neceſſitatem redimendorum captiuorum conceſſa, ad conſequentiam trahi non debet, gl. 1. in reg. in argumentum 78. de regulis iuris, lib. 6.

ad Alienationem rei Eccleſiaſticæ, æquiparantur caſus vtilitatis ſuadentis, & caſus neceſſitatis imminentis, clem. 1. & ibi gl. neceſſitas de reb. Eccl. non alie.

Alienatio rei Eccleſiaſticæ ad non modicum, eſt permiſſa, ſicut & locatio, d. clem. 1.

ad Alienationem rei Eccleſiæ ſufficit, vt vtilitas, aut neceſſitas interueniat, gl. neceſſitas, ibid.

in Alienatione rei Eccleſiaſticæ fienda, etiam, in caſu licito, non poteſt Epiſcopus præſcribere conſenſum capituli, gl. conſentiente, in clem. 2. eod.

Alienatio bonorum Eccleſiaſticorum non tenet, & alienantes & recipientes ſunt excommunicati: & Prælatis diuerſæ pœnæ imponuntur, extrau. ambitioſæ, de rebus Eccleſiæ non alien. inter comm.

Alienationem debent præcedere tractatus, gl. tractantes, in can. in nomine, diſt. 23.

in Alienationibus & electionibus, vt illæ firmæ ſint, debent fieri ex conſenſu poſt ſequente, ſicut ex priore, gl. pe. in can. eos qui 1. q. 1.

in Alienatione rerum mobilium Eccleſiæ non ita deterioratur Eccleſia, ſicut in alienatione immobilium, can. 2. §. hoc ius porrectum 10. q. 2.

12 Alienatio rerum immobilium Eccleſiæ, propter debitum vrgens permittitur in defectum mobilium; non alias: primo tamen debent pignorari, ſi poſſunt, ib.

in Alienatione rei immobilis Eccleſiæ neceſſariò fienda propter debitum vrgens, Prælatus vel œconomus debent iurare prius coram Epiſcopo & maiori parte clericorum, qui alienationi conſentire debent, debitum ex bonis mobilibus ſolui non poſſe, ib.

Alienatio rei Eccleſiaſticæ, quantumcumque aliàs permiſſa, prohibetur fieri in œconomum ipſius Eccleſiæ, & in ſibi coniunctum, d. cap. 2. §. quibuſcumque.

in Alienatione rei Eccleſiæ hodie ſufficit conſenſus Epiſcopi cum canonicis, gl. duos, in d. cap. 2. §. quod ſi neceſſitas.

Alienatio rei Eccleſiæ niſi fuerit ſubſcripta ab Epiſcopo & capitulo, vel clericis, non valet, gl. pen. ibid.

Alienatio rei Eccleſiæ vacantis, authoritate Epiſcopi loci recte poteſt fieri; ſed vacante Eccleſia Epiſcopali, clerici nihil poſſunt alienare, gl. 1. in can. ſi. 10. q. 2.

in Alienatione rerum Eccleſiaſticarum, cum eſſent olim tenues Eccleſiæ, maior erat inquiſitio adhibenda: ſed cum hodie ſint augmentatæ poſſeſſiones earum, ſufficit conſenſus capituli, gl. 1. in can. videntes 12. q. 1.

in Alienatione rerum monaſticarum requiritur conſenſus Abbatis, & capituli, & Epiſcopi: in Eccleſiis parochialibus requiritur etiam conſenſus ſacerdotis; & alienatio facta contra dictam formam eſt nulla in caſu licito: ſed cum præſcripta forma, etiam in caſu non conceſſo, tenet ipſo iure, ibid.

Alienatio rerum Eccleſiæ, etiam ſeruata forma ſtatuta à iure, ſi fuerit damnoſa Eccleſiæ, reſtitui poteſt, ibid.

Alienatio rei Eccleſiaſticæ illicite facta, adeo eſt irrita, vt nec emptor illam poſſit vendicare, nec venditor ad pretium agere, can. quicquid 12. q. 2.

Alienationes rerum Eccleſiæ factæ ab intruſo, vel à non canonice electo, non valent, can. alienationes, 12. q. 2.

Alienationes rerum Eccleſiæ factæ à canonicè electis non confirmatis, vel confirmatis, ſed ſine conſenſu capituli, vel cum conſenſu capituli, in caſu non conceſſo, vel forma non ſeruata, ſunt irritæ, ibid,

Alienatio de rebus Eccleſiæ cathedralis vacantis facta per reſtitutionem in integrum reſcinditur, eſt tamen arbitrio Epiſcopi ſubſtituti, an velit contractum habere ratum, vel non, can. ſi qua de clericis, 12. q. 2.

Alienatio rei Eccleſiæ vacantis, facta ab intruſo non valet, ſed ſi fuerit expediens, fiat cum debita auctoritate, can. præcariæ, 12. q. 2.

Alienatio rei Eccleſiæ, vacante ſede, poteſt fieri, dummodo fiat cum ſolemnitate debita, ibid.

in Alienatione rei Eccleſiæ, etiam ex cauſa vtilitatis, non ſufficit quod vtiliter fuerit cœptum, niſi Eccleſia fuerit facta locupletior, niſi res illa naturaliter, vel terræ motu perierit. gl. pe. in can. ſine exceptione, 12. q. 2.

Alienatio rei Eccleſiæ, etiam ex cauſa vtilitatis, ſine ſolemnitate requiſita, id eſt ſine tractatu, conſenſu, & ſubſcriptione capituli, eſt nulla, d. can. ſine exceptione.

in Alienatione rei Eccleſiæ, ſi Eccleſia ex illo contractu non ſit locupletata, nec damnificata, tunc talis contractus tenet, quia ſufficit quod nihil ad diuinæ domus læſionem ſit factum, nam eo ipſo quod non ſit facta pauperior, intelligitur locupletior, ibid.

Alienatio rei Eccleſiæ eſt nulla, ſi non obſeruetur forma

alienа-

- alieuationis, licet omnes clericl conſentiaut, ibid. gl. pen.

Alienatio rei Eccleſiæ valet etiam in caſu non conceſſo, dummodo ſeruetur forma alienationis, ſed reſtituitur Eccleſiæ, ſi probat ſe læſam, ibid.

Alienatio rei Eccleſiæ facta à clerico cum hac conditione, quod tantumdem ipſe dabit Eccleſiæ, valet ſi tantumdem dederit Eccleſiæ iuxta conuentionem, ſecus ſi primo non fecerit conuentionem, can. ſi quis qualibet, & ibi gl. 1. 12. q. 2.

in Alienatione rei Eccceleſiæ, vt valeat, ſufficit, quod alienans tantumdem det Eccleſiæ, ſed in alienatione ſerui Eccleſiæ requiritur, quod dentur alii duo ſerui, quia ſi ſeruus eſt bonus, diligenter gerit res Eccleſiæ, & negotia, & non permittit fieri fraudem, ſed ſi ſit malus, per eum poteſt veritas extorqueri, gl. 1. in can. Epiſcopus qui, 12. q. 2.

pro Alienatione, etiam modicæ rei Eccleſiæ, deponitur quis, quando illud exiguum, eſt vtile Eccleſiæ, & in tali alienatione eſt attendenda valde lex municipalis, vel conſuetudo, gl. 2. in can. quicumque, 17. q. 4.

14 Alienatio rei Eccleſiæ, ſi neceſſitas debiti immineat, poteſt fieri cum conſenſu Primatis, & Epiſcoporum prouinciæ, quod ſi propter neceſſitatem vrgentem non poſſit conſuli Primas, fiat alienatio coram duobus ſaltem vicinis Epiſcopis. ſed hodie non habet locum, cum ſufficiat conſenſus Epiſcopi, & capituli, can. nullus res, & ibi gl. pe. 17. q. 4.

Alienationem illicitam rerum Eccleſiæ, factam à ſe, vel prædeceſſore, debet quis reuocare, gl. 1. in can. quod quis, 35. q. 9.

Alienationes locorum ſeu terrarum patrimonii Eccleſiæ, ibi expreſſorum, ſpecialiori vinculo ſunt prohibitæ, extrau. rex excelſus, Greg. noni, inter motus propr.

Alienatio prædiorum Eccleſiæ iuxta Symmachi Papæ decretum in cap. non liceat, 20. 12. q. 2. prohibita eſt etiam Papæ, intellige ſine iuſta cauſa, & facta à Papa de facto, vel prælato, per eius ſucceſſorem poteſt reuocari, ibid.

Alienationes terrarum, ciuitatum, caſtrorum, & aliarum poſſeſſionum Eccleſiæ Romanæ annullantur per extrauag, inter cætera quorum, Ioan. 22.

Alienationes quorumcumque bonorum Eccleſiaſticorum, in damnum Eccleſiarum, ſeu non ſeruatis iuris ſolemnitatibus, ſunt nullæ, & irritæ, extrauag. iniunctum, Pauli 4.

ſuper Alienationibus rerum Eccleſiaſticarum conſtitutio facta à Paulo 4. reducitur ad viam, & terminos iuris communis, extrau. prouida Romani, Pii 4.

Alienatio Eccleſiaſticorum bonorum, vſque ad quinquaginta millia ducatorum, clero Galliæ in ſubſidium belli aduerſus hæreticos initi, conceſſa fuit à Sixto quinto, extrau. cum chariſſimus in Chriſto, Sixti 5.

Reliqua in verbo, Alienare, 2. vſque 5. Bonum, 1. Eccleſia, 102. vſque 118. Calix. Vaſa, Clericus 66 Eme, Emptor, Emptio, Vendere, Venditio, Venditor, Vendito Epiſcopus, 176. uſque 188. Princeps, 2.

A L I E N V M detinens ſine inuaſione, tenetur, quoad Deum, paulominus, quam ſi inuaſiſſet, cap. ſæpe, de reſtit. ſpoliat.

Alienam rem poſſidere inuito domino non licet, cap. fi., & ibi gl. 1. de precario.

Aliena res ſi pignoretur, ignorante domino, poteſt ab ipſo vendicari, etiam non ſatisfacto creditore, gl. 1. in cap. 3. de pignor.

Aliena non poteſt quis concedere, præter domini voluntatem, gl. 1. in cap. ex tranſmiſſa, de decimis.

Alienum factum promittens, non obligatur, poteſt tamen obligari ſe curaturum aliquem facturum, quia tunc factum ſuum promiſit, gl. 1. in cap. ex literis, de ſponſal.

Alienum factum alii obeſt, gl. reprobanda, in cap. nobis, de ſimonia.

Alienum factum, impedit vſucapionem bonæ fidei poſſeſſoris, ibid.

Alienum male vſurpans, licet illud reſtituat, nihilominus tenetur etiam pœnitentiam facere de delicto, cap. pe. de cenſib. lib. 6.

Aliena negotia gerens eſt in culpa, gl. 1. in reg. non eſt ſine culpa. de reg. iuris, lib. 6.

Alieno nomine multa licent, quæ proprio non, gl. 1. in reg. poteſt quis, 68. eod.

Aliena ambire, vel concupiſcere, in religioſis eſt reprobabilius, quam in clericis ſecularibus, vel laicis, gl. religioſi, in clem. religioſi, de decimis.

Alieno nomine non licet, quod ſuo non licet, clem. præſenti, de cenſibus.

Aliena rapere conuincitur ille, qui vltra neceſſaria ſibi retinere probatur, gl. abunde, in extrauag. execrabilis Ioan. 22.

per Alienum agrum tranſire fas eſt, id eſt æquum eſt, cum ſubeſt cauſa, & innoxius eſt tranſitus, ius tamen non eſt, can. omnes, diſt. 1.

Alienum tenetur quis de iure canonico reſtituere cum augmento, quando augmentum eſt appoſitum pro pœna legali, can. ſi ſeruus, diſt. 54.

Alieno non debet quis prægrauari, gl. 1. in can. crimen, 1. q. 4.

Alienam rem fingit canon illam, qua quis male vtitur, can. quid dicam, & ibi gl. fi. 14. q. 4.

Alienum non eſt, quod iure poſſidetur, & hoc iure poſſidetur, quod iuſte, & hoc iuſte, quod bene, ibid.

Alienum eſt, quod male poſſidetur: male poſſidet, qui male vtitur, ibid.

Aliena rapere non licet, exemplo Iſraelitarum ſpoliantium Ægyptios, can. dixit dominus, 14. q. 5.

Alienam rem conſecrans, tenetur domino reſtituere eius æſtimationem, can. comperimus, 14. q. 6.

de Alienis rebus poteſt quis teſtari, & diſponere quandoque, veluti mater poteſt teſtari de rebus priorum filiorum, & diſponere inter ipſos, gl. 2. in can. quia mulier, 19. q. 3.

Reliqua in verbo, Empta, Factum, 12. Inuenient, Legare, Legatum, 2. Poſſident, Promittens.

A L I M E N T A miniſtrantur filiis, ſecundum facultates parentum, gl. fi. in cap. cum haberet, de eo qui duxit in matrimonium.

Alimenta debentur filiis, & ſpuriis ex æquitate canonica, d. cap. cum habuit, ibid.

Alimenta ſicut tenetur pater præſtare filiis, ita filii tenentur præſtare patri, ſi egeat, gl. fi. ibid.

Alimenta denegare filiis poteſt pater ex iuſta cauſa, putà ſi eum accuſauerint, gl. fi. in cap. cum haberet, de eo qui duxit matrimonium.

Alimenta præſtare tenetur mater filiis, vel etiam patri eorum, ſi ipſi egeant, & mater ſit diues, ibid.

Alimenta quæ mater præſtat filio, poteſt petere à patre diuite, ſi ipſa proteſtata ſit, ibid.

Alimenta ſunt præſtanda ſecundum facultates, gl. 1. in cap. fi. de verb. ſignific.

ſuper Alimentis futuris pactum, vel tranſactio non poteſt interuenire ſine prætoris auctoritate, & intellige de relictis in teſtamento, vel cauſa mortis, aliàs ſecundus, gl. fi. & ibi add. in cap. ſi Epiſ. 37. de præ. l. 6.

Alimentorum nomine comprehenduntur veſtes, & habitatio, ſed cibariorum nomine non intelliguntur veſtes, gl. victu, in can. pen. 10. q. 2.

Alimenta denegans alicui, dicitur necare illum, gl., vel matricidii, in can. inter cætera, 22. q. 4.

Reliqua vide in verbo, Alere, Cibus, Filius, 1. 2. 3. 6. Parentes, 2. 3.

A L I O Q V I N dictio, non facit diſpoſitionem conditionalem, ſed in ſe ipſa continet diſpoſitionem contrariam præcedenti, cap. vt circa, §. alioquin, & ibi gl. 1. de electione, lib. 6.

Alioquin dictio, & reſolutio diſpoſitionis in qua profertur, ſi non concurrant in actu omnes qualitates præcedentes, ibid.

A L I V S nomen, non ſemper facit poſitionem iuxta illud *ſuſpenſi ſunt cum eo duo alii latrones nequam*, gl. maiores, 1
ib cap. ſedes, 15. de reſcript.

cum Aliis quod quis facere debet, ſi facultas obtulerit, ipſe ſolum facere debet, gl. deberes, in cap. cum te 7. eo.

per Alium faciens, per ſe ipſum facere videtur, gl. fi. in cap. literis, 39. eod. gl. per nuncios, in cap. ſignificauit, de Iudæis, gl. pe. in cap. quoties, de purg. canon. gl. auctoritate, in cap. mulieris, 6. §. 1. de ſentent. excomm. reg. qui facit, 72. de reg. iur, l. 6.

per Alium facere non poteſt quis illud, quod ſibi iniungitur, vt perſonaliter faciat, niſi de conſenſu illius, ſeu illorum, quorum eſt illud negotium, quia eorum intereſt: & ita poteſt, de ipſorum conſenſu, committere alii iſtud exequendum, alias non, gl. exequendum, in cap. fi. §. pe. de officio deleg.

per Alium facere poteſt quis, quod per ſe facere non poteſt, cap. intelleximus, de iudiciis, cap. indemnitatibus, §. porro, de electione, lib. 6. cap. fi., & ibi gl. fi. de clerici, vel monachi, lib. 6.

in Aliis exigens aliquid, multo melius illud debet exigere in ſe, gl. pe. in cap. fi. de præſcriptio.

per Alium fieri poſſunt quædam, & quædam non poſſunt fieri de iure; vt officium in Eccleſia, cap. 3. de cler. non reſi.

per Alios poſſumus multa, quæ per nos non poſſumus, gl. fi. in cap. fi. de inſtitutio.

quod Alii faciunt, qui cenſentur eodem iure, & ſub eodem domino, & tu facere debes: niſi oſtendas contrarium, gl. 2. in cap. ſopitæ de cenſibus.

per Alium non licet mihi, quod per me non licet, gl. pe. in cap. quoties de purgat. canonica.

Alius dictio, denotat quandoque diuerſitatem, in ſubſtantia tantum, & quandoque denotat diuerſitatem in ſubſtantia & qualitate, cap. officii de pœnit. & remiſſ.

per Alium facere poteſt quis, quod per ſe poteſt, cap. poteſt quis de reg. iur. in 6. gl. vel per alios, in cap. cum in tua de conſuet. li. 6. gl. vices, in cap. 1. de offi. ord. in 6. & gl. per alium in cap. cum Epiſ.

per Alium facere non poteſt quis, quod per ſe facere non poteſt; ſicut è conuerſo, gl. fi. in cap. 1. de tempor. ordin. lib. 6. gl. per alios, in cap. vt litigantes de offi. ordi. in 6.

per

per Alium, aut per ſe expedire, non ſunt paria, vbi electa eſt induſtria perſonæ, cap. is cui 12. de off. del. l. 6.

2 per Alium quod non poſſum facere, poſſum per me, gl. cuicumque, in cap. pe. §. fi. de off. legati, lib. 6.

per Alium non poteſt quis id, quod non poteſt per ſe; quando prohibitio fit, non reſpectu perſonæ, ſed loci, vbi actus exerceri debet, cap. vt litigantes, de off. ord. l. 6.

per Alium non poteſt fieri, quod per ſe non poteſt: ſed hoc non procedit in iudicialibus ſuper ſpiritualibus: quia, licet laicus non poſſit tractare nomine ſuo cauſas ſpirituales, quaſi habens ius in eis: poteſt tamen, tanquam procurator, agere & defendere cauſas ſpirituales, cap. 1. & ibi gl. ſpiritualibus, de procur. l. 6.

per Alium quandoque non poteſt facere quis id, quod poteſt per ſe, gl. poteſtate, in cap. dudum, de præbend. lib. 6.

per Alium facere idem eſt, quod per ſe, gl. capitulum, in cap. fi. de præbend. lib. 6.

per Alium quandoque conſequitur quis, quod per ſe non poteſt obtinere, cap. authoritate de conceſſ. præb. l. 6 gl. 1. in reg. poteſt quis 68. de reg. iuris, lib. 6.

per Alium quod non poſſum facere, poſſum per me, gl. propriis in cap. 2. de hæreticis, lib. 6.

alius pro alio prægrauari non debet: & hoc lex ciuilis & ratio naturalis dictat, cap. 1. & ibi gl. 2. & gl. naturali, de iniuriis, lib. 6.

per Alium facere poteſt quis, quod per ſe poteſt: fallit in delegato, cui committitur certum miniſterium: & in pœnitentia ſuſcipienda, quam quis per ſe debet recipere, propter pudorem gl. 1. cap. poteſt quis 68. de reg. iur. lib. 6.

Alii dictio, non ſemper ſignificat poſitionem, gl. alii, in clem. 1. de reſcript.

3 Alius dictio, repetit eamdem qualitatem, clem. 2. de celebrat. miſſar.

per Aliam perſonam interpoſitam non licet mihi quod per me non licet, gl. cippi, in clem. exiui, §. porrò de verb. ſignificat.

per Alium an faciat quis, an per ſe, in maleficiis nihil refert, gl. 2. per alium, in extrau. dierum, Ioan. 22.

ad Alium pertinere, id quod ſuum non eſt, ſeire quilibet debet, gl. non iuſta in extra. cum inter nonnullos, Ioan. 22.

per Alios expediunt ordinarii, quod per ſe non poſſunt, gl. locorum Prælati, in extrauag. ſuper cathedram, de ſepultur. inter communes.

Alius dictio, quandoque eſt nota diuerſitatis, & ſic non ſemper ſtat implicatiue, can. Valentio, diſt. 34.

Alius, Alia, aliud dictio, de propria ſignificatione vocabuli, ſtat implicatiuè: ſecus de impropria, gl. aliarum, in can. hinc eſt, diſt. 49.

Aliorum eſt omne id, quod quis habet vltra id, quod ſibi ſufficit, gl. vt conferant, in can. in ſingulis, diſt. 86.

per Alium poteſt Epiſcopus clericum punire, ſed non per ſe, gl. 1. in can. non liceat, diſt. 86.

per Alios nobis quædam licent, quæ nobis per nos non licent, gl. 1. in can. Epiſcopus 7. diſt. 88.

per Alium poteſt quis id, quod poteſt per ſe, & è contra: fallit in quibuſdam caſibus, puta ratione perſonæ, quæ prohibetur per ſe facere, ſed per alium non prohibetur: item ratione rei, quia in cauſa criminali aliquis agit per ſe, & non per alium, gl. 1. ibid.

per Alium poteſt quis, quod per ſe non poteſt, cap. expedit. 12. q. 1.

per Alium non poſſum id, quod per me non poſſum, fallit in quibuſdam caſibus, gl. aut inferendas, in can. his à quibus, 23. q. 8.

Aliud dictio, non ſtat ſemper cumulatiue, & implicatiue, ſed eſt quandoque nota diuerſitatis, can. ſi teſtes omnes, 4. q. 2.

Aliud dictio, apta notare diuerſitatem facti, aliquando qualitatis, cap. quoniam frequenter, §. porro, vt lite non conteſtat.

Reliqua vide in verbo, Poſſum.

ALLEGARI quod poteſt ad excuſandam contumaciam, reſpectu citationis hominis, illud poteſt allegari, reſpectu citationis iuris, cap. ſæpe, 44. de appellat.

Allegari debet quota legis, inductæ ad aliquid poſtulandum, can. quod autem, 4. q. 1.

Allegandi cautus modus eſt, ne quis fateatur intentionem aduerſarii, vt loquatur conditionaliter, cap. 1. §. ſed exitit, & ibi add. de præbend. lib. 6.

Allegans dolum, vel fraudem, debet eam probare, gl. dolus, in cap. ſedes, 15. & gl. Priori, & gl. facta, in cap. ſuper literis, de reſcriptis.

Alleganti, quod vnus actus præceſſerit alium, incumbit onus probandi, cap. conſtitutus, 19. de reſcr.

Allegans voluntatem immutatam, eam debet probare, gl. non timore, in cap. 1, §. ideoque, de his quæ vi.

Allegans ſtatutum, non tenetur edere totum volumen ſtatutorum, ſed ſatis eſt edere illud, quod facit ad materiam, de qua agitur, cap. contingit, de fide inſtr.

Allegans dolum, debet dolum probare. gl. 2. in cap. pe. de exceptio, gl. 2. in cap. ſuggeſtum, 15. de appel. gl. coniecturas, in cap. 2. de renunc. l 6.

Allegans malam fidem, debet eam probare, gl. pe. in cap. 3. de præſcriptio.

Allegans turpitudinem ſuam, auditur propter periculum animæ, alias non, cap. lator præſentium, 7. de re iud.

Allegans contraria, non auditur, cap. ſolitudinem, & ibi gl. fi. de appellat. gl. duabus, in cap. ex parte, de regularib.

Allegans turpitudinem ſuam, non eſt de iure audiendus, cap. cum ſuper, & ibi gl. poſſe, & gl. fi. in cap. fi. de conceſſi. præbend. & gl. reprehenſibilem, can. fi. 32. q. 2.

Allegans turpitudinem ſuam, & peccatum, audiendus eſt, cùm deſiſtere intendit à peccato, cap. ex diligenti, 17. de ſimonia.

Allegans qualitatem, debet eam probare, cap. ſtatutum, §. hoc ſane, de hæreti. lib. 6.

Alleganti exceptionem, vel priuilegium non creditur, niſi oſtendatur exceptio, vel priuilegium, cap. cùm perſonæ, de priuileg. lib. 6.

Allegans præſcriptionem, debet eam probare, d. cap. cum perſonæ, §. quod ſi tales.

Alleganti non eſt credendum, niſi id probet per authenticas ſcripturas, can. quia neſciat, diſt. 11.

Alleganti non eſt credendum, niſi probet dictum ſuum auctoritate aliqua, can. concilia, diſt. 17.

Allegans ſtatutum in iudicio, debet totum extenſe producere aſſignando quotam ſtatuti, can. ſi Romanorum, diſt. 19.

Allegans ignorantiam, debet eam probare, gl. 2. in can. ordinationes, 9. q. 1.

Reliqua vide in verbo, Contraria.

ALLEGATIO indeterminata eſt admittenda, gl. fuerat, in extrauag. ad conditorem, Ioan. 22.

Allegationem, quam quis allegat contra aduerſarios, tenetur, & contra ſe recipere, gl. non valere, in cap. ex parte, 33. de reſcript.

Allegationum quæ fiunt in iure, quædam conſiſtunt in iure, quædam vere in facto, cap. bonæ, 3. in verſ. nos, de pollut. prael.

Allegationum appellatione, veniunt quandoque allegationes facti dumtaxat, & non iuris, cap. dudum in verſ. cum autem, de electione.

ALLVVIO, ſtatum prædiorum immutat, alii auferendo paulatim, & alii dando latenter, gl. 2. in cap. tranſmiſſa, de præſcrip.

ALPHA, & Omega principium, & finis, can. ab exordio, & ibi gl. & O, & gl. ad A, diſt. 35.

ALTARE chriſmate perungitur, cùm conſecratur, vel dedicatur Templum, vel cum benedicitur calix, cap. 1. §. fi. 1
de ſacra unctione.

Altari amoto, vel lapide continente ſigillum, debet reconſecrari altare, ſed non Eccleſia, cap. 1. de conſecrat, Eccleſiæ,

Altaris tabula conſecrata, de loco ad locum licet moveatur, non tamen conſecratur, intellige, quando non eſt affixa, d. cap. 1., & ibi gl. 1.

Altare quando eſt mutatum, ita quod formam amiſerit per diminutionem, vel augmentum, debet reconſecrari, d. gl. 1.

Altaris menſa, ſi ſit enormiter fracta, debet reconſecrari, ibid.

Altaris conſecratio præcipue intelligitur in coniunctione menſæ, ſcilicet lapidis ſuperioris, & ſtructuræ inferioris, ibid.

Altaris menſa ſi fuerit remota, vel aliquis de lapidibus tangens menſam ipſam, execratur altare, & debet iterum conſecrari, ſed ſi aliquid addatur altari, non execratur, ſed ſacrum trahit ad ſe non ſacrum, d. gl. 1.

Altare debet iterum conſecrari, ſi tabula altaris affixa ſit, erit mota, vel enormiter fracta, cap. 3. eod.

Altare quando eſt dubium an ſit conſecratum, debet conſecrari, gl. 1. in cap. poſuiſti, 4. eod.

Altaria plura in eadem Eccleſia poſſunt ſimul conſecrari, cap. cum ſis ſup. eod.

in Altari viatico, ſeu portatili, poteſt Epiſcopus celebrare, vel facere celebrari in loco honeſto, & non interdicto, quando Eccleſiæ ſunt interdictæ, cap. fi. de priuileg. lib. 6.

ad Altaris miniſterium nullus debet accedere, niſi cuius caſtitas ante ſuſceptum miniſterium fuerit approbata, can. nullum, diſt. 28.

Altaria ante conſecrationem erigi poſſunt à Sacerdotibus,
ſed poſt conſecrationem non niſi de conſenſu Epiſcopi, gl. 2
2. in can. quamuis, diſt. 68.

Altaris miniſterium eſt incomprehenſibile, gl. incomprehenſibiliter, in can. multi, 84. 1. q. 2.

Altare, id eſt tabula ſuperior, ſi moueatur vel lædatur, ipſum altare conſecratur, non verò Eccleſia. ſimiliter, ſi Eccleſia deſtruitur, & non altare, tunc Eccleſia reconſecratur, & non altare, gl. 1. in can. Eccleſiæ, de conſecrat. diſt. 1.

Altare non debet erigi abſque Epiſcopi permiſſu, etiam in Eccleſia conſecrata, can. nullus, de conſecratione, diſt. 1.

Altare nullus debet ponere per ſe, nec celebrare in Oratoriis ſine licentia Epiſcopi, gl. 1. ibid.

Altare erigens, etiam in Eccleſia conſecrata, ſine licentia Epiſcopi clericus degradatur, laicus anathematizatur, d. cap. nullus.

Altaria euerti debent, quæ ſine ſanctorum reliquiis eriguntur, can. placuit, de conſecr. diſt. 1.

Altaria non debent vngi chriſmate, niſi fuerint lapidea, can. altaria, 1. de conſecr. diſt. 1.

Altare Eccleſiæ Lateranenſis dicitur, quod ſit ligneum, gl. 1. ibid.

Altaria debent conſecrari chriſmatis vnctione, & Sacerdotali benedictione, cap. altaria, 2. de conſecratione, diſt. 1.

in Altaris ſacrificio, in calice debet poni ſemper plus de vino, quam de aqua, gl. fi. in can. 1. de conſec. diſt. 2.

in Altaris ſacrificio ſunt offerenda panis, vinum, & aqua, quia Chriſtus hoc ſtatuit, dicens, *Hoc facite in meam commemorationem*, tum quia aqua ſignificat redemptionem, tum etiam, quia exiuit de latere Chriſti ſanguis, & aqua vere, & illa creata ſunt extra corpus Chriſti, ſicut fuit aqua educta de petra, d. cap. 1. & ibi gl. penult., & vlt.

in Altaris ſacrificio, non licet offerri vinum ſine aqua, vel è conuerſo, can. 2. de conſecrat. diſt. 2.

3 in Altaris ſacrificio, panis debet eſſe de frumento, & in Eccleſia Occidentali non debet confici de pane fermentato, ſi tamen ſacrificium fiat cum pane fermentato, conficitur corpus Chriſti, gl. calix, ibid.

in Altaris ſacrificio, aquam miſcere debemus vino, ſicut dominus fecit, docente hoc ſcriptura, can. ſcriptura, de conſecr. diſt. 2.

in Altaris ſacrificio, nihil debet offerri præter vinum, & aquam, & panem, can. non oportet, & can. ſeq. de conſecrat. diſt. 2.

in Altaris ſacrificio vinum, & aqua, vt vnum compactum, tranſeunt in ſanguinem tantum, gl. 2. ibid.

in Altaris ſacrificio vuæ non debent benedici benedictione ſanguinis, & ſimul cum Chriſti corpore diſtribui populo, can. didicimus, de conſecr. diſt. 2.

in Altaris ſacrificio nihil eſt offerendum, niſi panis, vinum, & aqua, non lac, nec vua, nec aqua ſola, can. cum omne, de conſecr. diſt. 2.

in Altaris ſacrificio, panis tantum tranſubſtantiatur in carnem, & vinum tantum in ſanguinem, tamen vbicumque eſt caro, ibi eſt ſanguis, ſeu caro ibi eſt per tranſubſtantiationem, & ſanguis per commitationem, gl. pe. in can. comperimus, de conſecr. diſt. 2.

in Altaris ſacrificio offertur ſanguis, in commemorationem effuſionis ſanguinis, gl. 2. in can. ſi quotieſcumque, de conſecrat. diſt. 2.

in Altaris ſacrificio poteſt confici ſanguis Chriſti ſine aqua, licet non debeat fieri, gl. calix, ibid.

in Altaris ſacrificio ad prolationem verborum, *Hoc eſt corpus meum*, tranſubſtantiatur panis in corpus Domini, & ad prolationem verborum, *Hic eſt ſanguis*, etiam tranſubſtantiatur, & conuertitur vinum in ſanguinem, gl. & ſanctificatione, in can. quis corpus, de conſecr. diſt. 2.

in Altaris ſacrificio, poſt conſecrationem panis tranſubſtantiatur in corpus Domini, in quo eſt ſanguis, ſed non per tranſubſtantiationem, ſed per mutationem, ibid.

in Altaris ſacrificio panis conuertitur in corpus Chriſti, ſeu tranſubſtantiatur, ſeu tranſit, ſed non fit corpus, & vbicumque inuenitur *panis*, vel *de pane fit*, vel *conficitur corpus Chriſti*, ſic intelligatur, id eſt, tranſit in corpus Chriſti, vel ſub ſpecie panis latet, vel incipit eſſe vel latere corpus Chriſti, vbi ante conſecrationem non erat, gl. conuertuntur, ibid.

in Altaris ſacrificio, in memoriam paſſionis Domini corpus eius immolatur, & per eius dignam participationem nos efficimur corpus eius ſpirituale, can. quia paſſus, de conſecr. diſt. 2.

4 in Altaris ſacrificio non ſolum eſt Sacramentum, ſed etiam verum corpus, & verus ſanguis, ſub ſpeciebus panis, & vini adopertum, & eſt idem corpus, quod eſt de virgine natum, can. ego, de conſecr. diſt. 2.

in Altaris Sacramento quamuis ſit ibi Deitas, & humanitas, id eſt anima, & caro Chriſti, ſolam tamen eius carnem, ſemel in cruce immolatam, quotidie in altari manducamus, ſiue bibimus, non Deitatem, non animam, gl. 2., & 3. in cap. quid eſt, de conſ. d. 2.

Altaris ſacrificium conficitur Sacramento, id eſt ſpecie panis, & vini, & re Sacramenti, id eſt corpore Chriſti, can. hoc eſt, de conſecr. diſt. 2.

in Altaris Sacramento eſt ſpecies viſibilis, & corpus inuiſibile, gl. duobus, ibid.

in Altaris Sacramento duæ ſunt res, corpus Chriſti, & vnitas Eccleſiæ, gl. inuiſibili, ibid.

in Altaris ſacrificio vnum Sacramentum eſt, quia ſub vtraque ſpecie panis, & vini, eſt Chriſtus, can. panis, & ibi gl. 2. de conſecrat. diſt. 2.

in Altaris ſacrificio ante conſecrationem, panis, & vinum eſt, ſed verbis Chriſti prolatis, panis in corpus eius, & vinum in ſanguinem mutatur, ibid.

Altaris ſacrificium eſt Sacramentum veritatis, vinculum charitatis, can. hoc Sacramentum, de conſecrat. diſt. 2.

in Altaris ſacramento ſubſtantiis panis, & vini, in corpus, & ſanguinem Chriſti conuerti, præter naturam, probatur per

manna, quod pluerat Deus patribus, & per multa miracula, can. re vere, de conſecrat. diſt. 2.

Altaris ſacrificium æque conficit malus, vt bonus, quia conſecratio non conſiſtit in merito conſecrantis, ſed in verbo Creatoris, can. vtrum, & ibi gl. 1. de conſecrat. diſt. 2.

in Altaris Sacramento ſunt veritas, figura, & res Sacramenti, id eſt cum panis, & vinum ſacrificantur in corpus, & ſanguinem Domini, ibi eſt veritas, quæ corpus eſt, & figura, quæ ſpecies eſt, & eſt res ſacramenti figurans, ſcilicet ſacramentum ſanguinis, & ſacramentum vnitatis, & id alibi dicitur Sacramentum Sacramentorum, d. cap. vtrum, & ibi gl. veritas.

in Altaris Sacramento conficitur hodie idem corpus, & ſanguis, qui datus fuit diſcipulis, can. quid ſit, ad fi. de conſecrat. diſt. 2.

in Altaris Sacramento, licet poſt conſecrationem remaneat figura panis, & vini, tamen nihil eſt ibi, quam corpus, & ſanguis Chriſti, can. omnia, de conſ. diſt. 2. 5

in Altaris Sacramento carnem Chriſti ſumimus, non vt alicuius viri ſanctificati, ſed propriam carnem verbi Dei, can. neceſſarie, de conſecrat. diſt. 2.

in Altari Deo offerimus ſacrificium, non in forma carnis, neque ſanguinis, & tamen ibi vera caro, & ſanguis eſt Chriſti, gl. 2. ibid.

in Altaris ſacrificio ponitur aqua, quia aqua de petra fluxit, quæ hoc Sacramentum ſignificauit; item quia de latere Chriſti aqua fluxit, & ſanguis, can. in calicem, de conſecrat. diſt. 2.

in Altaris ſacrificio, non corporalem, ſed ſpiritualem eſcam accipimus, can. in illo, de conſecr. diſt. 2.

Altaris ſacrificium nulla indignitate, vel malitia offerentium, inquinari poteſt, Conc. Trid. ſſ. 22. cap. 1. de ref.

in Altaris ſacrificio idem ille Chriſtus continetur, & incruentè immolatur, qui in ara crucis ſemel ſeipſum cruentè obtulit, Conc. Trident. ſſ. 22. cap. 2.

Altaris ſacrificium vere eſt propiciatorium, & per ipſum fit, vt ſi cum vero corde, & recta fide, cum metu, & reuerentia contriti, & pœnitentes ad Deum accedamus, miſericordiam conſequamur, & gratiam inueniamus in auxilio opportuno, ibid.

Altaris ſacrificii oblatione placatus Dominus gratiam & donum pœnitentiæ concedens, crimina & peccata etiam ingentia dimittit, ibid.

Altaris ſacrificium, non ſolum pro fidelium viuorum peccatis, pœnis, ſatisfactionibus, & aliis neceſſitatibus: ſed pro defunctis in Chriſto, nondum plene purgatis, rite iuxta Apoſtolorum traditionem offertur, d. cap. 2.

Altare per menſam, intelligitur apud D. Paulum, Concil. Trident. ſſ. 22. cap. 1. ad fi.

Altari ſeruiens, de altari viuere debet, cap. cum ſecundum, cap. extirpandæ 18. de præb. can. ex his, 1. q. 1.

Reliqua in verbo, Celebratio, Epiſcopus, n. 144. Conſecratio, 4. Locus 1. 2. Oratorium, Priuilegiatus 2.

ALTER, dictio, eſt nomen diuerſitatis, cap. ſi pro te 13. de reſcript. lib. 6.

Alterius odio, alius non debet prægrauari, gl. pe, in cap. cum in veteri 52. de electione, gl. pen. in cap. vel non eſt, de tempor. ordin. gl. fi. in cap. 1. Vt lite non conteſt. gl. feciſſe, in cap. nobis 27 de ſimonia, gl. damnoſum, in cap. ſicut tuis, de ſimonia, gl. domini, in cap. excommunicamus 1. §. moneantur de hæret. can. ſi compromiſſarius, §. porro de election. lib. 6. gl. fi. in can. 1. diſt. 70.

Alteri per alterum non debet iniqua conditio afferri, gl. pen. in cap. vel non eſt, de tempor. ordin. gl. commodo, in cap. quam ſit, de electione, lib. 6.

ad Alterum duorum quando quis tenetur, quod voluerit præſtando liberatur, gl. 1. in cap. 1. de proc.

Alteri per alterum ſtipulari, vel paciſci nemo poteſt, gl. 1. in cap. conſtitutis, eod.

in alterius odium, cum altero diſpenſandum eſt, gl. fi. in cap. ſi verò 8. de iureiur.

Alterius iuri numquam intelligitur in conceſſionibus derogari, niſi hoc exprimatur, gl. pe. in cap. dudum, 31. de decimis.

ex Alterius perſona conſequitur quis quandoque, quod ex propria perſona non poteſt obtinere, cap. authoritate, de conceſſione præbend. lib. 6.

Alter, pro alterius delicto quandoque punitur, gl. ipſorum, in cap. 1. de vſuris, lib. 6.

Alter, dictio, repetit eamdem qualitatem, clem. 2. & ibi gl. alteri, de rebus Eccleſ. non alien.

ex Alterius facto punitur quis, putà propter corruptionem vxoris, maritus repellitur ab ordinando, can. curandum, diſt. 34.

Alteri non debet facere quis, quod nollet ſibi fieri, can. ponderet, diſt. 50.

Alterius ſalutem nemo debet præferre propriæ fidei, gl. perſequendo, in can. primum 22. q. 2.

Reliqua vide in verbo, Factum 1. 3.

Digitized by Google

ALTERCATIONES dicuntur, verborum certamina, gl. altercationes, in proœmio clement.

Reliqua vide in verbo, Concertatio, Contentio.

ALTERNATIVA eſt duplex, ordinis, & præſtationis.
1 gl. forma, in cap. cum plures de offic. deleg. lib. 6.

Alternatiua dictio poſita inter plura diuerſa, non deſignat ordinem ipſorum, ſed ipſorum diſiunctionem tantum, & ita non ſemper eſt alternatiua ordinis, d. cap. cum plures.

Alternatiuum libellum poteſt actor formare, propter probabilem dubitationem, gl. durante, in cap. ſi is cui de officio deleg. lib. 6.

Alternatiua appellatio poteſt fieri propter probabile dubium, ibid.

Alternatiua vota, ſecundum canones, non valent, ibid.

Alternatiua appellatio poteſt fieri, quando dubitatur, an delegatus in totum ſubdelegauerit, vel in partem; & ſtat per iudicem, vel per partem, quod appellans certificari non poſſit: & tunc poteſt appellari alternatiue ita, *Appello ad ipſum delegatum ſubdelegantem, vel ad primum delegantem*, d. gl. durante, in add. marg.

ad Alternatiuam veritatem, ſufficit alteram partem eſſe veram, cap. inter cæteras de reſcript.

ſub Alternatione vel diſiunctione quando quis tenetur ad alterum duorum, quodcumque illorum voluerit præſtare, liberatur, gl. quodcumque, ibid.

Alternatiuus articulus admittitur, quando ex vtraque parte alternatiue concluditur intentio ponentis, cap. dudum, ibi *furtum vel rapinam* de elect.

Alternatiuus articulus admittitur, quando alternatiua ponitur inter ea quæ ſunt oppoſita, & ſic venit correctiue, vt *poſſeſſio, vel quaſi*, cap. in Geneſi, eod.

Alternatiua cum dictione *potius* iuncta, ſtat correctiue, cap. dilecti, de maior. & obedi.

in Alternatiuis electio eſt debitoris, gl. 1. in cap. 1. de procuratorib. gl. 1. in reg. contra eum, & reg. in alternatiuis de reg. iuris, lib. 6. gl. tranſeat, in extrauag. ſuſcepti regiminis, Ioan. 22.

Alternatiue obligatus, ad alterum duorum tantum non iuſte compellitur præciſe, cap. imperatorum, de iuramento calumn.

Alternatiue agens, vel quod reſcindatur vendicatio, vel quod
5 ſuppleatur iuſtum pretium, non adſtringitur ad probandum verum valorem rei: ſed ſatis eſt in genere probare deceptionem vltra dimidium iuſti pretii, cap. cum cauſa, 42. de teſtibus.

Alternatiue qui loquitur, non dicitur loqui ſimpliciter, ſed indeterminate, cap. is qui, 29. de elect. lib. 6.

in Alternatiuis diſpoſitionibus, illud eſt adimplendum, quod prius peruenerit ad caſum in diſpoſitione incluſum, cap. mandato, de præb. lib. 6.

In Alternatiuis diſpoſitionibus ſeruandus eſt ordo ſcripturæ, quando qualitas ſecunda iuncta alternatiuæ additur in defectum & ſubſidium primæ, ib.

in Alternatiuis, non ſemper eſt electio; ſed ordo ſcripturæ ſeruatur, gl. vel in parochiali, in cap. pe. de ſepultur. lib. 6. veluti ſi teſtator mandat dari aliquid liberis, aut his deficientibus, conſanguineis, aut affinibus; in his ſequendus eſt ordo, gl. 1. in cap. in alternatiuis 70. de reg. iuris, lib. 6.

in Alternatiuis electio eſt creditoris, quando debitor in eligendo eſt in mora, ibid.

Alternatiua demonſtrat, quod ſufficiat alterum illorum, gl. vel quorum, in clem. dudum, de iudiciis, gl. aut, & gl. vel Eccleſia, in clem. 1. §. 6. de conceſ. præb.

Alternatiue obligatus ad habitationem domus emptæ præſtandam, vel decem ſingulis annis ſemel vel pluries vnam de illis præſtando eligens, in reliquo non transfulit ius eligendi in creditorem: & ita variare poteſt, & ſoluere alios, gl. tranſeat, in extrauag. ſuſcepti regiminis, Ioan. 22.

Alternatiuæ obligationis natura eſt, quæ variantem admittit, ibid.

Reliqua vide in verbo, Articulus, Aut diſiunctiua, Pœna, 5. Prælatus 41. Seu.

in **ALTIOREM** locum ſublati cum aliqui conſpiciuntur, in eos, tanquam in ſpeculum, reliqui oculos conniciunt, ex eiſque ſumunt quod imitentur, Concil. Trident. ſſ. 22. cap. 1. de reform.

ALVARVS Hiſpanus, decretorum doctor, de bonis propriis, re & verbo diſpoſuit, cùm ingreſſus fuit ordinem minorum, gl. indicis, in cap. 2. de reg. l. 6.

ALVEVS dupliciter ſumitur; primo dicitur venter fluuiorum: ſecundo modo dicitur vas factum ad modum alvei fluuii, in quo lauantur pedes, carnes, & olera, gl. alueum, in clement. dudum, de ſepultur.

Alueus dicitur ab aluo, quod eſt quoddam ventris receptaculum, recipiens cibum, ibid.

AMARE non poteſt quis amplius, quàm Chriſtus, qui animam ſuam poſuit pro omnibus ſuis, gl. 1. in cap. de homicidio, in 6.

Amare coniugem debet ſapiens cum iudicio & diſcretione, non affectu capiendæ libidinis, can. origo 32. q. 4.

AMBASCIATORES debent eſſe homines magnæ authoritatis, ſaltem quando pro arduo negotio deſtinantur, cap. ad apoſtolicæ, de re iud. lib. 6.

Ambaſciatoribus dari debent capitula, quæ ſunt exponenda illis quibus deſtinantur, ibid.

AMBIGVITAS verborum quando eſt in iudiciis, ſi quidem circa litis exordium plus creditur actori quàm reo; poſteà in confeſſionibus vrgeri debet confitens vt certum confiteatur; alioquin id accipietur, quod magis expedit aduerſario, gl. ſi. in cap. ex literis de ſponſal.

Ambiguitas verborum quando eſt in contractibus vel pactis: ſi certum eſt quod conſenſerunt, tunc valet quod agitur; aut, quod non conſenſerunt, tunc non valet quod agitur, ibid.

Ambiguitas verborum quando eſt in contractibus, & dubitatur quid partes ſenſerint; tunc, ſi valet intellectus ſecundum vnam partem, commodius eſt id accipi, vt res, de qua agitur, magis valeat, quàm pereat; ſi valet intellectus ſecundum vtramque partem, tunc debet accipi id, quod veriſimilius eſt, & quod quandoque conſueuit accidere, gl. ſi. in cap. ex literis, de ſponſalib.

Ambiguitas verborum quando eſt in contractibus vel pactis, fit interpretatio contra eum, qui pactum appoſuit, qui debuit pactum apertius apponere: & ſecundum promiſſorem fit interpretatio, quam liberum fuit ſtipulatori verba late concipere, ibid.

Ambiguitas vel obſcuritas ſi ſit in iudiciis, fit interpretatio pro proferente, quia debitor ſemper negaret ſe de hoc ſenſiſſe, gl. 1. in reg. contra eum de reg. iuris, in 6.

Ambiguitas ſi ſit in probationibus, interpretamur contra producentem: debent enim probationes eſſe claræ, ſaluo eo quod interdum poſſint teſtes obſcure deponentes iterum interrogari, d. gl. 1. in reg. contra eum, 57. de reg. iur. lib. 6.

Ambiguitas triplex eſt, iuris, facti, & perſonæ, gl. ambiguitatis, in proœm. clementinarum, gl. 1. in can. habuiſſe, diſt. 33.

Ambiguitates, ex quibus poſſent Eccleſiis damnoſa diſpendia prouenire, tollere debet Papa, extrauag. ad onus, Ioan. 22.

Ambiguitas iuris vbi eſt, ibi de ſimilibus ad ſimilia proceditur, gl. 1. in cap. habuiſſe, diſt. 33.

Ambiguitas facti vbi eſt, tunc numquam eſt ferenda ſententia in alicuius præiudicium; ſed ſi nulli fiat præiudicium, vt in baptiſmo, conſecratione, vel ordinatione, tunc in dubio bene fertur ſententia vt baptizetur, vel conſecretur Eccleſia, aut de nouo ordinetur: quandoque tamen dubitatur de facto, & fertur ſententia in præiudicium alterius, propter periculum animæ, ibid.

Ambiguitas perſonæ vbi eſt, ſed factum eſt certum, tunc bene fertur certa ſententia, ibid.

Reliqua in verbo, Dubitare, Dubium.

AMBIGVA intentione ſi quis vſus ſit, quod ei vtilius eſt debet accipere, gl. 2. in cap. quoniam Abbas, 14. de officio deleg.

in Ambigua oratione, ſpectatur ſententia eius, qui eam protulit, gl. 2. in cap. cum clamor. 53. de teſtib.

Ambiguum dicitur, vbi opiniones ſunt, & iura videntur varia, gl. 1. in cap. de iudiciis, lib. 6.

Ambiguum dicitur ab ambigo, quod componitur ab am, quod quod eſt circum, & ago interpoſito b, quaſi circum agor & voluor, d. gl. 1. in add.

Ambigua verba priuilegiorum declarare ſpectat ad Papam ſolum, à quo emanarunt, cap. 2. de decimis, lib. 6.

Ambiguam orationem actoris, in principio litis, in ſui vtilitatem interpretamur, gl. 2. in cap. cum ſunt 81. de reg. iur. in 6.

in Ambiguis ſtatur animo proferentis, quod verum eſt in teſtamentis, reſcriptis, & legibus: ſecus in contractibus, gl. 1. in reg. contra eum, eod.

Reliqua in verbo, Dubium, Obſcurum.

AMBIENTES officia, & dignitates habentia iuriſdictiones vel adminiſtrationem, interuenientes, vel promiſſa pecunia, vel re aliqua, incurrunt pœnam confiſcationis omnium bonorum, degradationis, & amiſſionis priuilegii, & doctoratus, & quorumcumque officiorum per eum obtentorum, extrauag. etſi Romani Pontificis cuſtodia, Pii quinti.

in Ambientes pœnis ſtatutæ extenduntur ad mediatores, extrauag. cum nuper ne ordo, Pii quinti.

AMBITIO, idem eſt, quod aſpiratio, & anhelatio ad dignitatem, vel beneficium, gl. ambitio, in extrauag. execrabilis, Ioann. 22.

Ambitio, niſi ad actum realem proceſſerit, ſola pœnitentia tollitur, ibid.

Ambitio eſt execrabilis, d. extrauag. execrabilis.

Ambitio ſemper plus ambiens eo magis fit inſatiabilis, quo ſibi magis indulgetur, ibid.

Ambitio quæ circa ſpiritualia verſatur, dicitur execrabilis, d. extrauag. execrabilis, & ibi gl. 1.

Ambitio, tam circa ſpiritualia, quàm circa temporalia, eſt vitanda, cum dicatur radix omnium malorum, d. gl. 1.

Ambitio quemlibet repellit à dignitatibus, gl. 1. in ſi. in cap. officii 38. de elect.

Ambitione peruenientes ad dignitates, notari ſolent ambitus, ibid.

Ambitione prælaturæ inductus ad Monacharum, vel clericatum,

non poteſt eligi de iure ad aliquam Prælaturam, d. cap. officil.

Ambitionis præſumptio eſt contra obtinentes plures Eccleſias contra ſacrorum canonum inſtituta, cap. quia in tantum, de præbend.

Ambitio, ſola pœnitentia purgatur ſine renunciatione, gl. fi. in cap. fi. de ſimonia.

Ambitionis vitium repellit quem à promotione, cap. quorumdam, 24. de elect. lib. 6.

Ambitionis vitium excæcat oculos mentis, ibid.

Ambitionis materia, maxime in religioſis, eſt tollenda, clem. fi. de elect.

Ambitio ſæpe religioſorum oculos excæcat, gl. ambitionis, ibid.

Ambitio creat diſcordias, & ſchiſmata; educit euagationem, & diſſolutionem, clem. vt profeſſores, de regularib.

Ambitio & importunitas quorumdam religioſorum, & ſecularium clericorum, ſuper obtinendis pluribus beneficiis diſpenſatiue (qui inſufficientes quandoque erant pro vno) in diuerſis locis, & regnis, & aliis locis diſtantibus, tanquam execrabilis eſt reiicienda, extrau. execrabilis de præb. inter comm.

Ambitio Monachorum, tanto damnabilior eſt, quanto ipſi mittendo manum ad aratrum, reſpiciendoque retro, in ipſis auaritiæ appetitus accenditur: & ideo plus eſt compeſcenda, quam aliorum, gl. perpetuos, ibid.

Ambitio, magis quàm deuotio, limina Apoſtolorum terit ſecundum D. Bernardum, gl. confitentibus, col. 2. in extrauag. antiquorum, de pœnitent. & remiſ. inter communes.

Ambitio & affectio ſuſpicionem inducit: quod tamen neceſſitas excuſat. can. infames, §. 1. 3. q. 7.

AMBITIOSVS differt à cupido, gl. 1. in add. in cap. auaritiæ de electione, lib. 6.

Ambitioſis, non tam iucundum eſt multos videre poſt ſe, quam graue aliquem ante ſe, gl. ambitio, ibid.

Ambitioſus dicitur ille, qui facit ſe promoueri ad dignitatem, qua non eſt dignus, can. qui Eccleſiaſticis, diſt. 36.

Ambitioſus præſumitur, qui tranſit authoritate ſua, de loco ignobili, ad nobilem, can. Epiſcopus de loco, 7. q. 1.

Ambitioſè præſumitur obtentum, quod obtentum eſt contra ius, gl. fi. in cap. fi. de tranſlat. Epiſcoporum.

Ambitioſe loquens de minimis, peccat. gl. pe. in can. multi, diſt. 40.

Reliqua vide in verbo, Alienum, Cupiditas, Auaritia, Importunitas.

AMBROSIVS nondum baptizatus, fuit electus Epiſcopus Mediolanenſis a Synodo congregata, can. Valentinianus, diſt. 63.

Reliqua vide in verbo, Auguſtinus.

AMEN idem eſt, quod ſine defectu, quandoque idem ſonat, quod fiat, gl. amen, in cap. etſi Chriſtus de iureiurando.

AMENS ſi fuerit baptizatus, recipit characterem baptiſmi, ſi prius habuit propoſitum baptizandi; aliàs non, gl. 2. in can. de Iudæis, diſt. 45.

Amens ſi quis non fuerit à natiuitate, & creditur eſſe in peccato mortali, non eſt ei dandum corpus Chriſti, gl. fi. in can. qui recedunt, 26 q. 6.

Amentibus ſunt conferenda quæcumque pietatis ſunt: & ita amentes à natiuitate poſſunt baptizari, d. cap. qui recedunt, & ibi gl. fi.

Reliqua vide in verbo, Furioſus, Fatuus.

AMICVS non poteſt eſſe teſtis, gl. 1. in ſumma 3. q. 5.

Amicos habere qui diligunt, licet non ſint ornati verbis, vel veſtibus, potius eſt appetendum, quàm habere ornatos, qui tamen non ſunt eis vtiles, can. ſedulo, diſt. 38.

Amicus non dicitur omnis qui parcit; neque inimicus omnis qui verberat. can. 2. 5. q. 5. & can. nimium, §. 1. 23. q. 4.

Amici vulnera meliora ſunt, quàm oſcula voluntaria inimici, ibid.

Amici commiſſum ſibi celat ille, qui fidelis eſt, can. fi. 5. q. 5.

Amicos facere de mammona iniquitatis, id eſt de pecunia, quæ per ſolicitudinem eſt quæſita, gl. ſed per iniquitatem, in can. dilectiſſimis 12. q. 1.

Reliqua vide in verbo, Teſtis, 34. vſque 37. Inimicus, Inimicitia, Suſpectus,

AMITTERE dicitur quis quandoque id, quod numquam habuit, gl. fi. in can. quorumdam, diſt. 23.

Amittere debet, quod habet ille, qui accepit, quod non erat ſibi conceſſum, can. ſic decet 25. q. 2.

Amittere ſacerdotalem vnctionem dicitur, qui merito ſuæ vitæ in ſacerdotem electus fuerit, & interim electionem ſuam caſſari meruit, can. ſi quippe, §. ſic qui, 27. q. 2.

Amiſſas res per violentiam probat quis per proprium iuramentum, cap. fi. de his, quæ vi metuſve cauſ.

Reliqua vide in verbo, Iuramentum 23. Perdere,

AMOR illicitus præcedens, non tollit liberum conſenſum in matrimonio contrahendo, cap. veniens, 13. de ſponſalib.

Amor, numquam vacat in anima amantis; immò quantumuis ibi delectationibus magis abundet, magis accenditur & cremat, gl. inſatiabilis, in extrauag. execrabilis, de præbend. inter commun.

Reliqua vide in verbo, Charitas.

AMVSSIS eſt inſtrumentum plumbeum, cum quo rectificantur parietes, vel plumbantur, gl. 2. in can. nos incompetenter, 2. q. 7.

ANASTASIVS ſecundus, à Deo reprobatus, nutu diuino percuſſus eſt, can. Anaſtaſius, diſt. 19.

ANATHEMA eſt mucro Epiſcopi, gl. Archidiaconatum, in cap. cum in cunctis, §. inferiora, de electione, gl. ſede vacante, in cap. 1. de ſchiſmaticis, lib. 6 clem. 1. de pœnis.

Anathema, eſt ſolemnis excommunicatio: & eſt idem quod ſuperna perditio, ſeu maledictio: & dicitur ab ana, quod eſt ſurſum, & thema, quædam figura quaſi rotunda, habente telum quaſi ex tranſuerſo, quæ conſueuit poni in frontibus damnatorum, gl. anathematizamus, in extrauag. excommunicamus, de ſententia excommunicat. inter communes.

Anathema eſt maior excommunicatio, gl. 1. in can. Engeltrudam 3. q. 4.

Anathema non imponitur, niſi pro mortali crimine, can. nemo Epiſcoporum, 11. q. 3.

Anathema, eſt ſignum, vel cauſa æternæ damnationis, ibid.

Anathema nihil aliud ſignificat, quam ſeparationem à Deo, can. certum eſt, 24. q. 3.

Anathematizare poteſt Epiſcopus aliquem, inconſulto Metropolitano: immò quilibet ſacerdos inſcio Epiſcopo, gl. ſingulis, in can. 29. q. 3.

Reliqua vide in verbo, Cenſura, Excommunicatio.

ANCILLA cum domino contrahens matrimonium, efficitur libera, gl. 1. in can. ſi quis viduam, diſt. 34.

Ancillæ dominus, ſi eam tamquam liberam tradat in vxorem alicui libero; eo ipſo intelligitur dediſſe libertatem, gl. fi. in cap. fi. de coniugio ſeruo.

Ancillam in matrimonio ſuſceptam, non licet dimittere viro, can. ſi quis liber 29. q. 2.

Ancillam ignoranter ductam in vxorem, etiam poſt manumiſſionem poteſt liber dimittere; niſi dominus eius tempore contractus matrimonii, ſciebat contrahi, & tacuit, quia eo ipſo intelligitur dediſſe libertatem, gl. 1. in can. ſi quis ingenuus, 29. q. 2.

Ancillam ſuam contrahere matrimonium, eo ipſo quod quis permittit, rapitur ipſa in libertatem, gl. fi. in can. dicat 32. q. 4.

ANFRACTVS dicuntur viæ aſperæ, plenæ diuerticulis, circumfractionibus, & ruinis; ſic dicti, quia vndique franguntur, gl. anfractus, in clem. dudum de ſepultur.

ANGARIAE dicuntur perſonalia obſequia propriis ſumptibus præſtita: Parangariæ, vbi perſona ſeruit ſumptibus alienis, gl. angariis, in cap. non minus, de immunit. Eccleſiæ.

Angariis publicis vel ſecularibus non debent fatigari clerici, nec ſerui Eccleſiarum, nec clericorum, à iudicibus ſæcularibus, can. Eccleſiarum, 12. q. 2.

in Angariis publicis fatigans clericum, vel ſeruum Eccleſiæ, vel clerici, debet à communione priuari, ibid.

Reliqua vide in verbo, Onus, obſequium, Pelagia. Seruitium, Procuratio.

ANGELVS habet naturam ſpiritualem tantum, cap. firmiter, de ſumma Trinitate.

Angelus ſathanæ, frequenter in lucis Angelum ſe transformat, gl. Angelicæ, in extrauag. Sancta Romana, Ioann. 22.

Angelus factus fuit malus, propter liberum arbitrium, can. qui Epiſcopis, diſt. 23.

Angelus habet liberum arbitrium; ſed illud eſt tantum ad bonum, gl. non per conditionem, ibid.

Angeli non fuerunt ex traduce id eſt ex præiacente materia, gl. ex traduce, in can. citius, de pœnitentia, diſt. 2.

Angelus, poſt creationem ſtatim fuit capax rationis; ſed homo non, donec ſit adultus, gl. ſimilis, ibid.

Angelorum ordines ſunt nouem, Angeli, Archangeli, Throni, Dominationes, Virtutes, Principatus, Poteſtates, Cherubim, & Seraphim, can. principium, §. nouem, de pœnitentia, diſt. 2.

Angeli primus motus ad malum fuit ex proprio libertatis arbitrio: nam in libero arbitrio fuit quædam libertas, & ex illa libertate cecidit in malum, gl. ſuo vitio, in can. citius de pœnitentia, diſt. 2.

Angelorum decimus ordo totus non cecidit; ſed ceciderunt tot qui ſufficiebant ad decimum ordinem perficiendum, gl. 2. in can. hi duo, de conſecrat. diſt. 2.

Angelica creatura, & mundana id eſt bruta, prius fuit creata, quàm humana; quia homines creauit Deus ſexta die, cap. firmiter, & ibi gl. humanam de ſumma Trinitate.

ANGLICI, Normani, & Poloni fortiter bibunt, ne eorum anima in ſicco habitet, gl. fi. in can. Moyſes 32. q. 2.

Anglicis fuit datum priuilegium propter nouitatem, vt coniungerentur in quarto gradu, gl. ex tempore, in can. ſciendum, diſt. 28.

Reliqua vide in verbo, Britannia.

ANGVLVS vbi eſt, ibi ſordes, gl. & tonſuram, in clem. 2. de vita & honeſtat. cler.

Anima in genere, a n. 1.
Animarum cura, a n. 3.

ANIMA dicitur alligari per peccatum, cap. ſi. de conſuetud.
1 Animæ ſubſtantia ſimplex eſt, gl. ſimplex, in cap. firmiter de ſumma Trinitate.
in Anima tria inſunt, intellectus qui præconcipit; ratio quæ diſcernit; & memoria quæ conſeruat, ibid.
Animarum periculis occurrendum eſt, cap. ne pro defectu 41. de electione, cap. ſi. de conſtitutione, lib. 6.
Animæ ſunt pretioſiores cunctis aliis rebus, & corporibus, gl. 1. in cap. pe. de ætate, & qualit. cap. cum infirmitas, de pœnit. & remiſ.
Anima habet ſedem principaliter in corde, gl. iniungitur, in cap. 1. de ſacra vnctione.
de Animæ facto vbi agitur, ſequendum eſt quod certius eſt, gl. annum, in add. in cap. 1. de re iud. lib. 6.
Anima, cibo ſpirituali nutritur, gl. reficiat. in cap. 2. de immunit. Eccleſ. lib. 6.
Animas prius, deinde linguas oportet fieri eruditas, gl. 1. in reg. contra eum 51. de reg. iur. lib. 6.
Anima non infunditur, niſi organizato embrione, & bene habilitato ad ipſam recipiendam; à quadrageſimo vel octuageſimo die à conceptione embrionis, gl. ſemel. in clem. 1. de ſumma Trinitate.
Anima eſt triplex, ſenſitiua, vegetatiua, & intellectiua, gl. intellectiuæ, in d. clem. 1. §. porro.
Anima ſenſitiua, qua ſentimus per ſenſus corporeos, certum eſt corrumpitur corpore corrupto, in qua communicamus brutis, ibid.
Anima vegetatiua eſt qua vegetamur, nutrimur, & augmentum ſumimus: in qua communicamus plantis, ibid.
Anima rationalis, eſt forma corporis humani, ibid.
Animæ, quæ ſunt in purgatorio, ſunt Dei iudicio reſeruatæ: proſunt tamen eis ſuffragia viuorum, gl. mendaciter, in clem. 2. §. ad hæc de pœnitentia & remiſſione.
Animæ, & ipſarum iura, ſunt cunctis rebus præferendæ, gl. animas, in extrauag. execrabilis, Ioan. 22.
Animarum periculis ſpecialiter occurrendum eſt, gl. periculis, in extrauag. ſi fratrum, Ioan. 22. gl. animarum, in extrauag.
2 antiquæ, Ioan. 22. extrauag. ex debito de electione, inter communes, cap. 1. de ſepultur. lib. 6.
ad Animarum ſalutem princeps Eccleſiæ anhelat. gl. ſaluti, in extrauag. dierum, Ioan. 22. gl. periculis in extrau. execrabilis, Io. 22.
Anima, de rebus mundanis non poteſt ſatiari naturaliter, gl. inſatiabilis, in extrauag. execrabilis de præbend. inter communes.
Anima beata tunc ſatiabitur, cùm ſibi apparuerit gloria Dei, ibid.
Animæ quanto ſunt pretioſiores corporibus, tanto magis eſt amarior earum iactura, gl. animarum, ibid.
Anima viuit verbo Dei, gl. pabulo, in extrauag. vas electionis, de cenſibus, inter communes.
Animæ vtilitas, præferenda eſt vtilitati corporis, can. ſedulo, diſt. 38.
Animam non locus, ſed gratia ſaluat, can. quælibet, diſt. 40.
Anima quandoque ponitur pro homine, gl. caput, in can. verum 18. 1. q. 1.
Anima ſine virtutibus corruit, gl. ſi. in can. ò Propheta, 80. 1. q. 1.
pro Animæ vita conſeruanda, mors carnis non eſt timenda, can. non ſolum, 11. q. 3.
Animæ vis eſt duplex: vna eſt vis iraſcibilis, alia concupiſcibilis: per vim concupiſcibilem appetimus aliquid, & per vim iraſcibilem deteſtamur aliquid, gl. quod propterea, in ſumma 15. q. 1.
Anima quæ peccauerit, ipſa morietur, in ſumma 24. q. 3.
Anima non infunditur, antequam fœtus habeat lineamenta corporis, gl. nec animatum, in can. quod vero 32. q. 2.
Animas nouas quotidie creat Deus, & infundit nouis corporibus: & infundendo creat, & creando infundit, gl. nec animatum, in can. Moyſes 32. q. 2.
Anima à contagione munda, caro non peccat: can. non poteſt, 32. q. 5.
Anima alio modo ſociatur, quàm corpus, gl. 1. in can. reſuſcitatus, de pœnitentia, diſt. 1.
Anima plus ſimilitudinis habet cum Deo, quàm corpus: quia corpus ſola eſt eſſentia ſimile Deo, anima vero in pluribus, putà eſſentia & rationabilitate, gl. diſſimilius, in can. adhuc de pœnitentia, diſt. 3.
Animæ ſanctorum nihil expurgabile habentes, ſtatim vt diſcedunt, cernunt faciem Dei, ante iudicii diem, extrauag. Benedictus Deus, Benedicti 12.
Animam rationabilem eſſe mortalem aſſerere, eſt hæreticum, extrauag. Apoſtolicæ regiminis, Leonis decimi.

Reliqua vide in verbo, Corpus 4. Defunctorum, 1. Otium.

ANIMARVM cura, & regimen eſt ars artium, cap. pe. de ætate, & qualitate, gl. animarum, in cap. 1. de præbend. lib. 6. & gl. 1. in cap. cum in illis gl. examinandi, in cap. 1. §. illum, de verborum ſignificatione, lib. 6. can. Petrus, diſt. 39.
ad Animarum curam ſi quis fuerit electus, is, ad quem pertinet confirmatio, diligenter debet examinare electionis proceſſum, & perſonam electam, & ſi fuerit electio canonica, confirmabit eam, can. nihil, 44. de electione.
ad Animarum curam indignum electum, ſi Prælatus confirmauerit per negligentiam, is perdit poteſtatem confirmandi primum ſucceſſorem, & à perceptione proprii beneficii ſuſpenditur, & promotus deiicitur, ſed ſi per malitiam eum confirmauerit, grauiori pœna punitur, ibid.
ad Animarum regimen promoto, tria ſunt neceſſaria, ſcilicet ſcientia, vitæ honeſtas, & ætas legitima, ibid.
ad Animarum curam electi, ſi ſint vltra Italiam, poſſunt ante confirmationem adminiſtrare, ſi eorum electio fuerit facta in concordia, & ſint ſine medio ſubiecti Romano Pontifici, ibid.
ad Animarum curam electi, ſi fuerint exempti immediate ſubiecti Papæ, tenentur petere confirmationem electionis à ſolo Papa, ibid.
Anima eſt pretioſior corpore, gl. animarum, in cap. 1. de præbend. lib. 6. gl. ſi. in clem. 2. de procuratoribus.
Animæ ſunt à Deo commiſſæ Papæ, extrauag. & ſi Dominici, de pænitent. & remiſ. inter communes.
Animarum ſaluti maxime expedit, à dignis, & idoneis parochis eas gubernari, Concil. Trid. ſſ. 24. cap. 18. de reformat.

Reliqua vide in verbo, Cura, Curatus, Sacerdos, 27. vſque 31. Parochialis, Periculum, Epiſcopus, 117. 118. 119. Religioſus, 21.

ANIMAL irrationale, ſi fecerit aliquod damnum, vel in re, vel in perſona, dominus tenetur in ſolidum, ſi ſciebat ipſum damnoſum, & non cuſtodiuit, ſed ſi animal non erat damnoſum, & damnum dedit ſine culpa domini, dominus non tenetur in ſolidum, ſed dando illud liberatur, cap. 3. & ibi gl. 1. de iniuriis.
Animal alicuius ſi aggreſſum ſit alterius animal, & occidit, tenetur eius dominus ad æſtimationem animalis occiſi, vel ipſum dare pro noxa, ſecùs ſi animal aggrediens mortuus fuiſſet, quo caſu non tenetur, gl. ſi. ibid.
Animalia ſua non licet alicui immittere ad depaſcenda aliena, quod intellige, quando dat damnum, ſecùs ſi non daret damnum, cap. 4. eod.
Animal vicini deprehenſum pauperiem faciens in agro meo, poſſum expellere, ſed non includere tanquam meum, cùm ad damni æſtimationem dominum conuenire poſſim, gl. 1. 16.
Animal, vel quilibet quadrupes, ſi dederit damnum, eius dominus tenetur ad æſtimationem, quia non cuſtodiuit animalia ſua, vel poterit dare ipſum animal pro noxa, gl. animalia, in cap. ſi. eod.
Animalia quæ contra naturam mouentur, veluti ſi bos cornu petere ſolitus ſit, vel equus calcitroſus, damnum dederint, dando illa pro noxa liberatur eorum dominus, ibid.
Animalia quæ naturali ſua feritate dederunt damnum, tenetur dominus illorum ad æſtimationem damni, nec liberatur dando illa pro damno, quia non adhibuit diligentiam quam debuit, gl. animalia, ibid.
Animal, quod ſua feritate aufugiens, damnum dedit, non poteſt dominus quoudam conueniri, quia deſinit eſſe dominus, ibid.
Animalia fera non debent teneri in publico, vbi publicum iter eſt, gl. pe. ibid.
Animalia fera ſi teneantur in publico, & damnum dederint, tenetur dominus in duplum, & nihilominus tenetur actione de pauperie, gl. non curaſſi, ibid.
Animal nullum æque ſentit odorem hominis, ſicut anſer. gl. omnia, in clem. 1. de reliquiis, & vener.
Animalia interfici iubentur, non ratione delicti, ſed quia facti memoriam refricant, can. firmiſſime, 15. q. 1.
Animal brutum, & quod mulier vel vir acceſſit, debet interfici propter facti memoriam, can. mulier, 15. q. 1.
Animalia immunda dicebantur in lege, quæ non ruminabant, vt porci, & quæ non habebant vngulas fiſſas, vt equi, & in natantibus, quæ non habebant ſquamas, gl. immunda, in can. nuptiæ, 32. q. 1.
Animalia munda fuerunt ingreſſa in arcam Noe ſub numero impari, vt ex illis poſſet aliquod offerri, vbi tamen paritas eſſet, ibi non poterat diuidere maſculum à fœmina, gl. ſi. ibid.

Reliqua vide in verbo, Armentum, Grex. Pauperies.

ANIMATVM fœtum ſi quis interficiat, capite puniri debet, ſi vero non animatum, ſi nobilis, parte bonorum amiſſa relegatur, ſi eſt ignobilis damnatur in metallum, gl. 1. in can. Moyſes, 32. q. 2.
Animatæ rei ratio, eſt diuerſa ab inanimata, can. Epiſcopus, 7. q. 1.

Reliqua vide in verbo, Abortiuus.

ANI-

ANIMVS delinquentis punitur, non opus, gl. 2. in cap. cum voluntate, 54. de ſententia excommun.

Animi exercitium non datur priuato animi habitu, & ſic infans non habens affectionem, cap. 3. de corpore vitiat.

Animum nocendi habens, ſi ad actum exteriorem peruenit, tenetur, licet effectus non fuerit ſubſequutus, cap. 1. de præſump.

ab Animo noſtro quæ dependent, noſtro iuramento ſtandum eſt, gl. ſi eſt ita, in cap. ſignificaſti, 16. de homicidio.

ab Animo alicuius quæ dependent, poſſunt probari per coniecturas, & extrinſecus, cap. pe. §. ſecus, de procuratoribus, lib. 6.

Animum mutare alicui non poteſt quis, ſed manus comprimere recte poteſt, gl. corrigere, in clem. 2. de hæreticis.

Animo ſolo committitur, ſecundum canones, adulterium, periurium, furtum, & alia crimina, ſed non ſecundum leges, gl. ſtudioſa, in can. qui viderit, 32. q. 5.

Reliqua vide in verbo, Affectus, Conatus, Attentatio.

ANIMOSITAS ſumitur quandoque in bonam partem, quandoque in malam, gl. ſi. in can. quiſquis, diſt. 86.

ANNALIA dicuntur, emolumenta quæ per annum à beneficiis percipiuntur, gl. annalia, in extrauag. ſuſcepti, Ioan. 22.

Annalium perceptio multis iuribus poteſt competere, puta conſuetudine, ſtatuto, & priuilegio, extrauag. cohibita, de priuileg. inter communes.

ANNATA, non ſoluitur de beneficiis, quorum fructus non excedunt viginti quatuor florenos auri de camera, extrauag. ad ſacram Petri, Nicolai quinti.

Annatæ quorumcumque beneficiorum, ſeu medii fructus, ſolui debent iuxta taxam ſolitam, à tempore poſſeſſionis intra annum, ibid.

Annatæ, de Eccleſiis cathedralibus omnibus, & de monaſteriis virorum dumtaxat, in partibus Germaniæ vacantibus, ſolui debent de fructibus primi anni, à die vacationis iuxta taxam in libris cameræ Apoſtolicæ ſtatutam, ibid.

Annatis aliquæ de Eccleſiis Cathedralibus, & monaſteriis virorum ſtatutis in libris cameræ Apoſtolicæ, ſi fuerint exceſſiuæ, debet prouideri in grauatis regionibus ſecundum qualitatem rerum, & temporum, ac regionum, ne nimium grauentur, & habita de hoc cognitione retaxari poſſunt, ibid.

Annatæ Eccleſiarum cathedralium, ſeu monaſteriorum Germaniæ, pro media parte infra annum à die habitæ poſſeſſionis, vel maioris partis ſolui debent, & pro alia dimidia infra annum ſequentem, ibid.

Annatis Eccleſiarum cathedralium, ſeu monaſteriorum, & quorumcumque beneficiorum infra annum, bis vel pluries vacantium, ſemel tantum ſolui debent, nec debitum huiuſmodi, in ſucceſſorem, in Eccleſia, vel monaſterio tranſit, ibid.

Annata debet ſolui ſingulis quindecim annis, de beneficiis quæ vnita ſunt piis locis, & de cætero non ſunt vacantia, alias poſſunt impetrari, extrauag. decet Romanum. Pauli ſecundi, confirmata per extrauag. ex debito paſtoralis, Iulii ſecundi.

Annatas beneficiorum non ſoluentes debitis temporibus Reuerendæ Cameræ, ſunt excommunicati, & ipſo facto, omnibus beneficiis quæ ipſi poſſident, ſunt priuati, & illa poſſunt per quoſcumque libere impetrari, extrauag. Apoſtolicæ cameræ, Innoc. 8.

Annata non debetur ex beneficiorum penſionibus, non excedentibus annuum valorem viginti quatuor ducatorum extrauag. cum ſicut, Clementis 7.

Annatas, pro vnionibus beneficiorum, de quindennio in quindennium non ſoluentes, tenentur cameræ Apoſtolicæ ad reſtitutionem fructuum, & redituum beneficiorum vnitorum, extrauag. cum ſicut non ſine, Iulii tertii.

ANNECTI, vel adiungi dicitur res alteri, ſi ſit continuatio reſpectu numeri, licet non colligetur illi, §. quem librum, in procem, lib. 6.

ANNEXIONIS iure, conſequitur quis id, quod principaliter obtinere non poſſet, cap. quia ſæpe, 15. de præbend. lib. 6.

in Annexo idem iuris eſt, quod in principali, clem. diſpendioſam, & ibi gl. quoquomodo tangentibus, de iudiciis,

Reliqua vide in verbo, Connexa.

ANNIVERSARIVM dicitur, quod pro defuncto fit, anno reuoluto à die mortis ſuæ, gl. 1. in cap. cum creatura, de celebra. miſſar.

Anniuerſarium dicitur etiam officium, quod fit quotidie pro defunctis, quod facere debent ſacerdotes, ibid.

Anniuerſaria ſolemnitas conſecrationis, vel electionis Epiſcopi, hodie non celebratur neque obſeruatur, niſi tantum in Papa, cuius anniuerſaria ſolemnitas ſingulis annis celebratur, gl. 1. in can. ſolemnitas, de conſecrat. diſt. 1.

ANNOTATIO dicitur ſcriptura quam imperator proprio animi motu facit de aliquo negotio, nemine rogante. gl. annotatio, in can. dicenti, §. 1. 25. q. 2.

ANNVS cœptus habetur pro completo in decurionibus, & qui rempub. adminiſtrant, qui admittuntur poſt 25. annum cœptum, cap. cum vigeſimum, & ibi gl. 1. de officio deleg.

Annus cœptus non habetur pro completo in delegato, quem oportet habere viginti annos completos, vt detur; ibid.

Annus completus requiritur in Epiſcopo, ſpeciali iure, & ſic in Epiſcopo requiritur triceſimus annus completus, ſed in aliis inferioribus dignitatibus, ſufficit attingere legitimum annum, gl. exegerit, in cap. cum in cunctis, 7. de electione.

Anni tranſcurſus, in excommunicatione perſiſtendo conſtituit aliquem hæreticum, gl. ſi. in cap. pe. de dolo, & contum.

Anni tranſcurſus priuat aliquem ſtipendio, ſi tanto tempore ſteterit excommunicatus, ibid.

Anni Domini computantur à natiuitate, & eſt rectior, & receptior computatio, quàm ab incarnatione, gl. in dictionis, in cap. inter dilectos, de fide inſtrum.

Annus cœptus non habetur pro completo in profeſſione religionis, ſed oportet quod annus xiii. ſit completus, gl. 2. in cap. ad noſtram, de regularib.

Annus cœptus habetur pro completo in dignitatibus, quia in illis conſideratur fauor, fallit in Epiſcopo, ibid.

Annus probationis, fuit inſtitutus in fauorem conuerſi, ſeu fragilitatis humanæ, vt prius quis experiatur vires ſuas, & aſperitates monaſterii, ne inconſulte ſe inuinculet; item in fauorem monaſterii, vt monaſterium experiatur mores illius, cap. ad Apoſtolicam, de regularibus, & cap. 2. de regularibus, lib. 6.

Annus ſuſpenſionis, in quem incurrit iudex male iudicans, ſi fuerit biſſextilis, 366. dies continebit, gl. annum, & ibi add. in cap. 1. de re iudi. lib. 6.

Annus ſolaris, habet 365. dies, & ſex horas, & ſic, quatuor anni habent vltra præfatum numerum dierum, viginti quatuor horas, quæ conſtituunt vnum diem, qui ſuperabundat omni quarto anno. Et dicitur biſſextus, quia bis ſedetur, & ſtatur in una littera calendarii, & hi duo dies pro vno computantur, & interſeritur quinto die exeunte Februario, hoc eſt ſexto calendas Martii, & ſequenti die debet celebrari vigilia D. Mathiæ, gl. pe. in cap. quæſiuit, 14. §. 2. de verb. ſignif.

Annus computatur quod ſit 365., & ſi ſit Biſſextus, illi duo dies cedunt ſibi, & computantur, pro vno die: in pœnis, vel odioſis ſecus eſt, gl. primi anni, in cap. ſi propter, 26. de reſcript. lib. 6.

Annus dicitur breue tempus, poſt annum dicitur longum, vel vetus, gl. breuiari, in cap. 2. de vita, & honeſtate clericorum.

Annus datus ad promotionem ſacerdotii, promoto ad Parochialem Eccleſiam non debet auferri, gl. 2. in reg. indultum, de regulis iuris, in 6.

Annorum computationem quidam inchoant à Natiuitate Domini, alii à Circumciſione, alii ab incarnatione, alii octauo calendas Octobris, ſicut ſiebat ante aduentum Chriſti, gl. Pontificatus, in add. in data, lib. 6. gl. ex tempore, in clem. 1. de ſumma Trinitate.

Annus cœptus habetur pro completo, gl. in decimo octauo, in clem. ſi. de ætate, & qualit. clem. 2. de hæreticis.

Annus antiquitus habebat decem dumtaxat menſes vſque ad tempus Numæ Pompilii, & incipiebat à Martio, & tunc correcto anno ſecundum curſum ſolis redeuntis in fine anni ad eumdem punctum, additi fuerunt duo menſes, ſcilicet Ianuarius, & Februarius. Sed deinde propter ſex horas quæ ſupererant, oportuit ſingulis quatuor annis addi diem Biſſextilem, gl. certam diem, in clem. 1. de reliquiis, & veneratione.

Anni computandi, & incipiendi ſunt à Natiuitate Domini, id eſt ab ipſo die Natiuitatis Ieſu Chriſti, & non à die Circunciſionis, ſecundum curſum curiæ Romanæ, gl. ſi. in clem. vas electionis, de cenſib.

Annus Incarnationis ſecundum curſum Angliæ, & Franciæ, non incipit poſt annum Natiuitatis, ſicut ſecundum curſum curiæ Romanæ: ſed poſt menſem Martii currunt ſub eodem numero tam annus à Natiuitate præcedens, quam ſequens annus incarnationis, ibid.

Annus Iubilæus Typicus veterum Iubilæum figurauit, gl. confitentibus, in 2. col. in extrauag. Antiquorum de pœnit. & remiſ. inter communes.

Annus iubilæus non ſine cauſa fuit centeſimo quoque anno, ibid.

Annus quinquageſimus, erat annus Iubilæus in Leuitico, in quo ſecundum legis præceptum, clangebant tubis, & remittebantur debita, ibid.

Annus iubilæus, ſiue plenaria remiſſio, quæ olim dabatur, quolibet centeſimo anno omnibus vere pœnitentibus, & confeſſis viſitantibus baſilicas BB. Petri, & Pauli, per extrauag. Clementis quinti, ad annum quinquageſimum reducitur, extrauag. vnigenitus, de pœnitentiis & remiſſ. inter communes.

Annus iubilæus ſiue plenaria remiſſio, quæ olim centeſimo, deinde quinquageſimo quolibet anno dabatur: nunc ad vigeſimum quintum annum reducta eſt, & viſitantibus cunctis fidelibus baſilicas Petri, & Pauli, & Sancti Ioannis Lateranenſis, & ſanctæ Mariæ vrbis Romanæ, indulgentia pleniſſima conceditur, extrauag.

trauag. quemadmodum de pœnit. & remiſſ. inter communes.

Anni Domini ſecundum ſtilum curiæ, incipiunt ab Incarnatione, & non à Natiuitate, can. in nomine, diſt. 23.

Anni vnius dilatio, quando aſſignatur actui odioſo, tunc non includitur dies biſſextilis: ſecus ſi aſſignatur actui fauorabili, gl. 2. in can. nullus, diſt. 55.

Annus biſſextilis, duos dies facit haberi pro vno, ibid.

Annus olim incipiebat à Martio, gl. 2. in can. ſi. diſt. 75.

Annus voluitur per quatuor tempora, can. 2. diſt. 76.

Annus intelligitur completus, vltimo die anni cœpto in honoribus ciuilibus, in vſucapionibus, in factione teſtamenti: ita vt teſtari poteſt quis, ſi attigit diem vltimum quarti decimi anni, gl. 2. in can. Subdiaconus, diſt. 77.

Annus non intelligitur completus, niſi vltimo die anni finito, quantum ad excuſationem ciuilium munerum, & quantum ad temporales actiones, ibid.

Annus quo pater filium à religione poteſt reuocare, currit à tempore ſcientiæ, gl. et ſi, in can. puella, 20. q. 2.

Anni corona, id eſt anni circulus, vel reuolutio, gl. anni in can. 1. 35. q. 8.

Annus iubilæus, ſiue annus ſanctus, fuit inſtitutus, & reductus à Pio ſecundo vſque ad annum vigeſimum quintum, ita quod celebraretur ſingulis viginti quinque annis, extrauag. Ineffabilis, Pauli 2.

Reliqua verbo, Dies, Terminus, Iubilæus, Tempus, 2. 2.

ANNVLLATO principali annullatur & omne quod ex eo ſequutum eſt, cap. auditis, de procuratorib.

Reliqua in verbo, Caſſari, Principali.

in **ANNVO** debito, incipit currere præſcriptio à tempore ceſſationis primæ, gl. pe. in cap. olim, de cenſib.

ANSA dicitur quandoque auricula ſcyphi, vrcei, vel calicis, quæ manu tenetur: quandoque dicitur nodus verſilis, & facilis ad ſoluendum, ita factus, quod ſi recte trahatur caput ſili, omnimode eſt ſolutus nodus: ſi male trahitur, ligatus remanet, gl. 2. in cap. cum olim, 24, de verb. ſignif.

ANSER, odorem hominis ſentit, plus quàm alia animalia, gl. omnium, in clem. 2. de reliq. & venet.

Anſeres deuorant Italici, die omnium Sanctorum, ibid.

ANTE, dictio, poteſt referri ad actum ante celebratum, ſiue mediate, ſiue immediate, cap. 1. §. licet de procuratorib. lib. 6. & cap. Romana, §. cum autem, & ibi gl. expreſſa, de appell. lib. 6. & can. ſi quis eorum, diſt. 32.

Ante, dictio, refertur ad actum, qui fit etiam temporis interuallo can. habeatur, diſt. 18.

Ante factum dicitur illud, quod fuit factum mediate, & per multum tempus, can. ſi ſolus, diſt. 8. cap. ſi pater, §. teſtatore, de teſtam.

Reliqua vide in verbo, Poſteà.

ANTECELLERE debet is grada, quem ſtipendia longiora, & labor prolixior fecerint anteire, gl. literatas, in cap. de multa, de Præbend.

ANTEQVAM, dictio, non ſemper implicat, iuxta illud Euangelii *antequam conuenirent*, non ſequitur, quod poſtea conuenirent, cap. quod dicitur, 4. de verb. ſignif.

ANTHROPOPATHOS figura eſt, cum aliquid attribuitur Deo, quod conuenit homini, cap. forus, de verb. ſignific.

ANTIDOTVM ponitur, pro contra donum vel contra datum: vnde dici ſolet id, quod datur contra venenum, antidotum: vnde pro medicina ponitur: inde dicitur liber quidam antidotarius, quia contra vitia compoſitus, gl. antidotum, in clem. Romani, §. nos eadem, de iureiur.

ANTIOCHVS fuit Græcus, & multum Iudæos oppreſſit, & vendidit ſacerdotium templi, gl. Antiocho, in can. ſicut Eutychus 29. 1. q. 1.

ANTIPTOSIS dicitur, cùm caſus pro caſu ponitur, gl. parte, in cap. forus, de verbo. ſignif.

ANTIQVIORES canonici in Eccleſia dicuntur, non ætate: ſed tempore, quo in Eccleſia militarunt, gl. antiquiores, in can. cùm in tua, de conſuet. lib. 6.

Antiquiores canonici, quod poſſint optare præbendas vacantes, & etiam non vacantes, poteſt conſuetudine introduci, d. cap. cum in tua, & ibi gloſ. cum vacant.

ANTIQVITAS veneranda eſt, cap. quanto, & ibi gl. antiquitas, de tranſlat. Epiſcopo, & can. conqueſtus, & ibi gl. 1. 9. q. 3.

Antiquitati credulitas, & reuerentia debetur, gl. antiquitas, in cap. clerici, de immunit. Eccleſ.

Antiquitas eſt attendenda, clem. Romani, & ibi gl. antiquæ, de iure iur.

Antiquitas ſeu conſuetudo antiqua valet, clem. quia contingit, §. ſ. de relig. domib.

ANTIQVA via non eſt dimittenda propter nouam, cap. 1. de clericis perag.

ad Antiquas regulas, quæſtiones in determinatione ſunt inducendæ: & poſtea ex his ad nouas deſcendere, ibid.

in Antiquis, ad antiquorum dicta recurrendum eſt, gl. maiores, in cap. ſi. §. ideo, de officio Archidiac.

Antiqui & ſenes ſæpe mentiuntur, gl. ad ſenilem, & ibi add. in cap. pe. de præſumpt.

Antiqua facta habent magnam præſumptionem pro ſe, cap. conſtitutus, de religioſ. domib.

in Antiquo facto, etiam proprio, præſumitur ignorantia; niſi factum eſſet arduum, & notabile, vel niſi faciens eſſet adultus & diſcretus: tunc enim non præſumitur ignorantia, cap. cum illorum, §. ſi. de ſent. excomm.

in Antiquis factis datur probabilis dubitatio, cap. 1. de renunciat. lib. 6.

Antiquorum memoria melius tenetur per ſcripta, gl. temporis, ibid.

in Antiquis recurrendum eſt ad relationem antiquorum, gl. 1. in extrauag. antiquorum, de pœnit. & remiſ. inter communes.

ANTONOMASIA dicitur, cum per excellentiam aliquid alicui attribuitur, quod commune eſt plurium: vt cum dicitur Apoſtolus, intelligitur de Paulo, gl. parte, in cap. forus, de verb. ſignif.

ANTISTITES, ſolent dici Epiſcopi, quaſi ante alios ſtantes, gl. antiſtites, in clem. dudum, de ſepult.

Antiſtites ad curam, & regimen gregis Dominici deputantur, vt paſcant præcipue, non vt tondeant ſeu paſcantur: niſi acceſſorie, gl. deputatos, in extrauag. ſuper cathedram, de ſepultur. inter comm.

Antiſtes ſacerdos dictus eſt, quia ante ſtat: primus enim eſt in ordine Eccleſiæ, & ſupra ſe nullum habet, can. cleros, verſ. antiſtes, diſt. 21.

Antiſtitis appellatione comprehenditur Patriarcha, can. qua traditione, diſt. 22.

Antiſtitis appellatione comprehenditur Epiſcopus, can. de Siracuſanæ, diſt. 28. & can. inditas, 3. q. 9.

Reliqua vide in verbo, Patriarcha, 2. Epiſcopus.

ANNVLVS eſt ſignum inueſtituræ, item eſt ſignum matrimonii, gl. ſignum, in cap. 2. de conſuet., gl. pe. in cap. pe. de vita & honeſt.

Annuli delatio in muliere, eſt ſignum matrimonii, cap. illud, de præſumpt.

Annulos ſi quis dederit mulieri in Eccleſia, vel in domo, præſumitur dediſſe pro matrimonio; ſed ſi dederit coram parentibus, præſumuntur ſponſalia, gl. annulos, ibid.

Annulus ſignificat mutuum amorem, & fidem coniugalem eſſe ſeruandam, gl. annulo, in can. noſtrates, 30. q. 5.

Annulus in primis nuptiis à ſponſo ſponſæ datur, propter mutuæ dilectionis ſignum: vel propter id magis, vt eodem pignore eorum corda iungantur, can. fœminæ 30. q. 5.

Annulus digito quarto inſeritur, ideo quod in eo, vena quædam (vt fertur) ſanguinis ad cor vſq; peruenit. ib.

Annuli datio facit præſumi pro matrimonio, gl. ſi. ibid.

Annuli datio facit præſumi tantum ſponſalia, niſi detur à ſacerdote: vel niſi ſit de conſuetudine loci, quod annulus detur in matrimonio, d. gl. ſi.

Reliqua in verbo, Subbarrare.

APES apis, eſt quædam volatilis, gl. apicem, in clem Romani, de iure iuran.

APEX apicis, ponitur pro ſummitate, honore, vel diſtinctionis nota; quod enim in ſummitate eſt, à pedibus vel infimis diſtat. gl. apicem, ibid.

de Apicibus iuris non eſt diſputandum, gl. ſi. in cap. pen. de feriis.

APHAERESIS dicitur, cum principium dictionis aufertur, gl. parte, in cap. forus, de verb. ſignif.

Aphoriſmus dicitur ſermo breuis, pauper verbis, diues ſententiis, gl. aphoriſmis, can. 29. de conſ. diſt. 5.

APOCHA eſt dantis, Antapocha eſt recipientis, gl. pe. in cap. ſignificauit, 41. de teſtib.

APOCHRISARII dicuntur nuncii Domini Papæ, quaſi ſecretarii, gl. 1. in cap. ſignificaſti de elect.

APOCHRYPHVM dicitur ſecretum, & occultum: inde liber dicitur apocryphus, id eſt occultus, & ſecretus, cuius author ignoratur: non tamen ab Eccleſia recipitur, ſed reprobatur; quaſi dicas non in Eccleſia, ſed remote, & ſecrete ab Eccleſia eſt legendus, gl. ſi. in can. ſancta, diſt. 15.

APOLOGIA dicitur ſermo accuſatorius, gl. in apologia, in can. ſcire, diſt. 76.

APOSTASIA triplex eſt: ſcilicet perfidiæ, quando quis recedit à fide; inobedientiæ, quando quis tranſgreditur præceptum; & irregularitatis, cum quis recedit ab ordine ſuo, ſiue ſumptæ religionis, gl. 2. in cap. 1. de Apoſtatis.

Apoſtaſia inducit irregularitatem, ita vt poſtea non debeat ordinari in clericum, can. ſi. diſt. 50.

APOSTATA dicitur retro ſtans, gl. 1. in cap. 1. de Apoſtatis, gl. retro, in cap. magnæ, de voto.

Apoſtata non poteſt eſſe teſtis, nec poteſt alium accuſare, d. gl. 1. in cap. 1. de Apoſtatis.

Apoſtatæ incarcerari & affligi poſſunt, vt habitum reaſſumant, cap. à nobis, eod.

Apoſtatæ dicuntur, qui dimiſerunt habitum ordinis, vel religionis, ibid.

Apoſtata dicitur ſtricte, qui apoſtatauit ex toto relinquendo habitum, & ad mundum redit; vel qui recedit à fide: & tales ordinati incurrunt irregularitatem, gl. 2. d. in cap. ex parte de temp. ordin.

Digitized by Google

Apoſtata iſte dicitur qui retro redit, & talis non incurrit irregularitatem ordines aſſumendo, ibid.
Apoſtata eſt, qui ſine cauſa dimittit profeſſionem, quam dimittere non licet: ſed cornnam dimittere licitum eſt, d. gl. 1. in in add. marg.
Apoſtata infamis eſt; & ſic non eſt promouendus, gl. 1. apoſtatæ, in cap. 1. de tempore ordin. lib. 6. can. infamis, 6. q. 1.
Apoſtata, ſi ordinem recipiat in apoſtaſia, etiam ſi religioſus ſit, non diſpenſetur cum eo, per alium, quam per Papam: quod intellige, quando erat in vera apoſtaſia, d. gl. apoſtatæ, in d. cap. 1.
Apoſtata religioſus cenſetur per dimiſſionem habitus, & incurrit excommunicationem ipſo iure, cap. 2. Ne clerici vel monachi, lib. 6.
Apoſtata dicitur religioſus, qui apoſtatat dimittendo habitum, vel qui vadit ad ſtudium ſine licentia ſuperioris, gl. horum, ibid.
Apoſtata religioſus ipſo facto eſt excommunicatus, ſpeciali iure: alias apoſtata non eſt excommunicatus, ſed eſt excommunicandus. gl. ipſo facto, ibid.
Apoſtata, in apoſtaſia poteſt recipere ordinem, gl. 1. in can. ſi quis, diſt. 23.
Apoſtata non eſt excommunicatus, & admoneri debet priusquàm ſuſpendatur, gl. 1. ibid.
Apoſtatæ ad clericatus officium non debent admitti, cap. pe. §. fi. & can. fi. diſt. 50.
Apoſtatæ dicuntur abeuntes à fide, religione, vel clericatu, gl. apoſtatæ, in d. §. fi.
Apoſtatis non licet, etiam poſt pœnitentiam, habitum ſecularem ſibi aſſumere, can. fi. diſt. 50.
Apoſtata, qui de habitu religioſo tranſit ad ſecularem eſt ipſo iure excommunicatus, ibid.
Apoſtata dicitur ille, qui violat, & tranſgreditur religionem ſuam can. beatus, 3. q. 4.
Apoſtata omnis non poteſt accuſare fidelem, ibid.

Reliqua vide in verbo, Belial. Monachus 53, Religioſus 25. 26. Profeſſus.

Apoſtoli Domini in genere, n. 1 & 2.
Quoad Apoſtolos appellationum, n. 3. & 4.

1 APOSTOLI omnes fuerunt ignobiles, & pauperes, Præter Paulum, & Bartholomæum, qui fuerunt nobiles, gl. non multos, in cap. pe. de præbend.
Apoſtoli, etſi ignobiles, & pauperes, ad regimen Eccleſiæ fuerunt electi à Chriſto, quia apud Deum non gradus elegantior, ſed vitæ melioris actio comprobatur, ibid.
Apoſtoli dicta poſſunt allegari pro iure, cap. fi. de elect. lib. 6. & cap. 1. & ibi gl. Apoſtoli de renunc.
Apoſtoli fuerunt duodecim, cap. 1. de reliquiis, & vener., lib. 6.
Apoſtoli Domini fuerunt XII. Petrus, Ioannes, Iacobus Zebedei, Andreas, Philippus, Thomas, Bartholomæus, Matthæus, Iacobus Alphæi, Simon, Iuda Iacobi, & Mathias, qui fuit in locum Iudæ Iſcariotis, gl. duodenæ, ibid.
Apoſtolorum dicta ſunt approbata, & pro lege ſunt ſeruanda, can. ſi Romanorum, diſt. 19.
Apoſtolis dedit dominus poteſtatem, ſed principaliter, & ſpecialiter Petro, ita quod contemnens illius, vel ſucceſſorum ſuorum decreta, impius iudicatur, can. ita dominus, diſt. 19.
Apoſtoli licet habuerint à domino poteſtatem prædicandi, tamen ipſius confirmationem habuerunt à Petro, tanquam à capite, ibid.
Apoſtoli fuerunt conſecrati in cœna, quando dictum eſt eis, *hoc facite in meam commemorationem*, gl. pari, in can. in nouo, diſt. 21.
ab Apoſtolis docemur, Epiſcopum non minus quàm à tribus Epiſcopis eſſe ordinandum, ſeu conſecrandum, can. 2., & ibi gl. fi. diſt. 66.
Apoſtoli omnes erant Epiſcopi, habentes ſacramentum illius ordinis, & Petrus, Iacobus, & Ioannes Iacobum nuncupatum iuſtum conſecrarunt (viſibili tantum conſecratione) Archiepiſcopum primum Hieroſolimitanum, ſed is primum erat inuiſibiliter vnctus à Domino, gl. fi. in can. 2. diſt. 66. & gl. more, in can. 1. diſt. 75.
inter Apoſtolos non fuit par inſtitutio, nam vnus præfuit aliis omnibus, videlicet quoad adminiſtrationem; quoad conſecrationem autem fuit par. can. 2. & ibi gl. fi. diſt. 80.
Apoſtoli non inſtituerunt, de non vtendo iam contracto matrimo-
2 nio ab Epiſcopis, presbyteris, vel Diaconis, quia ſi ipſi hoc inſtituiſſent, Orientales hoc admiſiſſent, gl. 2. in can. cum in præterito, diſt. 84.
Apoſtolus de labore manuum ſuarum viuebat, in ſumma, diſt. 90.
Apoſtoli nomine intelligitur de Paulo, quandoque intelligitur de Petro, gl. 2. in can. fi. diſt. 94.
Apoſtoli elegerunt diaconos, vt temporalia pauperibus erogarent, can. Dominus, diſt. 94.
Apoſtolorum locum tenent Epiſcopi, quoad dignitatem, monachi autem, quoad renunciationem propriorum, & communem vitam, & omnes ſacerdotes quoad ſacramentorum diſpenſationem, gl. 2. in can. videntes, 12. q. 1.
Apoſtoli omnes pares fuerunt in dignitate, & in ordine conſecrationis, ſed non in adminiſtrationis plenitudine, in qua præfuit Petrus aliis, gl. pari in can. loquitur, 24. q. 1.

Apoſtoli conſilium, tanquam à Spiritu Sancto conſilium accipiendum eſt, gl. quoniam, in can. ſic enim, 28. q. 1.
Apoſtoli de paſſione Domini doluerunt, & nos de pœnis martyrum contriſtamur, gl. peccando, in can. conſideret, §. animaduertere, de pœnitent. diſt. 5.
Apoſtoli, licet dixerint Euangelium meum, gloriam meam, nunquam tamen inuenitur quis eorum dixiſſe, baptiſmus meus, can. cum tantum, de conſecr. diſt. 4.
Apoſtoli variis linguis loquebantur, gl. 3. in can. multi, de conſecrat. diſt. 4.
Apoſtoli omnes creduntur fuiſſe baptizati baptiſmate Chriſti, can. ſi eris, de conſecrat. diſt. 4.

Reliqua vide in verbo, Paulus, Petrus, Canones, 4. 5. Chriſtus, Epiſcopus. 1. 2.

APOSTOLI dicuntur quoque literæ dimiſſoriæ, quas vnus iudex ad alium dimittit, ſicut etiam dicimus de Apoſtolis, quod à Deo, vel de cœlo miſſi fuerint, gl. petat. in cap. 1. de appellat. lib. 6. 3
Apoſtoli dari non debent, niſi petantur inſtanter, gl. oblatum, in cap. ſignificaſti, de electione, gl. petat. in cap. 1. de appel. lib. 6.
Apoſtoli infra 30. dies ſunt petendi, & ſi infra 30. dies non petantur, videtur appellationi renunciatum, gl. petat. in d. cap. 1.
Apoſtolorum quinque ſunt ſpecies, quidam ſunt conuentionales, alii teſtimoniales, alii delatorii, alii refutatorii, alii reuerentiales, ibid.
Apoſtolis non exhibitis, ſi iudex procedat in cauſa, (niſi appellationi renunciatum ſit) inualidus eſt proceſſus, quod verum eſt, ſi debitis, loco, modo, & tempore requiſitus eos expreſſe denegat, vel infra debitum tempus negligenter, vel malicioſe tradere prætermittit. gl. exhiberi, ibid.
Apoſtolos tradendo iudex, videtur appellationi deferre, quod verum eſt, quando tradit dimiſſorios vel reuerentiales, ſecus ſi refutatorios, ibid.
Apoſtolorum reuerentialium traditio, inducit delationem, d. cap. 1. §. in quibus.
Apoſtoli debent continere cauſam appellationis interiectæ, & cauſam delationis, vel non delationis, ibid., & gl. 2. in cap. vt ſuper, de appel. lib. 6.
Apoſtoli ſunt tradendi appellanti, non appellato, cap. vt ſuper. 34., & cap. cum ab eo, de appel. lib. 6.
ad Apoſtolos dandos non arctatur iudex, niſi fuerit requiſitus, ibid. cap. vt ſuper.
Apoſtolos tradere, non eſt deferre appellationi, gl. non admittat. in cap. cum appellationibus, eodem.
Apoſtoli, non eſt neceſſe, quod petantur eodem momento temporis, quo appellatio interponitur, ſed peti poſſunt ex interuallo, dum tamen infra 30. dies petantur, cap. cum ab eo. 6. & ibi gl. 1. eod.
Apoſtolorum terminus, eſt communis tam iudici, quam appellanti, ibid.
Apoſtoli non ſunt petendi per appellantem ſimpliciter, ſed cum magna inſtantia, ibid.
Apoſtolos petere inſtanter, non dicitur ille, qui ita petit, *Peto apoſtolos, & iterum peto, & cum inſtantia peto* (conſuetudo tamen interpretatur talem petitionem inſtanter dici) imo iterum debet illos petere, gl. inſtanter, ibid.
Apoſtolos peti ſufficit vno contexu, ſæpius, & inſtanter, & appellans non petens illos in termino ſtatuto ad recipiendos, videtur appellationi renunciare, clem. 2. de appel.
Apoſtoli dantur, vt iudex ad quem inſtruatur, gl. nec. petat. in d. clem. 2. de appel.
Apoſtoli debent peti infra 30. dies, qui currunt à tempore ſententiæ, vel à tempore, à quo incœpit currere decendium interponendæ appellationis, & ſic à tempore ſcientiæ ſententiæ latæ, & illud etiam tempus datur iudici ad tradendos illos, gl. tempore, ibid.
Apoſtolorum petitio non eſt de neceſſitate, quod fiat vno contextu, ſi tamen id fiat, valet, gl. uno contexu, ibid.
Apoſtoli dicuntur epiſtolæ interdum dimiſſoriæ, gl. Apoſtoli, ibid.
Apoſtoli, communiter dantur aperti, & non clauſi, ac ſigillati, & non tenetur appellans eos recipere clauſos, gl. oblatos, in clem. 2. §. verum, de appel.
Apoſtoli dandi ſunt expenſis iudicis à quo, communius tamen ſeruatur, quod dentur expenſis appellantis, d. §. verum, & ibi gl. oblatos.
Apoſtoli, hoc eſt literæ dimiſſoriæ, ſunt dirigendæ à iudice a quo, ad iudicem ad quem, & olim infra quinque dies erant petendi, hodie infra 30. dies, can. ab eo, & ibi gloſ. 1. 2. q. 6.
Apoſtoli debent continere nomen appellantis, appellati, & iudicis à cuius ſententia appellatur. can. poſt appellationem, 2. q. 6.
Apoſtolos petere ſufficit infra tempus inſtantiæ, & ſæpius, & ſi iudex non tradat appellanti, hoc proteſtanti, non imputabitur ei, ibid.
Apoſtoli ſi non petantur infra tempus 30. dierum, non valet appellatio, id eſt renunciaſſe videtur appellationi, d. cap. poſt appellationem, & ibi gl. 2.
Apoſtolorum forma traditur in d. can. poſt appellationem, §. forma, 2. q. 6.

Reliqua

Reliqua in verbo, Appellans, n. 9. Appellatio. n. 18. 22.

APOSTOLICA ſedes ſemper deſtruxit omnes hæreſes, can. à recta, 24 q. 2.

ab Apoſtolicæ ſedis tramite, nulla perturbatio debet retrahere aliquem, ibid.

in Apoſtolica ſede, ſemper eſt ſeruata religio Catholica, extra maculam. can. in ſede, 24. q. 2.

Apoſtolicus debet eſſe vigilans in paſcendo dominicum gregem, vt ea quæ male ſunt vſurpata, eius auctoritate reuocentur, can. diuinis, 25. q. 2.

contra Apoſtolicæ ſedis cenſuram, & decreta faciens, vel fieri permittens, velut hæreticus, & præuaricator fidei, debet anathematizari, can. generali, 25. q. 1.

ab Apoſtolicis, & eorum ſucceſſoribus inſtituta, nulla præſumptione debent violari, can. amputato, 25. q. 2.

de Apoſtolica ſede vbi fit mentio, non includitur legatus, vnde, & qui tenetur appellare ad ſedem Apoſtolicam, non ſufficit adire legatum, gl. ad ſedem, in cap. ſi poſtquam, de elect. lib. 6.

in Apoſtolica ſede ſeruire, reputatur onus, extrauag. ad onus, Ioan. 22. & ibi gl. 21. de electione.

ab Apoſtolicis inſtitutis non licet recedere, can. hoc veſtus, diſt. 55.

contra Apoſtolicam ſedem quis faciens, tanquam contemnens ſtatuta Petri peccat, & puniri debet, ibid.

Apoſtolicis præceptis nullus dura ſuperbia reſiſtat, ſed omnes per obedientiam ea quæ à Romana ſede, & Apoſtolica auctoritate iuſſa ſunt, implere debent, can. præceptis, diſtin. 12.

ad Apoſtolicam ſedem tantum ſpectat accuſatio, & depoſitio Epiſcoporum, ſicut & quæſtio fidei, d. can. præceptis. diſt. 12.

Apoſtolicis præceptis nolens obedire, ſit alienus à pontificalibus officiis, can. nulli, diſt. 19.

ab Apoſtolicæ ſedis vnitate diſcedens, excluſus eſt à diuino officio, & ſic eſt excommunicatus, can. ita dominus, diſt. 19.

Reliqua in verbo, Sedes, Legatus,

APVLIA tota, eſt patrimonium Beati Petri, gl. miles, in can. monaſterius, 19. q. 3.

APPARERE poteſt dici id quod præſumitur, cap. ſcribam, & ibi, gl. fi. de præſumpt.

Appellare in genere a n. 2. vſque ad n. 11.

Appellatio de pari ad parem, de minore ad maiorem, vel è contra, aut ad ſeipſum, n. 12. 12. & 13.

Appellatio à grauamine præſenti, vel futuro, n. 14.

Appellatio ante vel poſt ſententiam, vel ab eadem, aut à nulla, n. 15. 16.

Quoties appellare licet, n. 17.

Appellatio à delegato, vel executore, aut officiali. num. 18. 19.

Appellatio, omiſſo medio, quando fiat, vel non, n. 20.

1 **APPELLARE** olim licebat indifferenter, & libere, niſi appellatio fuiſſet fruſtratoria, gl. 2. in cap. 5 de reſc.

Appellari hodie, à quocumque iudice ipſo iure nullus poteſt, niſi ipſe grauetur, gl. executorem, & gl. prouocetur, in cap. ſuper quæſtionem, de off. deleg.

Appellare poſſum ab eo, quem iudicem elegi, ſed recuſare non poſſum, gl. aſſenſu, in d. cap. ſuper quæſtionem, § verum.

Appellari poteſt non ſolum vt euitetur præiudicium iuris, ſed etiam ut euitetur præiudicium facti, ne de facto ſcilicet moleſtetur, gl. 2. in cap. dilecti, de maiot. & obed.

Appellare videtur ipſo facto, qui cum eſſet grauatus, iter arripuit ad Papam. cap. cum olim, de dolo, & contum. cap. dilecti, de appellatione.

Appellari poteſt in iudicio poſſeſſorio ex legitima cauſa, non ſolum à diffinitiua, ſed etiam ab interlocutoria, cap. ſignificauerunt. de teſtib.

Appellare facto plus eſt, quàm verbo. gl. fi. in cap. meminimus, & cap. dilecti, 52. de appellat.

Appellare intelligitur ille, qui ſe, & ſua ſubmittit protectioni Papæ, etiam ſi non exprimat verbum *appello*, cap. ad audientiam, eod.

Appellare nullus debet, niſi grauetur, alioquin remittendus eſt ad eum à quo appellauit, cap. cum in Eccleſia, 38. eodem.

Appellare ille ſolus poteſt, cuius intereſt, cap. ſolicitudinem, eodem.

Appellare non valens propter metum, debet proteſtari, & habetur pro appellante, cap. fi. & ibi gl. 1. eod.

Appellare debet quis in præſentia bonorum virorum, vbi copia iudicis haberi non poteſt, ſed vbi haberi poteſt copia iudicis à quo, non debet coram alio appellationem interponere, d. cap. fi. & ibi gl. 2.

Appellari poteſt verbo, & facto, gl. appellandum, in cap. 1. de appell. lib. 6.

Appellari ab interlocutoria debet per ſcripturam publicam, & authenticum ſigillum, & non per ſcripturam priuatam, quæ non probat appellatum, nec probat appellationis formam, conſuetudine tamen introductum eſt, quod priuata ſcriptura ſufficiat, gl. in ſcriptis, & ibi add. ibid.

Appellare, & formam non ſeruare, vel non appellare, paria ſunt, d. cap. 1. §. quod ſi.

Appellari poteſt ab actibus extra iudicialibus, cap. concertationi, eod.

Appellare, & appellationem reuocatam eſſe, & non appellare, paria ſunt quoad proceſſum iudicis, cap. ſi a iudice, eod.

Appellari dicitur occaſione electionis, poſtulationis, aut prouiſionis, quando propter cauſam electionis, vel poſtulationis, aut prouiſionis appellatur, licet non appelletur ab ipſa electione, prouiſione, vel poſtulatione, clem. cauſam, & ibi gl. occaſione, de electione.

Appellari poteſt ante diffinitiuam, quod eſt verum de iure canonico, dum tamen appelletur ex cauſa rationabili, ſed de iure ciuili non appellatur, niſi in certis caſibus, clem. 1. & ibi add. marg. de dolo, & contum.

Appellare ſecundo, & ſuccumbere, tantum eſt, ſicut non appellare. clem. fi. & ibi gl. ſuper ea, de appell.

Appello Papam, vel appello ſedem Apoſtolicam, & Apoſtolus dixit Cæſarem appello, recte dicitur, gl. a. in can. 1. diſt. 80.

Appellari poteſt in his, quæ extra iudicium aguntur, vt in electione, gl. 1. in can. licet, 2. q. 6.

Appellari poteſt iudice ſedente pro tribunali, viua voce, ſed extra iudicium in libello tantum appellationis, ibid.

Appellare poteſt omnis oppreſſus, can. omnis, 2. q. 6.

Appellare facto, vel verbo, nihil intereſt, gl. audiui, in can. quotiens, 2. q. 6.

Appellare expreſſe ad Papam, vel velle cauſam audiri à Papa, dicere, nihil intereſt, ibid.

Appellare poteſt quis facto, ſicut voce, gl. quod eum, in can. biduum, 2. q. 6.

Appellari poteſt non ſolum in præſentia, ſed etiam in abſentia iudicis, gl. an imputetur, ibid.

Appellari poteſt propter breuem terminum datum alicui vt deliberet; ſi in tam breui termino, non poteſt deliberare ad plenum, gl. 1. in cap. ex literis, de condit.

Appellare poteſt quis quolibet die feriato: non tamen poteſt appellationem proſequi, gl. 2. in cap. fi. de fer.

Appellare poteſt excommunicatus, ſicut & poteſt excipere, gl. remedium, in cap. cùm inter, de iureiur.

Appellare poteſt tertius, cuius intereſt, à ſententia inter alios lata: intellige, quoad hoc vt per appellationem executio differatur, cap. cum ſuper, 17. de re iudicat. & ibi gl.

Appellare poteſt quis in cauſa criminali, cap. cum ſit Romana, §. fi. de appellat.

Appellare poteſt raptor vel violentus detentor alienæ rei, niſi ſit notorius raptor vel fornicator, ibid.

Appellari poteſt etiam pro minoribus ſeu leuioribus cauſis; quia ita poteſt grauari in paruo, ſicut in magno, cap. de appellationibus, & ibi gl. eod.

Appellari poteſt conuentus ſuper iniuria facta clerico, vel ſuper adulterio; niſi crimen ſit notorium, cap. peruenit etiam, de appell.

Appellari poteſt à præcepto ſeu monitione extraiudiciali, ſi ex 2
tali præcepto pars læditur, cap. peruenit, 28. eod.

Appellare poteſt quis ante citationem vel notitiam literarum, ſi miſit nuncium ad Papam, ne delegatus procedat: ſecus ſi poſt, cap. ad hæc 30. eod.

Appellari poteſt, ſi locus non tutus aſſignetur partibus, etiamſi ſit ſcriptum appellatione remota, cap. ex parte 47. eod.

Appellari à iudice ſeculari immediate ad Papam inter laicos poteſt, quando locus iudicis eſt de temporali iuriſdictione Eccleſiæ, cap. ſua nobis, 65. eod.

Appellari poteſt ab electione, vel poſtulatione facta, vel prouiſione, cap. 2. de electione, lib. 6.

Appellari poteſt ab actu de futuro, quod intellige verum in actu extraiudiciali: ſecus in iudiciali, cap. vt circa, §. edicti, eod. & ibi gl. appellari.

Appellari ab arbitris quando ex diſpoſitione iuris permittitur, debet appellari ad illum, qui fecit illud ius, cap. de arbitris 12. de officio deleg. lib. 6.

Appellari poteſt a ſententiis auditorum curiæ, gl. promulgata, in clem. 1. de ſequeſtr. poſſ. & fruct.

Appellari poteſt ab interlocutoriis, clem. appellanti, & ibi gl. ab interlocutoria, de appell.

Appellari licitum eſt quandoque à ſententia interlocutoria, gl. ipſo iure, in clem. 1. §. duro, de hæret.

Appellari poteſt à ſententiis interlocutoria ſuper carcere vel tortura: intellige, quando carcer ſeruit pro tormento, ibid. 3

Appellare poteſt quilibet inuito etiam reo in cauſa criminali, & in cauſa liberali, ſed non in ciuili, gl. 1. in can. liceat, 2. 2. q. 6.

Appellari poteſt à iudice ſeculari ad Papam, vacante imperio, alias non, gl. ſacerdotum, in can. omnis oppreſſus, 2. quæſt. 6.

Appellare poteſt ad ſedem Apoſtolicam quicumque fuerit grauatus, can. ſi quis veſtrum, 2. q. 6.

Appellare poteſt ad ſedem Apoſtolicam ille, qui habet iudicem ſuſpectum, can. quotiens Epiſcopi, 2. q. 6.

Appellare poteſt quis in criminalibus etiam ſupplicio damnatus, can. liceat 2. 2. q. 6.

Appellari poteſt cum principi deſcribitur, & cum eius reſcriptum ſententiatur, etſi relatum fuerit præſidi antequam ſententiaret, can. biduum, §. ſiquem, 2. q. 6.

Appellari poteſt à ſententia lata ſecundum reſcriptum principis, ibid.

Appellari poteſt à relatione, ſiue litteris, quæ mittuntur principi, ſi pars ſenſerit ſe grauatam, vt quia iudex mendacia ibi inſeruit, vel veritatem tacuit, ibi, §. rurſus.

Appellare poteſt quis nomine rei condemnati in criminibus etiam inuito reo, gl. ratum, in can. non ſolent 2. q. 6.

Appellare non poteſt quis, poſt reſcriptum principis, à literis,
7 ſibi prius editis, can. biduum, ſi. 2. q. 6.

Appellare poteſt mater pro filio condemnato, & coniunctus pro coniuncto, can. non ſolent, & ibi gl. prouocauerit, 2. q. 6.

Appellari poteſt ab interlocutoria, quæ infert grauamen, quod non poteſt reparari per appellationem à diffinitiua, d. can. non ſolent, §. ante.

Appellari poteſt, ſi arbiter electus litigatores vocet ad locum inhoneſtum, vel ad locum periculoſum, gl. 1. in can. à iudicibus, 2. q. 6.

Appellari poteſt à iudicibus de communi conſenſu electis, niſi appellatio ſit remota; vel niſi ſint electi vt arbitri: ſed ſi ſint arbitri tales, qui electi ſint ex neceſſitate, à talibus appellatur, ibid.

Appellari licet non poſſit à ſententia arbitri, recte tamen poteſt ſupplicari, gl. ordinaria, d. can à iudicibus verſ. quod de.

Appellari nunquam poteſt à compromiſſariis, ſiue ſint alias iudices, ſiue non; & niſi exprimatur quod eligantur vt arbitri, tenebit eorum ſententia vt iudicum, gl. ſi. ibid.

Appellari poteſt à ſententia duorum iudicum ex tribus conſenſu partium electis, ſi tulerint ſententiam ſine tertio, can. ſane 2. q. 6.

Appellari poteſt ſecundum canones à ſententia momentaneæ poſſeſſionis, gl. effectum, in can. ei qui, §. de poſſeſſione 2. q. 6.

8 Appellari poteſt a ſententia nulla, can. accuſatus 3. q. 6.

Appellare poteſt is contra quem lata eſt ſententia, can. ſi. 6 q. 4.

Appellari poteſt ab officio iudicis, d. can. ſi. & ibi gl. 1.

Appellari non poteſt ab arbitris compromiſſariis, gl. aſſenſu, in cap. ſuper quæſtionum, § verum, de officio deleg.

Appellare olim tenebatur quis infra quinque dies, & intra eoſdem apoſtolos petere, & ſe iudici ad quem præſentare: ſi tamen itineratio ad ipſum iudicem longius tempus exigeret, illud vltra illos quinque dies habebit, can. propter, 2. q. 6.

Appellari, ne fiat electio, non poteſt; ſed ne fiat electio niſi canonica, recte poteſt appellari, gl. 1. in cap. conſiderauimus de electione.

Appellari non poteſt à correctione, niſi modus excedatur, cap. licet, & ibi gl. 2. & ſi. de officio ordin. cap. reprehenſibilis 26. de appel.

Appellari poteſt à purgatione, gl. 2. in cap. licet, de officio ordin.

Appellari poteſt in inquiſitione cum modus exceditur, gl. ſi. ibid.

Appellari non licet ab ordinario, prout exequitur, niſi modum excedat, cap. irrefragabili, eod.

Appellari licet non poterit à ſententia Papæ, tamen poteſt con-
9 tra illam peti reſtitutio in integrum, cap. cum ex literis, de
in integ. reſt.

Appellari non poteſt ſecundum leges à ſententia momentaneæ poſſeſſionis, ſecus ſecundum canones, gl. 1. in cap. 2. de cauſa poſſeſſ. gl. interdictum, in cap. cum ad ſedem, de reſt. ſpol.

Appellari non debet regulariter à iudice laico ad Papam, niſi iudex laicus ſit iudex in loco, qui ſubeſt domino Papæ, etiam quoad temporalem iuriſdictionem: vel niſi iudex à quo non recognoſcat ſuperiorem in temporalibus, gl. ad noſtram, & ibi add. marg. in cap. cum Ioannes, de fideiuſſor.

Appellari non poteſt de foro ſeculari ad Eccleſiaſticum, vel è contra, niſi conſuetudini aliquid inducatur, cap. ſi duobus, §. ſi. de appel.

Appellari non poteſt ad Papam à iudice ciuili, qui non eſt de temporali iuriſdictione Eccleſiæ, ibid.

Appellare non poteſt ſubditus, maxime religioſus, contra diſciplinam Eccleſiaſticam, cap. reprehenſibilis, 26. de appell.

Appellari non poteſt à pœna legis, gl. ſi. in cap. quia nos, 32. de appell.

Appellari non poteſt à ſententia excommunicationis, gl. cum executionem, in cap. paſtoralis 53. §. verum, eod.

Appellare non poteſt notorius, criminoſus, & confeſſus in iure; nec iudex tenetur appellationi deferre, niſi expreſſerit cauſam rationabilem: puta ſi timore tormentorum confeſſum, vel errore. Aliàs ante quam ſuperior de appellatione cognoſcat, & inhibeat, poteſt iudex ſententiam exequi, poſtea non, gl. mandatur, in cap. Romana, §. ſi autem, de appell. lib. 6.

Appellare non licet, ſecundum leges ad principem, niſi in vno caſu, ante ſententiam, gl. quotiens, in can. prouinciæ, diſt. 99.

10 Appellari in multis caſibus inhibetur; nam à principe non poteſt
appellari; nec à præfecto prætorio: nec à ſenatu: nec ab arbitrio: nec propter ſceleris magnitudinem: nec officiatus: nec à ſententia momentaneæ poſſeſſionis, ſecundum leges, ſed bene ſecundum canones: nec in re, quæ non capit dilationem: nec à ſententia maioris partis capituli: nec contumax poteſt appellare: nec ab executore poteſt appellari, gl. 3. verſ. infra quod, can. licet, 2. q. 6.

Appellare non poteſt quis propter iniquitatem perſonæ iudicis, in quem conſenſit; ſed bene poterit appellare ab iniqua ſententia; quia dicta eorum reprobare licitum eſt, ſed non perſonam, gl. 1. in can. à iudicibus, 2. q. 6.

Appellare non poteſt conuictus de crimine, & confeſſus, can. ei qui, §. nullus, 2. q. 6.

Appellari non poteſt, quando petitur fiſcalis calculi ſatisfactio, aut tributum expoſcitur: aut priuati vel publici debiti, eumdem atque conuicti redhibitio petitur, d. can. ei qui, §. quotiens.

Appellari non poteſt in tributis, & decimis, gl. quotiens, ibid.

Appellari non poteſt à ſententia lata ſuper poſſeſſorio ſecundum leges, d. can. ei qui, §. de poſſeſſione.

Appellari non poteſt à laico ad Papam, niſi in his quæ ſpectant ad iuriſdictionem Eccleſiaſticam, gl. 2. in can. cuncta, 9. q. 3.

Appellare non licet Chriſtiano ad iudicem non Catholicum: & appellans debet excommunicari, gl. 1. in can. nemo. de pœnitentia, diſt. 3.

Appellare non licet à ſententiis ſummi Pontificis ad futurum concilium. & contra faciens ipſo facto incurrit in ſententiam excommunicationis, eius abſolutione reſeruata Papæ, extrauag. execrabilis, Pii 2. confirmata per extrau. ſuſcepti, Iulii 2.

Appellari non licet ab Epiſcopo, vel eius Vicario generali, in cauſis viſitationis, correctionis, habilitatis, ſeu inhabilitatis: vel criminalibus ante diffinitiuam ſententiam, ab interlocutoria, vel alio quocumque grauamine: neque Epiſcopus tenetur deferre huiuſmodi appellationi tanquam friuolæ, & ad vlteriora debet ipſe procedere, non obſtante conſuetudine, vel ſtilo etiam immemorabili, niſi grauamen ſit tale, quod per diffinitiuam ſententiam reparari non poſſit, Conc. Tri. ſſ. 13. de refor. c. 1.

Reliqua vide in verbo, Confeſſio, 5. Conſuetudo, 18.

APPELLARI non poteſt, à pari ad parem, gl. non poſſunt, in cap. ſuper quæſtionum, §. ſi vero, de officio deleg. 11
& gl. ſi. in can. multis, diſt. 17. cap. 2. de conſuetud. lib. 6.

Appellari quod poſſit à pari ad parem, poteſt conſuetudine introduci, cap. ſi. de dilatio.

Appellari quod poſſit de pari ad parem, eſt captioſum, gl. 2. & ſi. in cap. 3. de officio deleg. lib. 6.

Appellari poteſt de Epiſcopo in quantum eſt canonicus, ad eumdem Epiſcopum in quantum eſt Epiſcopus: vnde ſi Epiſcopus interfuit collationi in quantum eſt canonicus, poteſt ad eum appellari, in quantum eſt Epiſcopus, gl. ſi. in cap. 2. de conſuet. l. 6.

Appellari quod poſſit de pari ad parem, poteſt conſuetudine introduci; quia quoad hoc, conſuetudo facit eum maiorem; ſed quod de maiore ad minorem, vel de eodem ad eumdem appellari poſſit, non poteſt conſuetudine introduci, gl. de iure, & ibi add. in cap. Romana, de appellat. lib. 6.

Appellari poteſt de ſuffraganeo ad Metropolitanum, tanquam ad proximum ſuperiorem, cap. 1. de off. leg.

Appellari debet de Epiſcopo ad Archiepiſcopum: niſi de conſuetudine, vel priuilegio, vel alio iure ſit appellandum ad alium, gl. ſuſcipereo, in cap. ſolitæ, §. verum, de maior. & obed.

Appellari debet de iure, ab Epiſcopis ad Archiepiſcopos, in cauſis in quibus iuriſdictionem temporalem habent; niſi ſpeciale 12
ius aliud inducat, d. cap. Romana, §. debet.

Appellari debet a minore ad maiorem, & gradatim: excepto Papa, ad quem poteſt appellari, omiſſis mediis; & hoc verum in iudicibus ordinariis; in delegatis autem diſtinguitur. Quod ſi ipſi totam cauſam commiſerint aliis, delegando totam iuriſdictionem, appellatur ad primum delegantem: ſed ſi non ſit delegata tota cauſa, tunc appellatur ad ſecundum delegantem gl. 2. in can. licet, 2. q. 6.

Appellari debet de Archiepiſcopo ad Primatem, ſeu Patriarcham, vel ad Papam, can. ſi quis, 2. q. 6.

Appellari poteſt ab Archiepiſcopo ad ſynodum, etiamſi ibi ſit tanquam caput, gl. ſi. in add. in cap. dilecti, de appellatione, gl. ſi. cap. à collatione, eod. tit. lib. 6.

Appellari poteſt ab ordine, & præſide, ad ipſum præſidem, d. gl. ſi. in cap. dilecti.

Appellari debet ab officialibus Epiſcoporum, ad Archiepiſcopum: niſi conſuetudine introducatur, quod ab Archidiacono, vel eius Officiali appelletur ad Archiepiſcopum, & non ad Epiſcopum, d. gl. ſi.

Appellari debet de Epiſcopis prouinciæ ad Metropolitanum: vnde apparet Metropolitanum eſſe maiorem omnibus Epiſcopis prouinciæ, gl. ſi. in can. multis, diſt. 17.

Appellari poteſt à concilio prouinciali ad Archiepiſcopum: & è
contra, de Archiepiſcopo ad Papam, ibid. 13

Appellare poſſunt Epiſcopi ab Archiepiſcopis ad Primates: ſed à Primatibus ad Archiepiſcopos, non licet, in ſumma, diſt. 99.

Appellari debet de minore ad maiorem; & ſuper minimis cauſis, ſcilicet quando non excedunt decem libras auri, non eſt appellandum ad maximos iudices, ſed ad medios, can. anteriorum, §. illud etiam, 2. q. 6.

Appellari poteſt a quolibet iudice ad præfectum prætorio, qui cum quæſtore cauſam dirimat, & hoc in Ordinariis; in delegatis autem, ab ſpectabilibus ad alios ſpectabiles non appellatur, ſed à clariſſimis ad ſpectabiles appellatur, d. can. anteriorum, §. illo, & ibi gl. ita tamen.

Appellare non licet, de maiore ad minorem: nec id poteſt conſuetudine

ſuetudine introduci, cap. 2. de conſuet. & ibi gl. Officiali, gl. ita tamen, in cap. anteriorum, §. illo videlicet 2. q. 6.

Appellari non poteſt ab eodem ad ſe ipſum, cap. 2. de conſuetud.

Appellari non poteſt ab Officiali Epiſcopi, ad eumdem Epiſcopum, nec conſuetudine poteſt id introduci, ibid. & gl. fi. in add. cap. dilecti 66. de appellat.

Reliqua vide in verbo, Conſuetudo, 28. Appellatio 42.

14 **APPELLARI** poteſt à grauamine, etiam de facto, ſecundum ius canonicum, cap. dilecti, de maior. & obed.

Appellare poteſt tertius, ratione ſui intereſſe, ab actu extraiudiciali cum tertio, ibid.

Appellari non debet niſi à manifeſto grauamine, gl. taliter, in cap. 2. de alien. iudicii mutan.

Appellari poteſt ab aliquo grauamine de præſenti, propter timorem futuri grauaminis, cap. 5. de dilat.

Appellari poteſt ab actu iudiciali, grauamen inferenti, licet non fuerit interlocutoria, cap. 1. de app. l. 6.

Appellari à grauamine extra iudicium illato, infra decem dies neceſſe eſt, gl. grauatum, in cap. concertationis, eod.

Appellari poteſt à iudice, reſpectu vnius grauaminis, ſed non reſpectu cuiuslibet grauaminis futuri in eadem cauſa, cap. conſuluit de appellat.

Appellari poteſt extra iudicium, etiam à futuro grauamine, cap. bonæ memoriæ, 51. de appellat.

Appellari poteſt non ſolum à grauamine iam inflicto in iudicio, ſed etiam a comminatione facta iniuſte per iudicem, cap. cum ceſſante, 60. eod.

Appellari poteſt à iudice iniuſte comminante, ſed non à iudice iuridice comminante, gl. 5. ibid.

Appellari poteſt à grauamine inflicto, licet iudex non intenderet grauare, cap. cum cauſam, 62. eod.

Appellari non poteſt in iudicio, à futuro grauamine, etiam ſub conditione. *ſi tu me grauaueris, appello*, cap. dilecto, 63. eod.

Appellari poteſt à grauamine iudicum, cap. ex parte, 13. de priuileg.

Appellari poteſt ab omni grauamine, ſed non niſi bis à ſententia, gl. 2. in can. omnes, 2. q. 6.

Appellari poteſt quandocumque, tam ſecundum leges, quam ſecundum canones, a manifeſto grauamine, gl. 2. in can. non ita 2. q. 6.

Appellari non debet à futuro grauamine, niſi a grauamine comminato, vel illato: niſi apparuerint alia indicia, gl. 5. in cap. 2. de appellat.

Appellari non poteſt in iudicio à grauamine futuro, ſed bene extraiudicialiter, gl. à futuro, in clem. ſicut 3. de appellat.

Reliqua vide in verbo, Appellans 12. 13.

15 **APPELLARE** poteſt quis ab eadem ſententia, in parte: & in parte non, cap. pe. de procuratoribus.

Appellari poteſt à ſententia nulla, cap. exhibita, & ibi gl. fi. de iudiciis.

Appellari poteſt ab eadem ſententia, nedum reus victus, ſed etiam tertius, cuius intereſt: & poteſt ſententia, quoad reum nihil de iure ſuo docentem, confirmari: & quoad tertium rationabiliter appellantem infirmari, cap. cum ſuper, 17. de re iudi.

Appellare ab eadem ſententia poſſunt partes ambæ, vnus ad Papam, alius ad inferiorem: præualet tamen appellatio facta ad Papam, dummodo de ea excipiatur coram minore, cap. ſi duobus 7. de appellat.

Appellare non licet tertio ab eadem ſententia, nec ab eodem, cap. ſua nobis, 65. eod.

Appellare poteſt vtraque pars, ab eadem ſententia, cap. Raynutius, 16. de teſtam.

Appellari poteſt (ſecundum leges tantum) poſt ſententiam, niſi in quibuſdam caſibus: ſed ſecundum canones, & ante, & poſt litis conteſtationem, licet hoc ſit correctum per conſtitutionem nouam, vbi dicitur, quòd cauſa appellationis debet aſſignari, gl. 2. verſ. quando, in can. liceat, 12. q. 6.

Appellari poteſt ante ſententiam, quoties pars grauatur, & allegatur cauſa; ſed poſt diffinitiuam ſententiam, bis tantum: nec aſſignatur tunc cauſa, ſed ſufficit quod dicat *appello ab iniqua ſententia*, ibid.

16 Appellari debet infra decem dies continuos, gl. 2. verſ. infra quod, in d. cap. liceat.

Appellari poteſt ante & poſt ſententiam, & quoties ſe grauari ſenſerit, gl. libere, in can. omnis oppreſſus, & can. qui ſcit, §. patet 2. q. 6.

Appellari poteſt (de iure canonico) ante ſententiam, aſſignata cauſa appellationis: ſed non oportet ibi probari, ſed coram iudice ad quem: nec prius eſt audiendus appellans, quàm conſtet ipſum appellaſſe ab aliquo grauamine: aliter enim remittendus eſt ad eum à quo appellauit, gl. fi. in can. non ita 2. q. 6.

Appellare non licet (ſecundum leges) ante ſententiam: ſecundum canones libere poteſt quia, quoties ſe grauari ſenſerit: ſiue ante ſententiam, ſiue poſt, d. can. non ita, 2. q. 6. & cap. vt debitus, de appellat.

Appellari non poteſt ante ſententiam ſecundum leges: fallit in clerico, qui ante ſententiam diffinitiuam poteſt appellare: item, cum actorum, vel pronunciationis editio denegatur: & cum ab iniuria appellatur: & vbi appellatur à grauamine manifeſto: & vbicumque iudex aliquid facit contra legem, negando dilationem, vel quid ſimile, gl. 2. d. can. non ita.

Appellare poteſt quis ante ſententiam, ſi iudicem aduerſum ſibi ſenſerit, can. ſi quis iudicem, 2. q. 6.

Appellari poteſt ante ſententiam, ſi quæſtionem eſſe habendam, ſiue in ciuili, ſiue criminali, iudex interlocutus fuerit, can. non ſolent, §. ante ſententiam, 2. q. 6.

Appellari poteſt (ſecundum canones) ante, & poſt litis conteſtationem, & in prolatione ſententiæ, & poſt prolationem: ſed ſecundum leges, ante ſententiam non poteſt appellari: niſi in quibuſdam caſibus, cap. ſuper eo, 12. de appellat.

Appellare nulli licet ante diffinitiuam ſententiam, niſi ab interlocutoria, quæ habet vim diffinitiuæ: vel à grauamine minime concernente negotium principale, quod non poſſit per appellationem, à diffinitiua reparari, reg. de non appell. ante diffinit. in reg. Canc.

Reliqua vide in verbo, Sententia 47. 48. 49. Iudex 92. vſque 98. 99. vſque 102.

Appellari poteſt bis, in eadem cauſa, ſuper eodem articulo, cap. directæ, 39. de appellat.

Appellare à diffinitiua ſecundò, licitum eſt: ſed non vltra, gl. appellare, ibid.

Appellare licitum eſt in eadem cauſa, ſecundò, tertiò, & pluries, quoties quis ſuper diuerſis articulis eiuſdem cauſæ, grauatur: quia ſuper vnoquoque articulo, poteſt bis appellare, ibid.

Appellare licitum eſt bis, ante ſententiam, vel poſt ſententiam ſecundum canones, gl. quotiens, in can. prouinciæ, diſt. 99.

Appellari poteſt ſecundum canones, quoties ſuperior iudex inuenitur, ſecundum leges, bis tantum, gl. 2. verſ. quando, in can. liceat, 2. q. 6.

Appellare tertiò non licet; ſed bene poteſt quis appellare pluries, id eſt pluries vocem appellationis emittere, gl. appellauit, in can., ſi 31. q. 2.

Appellare tertiò non licet ab eadem ſententia, cap. ſua nobis, 65. de appellat. clem. fin., & ibi gl. ſuccumbit, de appellat.

Appellare non licet vltra ſecundam vicem, ne lites in infinitum extendantur, unde tertiò non licet appellare ſuper eodem articulo, gl. 2. in can. omnes 2. q. 6.

Appellare non licet tertiò, ſuper eodem articulo, can. ſi autem, 2. q. 6.

Appellari poteſt tertiò, non à ſententia, ſed à ſuſpecto iudice, can. ſi autem, §. ſi quis, & ibi gl. tertio, 2. q. 6.

Reliqua vide in verbo, Sententia, 47. 48. 49.

APPELLARI poteſt hodie in quocumque articulo ab eo, cui commiſſa eſt iuriſdictio cum cognitione, ſi aliquam partem grauauerit, gl. executorem, & gl. prouocetur, in cap. ſuper quæſt. 27. de off. deleg. 17

Appellari poteſt à iudice, ſed non ab auditore, niſi modum excedat, & auditor datur is, cui committuntur media cauſæ ſine iuriſdictione, d. cap. ſuper quæſtionum, §. verum.

Appellari poteſt à ſubdelegato habente iuriſdictionem, ſecus à non habente, niſi modum excedat, & tunc poteſt recuſari, niſi datus ſit de partium conſenſu, ibid.

Appellari debet à ſubdelegato non in totum, ad ſubdelegantem, non autem ad primum delegantem, d. cap. ſuper quæſtionum, §. porro.

Appellari debet à ſubdelegato in totum, ad primum delegantem, & non ad ſubdelegantem, ibid.

Appellari debet à ſubdelegato ad delegatum, propoſita recuſatione contra ſubdelegatum, d. cap. ſuper quæſtionum, §. fi.

Appellari poteſt à iudicibus impetratis per appellantem, cap. ſignificantibus, 38. de officio deleg.

Appellari debet ad primum delegantem à ſubdelegato, cui commiſſa fuit tota cauſa à delegato ad uniuerſitatem cauſarum, gl. fi. in cap. dilecti, 66. de appellat.

Appellari debet ſemper ad delegantem à delegato, ſiue is ad vniuerſitatem cauſarum, ſiue ad unam cauſam tantum delegatus ſit, ibid.

Appellari recte poteſt à delegato Epiſcopi ad vnam ſpecialem cauſam, ad ipſum Epiſcopum, gl. Officiali, in cap. 2. de conſuet. lib. 6.

Appellari recte poteſt à delegato Officialis ad Epiſcopum, vel ipſum Officialem, gl. auditorium, in add. ibid.

Appellari debet a ſubdelegato in totum, ad primum delegantem, non ad ſubdelegantem, gl. non in totum, in cap. ſi. de officio deleg. lib. 6.

Appellari non poteſt ab officiali Epiſcopi ad ipſum Epiſcopum, nec valet conſuetudo in contrarium, cap. ſi contra, & ibi gl. fi. eod. & gl. Officiali, in cap. 2. de conſuet. lib. 6. 18

Appellari non debet à delegato ad delegantem, quando delegans eſt ſuſpectus, gl. concilia, in cap. placuit, 2. q. 6.

Appellari poteſt à legato Papæ, ad Papam, gl. 1. in can. cuncta, 9. q. 3.

Appellari non licet à ſubdito, vel delegato Epiſcopi, ad Archiepiſcopum, cap. dilecti, 66. de appellat.

Appellari non poteſt à nudo executore, niſi modum, vel fines mandati excedat, cap. ſuper quæſtionum, §. porro, de offic. deleg. gl. & ſi ſint, in cap. paſtoralis, §. quia vero, add. can. ei qui, §. ab executore, 2. q. 6.

Appellari poteſt ab executore mixto, ſi non admittat legitimam exceptionem, vel alias partes grauauerit, d. §. porro.

Appellari non poteſt à iudice iuriſdictionem exequente, cap. conſuluit, de appellat.

Appellari poteſt ab executore, ſi modum excedat, gl. cum executione, in cap. paſtoralis, §. verum, eod.

Appellari poteſt ab executione ſententiæ, cap. ſi delegatus, de officio deleg. lib. 6.

Appellari debet ab Officiali Epiſcopi ad Archiepiſcopum, & non ad Epiſcopum, cap. Romana, de app.

Appellari non poteſt ab executione officii Archiepiſcopi, prouincias ſuæ Diœceſis viſitantis, gl. diffinitione, in cap. 1. §. poſtquam, de cenſibus, lib. 6.

Reliqua vide in verbo, Executor, 3. 4.

19 **APPELLARI** non poteſt ad Papam, omiſſo medio, quando à ſubdelegato non in totum appellatur, quia tunc ad ipſum ſubdelegantem debet appellari, & non ad Papam primum delegantem, cap. cum te, de offic. deleg.

Appellari poteſt ad Papam, omiſſo quolibet medio, gl. 2. in cap. 1, de officio legati.

Appellari poteſt à ſecularibus iudicibus ad Papam, omiſſo alio medio, in terris Papæ, cap. venientes, 19., & ibi gl. de interpoſitis, de iureiurando.

Appellari poteſt ad Papam, vel alium ſuperiorem omiſſo medio, de iure canonico, ſed non de iure ciuili, gl. 1. in cap. ſi duobus, §. ſi de appellat. gl. abſque rationabili, in cap. vt debitus, de appellat.

Appellari poteſt ad Papam, omiſſo medio, propter plenitudinem poteſtatis, gl. ſi. in cap. dilecti, 66. de appellatione.

Appellari debet gradatim, nullo medio omiſſo, ſecundum canones: ſi tamen appelletur, & non opponatur exceptio, valet quod per eum factum eſt, ibid.

Appellari quod poſſit omiſſo medio, poteſt conſuetudine introduci, ibid., & gl. Officiali, in cap. 2. de conſuet. lib. 6.

Appellari poteſt conſuetudine ad Metropolitanum omiſſo medio, quod eſt contra ius, cap. referente, & ibi gl. 2. de præbend.

Appellari poteſt ad ſedem Apoſtolicam, omiſſis omnibus mediis, & in hoc eſt priuilegium ſedis Apoſtolicæ, gl. ſi. in cap. antiqua, de priuileg.

Appellari poteſt ad Papam, & etiam legatum, omiſſo medio, gl. Officiali, in cap. 2. de conſuet. lib. 6.

Appellari poteſt (ſecundum canones) ad Papam, etiam omiſſo medio, vnde ſi appellans de Epiſcopo, dicat *appello ad Archiepiſcopum vel ad Papam*, non tenet appellatio, niſi alterum eligat intra tempus, intra quod debuit appellare, gl. durante, in cap. ſi is cui, 10. de offic. deleg. lib. 6.

Appellari non poteſt (ſecundum leges) omiſſo medio, ad Imperatorem, & ſi appelletur, Imperator remittit ad eum, ad quem debuerat appellare, vnde ſi appelletur *ad Imperatorem, vel ad præſidem*, tenetur poſtea appellatio ad præſidem, ibid.

Appellari poteſt ad Papam, vel legatum omiſſo medio, ſi vero appelletur ad Imperatorem, omiſſo medio, Imperator remittit eum ad illum, ad quem in ordine debuit appellare, gl. ad curiam, & ibi add. in cap. Romana, de appellatione, lib. 6.

Appellari debet de ſubdito Epiſcopi, ad ipſum Epiſcopum, & non ad Archiepiſcopum, niſi conſuetudine, vel priuilegio aliud inducatur, d. cap. Romana, §. ab Archidiaconis, & ibi gl. conſuetudine.

Appellari poteſt ad Papam omiſſis mediis, ſed in aliis ſecus eſt, gl. 1. in can. ſi quis veſtram, 2. q. 6.

Appellari poteſt ad legatum Papæ, omiſſis mediis, quia quod facit legatus Papæ, Papa videtur facere, d. gl. 1.

Appellari poteſt, in foro Eccleſiaſtico, omiſſo medio, gl. 2. in can. de cætero, 2. q. 6.

Appellari non poteſt ad Metropolitanum, omiſſo Epiſcopo, gl. 1. in can. cognouimus, 18. q. 2.

Reliqua vide in verbo, Papa, 53.

APPELLANDVM eſt ſuper grauamine probabili, & expreſſo, gl. elegerint, in cap. ad hæc ſuntius, de reſcript.

ad Appellandum, tempus decem dierum dicitur modicum, gl. 2. in cap. ex literis, de conſtit.

ad Appellandum, olim dabatur triduum: & poſtea dati fuerunt decem dies, gl. infra triduum, ibid.

ad Appellandum ſiue à diffinitiua, ſiue interlocutoria, dantur decem dies: alias tranſit in rem iudicatam, gl. dies, in cap. ſignificauerunt, 36. de teſtibus.

Appellandum eſt gradatim, nullo medio omiſſo ſecundum canones: ſi tamen omiſſo medio appellatum ſit, & non apponatur exceptio coram illo ſuperiore, valet quod per ipſum factum fuerit: niſi appellatum ſit ad Papam, gl. ſi. in cap. dilecti, 66. de appel.

Appellandum eſt in electionibus, cùm ordo decretum electionis interponit, gl. opponit, in cap. 1. de electione, lib. 6.

Appellandum eſt in ſcriptis; & hoc generaliter eſt verum, ſiue in iudicio, ſiue extra appelletur: niſi cùm à diffinitiua, & incontinenti appelletur: & tunc appellari poteſt viua voce, gl. in ſcriptis, in cap. quamuis, 10. de electione, lib. 6.

ad Appellandum decem dies dati, currunt à tempore ſcientiæ grauaminis, & non à tempore impoſitionis ipſius, cap. concertationi, 8. de appel. lib. 6.

in Appellando, licet quis ſit negligens: per hoc, non excluditur ab aliis viis ſibi competentibus ſuper reuocatione actus, de iure communi, ibid.

Appellandum eſt indiſtincte coram iudice, & hoc ſi poteſt haberi eius copia, & in publico, non in hortis, vel villa ſuburbana; niſi iuſtus metus appellantem excuſet, gl. iudici, in cap. appellatio, 9. de ap. l. 6.

ad Appellandum terminus, non poteſt augeri nec minui. gl. decem dies, in extrauag. ſuſcepti regiminis, Ioan. 22.

ad Appellandum decendium currit de hora in horam, gl. ex tunc, in extrauag. ſuſcepti regiminis. Ne ſede vacante, inter communes.

Appellandum eſt ab omnibus, maxime ab oppreſſis, ad Romanam Eccleſiam, quaſi ad matrem, can. ad Romanam, 2. 2. q. 6.

Appellandum eſt de minori iudice ad maiorem; & taliter appellanti non debet denegari audientia, can. placuit, 1. 2. q. 6.

Appellandi priuilegium ad ſedem Apoſtolicam, conceſſum eſt: vt oppreſſi, & iniuſtè damnati, auxilium & reſtitutionem ab ea ſumant, can. ideo huic ſanctæ, 2. q. 6.

ad Appellandum olim erant ſtatuti duo dies, poſtea Theodoſius dedit quinque dies, deinde Iuſtinianus dedit decem dies, gl. infra quinque, in can. ſi quis iudicem, & can. anteriorum, 2. q. 6.

ad Appellandum hodie dantur decem dies, à recitatione ſententiæ numerandi, can. anteriorum, 2. q. 6.

Appellandum non eſt ad pares, ſed ad maiores, d. can. anteriorum, §. illo videlicet.

Appellandum non eſt ab arbitris, can. à iudicibus, 2. q. 6.

Appellandum eſt gradatim, & non omiſſo medio, can. ſcitote, & ibi gl. pe. 6. q. 3.

Reliqua vide in verbo, Terminus, Appellans, 10. 11.

Appellans in genere, n. 1. vſque ad n. 10.
Quoad tempus ad appellationem proſequendam, 10. 11.
Quoad cauſam rationabilem vel non appellationis, n. 12. 13. 14.
Quoad deſertionem vel proſecutionem appellationis, n. 15. 16. 17. 18.
Quoad renunciationem appellationis, 19. 20.
Quoad appellationem in cauſa electionis, 21.

APPELLANS coram iudice, ſufficit quod dicat *appello*; ſed ſi appellat ſine iudice, tunc ſcribit quis, & à quo, & contra 1
quem appellet, & à qua ſententia: & idem dicendum eſt, quando appellat à grauamine, quia dicat appello, gl. ſi. in can. poſt appellationem, §. ſi. 2. q. 6.

Appellantes non audiuntur, niſi hi quorum intereſt; vel quibus mandatum eſt; vel qui negotium alienum gerunt, & mox illud reus ratum habeat, can. non ſolent, 2. q. 6.

Appellans à grauamine, iuſte appellat, licet remota ſit appellatio in reſcripto; quia non aduerſus literas principis, ſed aduerſus malitiam iudicis appellat, gl. aduerſus, & ibi gl. ſi. in can. biduum, §. ſi. 2. q. 6.

Appellans cauſa afferendæ moræ, ne contra eum ſententia feratur, non auditur, can. quicumque, 2. q. 6.

Appellans, in cauſa appellationis victus, tenetur victori ſumptus quadruplicatos reficere: hodie ſimplos tantum tenetur, can. omnino, & ibi gl. 1. 2. q. 6.

Appellans, in cauſa appellationis victus, ſecundum canones condemnatur in expenſis: ſecundum leges punitur, in ciuili cauſa in quinquaginta libris argenti; in criminali infamis eſt, & litem perdit: niſi primus iudex admiſiſſet appellationem, quia tunc arbitrio iudicis punitur, gl. 1. in d. cap. omnino.

Appellans ſecundo, non auditur in quibuſdam caſibus, gl. poſt ſententiam, in can. anteriorum, §. illud etiam, 2. q. 6.

Appellans, & etiam appellatus tenentur mittere ſuos procuratores ſufficientes ad appellationem proſequendam, ſi terminus ſuit præfixus à iudice, vel appellante: alias finitur cauſa, altero proſequente legitime: & hoc cum lis eſt conteſtata, & appellatum fuit à diffinitiua, ſiue poſt litem conteſtatam: ſecus ſi lis non fuit conteſtata, & appellatum fuit à grauamine, gl. ſi. in cap. veniens, de renunciatione.

Appellans ab interlocutoria iterum citatur, ſi appellatio prætenditur facta minus legitime, cap. cum olim, 22. de officio deleg. 2

Appellans à prætenſo grauamine, licet non ſit de neceſſitate viterius ad aliquem actum citandus: tamen ex benignitate iudicis poteſt ſemel citari, c. ſi prout, de dolo, & contum.

Appellans iniuſte, condemnandus eſt alteri parti in expenſis, & debet remitti ad eumdem iudicem, à quo appellauit, gl. condemnantes, in cap. ſignificauerunt, 36. de teſtibus.

Appellans ab interlocutoria, poteſt appellare à diffinitiua, cap. conſtitutis, 46. eod.

Appellans tertius (cuius intereſt) à ſententia inter alios lata, debet ſeruare tempora appellationis interponendæ, & exprimere cauſam appellationis, vt admittatur, cap. cum ſuper, 17. de re iud.

Appellans temere, pœna extrinſeca non eſt puniendus de iure canonico, cap. 2. & ibi gl. 2. de appellat.

Appellans in vna cauſa, poteſt conueniri in alia cauſa coram iudice

iudice à quo, niſi eum recuſet vt ſuſpectum, cap. ad hæc, 6. eod.

Appellans vnus ad Papam, & alius ad inferiorem, tenetur appellans ad Papam comparere ad citationem iudicis inferioris, ſaltem allegaturus appellationem ſuam: alias valebit proceſſus à minore factus, niſi ſciuerit appellationem eſſe interpoſitam ad Papam, cap. ſi duobus, 7. eod.

Appellans à certo iudice, non tenetur coram alio litigare, gl. pe. in cap. ſuper eo. 50. de appellat.

Appellans compellitur alternatiue, vel proſequi appellationem interpoſitam in termino conſtituto à iudice: vel eo elapſo, coram eo reſpondere, gl. compellas, in cap. peruenit, & cap. conſuluit. 54. & ibi gl. fi. eod.

3 Appellans ſi turbabitur in poſſeſſione ſuper qua appellauit, iudex à quo poteſt illam poſſeſſionem ſibi reformare, appellatione in ſuo ſtatu permanente, cap. cum teneamur, eod.

Appellans in eo tantum articulo ſuper quo appellatum eſt, dicitur exemptus à iuriſdictione iudicis ſui ordinarii, gl. 2. in d. cap. cum teneamur.

Appellans à delegato ex cauſa legitima, ſi poſtea redeat ad ipſum delegatum, intelligitur renunciare appellationi, ibid.

Appellans ab ordinario, poſtea tamen de delicto ab eo commiſſo puniri poteſt per ipſum ordinarium, cap. pretereà, 22. eod.

Appellans ab ordinario, in vna cauſa, in aliis coram eo tenetur reſpondere: poteſt tamen eum recuſare vt ſuſpectum, niſi conueniatur de crimine manifeſto, in quo non cadit excuſatio, nec ſuſpicio; vt quia imponitur pœna iuris ſurgens ipſo facto, cap. propoſuit, 24. eod.

Appellans non tenetur redire ad iudicem à quo, licet iudex ad quem hoc præcipiat: niſi conſtaret de iniuſtitia appellationis, cap. accepta, 35. eod.

Appellans poteſt redire ad iudicem à quo, non obſtante contradictione alterius partis: condemnatur tamen ad expenſas factas parti contradicenti, gl. fi. ibid.

Appellans, per appellationem legitimam eximitur à poteſtate, & iuriſdictione iudicis à quo, quoad illam cauſam, cap. directæ, 39. eod.

Appellans, appellatione ſua non approbata à iudice vel aduerſario, ſufficit quod mittat procuratorem ad impetrandum, licet altera pars ſit præſens, gl. appellauerit, in cap. ſæpe, 44. de appellat.

Appellans non dicitur condemnatus, gl. ſententia, ibid.

Appellantis ſtatus integer eſt, vt interim fungatur honoribus,

4 Appellanti non imputatur, ſi per principem ſtat, quominus cauſam expediat, cap. ex inſinuatione, 50. eod.

Appellans extra iudicium ex veriſimilibus, & probabilibus cauſis, ne in poſſeſſione moleſtetur; ſi poſtea ſpolietur, reſtituitur ante omnia in ſtatum, in quo erat tempore appellationis emiſſæ, cap. bonæ memoriæ, 53. eod.

Appellans à iudice ordinario ſuper aliqua cauſa ad tempus, exemptus eſt ab ipſo, quatenus ad illum articulum tantum: ſed in aliis remanet iudex: & tamen, pendente illa cauſa, poterit, ſi voluerit, recuſare in alia cauſa, tanquam ſuſpectum; ſecus tamen eſt in delegato, gl. ad tempus, in cap. paſtoralis, §. verum, eod.

Appellans, non debet audiri interim dum manet in crimine ſuper quo appellat: intellige ſi hoc notorium ſit, gl. tenebatur, in cap. dilectis, 55. eod.

Appellans, qui terminum appellationi præfigit, ſi mittit procuratorem ad impetrandum, & contradicendum tantum, & appellatio fuit recepta à iudice, & approbata à parte, aduerſario legitime proſequenti condemnatur in expenſis, cap. Nicolao, 64. eod.

Appellans poterit impetrare quandocumque vult, nec poteſt præueniri nimis per appellatum, cap. 3. de confirmatione vtili vel inutili.

Appellantes poſſunt appellare pro ſe, & ſibi adhærentibus: & illius appellationis virtute, etiam adhærentes defenduntur, cap. olim, 26. de accuſatione.

Appellans à ſententia condemnatoria illius criminis, cuius manifeſtus eſt reus, non auditur, gl. 2. in cap. quam pernicioſus, de vſuris.

Appellans remitti debet ad eum à quo appellauit, ſi malicioſe appellauit, vel ſi non ſit proſequutus appellationem in termino conſtituto, vel ſi ipſe appellans hoc petierit, gl. remittendi, in cap. perpetuas, 40. de ſententia excommunicationis.

Appellans à iudice in vna cauſa perſonali, non cogitur apud eundem iudicem in alia procedere, prima non finita, cum ſuſpectus ſit illi, gl. ſuper omnibus, in cap. diſpendia, 3. de reſcript. lib. 6.

Appellantium victoria prodeſt omnibus, etiam non appellantibus,

5 gl. opponit, in cap. 5. de electione, lib. 6.

Appellans non comparens debet condemnari in expenſis appellato legitime comparenti, gl. defecerit, in d. cap. 2. §. fi.

Appellans & impeditus vno die ad proſequendam appellationem, habet ſecundum annum integrum: ſed ſi beneficio reſtitutionis ei ſubueniatur, tunc non habebit niſi tantum tempus, quantum amiſit, gl. fi. in cap. ſi electio, 26. eod.

Appellans ad Papam in iudicio vel extra, debet appellare in ſcriptis, & cauſam exprimere, & Apoſtolos petere, cap. 1. & ibi gl. vel extra, de appellatione, lib. 6.

Appellans ab interlocutoria debet in ſcriptis appellare, gl. interlocutoria, in d. cap. 1. de appellat.

Appellans facto prudenter facit, ſi coram teſtibus exprimat omnia grauamina, pro quibus vadit, & nuncium mittit: nam ſi quando appellat viua voce, ad hoc tenetur: ergo quando appellat viua voce, ad hoc tenetur: ergo quando facto, gl. appellandum, in add. ibid.

Appellans, appellatione recepta à iudice vel à parte, debet mittere procuratorem inſtructum ad proſequendam appellationis cauſam, & etiam cauſam principalem, ſi hoc petierit appellatus, gl. petierit, in d. cap. 5. §. poſt hoc.

Appellans remittitur ad iudicem à quo, & condemnatur in expenſis, quando appellatio eſt fruſtratoria, d. cap. 5. §. quod ſi.

Appellans debet probare ſe appellaſſe, & infra decem dies appellaſſe, nec ſufficeret alterum probare, cap. Romana, §. ſi vero, de appellat. lib. 6.

Appellans, in petendo apoſtolos, debet requirere iudicem à quo, cum debita inſtantia, loco & tempore congruo, gl. requiſitus, in cap. vt ſuper, eod.

Appellanti currunt triginta dies ad petendam appellationem à die ſententiæ, gl. 5. in cap. cum ab eo, 6. eod. 6

Appellans condemnatus de furto, ſi non proſequitur appellationem, retrouertatur infamia: videtur enim ratam habere ſententiam, gl. 1. ad §. in reg. ratihabitionem, de reg. iuris, lib. 6.

Appellans ante diffinitiuam, etiam à diffinitiua lata eo abſente citato, vel non, appellare poteſt, niſi prima appellatio fuerit friuola manifeſte: quo caſu non appellat tanquam manifeſtus contumax, clem. 2. de dolo, & contum.

Appellare ante diffinitiuam, ſi non appellat à diffinitiua, tranſibit in rem iudicatam, d. clem. 1.

Appellans, victus à prima, & ſecunda ſententia, non poteſt appellare à tertia, gl. fuerint, in clem. 5. de re iudic.

Appellanti, in cauſſa beneficiali, ſufficit ſolam appellationem appellato intimare, gl. fi. in clem. 2. de appellat.

Appellans tenetur ad duo, ſcilicet ad comparendum in termino aſſignato pro petendis apoſtolis, & ad eos petendos, ſecus cum citatur ad videndum reuocari grauamen, clem. 2. vel. verum, & ibi gl. nec petat. eod.

Appellans, qui ſufficienter petiit apoſtolos coram iudice, qui reſpondet ſe illos daturum nullo termino ſtatuto, comparere vlterius non tenetur, & multo magis ſi nihil reſponderit iudex, aut denegauerit ſibi, gl. aut ſi, in d. clem. 2. §. ſi.

Appellanti ſufficit, quod infra terminum apoſtolos petat inſtanter, & ſæpius loco, & tempore congruo, tenetur tamen finem termini expectare, vt videat an iudex offerat, & moram purget, gl., vel infra, in d. §. ſi.

Appellans bis ſuper vno articulo, & repulſus, non poteſt à diffinitiua appellando amplius alium articulum proſequi, clem. fi., & ibi gl. ſuccumbit, de appellatione.

Appellans fruſtratorie, & non ſeruans ſententiam iudicis, iniuriam facit ei, & offendit ipſum, gl. a. in can. ſi quis præpropera, diſt. 50. 7

Appellanti datur annus, vel biennium, iudex tamen poterit moderari tempus reſciſſius, gl. 1. in can. liceat, 2. q. 6.

Appellantem non debet iniuriare carceris aut retentionis cuſtodia, can. appellantem, 2. q. 6.

Appellantium iudicia audiendæ ſunt ab his, ad quos appelletur, can. qui ſe ſcit, 2. q. 6.

Appellans in cauſa criminali, ſi eſt ſuſpectus poteſt incarcerari, ſi non poteſt dare fideiuſſores, gl. a. in can. arguta, 2. q. 6.

Appellans fruſtratorie, condemnari debet è iudice ad quem fuit appellatum, can. qui ſcit, §. patet. 2. q. 6.

Appellans in ciuili per calumniam, punitur in quinquaginta libris argenti, ſed ſi ſine calumnia, non punitur, niſi in expenſis, & remittitur ad iudicem à quo, gl. condemnabitur, ibid.

Appellans, pendente appellatione, conuentus de alia cauſa coram iudice à quo appellauit, poteſt eum vt ſuſpectum recuſare, gloſſa obſis, in can. hoc etiam, 2. q. 6.

Appellans tertio non auditur, quia præſumitur quod toties iuſte condemnatus ſit, & non grauetur, gl. tertio, in can. ſi autem, & ibi gl. 5. 2. q. 6.

Appellans poteſt pœnitere, & ab appellatione deſiſtere, can. ei qui, §. ſi quis libellos, 2. q. 6.

Appellans verus contumax non auditur, niſi venerit iudice ſedente pro tribunali, gl. per contumaciam, in d. cap. ei qui, §. ſunt etiam. 8

Appellans non auditur, quando conuictio, & confeſſio concurrunt, gl. & hoc in notoriis, in d. cap. ei qui §. quoties.

Appellans ne teſtamentum defuncti aperiatur, vel ne ſcriptus hæres in poſſeſſionem mittatur, & iudex appellationem recipiens, ſunt puniendi, d. cap. ei qui, §. ſi quis auſus.

Appellans poteſt viua voce incontinenti ſine ſcriptis appellare, tam in ciuilibus, quam in criminalibus, d. cap. ei qui, §. pe.

Appellans non debet remitti ad iudicem à quo, ſed iudex ad quem, debet cognoſcere de appellatione, & illam iuſtam, vel iniuſtam pronunciare, ibid.

Appellans ſecundo quandoque non auditur, can. ſi inter, & ibi gl. fi. 6. q. 4.

M. P. Appellantes à ſententiis ſummorum Pontificum ad futurum concilium, ſunt excommunicati, & pro veris ſchiſmaticis, & de Catholica ſede male ſentientibus haberi debent, extrauag. execrabilis, Pii ſecundi, & extrauag. ſuſcepti, Iulii 2.

Appellans ſi ſuccubuerit, tenetur reſtituere fructus perceptos cum ipſa re, a tempore litis conteſtatæ, gl. fi. in cap. fi. de ſequ. poſſ.

Appellans

Appellans auditur ſuper non oppoſitis, cum iuramento, quòd illa de nouo peruenerint ad ipſius notitiam, gl. de nouo, in clem. conſtitutionem, 4. de electione.

Appellans, ſi ratione formæ non ſeruatæ repelli poteſt, etiam repelli poteſt tertius adhærens in eadem inſtantia, d. clem. conſtitutionem, & ibi gl. non appellans, & gl. eadem cauſa, & gl. articulos.

Appellans qui compromiſit, reuertitur ad iudicem ad quem,
9 ſi compromiſſarius non pronunciat, & idem ſi pronunciauit,
ſed appellans vult pœnam ſoluere, & appellationem proſequi, quod rectè poterit, gl. compromiſſum, in clem. quamdiu, de appellatione.

Appellans etiam ante pronunciationem compromiſſo durante, poterit ad iudicem redire, ſoluendo pœnam, ibid.

C. T. Appellans reus in criminali cauſa ab Epiſcopo, vel eius Vicario Generali, coram iudice ad quem appellauit, acta primæ inſtantiæ omnino debet producere, & iudex niſi illis viſis, ad eius abſolutionem non debet procedere, Concil. Trid. ſſ. 13. de refor. can. 3.

Appellanti iudex, à quo appellatum eſt, intra triginta dies acta ipſa debet exhibere gratis, alioquin abſque illis cauſa appellationis huiuſmodi, prout iuſtitia ſuaſerit, terminari debet, ibid.

Appellans in caſibus à iure permiſſis, aut ab aliquo grauamine conqueſtus, vel ob lapſum biennii abſque diffinitiua ſententia, ſi ad alium iudicem recurrerit, tenetur acta omnia coram Epiſcopo geſta transferre ad iudicem appellationis expenſis ſuis, admonito prius eodem Epiſcopo, vt ſi quid ei pro cauſæ inſtructione videbitur, poſſit iudici appellationis ſignificare, Concil. Trid. ſſ. 24. de refor. cap. 20.

Appellanti, tenetur notarius ipſam actorum copiam congrua mercede accepta, quamò citius, & ad ſummum intra menſem exhibere, quod ſi notarius in differenda exhibitione fraudem fecerit, ab adminiſtratione officii arbitrio ordinarii ſuſpenditur, & ad dupli pœnam, quanti ea lis fuerit, inter appellantem, & pauperes loci diſtribuendam, debet compelli, d. cap. 20. ad. fi.

Appellanti, ne integra acta intra tempus traderentur, ſi iudex fuerit conſcius impedimenti, vel particeps, aut aliter obſtiterit, tenetur ad dupli pœnam, quanti ea lis fuerit, ibid.

Reliqua vide in verbo, Actor, n. 2. Apoſtoli, n. 3.

10 APPELLANS poteſt ſibi ſtatuere terminum ad appellatio-
nem proſequendam, & iudex etiam idem poteſt facere, cap. veniens, & ibi gl. præfixit, de renunciatione.

Appellans, eo quod ſibi ſtatuerit terminum ad proſequendam appellationem, non ſequitur quod cauſa fuerit in curia, reprob. d. gl. præfixit, in add. marg.

Appellanti quandoque ſtatuitur terminus ad iter arripiendum, cap. 5. de electione, lib. 6. & ſufficit, quod in termino iter arripiat, d. gl. præfixit.

Appellans quando ſtatuit terminum ſuæ appellationi, vtraque pars cauſam appellationis debet proſequi, per ſufficientem procuratorem ad totam cauſam, d. cap. veniens.

Appellanti quandoque ſtatuitur terminus ad ſe præſentandum iudici, quandoque ſtatuitur ſibi ad iter arripiendum, quandoque ſtatuitur terminus anni à lege, vel ex cauſa biennium, gl. 2. in cap. perſonas, de appellatione.

Appellans, ad proſequendam appellationem, habet annum, & ex cauſa neceſſaria ac euidenti biennium, niſi iudex moderetur, & ſi intra id tempus non proſequatur, rata manet ſententia, vel redit ad primam, ſi ante ſententiam appellauit, cap. cum ſit Romana, eod.

Appellanti debet iudex à quo præfigere terminum ad proſequendam appellationem, quando eſt præſumptio malitiæ contra appellantem, cap. peruenit, 28. de appellatione.

Appellanti, vel appellato non licet præuenire terminum ſtatutum à iudice, vel ab appellante, & ſi præueniant, carent impetratis, ſecus eſt in termino ſtatuto à lege, cap. ſæpe, 44. & ibi gl. præueniens, eod.

Appellans, ſi appellationi ſuæ terminum ſtatuerit ad ipſam
11 proſequendam, eaque appellatio fuerit approbata à iudice,
vel ab aduerſario, tenetur proſequi appellationem per ſufficientem procuratorem ad cauſam, alias altera parte eam proſequente condemnatur appellans in expenſis, cap. Nicolao, 64. & ibi gl. a. eod.

Appellans, ſi non præfixit terminum appellationi ſuæ proſequendæ, nec à iudice, nec ab aduerſario appellatio ſit approbata, tunc ſufficit appellanti mittere procuratorem ad impetrandum, & contradicendum, altera parte etiam proſequente, d. gl. r.

Appellans extra iudicium, infra decem dies ex quo ſcivit grauamen, debet appellare, poſtea per remedium iuris communis audietur, ſed non per appellationis remedium, cap. concertationi, & ibi gl. grauatum, de appellatione, lib. 6.

Appellans pro condemnato olim habet biduum vt in propria cauſa, triduum in aliena, gl. 1. in reg. non eſt ſine culpa, de regulis iuris, lib. 6.

Appellans, & appellatus ſi conuenerunt, ne fatalia vel tempora appellationis currerent per aliquod tempus, vt quia in loco appellationis erat peſtis, vel mortalitas, toto illo tempore non currunt tempora appellationis, gl. vel alias, in clem. quamdiu, de appellatione.

Appellanti non ſunt denegandæ induciæ, ſcilicet ad proſequendam appellationem, cau. qui ſcit, §. pater. 2. q. 6.

Appellanti ad Imperatorem, non currunt tempora proſequendæ appellationis, Imperatore impedito, vel nolente procedere, can. anteriorum, §. ad hoc, 2. q. 6.

Appellanti datur annus ad exercendam appellationem, & ex cauſa biennium, quo elapſo tuta manet ſententia, can. ei qui. & ibi gl. a. 2. q. 6.

Appellanti à ſententia ad alium, quàm ad principem, tunc ſunt dandi ſex menſes ad appellationem proſequendam: appellanti à delegato qui non recipit appellationem, dantur tres menſes, ſed ſi à delegato principis tunc nouem menſes: ſi à pedaneis iudicibus duo menſes, gl. annus, ibid.

Reliqua vide in verbo, Iter, Terminus, 1. 2. 3. 5. Appellatio, 35. vſque 38.

APPELLANS docere debet ſe iuſtè appellaſſe, gl. ſtandum, in cap. in præſentia, de renunciat.

Appellans ſi cauſam appellationis compromiſerit in arbitros, 12
non cenſetur ob id renunciare appellationi, imò poſtea poterit proſequi appellationem, nec interim ei currit tempus, gloſſa commiſiſſe, in cap. veniens, eod.

Appellans debet probare cauſam appellationis veram fuiſſe, gl. admiſiſſe in cap. cum cauſa, 22. de officio deleg.

Appellans, cauſam rationabilem coram iudice debet exprimere, & propter illam appellare, gl. conqueſtus, in cap. ad reprimendum, de officio ordin.

Appellans hodie in iudicio ſiue extra ab interlocutoria, vel grauamine, in ſcriptis debet appellare, & cauſam appellationis exprimere, ibid.

Appellans ab interlocutoria, licet teneatur probare cauſam appellationis eſſe veram, hoc tamen non eſt neceſſe, vbi cauſa appellationis iuſtificata eſt à iure, ſed ſufficit probare appellationem interpoſitam ob aliam cauſam, cap. ſignificauerunt, 36. de teſtib.

Appellans à diffinitiua, poteſt aliam cauſam ab illa, quam expreſſit coram iudice à quo, proſequi, ſecùs ſi appellauit ab interlocutoria, gl. pendebat, in cap. cum Ioannes, de fide inſtru.

Appellatus à grauamine ante ſententiam, in cauſa appellationis, debet probare cauſam appellationis eſſe veram, cap. olim. & ibi, gl. a. de exceptione.

Appellans à ſententia, debet probare ſententiam eſſe iniuſtam, cap. cauſam quæ, & ibi gl. de re iudi.

Appellans à grauamine ante ſententiam diffinitiuam, debet ex-
primere cauſam grauaminis, propter quam appellat; ſed appel- 13
lanti à diffinitiua, ſufficit dicere, *appello ab iniqua ſententia*, gl. 1. in cap. quod ad conſecrationem, 25. eod.

Appellans à grauamine, cauſam in ſcriptis aſſignare tenetur & debet petere apoſtolos, in quibus iudex exprimat cauſam appellationis, & cur appellatio non ſit admiſſa, gl. appellauerit, in cap. ſæpe, 44. de appellatione.

Appellans, expreſſa vna cauſa appellationis, illa omiſſa, non admittitur volendo aliam proſequi, gl. aliam, in cap. conſtitutis, de appellat.

Appellans ex pluribus cauſis copulatiuè deductis, non grauatur onere probandi omnes cauſas; ſed ſufficit probare vnam per ſe ſufficientem, niſi vna veniat, vt qualitas ad reliquam, cap. ſignificauit, 48. & ibi gl. pe. eod.

Appellans ante ſententiam, tenetur exprimere cauſam rationabilem coram ipſo iudice à quo: nec admittitur exceptio, quod prius miſerat nuntium ad ſedem apoſtolicam, vel quod literas impetrauerat, quæ non ſunt iudici præſentatæ, cap. vt debitus, 59. eod.

Appellans à grauamine ante ſententiam, debet exprimere cauſam ſui grauaminis coram iudice appellationis talem, quæ ſi eſſet probata, eſſet legitima; vel quæ eſſet expulſa in iure: neque poterit in cauſa appellationis aliam cauſam allegare, gl. ſi. in cap. cum cauſam, 61. eod.

Appellans à diffinitiua, non tenetur allegare cauſam: ſed ſufficit dicere, *appello ab iniqua ſententia*: & tunc in cauſa appellationis poteſt apponere nouam cauſam, & noua inſtrumenta, ibid.

Appellans extraiudicialiter, debet cauſam exprimere, propter 14
quam appellat; & in ſcriptis proponenda eſt; alias habetur pro non appellante, ibid.

Appellanti non ſufficit probare, quod exceptionem veram, & legitimam oppoſuit, & appellauit: niſi probet quod propter exceptionem non admiſſam appellauit, cap. dilecto, 63. eod.

Appellans à grauamine, ſi non exprimat in appellatione cauſam illam propter quam appellauit, ſed aliam, illam proſequi non poteſt: quia propter illam non appellauit, gl. 2. ibid.

Appellans ex pluribus cauſis copulatiuè deductis, iuſtificat appellationem cauſarum alterum probando, cap. ſignificante, 69. eod.

Appellans à grauamine, ſemper adiiciat in aſſignatione cauſæ, quod offert ſe illam cauſam probaturum: & ſic de veritate cauſæ quam expoſuit, non habet neceſſe probare: quod alias teneretur, cap. interpoſita, 70. & ibi gl. niſi hoc, eod.

Appellans debet eſſe cautus: primò cum appellat ex cauſa probabili, quod eam offerat ſe probaturum: item cùm accipitur appellatio à iudice vel aduerſario, proſequatur appellationem per ſufficientem procuratorem ad totam cauſam, ne condem-

netur

aetur in expenſis: item præfigat terminum appellationi ſuæ, ne appellato poſſit ſupplantari; item quod conſtituat procuratorem fidelem, gl. recipere, ibid.

Appellans à diffinitiua, debet exprimere cauſas in genere, velutt *Appello ab iniqua ſententia contra me lata*: etſi non audeat appellare propter metum, debet hoc proteſtari coram iudice à quo, vel in præſentia bonorum virorum, gl. fi. in d. cap. fi. de appell.

Appellanti non ſufficit proponere talem cauſam, quæ ſi probata eſſet, debeat apellatio legitima iudicari: ſed requiritur etiam, quod illa ſit probabilis, & quod iudici iuſta videatur, gl. 1. in can. ad Romanam, 1. 2. q. 6.

Appellans tenetur aſſignare cauſam appellationis: ſi tamen cauſam non aſſignat, & poſtea contra iudicem appellationis probat iuſtam cauſam appellandi, caſſabitur quod factum eſt: & ita prior iudex benefacit, non deferendo appellationi, cum cauſa appellationis non ſit expreſſa, gl. fi. in can. non ita, 2. q. 6.

Reliqua in verbo, Appellatio, 29. vſque 32.

15 APPELLANS, ſi appellationem non ſit proſequutus, debet condemnari ad omnes expenſas, quas aduerſarius fecit, poſtquam iuerat ad iudicem ad quem, gl. proſequutus, in cap. cum dilecti, de dolo, & cont.

contra Appellantem, & appellationem non proſequentem, oritur ſuſpicio non leuis de iniuſtitia cauſæ, d. cap. cum dilecti.

Appellans, ſi intra terminum, à iudice à quo, vel à ſe ipſo ſtatutum, non proſequatur; ſententiæ, vel iudicio illius ſtare cogitur, cap. perſonas, de appell.

Appellanti poteſt ſtatui duplex terminus, vnus ad ſe præſentandum: alius ad proſequendam appellationem, ibi.

Appellans non tenetur appellationem proſequi: quia poteſt pœnitere, gl. cogitur, in cap. cum ſit Rom. §. fi. eod.

Appellans alternatiue compellitur, quod aut proſequatur appellationem, aut redeat ad iudicem à quo appellauit, ibid.

Appellanti non præiudicat lapſus biennii, ſi iuſta cauſa fuit impeditus, & per iudicem ſtetit: vel ſi in medio tempore arbitros elegerunt partes, gl. 1. in cap. ex ratione, 8. de appellat.

Appellanti non præiudicat lapſus biennii, quominus ex cauſa legitima audiatur: ſaltem per beneficium reſtitutionis in integrum, d. cap. ex ratione.

Appellanti, licet dolo alicuius, appellationem non proſequenti, currunt tempora appellationum: ſed habet is recurſum contra doloſum ad intereſſe; quod ſi is fuerit non ſoluendo, reſtituitur appellans ad proſecutionem ſuæ appellationis, gl. 1. ibid.

16 Appellans licet redeat ad iudicem à quo pro alia cauſa, pro qua non appellauit, non intelligitur appellationi ſuæ renunciare; cum ſit iudex ordinarius in illius aliis cauſis, cap. cùm teneatur, & ibi gl. 2. eod.

Appellans, ſi intra terminum à iudice à quo præfixum ad proſequendam appellationem, non proſequatur; iudex à quo reaſſumit iuriſdictionem, cap. reprehenſibilis, 26. eod.

Appellans, non proſequens appellationem ſuam, condemnatur in expenſis appellato proſequenti, ibid.

Appellans, qui non proſequitur appellationem, ſi redit ad iudicem à quo, & iterum grauatur, non obſtante prima deſertione poteſt iterum appellare, cap. directæ, 39. eod.

contra Appellantem non comparentem in termino, licet poſſit procedi, nihilominus, ſi appellatus non vult appellationem proſequi, appellatio eſt deſerta, cap. ſæpe, 44 eod.

Appellans appellatione ſua recepta à iudice, vel ab aduerſario approbata, tenetur illam proſequi ſufficienter, quantum ad totum negotium: aliàs ſi nuncium mittat ad impetrandum tantum, vel nullum mittat, aduerſario proſequente, condemnatur in expenſis, gl. appellauerit, ibid.

Appellans ſi non proſequatur appellationem ſtatim, tenet ſententia: nec amplius auditur appellans, gl. procedatur, ibid.

Appellans, ſi non potuit appellationem proſequi intra terminum ſtatutum, auditur volens probare impedimentum, gl. abſente, impedimentom.

Appellans, ſi non proſequatur appellationem intra annum, poſtea non admittitur ad eam proſequendam: niſi iuſtam cauſam oſtenderet, propter quam daretur ei biennium, cap. conſtitutus, 45. de appellat.

17 Appellans, ſi non proſequatur appellationis cauſam: vel ſi proſequatur, ſed non probat cauſam appellationis, quare appellauit, iudex à quo procedet in cauſa, cap. cum ſpeciali, §. porro, eod.

Appellanti ſufficit mittere ſimplicem nuncium ad impetrandum, & contradicendum, quando appellatus noluit proſequi, quia eam non approbauit, gl. 1. in cap. Nicolao, eod.

Appellans, ante inchoatam proſequutionem appellationis, poteſt, ſi vult, inuito appellato petere, vt remittatur ad iudicem à à quo: ſed condemnabitur in expenſis factis per aduerſarium in illa appellatione, cap. interpoſita, §. ille denique, eod.

Appellans doloſe, ſi non proſequitur appellationem, poteſt qui non appellauit, negotium aſſumere, etiam inuito eo, qui ex fide non proſequitur, gl. opponitur, d. cap. 1. de electione, lib. 6.

Appellans à diffinitiua non tenetur in ea exprimere cauſam appellationis, ſed ſufficit dicere, *appello à tali iniqua ſententia*, & iudex debet appellationi deferre, & poteſt ſtatuere terminum appellanti ad proſequendam appellationem, gl. ſtatuit, in cap. 1. §. his quæ, de appellat. lib. 6.

Appellans, etiam poſt deſertionem appellationis, poteſt proſequi viam nullitatis ſententiæ, cap. licet, 14. de ſententia excomm. lib. 6.

Appellans, poſt interpoſitam appellationem debet petere apoſtolos, infra terminum à iudice ſtatutum: aliàs cadit ab appellatione, clem. 2. de appell.

Appellans, cui iudex infra terminum non dedit apoſtolos, perinde poteſt proſequi appellationem, ac ſi fuiſſent ſibi denegati, clem. 2. §. fi.

Appellans tenetur proſequi, & finire appellationem extraiudicialem infra annum à die interpoſitæ appellationis, vel illati grauaminis: quo non facto, impedimento iuſto ceſſante, appellatio eſt deſerta, clem. ſicut, 3. de appel.

Appellans non impeditus excluditur à proſecutione poſt annum: intellige quando appellat à futuro grauamine: & tunc à tempore grauaminis incipit annus proſecutionis, gl. extraiudicialem, in d. clem. ſicut. 18

Appellanti ante diffinitiuam non licet proſequi cauſas in appellatione nominatim non expreſſas: nec proceſſus primi iudicis iuſtificari, vel impugnari poteſt, niſi ex actis coram eo, clem. appellanti, 5. de appell.

Appellans debet cauſas in appellatione nominatim exprimere: nec ſufficit tacite vel in genere exprimere, d. clem. appellanti, & ibi gl. ab interlocutoria,

Appellans non cogitur dare cautionem de proſequenda appellatione, nec cuſtodiri debet, niſi ſit cauſa criminalis, & ſuſpectus ſit, gl. cuſtodia, in can. ad Romanam, 2. q. 6.

Appellans poteſt proſequi omnes cauſas expreſſas in appellatione ab interlocutoria: ſed non expreſſas non poteſt, de ſtilo tamen curiæ, ſi appelletur ex pluribus cauſis, eligitur vna: & illa ponitur in reſcripto commiſſionis, clem. appellanti, & ibi gl. expreſſas, de appellatio.

Appellans ante ſententiam, ſi non proſequatur appellationem, ſtabitur iudicio eius, à quo appellauit, nec poſt auditur appellans, niſi iterum grauetur, gl. maneat, in can. ei qui, 2. q. 6.

Reliqua in verbo, Appellatio, 41. Deſeri.

APPELLANS videtur renunciare appellationi, faciendo actum coram iudice à quo; ſi ille actus recipitur ab aduerſario, gl. 3. in cap. pen. de eo qui mittitur in poſſeſſionem. 19

Appellans non videtur renunciare appellationi, faciendo actum coram iudice à quo, quem aduerſa pars antea impugnauerat, ibid.

Appellans non proſequens appellationem in termino ſibi præfixo renunciare intelligitur ei, cap. perſonas, 4. de appellat.

Appellans comparens, & reſpondens, ſeu actum poſitiuum faciens coram iudice à quo, ſuper eo ſuper quo appellauerat, videtur renunciaſſe ſuæ appellationi, cap. cum veniſſent, 25. eod.

Appellans ipſo facto cenſetur renunciare appellationi, teſtes producendo coram iudice à quo, gl. 2. in cap. directæ, eod.

Appellans actor à ſententia in fauorem rei lata, ſi poſtea appellatione pendente reum ſpoliauit, intelligitur appellationi renunciaſſe, & idem ſi reum iniuſte turbarit à poſſeſſione, cap. an ſit, 42. eod.

Appellans ad ſuperiorem, ſi comparet coram iudice inferiori ſuper concernentibus ipſam appellationem, videtur ipſi appellationi renunciare: ſi vero proteſtetur quòd propter hoc non intendit renunciare appellationi, tanquam contraria allegans, non eſt audiendus, niſi notorium ſit actum illum eſſe iniuſtum, ſuper cuius emendatione adierit inferiorem, cap. ſolicitudinem, 54. eod.

Appellans poteſt renunciare appellationi ſuæ ſponte, cap. 2. de dolo & contum. lib. 6. 20

Appellans poteſt renunciare appellationi expreſſe, & etiam tacite litigando coram iudice à quo; ſi tamen intereſt aduerſarii, ad ipſius intereſſe tenetur, d. cap. 2. & ibi gl. renunciat. eod.

Appellans, ſi intra triginta dies non petierit apoſtolos, dicitur appellationi renunciare, cap. eum ab eo, 6. de appel. lib. 6.

Appellans, licet videatur appellationi iam interpoſitæ renunciare, per actum geſtum coram iudice à quo: non tamen videtur renunciare appellationi interponendæ, gl. teneris, in cap. ſi à iudice, de appell. lib. 6.

Appellans à diffinitiua, non videtur recedere ab appellatione ab interlocutoria prius interpoſita, nec eius effectu, clem. 1. de de dolo, & contum.

Appellans ante ſententiam, ſi poſtea appellet à ſententia propter hoc non renunciat appellationi, nec ſententiam ratificat, gl. appellare, in clem. 1. de dolo, & contum.

Appellans, ſi infra terminum iuris ſtatutum à iudice, apoſtolos debite non petiuit, vel oblatos recipere renuit, appellationi renunciat, clem 2. de appell.

Reliqua in verbo, Appellatio, 42.

APPELLANTES ab electione, poſtulatione, vel prouiſione, omnia quæ obiicere intendunt contra perſonam vel formam, tenentur exprimere; & iurare quod illa credunt vera eſſe, & ea ſe poſſe probare, cap. vt circa, de electione, lib. 6. 21

Appellantes contra electionem, poſtulationem, aut prouiſionem & obiicientes ſiue contra perſonam, ſiue contra formam, non audiantur ſuper non expreſſis, niſi de nouo emergant, vel ſuperueniat

peruenıat

peruenIat probandi facultas, ſuper quo debent iurare, ibid.

Appellans, ea quæ obiicere intendit contra perſonam electi, debet exprimere ſpecifice; neque ſufficit dicere eſſe periurum, homicidam, vel excommunicatum: & debet iurare in hunc modum, *iuro omnia, & ſingula*, gl. omnia, in d. cap. vt circa.

Appellans, ſuper oppoſitis in appellatione contra formam electionis, & perſonam electi debet incontinenti, & non alia die iurare, neque ei ſufficit dicere, *offero me paratum iurare omnia, & ſingula*, quia iuramentum exigitur, non pollicitatio, gl. præſtito, ibid.

Appellans à diffinitiua, licet regulariter non teneatur exprimere cauſam appellationis: ſecus eſt in appellatione ab electionibus Epiſcoporum, & ſuperiorum, gl. probabili, in cap. quamuis, de electione, lib. 6.

Appellans non videtur ſatis feciſſe conſtitutioni *vt circa*, ſi contra electionis formam, vel contra electi perſonam oppoſuit aliqua, & iurauit alternatiue ſe credere oppoſita eſſe vera, vel quæ ſufficere deberent, ex eis, cap. is qui, 19. eod.

Appellans obiiciendo contra formam electionis, vel perſonam electi; ſi non iurauerit vera ea, quæ oppoſuit, vel ſi iurauit alio modo quam debuit, non auditur etiam ſuper expreſſis, gl. audiendus, in d. cap. is qui.

Appellans contra certam perſonam, ne eligatur, tenetur ſeruare conſtitutionem *vt circa*, cap. qui contra, eod.

Appellans ne certa perſona ad electionem admittatur, tenetur ſeruare conſtitutionem *vt circa*: ſecus ſi contra incertam perſonam, veluti ne aliqui excommunicati, vel regulares admittantur, gl. 2. ibidem.

per Appellantem in cauſa electionis, vbi plura opponuntur, & in altero forma ſeruatur, in altero non, admittitur appellans ad proſecutionem eorum, in quibus ſeruata eſt forma; in aliis, in quibus non eſt ſeruata, repellitur, clem. conſtitution. de elect.

Appellans ad Papam ab electione, poſtulatione, vel prouiſione, debet iter arripere ad Papam intra menſem, & etiam appellatus, cap. 1. de electione, li. 6.

Appellans in cauſa electionis, intra tempus legitimum ſi non proſequatur, non per hoc præiudicatur cognitioni faciendæ officio iudicis ſuper impedimentis electi, cap. conſtitutus, 45. de appel.

Reliqua in verbo, Appellatio, 43.

Appellatio in genere, n. 1. *vſque ad* n. 23.
Quoad clauſulam appellatione remota, n. 24.
Quoad admittendam, vel denegandam appellationem, 25. 26.
Quoad inualidatem, vel validitatem appellationis, 27. 28.
Quoad iuſtificationem appellationis, & eius cauſam, n. 29. *vſque ad* n. 32.
Quoad ſuſpenſionem, vel extinctionem iuriſdictionis iudicis à quo n. 33. 34.
Quoad tempus appellationis interpoſitæ, vel interponendæ, n. 35. *vſque ad* n. 38.
Quoad attentata, vel innouata, pendente appellatione, 39. 40.
Quoad deſertionem, & renunciationem appellationis, n. 41.
Appellatio à quo, & ad quem debeat fieri, n. 42.
Quoad appellationem in cauſa electionis, n. 43.
Quoad appellationem à correctione, & ab excommunicatione, & executione ſententiæ. n. 44. & 45.

1 APPELLATIO eſt prouocatio, iniquæ ſententiæ querelam continens, gl. 1. in can. licet, 2. q. 6.

Appellatio eſt defenſio, cap. ſuggeſtum, 15. de appell.

Appellatio fuit inuenta, vt grauamen inflictum repararetur, non autem ad reprimendam iuſtitiam alicuius, ib.

Appellationis cauſa eſt eadem cum principali, ſi cauſam accipias pro negotio; nam non eſt idem iudicium; quia alii ſunt iudices, & pronunciant appellationem iuſtam vel iniuſtam: ſed in priori cauſa pronunciant de ipſo principali, gl. eademque, in can. ſi autem, 2. q. 7.

in Appellationis cauſa eſt lis conteſtanda, ergo & libellus eſt porrigendus: & de conſuetudine porrigitur talis libellus, *Peto ſententiam confirmari vel infirmari, latam inter me & Titium* gl. litis conteſtationem, in d. cap. ſi autem, §. ſi quis.

in Appellationis cauſa partes ſunt citandæ; ſi tamen altera pars non venerit, iudex ea abſente poterit procedere; ſi tamen abſens probat iuſtam cauſam abſentiæ, bene retractatur quod factum eſt, in can. ei qui, §. accuſator, 2. q. 6.

in Appellationis etiam cauſa debet fieri citatio, neque poteſt procedi altera parte abſente, gl. non conuenti, in cap. Eccleſia, de conſtit.

Appellatio generalis non admittitur, gl. elegerint, in cap. ad hæc ſumus, de reſcript.

Appellatio, & noui operis nunciatio differunt, gl. 1. in cap. cum nobis, de electione.

2 Appellatio non extenditur, niſi ad ea quæ illegitime fiunt, & illa ſola caſſat; ſecus eſt in noui operis nunciatione, in qua deſtruitur quidquid ædificatur poſt denunciationem, ſiue iuſte, ſiue iniuſte, gl. 1. in cap. cum inter, 18. de electione.

in Appellationis cauſa proceditur contra contumacem, gl. procedendum, in cap. dudum, 22. eod.

Appellationi aduerſarii ſui prius interpoſitæ non deferens, non poteſt allegare ſuam appellationem poſtea interpoſitam: ſed aduerſarius bene poteſt fundare ſe ſuper appellatione prius a ſe interpoſita, licet ipſe non detulerit appellationi poſtea interpoſitæ ab aduerſario, cap. bonæ, 23. eod.

Appellatio ſi ante litem conteſtatam à iudice, recepta non fuit, nec ab aduerſario approbata; tunc ſufficit appellanti mittere procuratorem ad impetrandum, & contradicendum, gl. fi. in cap. veniens, de renunciat.

Appellationis ſpontanea omiſſio non purgat turpitudinem, quæ inerat ſententiæ, gl. & ſi ſciat, in cap. paſtoralis, §. quia vero, de officio deleg.

in Appellationis cauſa, ſententia debet eſſe confirmatoria, vel infirmatoria, cap. coram, 34. de officio deleg. cap ex literis, de in integ. reſtit.

pro Appellatione non habetur itineris arreptio ad ſuperiorem; imo viua voce ſtatim eſt appellandum, vel poſtmodum in ſcriptis, gl. conqueſtus, in cap. ad reprimendum, de officio Ordinar.

Appellationis cauſa poteſt delegari de iure canonico, ſecus eſt de iure ciuili, cap. paſtoralis, eod. & ibi dd.

in Appellatione extraiudiciali procedere debet grauamen, cap. dilecti, de maior. & obed.

Appellatio differt à ſupplicatione, quia appellatione interpoſita
nihil eſt innouandum; ſed pendente ſupplicatione, mandatur 3
ſententia executioni, præſtita cautione, quod omnia reſtituat, ſi ſententia fuerit retractata, gl. ſupplicauit, cap. ex literis, de in integ. reſtit.

Appellatio differt à ſupplicatione, quia appellatur vſque ad decem dies; ſupplicari autem poteſt vſque ad biennium, quod verum eſt, quando ſupplicatio porrigitur ſuperiori: ſi vero ſupplicatio porrigitur iudici; tunc vſque ad decem dies, ibid.

Appellatio non præſumitur ex nullitate proceſſus, niſi probetur, in cap. exhibita, de iudiciis.

Appellatione interpoſita ex pluribus grauaminibus habentibus diuerſos effectus, non ſufficit alterum probare, quoad vtrumque effectum, gl. fi. in d. cap. exhibita.

Appellatio non impedit quominus iuretur de calumnia, cap. ceterum, de iuramento calum.

Appellationem quod quis non teneatur proſequi, non poteſt facere Auguſtus, gl. calores, in cap. cum dilecti, de dolo, & contum.

Appellatio iudicialis etiam à diffinitiua poteſt dici prouocatio, cap. 4
fi. de ſequeſtr. poſſeſſ. & ibi dd.

in Appellationis cauſa poteſt quis opponere non oppoſitum, & probare; dummodo faciat ad cauſam, cap. fraternitatis, de teſtib.

Appellatio fruſtratoria non excuſat aliquem ab eo quod facere tenetur, cap. breui, 17. de iure iur.

Appellatio non admittitur, niſi appellans exprimat cauſam grauaminis coram iudice à quo, gl. 1. in cap. fi. de exceptio.

Appellationem proſequi dicitur ille, qui iter arripuit pro appellatione proſequenda, cap. cum cauſa, 8. de re iudic.

Appellationi detuliſſe non videtur iudex, qui terminum præfixit ad proſequendam appellationem, ibid.

in Appellatione extraiudiciali poteſt appellari à grauamine futuro præparato, expreſſa cauſa grauaminis de quo timet, cap. cum olim, 12. eod.

Appellatio non defendit aliquem in delicto, cap. ad noſtram, de appellat.

Appellatio permittitur etiam religioſis, quando indebite prægrauantur per ſuperiorem; licet ſuperior procedat per viam correctionis, cap. 3. eod.

Appellatio non eſt inuenta, vt ſit iniquitatis vinculum, ſed oppreſſorum leuamen, gl. 1. ibid.

Appellatio extraiudicialis non dicitur propriè appellatio; ſed eſt 5
potius quædam prouocatio ad cauſam, cap. cum ſit Romana, de appellat.

Appellatio, ſecundum antiqua iura admittebatur indiſtincte, etiam non expreſſa cauſa; hodie vero neceſſe eſt cauſam exprimere, gl. paſſim, ibid.

Appellatio proprie non fit, niſi à iudice, gl. nec ſolent, in d. cap. cum ſit Romana, §. fi.

Appellatio continent querelam iniquæ ſententiæ, ibid.

Appellatio improprie dicitur extraiudicialis appellatio, quam quis ita facit, *Appello te ad curiam*, vel *veniens ad iudicem, vt faciat mihi iuſtitiam*: ſed ille non tenetur comparere, ibid.

Appellatione ex falſa cauſa interpoſita non obſtante, poteſt iudex ad vlteriora procedere, cap. ſuper eo. & in §. fi. eod.

Appellatio non eſt fundata ſuper quantitate grauaminis; ſed ſuper iniuſtitia ſententiæ, & iniquitate iudicii, cap. de appellationib. & ibi gl. 1. eod.

Appellatio, & recuſatio à pari procedunt; & vbi tollitur appellatio, recuſatio etiam cenſetur ſublata, d. cap. ſuper eo. & ibi gl. pe.

Appellatio non valet, niſi in preſentia iudicis interponatur, ſi copia eius haberi poteſt, gl. 1. in cap. ſuggeſtum, 15. eod.

per Appellationem interpoſitam extra iudicium, non tenetur aduerſarius ire, vel mittere nuncium ad iudicem ad quem, d. cap. ſuggeſtum, ibid.

Appellatio generalis, & vaga reſpectu cuiuslibet grauaminis, non valet; ſed reſtricta ad certam cauſam ſic, cap. conſuluit, 18. eod.

Appellatio friuola, non excuſat inferiorem, quominus teneatur 6
obedire ſuperiori; & vt de contemptu puniatur: niſi innocentiam ſuam aliter purget, cap. comparati, 19. eod.

Appellationis prætextu, non poteſt quis venire contra iuramentum

tum

tum à ſe præſtitum, de ſtando mandatis Eccleſiæ, cap. ad hæc, 20. eod.

Appellatio facta ſuper aliquo articulo, non extenditur ad ea, quæ poſtea emergunt: quia in aliis remanet ſub iuriſdictione iudicis ſui, gl. 1. in cap. præterea, 22. de appellat.

Appellatio non tuetur quem in delicto poſtea commiſſo, maxime enormi, ibid.

Appellationi ſui aduerſarii non deferens non poteſt excipere contra eum de ſua poſteriori circa idem. cap. conſtitutus, 23. eod.

Appellatio non eximit appellantem à iuriſdictione iudicis, niſi in eo tantum, ſuper quo appellatur, gl. 1. in cap. propoſuit, 24. eod.

Appellatio interpoſita contra diſciplinam Eccleſiaſticam, id eſt contra ſtatuta Eccleſiaſtica, non valet, cap. reprehenſibilis, 26. eod.

Appellatio contra inſtitutiones regulares, non defendit religioſum, cap. quia nos, 31. eod.

Appellatio dicitur interpoſita, non ſolum quando formaliter verbum *appello* exprimitur; ſed etiam, quando ex circumſtantiis, & ex effectu rei demonſtratur quod appellatum fuerit, quibuſcumque verbis reclametur, cap. ad audientiam, 34. eod.

Appellatione friuola exiſtente, iudex à quo reaſſumit iuriſdi-
7 ctionem, etiam reſpectu executionis ſententiæ latæ, cap. cum in Eccleſia, & ibi gl. pe. eod.

Appellatio refertur ad omnia, quæ in commiſſione ponuntur, cap. ſecundò requiris, 41. de appel.

Appellationi ab alio interpoſitæ, ſi quis non deferat, neque ei appellanti eſt deferendum, cap. an ſit, 42. eod.

Appellationi ab alio interpoſitæ in vna cauſa, etiamſi non deferat quis, non debet ille in alia cauſa repelli à beneficio appellationis, gl. fi. ibid.

Appellatio dicitur beneficium, d. cap. an ſit, in fine.

Appellatio habet ſimilitudinem cum citatione peremptoria, in hoc, quòd ſicut peremptoriè citatus, qui non venit, non auditur appellans: ita nec appellans, qui non proſequitur appellationem, gl. procedatur, in cap. ſæpe, 44. eod.

Appellationem geminare poteſt quis ſuper eodem articulo, cap. bonæ, 51. eod.

Appellatio extraiudicialis, licet ſit quædam prouocatio ad cauſam; interpoſita tamen ex cauſis veriſimilibus, & probabilibus, adeo deuoluitur negotium ad ſuperiorem, vt omnia poſt modum attentata contra eam reuocentur, ibid.

Appellatio extraiudicialis vt reputetur legitima, requiritur copulatiuo, quod ex cauſa veriſimili, & probabili facta ſit, ibid.

Appellatio poteſt reiterari, ibid.

8 Appellatio legitima eximit appellantem, quoad illam cauſam, à poteſtate iudicis à quo, cap. paſtoralis, 53. §. verum, eod.

de Appellatione cognoſcere ad quem pertinet, ad eumdem pertinet cognoſcere de his, quæ cauſam appellationis contingunt, cap. ſolicitudinem, 54. eod.

de Appellatione interpoſita ad ſuperiorem, non poteſt inferior ſe intromittere, ibid.

per Appellationem legitime interpoſitam, principale cum acceſſoriis ad iudicem appellationis defertur, cap. dilectis, 55. eod.

Appellationi aduerſarii licet quis non detulerit, ſi tamen ipſe in alio articulo in eadem cauſa appellet, appellatio ſua admittitur, ibid.

Appellationis cauſa, intra terminum legalem & ſtatutum à iure, debet terminari; nec poteſt vltra protendi, niſi iuſta cauſa prorogetur, gl. pars altera, in cap. oblatæ, 57. eod.

in Appellationis cauſa poſt ſententiam, durat effectus litis conteſtatæ, vt ſententia ferri poſſit, cap. per tuas, 58. eod.

in Appellationis cauſa non poteſt procedi ad diffinitiuam, niſi ſit lis conteſtata, ſaltem in cauſa principali, ibid.

in Appellationis cauſa ab interlocutoria, non eſt neceſſaria litis conteſtatio, cap. interpoſita, §. ſane, eod.

Appellatio quando declaratur fruſtratoria, cauſa remittitur ad iudicem à quo; & hoc etiam procedit, ſi appellationis cauſa cum toto negotio principali committatur, cap. vt debitus, 59. eod.

Appellationis grauamine ceſſante, per ipſius reuocationem, de-
9 bet ipſius effectus, ſcilicet appellatio, ceſſare, cap. cum ceſſante, 60. eod.

Appellatio in dubiis admittitur, cauſa probabili coram iudice expreſſa: quæ legitima debet reputari, cap. cum ſpirituali, §. porro, eod.

Appellationis interpoſitionem impedit ſola confeſſio, quoad hoc, vt iudex à quo non teneatur illi deferre, ibid.

de Appellationibus interpoſitis ad Archiepiſcopum, iure Metropolitico, poteſt eius Officialis ſeu Vicarius cognoſcere, cap. dilecti, 66. eod.

Appellatio, ſi non fuit recepta à iudice, vel approbata a parte, ſufficit appellanti mittere procuratorem ad impetrandum, & contradicendum, licet pars appellata ſit parata in curia proſequi, cap. interpoſita, 70. §. 1. de appellat.

Appellationi ſuæ, re integra, poteſt appellator renunciare, etiam inuito aduerſario, d. cap. interpoſita, §. ille denique.

Appellatio ab interlocutorio poteſt diſcuti, & finiri ſine litis conteſtatione, altera parte contumace, d. cap. interpoſita, §. fi.

in Appellatione ab interlocutoria nihil petitur à parte, ſed tantum redarguitur iniquitas iudicis, ibid.

Appellatio vnius prodeſt alteri, ſi communi iure iuuentur, & idem ſit negotium, & eadem defenſionis cauſa, & ſint eadem ſententia condemnati, aliàs ſecus, cap. pe. de appellatione.

Appellatio ſola interpoſita in vniuerſitate à minore parte, non impedit ordinationem maioris partis, valet tamen appellatio in effectu, ſi eſt rationabilis, cap. 1. de his quæ fiunt à maiore parte capit.

Appellatio non impedit, vt id fiat, quod perpetuo edicto de- 10
cernitur, gl. fi. in cap. pe. de his quæ fiunt à maiore parte capit.

Appellatio non habet locum in cauſa inquiſitionis, quæ ſit cauſa correctionis, & reformationis, niſi forſitan modum excedant, cap. in ſingulos, de ſtatu Monachorum.

Appellatione pendente, poteſt iudex à quo interdicere matrimonium contrahendum, cap. pe. de ſponſa duorum.

Appellatio denegatur manifeſto vſurario appellanti à ſententia condemnatoria reſtitutionis vſurarum, cap. quam pernicioſum, de vſuris.

Appellatio non eſt deneganda ei, qui iniuſte grauatur, gloſſa. 1. ibid.

Appellationem interpoſitam non proſequens, perinde eſt, ac ſi non appellaſſet, gl. quibus, in cap. cum olim, de priuilegiis.

Appellationem interpoſitam non proſequens, & ſuccumbens in cauſa, condemnatur in expenſis, gl. in expenſis, ibidem.

Appellationi potius eſt deferendum in dubiis, gl. dubitari, in cap. ſacro, 48. de ſententia excommunication.

Appellatio eſt de minori iudice ad maiorem prouocatio, gloſſa Officiali, in cap. 2. de conſuetud. lib. 6.

de Appellationis ſubſtantialibus non eſt, appellare gradatim, ibid.

Appellatio, & recuſatio licet ſint paria, non tamen per omnia; 11
nam in recuſatione recurritur ad parem, & obtinet etiam in delegatis datis cum clauſula, *quod ſi non omnes &c.* quod ſecus eſt in appellatione, gl. fi. ibid.

in Appellatione extraiudiciali, debent exprimi omnia, & ſingula quæ opponuntur, & debet iuramentum interuenire, appellans tamen non poterit proſequi non expreſſa, gl. propter hoc. in cap. 1. de electione, lib. 6.

in Appellatione ab electione dignitatum, perſonatuum, ſeu canonicorum prouiſione, vel poſtulatione, procedi debet, ſi pars aduerſa expectata per viginti dies, poſt aduentum alterius non venerit ad iudicem ad quem, cap. 1. §. 1. eod.

ab Appellatione licitum eſt recedere appellanti, gl. defecerit, in cap. 1. §. fi. eod.

in Appellationis cauſa, indiſtincte non condemnatur victus victori in expenſis, gl. fi. ibid.

Appellationes interpoſitæ ad Papam, magis conſueuerunt protelare negotia Eccleſiarum, gl. appellari, in cap. vt circa, eodem.

Appellatio quæ interponitur coram perſona authentica, eſt valida ac ſi interponeretur coram eo, qui grauamen inferret, d. cap. vt circa, §. edicto.

Appellationi per alium interpoſitæ, poteſt quis inhærere, d. cap. vt circa, §. alioquin.

Appellationes quaslibet admitti vbi ius diſponit, cenſetur approbare etiam appellationes friuolas, cap. quamuis, & ibi add. marg. & ibi gloſ. quaslibet, eod.

Appellatio, ad hoc vt deuoluatur, ſufficit, quod ſit interpoſita in cauſa probabili, licet illa ſit falſa, quia maiora facilius deuoluuntur, cap. ſi poſtquam, 33, & ibi gl. probabili, & gl. non potuit, de electione, lib. 6.

Appellatio iudicialis, & extraiudicialis differunt inter ſe cap.
conſtitutio, 41. & ibi gl. 1. eod. 12

Appellatione ab interlocutoria exprimi debet grauamen, ſi à diffinitiua ſufficit dicere, *appello ab iniqua ſententia*, gl. anteriora, in add. ibid.

Appellatio alternatiua, propter probabile dubium, recte poteſt fieri, gl. durante, in cap. ſi is cui, de officio deleg. lib. 6.

Appellatio debet interponi ad illum, qui iuriſdictionem habet ſuper eo, propter quod appellatur, cap. ſi à ſubdelegato, eodem.

In Appellationibus à ſententia diffinitiua interpoſitis, nihil mutatur, cap. 1. & ibi gl. vel extra, de appellatione lib. 6.

Appellatio iudicialis, & extraiudicialis ab interlocutoria, quoad ſolemnia, regulantur eodem modo, ibidem.

in Appellatione ab interlocutoria, ex parte appellantis requiritur. 1. expreſſio cauſæ legitimæ, 2. quod fiat in ſcriptis, 3. quod petantur apoſtoli, & ex parte iudicis traditio apoſtolorum, d. cap. 1.

Appellatio ab interlocutoria æquiparatur appellationi interpoſitæ à diffinitiua ex interuallo uſque ad decem dies; tunc enim appellandum eſt in ſcriptis, gl. interlocutoria, ibid.

Appellatio ab interlocutoria, ſi incontinenti fiat, ſufficit tunc quod viva voce fiat, ibid.

Appellatio ab interlocutoria, ſiue fiat incontinenti, ſiue ex in- 13
teruallo, debet fieri in ſcriptis, ibid.

in Appellatione ab interlocutoria, & etiam in extraiudiciali, cauſa appellationis debet exprimi, tam de iure nouo, quàm de antiquo, ibid.

Appellatio, in qua non exprimitur nomen iudicis ad quem, ſed eius tribunal, valet, cap. Romana, §. cum autem, & ibi gl. expreſſa, eod.

Appellatio quando interponitur ad tribunal alicuius iudicis, poteſt etiam de illa cognoſcere generalis Officialis, ibid.

Appellatio fruſtratoria, non deuoluit iuriſdictionem, etiam in articulo incidenti ipſius cauſæ appellationis, ibid.

Appellatio quando manifeſte eſt fruſtratoria, poteſt iudex ad quem illam reiicere, abſque vocatione aliquarum partium, ibidem.

in Appellationibus à diffinitiua, non eſt neceſſe exprimere cauſam, gl. diffinitiuam, ibidem.

Appellationis cauſa iniuſta, differt à cauſa minus legitima, d. cap. Romana, §. quod ſi.

Appellationis cauſa in iure expreſſa, ſi negetur legitima; non obſtante hac oppoſitione, iudex ad quem proceder, gloſſa minus, ibid.

Appellationem interpoſitam in caſu in iure prohibito, licet opponatur coram iudice ad quem, tamen poteſt cognoſcere, an appellatio ſit recipienda, d. cap. Romana, §. ſi autem.

in Appellatione à diffinitiua, oportet cognoſcere de legitimitate appellationis, ſeparatim ab articulo cauſæ principalis, quando dicitur appellatum in cauſa à iure prohibita, ibid.

Appellatio valet, quamuis non exprimatur iudex ad quem nomine ſuo, dum tamen exprimatur eius tribunal, d. cap. Romana, §. cum vero.

in Appellatione ante ſententiam, primo diſcutitur de iuribus appellationis, antequam cognoſcatur de cauſa principali, d. cap. Romana, §. ſi.

in Appellatione, ſufficit dicere, *appello ab audientia talis Epiſcopi*, abſque eo quod exprimatur nomen proprium Epiſcopi, ibid.

de Appellationis legitimate cognoſcere pertinet ad iudicem ad quem. cap. cum appellationibus, de appellatione, lib. 6.

Appellationis non admiſſio per iudicem à quo, non aufert poteſtatem appellanti, quominus illam proſequi poſſit, ibid.

Appellationi friuolæ non eſt deferendum, d. cap. cum appellationibus, & ibi gl. 1.

Appellatio non eſt inuenta, vt eſſet iniquitatis defenſio; ſed innocentiæ remedium, d. gl. 2. ibid.

Appellatio in multis caſibus eſt prohibita, vt quando fuit contumax in non veniendo, vel ſi fuit inſignis latro, vel criminoſus notorius, in his caſibus, & aliis iniquum eſt, quod appellatio executionem ſententiæ impediat. gl. caſibus, in cap. non ſolum, de appellatione, lib. 6.

ad Appellationem extraiudicialem iuſtificandam, licet non interponatur ab actu iudicis, requiritur grauamen, cap. concertationi, eod.

15 Appellatio extraiudicialis, nihil aliud eſt, quàm ad cauſam prouocatio, gl. grauatum, ibid.

Appellationis tempus eſt vtile à principio, licet continuum in progreſſu, & fit computatio de momento ad momentum, gl. ſciuerit, ibid.

Appellatio valet in ſcriptis porrecta, licet coram iudice non legatur, cap. appellatio, 9. eod.

Appellatio eſt porrigenda iudici, non appellato, quantum ad validandam appellationem, ibid.

Appellatio emiſſa in abſentia iudicis bene excuſat, niſi fiat fraudolenter, & per talem appellationem appellans eſt exemptus ab ipſius iuriſdictione, intellige poſtquam ad iudicis notitiam peruenit, non ante, gl. iudici. in add. ibid.

Appellationis ſcriptura quod ſit authentica non eſt neceſſe, dummodo poſſit probari, totum tamen eſt, quod per notarium fiat ſcriptura publica, gl. proponis, ibid.

Appellationis cauſa requiritur, quod probabilis aſſignetur, & in ſcriptis porrigatur iudici, gl. ſi. ibid.

Appellationis cauſæ veritas probanda eſt coram iudice appellationis, non coram iudice à quo, gl. per ſe, in cap. ſi à iudice, 10. eod.

Appellatio ceſſare debet, ceſſante grauamine, gl. ſi. in d. cap. ſi à iudice.

Appellatio non poteſt interponi à ſeipſo ad ſeipſum, etiamſi ipſe non fecit actum ſolus, ſed vna cum aliis, cap. à collatione, eod.

per Appellationem interpoſitam à diffinitiua, reuocari poteſt interlocutoria principali negotio præiudicans, aliàs non, cap. ſi eod.

16 Appellatio interpoſita in caſibus à iure prohibitis, non deuoluit cauſam ad ſuperiorem, cap. venerabilibus, §. porro, de ſententia excommunicat. lib. 6.

Appellatio, etſi ex falſa cauſa fuerit interpoſita, dum tamen probabili, & tali, quæ ſi fuerit probata, debeat reputari legitima, ea interpoſita, nihil eſt innouandum, gl. 2. in reg. non præſtat, 52. de regulis iuris, lib. 6.

in Appellationibus, ſicut in aliis actibus iudicialibus, exigitur partis præſentia, vel quod pars ſit citata, vel ſaltem quòd appellatio ſit intimata, clem. cautam electionis, de electione.

Appellationis intimatio, ſicut fieri poteſt ſpeciali procuratori, ita etiam poteſt fieri per ſpecialem procuratorem appellantis, gl. ſpecialiter, ibid.

Appellationis intimatio, debet fieri appellato in ſcriptis, & expenſis intimantis, gl. porrecto, ibid.

Appellationis copia fienda eſt appellato, ſi petatur: ſecus ſi non petatur, gl. ſi petita, ibid.

Appellationis intimatio, quando debet fieri appellato, exiſtenti in loco campeſtri, & rurali, in quo non ſit copia teſtium & notariorum, debet quis eſſe cautus, vt ducat teſtes, & notarium, & ſic ſeruat practica, gl. beneficio, ibid.

Appellationis intimatio, vbi propter appellati, vel ſuorum potentiam, & metum, fieri non poteſt ipſi appellato, vel eius ſpeciali procuratori, nec ad domum habitationis, nec in loco beneficii, nec in cathedrali Eccleſia, ſufficit quod fiat in aliquo loco publico viciniori: tutius tamen eſſet quod fieret publicatio in pluribus locis: quoniam tunc, tanto maior præſumptio eſt de ſcientia contra appellatum, d. clem. cauſam, & ibi gl. vt præfertur, & gl. loco aliquo.

Appellationis intimatio ſeu publicatio, quando debet fieri in Eccleſia cathedrali, ob abſentiam appellati, debet fieri in miſſa publica, & populoſa, vel in ſermonibus, vel nundinis, vel in alio actu per populum frequentato, gl. ſolemniter, ibid. 17

Appellationi ſuper beneficiis, tribus temporibus præſcribitur, gl. deuoluta, ibid.

Appellatio præſcribitur per lapſum decem dierum, qui dantur ad appellandum, ibid.

Appellationi deuolutoriæ principalis negotii ad curiam præſcribitur, ſi non fiat intimatio; vel fiat, ſed non debito tempore, & debita forma, ibid.

Appellationis proſecutioni præſcribitur, ibid.

Appellatio non deuoluit ad curiam cauſas beneficiales, niſi multa concurrant, gl. pe. ibid.

Appellationis aliqualis ſcientia: putà per famam, non ſufficit domino; ſed debet habere ſcientiam certam, & plenam; hoc eſt debet habere notitiam totius appellationis, & omnium ſubiectorum, gl. plena, & certa, ibid.

Appellatio in beneficialibus veræ cauſæ ſtatum deuoluit ad curiam, clem. 1. de cauſa poſſeſſ.

in Appellationis cauſa non poteſt fieri reconuentio, gl. per appellationem, ibid.

per Appellationem deuoluitur cauſa ad ſuperiorem, non autem deuoluitur res, ſuper qua litigatur, d. clem. 1.

Appellatio eſt commune remedium appellanti, & appellato, ibid. 18

in Appellationis cauſa quandoque poteſt deduci noua cauſa, ibid.

Appellationis iudex cognoſcit ſolum de eo ſuper quo appellatur, ſiue ante ſententiam, ſiue in ſententia, ſiue extra iudicium, gl. per appellationem, ibid.

Appellationi interpoſitæ ante diffinitiuam ſententiam non ſemper opus eſt eidem deferri: ſecus in appellatione à diffinitiua, d. clem. 1.

Appellatio manifeſte friuola, non excuſat à contumacia, d. clem. 1.

Appellationi ab interlocutoria merito iudex non deferat, ſi putat ex falſa cauſa appellatum, vel illam fruſtratoriam; numquam enim reuocabitur, quod per eum fiet, niſi prius iuſtificetur appellatio, gl. non deferendo, ibid.

Appellationum geminatio, non ſubmittit: ſed ſubtrahit appellantem à iudicis poteſtate, ibid.

propter Appellationem à diffinitiua, non videtur recedere ab appellatione ab interlocutoria antea interpoſita, clem. 1. de re iudic.

Appellatio facta coram maiore parte plurium iudicum valet; ſed appellato intimanda eſt appellatio, & dilatio, & termini præfixio, clem. 2. de appellat.

Appellationis ſubſtantiale eſt, quod poſt appellationem petantur apoſtoli, ibid.

Appellatio & recuſatio in multis differunt: nam recuſo, & ſi non grauer, non tamen poſſum appellare, niſi grauer: item appello à iudice in quem conſenſi, quem tamen non poſſum recuſare, gl. ſi. in cap. ſi contra, de officio delegati, lib. 6. 19

Appellatio, & recuſatio in multis ſunt paria quoad modum: vnde ſicut non admittitur fruſtratoria appellatio, ita nec fruſtratoria recuſatio, ibid.

Appellationem intimare non ſufficit, niſi delatio, & termini præfixio intimetur, clem. 3. de appellat.

Appellatio eſt intimanda appellato ignoranti: & ſic appellatio poteſt interponi, etiam in abſentia partis, parte non citata, ibid.

Appellationi deferre, & terminum ſtatuere ſunt diuerſa, ibid.

Appellatio debet fieri coram duobus, quibus eſt commiſſa cauſa; ſi ſaltem diuiſim haberi poſſunt: quod ſi nec diuiſim poſſunt haberi, vel quando ſunt plures, & non poteſt haberi maior pars, etiam diuiſim, ex quo non ſtat per appellantem, ſibi non nocet, & facta proteſtatione appellet coram illis, vel illo, quos, vel quem habere poteſt: quod ſi nullum poteſt habere, coram publicis, & honeſtis perſonis: quod ſi haberet copiam iudicis ad quem, coram eo debet appellare, gl. maior, ibid.

per Appellationis delationem in cauſis beneficialibus negotium principale defertur ad iudicem appellationis, gl. delationis, ibid.

Appellationis delatio ac termini præfixio, ſi ſunt plures iudices, non poteſt ab eis ſeparatim fieri, gl. ſi. ibid.

Appellatio extraiudicialis interponitur à futuro grauamine, clem. ſicut, 3. de appellat. 20

ad Appellationis iudicem eundo, non ſatisfit iuri, volenti per apoſtolorum delationem ipſum iudicem inſtrui, gl. quin etiam, in clem. 2. §. ſecus, de conceſſ. præb.

Appellatio eſt remedium contra oppreſſiones, extrauag. diuinis, de pœnis.

Appellationis cauſa eadem eſt, cum cauſa principali, gl. ſi. in can. habeo, diſt. 16.

per Appellationis remotionem, non remouetur appellatio neceſſaria, & probabilis, gl. in duabus, in can. ſanctorum, diſt. 70.

in Appellatione cauſæ criminalis, reus cuſtoditur, & dabit fi-

dei

dei ſuſſorem, ſi eſt ſuſpectus, gl. 1. in can. liceat, 2. q. 6.

in Appellatione, officium iudicis eſt, dare libellos dimiſſorios, ibid.

in Appellatione à ſententia, iudex ad quem ſecundum priores allegationes infirmabit, vel confirmabit ſententiam; poteſt, & nouas allegationes audire, ib.

Appellationi in cauſa criminali non deferens, ſubmouetur ab officio cleri: ſed in laicis, punitur in 30. pondo auri, gl. fi. in can. de cætero, 2. q. 6.

Appellationes interpoſitæ ad Papam, & cauſæ Epiſcoporum, & maiores cauſæ ſunt reſeruatæ ſedi Apoſtolicæ, can. qui ſe ſcit, 2. q. 6.

in Appellationis cauſa victus, victori debet condemnari in expenſis, etiamſi non ſit euidens ipſum calumnioſe appellaſſe, gl. condemnabitur, in d. cap. qui ſe ſcit, §. patet.

Appellatio hodie vt fiat, debet eſſe cauſa probabilis, & legitima, quod intellige ante ſententiam, gl. 1. in can. quotiens Epiſcopi, 2. q. 6.

Appellatio non debet denegari ei, quem ſupplicio ſententia deſtinauit, can. liceat, 2. q. 6.

Appellatio ab executore facit fructus ſequeſtrari, ſed non rem ipſam, gl. 1. in can. quicumque, 2. q. 6.

Appellatio à ſententia conditionali, licet non inueniat quid extinguat: tamen conditione exiſtente retro fingitur extitiſſe, & effectus ſententiæ retrotrahitur quandoque, gl. ſtatim, in can. biduum, 2. q. 6.

Appellationem nomine meo factam in ciuili, non teneor ratam habere, nam me inuito, non poteſt quis in ciuili appellare; cogor tamen ratum habere geſtum meo nomine, quantum ad hoc vt conſeruem geſtorem indemnem, ſi vtiliter geſſit, & me non contradicente, gl. ratum, in can. non ſolent. 2. q. 6.

Appellatione interpoſita, iudex à quo debet tradere apoſtolos dirigendos iudici ad quem, can. poſt appellationem, 2. q. 6.

Appellationem ſi non recepit iudex, dabit iudex appellanti litteras, vt eas det ſuperiori, in quibus ſignificabit ei, quare appellationem non recepit, gl. 1. in cap. poſt appellationem, 2. q. 6.

22 Appellationi non defertur, ſi hæres conuictus de legato, vel fideicommiſſo præſtando appellet: cauebit tamen de eo reſtituendo, gl. nihil, ibid.

Appellationis ante ſententiam forma traditur, in d. cap. poſt appellationem, §. forma,

Appellationis poſt ſententiam forma, traditur, in d. cap. poſt appellationem, §. ſi vero poſt.

Appellationis forma, quando plures volunt appellare, traditur, in d. cap. poſt appellationem, §. fi.

Appellationis cauſa non debet remitti ad iudicem à quo appellatum eſt, niſi partes hoc petant: vel niſi remittatur ei à quo appellatur, vt reuocet, non vt cognoſcat, quando fruſtratoria eſt appellatio, gl. 2. in can. ſi quis Epiſcopus, 2. q. 6.

Appellatio dicitur fruſtratoria, quando nulla cauſa exprimitur in ea, vbi de iure exprimenda eſt, gl. legitima, in cap. quamuis, §. cæterum, de electione, lib. 6.

Appellationem in cauſa capitali vel cauſa ſtatus interpoſitam per procuratorem, non licet exequi, can. ſi quando, 2. q. 6.

Appellatio ſi alicui ſit commiſſa, iudex ille cognoſcit, & pronunciat appellationem iuſtam, can. ei qui, §. pe. 2. q. 6.

Appellationis inſtantia, dicitur diuerſum iudicium à principali, can. fi. §. cum vero, 3. q. 3.

23 Appellationis vim habet itineris arreptio, can. reuera, 3. q. 9. gl. pergat. in can. propoſito, 32. q. 5.

Appellationis cauſa, alia eſt à principali, can. fi. & ibi gl. 1. 6. q. 4.

Appellatio non debet caſſare, niſi ea quæ iniuſte facta ſunt, gl. qui præſtantior, in can. licet ergo, 8. q. 1.

Appellationem quandoque ſumit quis, potius ab accidenti, quàm à natura, gl. ſed imitando, in can. quæritur, §. 1. 22. q. 2.

Appellationum cauſæ in criminalibus, infra ſex menſes debent expediri, extrauag. licet iuri, Pii Quinti.

in Appellationibus criminalibus à ſententia Epiſcopi, vel eius Vicarii, cauſa (quando eſt locus appellationi) debet committi à ſede Apoſtolica Metropolitano, ſeu eius Vicario, aut ſi ille fuerit ſuſpectus aliqua de cauſa, vel diſtet vltra duas dietas legales, vel ſi ab ipſo fuit appellatum, vni ex vicinioribus Epiſcopis, ſeu eorum Vicariis: non autem inferioribus iudicibus debet committi, Conc. Trident. cap. 2. de reform. ſſ. 13.

in Appellationibus ad eos interpoſitis, tenentur legati, & Nuncii Apoſtolici, Primates, & Metropolitani tam in admittendis appellationibus, quàm in concedendis inhibitionibus ſeruare formam & tenorem, cap. *Romana, de appell. lib. 6.* & inhibitiones, & proceſſus, & alia quæcumque inde ſequuta ſunt, ipſo iure nulla, Conc. Trid. ſſ. 22. cap. 7. de reformat.

Appellatio vel deuolutio interpoſita non impedit, vel ſuſpendit examinatorum relationem, quominus illa habeat executionem, Conc. Trident. ſſ. 24. cap. 18. de reformat.

Appellatio quælibet, non ſuſpendit executionem ſententiæ latæ contra clericos concubinarios, Conc. Trid. ſſ. 25. cap. 14. de reformat.

Reliqua vide in verbo, Accuſator. n. 1. Apoſtoli, n. 3. Cauſſa, 5. Commiſſio, Concluſio, Condemnatus.

24 **APPELLATIONE REMOTA** poteſt Papa committere

cauſam, cap. 1. de reſcript. cap. ſuper quæſtionum, §. ſi vero, de officio deleg.

Appellatio, licet ſit remota in litteris, nihilominus poſſunt admitti appellantes omnes, quorum intereſt, gl. fi. in cap. ſuper eo, 15. de officio deleg.

Appellatione remota ſolus princeps poteſt committere cauſam; neque delegatus principis, nec alius inferior à principe, id poterit, cap. ſuper quæſtionum, & ibi gl. prouocationis, eod. & gl. reſeruata, ad fi. in cap. quod tranſlationem, de officio legati.

Appellatione remota clauſula tollit appellationes in iudice, quas ius tollit in nudo executore: ſed non tollit illas, quæ competunt, quando modum excedit; & tunc modum excedit, quando dat cauſam appellandi, vbi ius appellare permittit, d. cap. ſuper quæſtionum, §. porro.

Appellatione remota, hæc clauſula, etiam hodie operatur vlterius: quia tollit poteſtatem appellandi, niſi alias de iure permitteretur expreſſe, dd. reprob. gl. nec poteſt, in d. cap. ſuper quæſtionum, §. ſi vero, & gl. fi. in cap. paſtoralis, §. fi. eod.

Appellatio ab euidenti grauamine permittitur, etiam quando cauſa committitur cum clauſula *appellatione remota*, d. cap. ſuper quæſtionem, §. fi.

Appellatio quantumcumque fuerit remota, nihilominus poterit quilibet ſupplicare, gl. ſupplicauit, in cap. ex literis, de in integ. reſtitut.

Appellationem tollere non poſſunt ciuitates recognoſcentes ſuperiorem: nec ſuper ea poſſunt aliquid ſtatuere in præiudicium preæminentiæ ſuperioris, cap. venientes, & ibi gl. interpoſitis, de iureiuran.

Appellatio licet ſit remota in principali, nihilominus poteſt appellari ſuper incidenti, cap. ſuper eo, 10. de appellat.

Appellatione remota in vno articulo, cenſetur remota etiam in aliis articulis connexis, quia per reſcriptum iudici alicui ſunt commiſſi, cap. ſecundo, requiris, eod.

Appellatio omnis quæ in iure ſcripta non eſt, intelligitur remota, per clauſulam *appellatione remota*, cap. paſtoralis, 53. eod.

Appellatio admittitur ex probabili cauſa, niſi in reſcripto ſit clauſula, *appellatione remota*; quo caſu, ſtante dicta clauſula, appellatio ex probabili cauſa non admittitur; niſi expreſſe à iure permittatur, & approbetur, dd. reprob. gl. 1. & 2. ibid.

Appellatione remota quando committitur cauſa, poterit quilibet ſuperior adiri per viam appellationis, vt reuocet grauamen factum appellato, d. gl. 1. ibid.

Appellationis remotio prodeſt reo, vt actori, gl. 1. in reg. non licet, 32. de regulis iuris, lib. 6.

per Appellationis remotionem, non remouetur appellatio neceſſaria, & probabilis, gl. 1. in duabus, in can. ſanctorum, diſt. 70.

Appellatione remota hæc clauſula, hodie nihil prodeſt, cum ipſo iure ſit inhibita appellatio, niſi ad remouendam fruſtratoriam appellationem, gl. 1. in can. ad Romanam, 2. q. 6.

Reliqua vide in verbo, Clauſula, n. 5. 6. 7. Papa, 52. Reſcriptum, 88.

APPELLATIO in notoriis non admittitur, ſed bene in manifeſtis, cap. cum ſit Romana, §. fi. & ibi gl. pe. & ult. de appellat. 25

Appellatio non admittitur in notorio crimine, cap. peruenit, & ibi gl. 1. & cap. conſuluit, eod. cap. cum ſpeciali, 61. §. porro, eod.

Appellatio fouens aliquam iniuſtitiam vel iniquitatem non debet admitti, cap. præterea, 22. eod.

Appellatio non admittitur in his, quæ dilationem non capiunt, gl. decedat, in cap. qua fronte, 25. eod.

Appellatio hodie non admittitur, niſi cauſa probabilis in appellatione exponatur, gl. 2. in cap. peruenit, 28. eod.

Appellatio contra leges & canones, non eſt admittenda, gl. 1. in cap. conſuluit, 29. eod.

Appellatio, quæ eſt manifeſtè contra ius, non eſt regulariter admittenda: & iudex debet procedere ad executionem iuris, niſi exprimatur aliqua rationabilis cauſa, d. cap. conſuluit.

Appellationem interpoſitam nolens admittere, mittitur ad Papam, cum literis Ordinarii ad curiam puniendus, cap. de priore, 31. eod.

Appellationem recipere, vel eam renuere, non eſt in facultate iudicis ad quem; quia ſi eſt iuſta, tenetur eam admittere, cap. accepta, 35. eod.

Appellatio quando non eſt legitima, iudex appellationis remittere debet ad iudicem à quo, vt procedat in cauſa: vel quod exequatur ſententiam, quam ipſe ſuperior confirmauit, gl. alioquin, in cap. cum in Eccleſia, 28. de appellat.

Appellatio non admittitur, niſi ſit cauſa rationabilis expreſſa, gl. aliam, in cap. conſtitutis, 46. eod.

Appellatio contra iuris diſpoſitionem non eſt admittenda, cap. relatum, de clericis non reſident.

Appellatio non eſt deneganda ei, qui iniuſte grauatur, gl. 1. cap. quam pernicioſum, de vſur.

Appellatio hodie admittitur, non ſolum quando cauſa appellationis eſt probabilis, ſed etiam quando eſt dubia, gl. dubitari, in cap. ſacro, 48. de ſententia excommunicationis.

Appellatio à ſententia ſuper notorio crimine per euidentiam rei, non admittitur, cap. Romana, §. ſi autem, & ibi gl. notorio, de appellat. lib. 6.

Appellatio vt non admittatur in crimine, tria concurrere debent; ſcilicet quòd ſit confeſſus, teſtibus conuictus, & argumentis ſuperatus; vtque ſit inuentus cum cultello ſanguinolento in manu, vel in vagina: quòd ſi hæc tria non concurrant, condemnato reſeruatur beneficium appellandi, gl. vel de quo, ib.

Appellatio, ne teſtamentum aperiatur, vel ne ſcriptus hæres mittatur in poſſeſſionem, vel facta per contumacem in non veniendo, non debet admitti, gl. conſimilibus, ibid.

Appellatio non admittitur contra ea, quæ perpetuo decreto ſancita, & ſtatuta ſunt, gl. qui præſtantior, in can. licet ergo, 8. q. 2.

Appellatio in cauſis criminalibus, aut fractæ pacis, vel induciarum, nullo modo debet admitti; niſi prius effectualiter facto depoſito, extrauag. accepimus, Iulii 2.

27 Appellatio non tenet, niſi iuſta cauſa fuerit allegata, gl. 1. in cap. 1. de poſtular. Prælat.

Appellatio non valet interpoſita ab eo, cuius non intereſt appellare, cap. cum inter, 16. de electione, cap. 2. de his quæ fiunt à maiori parte.

Appellatio eius qui renunciauit iuri ſuo, non valet, d. cap. cum inter, & ibi gl. obtinere.

Appellationis iudex debet cognoſcere, an legitime ſit appellatum; & ſi legitima ſit appellatio, ipſe cognoſcet: aliàs remittet partes ad priores iudices, condemnando appellantem in expenſis, gl. fi. in cap. dilectus, 29. de reſcript.

Appellatio à ſententia, per quam quis remouetur à beneficio, in quo pater eius fuit intitulatus, non valet, cap. fi. de filiis Præsbyt.

Appellatio interpoſita à tertio, eo quòd ſibi præiudicium generetur per ſententiam latam, valet: niſi ſit præſumptio in contrarium, quod malitioſe appelletur, gl. tenebit, in cap. ſuper eo, 15. de officio deleg.

Appellatio interpoſita ante iudicium cœptum, in finem eligendi iuriſdictionem deleganti, non valet, cap. 1. de alienatione iudicii.

Appellationes fruſtratoriæ non tenent, & ſunt reiiciendæ, cap. qualiter, & ibi gl. 1. de iudiciis.

Appellatio generalis reſpectu cauſæ, non valet, nec debet admitti, cap. 2. & ibi gl. 1. de appellat.

Appellatio non tenet, niſi in præſentia iudicis interponatur, ſi copia eius haberi poteſt, gl. 1. in cap. ſuggeſtum, eod.

Appellatio interpoſita in abſentia iudicis, ſi aliàs eſt legitima, valet; & ſuſpendit iuriſdictionem iudicis in illa cauſa, gl. pe. in cap. cum parati, eod.

28 Appellatio interpoſita per clericum, ne perſonatus teneatur reſidere in beneficio ſuo, valet; ſi prætendat iuſtam cauſam non reſidendi, cap. peruenit, 38. eod.

in Appellationis cauſa vel iudicio nullitatis, ſuperior iudex non reformat ſententiam iudicis inferioris; ſed ſimpliciter eam pronunciat nullam, conſlito de nullitate, cap. cum dilecti, de empt. & vendit.

Appellatio interpoſita ante diffinitiuam, dicitur manifeſte friuola, quando eſt interpoſita nulla cauſa expreſſa, vel non legitima; (dato, quod eſſet vera vel legitima) vel manifeſte falſa; vel pronunciatum eſſet illam falſam, & non appellatum, gl. manifeſte in priori, in clem. 1. de dolo & contum.

Appellatio non valet, niſi faciat mentionem ſententiæ, gl. 1. in ſumma, 25. q. 2.

Appellatio, omiſſo medio, non tenet, niſi fiat ad Papam, gl. reſeruata, in cap. quod tranſlationem, de officio lega.

29 Appellatio, ſiue in iudicio, ſiue extra iudicium fiat, oportet, quòd exprimatur cauſa probabilis appellandi, gl. 1. in cap. conſiderauimus, de electione.

ad Appellationem iuſtificandam propter timorem impreſſionis interpoſitam, non eſt neceſſe, quod impreſſio fuerit ſecuta, gl. me turbant, in cap. bonæ, 23. eod.

ad Appellationem iuſtificandam, ſufficit probare exceptionem legitimam eſſe oppoſitam, & non admiſſam, vbi opponens offerebat probare exceptionem, cap. cum cauſa, 29. de officio deleg.

in Appellationis cauſa, ſufficit oſtendere ſe appellaſſe ex cauſa probabili, & appellationis cauſam veram fuiſſe, gl. admiſiſſe, ibid.

ad Appellationem iuſtificandam paria ſunt, exceptionem legitimam probare, vel eſſe paratum probare, cap. ſuper quæſtionum, §. fi. eod.

Appellatio, vbi caſualiter à iure remouetur, reſtringitur ad friuolas, & abſque cauſa interponendas, cap. licet, de officio ordin.

Appellationem iuſtificat exceptionis obiectio, & oblata probatio, etiam quoad finem attentati retractandi, cap. in noſtra, de probatio.

in Appellatione ab interlocutoria, non ſufficit cauſam ſubeſſe, niſi appellans illi innitatur, cap. exhibita, & ibi gl. fi. de iud.

30 Appellatio iuſtificatur, non ſolum ſi appellans offerat ſuam exceptionem incontinenti ſe probaturum, ſed etiam ſi ſimpliciter offert ſe probaturum, ibid.

Appellatio antiquitus non expreſſa cauſa, valebat: ſecundum hodierna iura non valet, non expreſſa cauſa gl. 1. in cap. 2. Vt lite non conteſt.

Appellatio tenet, quando propoſita ſuſpicionis cauſa non fuit admiſſa, & proceſſum eſt in ea, & ideo appellatum fuit, ibid.

Appellatio, quoad finem exceptionis conſequendæ, non iuſtificatur ſolo exceptionis obiectu, vel probationis oblatione; quoad finem autem deuoluendi, ſic, cap. ex parte, 7. de teſtibus.

Appellatione iuſtificata propter declinatoriam non admiſſam, officii iudicis eſt ſuperſedere proceſſui, & non eſt eius officii cognoſcere de principali, cap. olim, 7. & ibi gl. 2. de exception.

Appellatio generalis, vel etiam ſpecialis non valet, niſi cauſa probabilis ſit expreſſa, qua non admiſſa tenet appellatio, gl. 1. in cap. 2. de appellat.

Appellatione ſecundum iura antiqua non expreſſa cauſa grauaminis valebat; tamen vbi erat notorie friuola, non deuoluebat cauſam, d. cap. 2.

in Appellatione ab interlocutoria, oportet quod ſubſit, & exprimatur cauſa: ſed in appellatione à diffinitiua ſufficit dicere *appello ab iniqua ſententia*, nulla cauſa expreſſa, gl. 1. in cap. ſuper eo, 12. de appellat. gl. 3. in cap. cum in Eccleſia, eod.

Appellatio ſicut, cauſa probabili non expreſſa, non admittitur: ita nec recuſatio admittitur, cauſa recuſationis probabili non expreſſa, gl pe. ibid. 31

Appellatio debet interponi ex veris & probabilibus cauſis, cap. bonæ memoriæ, 51. eod.

Appellatio vt ſit legitima, debet appellans exprimere cauſas probabiles appellationis, gl. legitimæ, in cap. dilecti , §. eod.

Appellatio interpoſita ante ſententiam non valet, niſi expreſſa cauſa rationabili, quæ probata debet legitima reputari: & hoc procedit etiam, ſi cauſa ſit notoria, cap. vt debitus, 59. de appellat.

Appellatione iuſtificata, iudex appellationis ſubrogatur loco iudicis à quo, & ipſe cognoſcit de cauſa principali, cap. vt debitus, eod.

Appellationis cauſa debet interponi, & exprimi coram iudice à quo, ſed debet iuſtificari coram iudice ad quem, ibid.

Appellationis immediata cauſa eſt grauamen, ibid.

in Appellatione ipſa, ſunt exprimendæ cauſæ propter quas appellatur, cap. cum cauſam, 62. eod.

Appellationis cauſæ veritas poteſt probari per confeſſionem appellati dumtaxat, cap. dilecto, 63. eod.

ad Appellationem ex cauſa interpoſitam iuſtificandam, probare oportet cauſæ veritatem, coram iudice ad quem, niſi fuerit oblata probatio, & reiecta coram iudice à quo, cap. interpoſita, 70. de appellat. 32

Appellatio non iuſtificatur ex reiectione exceptionis legitimæ, niſi coram iudice ad quem probetur illam exceptionem eſſe veram, ibid.

Appellatio poteſt iuſtificari ex cauſis non inſertis in appellatione, quando illud, quod non erat expreſſum in appellatione, de nouo emerſit: vel quando de nouo ſuperuenit probandi facultas, vel licet illud eſſet antiquum, tamen peruenit de nouo ad notitiam appellantis, cap. vt circa, de electione, li. 6.

in Appellatione ab interlocutoria, & etiam in extraiudiciali, cauſa appellationis debet exprimi, tam de iure nouo, quam de antiquo, gl. interlocutoriæ, in cap. 1. de appellat. lib. 6.

in Appellationibus exprimitur cauſa, vt videat iudex, cui porrigitur appellatio, an iuſta fuerit: & ſic appellantem admittat vel repellat, ibid.

Appellatio ante diffinitiuam, iuſtificari debet ſolum ex virtute grauaminis illati, propter quod appellauit, gl. ſententiam, in clem. 1. de dolo, & contum.

Appellatio ab interlocutoria, vel grauamine, non poteſt iuſtificari vel impugnari aliis cauſis, quam deductis coram iudice à quo, clem. appellanti, de appellat.

Appellatio à diffinitiua, ex nouis cauſis, & nouiter probandis, poteſt iuſtificari, gl. nec proceſſus, ibid.

Appellatio hodie ipſo iure eſt inhibita ante ſententiam; niſi iam euidens cauſa proponatur, quæ ſi probata eſſet, debeat appellatio legitima reputari, gl. 1. in can. ad Romanam, 1. 2. q. 6.

de Appellationis cauſa quando iudex dubitat, poteſt inquirere ſummatim de cauſa, vel ſeorſim extra cauſam iudicii: & ſi videtur cauſa probabilis, & talis, quod ea probata legitima iudicaretur, defert ei, ibid.

de Appellationis cauſa cognoſcere non licet alicui, niſi ei ad quem appellatur, can. de cætero, 2. q. 6.

Reliqua vide in verbo, *Appellans*, 12. 13. 14.

APPELLATIO, non extinguit, ſed ſuſpendit id ſuper quo appellatio interponitur, cap. paſtoralis, 28. §. præterea, de officio deleg. cap. is cui, 20. & fin. de ſententia excommun. lib. 6. 33

Appellatio, ad hoc vt ſuſpendatur ab eo, cui cauſa eſt commiſſa *appellatione remota*, exigitur quod ſuperior deliberet de ea admittenda, vel quod alteri committat: & eo quod alteri committit, exigitur quod ex certa ſcientia committat: alias non videtur reuocare, ibid.

Appellationis cauſa poſtquam eſt commiſſa ex certa ſcientia, iuriſdictio priorum iudicum eſt ſuſpenſa, gl. pe. in cap. dilectus, 19. de reſcript.

Appellationis iudex poteſt inhibere iudicem à quo, ne procedat in cauſa ante exitum appellationis, ibid.

Appellatio non ſuſpendit obligationem purè quæſitam, cap. breui, 17. de iureiurando.

Appellationis beneficio extinguitur pronunciatum, gl. executioni, in can. venientes, de iureiurando, gl. maneat, in can. ei qui, 2. q. 6.

Appellatio reſcindit ſententiam, & cauſam reducit perinde, ac

ſi lis

ſi lis fuiſſet conteſtata in cauſa principali, gl. per ſententiam, in cap. 1. de except.

Appellatio ſuſpendit iuriſdictionem iudicis in eadem cauſa duntaxat, in qua eſt appellatum, non autem quoad aliam cauſam prorſus ſeparatam, cap. ad hæc, de appellat. & cap. præterea, eod.

Appellatio habet tres effectus, ſcilicet ſuſpendendi, extinguendi, & deuoluendi, gl. neceſſe, in add. in cap. ſi. de re iud. lib. 6.

Appellatio à ſententia, quæ non fuit à iudice recitata, habet effectum deuolutiuum, ſed non extinctiuum, vel ſuſpenſiuum, cum illa ſit nulla, ibid.

34 Appellatio non extinguit, ſed ſuſpendit iuriſdictionem, cap. ſi à iudice, de appellat. lib. 6.

Appellatio à diffinitiua, non tollit nec ſuſpendit interlocutorias in iudicio latas, quæ directe non præſtant impedimentum principali negotio, cap. ſi. §. vbi vero, de appellat. lib. 6.

Appellatio interiecta ante ſententiam, iuriſdictionem ſuſpendit, vnde ſententia poſtea lata non tenet, gl. conualeſcat, in cap. licet, de ſententia excommun. lib. 6.

Appellatio ſubſequens ſententias cenſuræ, non ſuſpendit illas, cap. is cui, 20. §. ſi. eod.

Appellatio ſubſequens, non ſuſpendit in omni ſuſpenſione Eccleſiaſtica, gl. ſi. ibid.

Appellatio ſuſpendit effectum ſuſpenſionum vel interdictorum à temporalibus; putà ingreſſu poſſeſſionis, vel pomerii, vel interdicto aqua, & igni; niſi eſſet caſus, in quo damnatum publicè intereſſet puniri ſtatim, gl. ſi. ibid.

Appellatio omiſſo medio interpoſita, cauſam non deuoluit exceptione oppoſita, cap. dilecti, 66. de appellat.

35 Appellationis interponendæ tempus, videlicet decendium, currit Eccleſiæ: & licet Eccleſia non reſtituatur aduerſus denegatam reſtitutionem, reſtituitur tamen ad appellandum aduerſus denegatam reſtitutionem, cap. ſi. de in integr. reſtit.

in Appellationis proſequendæ anno, vel biennio, computantur omnes feriæ, quæ continuæ ſunt, gl. a. in cap. ſi. de feriis.

Appellatio facta poſt decem dies non valet, gl. appellationes, in cap. quoniam contra, de probat.

Appellationem ſi quis non proſequatur intra terminum ſibi præfixum: ex tunc, id eſt poſt terminum, poteſt iudex in cauſa procedere tanquam citatus peremptoriè non veniſſet; quia perinde eſt, ac ſi non appellaſſet, cap. cum cauſa, & ibi gl. s. de re iudicat.

Appellationem debet quis proſequi intra legitimum tempus, id eſt intra annum, cap. cum ſuper, 17. eod.

ad Appellationem proſequendam, poteſt quis ſibi præfigere breuiorem terminum termino iuris: & ſi nimis prolixum præfixerit, debet iudex terminum competentem præfigere, cap. perſonas, 4. de appellatione.

Appellatio ſicut deſeritur per lapſum termini iuris; ita & per lapſum termini hominis, ibid.

36 Appellationis terminum ſtatutum à parte, vel à iudice, neutra pars poteſt præuenire; ſed terminum ſtatutum à lege, poteſt vtraque pars præuenire: dum tamen appellatus doloſè non præueniat appellantem, gl. 2. ibid.

Appellatione deſerta per lapſum terminum appellationis, iudex à quo poteſt ſuam ſententiam executioni mandare, cap. perſonas, & ibi gl. ſi. de app.

Appellatio ſi recipiatur à iudice, vel approbetur à parte, terminus ad eam proſequendam præfixus obtinet vicem peremptorii, vt in abſentem perinde procedatur, ac ſi peremptoriè fuiſſet citatus: nec talis terminus præueniri poterit ab aliqua partium, cap. ſæpe, & ibi gl. appellauerit, eod.

Appellationis tempus, ex cauſa poteſt iudex abbreuiare, gl. pe. in cap. ſi. de verbo. ſignific.

Appellationis interponendæ tempus, eſt decendium: & incipit currere à tempore latæ ſententiæ, non autem à die: & ſic ſit computatio de momento ad momentum, cap. non ſolum, 7. de appellation. lib. 6. clem. 2. & ibi dd. reprob. gl. tempus, de dolo, & contum.

Appellatio eſt interponenda infra decem dies à tempore illati grauaminis, vel ſententiæ latæ, can. quotiens Epiſcopi, 2. q. 6.

Appellationis dies, hoc eſt dies in quo appellatur, computatur in decendio, quod datur ad appellandum, gl. dierum, in can. anteriorum, 2. q. 6.

Appellationis tempus decendii, quantum ad ſui initium, eſt vtile: ſed continuum, quantum ad ſui progreſſum: quia tempus hoc computatur à tempore ſcientiæ, & etiam à tempore, quo poteſt agere, gl. à recitatione, ibid.

Appellationis proſequendæ tempus non currit appellanti, ſi impediatur iudex ad quem appellatur, d. cap. anteriorum, § ad hoc, & ibi gl. imperator.

Appellationis proſequendæ tempus non currit appellanti, ſi fue-
37 rit impeditus propter cauſam neceſſariam; putà propter vim fluminis, vel ſimile: ſi autem fuerit impeditus ab aliquo, tunc currit ſibi tempus; ſed poteſt agere contra impedientem: & ſi is non ſit ſoluendo, tunc ei lis reſtituitur, d. gl. imperator, in d. §. ad hoc.

Appellationis interponendæ tempus currit à tempore latæ ſententiæ: etiam ſi ſententia fuerit conditionalis, can. biduum, 2. q. 6.

Appellationis interponendæ tempus eſt vniforme, à quocumque actu interponatur, d. can. biduum, §. quod in ſententiis.

Appellationis interponendæ tempus currit à die ſententiæ, ſi eſt facultas adeundi iudicem a quo, vel ad quem; & tunc dicitur eſſe facultas, cum iudex in publico ſe oſtendit, d. can. biduum, §. dies.

Appellationis interponendæ tempus currit abſenti à die ſcientiæ, non ſententiæ; ſi non fuit defenſus per procuratorem: ſed ſi fuit defenſus, appellare non poteſt, ſi procurator intra tempus debitum non appellauit, d. can. biduum, §. ſi aduerſus.

Appellationis terminus triplex eſt, quandoque ſtatuitur terminus ad iter arripiendum, quandoque vero ſtatuitur ad præſentandum ſe iudici appellationis: quandoque ſtatuitur à lege, ſcilicet annus vel biennium; & infra illum debet eſſe finita cauſa appellationis, gl. vnus, in can. ei qui, §. accuſatore, 2. q. 6.

Appellationem ſuam non proſequens infra annum, aut ex iuſta cau- 38
ſa infra biennium, fingitur non appellaſſe, & rata manet ſententia, gl. cum biennium, in cap. ex parte, de reſcript.

Appellationis proſequendæ tempus vnius anni, aut ex cauſa biennii, datur fauore appellantis ad proſequendam appellationem, & non fauori appellati, ibid.

Appellationem ſuam non proſequens, altero proſequente, debet condemnari in expenſis: ſed & etiam proſequens appellationem ante tempus, gl. ſi. ibid.

in Appellatione proſequenda, negligens quia non eſt credendus, qui alias eſt diligens, gl. ſine ſpeciali, in cap. nonnulli, 28. §. ſi. de reſcript.

Appellationem proſequi dicitur quis, eo ipſo quod impetrauerit reſcriptum in cauſa appellationis, cap. dilectus, 29. eod.

Appellationem non proſequens fingitur non appellaſſe; vnde etiam notatur infamia, gl. ſententia, in cap. ſæpe, 44. de appellat.

Appellationem proſequi tenentur illi ſoli, qui appellant, vel quorum nomine appellatum eſt, vel qui appellationem ratam habuerunt expreſſe; alii autem, qui ſolum ſe oppoſuerunt, non tenentur: quia videntur renunciare iuri ſuo, gl. opponit, in cap. 5. de electione.

Appellationis proſecutio non prodeſt, ſi fuerit omiſſa ſolemnitas requiſita in appellatione ex parte appellantis, cap. cum ab eo, & ibi gl. 1. de appellat. lib. 6.

ad Appellationem proſequendam ire, vel mittere, non eſt proſequi, d. cap. cum ab eo, & ibi gl. 1. de appellat. lib. 6.

Appellationem interiectam poſt ſententiam, ſi quis condemnatus de furto non proſequitur, infamia retronotatur, cap. licet, de ſententia excommunicat, lib. 6.

Appellationem infra annum proſequi debenti non imputatur, ſi per eum non ſtetit quominus proſequatur, gl. a. in reg. non licet, de reg. iuris, lib. 6.

Appellationis iudicialis, vel extraiudicialis proſequendæ tempus eſt annus, clem. ſicut, 3. de appellat.

Appellationis proſequendæ tempus currit à die interpoſitionis appellationis, vbi interponitur pro præterito grauamine: vbi vero à futuro, tunc à die grauaminis illati, ibid.

ab Appellatione ab interlocutoria vt fiat proſecutio, duo requiruntur coniunctim: ſcilicet quod grauamen præceſſerit appellationem, & quod fuerit expreſſum in ea, gl. ex nouis, in clem. appellanti, de appellat.

Reliqua vide in verbo, Tempus, 8. 9. Terminus, 1. 2. 3. Appellans, 10. 12.

APPELLATIONE interpoſita nihil eſt innouandum, gl.
penſata, in cap. ſuſcitata, de in integrum reſtitutione, cap. pe. 39
de ſponſa duorum.

poſt Appellationem legitimam interpoſitam factum non tenet, cap. ſignificantibus, 38. de officio deleg.

poſt Appellationem legitimam quicquid factum fuerit, reuocari debet, cap. ex conqueſtione, & ibi gl. pe. de reſtit. ſpol. cap. ad prælaturam, de appell.

Appellatione pendente, dicitur etiam lis pendere: & ſic, ſi aliquid innouetur appellatione pendente, illud debet reuocari, per tot. Vt lite pendente nihil innouet.

Appellatione pendente non debet fieri executio ſententiæ; & ſi fiat inuito poſſeſſore, reſtitui debet in priſtinum ſtatum, antequam cauſa appellationis examinetur, gl. ſi. in cap. venientes, de iureiur.

per Appellationem non reuocantur niſi ea, quæ minus legitimè facta ſunt; non autem omnia, gl. pe. in cap. cum I. & A. de re iudicata.

Appellatione interpoſita, maxime recepta, nihil innouari debere fallit in clerico appellante à præcepto de reſidendo in beneficio, ne Eccleſia interim careat ſuffragio clerici, & ſubtrahitur illi beneficium, & aſſignatur alii, qui interim officiet Eccleſiam, gl. pe. in cap. peruenit, de appellat.

poſt Appellationem legitimam, factum debet in irritum reuocari, cap. ſignificauit, 48. de appellat. gl. pe. in cap. ſi conſtiterit, de accuſat.

Appellatio extraiudicialis quando interponitur ex cauſa veriſimili, & probabili, omnia in contrarium attentata reuocantur, licet veritas cauſæ non probetur, cap. dilectis, 54. de appellat.

per Appellationem ex probabili cauſa interiectam, geſtum per inferiorem iudicem ad quem, eſt nullum, etiamſi appellatio fuerit extraiudicialis, cap. ſi poſtquam, & ibi gl. probabili, & gl. non potuit, de electione, lib. 6.

in Appellatione à diffinitiua non requiritur iuſtificatio appellationis, quoad retractationem attentatorum: ſed, etiam non diſcuſſo articulo appellationis, ſit retractatio attentatorum, cap. non ſolum, 7. de appellat. lib. 6.

Appellatio

40 Appellatio, quando apparet, ex eius inſpectione, eſſe ſuper iuribus à iure prohibitis, tunc iudex non reuocabit attentata ſtatim; ſed quando appellatio non apparet interpoſita in caſu à iure prohibito, ſed appellatus dicit hoc, excipiendo, vt impediat retractationem, tunc non impedit reuocationem: niſi offerat ſe paratum ſtatim probare id quod allegat, gl. caſibus, ibid.

Appellatio poſt decemdium facta non tenet; nec ipſius prætextu fiet attentatorum reuocatio, gl. infra, ibid.

Appellationis deſertio, ſurgens ex negligentia appellantis, non conualidat attentata poſt appellationem, cap. licet, 14. de ſententia excommunicat.

poſt Appellationem legitimam, facta per iudicem ſunt ipſo iure nulla, ibid. can. quotiens Epiſcopi, 2. q. 6.

Appellatio, ſeu partialis contradictio in extraiudicialibus, non impediunt alicui poſſeſſionem, vel quaſi, in qua eſt: nec attentata poſt ſe reuocare faciunt, donec prius de veritate conſtet, gl. executores, in extrauag. ex debito, de electione, inter commun.

Appellatione pendente nihil innouandum eſt, niſi appellans ſuſpectus ſit, vel depopulator, gl. 1. in can. licet, 2. q. 6.

Appellatione interpoſita, & recepta nihil innouandum eſt, ea pendente; niſi cum appellatur ab executione; tunc enim ſiue ſit immobilis res, ſiue mobilis, fructus ſequeſtrantur; item cum dilapidat fructus; item cum appellans eſt in notorio crimine; vel eſt inuaſor Eccleſiæ, gl. nihil, in can. poſt appellationem, 2. q. 6.

Appellatione interpoſita ad Papam, etiam de remotis partibus, nihil eſt innouandum ante Papæ definitionem, can. antiquis, 9. q. 3.

Reliqua vide in verbo, Attentata, Innouatio, Attentare, Pendentia.

41 APPELLATIO ſicut deſeritur per lapſum termini iuris, ita & per lapſum termini hominis, cap. cum ſit Romana, de appellat.

Appellatione deſerta per negligentiam appellantis, poteſt iudex ex officio procedere in caſibus, in quibus eius officium exuberat, cap. conſtitutus, 45. eod.

Appellationem non proſequi in termino iuris, vel hominis paria ſunt, quoad deſertionem appellationis, cap. licet, de ſententia excommun. lib. 6.

Appellatio, quantumcumque deſerta, poteſt deduci in iudicium, & illam quis proſequi poteſt quantum ad finem oſtendendi nullitatem geſtorum poſt illam per iudicem à quo, ibid.

Appellationis deſertæ proſecutio, non impedit, quin ſententia cenſeatur tranſiſſe in rem iudicatam, clem. ſi appellationem, de appellat.

Appellatio deſerta cenſetur, quando neglexit poſt appellationem apoſtolos petere, vel proſequi intra tempus iudicis, vel hominis, gl. per negligentiam, ibid.

Appellatio poteſt eſſe deſerta tacite, & expreſſe, gl. cum appellato, ibid.

Appellatio deſerta efficitur, per negligentiam appellantis, d. clem. ſi appellationem.

Appellationi numquam deferat iudex, niſi quando ipſi euidenter patet, appellationem tenere: licet ſuperior poteſt retractare quod factum eſt, gl. 1. in cap. ad Romanam, 2. 2. q. 6.

Appellationi renunciat, qui coram iudice à quo litem proſequitur, cap. gratum, 20. de officio deleg.

Appellationi renunciare recte poſſunt litigantes, & redire ad iudicem à quo, gl. exceptione, in cap. venientes, de iureiurando, cap. accepta, 35. de appellation.

Appellationi ſicut renunciatur, quando ille qui appellauit, comparet coram iudice à quo: ita per comparitionem factam coram Archiepiſcopo, pendente appellatione apud ſummum Pontificem, cap. ſollicitudinem, & ibi gl. notorium de appellat.

Appellationi renunciare licitum eſt, antequam appellatio ſit præſentata ſuperiori, cap. quamuis, §. cæterum, de electione, lib. 6.

Appellationis renunciatio doloſe facta, non prodeſt renuncianti, ibid.

Appellationis renunciatio, re non integra, non poteſt fieri, niſi ambæ partes conſentiant: ſed, re integra, ſolus appellans poteſt renunciare: imò & re non integra, ſi velit ſatisfacere aduerſario de ſuo intereſſe, gl. partibus, in cap. quamuis, 10. §. cæterum, de electione, lib. 6.

Reliqua vide in verbo, Terminus, 1. 2. 3. Tempus, 8. 9.

42 APPELLATIO non poteſt interponi de pari ad parem, cap. Romana, de appellat. lib. 6.

Appellatio debet fieri de minori ad maiorem, gl. ad ſe ipſos, ibid.

Appellatio non poteſt fieri de Officiali ad Epiſcopum, quoniam tunc non appellatur de minori ad maiorem, ſed de eodem ad eumdem, ibid.

Appellationes ſunt interponendæ gradatim de minori ad maiorem, can. omnis oppreſſus, 2. q. 6.

Appellatio eſt de minori ad maiorem prouocatio, gl. ſi. in cap. 3. de officio deleg. lib. 6.

de Appellationis natura eſt, vt eatur ad maiorem: non ſic in recuſatione quia itur ad arbitros, gl. ſi. in cap. ſi contra, de officio deleg. lib. 6. & cap. ſuper quæſtionum, §. ſi vero, de officio deleg.

Appellatio, à ſubdelegato non in totum, quando interponitur, debet fieri ad ſubdelegantem, non ad primum delegantem, cap. cum te conſulente, de officio deleg.

poſt Appellationem à delegato, nulla remanet iuriſdictio ipſi delegato, gl. 2. in cap. cum teneatur, de appellat.

Appellationis cauſa poteſt delegari de iure canonico; ſecus de iure ciuili, cap. paſtoralis, de officio deleg.

Reliqua vide in verbo, Appellare, 11. & 12.

APPELLATIO, ne vlla electio fiat, non valet, & ne fiat id, quod perpetuo edicto cauetur, gl. 2. in cap. cum nobis, 19. de electione. 43

Appellatio, ne fiat electio in forma canonica, non valet, cap. quia propter, eod.

Appellatio non habet locum publicato ſcrutinio electionis, gl. appellationem, in cap. Eccleſia veſtra, 48. eod.

Appellatio interpoſita ad tuitionem electionis nullæ, eſt inualida, cap. ſi. de ſupplend. neglig. & ibi dd.

in Appellatione ab electione dignitatum, perſonatuum vel canonicatuum prouiſione, vel poſtulatione, procedi debet, ſi pars aduerſa expectata per viginti dies poſt aduentum alterius non venerit ad iudicem ad quem, cap. 1. §. 1. de electione, lib. 6.

in Appellatione à prouiſione, vel electione etiam ad ſimplicia beneficia, ſtatutum in cap. *vt circa*, ſeruandum eſt gl. aliorum, in cap. vt circa, eod.

Appellationi interpoſitæ contra perſonas, vel formam electionis, adhærentes non tenentur ſpecificare crimina contra perſonas, nec contra formam, quamdiu appellans proſequitur negotium; illo vero defuncto, vel proſequi omittente, ſi ipſi velint proſequi, tenentur iurare & ſpecificare, gl. adhærentes, in cap. vt circa, §. alioquin, de electione, li. 6

Appellatio quæ interponitur ab electione, poteſt quandoque eſſe iudicialis, & quandoque extraiudicialis, cap. quamuis, eod.

Appellatio iudicialis, vel extraiudicialis deuoluit cauſas electionum Epiſcoporum, & ſuperiorum ad Papam, ſi in ſcriptis, & ex probabili cauſa fuerit interiecta; aliàs non: & ab ea poſſunt partes ſine prauitate recedere, priuſquam Papæ fuerit præſentata. Et an in receſſu interuenerit prauitas, debent inquirere ante omnia inferiores iudices; quam ſi repererint, non cognoſcent de cauſa, ſed ſtatuent partibus terminum, in quo cum actis ſe repræſentent apoſtolico conſpectui, d. cap. quamuis.

in Appellatione quæ interponitur ab electione, requiritur ſcriptura, d. cap. quamuis, & ibi add. marg.

Appellatio in cauſa electionum Epiſcoporum, ex quo præſentata eſt Papæ, partes vlterius recedere non poſſunt, etiam ſi vtraque pars conſentiat: maxime, quando contra electum obiiciuntur crimina, vel defectus, vel ſimoniaca prauitas, pactio, vel aliqua illicita donatio, promiſſio, violentia, vel metus, gl. partibus, gl. prauitate, in d. cap. quamuis.

in Appellationibus electionum extraiudicialibus eſt optimum conſilium, quod appellans petat apoſtolos, gl. vel extra, in cap. 1. de appel. lib. 6.

Appellatio ob cauſam electionis, poſtulationis, ſeu prouiſionis, tunc demum deuoluitur ad Papam, cum in appellati, vel procuratoris ſpecialis ad cauſam, præſentia fuerit interpoſita: vel eorum alteri (quam cito commodè fieri poteſt) ſecundum formam in iure expreſſam intimata, clem. cauſam, de elect.

Appellatio tuetur electionem minus bene factam, gl. appellata, in can. et qui, §. nominationes, 2. q. 6.

Reliqua in verbo, Appellans, 31.

APPELLATIO non admittitur à correctione, quis ſit ad pœnitentiam, & extra formam iudicis, gl. ſi. in cap. 3. de appell. 44

Appellatio à correctione admittitur, quando Prælatus modum excedit in ea, gl. 1. in cap. de priore, eodem.

Appellatio non habet locum in notoriis delictis, nec contra correctionem admittitur, cap. quia nos, 32. eod.

Appellatio non habet locum in cauſa inquiſitionis, quæ ſit cauſa correctionis, & reformationis: niſi forſitan modum excedant, gl. & appellatione, in cap. in ſingulos, de ſtatu Monachorum.

Appellatio, vbi agitur de morum correctione, non impedit legitimam executionem, extrauag. de ſalute gregis, Pii quarti.

Appellatio non ſuſpendit executionem ſententiæ, circa morum correctionem datæ. Concil. Triden. ſſ. 22. cap. 1. de reform.

per Appellationem non ſuſpenditur effectus ſententiæ excommunicationis: ſed bene ſuſpenditur effectus aliarum ſententiarum, gl. ſententia, in cap. ſæpe, de appell.

poſt Appellationem excommunicatus celebrans diuina, non incurrit aliquam irregularitatem; nec ex eo venit puniendus, ſi cauſat appellationem legitimam fuiſſe, cap. ad præſentiam, de appel.

Appellatio ab excommunicatione, licet excommunicationem non ſuſpendat, cauſam tamen defert ad ſuperiorem, cap. per tuas 40. eod.

Appellatio à ſententia excommunicationis prodeſt in multis: videlicet 45

Digitized by Google

videlicet vt deuoluat cauſam ad ſuperiorem, quando aliter ſuperior non poſſet cognoſcere, 2. quia ſi non appellat, tranſit in rem iudicatam reſpectu illius actus, pro quo fuit lata excommunicatio, dd. reprob. gl. ſatisfacere, in cap. ſacro, de ſententia excommunic.

per Appellationem non poteſt ſuſpendi effectus excommunicationis, ibid.

Appellatio ab excommunicatione non tenet, quantum ad hoc, quin poſſit abſolui excommunicatus propter periculum moræ; ſed tenet quantum ad hoc, quod transferatur iudicium ab ipſo, cautione recepta, quod iuri parebit coram illo, ad quem appellatur, gl. pe. in cap. ſacro, 48. de ſentent. excomm.

Appellatio interpoſita poſt diffinitiuam intra decem dies, non reuocat excommunicationem medio tempore inter ſententiam & appellationem latam, gl. appellatum, in cap. venerabilibus, §. porro, de ſententia excommunicat. lib. 6.

Appellatio & excommunicatio ſi eadem die proferatur, nec apparet de prioritate, præſumitur quod præceſſerit excommunicatio, gl. poſtquam, in d. cap. venerabilibus, §. ſi.

Appellatio fieri non poteſt ab excommunicatione; quia nemo excommunicatur, niſi pro contumacia; & contumax appellans non auditur, gl. 1. in can. nemo contemnat, 11. q. 3.

Reliqua in verbo, Excommunicatio, 31. vſque 36.

APPELLATORI licitum eſt, vitiatam cauſam remedio appellationis ſubleuare, can. liceat, 2. q. 6.

45 Appellatore diſſipante fructus rei petitæ, non ſequeſtratur ipſa res petita, ſed fructus tantum, cap. ſi. de ſequeſtr. poſſeſſ. & fru.

Appellatore non proſequente legitime appellantem poteſt appellatus proſequi, & obtinere à iudice ad quem condemnationem expenſarum factarum à tempore appellationis omiſſæ, cap. Nicolao, 64. de appellat.

Appellatore ceſſante poteſt appellatus proſequi, cùm ex biennio ſupereſt vnus menſis: & abſens, etiam ſi in cauſa obtinuerit, condemnabitur in expenſis, can. ei qui, §. accuſatore, 2. q. 6.

APPELLATVS extraiudicialiter non tenetur comparere, cap. cum ſit Romana, §. ſi. de appel.

Appellatus, ſi vult inſiſtere circa appellationem ab aduerſario ſemel interpoſitam, tunc appellans cogitur illam proſequi, cap. an ſit, de appell.

Appellato non imponitur neceſſitas proſequendi appellationem, niſi venire velit ſolus, vel cum aduerſario, gl. appellauerit, in cap. ſæpe, eod.

Appellatus poteſt negligere cauſam ſi vult; cum ſine ipſo poſſit cauſa appellationis tractari, ſi contumax fuerit, eo prius citato, d. cap. ſæpe.

Appellatus debet citari coram iudice ad quem, ſi appellatio non fuit admiſſa à iudice à quo, vel approbata ab aduerſario, ibid.

Appellatus non debet præuenire diligentiam appellantis, cap. 3. & ibi gl. 2. & ſi. de confirmat. vtili.

Appellatus ſi vult, vel petit, principales perſonæ, per ſe, vel per procuratores inſtructos ſuper principali, debent accedere ad Papam, cap. 1. & ibi gl. vel extra, de appellat. lib. 6.

Appellatus ſi vult, poteſt operari, vt per appellationem interpoſitam ab interlocutoria cognitio totius negotii principalis ad iudicem ad quem deuoluatur, d. cap. 1. §. poſt hoc de appell. lib. 6.

Appellatum licet dicatur à diffinitiua in caſu à iure prohibito, ex quo tamen de hoc Archiepiſcopus cognoſcere cœperit, poteſt inhibere ne ſententia executioni mandetur, cap. Romana, §. ſi autem, eod.

Appellatio vtile conſilium eſt, de petitione appellationis facere confici publicum inſtrumentum, & per teſtes id fieri poteſt, gl. ſi petita, in clem. cauſam, de electione,

Appellatus ſi abſens eſt, nec inuenitur eius ſpecialis procurator, ad domum habitationis appellati, vel ſi eſt in remotis, in Eccleſia cathedrali, ſub qua eſt beneficium, de quo agitur; præterea & vtroque caſu, in ipſo beneficio eſt intimanda appellatio, & eius copia facienda, d. clem. cauſam, §. quod ſi.

Appellato debet fieri appellationis intimatio, non ſolum quando eſt appellatum à pluribus iudicibus ſeparatim, ſed etiam quando ſimul, gl. ſi. in clem. 2. de appell.

Appellatus ſi compareat, cogitur ſubire expenſas actorum, quæ translata ſunt ab appellante ad iudicem appellationis, pro portione ſua, ſi illis vti voluerit: niſi aliter ſeruetur ex loci conſuetudine, ſcilicet vt ad appellantem integrum hoc onus pertineat. Conc. Trident. ſſ. 24. de reforma. cap. 20.

Reliqua vide in verbo, Appellatio.

APPLICARI non debet propriis cuiuſque vſibus, quod pro communi vtilitate datum eſt, can. ratio, 17. q. 4.

APPROBARI debet ab omnibus, quod omnes tangit, cap. ad hæc, §. ſi. & ibi gl. ſi. de officio Archi. gl. accedentes, & ibi gl. 1. de præſcript. reg. quod omnes tangit, 29. de reg. iuris, lib. 6. gl. 2. in can. 1. diſt. 66. gl. ſi. in can. vbi nam. diſt. 96.

Approbari debet ab omnibus id quod eſt commune omnibus, vt ſingulis: ſed id quod eſt commune omnibus, vt collegio, non requiritur quod approbetur ab omnibus, ſed ſufficit quod approbetur à maiori parte, gl. 1. in reg. quod omnes, de reg. iur, 10 lib. 6.

Approbare vel reprobare debemus nos id, quod Papa approbat vel reprobat. gl. 1. in can. ſi Romanorum, diſt. 19.

APPROBANS ſemel mores alicuius non poteſt poſtea reprobare; niſi ex ſuperueniente cauſa, gl. præcedentem, in cap. quemadmodum, de iureiurando.

Approbans ſtatuta patriæ pro ſe, tenetur recipere ea etiam contra ſe: & è contra reprobans illa, non debet eis commodum habere, gl. 1. in cap. ſi. de vita, & honeſt.

Approbans inhabilem reſpectu vnius actus tantum, non videtur approbare reſpectu aliorum actuum, cap. præſidentes, de hæreticis, lib. 6.

Approbans factum per aliam peccat, etiam ſi non fuerit factum ſuo nomine, cap. pe. de ſententia excommun. lib. 6.

Approbans ſcienter perſonam alicuius, ipſum poſtea reprobare non poteſt, can. nulli Epiſcoporum, 3. q. 5.

Approbans aliquid pro ſe, debet etiam recipere contra ſe, can. 1. §. iudices, 3. q. 8.

Approbans ſemel aliquid, amplius reprobare non poteſt, can. ſi teſtes, §. item ſi quis teſtibus, 4. q. 2.

APPROBATVM ſemel non poſſum reprobare, gl. admiſerant, in cap. cum Vintonienſis, 25. de electione, gl. ſi. in cap. præſentium, 31. de teſtibus, gl. ſi. in cap. de illis, de deſponſ. impub. gl. ſi. in cap. nulli, de accuſat. cap. concertationi, de appellat. lib. 6.

Approbatus ſemel poterit iterum approbari, vel reprobari, gl. liceat, in cap. cum ſecundum, 16. de præbend.

Approbatum ſemel, non poteſt poſtea improbari ex antiqua cauſa, ſed bene ex noua, vel antiqua, quam probabiliter ignorabat. cap. nulli, & ibi gl. impugnare, de electione, lib. 6. gl. non licebit, in can. in iſtis, diſt. 4.

Approbata per ſedem Apoſtolicam à nemine ſunt reprobanda, extrauag. ad noſtrum, de regular. inter communes.

Reliqua vide in verbo, Conſentiens.

AQVA quotidiana dicitur etiam illa, quæ tantum ſemel in anno ducitur, gl. in trium, in cap. cum Eccleſia, de cauſa poſſeſſ. & prop.

in Aquæ hauſtum concedendo, omnes ſunt vocandi, qui ius habent, gl. 2. in cap. 8. de maior. & obed.

Aqua facit malum ſtomachum, gl. 1. in cap. pernicioſus, de celebr. miſſar.

Aquæ, quæ nondum apparet, non poteſt conſtitui ſeruitus aquæductus, gl. accuſare, in cap. pe. de deſponſ. impuber.

Aquæductum habentes non debent attentare fiſtulas matrices, gl. includi, in cap. quamuis, 4. de præbend. lib. 6.

Aqua de flumine publico ita demum duci permittitur, ſi ſine alterius iniuria id fiat, gl. 1. in reg. locupletari, de regulis iuris, lib. 6.

Aqua, cuius curſus obſtruitur, multos meatus facit, gl. hydræ, in extrauag. inter cunctas, de priuileg. inter communes.

Aqua multipliciter accipitur: nam quandoque aquæ multæ, id eſt populi multi: quandoque aqua dicitur pœnitentia: quandoque dicitur ſcriptura: quandoque aqua dicitur tentatio, gl. intelligi, in can. cum omne, de conſecrat. diſt. 2.

Aqua de petra, fuit ſignum ſanguinis Chriſti, gl. pe. in can. inquit. de conſecrat. diſt. 2.

Aquam ſale conſperſam in populis benedicimus, vt ea cuncti aſperſi ſanctificentur, & purificentur, can. aquam, de conſecrat. diſt. 3.

Aqua ſale conſperſa benedicitur; quia per aquam confeſſio, per ſalem amaritudo deſignatur, & morſio: item quia ſal precibus diuinis ſacratus, ſterilitatem humanarum rerum aufert, & coinquinatos ſanctificat, & purgat, & cætera bona multiplicat, & inſidias diaboli auertit, & in phantaſmatis verſutiis homines defendit, ibid.

Aquæ ſanctificationem non impediunt verba erroris per imperitiam prolata, can. ſi non ſanctificatur, de conſecrat. diſt. 4.

Aquam conſecratam in Sabbato ſancto Paſchæ, & Pentecoſtes, ſi quis ad aſperſionem in domo ſua recipere velit, debet ante chriſmatis infuſionem recipere, can. in Sabbato, de conſecrat. diſt. 4.

Aquæ, in Apocalypſi beati Ioannis, populi dicuntur: in Calice, per Aquæ mixtionem cum vino, repræſentatur ipſius populi fidelis cum capite Chriſto vnio, Concil. Trid. ſſ. 22. cap. 2. de reform.

Reliqua vide in verbo, Calix, Seruitus, 3.

AQVILAE iuuentus renouatur, gl. pe. in can. in quibus, de conſecrat. diſt. 2.

AQVILIA inficiatione creſcit in duplum, gl. 1. in reg. nullus pluribus, 20. de regulis iuris, lib. 6.

Reliqua vide in verbo, Actio, n. 36. Inficiationem, Olinam.

ARANDVM non eſt in boue, & aſino: id eſt homines diuerſæ profeſſionis in vno officio non debent aſſociari, cap. cum cauſam, 27. de elect.

ARBITER incertus eſſe non debet, gl. elegerint, in cap. ad hæc ſumus, de reſcript.

Arbiter

Arbiter in ſpiritualibus, non poteſt eſſe laicus, gl. 2. in cap. ſacroſancta, 51. de electione.

Arbiter poteſt eſſe infamis, ſed non iudex, gl. fi. in cap. cum vigeſimum, de officio deleg.

Arbiter non poteſt eſſe minor viginti annis, neque ſufficit quod pendente compromiſſo factus ſit maior, d. gl. fi. & ibi add.

Arbitri iurare non debent, ne propter ignorantiam in periurium incidant, ibid.

Arbiter dicitur habere officium, cap. vno delegatorum, 42. & ibi gl. 1. eod.

Arbitro vno ex pluribus ſimpliciter datis mortuo, expirat compromiſſum: niſi in compromiſſo aliud exprimatur, ibid.

Arbiter non poteſt aſſumi in matrimoniali cauſa liberali, vel criminali, cum maiores iudices exigant. cap. pe. de in integr. reſtit.

Arbiter poteſt cognoſcere incidenter in cauſa reſtitutionis, ſed non principaliter, d. cap. pe. & ibi gl. pe.

Arbitri poteſtas poteſt ampliari propter incidentiam cauſæ, ad id de quo non poſſet cognoſcere, ſiue ſit datus cum pœna, ſiue non, ibid.

Arbitri ſunt aſſumendi in diſpari numero; & eis diſcordantibus, ſtatur ſententiæ maioris partis, cap. 2. & ibi gl. 1. de arbitris.

Arbitrorum laudum, dicitur ſententia, ibid.

2 Arbitri duo ſolum quando aſſumuntur, res ferre ſine exitu futura eſt, propter hominum naturalem facilitatem ad diſſentiendum, d. gl. 1.

in Arbitros duos factum compromiſſum valet; & ſi non concordauerint, cogendi ſunt, vt vel concordent, aut tertium aſſumant, ibid.

Arbitrorum dicto ſtatur, & teſtificari poſſunt inter partes ſuper iuſtitia, vel iniuſtitia laudi, cap. 2. eod.

Arbitri non poſſunt pronunciare, vt vna pars renunciet quæſtioni ſuper beneficio vel ſpiritualitate, & recipiat aliquam temporalitatem ab alia parte: quia tale arbitrium continet ſimoniam: & ideo tale arbitrium non valet, nec pœna appoſita, d. cap. 2. & ibi gl. quinque.

Arbiter aſſumptus in patrimonialibus clerici, non poteſt adiudicare rem Eccleſiæ poſſidendam, etiam ad vitam clerici, cap. 3. eod.

Arbiter non poteſt interuenire in cauſa liberali, gl. fi. in cap. cum tempore, eod.

Arbiter non habet poteſtatem iudicandi vltra comprehenſa in compromiſſo; ideo coram eo non fit reconuentio, cap. cum dilectus, 6. eod.

Arbitri poteſtas commenſuratur à menſuris compromiſſi, ibid.

Arbiter dicitur iudicare, & per conſequens ſententiam ferre, ibid.

Arbiter non poteſt iudicare, niſi de his quæ comprehenduntur in compromiſſo, vel eis cohærentibus, ſine quibus cauſa commode expediri non poteſt, d. cap. cum dilectus, & ibi gl. 3.

Arbiter poteſt ſtatuere diem ſolutioni faciendæ; item poteſt cognoſcere de cauſa reſtitutionis in integrum, quando incidit in negotio, de quo compromiſſum eſt, d. gl. 1.

Arbiter non cognoſcit ſuper petitione dupli, nec cognoſcit ſuper pœna contumacis, d. gl. 2. ibid.

3 Arbiter extra compromiſſum nihil poteſt facere; quia ſolum illud venit in arbitrium, de quo dictum eſt vt veniat: ſed in iudicio, veniunt omnia quæ expreſſe non prohibentur, d. gl. 2.

Arbiter non poteſt punire contumaciam litigatoris, nec teſtes poteſt cogere, gl. 8. in cap. cum dilectus, de arbitr.

Arbiter poteſt punire contumaciam litigatoris, ſi in compromiſſo de hoc actum ſit, ibid.

Arbiter non poteſt pronunciare niſi vtraque parte præſente, niſi hoc inter litigatores conuenerit, ibid.

Arbiter non poteſt citare, niſi ad locum in quo compromiſſum, factum eſt, ibid.

Arbiter non poteſt delegare arbitrium; item ſatisdatio non præſtatur coram arbitro, quia ſufficit pœna compromiſſi, ibid.

Arbitri ſententia non infamat; quia non poteſt cognoſcere de crimine, quod infamat, ibid.

Arbitri non poſſunt ſuam ſententiam declarare nullam, cap. cum olim, de arbitris.

Arbiter non poteſt ſuam ſententiam executioni mandare; ſed iudex eſt adeundus, vt exequatur, cap. per tuas, eod.

Arbiter poteſt citare partes ad audiendam ſententiam & per literas poterit citare, cap. ex parte, eod.

Arbiter poſt rem iudicatam ſuper diſcordiis nouis aſſumptus, non poteſt per ſuum arbitrium immutare ſententiam, etiamſi de componendo inter partes mandatum acceperit, cap. expoſita, ibid.

4 Arbiter non debet de alio arbitrari, niſi de quo compromiſſum, eſt: quod ſi fecerit, non valet taliter factum, ibid.

Arbiter licet non poſſint delegare vices ſuas, aliis, ſiue ſint arbitri, ſiue arbitratoris; tamen a partibus poteſt eis dari poteſtas, vt ipſi eligant alios arbitros, ſeu arbitratores, cap. pe. eod.

Arbitri ſententiæ, etiam iniquæ, ſtandum eſt, dummodo dolus abſit; nec recurritur ad arbitrium boni viri: ſecus eſt in arbitratore, cuius arbitrium, ſi ſit iniquum, ad arbitrium boni viri reduci poteſt, cap. veniens, 26. & ibi gl. 1. de iureiur.

Arbiter licet de quibuſdam tulerit ſententiam, de quibuſdam non, non ideo expirat officium eius, quin de aliis poſſit cognoſcere & pronunciare: niſi dictum ſit, vt de omnibus ſimul pronunciet: quo caſu, ſi de quibuſdam pronunciauerit, nihil egit, & de nouo poteſt pronunciare, gl. dilata, in cap. cum I. & A. de re iudic.

Arbitri eligendi à partibus ſuper cauſa recuſationis iudicis, poſſunt eſſe plures, & etiam vnus, gl. in aliquos, in cap. ſecundo requiris, de appel.

Arbitri electi ſuper recuſatione iudicis, debent præfigere terminum partibus ad probandam cauſam recuſationis, dd. reprob. gl. terminum, ibid.

Arbitris poteſt præfigi terminus à iudice recuſato, ad cauſam decidendam, dd. reprobat. d. gl. terminum.

Arbitri electi ad cauſam recuſationis, aſſignant partibus terminum ad probandam cauſam ſuſpicionis, & iudex recuſatus compellit arbitros ad cauſam finiendam, cap. ſuſpicionis, 39. de officio deleg.

Arbitri tam voluntarii, quam iuris, ſi non concordant, compelluntur eligere tertium, ibid.

Arbitri electi ad cognoſcendum de cauſis ſuſpicionum, poſſunt coercere, & teſtes compellere, & impedientes punire, gl. ad quos, ibid.

ab Arbitris electis ad cognoſcendum de cauſis ſuſpicionum iudicum delegatorum Papæ, debet appellari ad Papam, ibid.

Arbitri compromiſſarii, quibus data eſt poteſtas eligendi, poſtquam elegerunt, non poſſunt variare alium eligendo, quia functi ſunt officio ſuo, ſiue bene, ſiue male, gl. ſi tamen, in cap. cauſam quæ, de elect. 5

Arbitri electi ad cognoſcendum de cauſis ſuſpicionum, compelluntur ad ſuſcipiendum iudicium per iudicem recuſatum, gl. ad quos, in cap. ſuſpicionis, de officio deleg.

Arbitri electi de partium conſenſu, nullam coercitionem habent, ſed metu pœnæ ſtatur eorum ſententiæ, vel per omologationem, approbationem, vel taciturnitatem decem dierum, ibid.

Arbitri electi ad cognoſcendum de cauſis ſuſpicionum, vere non ſunt arbitri, ſed iudices, ibid. & dicuntur habere iuriſdictionem ordinariam, ibid.

Arbitri electi ad cognoſcendum de cauſis ſuſpicionum, ſi malitioſe non conueniant, vt negotium prorogetur, iudex poteſt eos compellere ad procedendum in ea cauſa, ne diutius contingat differri negotium, ibid.

Arbiter habet modicam coercitionem, gl. ſi ſubdelegatus, in cap. ex literis, 29. de officio deleg.

Arbitris compromiſſariis data poteſtas ad eligendum Prælatum, re non integra, reuocari non poteſt: & deſinit res eſſe integra, poſtquam compromiſſarii in cœperunt habere tractatum, cap. in cauſis, 30. de electione.

Arbitri compromiſſarii ad eligendum, poſſunt à principio eſſe incerti; certificandi tamen per eos, quibus eſt data poteſtas eligendi illos, ibid.

Arbitri compromiſſarii dati ad eligendum, poſſunt adſtringi iuramento, vt electionis negotium fideliter, & canonice explicent, ibid.

Arbitris compromiſſariis ſi fuit data poteſtas vt eligerent Prælatum, electus ab eis, habebitur pro Prælato; ioccili ge, ſi idoneus fuerit, non aliàs, gl. 2. ibid.

Arbitri compromiſſarii dati ad eligendum Epiſcopum, poſſunt poſtulare etiam de alia Eccleſia, gl. poſtulatio, ibid.

Arbitri compromiſſarii dati ad eligendum, poſſunt eligere extra gremium compromittentium, gl. 1. in cap. cum dilectus, eod. 6

Arbiter compromiſſarius vnus ſolus datus ad eligendum, non poteſt ſe ipſum eligere, gl. 1. in cap. cum in iure, 33. eod.

Arbitri compromiſſarii dati ad eligendum, poſſunt eligere vnum ex ſe, licet in compromiſſo non fuerit eis expreſſe collata hæc poteſtas, dd. repro. d. gl. 1.

Arbitri iuris aſſumuntur, quando inter plures iudices datos ex diuerſis reſcriptis eſt dubium, qui eorum ſint iudices, nec in cognitione ſibi deferunt, nec concordant in vnam ſententiam, cap. paſtoralis, 24. de reſcript.

Arbitri iuris eliguntur ad probandam cauſam recuſationis iudicis, propoſitam coram eo, cap. cum ſpeciali, 61. de appel.

Arbitri duo ſimpliciter electi ſi diſcordant, iudex poterit eos cogere, vt concordent: vel tertium aſſumant, gl. tertium, ibid.

Arbitri electi diſcordes poſſunt eligere tertium, licet videantur egredi fines iniunctos; quia id faciunt authoritate conſtitutionis canonicæ: aliàs non poſſent, ibid.

Arbitri electi debent præfigere terminum recuſatori, ad comprobandas coram eis cauſas recuſationis iudicis: ſed terminum ad decidendam cauſam recuſationis, iudex recuſatus debet præfigere arbitris, dd. reprob. d. gl. terminum.

Arbiter nihil poteſt facere contra formam compromiſſi, gl. 1. in cap. examinata, de confirmat. vtili.

Arbitri duo ex tribus, non poſſunt ferre laudum, tertio mortuo, vel abſente, niſi in compromiſſo hoc exprimatur, cap. Raynaldus, 18. de teſtam.

Arbitri ſententiæ non paretur, niſi metu pœnæ, gl. neutra pars, ibid.

ab Arbitris iuris appellatur ad Papam, cap. ab arbitris, 12. de officio deleg. lib. 6.

Arbitri iuris non poſſunt cognoſcere de cauſa principali, ſed ſolum de cauſa ſuſpicionis, d. cap. ab arbitris.

Arbitri iuris, cum ſecundum formam iuris ſint electi ad ipſum ius, à quo poteſtatem habent, ab iis oportet appellari ad Pa- 7
pam,

pam, qui eſt lex animata in terris, gl. a. ibid.
ab Arbitrio compromiſſarius non poteſt appellari. gl. ſi. ib.
Arbitri qui compromiſſarii vocantur, & voluntate adeuntur, & ab iſtis non appellatur, ibid.
Arbitri alii ſunt, qui de neceſſitate iuris aſſumuntur, & ab iſtis bene appellatur, ibid.
Arbitri iuris ſunt eligendi in cauſa, quam mouet Epiſcopus contra ſubditum ſuum, ibid.
Arbitri duo ex tribus ſi concordant in ſumma, tenet illorum ſententia: ſi omnes diſcordant, tenet ſententia de ſumma minori, cap. a. de arbitr. lib. 6.
Arbitri duo ex tribus ſi concordant, etiam tertio contradicente, valet eorum ſententia multo fortius quando in aliquo cum illis concordat, gl. a. & ibi add. marg. ibid.
Arbiter vnus ex duobus ſi condemnet in quindecim, & proteſtetur, quod ita condemnat in quindecim, quod non conſentit in minore ſumma, tenet talis proteſtatio; nec cenſetur conſentire in minori, qua condemnauit alter, & ita tanquam diſcordes eorum ſententia eſt nulla, dd. reprob. gl. ſi. ibid.
Arbiter poteſt coarbitrum requirere, cap. a. de arbitris, lib. 6.
ex Arbitris tribus ſimpliciter electis, valet pronunciatio duorum, ibid.
Arbiter vnus ex tribus, ſi nolit examinando vel diffiniendo negotio intereſſe, duo alii procedere poſſunt, ac ſi ille præſens eſſet, ibid.
8 ex Arbitrorum pronunciatione dicitur cauſa decidi, ibid.
Arbitris electis tribus ſimpliciter, duo illorum poſſunt procedere in cauſa: niſi eſſent electi cum clauſula, *vos vel alter veſtrum, vel quod ſi non omnes*, quo caſu vnus illorum poteſt procedere, gl. electis, ibid.
Arbiter vnus ex tribus ſi nolit intereſſe, debent alii arbitri conuocare eum, gl. libere, ibid.
Arbiter compromiſſarius, iudicans contra conſcientiam & iuſtitiam, non incurrit pœnam, quam iudices ita iudicantes, niſi ſint arbitri, qui in locum iudicis ordinarii, vel delegati ſucceſſerunt, gl. in iudicio, in cap. a. de re iudic. lib. 6.
Arbitri quandoque ſe detrahunt à deciſione cauſæ, propter fauorem, vel ob odium partium, cap. a. de appel l. 6.
Arbitri iuris habentes cognoſcere de cauſa appellationis, non ſunt eligendi, niſi poſtquam fuerit legitima cauſa aſſignata coram iudice, ibid.
Arbitri tres quando ſunt electi, videtur data poteſtas duobus, vt quod maior pars ipſorum fecerit, valeat, ibid.
Arbitri ſi fuerint diſcordes, ipſi debent tertium eligere, & non partes, ibid.
Arbitri iuris, ſuper cauſis recuſationis iudicis, non debent eligi laici: quia in eos non cadit iuriſdictio ſpiritualis, nec debent eſſe ſuſpecti, nec debent eſſe multum remoti, & debent eſſe in locis competentibus; vt poſſit haberi copia peritorum, gl. formam iuris, ibid.
Arbitri iuris incurrunt pœnam ſtatutam à iure, faciendo vel ſtatuendo aliquid per gratiam, vel per ſordes, gl. odium, ibid.
Arbiter poteſt eſſe infamis, gl. s. in reg. infamibus, 86. de reg. iuris, lib. 6.
Arbiter, cuius compromiſſo renunciatum eſt, feriis inductis ob neceſſitates hominum, non tenetur procedere tali tempore, gl. valeat, in clem. ſæpe, de verbor. ſignif.
Arbitrorum duo ſunt genera: quidam ſunt arbitratores, qui componunt inter partes: talium arbitrium, ſi eſt iniquum, eſt reducendum ad arbitrium boni viri: ſed arbitrium illorum, qui eliguntur ſub pœna, licet ſit iniquum, tamen tenet; ſed a ſuperiore poteſt retractari, gl. t. in can. à iudicibus, a. q. 6.
ab Arbitris non licet appellare, can. ſi autem, & ibi gl. s. a. q. 7.
Arbiter poteſt eſſe infamis, quia non refert, an ſit integræ famæ, vel ignominioſus, can. infamis, §. cognitores, 3. q. 7.
Arbiter non poteſt eſſe ſeruus, licet poſſit eſſe libertus, d. can. infamis, §. ſiquis vero.
Arbiter poteſt eſſe filius, etiam in re patris, d. can. infamis, §. filius etiam.
Arbitros eligere coguntur quandoque litigantes; veluti quando clericus habet litem cum Epiſcopo, qui non poteſt eſſe iudex: item cum recuſatur ipſe Epiſcopus, & eius delegatus, gl. a. in can. ſi clericus aduerſus, 11. q. 1.
Arbitri compromiſſarii arbitrio ſtandum eſt, ſiue ſit iniquum, ſiue æquum: niſi ſit contra ius ſcriptum, vel contra formam compromiſſi, gl. ſi tamen, in cap. cauſam quæ, de electione.
Arbiter, qui tanquam vir bonus debet arbitrari, non valet factum ab eo, niſi ſit æquum, ibid.

Reliqua in verbo, Appellare, n. 8. Compromiſſarii Compromitti, Eligendi, a. 5. Iudex, 45.

ARBITRAMENTVM continens rem illicitam, & à iure prohibitam, eſt ipſo iure nullum, cap. quintauallis, de iureiur.
ad Arbitramenti obſeruantiam poteſt quis ſe obligare per iuramentum, ibid.
ARBITRATOR poteſt pronunciare ſub conditione, decernendo in futurum, d. cap. Quintauallis, de iureiur.
Arbitrator poteſt extendere manum ad rem, ſuper qua expreſſe non fuit compromiſſum; ſed tacite, cap. niſi eſſent, a1. & ibi gl. t. de præbendis.
Arbitrator poterit pro bono pacis tollere de vno, & dare alteri: licet clariſſime appareat hoc ex pronunciatione ſua, ibid.
Arbitratoris factum non valet. niſi ſit æquum, gl. ſi tamen,

in cap. cauſam quæ, de electione.
de ARBITRARIIS ratio non poteſt reddi. gl. vel quatuor in cap. 2. de reſcrip. lib. 6.
in Arbitrariis voluntas eſt pro ratione, gl. duodecim, in extrauag. cum ad ſacroſanctæ, Ioan. 22.
in Arbitrariis conſiderandus eſt locus, perſona, cauſa, tempus, & ſtatus, cap. ſi. de tranſactio.
ARBITRIVM ſuſcipere nemo cogitur, ſed poſtquam quis ſuſcepit, cogi debet expedire, gl. remittentem, in cap. paſtoralis, de officio deleg. 1
Arbitrio alicuius quando aliquid generaliter committitur, non valet factum ab eo, niſi legitime factum ſit. gl. ſi tamen, in cap. cauſam quæ, de electione.
ad Arbitrium iudicis recurrendum eſt, in non determinatis à iure, qui debet arbitrari, inſpecta qualitate cauſæ, & perſonarum, & delicti, cap. de cauſis, 4. §. 1. & ibi gl. ſi. de Officio deleg.
Arbitraria ſunt redacta ad inſtar iudiciorum, gl. in rub. de arbitris, & gl. 2. in cap. cum dilectus,
Arbitrium ſeu arbitramentum continens peccatum per partes non remiſſibile, eſt nullum, cap. 2. de arbitris.
Arbitrium inducens ſimoniam, eſt ipſo iure nullum, cap. 2. & ibi gl. ſi. eod.
Arbitrium, quando continet iniquitatem euidentem, debet per ſuperiorem retractari; & eo ipſo quo enormiter lædit partem, continet peccatum, d. cap. 2. & ibi gl. pe.
Arbitrium poteſt pro parte tenere, & pro parte non tenere, cap. cum tempora, & ibi gl. capitalis, eod.
Arbitrium, vel laudum obſeruandum eſt à compromittentibus, metu pœnæ, ſi pœna appoſita fuit; aut metu iuramenti; ſed & quamuis neutrum illorum interueniſſet, dummodo partes conſenſiſſent, vel verbis intra decem dies non contradixiſſent, gl. obſeruandum, ibid.
Arbitria licet ſint redacta ad inſtar iudiciorum, non tamen quoad reconuentionem: quæ in iudiciis fit, ſed non in arbitriis, cap. cum dilectus, eod.
Arbitria ſtricta via incedunt, gl. a. in cap. cum dilectus, eod.
in Arbitrio non poteſt mora purgari, vbi dies præfixus eſt ab homine, gl. ſi. ibid.
ab Arbitrio recedere poſſunt partes, etiam ſi renunciauerint appellationi, & pactum fecerint de non recedendo ab arbitrio; ſed ſecus eſt in iudiciis, ibid. 2
Arbitria & iudicia conueniunt in interruptione præſcriptionis, & in iuramento calumniæ, & in aliis, ibid.
Arbitrii forma ſeruanda eſt, cap. cum olim, eod.
Arbitrium ſi non fuerit à partibus approbatum, agitur ad pœnam ſtatutam in compromiſſo; alias ad intereſſe, cap. per tuas, eod.
Arbitrium nullum ex defectu mandati, ſeu ſolemnitatis mandati poteſt omologari, id eſt approbari, ib.
Arbitrium non omologatum, non habet executionem paratam: ſed agitur vel ad pœnam ſtatutam in compromiſſo, vel ad intereſſe, ibid.
Arbitrium ſi fuerit approbatum à partibus, vel etiam ſilentio decem dierum, ex eo datur actio, & exceptio: ſed ſi arbitrium non fuit approbatum, agitur ad pœnam appoſitam; & ita per pœnam, ad ſeruandum arbitrium cogitur: ſed ſi nulla fuit appoſita pœna, ſed ſimpliciter promiſerant ſtare arbitrio, agi poteſt ad intereſſe actione ex ſtipulatu, gl. pe. ibid.
Arbitrium non debet extendi, niſi ad ea tantum, de quibus cogitatum eſt, & expreſſum in compromiſſo, gl. reuocatis, in cap. expoſita, eod.
Arbitrio iniquo non eſt ſtandum, ſed reducendum id eſt ad arbitrium boni viri, ſiue ſit arbitrator, ſiue amicabilis compoſitor, ſiue ſit arbiter is, qui tale arbitrium pronunciauit, imò etiam ſi iuraſſet, ibid.
Arbitrium poteſt confirmari per Papam, cap. pe. eod.
Arbitria ſunt ſtricti iuris, gl. a. in cap. ſi. eod.
in Arbitrio id tantum venit, de quo nominatim dictum eſt in compromiſſo, & non aliud, gl. id venire, in cap. cum Eccleſia, de cauſa poſſeſſ.
Arbitrium finitur per mortem arbitrorum, cap. præſentata, 50. de teſtib. 3
contra Arbitrium præſcribi poteſt, cap. cum olim, de præſcript.
per Arbitrium ab vtraque parte approbatum, poteſt recedi à priuilegio, ibid.
Arbitrium, contra formam iuris, & compromiſſi prolatum, non valet, cap. examinata, & ibi gl. t. de confirm. vtili.
Arbitrium nullum non poſſunt partes approbare, ibid.
Arbitrium contra ius per ſordes, & gratiam latum, non valet, ſed contra ius litigatoris latum valet ſi non appelletur, gl. s. ibid.
Arbitrium continens in ſe vitium ſimoniæ, ipſo iure eſt nullum, cap. ſi. de rerum permutatione.
Arbitrium contra iuris formam, eſt ipſo iure nullum, etiamſi iuramentum interueniſſet in compromiſſo, gl. ſi. ibid.
Arbitrium vel laudum non poteſt impedire alienationem rei, cap. Raynaldus, de teſtam.
in Arbitrium alicuius certæ perſonæ poteſt conferri ſubſtantia contractus, & non valet contractus, niſi ille arbitretur, gl. a. in cap. ſuper eo, de condit. appoſitis.
in arbitrium alicuius conferri expreſſe non poteſt teſtamentum, veluti *inſtituo te hæredem, ſi Titius voluerit* ibid.

Arbitrio quis ſtare non cogitur, pœna ſoluta, niſi id dictum ſit expreſſe, gl. 1. in cap. 1. de pœnis.

4 Arbitrium hominis poteſt trahi ad illicitum, vel ex affectione, vel ex vinculo alterius obligationis; & ita iſtud verbum *arbitrium* poteſt trahi ad corruptum, cap. vbi periculum, §. cæterum, de electione, lib. 6.

Arbitrium hominis, eſt quædam voluntas habens poteſtatem negatiuam & affirmatiuam actum exercendi, cap. ſi religioſus, eod.

Arbitrium non eſt dignitas, cum nudam, & ſimplicem cognitionem habeat, & nullam iuriſdictionem, gl. 2. in cap. ſtulamibus, de reg. iuris, in 6.

per Arbitri dationem non tollitur iuſtitia, & legitima partis defenſio, gl. defenſiones, in clem. ſæpe, de verbor. ſignif.

Arbitrium aliud eſt, quod refertur ad arbitrium boni viri; & aliud eſt voluntas, quæ refertur ad proprium motum, gl. nolleut, in extrauag. ſuper cathedram, de ſepulturis, inter communes.

Arbitrium eorum, qui eliguntur ſub pœna, licet non poſſit retractari per appellationem, etiamſi per dolum tulerint illud, tamen per exceptionem bene retractatur, gl. 2, in can. à iudicibus, 2. q. 6.

Arbitria ſunt redacta ad inſtar iudiciorum, gl. libellum, in d. can. ſi. §. libellum, 3. q. 3.

Arbitrium non valet, iudice compellente partes in ſe compromittere, can. infames, §. ſi quis verò, 3. q. 7.

Arbitrium non valet, vbi partes non ſeruantes ſententiam arbitri pœnam non incurrunt, d. can. Infames, §. ſi quis verò.

Arbitri appellatione comprehendi poteſt proceſſus, & litis conteſtatio, quæ fit coram iudice procedente vt iudex, can. 1. §. iudices, 3. q. 8.

Arbitrium qui non recipit, nec componit inter partes, peccat, can. ſicut, & ibi gl. 1. 12. q. 1.

Reliqua in verbo, Compromiſſum, Laudum, Compromitti, Pactum, 6. Pœna, 1. 2. 3. 8. 19, Pœnitentia, 1. 3. 4. 5. 17. Purgatio, 2. 3.

ARBOR, quæ inutiliter terram occupat, debet excidi, & in ignem mitti: vt terra, quæ ſub nociua occupatione inutilis arboris ſterilis habebatur, per nouam plantationem, ad fructificandum culturam recipiat congruentem, gl. infructuoſos, in cap. 1, de ſchiſmaticis, lib. 6.

Arborem incidere eſt opus licitum clerico, can. hi qui, diſt. 50.

Arbor in confinio poſita communis eſt, gl. conuenit, in can. licet, 12 q. 2.

Reliqua in verbo, Fructus, 2.

ARCA Noe præfigurabat Eccleſiam militantem, extrauag. vnam ſanctam, & ibi gl. vna, de maior. & obedi. inter communes, in Arca Noe, id eſt in Eccleſia, qui non fuerit, peribit regnante diluuio, can. quoniam, 2. q. 2.

ARCANA reuelat, qui fraudulenter ambulat, can. ſi. 5. q. 5.

ARCHIBVSETI breuiores, menſuræ duorum palmorum, prohibentur in terris Eccleſiæ deferri, retineri, & vendi ſub grauiſſimis pœnis, extrauag. cum vices eius, Pii IIII.

ARCHICONFRATERNITAS beatæ Mariæ virginis Confalonis habet multa priuilegia & facultates præcipuè circa redemptionem captiuorum, extrauag. Chriſtianæ nobiſcum, Gregorii XIII.

Reliqua in verbo, Fraternitates,

ARCHIDIACONVS non tenetur ſe facere promoueri in
8 Sacerdotem, ſed ſatis eſt, vt ſit Diaconus: ſecus tamen eſt in Decano, & propoſito, & aliis ſimilibus, cap. cum in cunctis, §. inferiora, de electione.

Archidiaconus habet curam animarum, ſed non principaliter, gl. Archidiaconatum, ibid.

Archidiaconus qui habet inquirere, & viſitare parochiam ſuam, habet curam animarum, ibid.

Archidiaconus, ſi recipiat aliam prælationem curam animarum habentem, ipſo iure vacat Archidiaconatus, ibid.

Archidiaconi, & omnes Prælati etiam citra Epiſcopum, poſſunt excommunicare, ſine tamen ſolemnitate, ibid.

Archidiaconus poteſt eligi in Epiſcopum: non tamen eſt neceſſe, vt poſtuletur, cap. innotuit, 20. eod.

Archidiaconus poteſt eſſe procurator aliorum clericorum, ſaltem in cauſa Eccleſiaſtica, cap. dudum, eod.

Archidiaconus eo ipſo quod excommunicat, abſoluit, & habet in ſe curam, d. cap. dudum, §. verum, & ibi gl. ſuſpendit.

an Archidiaconus excommunicandi, interdicendi, vel viſitandi poteſtatem habeat, ſeruatur conſuetudo, gl. ſuſpendit, in d. cap. dudum, §. licet.

Archidiaconus de iure in Eccleſia eſt primus poſt Epiſcopum; & ideo de iure communi eſt eius vicarius, id eſt eius vices gerens, cap. de officio Archidiac.

ad Archidiaconum, tanquam vicarium Epiſcopi, pertinet omnis cura in clero, ſiue de eorum conuerſatione, ſiue honore, & reſtauratione Eccleſiarum, ſiue de doctrina Eccleſiaſticorum, vel cæterarum rerum ſtudio: & delinquentium rationem coram Deo redditurus eſt, ibid.

Archidiaconus de triennio in triennium, cum Epiſcopus fuerit impeditus, debet totam diœceſim viſitare, & ad vicem ini Epiſcopi corrigere corrigenda, ibid.

Archidiaconus, ex quo de iure communi eſt vicarius Epiſcopi, habet cognitionem, & iuriſdictionem, d. cap. 1. & ibi gl. 2. eod.

Archidiaconus eſt preordinator in cunctis, & loco Epiſcopi, & tanquam eius vicarius eſt, licet quædam illorum pertineant ad officium Archipresbyteri, Primicerii, & Theſaurarii, gl. 1. ibid.

Archidiaconus debet viſitare ſuam propriam parochiam ſingulis annis, aut etiam pluries, ſi expediat; ſed de tertio ad tertium annum vniuerſam parochiam, id eſt, diœceſim de mandato Epiſcopi, gl. de tertio, ibid.

Archidiaconus habet correctionem, ex quo habet iuriſdictionem; quia iuriſdictio ſine correctione nulla eſſet, gl. ſi. ibid.

ad Archidiaconi officium pertinet prouidere omne Eccleſiaſticum officium, lectiones, aut reſponſoria in matrice Eccleſia dare, & auſcultare: ita vt nullus Euangelium, vel Epiſtolam, aut reſponſoria, vel quamlibet lectionem legat vel cantet, donec auſcultetur ab ipſo, cap. officium, 2. eod.

ad Archidiaconum pertinet acolythos ordinare, quia eorum candelabra, quis thuribulum deferre debeat, & quis minorum in Eccleſia aliqua officia agere debeat, ibid.

ad Archidiaconi officium hodie pertinent ea quæ conſuetudine introducta ſunt; ſicut & multa alia, quæ in huiuſmodi officiis conſiderantur, conſuetudine magis quam iure communi ad eos pertinent, gl. 1. ibid.

ad Archidiaconum pertinet cuſtodia omnium vaſorum Eccleſiæ, vel ad Theſaurarium: ſed in hoc attenditur conſuetudo: & vbi non eſt Theſaurarius, pertinet ad Archidiaconum, gl. cimelia, in cap. 3. de officio Archidiaconi.

ad Archidiaconum pertinet cura, & ſolicitudo totius Eccleſiæ, gl. ſi. ibid.

Archidiaconus tenetur ad reſtitutionem vaſorum, quæ negligentia ipſius deperdita ſunt, d. cap. 3. 3

Archidiaconus nullius conſuetudinis obtentu poteſt habere inſtitutionem authorizabilem ſupra curam, cap. cum ſatis, eod. de licentia tamen, & mandato ſpeciali Epiſcopi poteſt, ibid.

Archidiaconus non habet de iure communi curam animarum, nec alii poteſt committere, niſi ſpecialiter ſibi ab Epiſcopo demandetur, vel habeat de conſuetudine præſcripta, gl. conſuetudinis, ibid.

Archidiaconus non poteſt de iure communi excommunicare, niſi ex conſuetudine præſcripta, ibid. & cap. Archidiaconis, & ibi gl. 1. ibid.

Archidiaconus poteſt de conſuetudine præſcripta viſitare, & corrigere, d. gl. conſuetudinis, in d. cap. cum ſatis,

de Archidiaconi iuriſdictione iura diuerſimode loquuntur; & ideò intelligenda ſunt ſecundum diuerſas conſuetudines diuerſorum locorum, ibid.

Archidiaconus de iure communi non poteſt excommunicare, niſi authoritas Epiſcoporum acceſſerit, vel conſuetudine præſcripta, gl. 1. in cap. cum ſatis, & cap. Archidiaconis, & ibi gl. 2. de officio Archidi.

Archidiaconus non poteſt viſitare Eccleſias ſui Archidiaconatus, niſi ſemel in anno: niſi talis cauſa emerſerit, propter quam ipſum oporteat eas Eccleſias ſæpius viſitare, cap. mandamus, & ibi gl. ſi. eod.

Archidiaconus habens ius viſitandi Eccleſias ſui Archidiaconatus, dicitur habere curam animarum, & quod poſſit alii committere, intellige de conſuetudine, d. cap. mandamus, & ibi gl. 1.

Archidiaconus imperat Subdiaconibus, & leuitis: & ad ipſum pertinet parochiarum ſolicitudo, & earum ordinatio, & audire debet iurgia ſingulorum, cap. ad hæc, eod.

Archidiaconus, cum audire debeat iurgia ſingulorum, dicitur habere iuriſdictionem ordinariam de iure communi, & ita coertionem intellige in omnibus quæ continentur in d. cap. *ad hæc* in aliis ſtabitur conſuetudini præſcriptæ, gl. iurgia, ibid.

Archidiaconus eſt maior poſt Epiſcopum: & dicitur ipſius Epiſcopi vicarius, d. cap. ad hæc,

Archidiaconus debet impendere omnem ſolicitudinem, & curam, tam in clericis, quàm in Eccleſiis eorum; cùm ſuper his ſit redditurus rationem in iudicio diſtricti examinis, ibid.

Archidiaconus dicitur oculus Epiſcopi, vt loco Epiſcopi, per Epiſcopatum proſpiciens, quæ corrigenda viderit, corrigat: niſi fuerint ardua negotia, quæ abſque maioris ſui præſentia nequeant terminari, ibid.

ad Archidiaconum pertinet inſtitutio corporalis, hoc eſt tranſlatio poſſeſſionis corporalis, tam in beneficiis, quàm in dignitatibus, d. cap. ad hæc §. in quadam, eod.

ad Archidiaconum pertinet examinatio clericorum, qui ad ordines vel beneficia promouentur: & ipſe debet Epiſcopo præſentare, ibid.

Archidiaconus literas commendatitias vel dimiſſorias ad ordines ſuſcipiendos dare non poteſt ſine Epiſcopi authoritate, & licentia, cap. ſignificaſti, eod.

Archidiaconus, abſente Epiſcopo, ſi neceſſitas vel vtilitas ordinandorum immineret, poteſt dare literas dimiſſorias ad ordines; & etiam vacante Eccleſia: quod intellige, ſi Archidiaconus habeat hoc de conſuetudine: alias non, niſi haberet ſpirituale mandatum ab ipſo, gl. ſi. ibid.

ad Archidiaconi officium ſpectat, ordinandos præſentare Epiſcopo, & illos examinare, & ponere Abbates, & Abbatiſſas in ſede, cap. pe. eod.

Archidiaconi in Monaſteriis iuriſdictionem non habent, niſi quantum

Digitized by Google

tum generalis, vel ſpecialis conſuetudo eis tribuit, cap. ſi. eod.

Archidiaconi iuriſdictio ex conſuetudine in multis conſiſtit; de
5 iure communi conſiſtit in his, quæ dicuntur in cap. *ad hæc*, & in cap. *ut noſtrum*, gl. 2. in cap. cum ſatis, & gl. iurgia, in d. cap. ad hæc, & gl. de iure, in d. cap. ut noſtrum, eod.

Archidiaconus Archipresbytero, quoad dignitatem, præeſt: ſed non quoad ordinem, cap. 1. & ibi gl. 1. de officio Archipresb.

Archidiacono ſubeſt Primicerius, cap. 1. de officio Primicerii.

Archidiacono ſubeſt Sacriſta, de officio Sacriſtæ.

Archidiaconus vel Archipresbyter poteſt committere curam animarum, ſi hoc ab Epiſcopo fuerit ei conceſſum, vel de conſuetudine vel præſcriptione habuerit hanc poteſtatem, gl. Archidiaconus, in cap. ſuper eo, 25. de officio deleg.

Archidiaconus eſt vicarius Epiſcopi, & dicitur habere iuriſdictionem ordinariam & perpetuam, gl. vicarium, in cap. quoniam, de officio ordin.

Archidiaconus eſt caput Capituli poſt Epiſcopum, cap. dilecti, de maior. & obedi. gl. debebit, in cap. 2. de ſupplen. neglig. Prælat. lib. 6.

Archidiaconus, ut vicarius Epiſcopi, ſuccedit in Epiſcopali iuriſdictione, abſente Epiſcopo, cap. literas, de reſtit. ſpoliat.

Archidiaconus non poteſt aliquem inſtituere in beneficio, niſi de conſenſu Epiſcopi, vel id habeat ex conſuetudine præſcripta, gl. Epiſcopi, in cap. cum Bertholdus, 18. de re iudic.

Archidiaconus habet iuriſdictionem contra clericos, in proſpiciendo ne barbam nutriant, & comam, & faciendo eos tonderi, cap. clericus, de vita, & honeſt. cler.

6 Archidiacono, qui morbo paralytico laborans amiſit officium linguæ, poteſt dari coadiutor, gl. ſi. in cap. tua nos, de clerico ægrotante.

Archidiaconus de iure communi non habet cuſtodiam Eccleſiarum, cap. cum veniſſet, de inſtit.

Archidiaconus debet eligi de Capitulo Eccleſiæ Cathedralis, cap. tua nuper, de his quæ fiunt à Prælat.

Archidiaconi bona, eo mortuo, ſi ſunt diſtincta, & diuiſa à rebus canonicorum, tunc illa ſucceſſori ſeruanda ſunt: ſi verò bona Archidiaconi, & Canonicorum ſunt communia, tunc ad capitulum deuoluuntur, gl. vnus, in cap. relatum, 12. de teſtam.

Archidiaconus, vel inferior Prælatus poteſt excommunicationem promulgare, & habet iuriſdictionem; & hoc in quantum habet de conſuetudine, cap. 2. & ibi gl. 2. de eo qui ordinem ſuſcepit furtiuè.

Archidiaconus ex conſuetudine poteſt acquirere ſeruitia, & obſequia in aliis Eccleſiis in ſuo Archidiaconatu poſitis, vel alibi, cap. 2. de exceſſ. Prælat.

Archidiaconi, de iure communi, non tenentur Eccleſiæ ſui Archidiaconatus ad aliqua ſeruitia, vel obſequia, ibid.

Archidiaconi iuriſdictio potius iuuatur ex conſuetudine, quàm ex iure, gl. 2. ibid.

Archidiaconi Eccleſias ſibi ſubiectas ad ſuum vſum retinere non poſſunt, cap. 3. eod.

Archidiaconi plures poſſunt eſſe in eodem Epiſcopatu, cap. licet, de pœnis.

Archidiaconus poteſt iuriſdictionem cognoſcendi de criminibus, & puniendi ſibi quærere; & hoc intellige de conſuetudine, vel
7 de iure ſpeciali, ſed non de iure communi, ibid.

Archidiaconi, & alii Prælati inferiores habentes iuriſdictionem, etiam de iure ſpeciali, poſſunt exercere ſententiam cenſuræ, & ſic poſſunt excommunicare, & ſuſpendere, ibid.

Archidiaconi debent eſſe pleni oculis, gl. circumſpectione, in cap. 2. de ſupplenda neglig. Prælat. lib. 6.

Archidiaconus de iure communi poſt Epiſcopum præeſt capitulo, & conuocat capitulum, & facit ſimilia: licet circa hoc conſuetudo cuiuſque Eccleſiæ eſt inſpicienda, gl. 2. in cap. pe. de officio legati, lib. 6.

Archidiaconus eſt maior Archipresbytero, cap. 1. §. vel etiam, de foro comp. lib. 6.

Archidiaconus quis non poteſt eſſe in vigeſimo anno, licet poſſit, eſſe Diaconus, gl. Diaconatus, in clem. ſi. de ætat. & qualit.

Archidiaconus eſt dignitas, clem. ſi. de præbend.

Archidiaconi, & alii beneficiati licet habeant villas, & caſtra ſuis beneficiis aliàs ſimplicibus annexa, in quibus iuriſdictionem obtinent tantummodo temporalem, non tamen propter hoc, eorum beneficia dicentur curata, gl. de conſuetudine, in extrauag. execrabilis, de præbend.

Archidiaconi debent examinare inſtituendos, gl. 1. in can. quando, diſt. 24.

ad Archidiaconi, Primicerii, & Theſaurarii curam ſpectant miniſteria Eccleſiaſtica diuidere; Archidiaconus imperat Subdiaconibus, & Leuitis: ad quem pertinent miniſteria Eccleſiaſtica iſta; ordinatio veſtiendi altaris a Leuitis, cura incenſi, & ſacrificii neceſſaria ſollicitudo: quis Leuitarum Euangelium ad populum legat, quis preces dicat, ſeu reſponſoria in diebus Dominicis, aut ſolemnitatibus decantet, can. perlectis, §. hi ſunt, diſt. 25.

Archidiaconus habet iuriſdictionem ordinariam, & poteſt inſti-
8 tuere clericos, excommunicare, vel ſuſpendere, gl. & iurgia, ibid.

Archidiaconus non debet extendere manus ad ea, quæ ſibi non competunt ex officio; niſi præſcripta ſit conſuetudo, ibid.

Archidiaconus, licet dicatur vicarius Epiſcopi, nihilominus eſt ordinarius iudex, ibid.

ad Archidiaconi curam pertinet ſollicitudo parochiarum, & ordinatio, & iurgia, pro reparandis diœceſanis baſilicis ipſe ſuggeret Sacerdoti: ipſe inquirit parochias cum iuſſione Epiſcopi, & ornamenta, & res baſilicarum parochiarum; geſta libertatum Eccleſiaſticarum Epiſcopo debet referre; collectam pecuniam de communione ipſe accipit, & defert Epiſcopo; & clericis proprias partes idem diſtribuit, ibid.

ab Archidiacono debent nunciari exceſſus Diaconorum; ipſe denunciet Sacerdoti in ſacrario ieiuniorum dies, atque ſolemnitatum, & ab ipſo in Eccleſia publicè prædicantur: quando verò Archidiaconus eſt abſens, eius vices Diaconus ſequens adimplet, ibid.

Archidiaconus non debet quis inſtitui in Eccleſia, niſi Diaconus ſit, cap. 3. & can. nullus, diſt. 60.

Archidiaconus defuncto Archipresbytero curare debet (ſpeciali tamen authoritate Epiſcopi) vt alius, quàm citius poterit, eligatur: & plebem ipſe interim cuſtodire debet, can. ſi. in plebibus, & ibi gl. 1. diſt. 63.

Archidiaconus ſolus non debet accedere ad tabernacula matronarum, ſub prætextu humilitatis, gl. 1. in ſumma, diſt. 31.

Archidiaconus ſenio confectus, & qui eſt inhoſpitalis, vel qui iurauit non epiſcopari, non debet promoueri ad Epiſcopatum, etiam ſi ab omnibus ſit electus, can. 1. diſt. 85.

Archidiaconi electio, à cuncto clero canonice debet fieri, ſi Epiſcopus negligens, vel differens fuerit, can. 2. diſt. 89.

Archidiaconus in parochijs ſuis illud tantum exerceat, quod ſibi iniungitur ab Epiſcopo; nec ab illis cenſum exigat, nec in eis dominationem oſtendat, can. dictum, diſt. 94.

Archidiaconus iuriſdictionem & dominationem ſuper presbyteros non debet exercere, ibid.

Archidiaconi, de conſuetudine præſcripta, poſſunt presbyteros multare, ex quo poſſunt iudicare de conſuetudine præſcripta, gl. 1. ibid.

Archidiaconus non habet niſi iuriſdictionem demandatam, gl. ſi. in can. ſi. diſt. 94.

Archidiaconus habet modicam iuriſdictionem, gl. 1. in can. nemo Epiſcopus, 2. q. 1.

Archidiaconus, Archipresbyter vel Præpoſitus, aut Decanus, non poſſunt tribuere alicui curam animarum, vel præbendam Eccleſiæ, ſine iudicio vel conſenſu Epiſcopi, can. nullus omnino, 16. q. 7.

Archidiaconi, Decani, & alii inferiores, in Eccleſijs in quibus viſitationem exercere conſueuerunt, debent aſſumpto Notario, de conſenſu Epiſcopi, per ſeipſos tantum ibidem viſitare, Concil. Triden. ſſ. 24. cap. 3. de reform.

Archidiaconi, & alii inferiores tenentur infra menſem viſitationis factæ, rationem reddere Epiſcopo, & depoſitiones teſtium, ac integra acta ei exhibere, ibid.

Archidiaconi dicuntur oculi Epiſcopi, Concil. Trid. ſſ. 24. cap. 12. de reform.

Archidiaconi ſint in omnibus Eccleſijs, vbi fieri poterit, magiſtri in Theologia, ſeu doctores, vel licentiati in iure canonico, Concil. Triden. d. cap. 12.

Reliqua in verbo, Archipresbyter.

ARCHIDIACONATUS, in dubio dicitur beneficium curatum, cap. dudum, 54. de electione.

Archidiaconatus, & ſic dignitas cum Eccleſia Parochiali, ſunt de iure incompatibiles, ibid.

Archidiaconatus idem eſt perſonatus, ſeu dignitas, quantumcumque non habeat curam animarum in foro contentioſo, ſeu pœnitentiali, cap. dudum, §. licet, verſ. negare non poteſt, eod.

in Archidiaconatum aſſumendus debet attigiſſe ætatis 25 annum, & ſcientia & moribus commendandus exiſtere, & ſi non ſit in ordine requiſito, debet ſe facere promoueri in diaconum, in proximis temporibus, cap. cum iniunctis, §. inferiora, eod.

Archidiaconatus eſt dignitas & Prælatura, cap. 1. de ætate, & qualit.

Archidiaconatus habet annexum ordinem diaconatus, adeo quod ſi Archidiaconus non fiat diaconus, priuatur Archidiaconatu, ibid.

Archidiaconatus plures poſſunt eſſe in eadem Eccleſia, cap. ex parte, 12. de officio deleg.

in Archidiaconatu vno vnus tantum Archidiaconus debet eſſe: plures tamen eſſe poſſunt, gl. Archidiaconi, in can. in apibus, 7. q. 1.

Reliqua vide in verbo, Dignitas.

Archiepiſcopus in genere num. 1. vſque ad n. 6.
Quoad pallium, & Pontificalium vſum, 7. 8.
Quoad concilium Prouinciale conuocandum, n. 9.
Quoad conſecrationem ſuffraganeorum, n. 10. 11.
Quoad cauſas ſubditorum ſuffraganeorum, & iuriſdictionem in eos, n. 12. vſque ad n. 18.
Quoad iuriſdictionem in ſuffraganeos, num. 19.
Quoad iuriſdictionem exercendam in Prouincia ſuffraganeorum, n. 20.
Quoad poteſtatem viſitandi totam Prouinciam, num. 21.

ARCHIEPISCOPUS græco vocabulo, interpretatur ſummus Epiſcoporum, id eſt, primas; tenet enim vicem Apoſtolicam, & præſidet tam Metropolitanis, quam cæteris Epi-

H 2 ſcopis,

Digitized by Google

ſcopis, can. cleros, verſ. Archiepiſcopus, diſt. 22.

Archiepiſcopo commiſſa eſt ſolicitudo totius Prouinciæ, ibid.

Archiepiſcopi & Metropolitani idem denotant, ſolum in nomine differunt, gl. Archiepiſcopi, in extrauag. vas electionis, de cenſibus, inter communes.

Archiepiſcopus dicitur Metropolitanus, cap. ſuffraganeis, de electione.

Archiepiſcopus quilibet eſt Epiſcopus; exercendo tamen actum in dubio videtur exercere vt Archiepiſcopus, & non tanquam ſimplex Epiſcopus, cap. quod ſicut, 28. §. ſuper eo, de electione.

Archiepiſcopus, ratione ordinis, non eſt maior Epiſcopo, licet ſit maior ratione adminiſtrationis, cap. ad reprimendum, de officio ordin.

Archiepiſcopus habet pinguius ius in Epiſcopis, quàm in eorum ſubditis, gl. 2. in cap. paſtoralis, eod.

Archiepiſcopus eſt iudex ordinarius totius Prouinciæ, & eius ſolicitudinem gerit vniuerſaliter, ſed non ſingulariter, gl. pe. ibid.

Archiepiſcopus non eſt iudex ordinarius Prouinciæ, niſi in caſibus de quibus in d. gl. pe.

Archiepiſcopus, cognoſcendo vice Papæ de cauſa interdicti & ſuſpenſionis à diuinis, factæ per canonicos: hoc facit tanquam delegatus à iure, cap. irrefragabili, §. cæterum, & ibi gl. delegatus, eod.

Archiepiſcopus in diœceſi ſua parem poteſtatem habet, quam habet Epiſcopus in ſua diœceſi, cap. 2. de translatio.

Archiepiſcopus poteſt acquirere ius Patriarchatus in Prouincia alterius Archiepiſcopi, cap. fi. de dilat.

Archiepiſcopus vnus de iure ſpeciali poteſt habere ius primatus, ideſt Patriarchatum, in prouincia alterius Archiepiſcopi, & in ipſum Archiepiſcopum; vt ſic ſit eius ſuperior, loco Patriarchæ, cap. fi. de dolo & contum.

Archiepiſcopo non licet de iure, extra ſuam Prouinciam facere deferri crucem ante ſe; ſed in Prouincia ſic, etiam per loca exempta, cap. 1. Vt lite pendente.

Archiepiſcopus poteſt litigare perſonaliter, & ita non arctatur conſtituere procuratorem, cap. cum olim, 34. de teſtibus.

Archiepiſcopi poſſunt dici ſuffraganei Patriarcharum, ſicut Epiſcopi Archiepiſcoporum, cap. antiqua, 23. de priuileg.

Archiepiſcopus non poteſt tollere capitulo ius ſuum ſine cauſa, hoc eſt adminiſtrationem temporalium, & ſpiritualium, quæ pertinet ad ipſum capitulum ſede vacante, gl. non poteſt, in cap. fi. de ſupplend. neglig. Prælat.

Archiepiſcopus, circa ſuam propriam diœceſim, dicitur habere iuriſdictionem ordinariam; ſed non quoad Prouinciam, gl. 1. in cap. cum Epiſcopus, de officio Ordin. lib. 6.

Archiepiſcopus & Metropolitanus differunt inter ſe, gl. 2. in add. in cap. fi. de officio Ordin. lib. 6.

Archiepiſcopus non debet ſe intromittere de cauſis ſalariorum aduocatorum, ſeu procuratorum; & propter illas, non debet lis protelari: ſed Archiepiſcopus mandabit Ordinario, vt illas expediat, gl. in cauſis, in add. in cap. 1. §. nec etiam, de foro compet. lib. 6.

Archiepiſcopus, licet habeat iuriſdictionem in Epiſcopum, non tamen habet in eius Officialem, gl. Officialis, ibid.

Archiepiſcopus habet ſuam diœceſim ſeparatam à diœceſibus ſuffraganeorum, d. cap. 2. §. contrahentes.

Archiepiſcopus non poteſt ſuos clericos mittere in diœceſes ſuffraganeorum, vt coram eis fiant contractus, vel iam facti approbentur; & ſi facti vel approbati fuerint coram illis, non poſſunt ſuffraganeorum ſubditos coram ſe compellere litigare ſuper illis, nec excommunicare ſuffraganeorum Officiales, vel ſubditos, ſi nolunt litigare coram ipſo, d. cap. 2. §. fi.

3 Archiepiſcopus non habet iuriſdictionem in Officialem Epiſcopi ſuffraganei, intellige quando peccat extra Officialatum, gl. fi. ibid.

Archiepiſcopus non poteſt concedere priuilegium exemptionis ſubditis ſuffraganeorum, contra ſuos Epiſcopos, cap. Romana, §. cum vero, de appell. lib. 6.

Archiepiſcopus in Prouincia ſibi decreta id ſolum poteſt, quod à iure reperitur conceſſum, vel ex priſca conſuetudine fuerit introductum, gl. tantum, in add. in cap. 1. de clerico ægro, lib. 6.

Archiepiſcopus non poteſt dare coadiutorem Epiſcopo ſuffraganeo impedito, ibid.

Archiepiſcopus debet eſſe inſtructus, vt ſciat populo prædicare, cap. 2. §. ſane, de cenſibus, lib. 6.

Archiepiſcopi appellatione comprehenduntur etiam Patriarchæ, cap. 2. eod.

Archiepiſcopus, de iure veteri cum in Prouincia ſua iuriſdictionem ſuam exequitur, poterat punire notorios iniuriantes ſibi, nuncijs, & familiæ ſuæ, ſi per id iuriſdictione ſua impediretur: alias non, niſi conſuetudo ei amplius tribueret; ſed hodie tales iniurias punit, etiam ſi iuriſdictionem ſuam non impediant, cap. 1. de pœnis, lib. 6.

Archiepiſcopus in Prouincia habet ſuam ciuitatem, & diœceſim propriam, ſeparatam à ſuis ſuffraganeis, cap. 1. de cenſibus, lib. 6.

Archiepiſcopus, in caſibus in quibus iuriſdictionem habet, ante cognitionem cauſæ, abſoluit excommunicatum, ad petitionem partis, vel ex officio: niſi dicatur excommunicatus pro manifeſta offenſa, vel contumacia, cap. venerabilibus, §. porro, de ſententia excommunicat. lib. 6.

Archiepiſcopus, in caſibus in quibus poteſt excommunicare, ſi conſuetudo habet, emendas pecuniarias exigere poteſt, d. cap. venerabilibus, §. denique.

Archiepiſcopus poteſt iuxta formam Eccleſiæ, quandoque abſoluere ad cautelam; vt ſi dicatur excommunicationem continere manifeſtum errorem, d. cap. venerabilibus, §. poteſt.

Archiepiſcopi Electores Imperatoris, dicuntur Principes, propter temporalitatem, quam eorum Eccleſiæ habent, cap. Romani, §. nos eadem, de iureiuran.

Archiepiſcopus ſedi Apoſtolicæ immediatæ ſubiectus, diſtans à Romana curia vltra 30. dietas, ad magnam inſtantiam ſui capituli, & propter Eccleſiæ vrgentem neceſſitatem, nondum obtenta confirmatione a ſede Apoſtolica, adminiſtrans & bonorum adminiſtrationi ſe immiſcens, non incurrit pœnas extrauag. *iniunctæ*, gl. fi. in d. extrauag. in add. de electione, inter communes. 4

Archiepiſcopus Mediolanenſis eſt maior Archiepiſcopo Rauennate, can. concilia, §. hinc etiam, diſt. 17.

Archiepiſcopus in magnis negotiis debet ſemper conſulere ſuum Primatem, gl. Metropolitanus, in can. de conciliis, diſt. 18.

Archiepiſcopus debet habere decem ſuffraganeos ſub ſe, gl. à menſura, in can. cleros, diſt. 21.

Archiepiſcopus in confirmatione facienda non tenetur Primatem conſulere, nec Primas tenetur conſulere Papam, gl. fi. in can. Epiſcopus, §. ſi autem, diſt. 65.

Archiepiſcopus maiorem habet poteſtatem, & iuriſdictionem in Prouincia, quàm Primas; nam Metropolitanus eſt iudex ordinarius omnium Epiſcoporum Prouinciæ; Primas tantum Archiepiſcopi: vnde ſecundum hoc, maior eſt Patriarcha, gl. conterminibus, in can. Prouinciæ, diſt. 99.

Archiepiſcopi, & Primates, & Patriarchæ non poſſunt exercere officia Epiſcopalia, niſi habeant pallium, in ſumma, & ibi gl. 1. & can. 2. diſt. 100.

Archiepiſcopus ſtudeat fidem ſuam exponere, & poſtulare pallium à Romana Eccleſia intra tres menſes, can. quoniam, diſt. 100.

Archiepiſcopum Conſtantinopolitanum Timotheum hæreticum excommunicauerat Chalcedonenſe Concilium, can. lane, Theſſalonicenſi, 26. q. 7. 5

Archiepiſcopus electus confirmatus, non poteſt clericum ordinare: poteſt tamen mandare alicui vt ordinet, gl. confirmatſe, in cap. 1. de tranſlat. Epiſc.

in Archiepiſcopum electus confirmatus, poteſt confirmare Suffraganeos ſuos, & poteſt Suffraganeis ſuis mandare, vt electum conſecrent, ibid.

Archiepiſcopi generalis ſententia ligat tantum ſubditos, cap. Romana, de ſententia excommun. lib. 6.

Archiepiſcopus poteſt ſimul plures Officiales habere, cap. Romana, §. porro, de ſententia excommunicationis, lib. 6.

Archiepiſcopus ſi ferat ſententiam, vt quicumque fecerit furtum, ſit excommunicatus; hæc ſententia non comprehendit ſubditos totius Prouinciæ, ſed ſolius diœceſis ſuæ; imo, nec ipſius ſubditi probabiliter ignorantes ligantur, gl. ſententiæ, ibid.

Archiepiſcopus ſi ferat ſententiam, vt quicumque fecerit furtum, vel aliud delictum; ſit excommunicatus; illa ſententia ligantur etiam non ſubditi ſui, delinquentes in diœceſi Archiepiſcopi, ſcientes illa ſententia ligari, ibid.

Archiepiſcopi tenentur præſtare obedientiam Primatibus, in omnibus, quæ ſibi fuerint ab eis iuſte imperata, in ſumma, diſt. 99.

Archiepiſcopi, & Metropolitani electionem confirmare dicitur Papa, gl. fi. in can. quanto, diſt. 63.

in Archiepiſcopum, vel Archipreſbyterum, vel Archidiaconum nullus debet eligi, vel inſtitui, niſi ſit Preſbyter, vel Diaconus, can. nullus, diſt. 60.

Archiepiſcopus, in alium Archiepiscopatum recte poteſt poſtulare, cap. bonæ. 4. de poſtulat. Prælat. 6

Archiepiſcopus debet eligi à Canonicis Cathedralis Eccleſiæ, & non à Suffraganeis, niſi ex conſuetudine ſimul admittantur, ibid.

Archiepiſcopus, etiam ſi pallium non habeat, ſi tamen ſit infra tres menſes à tempore electionis, poteſt conſecrationem Epiſcopi aliis mandare, gl. Epiſcoporum, in can. quoniam, diſt. 100.

Archiepiſcopus electus, licet ſit conſecratus, iura Epiſcopalia non poteſt exercere ante receptum pallium, nec virgines conſecrare, nec ordinare Clericos, nec ſynodum celebrare, ibid.

in Archiepiſcopum electus, & confirmatus poteſt confirmare eos, qui ſunt electi in Epiſcopos, ibid.

Archiepiſcopi, Epiſcopi, & alii Eccleſiarum Prælati, vocantur in partem ſolicitudinis cum Papa: ſed non in plenitudinem ſolicitudinis, quæ ſoli Papæ incumbit, gl. 1. in cap. pe. diſt. 100.

Archiepiſcopi poſſunt damnare Epiſcopos, can. Primates, 2. q. 2.

Archiepiſcopus ſubeſt Primati, vel Patriarchæ, can. conqueſtus, & ibi gl. 1. 9. q. 3.

Archiepiſcopus delinquens in ſua Prouincia, non poteſt iudicari à ſuo Suffraganeo, gl. 1. in add. marg. in cap. 1. de raptor.

Archiepiſcopus, ſi committat crimen in Parochia alterius Archiepiſcopi, vel Epiſcopi Suffraganei alterius Archiepiſcopi, poteſt iudicari ab illo Archiepiſcopo vel Epiſcopo, d. gl. 1.

Archiepiſcopi, in concedendis indulgentiis, non debent excedere ſtatutum Concilii generalis, ſcilicet 40. dierum remiſſionem, cap. 1. de pœnit. & remiſſio. lib. 6.

Archie-

Digitized by Google

Archiepiſcopus habet iuriſdictionem in ſubditos ſuorum Suffraganeorum, vt poſſit eos mouere, & eis concedere literas remiſſionum, & indulgentiarum, d. cap.. 1. & ibi gl. mouere.

Archiepiſcopus ſi concefferit indulgentias vltra ſtatutum in Concilio generali, in eoque exceſſerit, non valet conceſſio, gl. fi. ibid.

Archiepiſcopus, intra Prouinciam ſuam poteſt concedere indulgentias ſecundum formam Concilii generalis, cap. pe. & ibi gl. 1. de pœnit. & remiſſion. & gl. abſoluere, in cap. fi. de cenſib. lib 6.

Reliqua vide in verbo, Benedictio, Iacobus, Metropolitanus.

7 ARCHIEPISCOPVS poteſt celebrare in aliena Prouincia, cap. fi. de auth, & vſu pal., intellige de licentia diœceſani Epiſcopi, aliàs non, gl. 1. ibid.

Archiepiſcopus renuncians loco Archiepiſcopali, perdit vſum pallii, gl. fi. in cap. bonæ, 4. de poſtulat. Prælat.

Archiepiſcopus ante receptionem pallii, quantumcumque conſecratus, non poteſt exercere ea, quæ non ſunt ordinis Epiſcopalis, nec alia, quæ ſunt magni ponderis, vt conuocare Concilium, cap, quod ſicut, 28. §. ſuper eo, & ibi gl. ſine pallio, de electio.

Archiepiſcopo, in pallio plenitudo Pontificalis officij confertur, d. gl. ſine pallio, ibid., & gl. confirmaſſe, in cap. 1. de tranſlat. Epiſcoporum.

Archiepiſcopus poteſt proceſſionaliter quandoque exire Eccleſiam ſuæ Prouinciæ, & tunc non vtitur pallio, cap. 1. de auctoritate, & vſu pallii.

Archiepiſcopus infra quamlibet Eccleſiam ſuæ Prouinciæ poteſt vti pallio. ſed extra non, cap. 1. & ibi gl. ad honorem, eod.

Archiepiſcopo traditur pallium his verbis, *Tradimus tibi pallium, vt eo infra Eccleſiam tuam vtaris*, d. cap. 1.

Archiepiſcopus pallium ſuum alteri Archiepiſcopo commodare non poteſt, cap. 2. eod.

Archiepiſcopus non poteſt vti pallio in alia Prouincia, ſine licentia eius, cuius eſt Parochia, etiam ſi priuilegium habeat, gloſſa 1. ibid.

Archiepiſcopus non debet appellari quis, ante traditionem pallii, cap. niſi ſpecialis, eod.

Archiepiſcopus vtitur pallio infra Eccleſiam ſuam, certis diebus ſibi conceſſis in priuilegiis, ſcilicet in natiuitate Domini, in feſtiuitatibus Sancti Ioannis, & Sancti Stephani, in Circumciſione, in Epiphania, in Ramis Palmarum, in Cœna Domini, in Sabbato ſancto, tribus diebus Reſurrectionis, Pentecoſtes, in feſtiuitate Sancti Ioannis Baptiſtæ, & omnium Apoſtolorum, tribus feſtiuitatibus beatæ Mariæ, in commemoratione omnium Sanctorum, in dedicatione Eccleſiæ, in principalibus feſtiuitatibus ſuæ Eccleſiæ, in ordinationibus Clericorum, & in conſecrationibus Epiſcoporum, & in die anniuerſarii ſuæ conſecrationis, gl. 1. in cap ad honorem, eod.

Archiepiſcopus extra ſuam Prouinciam non poteſt vti pallio, etiam ſi hoc habeat conſuetudo, cap. ex tuarum, de auctoritate & vſu pallii.

Archiepiſcopus poteſt vti extra ſuam Prouinciam rationali, hoc, eſt ornamento Pontificali, vel infula, hoc eſt zona, vel mitra, gl. 2. ibid.

8 Archiepiſcopus, in qualibet Eccleſia ſuæ Prouinciæ celebrans, permiſſis diebus vti poteſt pallio, cap. pe. eod.

Archiepiſcopus, quando celebrat ſub papilione, vel in caſtris, vel in aliqua priuata domo, vel extra Eccleſiam, quamuis infra ſuam Prouinciam, non poteſt vti pallio, gl. 2. in add. marg. ibid.

Archiepiſcopus vbicumque celebrat, vti poteſt pallio, intellige dictionem *vbicumque* reſtringendo ad Prouinciam, ad Eccleſiam, ad miſſarum ſolemnia, & ad certos dies, d. gl. 1. in add. marg.

Archiepiſcopus poteſt celebrare ſine pallio, & ſandaliis, tàm in ſua Prouincia, quam in aliena, cap. fi. eod.

Archiepiſcopus non debet celebrare ſemper in ſua diœceſi cum pallio, ſed illis diebus dumtaxat, qui in priuilegiis ſuis Eccleſiæ ſunt expreſſi, ibid.

Archiepiſcopus non poteſt celebrare pro defunctis cum pallio, etiam in ſua Prouincia, niſi in priuilegio ſit expreſſum, d. cap. fi., & ibi gl. fi.

Archiepiſcopus, propter beneficium quod habet in alia Prouincia, ſubmittitur Archiepiſcopo illius Prouinciæ, in qua habet beneficium, & in ea poteſt exercere Officium Epiſcopale, præſtando reuerentiam Metropolitano, non tamen poterit vti pallio, cap. ad ſupplicationem, de renunciatione.

Archiepiſcopus non poteſt quis dici niſi recepto pallio, gl. Pontificatus, in data, lib. 6.

Archiepiſcopi Pontificale eſt pallium, & certis diebus in iure expreſſis vtitur illo, & intra Eccleſiam, gl. Pontificalibus, in clem. fi. de priuilegiis.

Archiepiſcopus non poteſt vti pallio in aliena Prouincia, etiam de licentia eius ad quem ſpectat locus, gl. etiam celebrare, ibid.

Archiepiſcopi, qui pallium receperunt apud ſedem Apoſtolicam, non debent ab eadem diſcedere, abſque literis traditionis ipſius pallii, & non præſtito iuramento fidelitatis, & quouſque dictum iuramentum præſtiterint, & litteras obtinuerint, nihil poſſunt percipere de Eccleſiarum, & Monaſteriorum prouentibus, extrauag. iniunctæ, de electione, inter communes.

Archiepiſcopus eo ipſo quod recipit pallium à Papa, videtur confirmari ab ipſo, gl. fi. in can. quia igitur, diſt. 63.

Archiepiſcopus, ſi vltra tres menſes, a tempore conſecrationis, pallium petere diſtulerit, carere debet dignitate ſibi commiſſa, & alii Metropolitani, poſt ſecundam, & tertiam monitionem, viduatis Eccleſiis cum conſilio Romani Pontificis, prouidere debent, can. quoniam, diſt. 100.

in Archiepiſcopum electus, ſi ſit in mora petendi pallium, ſcilicet poſt tres menſes elapſos, ipſe aliis non poteſt committere conſecrationem, nec etiam tunc Suffraganei ſui poſſunt conſecrare aliquem, gl. Epiſcoporum, ibid.

Archiepiſcopus negligens pallii petitionem debet moneri à Suffraganeis, gl. poſt ſecundum, ibid.

Archiepiſcopus, ante pallii ſuſceptionem, non poteſt ſynodum congregare, gl. 2. in can. pallium, diſt. 100.

Archiepiſcopus non debet vti pallio extra miſſarum ſolemnia; cum id ſit contra generalem Eccleſiæ conſuetudinem, can. contra, diſt. 100.

Reliqua vide in verbo, Pallium, Archiepiſcopalis, Conditio.

ARCHIEPISCOPUS, ante receptionem pallii, quantumcumque conſecratus, non poteſt Concilium conuocare, cap. 9
quod ſicut, §. ſuper eo, de elect.

Archiepiſcopus poteſt conuocare Prælatos Prouinciæ ad Concilium Prouinciale, cap. 1. de pœnis, lib. 6.

Archiepiſcopus ſi faciat canonem in Concilio Prouinciali, ligat ille canon omnes ſubditos totius Prouinciæ, gl. ſententiæ, in cap. Romana, §. porro, de ſententia excommunication. lib. 6.

Archiepiſcopi non poſſunt aliquid exigere à Prælatis venientibus ad ſynodum. can. quoniam, diſt. 18.

Archiepiſcopus, in Concilio Prouinciali eſt Iudex principalis, can. de eo, diſt. 50.

Archiepiſcopus ante pallii ſuſceptionem non poteſt ſynodum congregare, gl. 2. in can. pallium, diſt. 100.

Reliqua vide in verbo, Concilium. 1. 2. 3. 4, 9. 10. 11.

ARCHIEPISCOPUS, ante receptionem pallii, poteſt facere conſecrari ſuum Suffraganeum, gl. ſine pallio, in cap. 10
quod ſicut, §. ſuper eo, de electione.

in Archiepiſcopum electus, & confirmatus poteſt confirmare Suffraganeos ſuos, & poteſt Suffraganeis ſuis mandare, vt electum debeant conſecrare, licet hoc non poteſt ipſe facere, gl. confirmaſſe, in cap. 1. de tranſlat. Epiſcoporum.

Archiepiſcopus electus, & confirmatus non poteſt Clericum ordinare, poteſt tamen mandare alicui vt ordinet, ibid.

Archiepiſcopum proprium conſecrant Suffraganei ſui, & ſic conſecrationi eius omnes debent intereſſe, cap. ſi Epiſcopus, de tempo. ordin.

Archiepiſcopus, licet poterit Suffraganeum per alium conſecrare, melius tamen faciet, ſi per ſe conſecret. ibidem.

Archiepiſcopus impeditus poteſt conſecrationem ſui Suffraganei alii committere, & conſecrandus tenetur recipere munus conſecrationis ab illo commiſſario, cap. quod ſedem, de officio Ordin.

Archiepiſcopi iuſſu, tenentur Suffraganei conſecrare ſuum Suffraganeum, gl. 2. ibid.

Archiepiſcopus poteſt committere ea quæ ſunt iuriſdictionis, etiam illis qui eam non habent, ſed ea quæ ſunt ordinis, vel conſecrationis, non poteſt committere illis, qui non ſunt Epiſcopi, vel Archiepiſcopi, aut maiores, ibid.

Archiepiſcopus proprie non dicitur committere Suffraganeis conſecrationem, ſed mandat Suffraganeis, vt hoc faciant, & ita ſola auctoritas eis deeſt, & nihil committit eis, niſi quia dat auctoritatem propter prælationem, quam habet ſuper illis, ibid.

Archiepiſcopus de iure debet conſecrari ab omnibus Suffraganeis. gl. 1. in primo, & in fi. in reg. quod omnes, de reg. iuris, 11
lib. 6.

Archiepiſcopus, qui conſecratus non eſt, poteſt mandare electum per Suffraganeos conſecrari, gl. 1. in reg. nemo poteſt, de reg. iuris, in lib. 6.

Archiepiſcopi plerique, & Metropolitani non confirmantur à Papa, nec conſecrantur niſi à ſuis ſubditis, nec petitur confirmatio à Papa, ſed tantum petitur pallium, gl. fi. in can. quia igitur, diſt. 63.

Archiepiſcopus cum ſuis Suffraganeis debet conſecrare Epiſcopos ſuos, & Suffraganei conſecrant ſuum Archiepiſcopum, can. quia per ambitiones, diſt. 64.

Archiepiſcopus, ex quo Primatem habet, non debet conſecrare Epiſcopum ſine eius conſenſu, & ſi Primas nolit conſentire, agendum eſt cum ſuperiore. vel forte ex tunc poterit Archiepiſcopus conſecrare, can. Epiſcopus, §. fi. & ibi gl. fi. can. de perſona, diſt. 65.

Archiepiſcopus debet ordinari ab omnibus Epiſcopis ſuæ Prouinciæ, id eſt intereſſe debent ordinationi eius, in ſumma, & can. 1. diſt. 66.

in Archiepiſcopi conſecratione debent intereſſe omnes Epiſcopi Prouinciæ, niſi ſit vrgentiſſima neceſſitas, ſed in Epiſcopi conſecratione, etiam ſi non ſit grauis, dum tamen ſit aliqua neceſſitas, ſufficit per litteras conſentire, gl. 1. in ſumma, diſt. 66.

Archie-

Archiepiſcopus, qui ex inuidis aliquem inuitum conſecrauit in Epiſcopum, debet priuari poteſtate conſecrandi, niſi pœna remittatur à Papa, can. vbi iſta, diſt. 74.

Archiepiſcopus regulariter à ſuis Suffraganeis conſecrari debet, etiam ſine licentia ſummi Pontificis, quia ad Papam non ſpectat, niſi datio pallii; hodie tamen ſpectat etiam confirmatio cum pallio, gl. 1, in can. ſi, diſt. 100.

Reliqua vide in verbo, Conſecratio, 1. 2. Suffraganeus, Metropolitanus, 1.

12 ARCHIEPISCOPUS, non poteſt audire cauſas de Epiſcopatibus Suffraganeorum ſuorum, niſi per appellationem, cap. 1. de officio legati.

de Archiepiſcopis appellari poteſt ad Patriarchas; non intelligo de quolibet Archiepiſcopo, ſed ab Archiepiſcopis exiſtentibus in Prouinciis deputatis ipſi Patriarchæ, cap. antiquam, de priuilegiis.

Archiepiſcopus in cauſis per appellationem deuolutis ad eum, habet iuriſdictionem, & in illis licite poteſt committere vices ſuas alicui, etiam in diœceſi Suffraganei, ſed in cauſis nondum deuolutis, ſed deuoluendis per appellationem, nullo modo poteſt committere, cap. 1. & ibi gl. noſcuntur, de off. Ordin.

Archiepiſcopus, cauſas etiam appellationum iure metropolitano pertinentium, in propria diœceſi, vel vnde ad eum deuoluuntur, cognoſcere, vel committere debet, niſi habeat aliud conſuetudo, cap. vt litigantes, eod.

Archiepiſcopus, omiſſo appellationis articulo, vel per viam querelæ, de cauſa ſubditorum, Suffraganeis etiam ipſis conſentientibus, non poteſt cognoſcere, cap. 2. de foro comp. lib. 6.

Archiepiſcopus, non poteſt adiri per viam querelæ per ſubditos Suffraganei ſui, niſi Suffraganeus conſentiat, ibid.

ad Archiepiſcopum, per appellationem licet deuoluatur cauſa, & de ea cognoſcere poſſit, tamen de principali negotio cognoſcere non poteſt, niſi prior de appellatione cognoſcat, etiam partibus conſentientibus, ſine voluntate Suffraganei, gl. 2. in cap. 1. de foro comp. lib. 6.

Archiepiſcopus non poteſt compellere ſubditos Suffraganei ſui inuitos, vt ferant teſtimonium in cauſis per appellationem ad eum deuolutis, ſed debet mandare Suffraganeo, ut ſubditum compellat ad teſtimonium ferendum in cauſa illa, gloſſa ſuſcipere, ibid.

Archiepiſcopus licet habeat iuriſdictionem in cauſis ad ſe per appellationem deuolutis, non tamen in perſonas aduocatorum, vel procuratorum ratione ſalariorum, cum alia cauſa ſit illa, gl. in cauſis, in cap. 2. §. nec etiam, de foro comp. lib. 6.

13 Archiepiſcopus non poteſt inhibere iudicem cauſæ principalis procedere, ſi dicatur appellationi interpoſitæ ad eum fuiſſe renunciatum tacite, vel expreſſe, vel dicatur ex probabili cauſa non appellatum, vel dicatur non appellatum in ſcriptis, eo caſu quo debuit in ſcriptis appellari, nam antequam conſtiterit de his, priorum iudicum iuriſdictionem non poteſt impedire, gloſſa ſimile, in cap. Romana, §. ſi vero, de appellat. lib. 6.

Archiepiſcopus non poteſt inhibere iudicem principalis cauſæ procedere, niſi negetur per appellationem negotium deuolutum, & niſi prius de deuolutione conſtiterit, d. §. ſi vero.

Archiepiſcopus inhibere non poteſt iudicem cauſæ principalis, ſi dicatur ex iniuſta cauſa fuiſſe appellatum, niſi prius recepta appellatione vt probabili, incipiat cognoſcere de cauſæ veritate, d. cap. Romana, §. ſi obiiciatur, ibid.

Archiepiſcopus in tertiam perſonam (poſt inhibitionem ſuam in cauſa per appellationem delata ad ipſum) aliquid innouantem, iuriſdictionem exercere non poteſt, d. cap. Romana, §. in alium.

Archiepiſcopus appellantem in aliis cauſis à iuriſdictione Epiſcopi non poteſt eximere, d. cap. Romana, §. cum vero.

Archiepiſcopus de iure communi eſt iudex appellationis Epiſcopi, in his quæ exercet Epiſcopus, etiam ex iure accidentali, ibid.

Archiepiſcopus reuocare non poteſt cenſuram Eccleſiaſticam, in appellantem prolatam per Epiſcopum, niſi partibus vocatis, & cauſa legitime cognita, d. cap. Romana, §. pe.

Archiepiſcopus, ex quo pronunciauit male appellatum ante ſententiam, ſtatim debet cauſam ad Suffraganeum remittere, d. cap. Romana, §. fi.

14 Archiepiſcopus non poteſt cognoſcere de cauſa principali, ſi conſtet appellationem ab interlocutoria non fuiſſe legitimam, ibid.

Archiepiſcopus poteſt committere ea quæ ſunt iuriſdictionis, etiam illis, qui non habent, gl. 2. in cap. quod ſedem, de officio ordin.

Archiepiſcopus cauſam ad ſe delatam per appellationem poteſt committere ſubditis Suffraganei ſui: non tamen poteſt compellere ad ipſam ſuſcipiendam, cap. paſtoralis, eod.

Archiepiſcopus de conſenſu partium poteſt committere cauſam appellationis extra ſuam diœceſim, dummodo ipſe Archiepiſcopus vel delegatus eius habeat licentiam Epiſcopi illius diœceſis, vt ibi ſedere poſſit pro tribunali, gl. 2. in cap. vt litigantes, de officio ordin. lib. 6.

Archiepiſcopus poteſt delegare cauſam inter Epiſcopum & clericum, extra diœceſim ipſius Epiſcopi, dummodo accedat conſenſus Epiſcopi illius, in cuius diœceſi cauſa auditur, gl. pe. ibid.

Archiepiſcopus non poteſt compellere ſubditos Suffraganei ſui inuitos ſuſcipere cauſas ab eo delegatas, vel ſententias ſuas, & præcepta exequi, vel teſtimonia ferre in cauſis ad eum deuolutis: niſi conſuetudo aliud diſponat, cap. 1. §. neque Suffraganeorum, de foro compet. & lib. 6.

Archiepiſcopus poteſt cauſam, vel executionem ſententiæ delegare ſubditis Suffraganeorum ſuorum; ſed ad illa ſuſcipienda illos inuitos non poteſt compellere, gl. ſuſcipere, ibid.

Archiepiſcopus cauſam appellationis ab Epiſcopo interpoſitæ non debet committere, vel partes citare, niſi in appellatione probabilis cauſa ſit expreſſa, d. cap. Romana, §. cum autem, & ibi gl. expreſſa.

Reliqua vide in verbo, Metropolitanus, per totum.

ARCHIEPISCOPVS habet iuriſdictionem in ſubditos Suffraganei ſui, quando clericus Suffraganei tenet publice Eccleſiam illicite, cap. ad extirpandas, de filiis presbyt. 15

Archiepiſcopus in ſubditos Suffraganeorum ſuorum non poteſt cognoſcere, niſi per appellationem, aut vigore priuilegii, aut conſuetudinis, cap. duo ſimul, de officio ordin.

Archiepiſcopus non habet iuriſdictionem in ſubditos ſui Suffraganei, niſi in certis articulis, cap. paſtoralis, eod.

Archiepiſcopus poteſt punire canonicos ſui Suffraganei, quando in contemptum Epiſcopi, ſine rationabili cauſa ceſſant à diuinis, cap. irrefragabili, §. cæterum, eod.

Archiepiſcopus non debet ſe intromittere in cauſis ſubditorum ſui Suffraganei, niſi per appellationem, cap. cum Eccleſia, & ibi gl. ſi. de appellat.

Archiepiſcopus, in facto notorio inter ſubditos ſui Suffraganei, poteſt ſe intromittere, cap. ſolicitudinem, & ibi gl. notorium, eod.

Archiepiſcopus inter ſubditos ſui Suffraganei non poteſt ſe intromittere, etiamſi ſibi ſit notum de mandato iniuſto Suffraganei contra ſubditos ſuos, niſi illud ſit notorium, gl. Epiſcopus, & gl. notorium, & gl. declarare, in cap. ſolicitudinem, de appell.

Archiepiſcopus poteſt cognoſcere inter ſubditos Suffraganei, citra remedium appellationis, quando Epiſcopus tuſte recuſatus remittit ad eum negotium, cap. cum ſpeciali, 61. eod.

Archiepiſcopus poteſt deponere ſubditos Suffraganei propter crimen, cap. dilectus, 30. de ſimonia. 16

Archiepiſcopus ſolus poteſt punire Suffraganeos ſuos, cap. in tantum, 26. eod.

Archiepiſcopus poteſt abſoluere excommunicatum à Suffraganeo ſuo; nec tenetur illum remittere ad Suffraganeum excommunicatorem, niſi velit ſibi deferre, cap. per tuas, 40. de ſententia excommunicationis.

Archiepiſcopus poteſt abſoluere excommunicatum à Suffraganeo, etiamſi non appelletur ad eum, ſi Epiſcopus nolit ipſum abſoluere, gl. 2. ibid.

Archiepiſcopus eſt iudex Officialis ſui Suffraganei, cap. 1. de officio vicarii, lib. 6.

Archiepiſcopus non poterit punire Officialem Suffraganei ſui, in eo quod fecit vt priuatus, niſi ſicut alios ſubditos Epiſcoporum, in caſibus notatis à iure, gl. rationabilis, ibid.

Archiepiſcopus poteſt punire Officialem Suffraganei ſui, ſicut ipſum Epiſcopum, quando peccat in his, quæ ſunt iuriſdictionis, ibid.

Archiepiſcopus non eſt iudex competens Suffraganei ſui, cap. 1. §. nec etiam, de foro compet. lib. 6.

Archiepiſcopus contra Officiales vel Prælatos ſuffraganeorum, conſuetudine aliud non diſponente, & contra ſubditos ipſorum pro ſalariis aduocatorum, & procuratorum cauſarum fori Archiepiſcopi, non eſt iudex competens, cap. 1. §. nec etiam, de foro compet. lib. 6.

Archiepiſcopus non poteſt compellere contrahentes aliarum diœceſum in ſua propria, inuitos coram ſe reſpondere, niſi ibi inueniantur, d. cap. 1. §. contrahentes, eod.

Archiepiſcopus contrahentes aliarum diœceſum in ſua propria, ſi in ea inueniantur, poteſt citare: quod ſi nolint comparere, vel malitioſe ſe occultent, ne citentur, in bonis ipſorum ſuæ diœceſis poteſt miſſionem facere, vel in alia decernere per ordinarios faciendam, ibid. 17

Archiepiſcopus habet iuriſdictionem in ſubditos Suffraganeorum, videlicet quoad forum pœnitentiale; ſed hæc poteſtas eſt limitata ad certum tempus, cap. ſi. de cenſibus, lib. 6.

Archiepiſcopus habet iuriſdictionem in ſubditos ſuorum Suffraganeorum, vt poſſit eos monere, & eis concedere literas remiſſionum, & indulgentiarum, cap. 1. & ibi gl. monere, de pœnit. & remiſ. li. 6.

Archiepiſcopus ſententias excommunicationis, interdicti, & ſuſpenſionis latas à ſubditis ſuorum Suffraganeorum, niſi hoc habeat de conſuetudine, non debet relaxare, cap. Romana, §. de ſententia excommunicat. lib. 6.

Archiepiſcopus ſi relaxat ſententias excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti latas à ſubditis ſuorum Suffraganeorum, non tenet relaxatio, cum non ſit iudex excommunicatorum, nec excommunicantium, d. cap. Romana, & ibi gl. non relaxent.

Archiepiſcopus ſicut in ſpecie non poteſt ligare ſubditum Suffraganei ſui, ſic nec in genere: imo multò minus, gl. ſententiæ, in cap. Romana, §. porrò, eod. 18

Archiepiſcopus non poteſt abſoluere excommunicatos à ſubditis Suffra-

Suffraganeorum: ſed excommunicatos à Suffraganeis, vel Officialibus, bene poteſt, ſi ad eum appellatum fuerit, cap. venerabilibus, in primo, eod.

Archiepiſcopus non eſt iudex ſubditorum ſuorum Suffraganeorum, intellige per viam querelæ, ibid.

Archiepiſcopum poteſt adire quilibet ſubditus Suffraganeorum, per viam querelæ contra Suffraganeum, vel eius Officialem, ſed non contra ſubditum, ibid.

Archiepiſcopus habet iuriſdictionem in ſubditos ſuorum Suffraganeorum, ſi ipſi negligunt facere iuſtitiam, d. cap. venerabilibus, §. ſane.

Archiepiſcopus poteſt iudicare inter ſubditos ſuorum Suffraganeorum, videlicet quando agitur de modo officiandi Eccleſias, can. de his, diſt. 12.

Archiepiſcopus eſt iudex alienus, reſpectu ſubditorum Suffraganeorum, nec abſoluere poteſt eos, niſi appelletur ad eum, gl. totius, in can. 2. 9. q. 3.

Archiepiſcopus vel Primas non poteſt cognoſcere de cauſis ſubditorum Epiſcopi Suffraganei, niſi per appellationem deuoluantur ad ipſum; vel niſi in cauſa inter Epiſcopum, & electum ſubditum ſuum; item cum abſolutus ab Archiepiſcopo non vult parere Epiſcopo; item cum Epiſcopus non vult abſoluere excommunicatum; & cum euidens eſt, ſententiam Epiſcopi eſſe iniuſtam, gl. 2. in cau. conqueſtus, 9. q. 3.

Reliqua vide in verbo, Metropolitanus, 1. 2. & per totum.

19 **ARCHIEPISCOPVS** poteſt ſuſpendere, vel excommunicare Epiſcopum Suffraganeum, cap. venerabilibus, 52. de ſententia excommunic.

Archiepiſcopus non habet iuriſdictionem in Suffraganeos, niſi in certis caſibus à iure expreſſis, gl. ſubditis, in cap. 2. de ſuppl. negl. Prael.

Archiepiſcopus non habet iuriſdictionem in Suffraganeorum ſubditos, niſi per appellationem, ibid.

Archiepiſcopus non poteſt plus iuris ſibi vendicare, quam ei per canones ſit conceſſum, ibid.

Archiepiſcopus donec de facili poteſt haberi, eius Officialis non poteſt Suffraganeum excommunicare, ſuſpendere, vel interdicere propter Epiſcopalis officii reuerentiam, cap. 2. §. Officiales, de officio ordin. lib. 6.

Archiepiſcopus non eſt iudex competens Suffraganei ſui, cap. 2. §. nec etiam, de foro compet. lib. 6.

Archiepiſcopus licet habeat iuriſdictionem in Epiſcopum, non tamen in eius Officialem, gl. Officialis, ibid.

Archiepiſcoporum cauſæ debent committi Archiepiſcopis, de honeſtate, cap. cum cauſa, 22. de officio deleg.

Archiepiſcopus cum conſilio, eſt iudex Epiſcopi in cauſa criminali, cau. quorumdam, diſt. 34.

Archiepiſcopus ſolus non poteſt cognoſcere de cauſa Epiſcopi, etiam ciuili, gl. Epiſcopis, ibid.

Reliqua vide in verbo, Metropolitanus.

ARCHIEPISCOPVS vel Patriarcha in diœceſi Suffraga-
20 nei ſui, nihil poteſt diſponere, niſi quantum canones illis concedunt, gl. 3. in cap. cum inter, de re iudic.

Archiepiſcopus poteſt largo modo dicere, quamlibet Eccleſiam ſuæ prouinciæ eſſe ſuam, ratione iuris quod in eis habet, gl. 2. in cap. pro illorum, de præb.

Archiepiſcopus poteſt in tota ſua prouincia exercere iuriſdictionem, tollendo prauam conſuetudinem; & fulminare excommunicationem contra eam ſeruantes, cap. ex frequentibus, de inſtitutio, & cap. in tantum, 26. de ſimonia.

Archiepiſcopus non eſt iudex ordinarius omnium de ſua prouincia, & iuriſdictionem contentioſam non habet in ſua prouincia, niſi in certis caſibus, ſed voluntariam habet, gl. 2. in cap. pe. de pœnit. & remiſ.

Archiepiſcopus poteſt mittere edictum per totam prouinciam, quando eſſet caſus competens ſuæ iuriſdictioni, cap. 2. de ſupplen. negl. Prælat.

Archiepiſcopus non ſupplet negligentiam Suffraganeorum, niſi in caſibus à iure expreſſis.

Archiepiſcopus non poteſt conſtituere ſibi Officiales in diœceſibus Suffraganeorum ſuorum, etiam pro futuris cauſis per appellationem deuoluendis ad ipſum; niſi de conſuetudine ſit hoc introductum: & tunc tales Officiales non poſſunt inhibere, priuſquam fuerit appellatum, cap. 2. de officio ordin. lib. 6.

Archiepiſcopus non poteſt ingredi diœceſim Suffraganeorum ſuorum, ad finem vt ibi aliquid exerceat, quod concernat poteſtatem iudicialem, ibid.

Archiepiſcopus non poteſt ingredi diœceſes Suffraganeorum, niſi in caſibus à iure permiſſis, cap. 1. & ibi gl. ingrediatur, & gl. 2. in cap. vt litigantes, de officio ordin. lib. 6.

Archiepiſcopus non poteſt in diœceſi Suffraganei ſibi ſedem conſtituere, nec ordines conferre, nec ſacramenta, vel alia ſimilia faciendo, vel conſecrando Eccleſias, vel altaria, d. cap. 1. & ibi gl. diſponant, & gl. agant, de officio ordin. lib. 6.

Archiepiſcopi per loca exempta prouinciæ ſuæ, poſſunt facere crucem ante ſe deferri, & ibi benedicere populo, & audire diuina, & illa celebrare in pontificalibus, & facere celebrari ſine pontificalibus: per hoc tamen, vt exemptis vel priuilegiatis in aliis nullum ſit præiudicium, clem. ii. de priuileg.

Archiepiſcopus poteſt celebrare diuina in pontificalibus per totam prouinciam, & facere celebrari ſine pontificalibus per alium Epiſcopum, ſed non in pontificalibus, niſi is ſit diœceſanus, qui iure proprio poteſt celebrare, d. clem. ſi. & ibi gl., ſine pontific.

Reliqua vide in verbo, Metropolitanus.

ARCHIEPISCOPVS iure metropolitico poteſt viſitare prouinciam ſuam, cap. cum ex officii, & ibi gl. ſi. de præſcript. 21

Archiepiſcopus poteſt viſitare etiam monaſteria ſuæ prouinciæ, ibid.

Archiepiſcopus debet viſitare prouinciam ſuam, & procurationes à ſubditis Suffraganeorum exigere, gl. Archiepiſcopi, in cap. cum Apoſtolus, de cenſibus.

Archiepiſcopus viſitans prouinciam, etiam à monaſteriis debet de iure communi recipere procurationes, cap. ſopitæ, de cenſibus.

Archiepiſcopus poteſt viſitare nedum ſuam diœceſim, ſed etiam totam prouinciam, ibid.

Archiepiſcopus vel Epiſcopus, quando accedit cauſa correctionis, & viſitationis, debet habere procurationem: ſecùs ex alia cauſa, puta pro negotiis propriis accedat, quia tunc non habebit procurationem, gl. ſi. ibid.

Archiepiſcopus poteſt de iure communi viſitare prouinciam, & procurationes ratione viſitationis exigere; quod intellige, quando Epiſcopus eſt negligens; aliàs Archiepiſcopus non debet ſe intromittere, cap. cum nuper, 25. & ibi gl. 2. eod.

Archiepiſcopi, & Epiſcopi inferiorum ſuorum prouincias, & diœceſes ſuſpectas habentes de hæreſi, ſaltem ſemel in anno per ſe, vel per alios idoneos debent viſitare: qui etiam debent (ſi hoc videbitur expedire) exigere iuramentum ab illis de vicinia, ad reuelandos hæreticos, quos reuelatos canonice debent punire; & receptores iurare, vt hæretici condemnari debent, cap. excommunicamus, §. adiicimus, de hæreticis.

Archiepiſcopus mortuo Epiſcopo, poteſt propter negligentiam capituli, vel doloſam adminiſtrationem, cum cauſæ cognitione viſitatorem deputare, gl. tantummodo, in add. in cap. 1. de clerico ægrot. 22

Archiepiſcopus volens viſitare prouinciam, prius debet viſitare Eccleſiam, ciuitatem, & diœceſim propriam, clericos & laicos earumdem, cap. 1. de cenſib. l. 6.

Archiepiſcopus non poteſt viſitare generaliter prouinciam, niſi incipiat à propria diœceſi, ibid.

Archiepiſcopus debet plene viſitare diœceſim ſuam, ita quod nulla parochia remaneat non viſitata, dummodo commodè viſitari poſſit, & viſitationis cauſa ſubſit, & ſunt hæc ad boni viri arbitrium redigenda, gl. plene, ibid.

Archiepiſcopus, vel Epiſcopus non poteſt ſynodum conuocando, in tam breui tempore ſingulorum diœceſis exceſſus inquirere, quia non conueniunt omnes clerici, & laici, qui ſunt viſitandi, & ſubiicienda res eſt oculis; perſonæ præſentia multum operatur, ibid.

Archiepiſcopus viſitata ſua diœceſi in parte, vel in toto, viſitat omnia loca Eccleſiaſtica, etiam xenodochia, hoſpitalia, & ſimilia, clerum, & populum Prouinciæ, procurationem à viſitatis recipiendo, d. cap. 1 §. deinde.

Archiepiſcopus non debet viſitare ſimul clericos, & laicos, ſed ſeparatim; cùm ealum vita ſit ſeparata, tùm quia melius procedit inquiſitio, cum fit ſingillatim, quod intellige, ſi qualitas negotii id expoſcit, aliàs in genere fiet inquiſitio, gl. & populo, ibid.

Archiepiſcopus libere debet viſitare Suffraganeos, & eorum ſubditos, Cathedralium, & aliarum Eccleſiarum capitula, & monaſteria, Eccleſias, & alia loca pia, clericos, & laicos, non obſtante contradictione, præſcriptione, vel appellatione, d. cap. 1. §. deinde, & ibi gl. libere.

Archiepiſcopus non arctatur præciſe ad viſitandam totam prouinciam, ſed poteſt partem viſitare, d. §. deinde.

Archiepiſcopus poſt inceptam viſitationem, in vna diœceſi, tranſiens ad aliam, non poteſt redire ad primam, niſi denouo reiteret in tota prouincia, d. cap. 2. §. ex quo. 23

Archiepiſcopus poſt inceptam viſitationem in vna diœceſi, tranſiens ad aliam, ſi fuerit requiſitus ab Epiſcopo illius diœceſis, vel de conſenſu maioris partis Epiſcoporum Prouinciæ, ex cauſa poterit redire ad primam viſitationem, ibid.

Archiepiſcopus poſt inceptam viſitationem in una diœceſi, ſi tranſit ad aliam, per talem exitum videtur renunciaſſe viſitationi, gl. requiſitus, ibidem.

Archiepiſcopus expedita viſitatione non poteſt reiterare illam, ſine conſilio Suffraganeorum, & diffinitione in ſcriptis prius facta, ſed cum conſilio eorum reincipere debet ab illis, qui in prima non fuerunt viſitati, d. cap. 1. §. poſtquam.

Archiepiſcopus non poteſt viſitationem reiterare, niſi ſecundo conuocet concilium prouinciale, & ſuper illa pronunciet, ibid.

Archiepiſcopus viſitans debet proponere verbum Dei, inquirere de vita miniſtrorum, & de pertinentibus ad diuinum officium abſque iuramento, infamatos Ordinariis debet denunciare, & notoria crimina punire, d. cap. 2. §. ſane.

Archiepiſcopus poteſt viſitare prouinciam, ac etiam iterare viſitationem, licet Suffraganei non ſint negligentes, & tunc confeſſiones omnium audire, abſoluere, & pœnitentias imponere, cap. ſi. eod.

Archiepiſcopus eſt viſitator ſubditorum Suffraganei accumulatiue

cum

cum ipſo Suffraganeo, & non in defectum Suffraganei tantum, ibid.

Archiepiſcopus habet iuriſdictionem in ſubditis Suffraganeorum, videlicet quoad forum pœnitentiale, ſed hæc poteſtas eſt limitata ad certum tempus, ibid.

Archiepiſcopi habebunt quinquaginta equitaturas in viſitationibus, gl. ſupellectilem, can. Epiſcopus, diſt. 41.

Reliqua vide in verbo, Metropolitanus,

ARCHIEPISCOPALIS dignitas eſt imperfecta ſine pallio, gl. 1. in ſumma, diſt. 100.

ARCHIMANDRITA dicitur princeps ouium, gl. fi. in can. didici, 2. q. 7.

Reliqua vide in verbo, Abbas,

1 **ARCHIPRESBYTER** de iure ſubeſt Archidiacono, & eius præceptis, ſicut ſui Epiſcopi, debet obedire, cap. 1. de officio Archipresb.

Archipresbyteri officium eſt habere curam ſuper presbyteros, & aſſidue in Eccleſia ſtare, & in abſentia Epiſcopi ſui Miſſam dicere, ibid.

Archipresbyteri officium eſt habere curam ſuper omnes presbyteros, cap. 2. eod.

ad Archipresbyteri officium pertinet, ſolemnem Miſſam dicere, aut alteri committere, gl. pe. in cap. 1., & cap. 2. eod.

Archipresbyter, deficiente Epiſcopo, debet prouidere cuncta, quæ in ſacerdotum miniſterio perfici debent; fontes benedicere, pœnitentem infirmum, conſulto Epiſcopo, reconciliare; pœnitentiam cunctis aliis ſacerdotibus iniungere, d. cap. 2.

Archipresbyter poſt Epiſcopum, debet habere curam animarum in Eccleſia Cathedrali, d. cap. 2. & ibi gl. pe.

Archipresbyter, abſente Epiſcopo debet inchoare officium vice ipſius Epiſcopi, benedictiones presbyterales in Eccleſia dare, Miſſam quando voluerit, cantare, vel cui de ſacerdotibus iuſſerit, cap. 3. eod.

Archipresbyter, quando Epiſcopus cantat miſſam, debet præcipere ſacerdotibus, vt induant ſe veſtibus ſacris, & qualiter ad Miſſam procedant, ibid.

Archipresbyter debet præcipere cuſtodi Eccleſiæ, vt in ſacrario Euchariſtia Chriſti propter infirmos non deſit, ibid.

Archipresbyter debet infirmis prouidere, & prouidendo præcipere ſacerdotibus, ne forte ſine confeſſione, vel confirmatione corporis, & ſanguinis Chriſti moriantur, ibid.

Archipresbyter confeſſiones eorum peccatorum, qui à foris veniunt, debet recipere cum omnibus ſacerdotibus, ibid.

2 Archipresbyter ruralis, presbyterorum, & laicorum Plebaniæ ſuæ curam gerit, contra decretum tamen Epiſcopi nihil poteſt ordinare, cap. fi. eod.

Archipresbyter debet eſſe in qualibet plebe, & quilibet plebanus eſt Archipresbyter, ibid.

Archipresbyter minores cauſas determinare poteſt, ſecundum ordinationes Epiſcoporum. gl. fi., & ibi add. marg. ibid.

Archipresbyteri, id eſt plebani, habent ordinariam iuriſdictionem, gl. fi. ibid.

Archipresbyteri, qui à pluribus Decani dicuntur, debent ſubiici iuriſdictioni Archidiaconi, cap. ad hæc, de officio Archidiac.

Archipresbyter Archidiacono debet reuerentiam, ratione adminiſtrationis, & officii ſibi commiſſi, gl. fi. in cap. ſtatuimus, de maior. & obed.

Archipresbyteri, qui non debent, dum viſitant, inquirere, niſi de Euchariſtia, & de pane altaris, non excommunicant, nec corrigunt alios, nec abſoluunt, gl. viſitare, in extrauag. execrabilis, de prœbend. inter communes.

Archipresbyteri, in diœceſi Bituricenſi, mutantur, mutato Prælato, gl. Eccleſiis, in extrauag. ſuſcepti, ne ſede vacante, inter communes.

Archipresbyter eſt ſub Archidiacono, eiuſque præceptis debet obedire, & ad eius miniſterium pertinet, ſuper omnes presbyteros in ordine poſitos curam agere, & aſſidue in Eccleſia ſtare, & abſente Epiſcopo, ipſe vice eius Miſſarum ſolemnia celebrat, & collectas dicit, vel is, cui ipſe iniunxerit, can. perlectis, §. archipresbyter, diſt. 25.

Archipresbyter dicitur habere dignitatem, can. præcepta, diſt. 55.

Archipresbyter, vel Decanus non debet quis inſtitui, niſi prius ordinetur presbyter, ſed hoc hodie correctum eſt, can. nullus, & ibi gl. 2. diſt. 60.

Reliqua vide in verbo, Plebanus.

3 **ARCHIPRESBYTERATVS**, & Decanatus in quibuſdam Eccleſiis, eadem, & eiuſdem iuris ſunt, quia idem officium gerunt, & ex quo ſunt eiuſdem generis, debent etiam eſſe eiuſdem iuris, & his etiam æquiparatur Plebanatus, gl. perſonatus, in extrau. execrabilis, de prœbend. inter communes.

Archipresbyteratus in diœceſi Bituricenſi ſolent dari rectoribus aliquarum Eccleſiarum, & ſunt perpetui quamdiu durat Archiepiſcopus, & eo mortuo, capitulum committit aliis, & poſtea, nouo Archiepiſcopo creato, committit ipſe aliis, gl. prioratus, in d. extrauag. execrabilis, de prœbend. inter communes.

in Archipresbyteratum, vel Decanatum, vel Archidiaconatum, aut aliam dignitatem hodie poſſunt eligi, & etiam inſtitui illi, qui ſunt tantum in minoribus ordinibus conſtituti, gl. 1. in can. 1. diſt. 60.

Archipresbyteratus habet ordinem presbyteratus annexum, adeo quod Archipresbyter ſi non fiat præsbyter, priuatur Archipresbyteratu, cap. 1. de ætate, & qualitate, §

Reliqua in verbo, Plebania.

ARCHIVA, ſeu archia, ſunt armaria librorum, gl. fi. in clem. Romani, §. porrò, de iureiur.

In Archiuo publico Eccleſiæ quod reponitur, præſumitur authenticum, d. clem. Romani, §. fi.

Archiuum dicitur ab arca, vbi ſupra reponuntur libri, & per tales libros fit fides, gl. in archiuis, in can. 1. 30. q. 2.

Reliqua in verbo, Carthophilacium,

In **ARDVIS** negotiis prouinciæ requiritur conſenſus Prælatorum ipſius Prouinciæ, ſed & capitulorum Eccleſiarum Cathedralium, cap. fi. de maior. & obed.

ARENAE non ſunt ligandæ ſine cemento, gl. 1. in can. faciens, diſt. 86.

ARENARIVS licet ſit infamis, admittitur ad accuſationem contra arenarium, gl. æqualitas in can. pagani, §. 2. 2. q. 7.

ARGENTARIVS, & publicus exactor, tenetur edere libros rationum contra ſe, gl. 2. in cap. 1. de probat.

Argentarius debet probare ſe amiſiſſe rationes caſu, ruina, vel incendio, gl. 1. in cap. pe. extra. de regulis iuris.

ARGVERE à lege ciuili licitum eſt, cap. fi. de pactis.

Arguere ab etymologia, ſiue alluſione vocabuli, licitum eſt, cap. cum ſecundum, de præbend.

Arguere à ratione legis, licitum eſt, cap. vbi periculum, de electione, lib. 6.

Arguere à dicto poetarum licitum eſt, can. ſatyra, diſt. 2.

Arguere ab auctoritate veteris teſtamenti, licitum eſt, can. qui Eccleſiaſticis, §. ecce, diſt. 36.

Arguere ab exemplis, licitum eſt, can. turbat. diſt. 37.

Arguere ab auctoritatibus poetarum licitum eſt, d. can. turbat, & ibi gl. inobediſſet.

Arguere a factis, vel dictis gentilium, quando continent veritatem, ad conuincendos eos licitum eſt, can. ſi quid, diſt. 37.

Arguere ab exemplo principum, licitum eſt, gl. Lotharius, in cap. venerabilem, de electione.

Arguere ab æquitate naturali, licitum eſt, cap. 1. & ibi gl. 2. & gl. naturali, de iniuriis, lib. 6.

Arguere ab ordine verborum, licitum eſt, gl. pe. in can. inter verba, 11. q. 3.

Arguens non debet arguere de eo, quod interdum ex neceſſitate conceſſum eſt, quia argumentum ad ſimilia procedere debet, ſed inter tempus neceſſitatis, & non neceſſitatis, non eſt ſimilitudo, ergo non procedit argumentatio, gl. 1. in reg. in argumentum, 78. de regulis iuris, lib. 6. 1

ARGVMENTVM ab euitatione abſurditatis, licitum eſt, cap. perlatis, de homicidio, lib. 6. cap. cum inter, de except.

Argumentum hoc non valet, *grauius punitur, hoc ergo grauius peccat*. gl. exiſtimes, in can. admonere, 33. q. 2.

Argumentum à communiter accidentibus valet, etiam in malo præſumendo, gl. 2. in cap. 2. de elect.

Argumentum à minori ad maius affirmatiue valet, veluti, *ſi id, de quo minus videtur ineſſe, ineſt; & id, de quo magis*, gl. multo fortius, in cap. cum in cunctis, 7. eod.

Argumentum à maiori ad minus valet negatiue, veluti *ſi id, de quo magis videtur ineſſe, non ineſt, neque id de quo minus*, ibid.

Argumentum valet à ſufficienti diuiſione, ſeu partium numeratione; tamen tollitur, vbi omnes partes ſufficienter numeratæ non ſunt, cap. venerabilem, 34. in verſ. obiectionis, eod. cap. cum dilectus, de iure patron.

Argumentum à minori validum eſt in iure, cap. inter corporalia, de translat. Epiſcoporum.

Argumentum de minori ad maiorem non procedit in exorbitantibus, cap. fi. eod.

Argumentum de toto ad partem validum eſt negando, gl. citra formam, in cap. prudentiam, 21. de officio deleg.

Argumentum de toto in quantitate valet, gl. fi. in cap. ſuper quæſtionum, §. fi. & gl. citationis, in cap. paſtoralis, 28. §. 2. eod. 2

Argumentum ab abſurdo valet in iure, cap. ſollicite, §. verum, de maior., & obed.

Argumentum à contrario ſenſu valet, intellige vbi contrarium expreſſe in iure reperitur, gl. ſine permiſſu, in cap. 2. de foro comp.

Argumentum à contrario ſenſu non valet, vbi alia iura contradicunt, gl. fi. in cap. ſignificaſti, eod.

Argumentum à ſimili, data ſimilitudine in eo, ad quod confertur, valet, licet in aliis illa non ſint omnino ſimilia, cap. quemadmodum, de iureiuran.

Argumentum de toto ad partem validum eſt, & ſic, habens ius in toto,

Digitized by Google

in toto, fundat intentionem in qualibet eius parte, cap. ſi diligenti, de præſcri.

in Argumento licite poſſunt deduci iura, cap. ſecundo requiris, 41. de appell.

Argumentum à communiter accidentibus, valet, cap. 2. de clericis non reſid.

Argumentum ex rubro validum eſt, gl. in rub. Ne ſede vacante.

Argumentum à contrario ſenſu valet, cap. Apoſtolica, & ibi gl. intelligi, de his, quæ fiunt à Prælatis, cap. cum virum, de regularibus, can. qualis, diſt. 25.

Argumentum ab abſurdo validum eſt, licet authoritas non alle-
3 getur, cap. iniuſtum, de rerum permut.

Argumentum à ſimili procedit in lege diuina, etiam in concernentibus animam, dummodo detur omnimoda ſimilitudo, cap. maiores, §. verum, de baptiſmo.

Argumentum de patria poteſtate ad dominicam, valet quoad libertatem, cap. 2. de infantibus expoſitis.

Argumentum hoc non valet, *Capitulum poteſt eligere vnum de ſe; ergo & illi, quibus data eſt à Capitulo poteſtas eligendi ſimpliciter, cum vice Capituli fungantur, poſſunt eligere vnum de ſe*: quia Capitulum eligit iure communi, vel ordinario; ſed illi electores nominati non eligunt iure communi, ſed poteſtate ſibi conceſſa per Capitulum: & ideo non poſſunt eligere vnum de ſe, niſi expreſſe fuiſſet data poteſtas talis, gl. 2. in cap. ſi, de ſortilegis.

Argumentum à contrario ſenſu, non valet: quando habemus Ius expreſſum in contrarium, cap. pe. de collul. detegen. cap. a nobis, 2ᵒ. de ſententia excommunicat. gl. ſi. in cap. quod dicitur, de verb. ſignific. gl. 1. in cap. 2. de ætate, & quali. lib. 6. gl. obſervare, in clem. 2. de ſententia excommuni. gl. intra triennium, in extrauag. copioſus, Ioannis 22. gl. ergo, in can. imperatores, diſt. 9. gl. ſi. in can. non decet, diſt. 52.

Argumentum ab abſurditatis vitatione validum eſt: vnde fugiendus eſt intellectus continens abſurditatem, cap. ex ore, de priuileg. cap. noua quædam, de pœnit. & remiſ. cap. dudum, §. nos igitur, & ibi gl. abſurdum, de præbend. lib. 6. can. deinde, diſt. 26.

Argumentum nunquam teſtibus vel tabulis dat probationem,
4 ſed ſola inueſtigatione inuenit veritatem: vnde dictum eſt argumentum, id eſt argute inuentum, cap. forus, de verb. ſignific.

Argumentum de ſimilitudine canonum ad ſimilitudinem ſtatutorum non eſt ſemper licitum, cap. licet, de conſtit. lib. 6.

Argumentum ab ordine rubricarum ſumptum eſt validum; quando alio iure non apparet contrarium diſpoſitum: ſecus ſi appareret, gl. non exiſtat, in cap. 2. de iuramen. lib. 6.

Argumentum per ſimilia legalia recte procedit, cap. dudum, §. nos igitur, & ibi gl. ad inſtar, de præbend. lib. 6.

Argumentum de legibus loquentibus in vltimis voluntatibus ad materiam beneficialem non procedit, cap. 2. §. & è contra, & ibi gl. in vltimis, de conceſ. præb. lib. 6.

Argumentum à verbis valet, gl. debeant, in cap. ſi Papa, de priuileg. lib. 6.

Argumentum de ſimilibus ad penitus ſimilia procedere debet, gl. 2. in reg. in argumentum, 76. de reg. iuris, lib. 6.

Argumentum à minori valet interdum, clem. 2. & ibi gl. 2, de reliquiis, & venerat.

Argumentum illud, *propter quod vnumquodque tale, & illud magis*, valet, gl. 2. in clem. 2. de reliqu. & veneratione.

Argumentum prohibendo de maiori ſumma, non ſequitur quod concedatur in minori, vbi alias in minori eſt deciſum, gl. facere, in clem. 1. de vſuris.

Argumentum à veriſimili valet, clem. exiui, §. deinde, de verb. ſignif.

Argumentum ab experientia valet, gl. paſcit, in d. clem. exiuit, §. rurſus.

Argumentum à contrario ſenſu eſt fortiſſimum in iure: quod
5 non procedit vbi eſt iniquitas, abſurditas, vel iurium contrarietas, gl. ſoluere, in extrauag. ſuſcepti, Ioan. 22. & gl. ſine noua, in extrauag. execrabilis, Ioannis 22.

Argumentum ab ordine licitæ valet, gl. ſiue Epiſcopali, in extraua. ſi fratrum, Ioan. 22. gl. pe. in can. ſi rector, §. ſed com, diſt. 43.

Argumentum valet, ſi dicatur, *non eſt ita, quia à iure non reperitur cautum*, gl. ſtatutum, in extrauag. antiquæ, Ioannis 22.

Argumentum à diuiſione, eſt validum in iure, can. quo iure, diſt. 8.

Argumentum ſumptum à minori procedit affirmatiue, can. quæ contra, diſt. 8. can. omnium, diſt. 32. can. de inducis, 3. q. 3.

ad Argumenti alicuius probationem, videntur ſufficere duæ rationes, & quandoque etiam ſufficit vna, can. lege, diſt. 10.

Argumentum ex verbis rubricæ, valet. gl. 1. in can. hæc autem verba, de pœnitent. diſt. 2.

Argumentum à contrario ſenſu, non eſt ex verbis legis, ſed eſt quidam tacitus intellectus, ex quadam conſequentia verborum in lege expreſſorum, can. qualis, diſt. 25.

Argumentum à ſufficienti partium enumeratione, in iure validum eſt, can. deinde, diſt. 26.

Argumentum ſumptum à minore negatiue, validum eſt. can. vſque adeo, diſt. 33. can. ſi in laicis, diſt. 38.

Argumentum à ſimili validum eſt, gl. 2. in can. relatum,
6 diſt. 37.

Argumentum ab abſurdo validum eſt in iure, can. locutiones, diſt. 38.

Argumentum ſumptum à maiori, procedit negatiue, can. nulli diſt. 44.

Argumentum eſt aſſumptum probabile ex aliqua auctoritate, ad aliud dubium decidendum, factum, can. ſacerdos, 24. diſt. 50.

Argumentum huiuſmodi valet, *ex vno ita eſt apud iudices ſeculares*, hoc ergo, & apud Eccleſiaſticos idem erit, gl. 2. in can. ſi officia, diſt. 59.

Argumentum à contrario ſenſu quandoque non procedit, gl. 2. in can. diffinimus, 4. q. 1.

Argumentum à nominis interpretatione, valet, gl. 2. in can. ſi cupis, 16. q. 2.

Argumentum huiuſmodi valet, *cui maius committitur, ei & minus quoque*, gl. animabus, in can. cognouimus 18. q. 2.

Argumentum ab vniuerſali ad ſingulares res valet, quandoque ab indefinita, gl. propter, in can. didicimus, 24. q. 2.

Argumentum à primo ad vltimum valet, ibid.

Argumentum à maiori ad minus, & à ſimili valet, ibidem.

Argumentum non valet de conſimilibus illis, inter quæ attenditur diſſimilitudo, gl. numquid, in can. ſic enim, §. tu autem, 28. q. 1.

Argumentum à toto in quantitate ab vniuerſali ad ſingulare valet, gl. ſi. in can. omnibus, 29. q. 2.

Argumenta validiora in principio, & in fine ſunt proponenda, gl. infigere, in can. liquido, de conſecrat. diſt. 2.

Reliqua vide in verbo, Arguere, Totum, Pars.

ARIOLVS dicitur, qui circa aras idolis preces nefarias effundit, & funeſtum ſibi in triſtitia affert, gl. ariolus, in can. nos ſi incompetenter, 2. q. 7.

ARMA, ferrum, & galearum ligamina deferentes ad hoſtes, excommunicandi ſunt, & rebus ſuis priuandi, & capti efficiuntur ſerui capientium; ſed de iure ciuili, capite plectuntur, cum confiſcatione bonorum, cap. ita quorundam, & ibi gl. 2. de Iudæis.

Armorum appellatione intelliguntur fuſtes, ibid.

Armorum nomine fuſtes, & lapides intelliguntur, & ferrum, & omne quod arcu, & manu mittitur, gl. pe. in cap. 3. de homicidio.

Arma contra Saracenos, hæreticos, vel ſchiſmaticos, recte poſſunt aſſumi, gl. 2., & ibi add. marg. in cap. 1. de ſagittariis.

Armorum nomine in communi ſignificatione, comprehenduntur tela, ſed ſtricte, arma dicuntur quibus defendimur, tela vero quibus impugnamus, gl. arma, in clem. ne in agro, §. quia vero, de ſtatu Monachorum.

Armorum appellatione comprehenduntur, nedum arma offenſionis, cuiuſcumque generis: immò & defenſionis, vt ſcuta, bloquoria, loricæ, platæ, diſplodes, & ſimilia, gl. arma, in extrauag. copioſus, Ioannis 22.

Arma, ferrum, & alia prohibita deferentes ad Sarracenos habitantes in regno Granatæ, incurrunt excommunicationem, quæ durat per triennium: & lapſo triennio, portantes nihilominus, incurrunt ſententiam, aliorum trium, d. extrauag. copioſus, & ibi gl. proſecutione.

Armorum appellatione, non ſolum comprehenduntur materialia & vera: ſed & illa, quæ ſunt proportionabilia bello, in quo ſit probatio, can. de indiciis, 3. q. 3.

ſine Armis licitum eſt quandoque, quod cum armis non licet, can. 1. 6. q. 3.

Arma poſſunt dare occaſionem peccandi, gl. ſanctus, in can. noli exiſtimare, 23. q. 5.

Arma arripere non poſſunt Epiſcopi vel Clerici, vel Romani Pontificis authoritate, in ſumma, 23. q. 8.

Armorum appellatione continentur etiam ligna, & lapides, gl. 1. in can. clerici, 23. q. 8.

Arma quod viriliter contra hoſtes pararent quidam, beatus Gregorius hortatus fuit, can. vt pridem, & can. ſeq. 23. q. 8.

Reliqua vide verbo, Sarracenus, Chriſtianus, 1. 2. 4. Clericus, 111. vſque 115. Fabricenſes, Merces.

ARMENTVM eſt maiorum animalium, vt equorum, & boum, gl. gregibus, in clem. religioſi, de decimis.

ARRA eſt ſignum emptionis: non tamen facit emptionem, gl. ſi. in can. fœminæ, 30. q. 5.

Arras datas pro ſponſalibus perficiendis, amittit ille, qui reſilit ſine iuſta cauſa ab ſponſalibus, gl. ſi. in cap. gemma, de ſponſal.

ARRIVS aſſerebat Patrem maiorem Filio, & Filium maiorem Spiritu ſancto: & ob id, condemnatus fuit a Concilio Niceno tanquam hæreticus: & diffiniuit per ſimbolum, conſubſtantialem Deo Patri, Dei Filium, cap. canones, §. inter, & ibi gl. quam, diſt. 15.

Arrius hæreticus, in Alexandria vna ſcintilla fuit: ſed quoniam non ſtatim fuit oppreſſus, per totum orbem eius flamma populata eſt, can. reſecandæ, 24. q. 3.

ARRIANI hæretici aſſeruerunt Chriſtum non eſſe coæternum patri, gl. quorum, in can. hi qui, 51. 1. q. 2. gl. Arriani, in cap. in quodam, de celebr. miſſar.

Arriani reuertentes ad fidem, qui dixerunt ſe baptizatos in nomine

mine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti, non debent denuo baptizari: ſed tantum debent reconciliari; alioquin ſunt rebaptizandi, can. de Arrianis, & ibi gl. a. de conſecratione, diſt. 4.

Reliqua in verbo, Alexandrina, Chriſtus, 2.

ARROGANTIA eſt ruina diaboli, in ſumma, diſt. 48.

ARROGARE dicimus illum, qui ſui iuris eſt, & per arrogationem tranſit in noſtram poteſtatem: & fit arrogatio principis authoritate, gl. 1. in can. 1. de cognat, legali, gl. 1. in ſumma, 30. q. 3.

Arrogantis natura eſt, quod verba quæ profert, exprimit abſque aliqua humilitate, can. hoc habet, diſt. 46.

Arrogans dicitur, qui facit ſcienter actum à iure prohibitum, can. ſi officia, diſt. 59.

Arrogatio fit authoritate principis; adoptio vero fit per quemlibet magiſtratum, gl. 1. in ſumma, 30. q. 3.

Arrogati & adoptati dicuntur filii adoptiui, & fratres, gl. 1. in cap. 1. de cognat. legali.

Reliqua vide in verbo, Adoptare.

ARTICVLVS, ponitur quandoque pro parte conſultationis, cap. cum in iure, 33. de electione.

Articulus alternatiuus admittitur, quando in qualibet parte alternatiue concludit intemtoin ponentis, cap. cum cauſa, de officio deleg.

Articuli hodie admittuntur ad lites abbreuiandas, cum proteſtatione ſaluo iure impertinentium, & non admittendorum, gl. nihilominus, & ibi add. in cap. cum contingat, eod. gl. legitime, in clem. conſtitutionem, de elect.

de Articulis fidei quando dubitantur, recurrendum eſt ad Romanam ſedem, cap. maiores, de baptiſmo.

Articuli plures diuerſi poſſunt in eodem libello cumulari contra eundem, & terminari eadem ſententia, cap. cum olim, 14. de priuileg.

Articulus eſt pars intentionis, continens illud quod actor vel reus intendit probare, gl. articulis, in cap. 2. de teſtibus, lib. 6. gl. 1. in cap. 2. de reſcript. lib. 6.

Articuli quandoque vocantur intentiones, quandoque aſſertiones, ibid.

in Articulo vbi quis ponit plura quorum vnum venit qualificatiue ad aliud, oportet quod vtrumque reprobet, nec poteſt alterum reuocare, cap. ab eo, 31. de electione, lib. 6.

Articuli quando dantur, de quibus melius eſt informatus dominus, quam procurator, debet reſpondere principalis, & non procurator, cap. pe. §. ſecus, de procuratoribus, lib. 6.

Articulus eſt nomen Græcum, & ſonat inclusionem, gl. articulis, in add. in cap. 2. de teſtibus, in 6.

Articuli dicuntur membra, quæ non diuiduntur in alia membra, vt in articulis digitorum, ibid.

Articulos quandoque dicitur, quia arctat, id eſt arcte componit, d. gl. articulis, in add.

Articulos quandoque dicitur, quia arctat ad credendum, vt articulus fidei: item quia arctat ad reſpondendum poſitionibus, ibid.

Articuli, in quibuſdam foris dicuntur Intentio, vel aſſertio, gl. articulos, in clem. ſæpe, de verborum ſignificatione.

Reliqua vide in verbo, Appellatio, 2. 4. 6.

ARTIFICIO cuilibet præbet experientia nutrimentum, cap. quam ſit, de electio. lib. 6.

Artificium per experientiam recipit incrementum, gl. magiſtra, ibid.

Artificem promptum reddit vſus, ars facilem, natura vero potentem, ibid.

Reliqua vide in verbo, Experientia.

ARTVS, dicuntur Epiſcopi, qui viriliter ſuſtentant Eccleſiam, gl. artus, in can. aduocauit, 24. q. 2.

AS dicitur hereditas tota, & diuiditur in duodecim vncias, gl. a. in cap. ſ. de teſtam.

ASCENDENTES ſicut deſcendentes ſuccedunt, licet ordine naturæ turbato; quia aſcendentem etiam non poteſt quis exhæredare, niſi commiſerit cauſam ingratitudinis, gl. 1. in can. ſi qua mulier, 29. q. 3.

Aſcendente excluſo tanquam illegitimo, excluduntur etiam deſcendentes ab eo, quantumcumque legitimi, cap. cauſam quæ, Qui filii ſint legitimi.

Reliqua vide verbo Deſcendentes.

ASSECLA dicitur, ab aſſequor, aſſequeris: vnde Aſſecla dicitur ſeruus, gl. 1. in can. in quoſcumque, 44. 1. q. 1.

ex **ASPECTV** mulieris ne poſſit ſubſequi concupiſcentia, eſt adhibenda cautela, gl. vultus, in extrauag. ſedes Apoſtolica, Ioan. 22.

ASPIDIS proprietas eſt, quod aurem alteram calcat in terram, alteram obturat cauda, vt incantationem audire non poſſit, gl. aſpidis, in cap. ad Apoſtolicæ, §. ſed licet, de re iudic. lib. 6.

ASSASSINI dicuntur, qui non timent mortem, gl. formidantes, in cap. 1. de homicid. lib. 6.

Aſſaſſini dicuntur, qui pro pecunia homines occidunt, d. gl. formidantes, in add.

per Aſſaſſinos faciens, vel tantum mandans aliquem interfici, tanquam ab omnibus diffidatus, abſque alicuius prolatione incurrit ſententias excommunicationis, & depoſitionis ab officio, & beneficio, d. cap. 1.

Reliqua vide in verbo, Excommunicatio, 16.

ASSENSVS & ratihabitio idem ſunt, cap. 2. & ibi gl. a. de pactis.

Aſſenſus quandoque ſumitur pro authoritate, ſeu confirmatione ſuperioris, ibid.

Reliqua vide in verbo, Ratihabitio.

ASSERENS aliquid fuiſſe factum in fraudem, illud debet probare, gl. exonerare, in cap. paſtoralis de officio deleg.

Aſſerenti ſe abſolutum ab excommunicatione, non creditur, niſi probet per aliquas legitimas probationes, cap. ad audientiam, de probatio.

Aſſerenti aliquid, incumbit probatio, gl. ſi. in cap. ad noſtram, de probat.

Aſſerens firmiter, vel credens id de quo eſt incertus, peccat mortaliter, can. ſi quis dixerit, & can. ſeq. 22. q. 3.

Aſſerens ſe accuſaturum aliquem coram iudice ante inſcriptionem, poteſt ſine pœna deſiſtere, & non accuſare: ſed ei deſiſtenti ſilentium imponitur in perpetuum, cap. licet, 14. de accuſat.

Aſſerenti ſe eſſe diſpenſatum, non creditur; oportet ergo diſpenſationem probari legitime factam ab habente poteſtatem, cap. ſi. de Schiſmaticis.

Aſſerens ſe dubitare, vbi non eſt dubitandum, non excuſatur, gl. merito, in cap. ſtatutum, §. cum vero, de reſcript. lib. 6.

Aſſerenti, ſibi aliquid diuinitus fuiſſe reuelatum, non creditur, gl. reuelatur, in clem. 1. de reliquiis & vener.

Aſſerenti ſe veniſſe cum mandatis principis, non eſt credendum, niſi prius ipſe hoc in ſcriptis probauerit, extrauag. iniunctæ, de elect. inter communes.

Aſſerens ſe eſſe in officio, dignitate, vel gradu, non debet haberi pro tali, niſi prius ipſe, quod aſſerit, legitimis documentis oſtenderit, ibid.

Aſſerenti ſe legatum Sedis Apoſtolicæ, non creditur: niſi de mandato Apoſtolico oculata fide doceat, ibid.

Aſſerenti bonum malum: vel è conuerſo malum bonum; erit hoc æterna damnatio, can. væ qui dicitis, 11. q. 3.

Aſſerens firmiter iuſtum iniuſtum; vel iniuſtum, iuſtum; abominabilis eſt vterque apud Deum, quia mortaliter peccat; ſimiliter ſanctum non ſanctum: vel è contra, can. ſi quis dixerit, 22. q. 3.

Aſſerens aliquid per ſua ſcriptum, probare debet, gl. ſi. in can. ſanctum, de conſecrat. diſt. 4.

Aſſerere, defendere, & tenere, pro eod. ponuntur, clem. 1. §. porro, de ſumma Trinit.

ASSERTIONES, vel negationes debent eſſe ſimplices, *eſt, eſt, non, non*, abſque confirmatione iuramenti, cap. & ſi Chriſtus, de iureiurando.

Aſſertioni vel negationi ſimplici alicuius non credere, procedit ex pœna peccati priorum parentum, ibid.

Aſſertioni ſimplici de læſione, aduerſus omiſſam probationem petenti reſtitui, ſtatur; vbi ſtatim per deducta, poteſt conſtare de dicta læſione, ante teſtium examinationem, cap. auditis, de in integr. reſtit.

Aſſertioni iudicis quandoque creditur, gl. aſſertionibus, in clem. 2. de foro comp.

Aſſertioni alicuius ſine iuramento, & in proprio facto, quandoque creditur: regulariter tamen contra, ibid.

Aſſertio communis facit fidem, clem. 2. §. ſ. de pœnitent. & remiſ.

Reliqua vide in verbo, Negatio, Affirmatio.

ASSESSOR debet eligi de conſenſu partium, ſi partes conuenire volunt; aliàs eligat iudex non ſuſpectum: & illum debent partes recipere, etiam inuitæ, gl. aſſeniu, in cap. ſuper quæſtionum, §. verum, de officio deleg.

Aſſeſſor, ſpe præmiorum inuitandus eſt, gl. pe. in cap. cum ab omni, de vita, & honeſtat. gl. competenti, in cap. ſtatutum, §. aſſeſſorum, de reſcript. lib. 6.

Aſſeſſor bene poteſt petere mercedem, quia ſuis ſumptibus ad hoc non cogitur, gl. pe.

Aſſeſſor vt ſuſpectus, recuſari poteſt, cap. ſtatutum, §. aſſeſſorem, & ibi gl. ſuſpectum, de reſcript. lib. 6.

Aſſeſſor, qui non eſt de ſuſpectis, aſſumi poteſt, licet non ſit de confidentibus, in quos partes forſan non conueniunt, d. gl. ſuſpectum.

Aſſeſſor debet habere ſalarium, gl. competenti, ibid.

Aſſeſſor quamuis delegatus iudex moriatur, vel partes concordent; nihilominus ſalarium ſtatutum debet habere, vel habitum non reſtituet, gl. communiter, ibidem.

Aſſeſſorum officium conſiſtit in libellis dictandis, gl. dictantibus, in can. illud, 23. q. 4.

Reliqua vide in verbo, Salarium.

ASSIS-

Digitized by Google

ASSISTERIVM apud Græcos eſt locus, in quo vnus ſacerdos, quinque acholyti, quinque mulieres, quæ aſſiſtere dicuntur, manent, gl. Aſſiſteriam, in can. ſi quis rapuerit, 27. q. 2.

ASSIGNARE verbum, refertur ad aſſignationem iuris, & facti, cap. veniens, de author. & vſu palii.

Aſſignatur verbis, nutu, teſtamento, vel codicilis, gl. fi. in cap. appellatio, de appellat. lib. 6.

Aſſignare verbum denotat totalem beneficii collationem, vnde *aſſigno tibi tale beneficium* importat idem, quod confero, cap. ſi beneficia, 20. de præbend. lib. 6.

Reliqua vide in verbo, Contractus, 2.

ASSIDVITAS quandoque facit aliquid eſſe peccatum, quod alias non eſſet, gl. 2. in can. ita ergo, 22. q. 5.

ASSIDVVM illud dicitur, quod non fit continuum tempore, ſed interpellato: dum tamen fiat congruis temporibus, & debitis, cap. 5. de reſtitut. ſpoliat. lib. 6.

Aſſidue fieri dicitur, quod fit interuallato tempore, congruis tamen horis, can. frequens, diſt. 54

Aſſidue fieri dicitur id, quod fit debito tempore, licet non fiat quolibet tempore, & momento, can. de quibuſdam, diſt. 37.

Reliqua vide in verbo, Continue, Semper.

ASSISII dicuntur beneficiati, id eſt quaſi aſſidui, qui in multis Eccleſiis dicuntur manſionarii, gl. pe. in cap. pe. de Cleric. non reſiden.

Aſſiſii dicuntur beneficiati, qui deſeruire debent Eccleſiæ: & non vocantur iſti ad communes tractatus cum Canonicis, ibid.

Reliqua vide in verbo, Beneficiatus,

ASTRA ſuperiora, quòd ſint cauſa rerum inferiorum, non eſt dicendum: licet ſint ſigna rerum, gl. fi. in can. non liceat 26. q. 5.

ASTROLOGI dicti ſunt, eo quod in aſtris augurantur, can. 1. 26. q. 3.

ASTRONOMIA ſeu Aſtrologia apud Catholicos in deſuetudinem abiit, can. ſors, 26. q. 2. gl. 1. in can. ſi qui, diſt. 37.

Aſtronomi, qui veram ſtellarum poſitionem, cum quiſque naſcitur, peruestigant, & inde conantur prædicere noſtras actiones, vel actionum euentus, nimir errant, can. illud quod 26. q. 2.

Aſtronomia non eſt reprehendenda in ruſticis, quoad inſpiciendum tempus ſeminandi, nec in medicis, quoad tempus potionum, & minutionum, gl. fi. in can. non liceat, 26. q. 9. Sed reprehenduntur illi, qui credunt ineſſe neceſſitatem ſuperioribus, ibid.

Reliqua vide in verbo, Diuinationes, Elementa, Planetarius, Genethliaci, Horoſcopi.

ASSVETVDO in malum, periculoſa multum eſt, cùm non ſit peccatum adeo veniale, quin per aſſiduitatem tranſeat in mortale, gl. aſſueta, in extrauag. dierum, Ioan. 22.

Aſſueti hominis vita in malum, dicitur difficilis ad mutandum, ibid.

Reliqua vide in verbo, Conſuetudo, Conſuetum.

ASSVMERE ſibi ſua authoritate id quod alicui ſpecialiter eſt conceſſum, indignum, & temerarium eſt, gl. fi. in cap. cum ad quorumdam, de exceſſibus, Prælat.

ATHLETAE ſecundum canones prohibentur, nec habent locum. gl. 1. in cap. 1. de purga. vulga.

ATQVE dictio, ponitur quandoque pro id eſt, gl. anathematis, in can. reperiuntur, 1. q. 1.

ATRIVM Eccleſiæ dicitur cœmeterium, quod habere debet quadraginta paſſus, in circuitu Eccleſiæ maioris: ſed capellæ, vel minoris Eccleſiæ debet habere triginta paſſus, gl. 2. in can. nullus, 52. q. 5.

ATTENTARI quod poteſt ante appellationem; poteſt & attentari poſt appellationem interpoſitam, cap. Paſtoralis, de iure patronat.

Attentare propriè dicitur, qui facit actum abſque rationabili cauſa, cap. quamuis, de officio Ordinarii, lib. 6.

Attentari ſicut nihil debet poſt appellationem à diffinitiua; ita nec pendente tempore, quod competit condemnato ad appellandum, ſcilicet vſque ad decem dies, gl. innouata, in cap. non ſolum, de appellat. lib. 6.

Attentare eſt ad actum perducere, ſiue procedere, gl. 5. in can. ſi quis non dicam, 36. q. 2.

ATTENTATIO non fit ſine actu, gl. fi. in can. ſi quis non dicam, de pœnitent. diſt. 7.

Attentatio operis, etiam illo non ſecuto, punitur, can. nemo, de pœnit. diſt. 5.

Attentatio ſola, & ſolus conatus, vel ſola voluntas punitur quandoque, vel ſola expectatio mercedis, vel ſola cogitatio, aut ſola intentio, ſola aggreſſio, ſolus auſus, ſola ſollicitatio, etiam non ſecuto effectu punitur, gl. 3. in can. ſi quis tam maſculum. de pœnitentia, diſt. 2.

Reliqua vide in verbo, Conatus, Animus, Cogitatio.

ATTENTATA poſt appellationem, in priſtinum ſtatum ſunt reuocanda, cap. ea parte, & ibi gl. pe. de reſcript. cap. non ſolum, & ibi gl. ante omnia, de appellat. lib. 6.

Attentatum reuocare, eſt reducere rem ad priſtinum ſtatum ante attentationem, cap. non ſolum, §. illa, de appellat. lib. 6.

Attentata, lite pendente, etiam ante appellationem, appellatione iuſtificata, veniunt in irritum retractanda: & idem dicendum eſt de attentatis poſt itineris arreptionem, cap. cum cauſa, de officio deleg.

Attentata poſt appellationem ab interlocutoria, ipſo iure ſunt nulla, cap. ſuper quæſtionum, §. fi. eod. cap. exhibita, & ibi gl. fi. de iudiciis.

Attentata vigore ſententiæ nullæ, ſunt in priſtinum reducenda: ſicut attentata pendente appellatione, cap. 2. Vt lite non conteſt.

Attentatum poſt, & contra appellationem extraiudicialem, eſt ipſo iure nullum, cap. ad audientiam, & cap. dilectis, 55. de appellat.

Attentati via, non ſolum competit contra primum attentantem, ſed etiam contra tertium, qui ſucceſſit in re attentata, cap. bonæ memoriæ, 51. eod.

Attentata, ſeu innouata omnia poſt appellationem, non debent reuocari: ſed illa tantum, quæ concernunt præiudicium ipſius appellantis, cap. ſolicitudinem, 54. eod.

quoad Attentatorum nullitatem, regulariter non ſufficit exprimere cauſam probabilem appellationis, niſi etiam ſit vera: ſed non habet locum, ſpeciali iure in appellatione ab electione, gl. ex probabili, in cap. ſi poſtquam, de electiõn. lib. 6.

Attentata debet reuocare iudex ad quem, non iudex à quo, cap. non ſolum, 7. de appellat. lib. 6.

Attentatorum reuocationem petens, debet primo iuſtificare cauſam in appellatione expreſſam, quando appellatur ab interlocutoria, d. cap. non ſolum, §. illa vero, eod.

Attentata poſt appellationem ante diffinitiuam, non reuocantur, niſi primo de veritate conſtiterit, vel niſi poſt inhibitionem debito modo factam, attentata fuerint, ibid.

Attentata, & innouata non ſolum poſt litem conteſtatam, ſed etiam ea quæ ante, ſaltem poſt citationem ſine libello, ex puro & mero iudicis officio, reuocantur in priſtinum ſtatum, gl. 2. in clem. 2. Vt lite pendente.

Attentatum diffinitiue poſt appellationem legitimam, eſt nullum. non tamen impeditur executio attentati, quando tres ſententiæ conformes ſunt latæ, clem. 1. de re iudic.

Attentata poſt ſententiam, ſcilicet ante appellationem, reuocantur per modum attentati, gl. extraiudicialem, in clem. ſicut, de appellat. lib. 6

Reliqua vide in verbo, Appellatio, 39. 40. *Innouatio*.

ATTESTATIONES coram arbitris receptæ valent coram aliis iudicibus, gl. 1. in cap. cauſam quæ, 11. de teſtibus.

Atteſtationes in uno iudicio receptæ, faciunt fidem in eadem cauſa, & inter eaſdem perſonas, coram alio iudicio, d. cap. cauſam.

Atteſtationibus publicatis ſuper eodem capitulo, non ſunt iidem, vel alii teſtes recipiendi, cap. intimauit, & ibi gl. & cap. cauſam quod, 29. eod.

Atteſtationum publicatio non nocet tertio, quin poſſit ſuper illis articulis, vel directo contrariis, teſtes pro iure ſuo producere, etiam ſi non ſit omnino certus, ſed habeat aliquam communitatem in illa cauſa, cap. conſtitutis, 30. & ibi gl. produxiſſe, eodem.

Atteſtationibus publicatis non obiicitur in perſonas teſtium, niſi iurauerit quis, quod malitioſe ad hoc non procedit, vel ante publicationem id fuerit proteſtatus, vel oſtenderit, quod poſt publicationem didicerit id, quod obiicit in perſonas teſtium, cap. præſentium, 31. eod.

Atteſtationibus publicatis admittitur aduerſarius ad probandum contrarium, ſi ante publicationem, ſuper hac probatione contraria, inſtrui non potuit, cap. ex tenore. 35. eod.

Atteſtationibus publicatis poſſunt recipi teſtes ſuper nouo articulo; ſed non ſuper veteribus articulis, gl. fi. ibid.

Atteſtationes receptæ in ſummario, fidem non faciunt in plenario iudicio: & illarum publicatione non obſtante, iidem vel alii teſtes. ſuper eiſdem capitulis, recipi poſſunt, cap. veniens, 38. eod.

Atteſtationes in vna cauſa productas poſſunt partes communi conſenſu in alia cauſa, & ad alium effectum approbare, d. cap. veniens, & ibi gl. vellet.

Atteſtationibus publicatis in ſummario, poſſunt iidem, vel alii teſtes recipi in plenario; qui ſi in plenario contrarium primo dicto in ſummario depoſuerint, non valet eorum dictum, gl. vtraque pars, ibid.

Atteſtationes teſtium vt valeant, oportet quod conſtet de citatione aduerſarii: & in dubio non præſumitur pars aduerſa citata, can. ſignificauit, 41. eod.

poſt Atteſtationes publicatas, nouum capitulum probari poteſt per teſtes antiquos, cap. cum cauſa, 42. eodem.

Atteſtationibus publicatis poſſunt produci teſtes ſuper eodem articulo, vel directè contrario, qui fuerunt producti in iudicio ſummario, ſeu extra iudicium, cap. in tua, 44. eod.

Atteſtationes receptæ per arbitrum, fidem faciunt in iudicio, ſi teſtes mortui ſunt: ſi viuunt, eſt in optione illius, contra quem ſunt producti, an velit atteſtationes recipere, an teſtes

de nouo deponere, etiam ſi ſiot pnblicatæ atteſtatienes, cap. præſentata, eod.

Atteſtationes receptas in alio iudicio, & inter alias perſonas poteſt quis approbare: ſed cogi non poteſt: ſed ſi in alio iudicio, & inter eaſdem perſonas receptæ fuiſſeor, tunc tenetur illas ratas habere, ſi ſint publicatæ, gl, nocumentum, in cap. inter dilectos, de fide inſtrum.

Atteſtationes teſtium receptorum, contra abſentem non contumaciter, non valent, can. chartæ, 3. q. 9.

Reliqua vide in verbo, Teſtimonium, Depoſitio, Teſtir, 46. vſque 49.

AVARITIA eſt mater omnium malorum, gl. oriuntur, in cap. nam concupiſcentiam, de conſtit. gl. 1. in extrauag, execrabilis, Ioan. 22.

Auaritia eſt idolorum ſeruitus, cap. auaritiæ, 10. de præbend. gl. auatæ, in extrauag. execrabilis, de præb. inter communes, can. cum omnis, 20. 1. q. 1. & can. ſaluator, § 1. 1. q. 2.

Auaritia inducit cæcitatem mentis, cap. auaritiæ, de electiou. lib. 6.

Auaritia excæcat animos, vt ageoda non videant, & à prohibitis non declinent, gl. cæcitas, ibid.

Auaritia ſola iuueneſcit, homine ſeneſcente: cætera tamen vitia ſeneſcunt, gl. inſatiabilis, in extrauag. execrabilis, de præbend. inter communes.

Auaritia eſt inſatiabilis, can. ſicur hi, diſt. 47.

Auaritiæ qualitas ſemel impreſſa in homine, ſemper præſumitur perdurare, can. ſicut hi, diſt. 47.

Auaritia impedit promoueodum, gl. ita tamen, in can. 1. diſt. 85.

Auaritia nunc ereuit in Eccleſiis, ſicut in Romano imperio, can diaconi, 23. §. nunc autem, diſt. 93.

propter Auaritiam ſacerdotum, ſæpe odia conſurgunt, Epiſcopi accuſantur à clericis, ibid.

in Auaritiæ vitio ſcienter perſeuerans, plus peccar, quam qui credens ſe bene ſentire de fide, incidit in hæreſim, ſequendo aliquorum opinionem, quam putat veram, cao. quæro, 6. q. 1.

Auaritia eſt fornicatio, quia auaritia eſt idoaltria: & idolatria, infidelitas: & infidelitas, foroicatio, gl. auaritia, in can. idolatria, 28. q. 1.

Auaritiæ omnis ſuſpicio ab Eccleſiaſtico ordine abeſſe debet, Concil. Triden. ſſ. 21. de reformation. cap. 1.

Reliqua vide in verbo, Cupiditas.

AVARVS eſt, qui tenet tenenda & non tenenda, gl. 2. in cap. pe. de conſuetud.

Auarus appellatur cæcus, & ambitioſus, gl. cæcitas, in cap. auaritiæ, de electiou. lib. 6.

Auarus quilibet, appellatur cæcus, quia non habet oculos interioris intentionis ad Deum, gl. excæcauit, in extrauag. execrabilis, Ioan. 22.

Auarus ſemper eget, gl. 1, in can. ſicut hi, diſt. 47.

Auari mens, ſemel vioculis cupiditatis aſtricta, ſemper aurum, ſemper argentum videt, ſemper redditus computar: gratius intuetur aurum quàm ſolem: ipſa eius oratio, & ſupplicatio ad Deum, aurum quærit, d. cap. ſicut hi.

Auari non dant remiſſionem peccatorum, can. remiſſionem, 39. 1. q. 1.

Auarus dicitur idolorum cultor, quia cultum Deo debitum, nummo impendit, io ſumma, 26. q. 5.

Reliqua vide in verbo, Cupiditar, Philoſophus, Prodigur.

AVCVPATIONES fiunt ad aues; inde aucupator, auium raptor, gl. venationibus, in clem. ne in agro, §. porro, de ſtatu Monachorum.

Reliqua vide in verbo, Venatio, Venator.

AVDACIA reprobatur, & in malam partem ſumitur, clem. 1, & ibi gl. 1. de officio Ordin.

Audacia ſumitor in malam partem, quandoque tamen in bonam, gl. audacia, in cap. 2. de cenſib. lib. 6.

Audacia proprie eſt vitium, cuius contrarium vitium eſt puſillanimitas, quorum medium eſt fortitudo, d. gl, audacia, in add.

Audacia admixta temeritati eſt prohibita, cap. quia plerique, de officio Ordinarii, lib. 6.

Reliqua vide in verbo, Temeritas.

AVDIRE cauſam, non includit quod poſſit condemnare, can. 1. 5, q. 4.

Audiri non debet qois, contra ea quæ publice facta ſunt, gl. 2. in can. curæ, 11. q. 3.

Audiens proceſſum alicuius cauſæ, non ſequitur intellexiſſe merita cauſæ: poteſt enim concurrere auditus alicuius rei abſque eius intellectu, cap. auditis, de electione.

AVDIENTIA literarum Apoſtolicarum, & palatium Papale differunt inter ſe, clem. dudum, & ibi gl. literarum, de iudicijs.

Audientia eſt deneganda in caſu intruſionis, ſchiſmatis, & cum quis recipit Eccleſiam de manu laici, & cum quis excommunicat ſuum maiorem, gl. audientia, in can. *in nomine*, diſt. 23.

Audientiæ appellatione non includitur terminatio, & ſic commiſſa audientia cauſæ, non intelligitur commiſſa deciſio, cap. 1. de ſupplend. negli. Prælat.

AVDITOR ex commiſſione, qui de cauſa cognoſcit, poteſt ſententiare, ſi hoc habeat in mandatis, cap. veniens, de renunciation.

Auditor dicitur his, cui committuntur media cauſæ ſine iuriſdictione, cap. ſuper quæſtionum, §. verum, de officio deleg.

ab Auditore appellari non poteſt, niſi modum excedat, d. cap. ſuper quæſtionum, §. porro.

Auditor, & non cognitor, vel executor propriè dicitur ille, cui committitur articulus medius, id eſt articulus noo iuriſdictionis, ibid.

Auditor potius dicitur habere notionem, quàm iuriſdictionem, gl. auditor, ibid.

Auditor datus à delegato, ſine partium conſenſu, non poteſt vt ſuſpectus recuſari ſine cauſa, d. cap. ſuper quæſtionum, §. quem vero.

Auditor non habet poteſtatem decidendi cauſam, niſi hoc habeat ſpecialiter in mandatis, cap. Abbatæ, §. fi. & ibi gl. non expreſſa, de præſcript. lib. 6.

Auditores deputantur in euria per viam reſcripti, clem. auditor, de reſcript.

Auditor datus in euria, habet poteſtatem cognoſcendi, terminandi, & exequendi, ibid.

Auditor deputatus in euria, in cauſa beneficiali pronuncians beneficium debitum, poteſt conferre illi, cui pronunciat debitum, de iure: ſecùs ſi ſit deputatus extra curiam auditor, aut delegatus, d. clem. auditor, & ibi gl. 1. & gl. 2.

Auditor nullus in euria habet iuriſdictiooem ordinariam, niſi Papa, gl. 1. ibid.

Auditor deputatus à legato, ad quem etiam ſpectat beneficij prouiſio, non poterit prouidere, etiam ſi ſibi fuerit commiſſa pronunciatio: quia nec aliter auditor pronunciat, ſed audit & refert, gl. deputatus, ibid.

Auditor deputatus extra curiam, non habet poteſtatem pronunciandi, & exequendi: ſed debet audire & referre, gl. in Romana, ibid.

Auditor deputatus à Papa in minoribus cauſis dicitur ille, qui ſecundum morem curiæ, per referendarium, vel alium officialem ad hoc datum, deputatur ad audiendam talem cauſam beneficialem, delatam ad curiam, gl. deputatus, ibid.

Auditor deputatus à Papa in cathedralium & regularium Eccleſiarum cauſis, tàm maioribus quàm minoribus dicitur ille, cui Papa ex ſuo ore & propria voce committit: & de ſtylo curiæ eſt, quod has maiores cauſas beneficiales deuolutas ad curiam, vt plurimum committat Cardinalibus, ibid.

Auditor deputatus ſuper cauſa appellationis à denegatione confirmationis, vel electionis, vel à caſſatione electionis, poterit pronunciare bene appellatum, & reuocare caſſationem, ac poterit confirmare, gl. debitum, ibid.

Auditor deputatus à Papa, dicitur fungi vice iudicis io ſententiando, & vice executoris in conferendo, gl. pe. ibid.

Reliqua vide in verbo, Camerarius.

AVDITORIVM eſt locus, in quo cauſæ tractantur, gl. 1. in cap. veritatis, de dolo & contum.

AVDITVS & viſus dicuntur maculari, quando quis intereſt actibus turpibus ac obſcœnis moribus corporum, & prohibitis, can. presbyteri, diſt. 34.

ad Auditus poſitionem non ſequitur neceſſario quod ponatur intellectus, ſed præſumptiue ſic, cap. auditis, de procuratoribus.

AVFERRE & non dare, vel detinere, paria ſunt tempore neceſſitatis, in quo omoia dicuntur communia, gl. fi. in cap. ſæpe, de reſtit. ſpoliat.

Auferri non dicitur, quod differtur, gl. retardari, in cap. ſtatutum, de hæreticis, lib. 6.

Auferre violenter, dicitur ille, qui ſumit vltra quàm ſibi expediat, can. ſicut hi, diſt. 47.

Auferre per violentiam dicitur ille, qui vltra neceſſaria ſibi retinet; quod verum eſt, ſi hoc fiat tempore neceſſitatis: nam aliàs poteſt quis ſibi retinere vltra neceſſaria, gl. etiam, ibid.

Auferre magis eſt, quàm non dare: quandoque tamen equiparantur, can. etſi illi, & ibi gl. 2. 12. q. 2.

Auferre vni Eccleſiæ, & dare alteri eſt priuilegium ſolius Papæ, gl. 1. in can. Eccleſiæ, 16. q. 1.

Auferre idem eſt, quod non dare, gl. inuadunt, in can. decimæ, 16. q. 1. gl. 2. in can. contra ſanctorum, 16. q. 7.

Auferri poteſt quandoque alicui, quod non habet, gl. ſacerdotalis, 23. q. 4.

Auferens delinquit magis, quàm qui non dat, gl. minos, in can. ſicut ij, diſt. 47.

Reliqua vide in verbo, Epiſcopus, 141. 142. 143. Papa, 63.

AVFVGIENS in bello publico, hoc eſt deſertor, ſecundum canones eſt infamis; ſecundum leges capite punitur, gl. deleratur, in can. jus militare, diſt. 1.

Reliqua vide in verbo, Fuga.

ad AVGENDVM inductum, non debet operari ad diminutionem: & è conuerſo, clem. exiui, §. deinde, de verbo. ſignificat.

Augmentum eiuſdem generis eſſe cenſetur, cuius eſt res, cui adiungitur, cap. ſi. §. ſi autem, de conceſſione præb. lib. 6.

AVGVRIA dicuntur, quaſi auium garria, id eſt avium voces, & linguæ, can. 1. 26. q. 3.

Augurium dicitur etiam, quaſi auigerium, quod aues gerunt, ibid.

Auguriis ſiue laici ſiue clerici ſi ſtudeant, & ſub nomine fictæ religionis, diuinationis ſcientiam profiteantur, vel conſulere, vel docere deteguntur, excommunicari debent, can. aliquanti, 26. q. 5.

Auguriis & incantationibus ſeruiens, vel Iudaicis ſuperſtitionibus, vel feriis inhærens, debet ab Eccleſia ſeparari, can. auguriis, 26. q. 5.

Auguria ſunt auium; & Phryges primo inuenerunt, can. nec mirum, 26. §. auguria, 26. q. 5.

Augures ſunt, quia volatus auium & voces intendunt, aliaque ſigna rerum, vel obſeruationes improuiſas hominibus occurrentes ſerunt: iidem ſunt & auſpices, can. 1. 26. q. 3. & 4.

Reliqua vide in verbo, Ægyptus, Auſpicia, Diuinare, Elementa.

AVGVSTINI, & Ambroſii, & aliorum Doctorum Eccleſiæ dicta, ſunt approbata ab Eccleſia; & poſſunt allegari, cùm dubitatur de efficacia Sacramentorum, cap. 2. de presbytero non baptizato.

Auguſtino magis credendum eſt in diſputationibus: præfertur tamen Hyeronimus in hiſtoriis, & translationibus: ſed Gregorius in moralibus præfertur, gl. 1. in cap. & veterum, diſt. 9.

Auguſtinus ſe commendat, æquiparando ſe Prophetis, gl. 1. in can. tenere, diſt. 31.

Auguſtinus, nec cum ſorore habitare conſenſit, dicens, *quæ cum ſorore mea ſunt, ſorores meæ non ſunt*, cuius cautela nobis debet eſſe inſtructio, can. legitur, diſt. 81.

Auguſtinus dicere ſolebat, quod à puero nondum anniculo paratus erat edoceri, gl. 1. in cap. 1. diſt. 84.

Auguſtinus laudatur, quod coepiſcopus factus ſit Valerio Hipponenſi Epiſcopo viuenti, & incolumi, & hoc poſtulanti; eoque illa Eccleſia talem habere meruerit: idque fuit factum ſpeciali iure, & propter vtilitatem Eccleſiæ, non perſonæ, can. non autem, & ibi gl. 1. 7. q. 1.

Auguſtinus quandoque dormitauit, gl. cum enim, in can. nuptiarum, 27. q. 1.

AVIDA mens potentiæ, nec abſtinere nouit à vetitis, nec gaudere conceſſis, nec adhibere conſenſum pietati, gl. 1. in cap. 2. de conceſſ. præbend. lib. 6.

AVLA dicitur ſala, vel ſpatioſum habitaculum, communiter habens quatuor alas, gl. in aulis, in clem. 1. de baptiſmo.

AVRES male intelligentibus ſunt euellendæ, gl. 1. in can. vino, diſt. 37.

Aurem alicuius tangens, totum eum tegiſſe videtur, can. vulgari, de pœnitent. diſt. 1.

AVRVM omnibus metallis eſt excellentius, gl. veſtigiis, in clem. Romanam, §. porro, de iureiurando.

Aurum per fallaciam non debet quis ab alio extorquere, clem. 2. de pœnit. & remiſſ.

Aurum, & argentum poſſidere, prohibitum eſt à domino, gl. proinde, in clem. exiui, §. proinde, de verbor. ſignification.

Aurum ſubtili ingenio debemus extorquere à Barbaris, gl. prudenter, in can. mandatis, diſt. 43.

Aurum æque bonum eſt in area furis, ſicut in theſauris regis: ſed à fure illicite habetur, illicite datur vel accipitur: à rege tamen licite habetur, licite datur, & licite accipitur, can. quod quidam, 97. §. ex his, 1. q. 1.

Aurum non quærunt Sacramenta, neque auro placant, quæ auro non emuntur, can. aurum, 12. q. 2.

Aurum pro ſapientia ſumitur, gl. ſi. in can. multi, de pœniten. diſt. 2.

Auro ſi gemma iungatur, non cedit auro; ſed è conuerſo aurum cedit gemmæ, gl. auro, in can. ſi. §. nouem, de pœnit. diſt. 2.

Reliqua vide in verbo, Argentum, Chryſis.

AVSPICIA ſunt, quæ iter facientes obſeruant, dicta ſunt auſpicia quaſi auium ſpicia, can. 1. 26. q. 3.

Auſpiciorum duo ſunt genera: vnum ad oculos ſcilicet volatus, ad aures vox auium, ibid.

in Auſpicio, id eſt in exordio litis, gl. 1. in cap. Paſtoralis, de cauſa poſſeſſion.

Reliqua vide in verbo, Egyptus, Auguria, Diuinare.

AVT dictio, quandoque ponitur coniunctiue, pro & gl. 2. in can. 2. de confeſſis, lib. 6. gl. aut, in can. omnibus, 1. q. 6.

Aut dictio facit alternatiuam diſpoſitionem, in qua ſufficit alterum eſſe verum, clem. 1. §. ſceus, de conceſſ. præbend.

Aut dictio ſtat disiunctiue, can. nos in quemquam, 2. q. 1.

Reliqua vide in verbo, Alternatiua.

AVTHENTICA ſcriptura appellatur, tribus modis: vel quia adeſt ſigillum Epiſcopi; vel quia eſt apud acta inſinuata: vel quia habeat ſubſcriptionem trium teſtium: item quarto modo, quando manu notarii ſubſcripta eſt, gl. vt authentica, & ibi add. marg. in can. dicenti, §. omnes, 25. q. 2.

Reliqua vide in verbo, Scriptura, 1. 2. 3. 5. 8.

AVTHORITAS ſuperioris non eſt neceſſaria in deſtructione illius, quòd neceſſariò eſt deſtruendum, gl. venite, in cap. venerabilem, de electione.

Authoritas & iuriſdictio idem ſunt, cap. in literis, de officio deleg.

Authoritas quandoque ſonat in factum, & non in ius, cap. ex literis, de tranſactio.

Authoritas ſanctorum poteſt allegari in deciſionibus cauſarum, cap. cum apoſtolica, de his quæ fiunt à Prælato, & cap. cum ſint, 18. de decimis.

Authoritatem quis non debet præſtare proprio ſuo facto, gl. tanquam princeps, in cap. per venerabilem, Qui filii ſint legitimi.

Authoritates veteris & noui teſtamenti poſſunt allegari in deciſionibus cauſarum, & ſuper modo procedendi, cap. qualiter, & quando, de accuſat.

Authoritatem allegare licitum eſt, ſine alia aſſignatione quotæ, cap. fundamenta, 17. de electione. lib. 6.

Authoritas eſt authorizabilis conſenſus, qui competit ſibi ex publico officio, vel ex legitima adminiſtratione, ſicut ſunt tutores, & curatores, gl. tractatus, in cap. 1. de rebus Eccleſiæ non alien. lib. 6.

Authoritas, vbi requiritur in aliqua diſpoſitione, debet adhiberi in ipſo actu incontinenti, ante vel poſt, gl. ante omnia, in add. in clem. 1. de foro comp.

Authoritas ſuperioris in leuibus excuſat, ſed in grauibus non, gl. 1. in can. multis, diſt. 17.

Authoritas canonis in iudicando, eſt maior authoritate ſanctorum, gl. illorum, in can. de libellis, diſt. 20.

Authoritatibus gentilium, de Deo veritatem continentibus, vti poſſumus ad eos conuincendos, non tanquam authoritatem præbentibus, can. ſi quid, diſt. 36.

Authoritatem rei propriæ nemo poteſt dare, gl. ſi. in can. in venditionibus, 17. q. 4.

Authorizatione principalis tranſactionis, ſuper re propria ſcienter facta, perdet quis ius ad illam competens, cap. ex literis, de tranſactio.

Authorizare, vel conſenſum præſtare non poteſt quis in facto proprio, etiam prætextu conſuetudinis immemorabilis, clem. 2. de rebus Eccleſiæ non alien.

Reliqua vide in verbo Scriptura, 6. 7. 8. 9.

AVTHOR omnis boni Deus eſt, quia nihil boni ſine eius gratia, gl. domino, in extrauag. ſancta Romana, Ioan. 22.

Authore reprobato ratione ſectæ, omnia eius dicta & facta pro reprobis ſunt habenda, gl. firmitatis, ibid.

Authore reprobato, eius ſcripta ſunt reprobanda, etiam ſi illa eſſent bona, gl. pe. in cap. damnamus, §. ſi. de ſumma Trinitat.

Author licet non reprobetur, eo quod confiteatur ſe ſeruare fidem Catholicam; tamen ſcripta eius reprobantur, ſi continent malam ſententiam, ibid.

Authore damnato, damnantur eius ſcripturæ, libri, & opera, cap. fraternitatis, 4. de hæreticis.

Authore condemnato, & ſcripta eius non debent admitti, etiam ſi aliqua vtilia ſint ibi: niſi approbarentur ratione bonæ ſententiæ, vt ſcripta Origenis, qui fuit damnatus poſt mortem; & ſic ſi approbarentur, valerent, aliàs non gl. 1. ibid.

Authoribus omnibus iuris, æqua prærogatiua ſeruanda eſt, gl. nec cuiquam, cap. literas, de reſtitution. ſpoliat.

Authoris vitium non nocet ſucceſſori, quando vitium concernit tantum perſonam authoris, & non rem tranſmiſſam in ſucceſſorem, cap. iudex, de officio deleg. lib. 6.

Reliqua vide in verbo, Scripta, Liber, Opuſcula.

AVVS poteſt adoptare nepotem ex filio, tanquam genitum ex alio filio: & hoc non tanquam auus, ſed tanquam extraneus, gl. 1. in cap. poteſt quis, 68. de reg. iuris, lib. 6.

AVXILIVM ordinarium cui competit, non competit extraordinarium, gl. propoſuit, in cap. 2. de officio iudicis, & gl. de gratia, in cap. cum olim, 14. de priuilegiis, clem. dudum, §. nos autem, de ſepultur.

Auxilium Eccleſiæ fruſtra implorat, qui committit in eam; & fruſtra implorat legis auxilium, qui committit in eam, gl. cum facto, in cap. ſi. de vita & honeſtat.

Auxilium, conſilium, & fauorem dantes delicto, ita puniantur, ſicut delictum perpetrantes, cap. alma, §. illis etiam, de ſent. excommunic. lib. 6. & clem. 1. de immunit. Eccleſiæ, & gl.

& gl. dantes in extrauag. 1. de immun. Eccleſiæ, inter communes.

Auxilium nouum datur, propter nouum caſum, gl. fi. in can. ne quis arbitretur, 22. q. 2.

Auxilium humanum cum non ſupereſt, tunc debemus recurrere ad diuinum auxilium, gl. 1. in ſumma, 26. q. 2.

Auxiliari aliud eſt, & aliud eſt conſulere, & aliud fauere, cap. ſi aduerſus, de hæreticis.

Reliqua vide in verbo, Nouum, Opem.

B

BABYLONIORVM captiuitatem futuram per Darium & Cyrum reges Medorum & Perſarum prædixit Iſaias, gl. deſcende, in can. ſi Paulus, 32. q. 2.

Reliqua vide in verbo, Caldea.

BACVLVS Paſtoralis habet in ſummitate recuruationem, quaſi ad trahendum, quod non eſt neceſſarium Romano Pontifici, quia nullus ab eo finaliter diuertere poteſt, cap. 1. §. fi. de ſacra vnctione.

Baculo Paſtorali non vtitur Romanus Pontifex, quia Petrus remouit à ſe baculum, & dedit ſubdito; tum & propter myſticam rationem, d. §. fi.

per Baculum deſignatur coertio ſeu caſtigatio, vnde alij Pontifices recipiunt à ſuis ſuperioribus baculos; quia ab homine poteſtatem recipiunt: ſed Romanus Pontifex non vtitur baculo, quia poteſtatem à ſolo Deo recipit, gl. myſticam, ibid.

BALISTARIORVM ars dicitur mortifera, & eſt horribilis & odibilis propter pericula corporum, cap. 1. de ſagittarijs.

BALNEA non debent eſſe communia maribus & fœminis: hoc etiam apud gentiles prohibitum eſt, can. non oportet, diſt. 81.

ad Balneum extraneæ mulieris accedens vir, priuatur donatione propter nuptias, & mulier dote, ſi cum viro alio habuit balneum, gl. 1. ibid.

in Balneo habens mulieres cuſtodientes balneatorum veſtes, eſt infamis, ibid.

in Balneis, vel alibi, non debemus lauare cum hominibus alienæ ſectæ, nec cum mulieribus, gl. fi. in can. omnis qui, 24. q. 2.

BALSAMVM de facultatibus Eccleſiæ debent Epiſcopi emere, & luminaria concinnanda curare ſinguli in Eccleſiis ſuis, can. ſtatuimus, 106. 1. q. 1.

pro Balſamo & luminaribus nihil debet exigi à presbyteris chriſma accepturis, ibid.

BALTHASAR rex, eo quod in conuiuio vſus ſit vaſis Domini tranſportatis de templo Hieruſalem à Nabuchodonoſor, interfectus fuit, & eius regnum diuiſum, can. veſtimenta, & ibi gl. 1. de conſecra. diſt. 1.

BANNITVS poteſt iterum banniri citatione ſolum facta, vbi habitare conſueuerat, gl. fi. in add. marg. in cap. ita quorumdam, de Iudæis.

Banniti noſtri temporis aſſimilantur illis, qui certis locis exulant, vt non morentur in eis, gl. banniti, in extrauag. ad noſtri Apoſtolatus, Ioan. 22.

Bannitorum receptatio de iure communi eſt inhibita, gl. receptant, in d. extrauag. ad noſtri Apoſtolatus, Ioan. 22.

Bannitos & ſimiles maleficos receptantes, dicuntur genus hominum peſſimum, cum ſine ipſis diu latere non poſſint, ibid.

cum Bannitis communicantes, vel eos receptantes, & arma & cibaria eis præſtantes, ſunt excommunicati per Bullam Gregorij xiij. Et per aliam eiuſdem, omnibus Presbyteris ſecularibus, vel regularibus ad confeſſiones audiendas, à locorum Ordinarijs approbatis, conceſſa eſt poteſtas abſoluendi eos, extrauag. ad facinoroſos, Gregorij xiij.

Banniri poteſt quis, ex cauſa, ſua ciuitate vel patria, ſicut & exulari, gl. banniti, in extrauag. ad noſtri Apoſtolatus, Ioan. 22.

Reliqua vide in verbo, Receptare.

Baptiſmus in genere, n. 1. vſque ad n. 52.
Quoad formam & ſubſtantiam baptiſmi, n. 13. vſque 26.
Quoad miniſtrantem, & conferentem baptiſmum, n. 17. & 18.
Quoad iterationem baptiſmi, n. 19.
Quoad effectus baptiſmi, & deletionem peccatorum, & criminum, n. 20. vſque ad n. 25.

1 BAPTISMVS eſt exterior hominum ablutio, cum certa verborum forma: eſt etiam character impreſſus animæ: dicitur etiam baptiſma ipſa aqua, gl. 2. in can. 1. de conſecrat. diſt. 4.

Baptiſmus triplex eſt, fluminis, flaminis, & ſanguinis, gl. 1. in can. 2. de presbyter. non baptizat. & gl. 1. in can. 1. de conſecrat. diſt. 4. & gl. per baptiſmum, in can. firmiſſima, 15. q. 2.

Baptiſmus flaminis tantum adultis prodeſt, gl. 1. in d. cap. 2. de presbyt. non accuſat.

Baptiſmus eſt fundamentum omnium ſacramentum, ita vt qui eum non habet, ad ordines non poteſt promoueri, cap. fi. de presbyt. non baptizat.

per Baptiſmum ſanguinis ſaluati ſunt innocentes, gl. habet, ibid.

Baptiſmi ſeptem ſunt dona, ſcilicet ſalis collatio, aurium & narium linitio cum ſputo, in pectore & in fronte crucis facta ſignatio, olei ſancti vnctio, baptiſmi ablutio, in vertice chriſmatis perunctio, & eiuſdem in fronte facta ſignatio, gl. 2. in can. 1. 30. q. 1. & gl. fi. in cap. contracto, de cognat. ſpirit.

ante Baptiſmum, ſi quis machinatus ſit in mortem viri cuiuſdam, poſt baptiſmum non poteſt contrahere matrimonium cum vxore defuncti: & ita, in baptiſmo non tolluntur quædam peccata, gl. pe. in can. ſi quis viuente, 31. q. 1.

Baptiſmus dicitur prima tabula, ad pueros refertur, qui pœnitere non poſſunt: adultis enim niſi pœniteant, baptiſmus tabula non eſt, gl. 2. in can. multiplex, de pœnit. diſt. 1.

Baptiſmus & pœnitentia miniſtrari poſſunt tempore interdicti, gl. fi. in can. ne forſitam, de pœnit. diſt. 2. 2

Baptiſmus ſignificat Chriſti paſſionem, gl. ad pœnitentiam, in can. ſi enim, col. 4. verſ. impoſſibile, de pœnit. diſt. 1.

Baptiſmus licet ſit ianua omnium ſacramentorum, & neceſſariorum: ſacramentum tamen Euchariſtiæ eſt dignius, gl. 2. can. 2. de conſecr. diſt. 2.

Baptiſmus non eſt articulus fidei, ſed ſacramentum, dd. repro. 6. gl. 2. ver. principalis, in rub. de ſumma Trin.

Baptiſmus loco circumciſionis ſucceſſit, cap. maiores, de baptiſmo.

Baptiſmus hodie competit omnibus ſine diſtinctione ſexus, vel ætatis, d. cap. maiores, §. 1.

in Baptiſmo dicitur quis renaſci, cap. debitum, eod.

in Baptiſmo non ſolum baptizatur corpus exterius, ſed etiam corpus interius; & illa ablutio quæ fit exterius, notat ablutionionem interiorem, & interior fit per Spiritum ſanctum, ibid.

Baptiſmi ſacramentum non poteſt eſſe, vbi deeſt verbum, vel elementum aquæ, cap. pe. eod.

ſine Baptiſmo nullus ſaluatur: quod verum eſt de eo qui poteſt baptizari, & non baptizatur: ſed non de eo, qui non baptizatus, credens ſe baptizatum, deceſſit: quia in fide illa ſaluabitur, gl. 1. in cap. 1. de presbytero non baptizat.

ad Baptiſmum properans Valentinianus deceſſit in itinere: ſed per ſolam fidem, quam habebat, ſaluatus eſt, gl. fi. in cap. 2. eod.

in Baptiſmo efficitur quis homo Chriſtianus, cap. quidam, de apoſtatis.

Baptiſmus eſt fundamentum ſacramentorum, cap. per catechiſmum, de cognat. ſpirituali, lib. 6.

in Baptiſmo leuans infantem, vnus tantum debet interuenire; ſi tamen plures interueniant, cognationem contrahunt ſpiritualem, cap. fi. eod.

Baptiſmus obligat etiam infantes ad fidem ſeruandam, cap. contra Chriſtianos, 13. de hæreticis, lib. 6.

per Baptiſmum obligantur non ſolum ignorantes, ſed etiam furioſi, dummodo non obſtet præcedens contraria voluntas, gl. infantes, & ibi add. ibid.

Baptiſmi ſacramentum non recipit abſolute coactus: ſed conditionaliter, & metu mortis coactus, bene recipit, gl. abſolute, ibid. 3

poſt Baptiſmum, vngit ſacerdos chriſmate in vertice, non in fronte; nam vngere in fronte, eſt ſolius Epiſcopi, gl. 2. in cap. quoniam, de ſententia excommunicat. lib. 6.

Baptiſmus eſt vnicus, ſicut vnus Deus, & vna fides, clem. 1. §. ad hoc, de ſumma Trinit.

Baptiſmus eſt ianua omnium ſacramentorum, gl. fi. in cap. quanto, de conſuetud. gl. fi. in cap. contracto, de cognatione ſpirituali, cap. per catechiſmum, de cognatione ſpirituali, lib. 6. gl. 1. in can. ſolicitudo, diſt. 51. gl. 2. in can. 1. diſt. 77. gl. 1. in can. 2. de conſecrat. diſt. 4.

Baptiſmus poteſt ſuſcipi tempore neceſſitatis, etiam ab hæretico, dummodo in forma Eccleſiæ, can. præter, §. ad hæc vero, & ibi gl. in baptiſmo, & gl. neceſſariorum, diſt. 32.

Baptiſmus eſt ianua omnium ſacramentorum; vnde non baptizatus, ſi fuerit ordinatus presbyter, non recipit ordinis characterem: & debet baptizari, & poſtea ordinari, cap. 2. & ibi gl. fi. de presbyter. non baptizat. 4

Baptiſmus debet concedi in fontibus baptiſmalibus Eccleſiarum, non in priuatis domibus; niſi liberis regum, & principum, quibus poteſt concedi in domibus: & etiam illis, quibus neceſſitas talis emerſerit, propter quam nequeat ad Eccleſiam abſque periculo haberi acceſſus, clem. 2. de baptiſmo.

Baptiſmus poteſt concedi in priuatis domibus, & aliis deſcendentibus principum, hoc eſt notabilium potentatum, qui comparantur regiæ dignitati, gl. regum, & gl. liberi, ibid.

in Baptiſmo quilibet Chriſtianus renunciat Sathanæ, & eius angelis, can. Eccleſiaſticarum, diſt. 25.

Baptiſmus poteſt celebrari quolibet tempore, propter timorem, gl. 2. in cap. duo tempora, de conſecrat. diſt. 4.

in Baptiſmo non tolluntur obligationes, gl. 2. in can. Iudæi, de conſecrat. diſt. 4.

ante Baptiſmum renunciare debemus Diabolo, & eius operibus, can. primum, de conſecrat. diſt. 4.

in Baptiſ-

in Baptiſmo ſit vnctio oleo in ſcapulis, & pectore; & tertio in vertice cum chriſmate, gl. ſi. in can. Eccleſiaſticorum, diſt. 1.

ante Baptiſmum ſi fuerit corrupta virgo, poſt baptiſmum non conſecratur inter virgines: non quod ea eo ſit irregularis, ſed propter defectum ſacramenti, gl. ſi. in can. deinde, diſt. 26.

per Baptiſmum ius patriæ poteſtatis & filiorum non remouetur, can. ſi quis viduam, diſt. 34.

Baptiſmum non impedit coactio conditionalis, nec ſacramentum ordinis, gl. 2. in can. de Iudæis, diſt. 45.

5 Baptiſmum aſſumens in infirmitate, non præſumitur ex voluntate conuerti, gl. 2. in can. de Iudæis, diſt. 57.

Baptiſmi ſacramentum recipiens coactione conditionali, cogitur retinere, gl. 1. in can. vbi iſta, diſt. 54.

Baptiſmum differre eſt dubium & periculoſum, gl. 2. in can. 3. diſt. 77.

Baptiſmus, qui fit cum cerei benedictione, & nouem lectionibus, bis in anno tantum fit, gl. vel baptiſmatis, in can. propoſuiſti, diſt. 82.

ſine Baptiſmi lauacro, nemo habet vitam æternam; niſi pro Chriſti nomine, quis ſanguine fuerit baptizatus, gl. per lauacri, in can. cum, 16. 1. q. 1.

Baptiſmum ſi quis recipit ficte, vel ſine contritione, verum recipit ſacramentum, can. ſicut ſicti, 1. q. 1.

Baptiſmus dari debet etiam illi, qui ficte accedit; ſed poſt, compellendus eſt fidem obſeruare, gl. 1. ibid.

Baptiſmi ſacramentum tam magnum eſt, vt nec ab homicida miniſtrante polluatur, can. dedit, 46. 1. q. 1.

Baptiſmus ante paſſionem Chriſti nulli erat neceſſarius: ſed tantum baptizati ſunt ab Apoſtolis, ne putarent aliqui baptiſmum, ſine Spiritu ſancto, ſufficere ad ſalutem, gl. Chriſti, ibid.

6 in Baptiſmo qui ſanctus eſt, non erit peccator ad altare, can. ſicut Chriſtus, 75. 1. q. 1.

pro Baptiſmi vel chriſmatis perceptione nihil debet exigi: hoc enim eſt ſimoniæ hæreſis, can. dictum, 105. 1. q. 1.

ad Baptiſmum feſtinans, recipiendus eſt can. Epiſcopus, 11. q. 3.

Baptiſmus, & pœnitentia ſunt neceſſaria adultis ad vitam æternam; ſed paruulis, quamdiu non poſſunt vti ratione, ſufficit baptiſmus, can. firmiſſime, 15. q. 1.

per Baptiſmum contrahitur compaternitas, gl. 2. in can. peruenit, 18. q. 2.

Baptiſmum recipiens, accipit corpus Chriſti, ſed non conuertitur, gl. habebunt, in can. Subdiaconus, 24. q. 1.

Baptiſmi ſacramentum nunquam in aliquo aboletur, gl. 2. in can. licite, 32. q. 7.

Baptiſmus debet fieri à die 14. lunæ primi menſis, vſque ad 21. eiuſdem menſis: ſicut & Paſcha, can. celebritatem, de conſecr. diſt. 3.

Baptiſmus poteſt fieri in quolibet tempore & loco, ex cauſa neceſſitatis, ibid.

Baptiſmus fuit inſtitutus, cùm à Ioanne eſt baptizatus Chriſtus, gl. 2. in can. 1. de conſecrat. diſt. 4.

in Baptiſmo, aqua eſt ſacramentum, gl. ſacramentum, ibid.

7 Baptiſmus poteſt fieri, etiamſi aliquis liquor adueniatur aquæ: dum tamen ſit tam paruæ quantitatis, quod non faciat mixtionem, ſed in aquam penitus conuertatur, ibid.

Baptiſmus fuit inſtitutus, cum Chriſtus tactu ſuæ mundæ carnis vim regeneratiuam contulit aquis, gl. 2. in can. ex quo, de conſecr. diſt. 4.

Baptiſmus Ioannis, proprie non fuit baptiſmus, ſed baptiſmi aſſuefactio fuit: vnde baptizati ab eo, iterum fuerunt baptizati, nec fuit facta iniuria ſacramento, quia eius baptiſmus non erat ſacramentum. ibid.

per Baptiſmi aquam de terreno fit homo cœleſtis, can. per aquam de conſecr. diſt. 4.

Baptiſmus ſolemnis celebratur tantum in Paſcha, & Pentecoſte: & quidem in Paſcha, quia baptiſmo data eſt plena poteſtas in morte Chriſti, & reſurrectione; & in baptiſmo repræſentatur mors & reſurrectio Chriſti: & in Pentecoſte, quia tunc Spiritus ſanctus venit in Apoſtolos, can. proprie, de conſecratione, diſt. 4.

in Baptiſmo ſufficit, quod fundatur aqua ſuper caput, vel ſuper maximam partem corporis; alias non, gl. trinam, ibid.

Baptiſmi vicem implet effuſio ſanguinis, can. baptiſmi, de conſecr. diſt. 4.

Baptiſmi defectum ſupplet paſſio, vt in latrone: vel fides conuerſi, vbi neceſſitas baptiſmum excludit, gl. Cyprianus, ibid.

8 Baptiſmus ſolus aquæ, ſicut ſufficit puero, quia ætatis neceſſitas fidem excludit: ita adulto ſola fides ſufficit, cum neceſſitas excludit aquæ baptiſmum, ibid.

Baptiſmus conſiſtit in tribus, in aqua, in paſſione, & in cordis contritione, gl. baptiſmo, ibid.

Baptiſmus non poteſt fieri alio liquore ab aqua; neque aqua permixta alii liquori, niſi aqua præualeat liquori, gl. neceſſitatis, ibid.

Baptiſmus ante paſſionem Domini fuit inſtitutus, licet plenam efficaciam non habuit vſque ad paſſionem, gl. item ergo, in can. aliud eſt, de conſecr. diſt. 4.

Baptiſmus Ioannis fiebat in nomine Chriſti venturi, ſcilicet ad prædicationem, ad paſſionem, & mortem, & ad iudicium, ibid.

Baptiſmus Ioannis fuit quaſi præcurſorius & præparatorius veri baptiſmi, vt eo quaſi quodam præludio baptizate aſſueſcerent, & ideo non erat remiſſionis operatiuus, gl. Ioannes, ibid.

Baptiſmus Ioannis non erat baptiſmus Chriſti, quia non erat ſacramentum redemptionis noſtræ: nec Deus, per illum baptiſmum, remiſſionem peccatorum operatus fuit, ibid.

Baptiſmus fit in nomine, & non in nominibus Patris, & Filii, & Spiritus ſancti, gl. 1. in can. ſiue hæreticus, de conſecrat. diſt. 4.

Baptiſmus non vitiatur precum vitio, gl. nam vtique, in can. non ſanctificetur, de conſecr. diſt. 4.

Baptiſmus eſt ſacramentum fidei: quia in fide Chriſti conſecratur, & in fide Eccleſiæ confertur: vel quia in nomine Trini- 9
tatis confertur, quam offerentes & oblati tenentur credere, & confiteri: vel quia ſignum eſt, quod ſuſcipiens fidem habeat, etiamſi non habeat, aliquo impediente, gl. pe. in can. nihil, de conſecrat. diſt. 4.

in Baptiſmo trina immerſio fit, propter inuocationem Trinitatis: & quia Chriſtus tertia die reſurrexit, can. poſtquam, & ibi gl. pen. & can. de trina, de conſecrat. diſt. 4.

Baptiſmus in nomine Trinitatis, vnica immerſione quibuſdam permittitur, gl. 2. in can. ſi quis presbyter, & can. de trina, de conſecr. diſt. 4.

in Baptiſmo *in nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti*, ter fit immerſio, vt vnitatis vnum appareat ſacramentum: & licet ter baptizetur quis propter myſterium Trinitatis, tamen vnus baptiſmus reputatur, can. eodem modo, de conſecr. diſt. 4.

Baptiſmus a Deo datur, non ab homine, can. non nocet, 89. 1. q. 1.

in Baptiſmi fontium benedictione debet apponi oleum ſanctum, can. Eccleſiaſticarum, diſt. 11.

in Baptiſmo ſemel mergere licitum eſt, propter vitandum ſchiſmatis ſcandalum, can. propter, de conſecrat. diſt. 4.

ante Baptiſmum, pœnitentiam agere debemus de prioribus peccatis, can. agunt, de conſecrat. diſt. 4.

Baptiſmus ſolemnis debet celebrari bis tantum in anno: ſed baptiſmus particularis, ne non ſolemnis die Dominica, vel etiam aliis feſtiuitatibus, can. ne quod abſit, & ibi gl. 1. de conſecrat. diſt. 4.

Baptiſmus adultorum ſine interiori pœnitentia ſi fiat, vacuum eſt eis baptiſmi myſterium, gl. 2. in can. ſine pœnitentia, de conſecr. diſt. 4.

Baptiſmus eſt efficacior pœnitentia: quia tanta eſt vis ſacramen-
ti, quod nec etiam temporalis ſatisfactio in baptiſmo remanet 10
pro peccatis: in pœnitentia tamen, & ſi dimittatur peccatum per contritionem, remanet adhuc temporalis ſatisfactio, gl. ſi. ibid.

in Baptiſmo quælibet infamia tollitur: quod non eſt in pœnitentia, ibid.

de Baptiſmo filium ſuſcipere, non licet Abbati, vel Monacho, can. non licet, & can. ſeq. de conſec. diſt. 4.

Baptiſmi fontem lapideum ſi presbyter non poſſit habere, ſaltem habeat vas conueniens ad baptizandi officium: & illud non debet extra Eccleſiam deportari, can. omnes, de conſecrat. diſt. 4.

Baptiſmus eſt beneficium perſonale: & ſic, matre baptizata non extenditur baptiſmus ad filium, qui in vtero eſt: quia, cùm natus non ſit, non poteſt regenerari, can. ſi ad matris, & ibi gl. 1. de conſecr. diſt. 4.

Baptiſmus ſicut nulli negatur, ita nemo eſt, qui peccato non moriatur in baptiſmo: ſed paruuli originali tantum, maiores omnibus etiam moriuntur peccatis, quæ male viuendo addiderunt originali, can. paruulo, de conſecr. diſt. 4.

in Baptiſmo omnia peccata moriuntur, can. vt oſtenderet, de conſecrat. diſt. 4.

in Baptiſmo Ioannis non erat peccati remiſſio. can. non regene- 11
rabuntur, & ibi gl. 1. de conſecratione, diſt. 4.

Baptiſmus Chriſti, non in aqua tantum eſt, verum etiam in Spiritu ſancto, ibid.

Baptiſmus Ioannis in Chriſto nihil habuit, quod ablueret: ſicut mors nihil inuenit in eo, quod puniret, ibidem.

de Baptiſmo viuentis ſi dubitatur, habetur pro non baptizato, & ſic debet baptizari; ſi tamen dubitetur de baptiſmo mortui, præſumendum eſt eum eſſe baptizatum, gl. 2. in can. ſi eos, de conſecrat. diſt. 4.

Baptiſmus conſtat non tam ablutione corporis, quàm fide cordis, can. verus, de conſecratione, diſt. 4.

poſt Baptiſmum, ſacramentum confirmationis debet præſtari, can. 1. de conſecratione, diſt. 5.

in Baptiſmo remittuntur peccata, ſed in confirmatione homo recipit augmentum gratiæ, can. 2. de conſecratione, diſt. 5.

Baptiſmus quamuis ſufficiat ad ſalutem ſtatim morituris: confirmatio tamen victuris neceſſaria eſt, ib.

Baptiſmi & confirmationis ſacramenta ita ſunt coniuncta, vt ab inuicem, niſi morte præueniente, nullatenus poſſint ſegregari, & vnum ſine altero rite perfici non poteſt, can. de his, de conſecrat. diſt. 5.

Baptiſmus ſolemnis tempore Paſchali & Pentecoſtes, debet ce-
lebrari à ieiunis, can. vt Epiſcopi, de conſecrat. diſt. 5. 12

Baptiſmus Ioannis, ſi quis dixerit habuiſſe eamdem vim cum baptiſmo Chriſti, anathema ſit, Concil. Trid. ſ. 7. de baptiſmo, can. 1.

de Baptiſmi neceſſitate, ſi quis dixerit non eſſe aquam veram & naturalem, atque ideo verba illa Domini, *Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu ſancto*, ad metaphoram aliquam detorſerit, anathema ſit, Concil. Trid. ſ. 7. can. 2.

de Baptiſmi ſacramento, ſi quis dixerit, in Eccleſia Romana, quæ eſt omnium Eccleſiarum mater, non eſſe veram doctrinam, anathema ſit, d. ſſ. 7. can. 3.

Baptiſmum ſi quis dixerit, liberum eſſe: hoc eſt non neceſſarium ad ſalutem, anathema ſit, d. ſſ. 7. can. 5.

ad Baptiſmi ſuſcepti memoriam, ſi quis dixerit, ita reuocandos eſſe homines, vt vota omnia, quæ poſt baptiſmum fiunt, vt promiſſionis in baptiſmo ipſo iam factæ, irrita eſſe intelligant, quaſi per ea, & fidei, quam profeſſi ſunt, detrahatur, & ipſi baptiſmo, anathema ſit, d. ſſ. 7. can. 9.

Baptiſmi ſacramentum vtiliter confertur paruolis, licet non credant, nec intelligant: & remittitur eis peccatum originale, cap. maiores, de baptiſmo.

Baptiſmum ſuſcipiens per vim conditionalem, compellitur ad obſeruantiam fidei, & ipſius ſequelam, dd. reprob. gl. conditionaliter, in d. cap. maiores. §. fi.

Baptiſmi ſacramentum non recipit amens, vel dormiens baptizatus, ſi ante dementiam vel dormitionem dixit ſe nolle baptizari, adeo quod poſt excitationem ſomni, etiam ſi ratum habeat, nihil recipit; & iterum debet baptizari, gl. perdurare, & gl. non ſuſcipiunt, ibid.

Baptiſmus poteſt conferri furioſo, ſi voluntatem habuit baptizandi ante furorem, aliàs non; ſecus eſt in puero, qui baptizari poteſt, licet numquam voluntatem habuerit, & ita baptizatus ſaluabitur, pe. in can. ſi qui apud, de conſecrat. diſt. 4.

Reliqua vide in verbo, Adulta. Tabula. Sacramentum, n. 17. Circumciſio. Cathecumenus. Coactio. Coacta.

13 **BAPTISMVS** habuit formam ab Euangelio, cum Chriſtus dixit, *Baptizate omnes gentes in nomine Patris & Filii*, &c. cap. fi. & ibi gl. 1. de presbyter. noo baptizat.

Baptiſmus non prodeſt, non ſolum cum ex toto omittitur, ſed etiam cum non rite confertur; id eſt, non ſolemniter ſecundum formam Euangelii, ibid.

in Baptiſmo forma verborum eſt de ſubſtantia: et ſi ea omiſſa ſit, nihil agitur, cap. 1. de baptiſmo.

Baptiſmi forma, quam Eccleſia ſeruat, hæc eſt, *Ego te baptizo in nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti*, d. cap. 1. & ibi gl. in nomine.

Baptiſmum conferebant Apoſtoli, *in nomine Domini Ieſu Chriſti*, cap. 1. §. per frontis, de ſacra vnctione.

ad Baptiſmi ſubſtantiam non requiritur leuans, ſeu ſuſcipiens de ſacro fonte, cap. debitum, eod.

in Baptiſmo aquæ, illa duo ſunt neceſſaria, ſcilicet forma verborum, & elementum aquæ, cap. pe. de baptiſ.

Baptiſmi forma debet eſſe ſimpla, vbi tamen eſt conſuetudo diuerſa, nihil officit, gl. 1. in cap. fi. diſt. 90.

Baptiſmus non eſt, ſi aliquis immergat, & non proferat verba: quia nec ſolum elementum, nec ſola verba ſufficiunt ad hoc, can. detrahet, 1. q. 1.

in Baptiſmo aquæ, in eodem inſtanti incipit & deſinit eſſe ſacramentum, ſcilicet in vltima prolatione formæ verborum, *baptizo te in nomine Patris*, &c. ſed per alias rationes, quæ primo funduntur ſuper aquam, non fit aquæ ſacramentum, gl. 1. in d. cap. detrahe.

Baptiſmus fit ex forma verborum, & ex aqua, gl. et ſi, ibidem.

14 Baptiſmus ſi in littore maris ſit factus, non conſecratur totum mare; ſed illa tantum aqua, quæ puerum tangit, conſecratur, ibid.

Baptiſmi forma hæc eſt, *Ego te baptizo in nomine Patris*, &c. quam formam Dominus tradidit diſcipulis ſuis, cum dixit, *Ite, baptizate omnes gentes in nomine Patris*, &c. nec debet omitti pronomen *ego*, gl. 1. in can. 1. de conſecrat. diſt. 4.

in Baptiſmo, *in nomine Chriſti*, intelliguntur totæ tres perſonæ, ibid.

Baptiſmus hæreticorum in forma Eccleſiæ, & baptiſmus Catholicorum, eſt vnus & idem: tamen baptizati taliter ab hæreticis, ſi eorum errores imitentur, non conſequuntur gratiam Dei: & ideo ad fidem conuerſi, debent reconciliari, ſed non rebaptizari, can. quamuis, & ibi gl. 1. de conſecr. diſt. 4.

Baptiſmum etiam ab hæretico, melius eſt recipere tempore neceſſitatis, quàm ſine eo decedere, d. gl. 1.

Baptiſmus in forma Eccleſiæ poteſt conferri, etiam ab eo qui non eſt baptizatus: & talis erit baptizatus dummodo ſine ſua ſimulatione, & cum aliqua fide baptiſmum acceperit, can. ſolet, de conſecr. diſt. 4.

Baptiſmi formam dedit Chriſtus Apoſtolis ante paſſionem ſuam, & etiam poſt, gl. item erga, in can. aliud eſt, de conſecrat. diſt. 4.

Baptiſmus collatus à quocumque hæretico, dum tamen in forma Eccleſiæ hoc faciat, valet, can. cum ſatis, & ibi gl. 1. de conſecrat. diſt. 4.

Baptiſmi forma, etiam ſi ſit collata corruptè, non vitiat ipſum, d. gl. 1.

Baptiſmi forma non vitiatur, ſi poſt formam aliquid ſuperfluum

15 apponatur, puta, *Ego te baptizo in nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti*, & *Arma virumque cano*, vel aliud; & talis baptizatus dicitur: & idem ſi præponatur ante formam, veluti *Arma virumque cano*, & *Ego te baptizo in nomine Patris*, &c. gl. fi. in can. ſi non ſanctificetur, de conſecratione, diſt. 4.

in Baptiſmi forma ſi aliquid interponatur, vt ſi dicatur, *Ego te baptizo, & Deus eſt, in nomine Patris*, &c. non eſt baptizatus, ibid.

in Baptiſmi forma proferenda ſi interponatur mora naturalis & compendioſa; vt reſpirando, tuſſiendo, vel excreando, non obeſt; nam modicum interuallum non impedit, ibid.

Baptiſmus ſub illorum verborum forma, *baptizo te in morte Domini*, non eſt baptiſmus; & taliter baptizans, debet deponi, cap. ſi quis presbyter, & ibi gl. 1. de conſecratione, diſt. 4.

Baptiſmus *in nomine Chriſti* non prohibetur: reprehenduntur tamen dicentes, baptiſmum debere fieri ſub vna immerſione tantum, & ſub vna tantum verborum forma, *in nomine Chriſti*, can. multi, & ibi gl. 1. de conſecrat. diſt. 4.

Baptiſmi forma eadem eſt apud Græcos, quæ apud Latinos, quia idem eſt effectus; voces autem non ſunt eædem: vnde Græcus huc veniens, lingua ſua: & Latinus in Græcia lingua Latina baptizaret, gl. 2. ibid.

Baptiſmus dicitur, cum quis dicit, *baptizo te in nomine genitoris, & nati, & ſancti flaminis*: quia non refert, vtrum ex æquipollentibus quis dixerit, ibid.

Baptiſmus rectè poteſt fieri ſub nominibus ſynonimis, non tamen eſſet baptiſmus, ſi, *in nomine paternitatis, filiationis* &c. baptizaret, ibid. 16

Baptiſmus eſſet, etiam omiſſo pronomine *ego*, puta *baptizo te in nomine patris*, &c. ibid.

Baptiſmus non eſt, ſi diceret quis, *immergo te in nomine Patris*, &c, quia non eſt ſynonymum cum illo verbo, *baptizo*: nec per hanc vocem, *in nomine trium perſonarum*, ibid

in Baptiſmo debemus mergere tertiò, ſub inuocatione Trinitatis, can. in ſynodo, de conſecrat. diſt. 4.

Baptiſmus per ignorantiam linguæ Latinæ, tantum ſub hac forma, *Baptizo te in nomine Patria, Filia, & Spiritua ſancta*, eſt baptiſmus, nec eſt rebaptizandus, can. retulerunt, de conſecratione, diſt. 4.

Baptiſmi Ioannis forma erat *in nomine Chriſti venturi*; & dicebatur baptiſmus pœnitentiæ, gl. 2. in can. non regenerabantur, de conſecrat. diſt. 4.

Reliqua vide in verbo, Baptizare, Baptizandus. 2. 3.

BAPTISMVS à quocumque conferatur in forma Eccleſiæ, ratus eſt, cap. firmiter, § fi. & ibi gl. à quocumque, de ſumma Trinit. 17

Baptiſmus recipere, etiam ab hæretico, vel iudæo, melius eſt quam decedere ſine illo; dum tamen conferatur in forma Eccleſiæ, gl. fi. in cap. quanto, de conſuetud. gl. 1. in cap. pen. de tempor. ordin. gl. 1. in cap. 1. de clerico non ordinato.

Baptiſmus à quocumque conferatur in forma Eccleſiæ, proficit ad ſalutem, quoad omnem ſuum effectum: quia illud eſt ſacramentum neceſſitatis, quod non contingit in alijs Sacramentis, gl. pe. in cap. fi. de clerico excommunicato vel depoſito.

Baptiſmus à quocumque collatus valet, ſiue in Eccleſia, ſiue in domibus priuatis, vel alibi; ex quo concurrunt debita materia, & debita forma cum intentione baptizandi, gl. fi. in clem. 1. de baptiſmo.

Baptiſmus & alia Sacramenta, ab hæreticis in forma Eccleſiæ collata, quoad characterem, & ſui efficaciam, plenam veritatem habent, can. ſecundum, diſt. 19.

Baptiſmus ſiue per bonum, ſiue per malum miniſtrum conferatur, non debet reiterari, can. dedit, 46. 1. q. 1.

Baptiſmi ſacramentum tam magnum eſt, vt nec ab homicida miniſtrante polluatur, d. can. dedit.

Baptiſmus ab hæreticis collatus, confert virtute ſua remiſſionem peccatorum, hoc eſt attendendo vim ſacramenti, can. ſicut vrgeri, & can. ſane, 57. 1. q. 1.

Baptiſmus debet celebrari à ſolis ſacerdotibus: ſed vrgente neceſſitate, abſente Epiſcopo, vel ſacerdote, poteſt baptizare diaconus, vel etiam laicus, can. conſtat, can. mulier, can. in neceſſitate, de conſecra. diſt. 4.

Baptiſmus poteſt dari, tempore neceſſitatis, à quocumque, etiam à muliere, d. can. mulier, & ibi gl. 1. & d. can. in neceſſitate.

Baptiſmus æquè adminiſtratur per malos miniſtros, ſicut per bonos, can. ſi inter bonos, de conſec. diſt. 4. & can. aliud eſt, & ibi gl. 1. & can. cum tantum.

in Baptiſmo non merita miniſtrorum, ſed virtus Chriſti operatur, can. baptiſmus talis, de conſec. diſt. 4.

Baptiſmus etiam per laicos miniſtros valet, can. ſanctum, & ibi gl. 1. de conſecrat. diſt. 4. 18

Baptiſmum habent apoſtatæ extra Eccleſiam, & poſſunt illum conferre extra Eccleſiam: ſed ſanctitatem non habent extra Eccleſiam, nec eam conferre poſſunt, gl. 1. in can. nullus, de conſecrat. diſt. 4.

Baptiſmum miniſtrant mali, non ſua poteſtate, ſed Chriſti virtute, can. quomodo, de conſecr. diſt. 4.

ad Baptiſmi aquam non tranſit malitia benedicentis, can. non eſt, de conſecrat. diſt. 4.

Baptiſmum datum ab hæreticis, *in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti*, cum intentione faciendi id, quod facit Eccleſia, ſi quis dixerit non eſſe verum baptiſmum, anathema ſit,

Concil.

Concil. Trident. ſſ. 7. de baptiſmo, can. 5.

ad Baptiſmum conferendum, antequam accedat Parochus, debet ab iis ad quos ſpectabit ſciſcitari, quem, vel quos elegerint, vt baptizatum de ſacro fonte ſuſcipiant, & eum, vel eos tantum ad illum ſuſcipiendum admittat, & in libro, eorum nomina deſcribat, doceatque eos quam cognationem contraxerint, ne ignorantia excuſentur, Concil. Trident. de reform. matrimon. ſſ. 24. cap. 2.

Baptiſmi ſacramentum licitum eſt alicui etiam laico, conferre tempore neceſſitatis, licet non liceat ei conferre alia ſacramenta, can. ſi diaconus, diſt. 81.

Baptiſmus Chriſti, etiam per manus Iudæi datus, præponitur baptiſmo Ioannis, can. dedit, 1, q. 1.

Reliqua vide in verbo, Sacramentum. 17.

BAPTISMVS non debet reiterari, cap. 2. de apoſtatis.

19 Baptiſmus reiterari non debet dicente Apoſtolo, *vnus Deus, vna fides, vnum baptiſma*, can. hi qui, 51. 1, q. 1.

Baptiſmo nulla fit iniuria per reiterationem, cum nullum præceſſerit, gl. 2. in can. ſi quis confugerit, 52. 1. q. 1.

Baptiſmus ſemel traditus, etiam ab hæreticis in forma Eccleſiæ, amplius non eſt iterandus, can. hanc, & can. ſeq. 1. q. 1.

Baptiſmi ſacramentum etiam imperfectum, non debet reiterari, gl. baptiſmum, in can. Spiritus ſanctus, 58. 1. q. 1.

Baptiſmus datus à pagano vel iudæo in forma Eccleſiæ, non debet reiterari, can. Romanus, & can. ſeq. & can. oſtenditur, de conſecrat. diſt. 4. & can. ſi quis, 2. de conſecr. diſt. 4.

Baptiſmus non reiteratur, cuius formam conſtat fuiſſe collatam integrè, can. hi de quibus, de conſecrat. diſt. 4.

Baptiſmum verum & rite collatum, ſi quis dixerit iterandum eſſe illi, qui apud infideles fidem Chriſti negauerit, cum ad pœnitentiam conuertitur, anathema ſit. Concil. Trid. ſſ. 7. de baptiſmo, can. 11.

Reliqua vide in verbo, Rebaptizari, Sacramentum, 2.6.

20 **BAPTISMVS** tres effectus producit: nam remittitur culpa, vitatur damnationis periculum, & aperitur regnum cæleſte, gl. in rub. de baptiſmo, & cap. maiores, §. 1. eod.

in Baptiſmo, etiam paruulis virtutes infunduntur, d. cap. maiores, §. cæterum.

in Baptiſmo licet dimittatur originale peccatum paruulis, qui conſentire non poſſunt; in amentibus tamen vel dormientibus adultis, qui non conſentiunt baptiſmo, non dimittitur vllum vel actuale, vel originale, d. cap. maiores, §. ſed adhuc.

in Baptiſmo omnia crimina dimittuntur, gl. propter, ibid. etiam quoad pœnam, cap. gaudemus, de diuortiis.

in Baptiſmo omne crimen tollitur quodcumque & qualitercumque quis contraxit ante baptiſmum, vel adulterando ſeu fornicando quoad Deum: ſed quatenus illa fornicatio reſpicit virum non tollitur in baptiſmo: & ſic ius, quod competebat viro ex fornicatione, remanet ei ſaluum: & ſic poteſt excipere contra illam, gl. ſi. ibid

per Baptiſmum non tollitur accuſatio criminalis, ib.

Baptiſmum, quod tollat beneficium alicui competens, eſt iniquum, ibid.

per Baptiſmum infigitur animæ quædam imago, ſiue pictura vel caracter; vnde ſi alia imago ſuperponeretur, illa prima pictura obumbraretur: & ita videretur obſcurari primum ſacramentum, gl. 2 in cap. de apoſtatis.

in Baptiſmo renaſcimur, & chriſmatio frontis illum confirmat,
21 gl. in cap. ſi. de cognat. ſpirit.

per baptiſmum obligantur non ſolum ignorantes, ſed etiam furioſi, dummodo non obſiſtet præcedens contraria voluntas, gl. infantes, & ibi addit. in cap. contra Chriſtianos, de hæreticis, lib. 6.

per Baptiſmum confertur gratia paruulis, clem. ad hoc, & ibi gl. opinione, de ſumma Trinit.

per Baptiſmum omnes Theologicas virtutes ſcilicet fidem, ſpem, & charitatem infundi omnes tenent, gl. ſanctorum, ibid.

per Baptiſmum omnes virtutes morales, ſcilicet prudentia, fortitudo, temperantia, iuſtitia & aliæ infunduntur, ibid.

Baptiſmi ſacramentum plus ſimpliciter imprimitur animæ, quàm corpori: iden mortuus non baptizatur, can. baptizari, diſt. 3.

in Baptiſmo deletur peccatum, tàm originale, quàm etiam actuale, can. qui Epiſcopus, diſt. 23.

ad Baptiſmum ſi accedat adultus cum charitate, iam nullum eſt peccatum, vt legitur de Centurione; ſi ſine charitate, nullum peccatum ei dimittitur: dimittuntur tamen ſatisfactiones, quas pro peccatis facere debet, can. qui Epiſcopus, diſt. 23.

per Baptiſmum adultis dimittuntur originalia peccata: ſed nullum mortale, ſi non habeat charitatem, ibid.

Baptiſmus licet tollat peccata, & defectus concurrentes ex peccatis, non tamen tollet vitia perſonalia, & inhærentia perſonæ, can. Acatius, diſt. 26.

per Baptiſmum delentur peccata, ſed non remouentur contagia, & effectus ab illis deuenientes, ſiue bona opera, can. deinde, diſt. 26.

Baptiſmus non tollit actus virtuoſos geſtos ante baptiſmum,
22 ibid.

per Baptiſmum tollitur infamia, & irregularitas ex proprio delicto ante baptiſmum proueniens: quia dona baptiſmi ſunt ſine omni pœnitentia & ſatisfactione, gl. ſi. ibid.

per Baptiſmum tollitur præcedens crimen, non tamen tollitur exceptio competens ex crimine, ibid.

Baptiſmi aſſumptio fictitiè facta, non proficit ad ſalutem, can. quod interrogatio, diſt. 27.

Baptiſmi virtutem, non inficit vitium miniſtri conferentis in forma Eccleſiæ, can. præter, §. ad hæc, diſt. 32.

Baptiſmus tollit peccata, etiam quoad pœnam irregularitatis, can. pe. diſt. 50.

Baptiſmus non poteſt tollere irregularitatem, quam ipſe baptiſmus inducit, gl. 2. in can. 1. diſt. 57.

Baptiſmus tollit peccatum, & etiam irregularitatem prouenientem à peccato, niſi irregularitatem inducat baptiſmus, ibid. 23

Baptiſmus omnem peccati maculam tollit, ſed non irregularitatem quam habebat ante baptiſmum, vt quia erat bigamus, gl. 1. in can. ſi. diſt. 98.

Baptiſmus Chriſti, etſi nulla peruerſitate violetur, apud hæreticos tamen caret effectu, can. etiam, 48. 1. q. 1.

Baptiſmus perfidorum non lauat, non mundat, ſed polluit, can. non lauat, 50. 1. q. 1.

Baptiſmus baptizato nihil prodeſt, ſi extra vnitatem Eccleſiæ conferatur, niſi baptizatus ad Eccleſiam redierit, can. firmiſſime, 55. 1. q. 1.

ad Baptiſmum infantis non nocet malitia Epiſcopi, can. non nocet, 89. 1. q. 1.

in Baptiſmo omnia crimina, & etiam ſequela peccati, dimittuntur, gl. peccauit, in can. 2. 1. q. 1.

Baptiſmus ſiue ab hæretico, ſiue à laico miniſtretur, dummodo, in vnitate Catholicæ fidei miniſtretur, & accipiatur, non carebit effectu, can. Subdiaconus, 24. q. 1.

in Baptiſmo fit plenior remiſſio, quam in ſola cordis contritione: ita quod nec purgatorium ſentiant, qui in fine baptizantur, gl. habebunt, ibid.

in Baptiſmo crimina ſoluuntur, non coniugia antea contracta can. 1. 28. q. 2.

in Baptiſmo deleta culpa originali, remanet ipſa iniquitas; id eſt fomes peccati, ad pœnam tantum, non ad culpam, gl. deletur, in can. ille Rex, de pœnit. diſt. 2.

Baptiſmi effectus eſt, quòd cum dignè baptizatur quis, tàm actuale, quàm originale peccatum ſine pœnitentia tollatur, gl. 1. 24
in can. 1. de pœnitentia, diſt. 3.

in Baptiſmo concupiſcentia extinguitur; non vt non ſit, ſed vt non obſit, can. 2. de conſecrat. diſt. 4.

in Baptiſmo omnis peccati ſequela, & infamia aboletur, gl. pe. ibid.

in Baptiſmo gratia Dei non requirit gemitum vel planctum, ibid.

Baptiſmus in tempore gratiæ, omnia delet peccata in paruulis, & adultis, can. quod apud, de conſecrat. diſt. 4.

Baptiſmus hodie plus operatur, quàm olim circumciſio: quia circumciſio tantum pœnam tollebat, ſed gratiam non dabat: baptiſmus ſecus, gl. 1. in d. can. quod apud.

Baptiſmus viuente adhuc Chriſto, non habuit effectum, ſed poſt eius mortem cœpit habere plenum effectum, quia adhuc non erat ianua aperta cœli, ſed poſt mortem eius fuit aperta, gl. 1. in can. ex quo, de conſecrat. diſt. 4.

Baptiſmus prodeſt paruulis, qui moriuntur ante tempus diſcretionis; quia ſaluantur in fide offerentis, can. illud, de conſecrat. diſt. 4.

Baptiſmi aqua non purgaret peccata, niſi tactu Dominici corporis eſſet ſanctificata, can. nunquam, de conſecrat. diſt. 4.

Baptiſmus generalis, non niſi Sabbato ſancto Paſchæ, & Pentecoſtes celebretur, can. non ratione, & can. ſeq. de conſecrat. diſt. 4.

Baptiſmo contulit Chriſtus poteſtatem & vim aquæ, tactu ſui 25
corporis: ſed in morte ſua voluit illam vim & poteſtatem ſuum conſequi effectum, gl. electione, in can. propria, de conſecrat. diſt. 4.

Baptiſmus ante mortem Chriſti, habebat efficaciam; ſed non tantam, quoniam non erat adhuc aperta porta cœli ante paſſionem, quamuis aquis vim regenerandi tactu ſui corporis dederit, gl. & virtus, ibid.

Baptiſmus illi, qui ficte accepit, prodeſt tunc, cùm illa fictio veraci confeſſione receſſit, can. tunc valere, de conſecrat. diſt. 4.

Baptiſmus poteſt accipi extra Eccleſiam; munus autem beatæ vitæ non inuenitur niſi intra Eccleſiam, can. Eccleſia, de conſecrat. diſt. 4.

Baptiſmus collatus in forma Eccleſiæ, dicitur Baptiſmus Chriſti, & non miniſtri conferentis, can. cum tantum, de conſecrat. diſt. 4.

in Baptiſmo omnibus confertur gratia æqualiter, ſed ex modo conuerſionis noſtræ minuitur, vel augetur, d. can. cum tantum, & ibi gl. pe.

Baptiſmo carens neque corpus Domini accipiat, neque prædicet, gl. pe. in can. propter, de conſecrat. diſt. 4.

in Baptiſmo intercedit ſtipulatio, per quam obligantur paruuli ex promiſſione patrinorum, licet non intelligant, & ſpeciale eſt in baptiſmo: & tenentur obſeruare fidem adulti facti, & obligantur, licet non intelligant, gl. 2. in can. prima, de conſecrat. diſt. 4.

Baptiſmus non eſt datus, vt peccata augeantur, ſed vt deleantur, can. quando, de conſecrat. diſt. 4.

Baptiſmus dimittit peccata, non tamen dat licentiam peccandi, 26
gl. ſi. ibid.

Baptiſmi ſacramentum, eſt ſacramentum regenerationis, can. ſi baptizata, de conſecrat. diſt. 4.

in Baptiſmo non ſolum originalia, ſed etiam actualia peccata remittuntur, can. regenerante, & ibi gl. 2. de conſecrat. diſt. 4.

Baptiſmus valet ad hoc, vt baptizati incorporentur Chriſto, vt membra eius habeantur, & conſepeliantur, vt reconcilientur Deo, & vt in eo viui, ſalui, liberati, redempti, & illuminati fiant, can. ad hoc, de conſecrat. diſt. 4.

in Baptiſmo vetus infirmitas penitus non abſumitur, ſed vires amittit, can. non ex quo, de conſecrat. diſt. 4.

in Baptiſmo quamuis fiat plena remiſſio peccatorum, nondum tamen eſt plena nouitas, & perfecta mutatio: quia adhuc remanet corruptio, non ſolum in corpore, ſed etiam in animo, qui eſt homo interior, d. can. non ex quo.

in Baptiſmo renouatur homo, & quantumcumque creſcat illa renouatio, numquam tamen in hac vita perfecta erit, cum adhuc peccatum ſit in homine, quod ſemper pugnat aduerſus ſpiritum, ibid.

in Baptiſmo fit omnium peccatorum plena remiſſio, quoad omnem pœnam peccati originalis quoad reatum mortis æternæ; & relinquitur originale ad pugnandum, dum ſumus in via: ſed debilitatum & ſuperatum, id eſt ad mortem æternam non imputabile, gl. plenam, ibid.

Reliqua vide in verbo, Peccatum. 26. 27. Chriſtus, 17. Paruulus.

1 **BAPTIZARE** poteſt ille, qui non eſt baptizatus, gl. 1. in reg. nemo poteſt, 79. de reg. iur. lib. 6.

Baptizare ſeipſum nemo poteſt, etiam inſtante neceſſitatis articulo, can. debitum, de Baptiſmo, gl. neceſſitatis, in can. baptiſmi, de conſecrat. diſt. 4.

Baptizari non poteſt quis in alio liquore, quàm in aqua, cap. 5. de baptiſmo.

Baptizabant Apoſtoli *in nomine Chriſti:* in quo verbo intelligitur vnctus, inungens, & per quem inungitur, id eſt Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus: ſed hodie illa forma non ſeruatur, gl. in nomine, in cap. 1. de Baptiſmo.

Baptizabant Apoſtoli *in nomine Chriſti*, vt ampliarent nomen Chriſti in illo tempore: quod nomen tunc homines abhorrebant, ibid.

Baptizabant Apoſtoli etiam *in nomine Trinitatis*, ibid.

Baptizare ex officio competit presbyteris, gl. 2. in clem. 1. de baptiſmo.

Baptizari poſſunt etiam in domibus priuatis pueri exiſtentes in mortis articulo, vel deſeterorum, vt quia eſt hoſtilitas, vel locus obſeſſus, gl. periculo, ibid.

Baptizari non prohibetur mulier tempore partus, nec etiam puer ea hora qua natus eſt, ſi immineat neceſſitas, can. baptizari, diſt. 5.

Baptizare ſolemniter non poteſt laicus, gl. 2. in can. qui ſub gradu, diſt. 50.

2 Baptizare ſeipſum nemo poteſt, etiam tempore neceſſitatis: quod ſi fuerit ita baptizatus, non valet baptiſmus, licet ad patriam, ſi decederet, conuolaret, gl. moliantur, in can. baptizandis, 99. 1. q. 1.

Baptizare poteſt puerum offerens, vel pater, tempore neceſſitatis, ibid.

Baptizare puerum ſi nolit Sacerdos, niſi ſibi daretur pecunia, pater pueri, potius debet dare pecuniam pro baptiſmo, quàm puerum dimittere mori ſine baptiſmo, licet id non deberet facere, ibid.

Baptizari poteſt vnuſquiſque pro ſuo arbitrio, can. nec numerus, 10. q. 3.

Baptizari recte poteſt ille, qui ſubitò obmutuit, ſi de eius conſtiterit præterita voluntate, can. qui recedunt, 26. q. 6.

Baptizari iterum non poteſt quis, gl. ad pœnitentiam, in can. ſi enim, de pœniten. diſt. 2.

Baptizari volenti duo ſunt neceſſaria, ſcilicet quod aqua exterius abluatur, & vt fides interius habeatur; vt ſicut aqua viſibili, ita & ſpiritu inuiſibili baptizetur, can. 2. de conſecrat. diſt. 4.

Baptizari debent catechumeni in ſolemnitate Paſchali, & Pentecoſtes, can. de catechumenis, de conſecrat. diſt. 4.

Baptizare licitum eſt quolibet tempore vigente neceſſitate, can. ſi qui neceſſitate. de conſecrat. diſt. 4.

Baptizare nullus debet aliquem præter Paſcha, & Pentecoſten, niſi vigente neceſſitate, can. venerabilis, de conſecrat. diſt. 4.

Baptizari poſſunt paruuli in omni tempore, & hoc obſeruat
3 Eccleſia conſuetudo in paruulis, ſecus eſt in adultis, in quibus ſimile periculum non timetur, quia in eis conuerſio mentis ad Deum baptiſmi vicem ſupplere non dubitatur, & ideo ipſi ſunt baptizandi ſtatutis temporibus, ſcilicet in Paſchate, & Pentecoſte, gl. 2. ibid.

Baptizare aliquem non debet mulier, niſi cogente neceſſitate, can. mulier, de conſecratione, diſt. 4.

Baptizare infirmum nolens Sacerdos, ex aliqua excuſatione itineris, vel alterius, debet deponi, can. quicumque, de conſecratione, diſt. 4.

Baptizari nemo debet *nomine Chriſti*, ſi tamen ita baptizetur, valet baptiſmus, gl. 2. in can. à quodam, de conſecratione, diſt. 4.

Baptizari poteſt quis *nomine Chriſti*, non tamen *in nomine Trinitatis*, quia in nomine Chriſti intelligitur vnctus, vngens, & à quo vngitur, ſed in nomine Trinitatis non intelligitur, niſi trium perſonarum eſſentiæ vnitas, ibid.

Baptizari debent illi, qui in nomine Domini tantùm baptizati ſunt, can. ſi re vera, de conſecratione, diſt. 4.

Baptizari poſſunt hæretici in forma Eccleſiæ, gl. ſi. in can. ſatis, de conſecrat. diſt. 4.

Baptizari nemo debet, ſine exorciſmis, & exſufflationibus, can. ſiue paruuli, de conſecratione, diſt. 4.

Baptizari recte poſſunt ægrotantes, teſtimonio aliorum, ſi pro ſe reſpondere non poſſunt, can. ægrotantes, de conſecrat. diſt. 4.

Baptizari poteſt ille, qui non eſt memor ſui baptiſmi, ſi inquiſitione, & examine habitis, non poteſt conſtare de eo, can. cum itaque, & can. ſeq. de conſecratione, diſt. 4.

Baptizari non debet ille, qui dicit ſe non eſſe memorem ſui baptiſmi, ſi de ſuſceptione Euchariſtiæ, aut panis benedicti appareat, quia per talia inducitur ad præſumptionem baptiſmi, gl. 2. in can. ſi nulla, de conſecrat. diſt. 4.

Baptizare non debet præsbyter præſente Epiſcopo, niſi eo iubente, can. omni tempore, & ibi gl. ſi. de conſecratione, diſt. 4.

Baptizari debet quicumque naſcitur de carne, duabus de cauſis, ſcilicet vt liberetur à peccato, & vt ſaluetur, can. quiſquis, de conſecrat. diſt. 4.

Reliqua in verbo, Dormiens, Mutus.

BAPTIZANS qui non eſt ordinatus, ac ſi eſſet ordinatus, & ei liceat ex officio, deponendus eſt, ſecus ſi in neceſſitate, quia tunc licitum eſt cuilibet, gl. 1. in cap. 1. de clerico non ordinato miniſtrante.

Baptizans ſi habeat intentionem baptizandi, baptizatus qualemcumque intentionem habeat, recipit ſacramentum, ſed ſi baptizans non intendit baptizare, licet verba proferat, non eſt baptizatus, gl. ſi. in can. ſolet, de conſecratione, diſt. 4.

Baptizans debet habere intentionem baptizandi, ibid.

Baptizans debet habere ſecum chriſma, & baptizatum inungere in vertice, & ſi quis ſine hac vnctione fuerit baptizatus, Epiſcopus ſupplebit hoc in confirmatione, cum ei fuerit hoc notificatum, can. nullus, de conſecrat. diſt. 4.

inter Baptizantem, & baptizatum debet eſſe diſtinctio perſonarum, quia alius debet eſſe baptizans, & alius baptizatus, gl. 1. in can. ſi. de ſortilegis.

inter Baptizantem, & baptizatum debet eſſe differentia, vnde ſeipſum non poteſt quis baptizare, gl. ſi. in cap. per noſtras, de iure patr.

Reliqua vide in verbo, Baptiſmus, per totum, Baptizare, Baptizandus, Baptizatus.

BAPTIZANDVS inungitur bis ante baptiſmum, & poſt 1
baptiſmum etiam bis, ſcilicet ante baptiſmum oleo benedicto, primum in pectore, deinde inter ſcapulas, poſt baptiſmum, chriſmate; primo in vertice, deinde in pectore, cap. 1. §. quia verò, de ſacra vnctione.

Baptizandus inungitur oleo benedicto in pectore, vt per Spiritus Sancti donum abijciat errorem, & ignorantiam, & ſuſcipiat fidem rectam, vt per fidei Sacramentum ſit mundatia cogitationum in pectore, ibid.

Baptizandus inungitur oleo benedicto inter ſcapulas, vt per Spiritus Sancti gratiam excutiat negligentiam, & torporem, & bonam operationem exerceat, vt per operis exercitium ſit fortitudo laborum, ibid.

Baptizandus inungitur ante baptiſmum oleo benedicto, ſed poſt baptiſmum chriſmate ſancto, quia chriſma ſoli Chriſtiano competit, ibid.

Baptizandi ius, alio non apparente, pertinet ad Eccleſiam Cathedralem, cap. 1. de religioſ. domib.

Baptizandi miniſterium, ſolum Epiſcopis, & Presbyteris eſt permiſſum, gl. abſque, in can. Diaconus, diſt. 93.

Baptizandi ius non habent laici, niſi exponant ius, permiſſionem vel licentiam, gl. homini, & gl. neceſſitate, in can. quod quidem, 97. 1. q. 1.

à Baptizandis, vel conſignandis, id eſt confirmandis pretia non debent exigi, can. baptizandis 99. q. 1.

Baptizandus adultus nihil debet dare Sacerdoti, qui nullo modo voluit eum baptizare, niſi ſibi daret pecuniam, quia ſola fides ei ſufficit, gl. moliantur, ibid.

pro Baptizandis infantibus clerici nihil debent exigere ab his, qui eos adducunt baptizandum, poſſunt tamen accipere voluntarie ab eis oblata, can. peruenit, 105. 1. q. 2.

Baptizandorum pedes lauandi non ſunt, can. emendati, 104. 1. q. 1.

Baptizandorum pedes aqua conſecrata primo lauant Mediolanenſes, poſtea baptizant eos, & non peccant, quia autoritate Diui Ambroſij hoc faciunt, gl. ſi. ibid.

Baptizandus eſt vnuſquiſque, qui hoc voluerit, non attento baptizandorum numero, can. nec numerus, 10. q. 3.

Baptizandi formam, & poteſtatem tradidit Chriſtus Apoſtolis, & Apoſtoli alijs etiam laicis, can. ſanctum, & ibi gl. 1. de conſecrat. diſt. 4.

Baptizandus debet prius inſtrui in fide, antequam baptizetur, can.

can. ante, de conſecratione, diſt. 4.

Baptizandi in vnaquaque Eccleſia poſſunt cathechizari, can. catechiſmi, de conſecrat. diſt. 4.

Baptizandi debent diſcere Symbolum fidei, & feria quinta vltimæ ſeptimanæ quadrageſimæ, vel Epiſcopo, vel presbytero reddere, can. baptizandos, & can. ſeq. de conſecrat. diſt. 4.

Baptizandi antequam baptizentur, ſunt examinandi, can. baptizandi, de conſecrat. diſt. 4.

Baptizandi debent exorcizari, & exſufflari, can. poſtquam, de conſecrat. diſt. 4.

Baptizandus ſignatur in corde, & in fronte, vt ab eo tempore apoſtata Diabolus in vaſe ſuo priſtino ſuæ interemptionis cognoſcens ſignaculum, iam ſibi deinceps illud ſciat eſſe alienum, can. poſtea ſignatur, de conſecrat. diſt. 4.

Baptizandis tanguntur nares, & aures de ſaliua, & dicitur eis
3 verbum Evangelicum, quando Ieſus mutum, & ſurdum ſanauit, d. can. poſtea.

Baptizandorum nares, & non ora tangit Epiſcopus, vt bonum odorem accipiant pietatis æternæ, can. propter, de conſecrat. diſt. 4.

Baptizandus vngitur in pectore oleo ſantificato, cum inuocatione Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, vt mens eius confortetur in fide, & etiam inungitur inter ſcapulas, vt vndique muniatur, & vt roboretur per Dei gratiam, ad bona opera facienda, can. deinde, de conſecrat. diſt. 4.

Baptizandi ordinem ſi mutat quis, putà, baptizo te in nomine Patris, & Spiritus Sancti, & Filii, non erit baptizatus, nam ordo verborum eſt de forma, gl. fi. in can. ſi non ſanctificatur diſt. 4.

in Baptizandis non eſt neceſſaria pœnitentia exterior, id eſt ſatisfactio, & afflictio, ſed bene interior, vt non ſit vacuum myſterium Baptiſmi, can. ſine pœnitentia, & ibi gl. de conſecrat. diſt. 4.

Baptizandi officium recipiens non debet proficiſci ſine chriſmate, can. nullus miniſtrorum, de conſecrat. diſt. 4.

Baptizandus ſi ita ſit æger, quod non poſſit emergere, ne forte lædatur, ſufficit quod aſpergatur aqua, can. nec quicquam, de conſecrat. diſt. 4.

Baptizandus eſt, qui de baptizata naſcitur, can. ſi baptizata, de conſecrat. diſt. 4.

Baptizandus eſt filius apoſtatæ, etiam incerto patre, dum puer eſt, gl. qui de baptizata, in d. can. ſi baptizata.

Baptizando non ſufficit habere bonam conſcientiam, niſi ad interrogationem Eccleſiæ ſuam fidem oſtendat, gl. fi. in can. verum, de conſecrat. diſt. 4.

Baptizandum neminem eſſe, ſi quis dixerit, niſi ea ætate, qua Chriſtus baptizatus, vel in ipſo mortis articulo, anathema ſit, Concil. Trident. ſſ. 7. de baptiſmo, can. 12.

Reliqua vide in verbo, Cathecumenus Cathechiſmus.

1 BAPTIZATVS inungitur bis chriſmate, ſcilicet in vertice, deinde in fronte, in vertice, vt ſit paratus omni petenti de fide reddere rationem, quia per caput intelligitur mens, & per verticem, quæ eſt ſuperior pars capitis, intelligitur ratio, quæ eſt ſuperior pars mentis, cap. 1. §. quia vero, de ſacra vnctione.

Baptizatus inungitur etiam in fronte chriſmate, vt libere confiteatur, quod credit, quia corde creditur ad iuſtitiam, ore verò fit confeſſio ad ſalutem, cap. 1. § quia verò, de ſacra vnctione.

Baptizatus non erit puer, licet ter ſit merſus in aqua, *in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, Amen*, niſi ſit dictum, *ego te baptizo, in nomine Patris, &c.* cap. 1. de baptiſmo.

Baptizatus in nomine Chriſti eſſet baptizatus, ſed ita baptizans malè facit, & puniri debet, eo quod non ſeruauit formam ab Eccleſia ſtatutam, gl. in nomine, ibid.

Baptizatus an fuerit quis, ſi probabiliter dubitatur, poteſt baptizari ita. *ſi baptizatus es, ego non te baptizo, ſi nondum baptizatus es, ego te baptizo, in nomine Patris, &c.* cap. 2. eodem.

Baptizati amentes, furioſi, vel dormientes, ſi ante furorem, vel dormitionem volebant baptizari, ſuſcipiunt characterem, aliàs ſecus, coacti verò cauſatiue ſuſcipiunt, cap. maiores, §. item quæritur, de baptiſmo.

Baptizatus, ſi fuerit amens ab infantia, prodeſt ei baptiſmus, quia perinde habetur, ac ſi nunc fuerit infans, & nullo peccato gravatur, niſi originali, gl. perdurare, in d. cap. maiores, §. fi.

2 Baptizatos à Latinis, non debent rebaptizare Græci, cap. fi. eod.

Baptizatus licet non fuerit quis, ſi tamen probabiliter credens ſe eſſe baptizatum deceſſerit, per illam fidem, quam habuit de baptiſmo, poteſt ſaluari, cap. 2. de præsbyter. non baptiz.

Baptizatus præſumitur, qui inter Chriſtianos tanquam fidelis fuerit conuerſatus, ſed contra huiuſmodi præſumptionem admittitur probatio, cap. fi. & ibi gl. 1. eod.

Baptizati alterius ſectæ, vel fidei ritus compelluntur dimittere, cap. quidam, de apoſtatis.

Baptizatus etiam per vim, dicitur baptizatus, & compellitur ſeruare baptiſmum, can. de Iudæis, diſt. 45.

Baptizatus in ægritudine, non debet præsbyter ordinari, niſi poſtea fidelis appareat, vel neceſſitas ſubſit, in ſumma, & can. 1. diſt. 57.

Baptizati pueri ab hæreticis, ad ordines promoueri poſſunt, gl. 1. in d. can. 1.

Baptizatus ſemel, iterum non debet baptizari, can. 1. diſt. 64.

Baptizatus extra formam Eccleſiæ, iterum debet baptizari, gl. 2. in can. 1. diſt. 64.

Baptizatum ſe eſſe dicenti creditur, quia ſola fides conſert alicui Sacramentum baptiſmi, gl. 2. in can. 2. diſt. 68.

Baptizatus licet in viuo non præſumatur in dubio, tamen in mortuo potius præſumitur, vt ſuffragia Eccleſiæ ei proficiant, ibid.

Baptizatus quis, vel non, ſi ſit dubium, debet baptizari, quod 3
ſi is prius baptizatus non fuerit, conſequitur gratiam baptiſmi, ſi verò prius erat baptizatus, nihil accipit in ſecunda vnctione, nec hoc pertinet ad reiterationem, ſed ad cautelam ſalutis, ibid.

Baptizati ab ebrio, adultero, vel homicida, dicuntur baptizati à Chriſto, can. dedit. 46. 1. q. 1.

Baptizati à Ioanne, *in nomine Chriſti venturi*, ſi non audierunt eſſe Spiritum Sanctum, iterum ſunt baptizandi, *in nomine Chriſti* explicitè, gl. Chriſti, ibid.

Baptizati à Ioanne, ſi habebant ſpem in eo baptiſmo, & credebant in Patrem, Filium, & Spiritum Sanctum, non fuerunt baptizati poſtea, ſed impoſitione manuum ab Apoſtolis ſuper eos facta, Spiritum Sanctum receperunt, alii vero qui non ita credebant, fuerunt baptizati baptiſmo Chriſti, ibid.

Baptizati, & baptizantis intentio exigitur, gl. fi. ibid.

Baptizati ab hæreticis, per manus impoſitionem ab Epiſcopo, confirmari debent. can. hi qui, 51. 1. q. 1.

Baptizati à Paulianiſtis præter formam Eccleſiæ, ad nos redeuntes debent iterum baptizari, can. ſi quis confugerit, 52. 1. q. 1.

Baptizati ab hæreticis in forma Eccleſiæ, ſi in hæreſi, vel ſchiſmate eis communicant, Sacramentum baptiſmi ab eis accipiunt, virtutem verò non conſequuntur, quam ſine fide nullus conſequi poteſt, can. Paulianiſtæ, 1. q. 1.

Baptizati ab ordinato ante baptiſma, non debent rebaptizari, cùm
etiam ab hæretico & pagano poſſit conferri, can. ſi quis per 4
ignorantiam, 59. & ibi gl. 1. & 2. 1. q. 1.

Baptizatus non debet cogi mittere aliquid in concham pro baptiſmo, can. emendari, 1. q. 1.

Baptizatus, tempore baptiſmi ſi dederit aliquid baptizanti, præſumitur ſimonia ratione temporis, in quo dedit: ſponte tamen & voluntarie oblatum, recte poteſt accipi, d. can. emendari, & ibi gl. 1.

Baptizati infantes ab hæreticis, perfidia parentum, non ſunt repellendi à promotione ordinum, niſi ex poſt facto conſenſerint, can. placuit, & can. ſeq. 1. q. 4.

Baptizati extra Eccleſiam, vel rebaptizati ab hæreticis, ad clericatum nunquam debent admitti, can. qui in qualibet, 1. q. 7.

Baptizatus puer ab hæretico, admittitur ad ſacros ordines propter pietatem innocentiæ, qui aliàs non admitteretur, gl. fi. in can. tanta, & can. qui in quolibet, 1. q. 7.

Baptizatus ſi quis non fuerit, vel ſanguine ſuo proprio, vel aqua, aut cordis contritione, non ſaluatur, can. firmiſſime, 15. q. 1.

Baptizatus ſola voluntate, ei omnia peccata, etiam originale, dimittuntur, gl. 2. in can. caue. 28. q. 1

Baptizatus ſola voluntate, non poteſt contrahere matrimonium cum Chriſtiana, nec ordinem poteſt recipere, quia ſi ſuperuixit, & ſe non baptizauit, videtur contemnere, ibid.

Baptizata ſemel anima, numquam debet iterum baptizari, etiamſi 5
quis millies ad vitam reſuſcitaretur, gl. 2. in can. licite, 32. q. 7.

Baptizatus dicitur ille, ſuper cuius caput infunditur aqua, gl. 1. in can. vulgaris, de pœnitent. diſt. 1.

Baptizatus reputatur ille, cui quantalibet pars aquæ infunditur, ibid.

Baptizatus in fine vitæ, veriſimilius creditur ſaluari, quàm qui baptizatus eſt antea, potuit pœnitere, can. fi. de pœnitent. diſt. 7.

Baptizatus infans, in nomine Patris, & filii, & Spiritus ſancti, non debet iterum baptizari, can. Eccleſiis, de conſecrat. diſt. 1.

Baptizati qui non fuerunt, inter non credentes iudicantur: quia niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu ſancto, non poteſt introire in regnum Dei, can. filius Dei, de conſecrat. diſt. 4.

Baptizatus in forma Eccleſiæ, ſi iterum baptizetur, iniuria fit Sacramento: quia videtur fieri, quaſi iam non fuerit baptizatus, gl. iniuria, in can. oſtenditur, de conſecrat. diſt. 4.

Baptizati dicuntur paruuli, ſi ad baptiſmum offerantur ea intentione, vt ſanitatem corporis reciperent, & non vt conſequerentur gratiam, can. non illud, de conſecrat. diſt. 4.

Baptizati ab hæreticis in forma Eccleſiæ, non ſunt rebaptizandi, can. ſine hæreticis, de conſecrat. diſt. 4. debent tamen reconciliari Eccleſiæ, imponendo eis manus ab Epiſcopo, ita dicendo *accipe Spiritum ſanctum*, can. hi de quibus, & ibi gl. fi. de conſecrat. diſt. 4.

Baptizati apud hæreticos *in nomine Trinitatis*, redeuntes ad fi-
dem, ſecundum diuerſitatem hæreticorum, aut chriſmate con- 6
firmantur, aut reconciliatoria manus eis imponitur, vel de fide interrogantur, can. de antiquo, & ibi gl. fi. de conſecrat. diſt. 4.

Baptizati à paganis non in forma Eccleſiæ, debent baptizari in

nomine Trinitatis, can. quis, de conſecrat. diſt. 4.
Baptizati qui non fuerint in nomine Trinitatis, iterum ſunt baptizandi, can. hi vero, de conſecration, diſt. 4.
Baptizatus vngitur à ſacerdote in cerebro, vt Chriſti regni princeps fiat, & à Chriſto Chriſtianus poſſit vocari, can. poſtquam, de conſecrat. diſt. 4.
Baptizato traditur candida veſtis, quæ ſignificat innocentiam, & puritatem Chriſtianam, can, poſt baptiſmum, & can. ſeq. de conſecrat. diſt. 4.
Baptizato adulto, ſi non pœniteat, non dimittuntur peccata, ſed paruulo huiuſmodi pœnitentia non eſt neceſſaria, quia libero non vtitur arbitrio, can. omnibus, de conſecrat. diſt. 4.
Baptizata matre non cenſetur baptizatus filius qui in vtero eſt, vnde eo nato debet baptizari: nam alia voluntas eſt matris, alia filii: & ideo cuiuslibet eorum voluntas in confeſſione eſt inquirenda, can. ſi ad matris, & can. qui in maternis, can. ſi qua, de conſecrat. diſt. 4.
Baptizatus bis ſcienter, eſt irregularis in perpetuum: ſi autem
7 ignoranter, poteſt ex cauſa cum eo diſpenſari, can. qui bis, & ibi gl. 1. de conſecrat. diſt. 4.
Baptizatos rebaptizabant Nouatiani, & Donatiſtæ hæretici, gl. 2. in d. can. qui bis, de conſecration. diſt. 4.
Baptizati ſi fuerint bis Epiſcopi, presbyteri, vel diaconi ſpontanei, vel coacti conditionaliter ab hæreticis, debent in perpetua pœnitentia permanere, vſque ad finem vitæ: & ab omni Eccleſiaſtico officio ceſſare, can. eos quos, de conſecrat. diſt. 4.
Baptizati ſi fuerint bis clerici minores, vel Monachi, vel Monachæ, vel etiam laici, licet ſint adulti, debent duodecim annis pœnitere, ibid.
Baptizatos chriſmate vngere licitum eſt presbyteris in pectore, ſed non in frontibus: quod ſolis Epiſcopis debetur, cum tradunt paracletum, can. presbyteris, & can. presbyteri, de conſecrat. diſt. 4.
Baptizatum, de veteri chriſmate non debet vngere ſacerdos, ſub pœna ſuæ damnationis, can. ſi quis de alio, de conſecrat. diſt. 4.
Baptizata ſi fuerit caro Chriſti, quæ ſine peccato erat, propter exemplum imitationis, quanto magis eſt baptizanda caro mortis, id eſt peccati, propter euitandum iudicium damnationis, can. ſi baptizata, de conſecrat. diſt. 4.
Baptizatus ſemel per aliorum voluntatem, deinceps non poteſt vinculo alienæ iniquitatis obſtringi, cui nulla ſua voluntate conſentit, can. quæris, de conſecrat. diſt. 4.
8 Baptizatus ſignatur cum chriſmate in ſummitate capitis per ſacerdotem, & per Epiſcopum in fronte, can. nouiſſime, de conſecrat. diſt. 5.
Baptizatus non erit plenus Chriſtianus, quoad omnia ſacramenta: niſi in confirmatione Epiſcopali fuerit chriſmatus, can. vt ieiuni, de conſecrat. diſt. 5.
Baptizatum ſi quis dixerit, non poſſe etiamſi velit gratiam amittere, quantumcunque peccet, niſi nolit credere, anathema ſit. Conc. Triden. ſſ. 7. de baptiſmo, can. 6.
Baptizatos ſi quis dixerit per baptiſmum, ſolius tantum fidei debitores fieri, non autem vniuerſæ legis Chriſti ſeruandæ, anathema ſit. in can 7. ibid.
Baptizatos ſi quis dixerit, eſſe liberos ab omnibus ſanctæ Eccleſiæ præceptis, quæ vel ſcripta vel tradita ſunt; ita vt ea obſeruare non teneantur, niſi ſe ſua ſponte illis ſubmittere voluerint: anathema ſit, can. 8. ibid.
in Baptizatis remanet concupiſcentia, vel fomes, quæ relicta eſt ad agonem, Concil. Trident. ſſ. 5. de peccato originali, cap. 2. ad ſi.
Baptizatum vnus tantum ſiue vir, ſiue mulier, vel ad ſummum vnus & vna, de baptiſmo ſuſcipiant, inter quos & baptizatum, ac illius patrem & matrem, nec non inter baptizantem, & baptizatum, baptizatique patrem ac matrem cognatio tantum ſpiritualis contrahitur, Concil. Trid. ſſ. 24. de reſor. matrim. cap. 2.

Reliqua vide in verbo, Baptiſmus, per totum, Baptizare, Baptizandus, Adultus, Ancus, Circumciſio, Dormiens, Patrinus, Renatus.

BAPTISMALES Eccleſiæ dicuntur matrices quia renaſcimur per baptiſmum, gl. deputati, in clem. 1. de baptiſmo.

Reliqua vide in verbo, Eccleſia, 47. 57. 58. Parochiales.

BAPTISTERIVM non permittitur fieri in monaſterio, can. pridem, 18. q. 1.
Baptiſterio remoto, ille locus non debet pedibus conculcari, & hoc commodius non poteſt fieri, quam ſi ibi ædificetur altare, d. cap. pridem, & ibi gl. 2.
ad BARBAROS deferri res prohibitas lex ciuilis inhibet ſub pœna capitis, & proſcriptionis omnium bonorum, gl. inſtrumentorum, in extrauag. copioſus, Ioan. 22.

Reliqua vide in verbo, Arma, Hoſtes.

inter BARONES, & Comites eſt differentia, & appellatione vnios non comprehenditur alius, cap. 2. in ſupraſcriptione, de ſupplenda neglig.

Reliqua vide in verbo, Cometa.

BASILIDES hæreticus negabat Chriſtum fuiſſe paſſum, gl. 2. in can. Marcion. 64. 1. q. 1.
BASILICA proprie, eſt domus Regia, vel palatium Regis: per tranſlationem tamen ſumitur pro Eccleſia, quia eſt palatium ſummi regis, gl. baſilicam, in extrauag. antiquorum, de pœnit. & remiſ. inter communes.
Baſilica dicitur ante conſecrationem, ſed poſt conſecrationem dicitur Eccleſia, cap. 1. & ibi gl. 1. de relig. domibus.
Baſilica conſecranda, ſi dubitatur in cuius diœceſi ſit, ille Epiſcopus conſecrabit, qui prius in illo loco Epiſcopalia exercebit, d. cap. 1. eod.
Baſilicas ſanctorum, vel oblationes, quæ in eis fiunt, ſiue ſolemnitates ſanctorum ſi quis contemnat, ſe ex hoc iuſtum exiſtimans, excommunicatur, can. ſi quis per ſuperbiam, diſt. 30.
Baſilicæ omnes, quæ per diuerſa loca conſtructæ ſunt, vel quotidie conſtruuntur, ad eum pertinent Epiſcopum, in cuius territorio poſitæ ſunt, can. omnes baſilicæ, 16. q. 7.
Baſilicæ omnes abſque authoritate ſedis Apoſtolicæ ædificatæ, non debent dedicari, can. baſilicas, de conſecrat. diſt. 1.

Reliqua vide in verbo, Meſquitæ, Eccleſia.

BASILIVS gerens vices regis Odoacris, rogatus à Symmacho, interfuit electioni Papæ, can. bene quidem, diſt. 96.
BASES, id eſt columnæ, quæ fiunt ex petra duriſſima, gl. baſes, in cap. fundamenta, 17 de elect. lib. 6.
Baſis dicitur, quod ſupponitur vel ſuperponitur columnæ, ibid.
BEATITVDO conſiſtit in perfecta viſione diuinæ eſſentiæ: ſecundum alios verò, conſiſtit in perfecta Dei dilectione & fruitione, gl. quarto, in clem. ſi. de hæreticis.
Beatudinem, quæ eſt in patria, non poteſt quis in hac vita conſequi, d. clem. ſi. veri quarto.
ad Beatitudinem æternam peruenire poſſunt non ſolum virgines, & continentes, ſed etiam coniugati, per rectam fidem & operationem bonam placentes Deo, cap. firmiter, §. ſi. de ſumma Trinitat.

Reliqua vide in verbo Gloria, Homo, 4.

BEATVS Martinus, cum cœpiſſet viribus corporis repente deſtitui, dixiſſe fertur, *Domine ſi adhuc populo tuo ſum neceſſarius, non recuſabo laborem: fiat voluntas tua*, cap. niſi cum pridem. §. porro, de renunciat.
Beatus Hyeronimus cum libros Ciceronis legeret, ab Angelo correptus eſt, eo quod vir Chriſtianus paganorum figmentis intenderet, can. legimus, diſt. 37.
Beati Benedicti Abbatis dicta poſſunt adduci pro iure, can. oratorium, diſt. 42.
BEATIFICAE perfectionis omnem gradum, etiam per Dei abſolutam potentiam, non videtur poſſe obtinere homo, in hac vita conſequi: & hoc, loquendo de beatitudine accidentali: nam ad perfectionem talis beatitudinis pertinet perfecta impaſſibilitas & glorificatio, quæ non poſſunt ſtare cum paſſibilitate, cui ſubiicitur homo in hac vita, clem. 1. & ibi gl. quarto, de hæreticis.
ad Beatificam viſionem eſſentiæ diuinæ, nullus poteſt eleuari à Deo, ſecundum legem communem, qua Deus homines beatificat, niſi totaliter moriatur, ſicut communiter eſt de animabus tunc beatis, ibid.
BEATISSIMA virgo Maria, quamuis ſit excellentior Apoſtolis vniuerſis: non tamen illi, ſed illis fuerunt traditæ claues regni cœlorum, gl. 1. in cap. dilecta, de maior & obed.
Beatiſſima virgo eſt dignior & excellentior omnibus Apoſtolis, cap. noua, de pœnit. & remiſſ.
Beatam Virginem Mariam in peccato originali non fuiſſe conceptam, vel in peccato originali fuiſſe conceptam, quælibet opinio eſt approbata, & teneri poteſt, dummodo contraria non dicatur erronea, & id aſſerentes, ipſo facto ſunt excommunicati extrauag. graue nimis, de reliquiis & vener. ſanct. inter communes.
Beata Virgo, & Sanctus Ioannes Baptiſta fuerunt ſanctificati in vtero, gl. pe. in can. vnum, §. oportet, diſt. 25.
Beata Maria propoſuit ſe ſeruaturam votum virginitatis in corde, ſed ipſum votum virginitatis non expreſſit ore, ſubiiciens ſe diuinæ diſpoſitioni, ſcilicet niſi aliter ei Deus reuelaret; & inde quod licite potuit contrahere, Deo reuelante, can. beata, & gl. voti, in can. matrimonium, 27. q. 2.
Beatiſſima Virgo Maria matrimonium contraxit ſimpliciter: & licet certum ſit antea vouiſſe virginitatem, tamen conſenſit in coniugalem cohabitationem, & implicite in omnia quæ ad matrimonium ſpectant: neque ex hoc ſequitur beatiſſimam Virginem conſenſiſſe expreſſe in carnalem copulam; id enim repugnat virginitati: implicite tamen conſenſit non in actum copulæ, ſed in potentiam; qui quidem conſenſus non eſt contrarius virginitati, d. cap. beata.
Beatiſſima virgo Maria vnicum filium genuit, gl. ſi. in can. genuit, 27. q. 2.
Beatiſſima virgo Maria dicitur coniux, cum ſimpliciter ſponſata eſſet, can. priuſquam, 27. q. 2.
Beatiſſimam virginem matrem non commendaſſet Chriſtus diſcipulo

diſcipulo

ſtipulo Ioanni, ſi eam Ioſeph cognouiſſet, can. ſi enim, 27. q. 2.

Beatiſſima virgo Maria appellatur vxor Ioſeph, quia ſic ab eo putabatur futura, can. inuenta, 27. q. 2.

Beatiſſimam virginem Mariam comprehendere, vbi de peccato originali agitur, non eſt intentionis Concil. Trid. ſed declarauit eſſe ſeruandam conſtitutionem Sixti Papæ quarti ſub pœnis in ea contentis, Concil. Trid. ſeſſ. 5. de peccato origi. cap. 2.

Reliqua vide in verbo, Conceptio, Maria, Rubus.

BEEMOTH idem eſt quod diabolus, & interpretatur animal immundum; quia diabolus propter ſuperbiam à cæleſti beatitudine, tanquam immundum animal, factus eſt alienus, gl. beemoth, in can. principium, de pœnitent. diſt. 2.

Beemoth eſt principium viarum Dei, id eſt primum & præcipuum operum Dei, gl. 1. & 2. ibid.

Reliqua vide in verbo, Diabolus, Lucifer.

BEGVINAE cenſentur habere mentis inſaniam, clem. 1. de relig. domibus.

Beguinarum ſtatus reprobatus eſt, ibid.

Beguinarum ſtatus licet ſit per Clementem quintum multis rationibus reprobatus, permittitur tamen mulieribus fide dignis, quæ nec ſunt culpabiles, nec ſuſpectæ ſub habitu Beguinarum viuere, nec ſunt tales per Ordinarios moleſtandæ, extrauag. ratio recta, de religioſ. domibus. inter communes.

Reliqua vide in verbo, Fratricelli.

BELIAL apoſtata interpretatur, gl. belial, in can. reſuſcitatus, de pœnitent. diſt. 1. & gl. ad belial. in can. non ſatis, 34. q. 1.

1 **BELLVM** ineuitabile & ex neceſſitate defenſionis perſonæ aſſumens, quidquid inde ſequatur, non eſt irregularis; & poteſt promoueri ad ordines, gl. 1. in cap. 1. de corpore vitiatis non ordin.

Bellum voluntarium & euitabile aſſumens, ex ſola aſſumptione & exercitio, maxime ſi clericus eſt, grauiter delinquit: ideo ab ordine repellitur, ibid.

Bello vel duello per clericum ſuſcepto, ſi ſecuta eſt debilitatio, aut mutilatio, vel deformitas, quæ ipſum impedit in executione officii, & impedit promoueri, nec Epiſcopus poteſt cum eo diſpenſare: ſecus ſi homicidium vel membrorum truncatio non ſit ſecuta, ibid.

Belli peſtis interimat, quos delinquentes ad rectitudinis viam præcepta Dei non reuocant, gl. coerceat, in cap. eam in cunctis, §. fi. de electio.

Bello iuſto, nullo die, etiam Dominico, eſt ceſſandum, gl. 2. in cap. 1. de tregua & pace.

Bellum iniuſtum nullo tempore faciendum eſt, ibid.

Belli tempore debent habere plenam ſecuritatem presbyteri, Monachi, conuerſi, peregrini, mercatores, ruſtici, euntes, & redeuntes, vel in agricultura exiſtentes, & animalia, quibus arant, & ſemina portant ad agrum, cap. 2. eod.

ex Bello & guerra proueniunt gentium afflictio, & attritio, cap. fi. de teſtit. ſpoliat.

2 Bellum iniuſtum mouens compellitur reſtituere quæ per violentiam occupauit, & eos abſoluere à quibus debite iuramentum extorſit, cap. ſicut, & iuſta, 29. de iureiurando.

in Bello iuſto occupata non tenetur quis reſtituere, gl. 2. ibid.

Bellum fieri poteſt authoritate Eccleſiæ; quod verum eſt contra inimicos fidei, & contra illos qui Eccleſiam impugnant, cap. excommunicamus, 13 §. Catholici, de hæreticis.

Bellum quando eſt iuſtum, licitum eſt pugnare quibuſcumque armis: ſecus quando bellum eſt iniuſtum, gl. 1. in cap. 1. de ſagittariis.

Bellum & pugnam indicere poteſt Eccleſia, contra excommunicatos & inobedientes, cap. ſacris, 38. de ſententia excommunicat.

Bellum ex quo iuſtum eſt, ſubditi debent obedire domino, vel eius curatori, gerentes bellum contra violentos; & idem quando dubitatur, an ſit iuſtum: ſecus quando eſt certum, bellum eſſe iniuſtum, gl. violentos, in cap. 2. de ſuppleud. negli. Prælat.

Belli calamitas quod introducit, conſueuit ſopire pacis lenitas, gl. commodis, in extrauag. ad noſtri Apoſtolatus, Ioan. 22.

Belli princeps debet habere portionem ſuam de prædis factis, can. ius militare, diſt. 1.

de bello iuſto & licito fugientes ſunt infames, can. infames, 6. q. 1.

de Bello publico & licito fugiens committit crimen læſæ maieſtatis, & capite puniri debet: niſi quando dominum defendere non potuit, gl. de bellis, ibidem.

Bellum iuſtum eſt, quod geritur edicto Principis, gl. fi. in can. fi. 14. q. 4.

Bellum Deo authore gerentes, non dicuntur tranſgredi præcepta non occidendi, can. ſi non licet, 23. q. 5.

Bellum indicere poteſt iudex Eccleſiaſticus, & in bello inſequi hoſtes, gl. materiali, in can. authoritatem, 15. q. 6.

Bella carnalia, bellorum ſpiritualium figuram gerunt, can. niſi bella, 23. q. 1.

in Bello ſanctus quidam exiſtens, poteſt vti armis: nam & Dauid, cui dominus tam magnum perhibuit teſtimonium, vſus fuit armis in bello, can. noli exiſtimare, & ibi gl. 1. 23. q. 1.

Bellum non eſt reprehendendum, quia homines ibi moriantur quandoque morituri, vt dominentur in pace victuri, can. quid culpatur, 23. q. 1.

in Bellis ſunt reprehendenda, nocendi cupiditas, vlciſcendi crudelitas, libido dominandi, feritas rebellandi, ibid.

Belli ſuſcipiendi authoritas, atque conſilium conſiſtit penes principes, quibus obediendum eſt: niſi præcipiant contra Deum, d. cap. quid culpatur, §. ordo.

Bellum inducere poteſt princeps Eccleſiaſticus, gl. princip. in d. can. quid culpatur, §. ordo, 23. q. 1.

Bella etiam apud veros Dei cultores pacata ſunt, quæ non crudelitate, aut cupiditate, ſed pacis ſtudio geruntur, vt mali coerceantur, & boni ſubleuentur, can. apud veros, 23. q. 1.

Bellum iuſtum eſt, quod ex dicto id eſt præcepto principis geritur, de rebus repetendis, aut propulſandorum hoſtium cauſa, can. iuſtum, 23. q. 2.

Bella iuſta ſolent diffiniri, quæ vlciſcuntur iniurias, can. dominus, 23. q. 2.

Bellum iuſtum cum ſuſcepiſſet quis, vtrum aperte pugnet, an ex inſidiis, nihil intereſt ad iuſtitiam, ibid. 4

in Bello ſi quis conſecutus ſit totum ſuum intereſſe, adhuc poteſt de hoc agere in iudicio, vel habere bellum contra ipſum de eo, quia res iſta non eſt ei ſoluta pro debito, ſed in bello eſt facta ſua, gl. fi. ibidem.

Bella iuſta gerebantur a filiis Iſrael, quia innoxius tranſitus eis negabatur, gl. fi. in can. fi. 23. q. 2.

in Bello capta, de iure gentium fiunt capientium; tenentur tamen dare domino, ſub quo militant, vt diuidat ſecundum merita hominum, gl. 2. in can. de eo, 23. q. 5.

in Bello, quod contra infideles geritur, quiſquis moritur, cæleſte regnum meretur, can. omnium, 23. q. 5.

Bellum ſuſcepit Carolus contra Longobardos, precibus atque hortatu Adriani Papæ, can. hortatu, 23. q. 8.

Bellum iuſte licet, etiam in diebus quadrageſimalibus, neceſſitate inſtante, can. ſi nulla, 23. q. 8.

Bellum contra Turcas adiuuantibus ſubſidio ſuarum perſonarum, aut facultatum, conceſſit Pius quintus indulgentias, ſeu gratias tam temporalium, quam ſpiritualium, quas Romani Pontifices ſoliti fuerunt concedere proficiſcentibus ad ſubſidium terræ ſanctæ, extrauag. vniuerſis, & ſingulis, Pii quinti.

Bellare nullus poteſt ſine authoritate principis, gl. principes, in can. quid culpatur, §. ordo, 23. q. 1.

Bellans diebus prohibitis incurrit peccatum mortale, cap. 1. de tregua & pace.

Reliqua vide in verbo, Arma. Aufugiens. Deſeri. Clericus, 111. vſque 115. Guerra. Pax.

BENE AGERE recuſans ex quadam obſtinatione animi, poteſt dici hæreticus, can. nullus, diſt. 38.

Reliqua vide in verbo, Malo.

BENEDICERE prohibetur minori, præſente maiore, gl. 2. in can. 2. de celebrat. miſſar.

Benedicere, non tantum meritum benedicentis, ſed etiam ordinem requirit, can. dictum eſt, 96. & ibi gl. 1. 1. q. 1.

BENEDICTIO ſolemnis datur in tribus officiis diuinis, ſcilicet poſt miſſam, poſt laudes matutinas, & veſpertinas, cap. Abbates, 3. de priuileg. lib. 6.

Benedictionem ſolemnem elargiuntur Epiſcopi, dicendo *ſit nomen Domini*, &c. gl. 2. ibid.

Benedictionem priuatam exhibent etiam presbyteri ſimplices, non tamen præſente Epiſcopo, d. gl. 2. & ibi add.

per Benedictionem Prælati deuote ſuſceptam, venialia remittuntur, gl. benedictionem, in prooemio, lib. 6.

pro Benedictionibus nubentium, & exequiis mortuorum nihil debet exigi, cap. ſuam, 29. de ſimonia.

Benedictiones nubentium ſunt ſacramenta, vnde non reiterantur, gl. 2. ibid.

Benedictiones ſolemnes fiunt per Archiepiſcopos vel Epiſcopos, per illa verba, *ſit nomen Domini*, &c. gl. benedicat, in clem. fi. de priuileg.

Benedictionem menſæ quam faciunt ſacerdotes, debet incipere qui eſt prior inter ipſos, can. quando, 1. diſt. 44.

Benedictionis menſæ officium, videtur eſſe attributum ordini presbyterali, d. can. quando.

Benedictio illi conuertitur in maledictionem, qui ad hoc, vt fiat hæreticus, promouetur, can. benedictio, & can. cum liqueat, 1. q. 1.

Benedictio ſolemnis, quæ ante Miſſæ confirmationem à ſolis Pontificibus celebratur, inhibetur presbyteris, gl. 1. in can. ad celebrandum, de conſecrat. diſt. 2.

Benedictionem dare populo permittitur cuilibet ſacerdoti, poſt celebrationem Miſſæ, & præſente Epiſcopo, nec benedicere volente, ibid.

Reliqua vide in verbo, Abbas, n. 12. Abbatiſſa, n. 3. Aqua, Martini.

D. BENE-

D. BENEDICTVS Monachorum præceptor almificus fuit, gl. ſunt nonnulli, in can. moderamine, 16. q. 1.

D. Benedictus homines montis Caſſinatis ad fidem adduxit, & aram Apollinis, quæ erat ibi erecta, ſubuertit, can. generaliter, §. oſtenuit, 16. q. 1.

Reliqua vide in verbo, Monachus. 25. 26.

BENE FACTVM ſi incipiat eſſe occaſio malefacti, deſtruendum eſt, gl. præiudicium, in cap. 1. Vt lite pendente.

BENEFICIALE ius adeo eſt perſonale, quod perſonam non tranſgreditur, gl. vacantium, in extrauag. ſuſcepti regiminis. Ne ſede vacante, inter communes.

in Beneficialibus gratiis taciturnitas alicuius qualitatis, qua expreſſa nihilominus litteras habuiſſet, vitiat litteras: quia ſi expreſſiſſet minimum beneficium, obtinuiſſet diſpenſationem & tamen vitiat litteras, cap. non poteſt, 21. de præbend, lib. 6.

in Beneficialibus ſit larga interpretatio, gl. 1. in cap. pro illorum, de præbend.

Reliqua vide in verbo, Cauſa. 5. 7. Colludens.

BENEFICIANDI debent ſcire legere, cantare, & conſtruere; & examinatores deputati de his debent facere relationem collatori, gl. reputamus, in clem. 1. de conceſs. præbend.

in Beneficiando quolibet requiruntur tres qualitates, mores, ætas, & ſcientia, clem. 2. de ætate & qualit.

Reliqua vide in verbo, Examinatio, Examinari, Examinatores,

BENEFICIATVS ſine ſuperioris licentia, renunciare non
1 poteſt beneficio; nec Abbas Abbatiæ, cap. cum dilectus, & ibi gl. migraſti, de conſuet.

Beneficiatus non faciens ſe promoueri ad ordinem, quem beneficium requirit, non eſt ipſo iure priuatus beneficio, nec debet priuari ſine monitione: ſed hoc limitatur in curam animarum habentibus, quia non facientes ſe promoueri in ſacerdotem infra annum, priuantur incontinenti Eccleſiis parochialibus, cap. cum in cunctis, §. inferiora, de election. cap. licet, de election. lib. 6.

Beneficiatus habens beneficium, quod non habet ordinem annexum, non tenetur facere ſe promoueri ad ordines maiores, niſi neceſſitas & vtilitas Eccleſiæ requirat, d. §. inferiora. & ibi gl. remoueantur.

Beneficiatus, ſi ſine culpa ſua ſit factus talis, quod ordinem, quem beneficium requirit, recipere non poſſit ſecundum canones, non debet illo beneficio priuari, licet ordinem non poſſit recipere, gl. ſi canones, ibidem.

Beneficiatus, qui culpa ſua factus eſt irregularis, nec poteſt ordinem, quem beneficium requirit, ſuſcipere, priuatus eſt illo beneficio, ibid.

inter Beneficiatum & Eccleſiam in qua eſt beneficiatus, large ſumpto vocabulo poteſt dici matrimonium: & ab illo diſſoluitur, quando renunciat ipſi beneficio, cap. ex tranſmiſſa, de renunciat.

Beneficiatus ſine licentia ſui Prælati renunciare beneficio non poteſt, can. admonet, eod.

Beneficiati nouis penſionibus grauati, non poſſunt honeſte Deo ſeruire, propter magnam paupertatem, gl. in paupertate, in cap. 2. de ſuppl. negl. Præl.

Beneficiati arctantur ad ordines ſumendos, quos beneficia requirunt, ſub pœna priuationis talis beneficij, cap. 1. de ætate &
2 qualit.

Beneficiatus in diœceſibus duorum Epiſcoporum, ab vtroque Epiſcopo poteſt iudicari, & ordinari, gl. 1. in can. quando, 21. q. 2.

Beneficiati propter neceſſitatem & vtilitatem Eccleſiæ, poſſunt compelli recipere ordines ſuis beneficiis non annexos, per amiſſionem locorum, & ſubtractionem beneficiorum, cap. quæris, de ætate & qualitat.

Beneficiatus, qui ante vel poſt promotionem ad beneficium commiſit peccata occulta, remouendus eſt; ſi tamen vtilitas Eccleſiæ ſit, quod non remoueatur, vt quia in aliis negotiis ſit valde neceſſarius & vtilis, toleratur in ea: & ita diſpenſatur cum eo propter vtilitatem, d. cap. quæris, & ibi gl. fatentur.

Beneficiatus in vna Eccleſia, non eſt idoneus ad aliam, gl. 1. in cap. 1. de officio vicarii.

Beneficiatus quilibet debet deſeruire Eccleſiæ in propria perſona, & non per vicarium, gl. 1. in cap. 2. eod.

Beneficiati de iure non dicuntur habere vſumfructum, ſed tantum vſum, & dicuntur vſuarii, non vſufructuarii, de conſuetudine tamen Franciæ, & etiam Nauarræ, dicuntur vſufructuarii, in tantum quod tranſmittunt fructus ad hæredes, parentes ſuos etiam ab inteſtato, dd. reprob. gl. 1. in cap. 3. de probatio.

Beneficiatus, vel canonicus compulſus ferens teſtimonium contra Eccleſiam ſuam, ſuper contractu inito cum capitulo ſuo, non perdit ob id beneficium ſuum, quod habet in Eccleſia, cum id compulſus fecerit, ſecus ſi aſſumpſit officium aduocationis, vel procurationis contra Eccleſiam, cum ſit illud voluntarium, gl. canonicos, in cap. veniens, 38. de teſtibus.

Beneficiati tot ſunt ponendi in Eccleſia, quot ex facultatibus 3
ipſius poſſunt commode ſuſtentari, gl. 2. in cap. ſi. de præſcript.

Beneficiatus quilibet pro defenſione Eccleſiæ ſuæ poteſt opponere exceptionem excommunicationis, vel periurii, vel aliam exceptionem, nec per replicationem excommunicationis, vel periurii repelli poteſt, cap. dilecti de exception.

Beneficiatus, ſi nolit facere reſidentiam in beneficio, poteſt priuari illo, niſi iuſta cauſa fuerit impeditus, puta infirmitate, vel quia abeſt cum licentia prælati, gl. 1. & ſi. in cap. peruenit, de appellat.

Beneficiatus monitus vt faciat reſidentiam, ſi appellat, interim ponitur vicarius temporalis in beneficio, vt deſeruiat Eccleſiæ, & debet ſuſtentari de fructibus beneficii, d. cap. peruenit, & ibi gl. 1. & pen.

Beneficiati clerici dicuntur ſtipendiarii Dei, & datur eis ſtipendium ratione famulatus, cap. diuerſis, de clericis coniugat.

Beneficiati non debent ſe abſentare ab Eccleſiis ſuis, ſine licentia Prælati ſui, quantumcumque habeant cauſam honeſtam, cap. relatum, de cleric. non reſid.

Beneficiatus appellans ne faciat reſidentiam, non valet appellatio. d. cap. relatum, de clericis non reſid.

Beneficiatus poteſt abeſſe de licentia ſuperioris, cauſa ſtudii litterarum, vel alia honeſta cauſa, ibid.

Beneficiati ex quo ſunt intitulati, debent ibi perpetuo permanere, gl. cum effectu, ibid.

Beneficiatus non reſidens in beneficio, etiam modicæ æſtimationis, debet priuari illo, cap. conquerente, eod. 4

Beneficiatus ſi efficiatur miles, vel ſi contrahat matrimonium, ſtatim perdit beneficium, gl. 1. in cap. qualiter, eod.

Beneficiati in Eccleſiis collegiatis, non ſunt de corpore collegii canonicorum, nec per ſe poſſunt facere capitulum ſeu collegium, gl. aſſiſios, in cap. pe. eod.

Beneficiatus debet competenter habere de fructibus beneficii, quod poſſit commode ſuſtentari, & iura Epiſcopalia perſoluere, cap. de monachis, & gl. ſi. de præbendis.

Beneficiatus abſens in ſtudio Theologiæ, fructus beneficiorum ſuorum percipit in abſentia, ſed quotidianas diſtributiones non cap. licet, 32. eod.

Beneficiatus habens beneficium ſufficiens, non eſt idoneus ad aliud beneficium obtinendum, primo retento, cap. ſuper inordinata, & ibi gl. ſi. eod.

Beneficiatus ſi intret in religionem, Epiſcopus eius beneficium non debet conferre intra annum probationis, ſed debet expectare vſque ad illud tempus, & interim debet facere deſeruiri in Eccleſia per alium, cui prouideat de bonis Eccleſiæ, gl. 1. in ſi. in cap. pe. de regularibus.

Beneficiatus patrono Eccleſiaſtico tenetur reddere rationem adminiſtrationis temporalium, non valde ſtricte, & minutatim, ſed in genere, cap. ex litteris, de iure patronat.

contra Beneficiatum cum agitur, vt remoueatur ſolum ab adminiſtratione, dicitur agi ciuiliter, & non criminaliter, nec proprie tunc dicitur accuſari, cap. per tuas, 32. de ſimonia.

Beneficiatus exiſtens in ſtudio, de iure communi non percipit fructus beneficiorum ſuorum, cap. ſi. de reſcript. lib. 6. 5

Beneficiatis debet dari licentia, quod poſſint ſtudentes in ſcholis percipere fructus beneficiorum, vt legendi, & proficiendi eis opportunitas concedatur, ad honorem, & augmentum vniuerſalis Eccleſiæ, quæ viris litteratis permaxime noſcitur indigere, gl. in ſcholis, in d. cap. ſi.

Beneficiatis dari poteſt licentia percipiendi fructus beneficiorum dum ſtudent in ſcholis, ab Epiſcopo, & etiam ab inferiori prælato, ibid.

Beneficiatus contra quem ſuper beneficio litigatur, ſi cadit, vel decedit, & alius lite pendente cum ſuperſtite fuit electus, non valet electio, ſi vero aliqui, quorum intereſt, ad defenſionem litis velint admitti, in eo ſtatu in quo erat cauſa, admittentur, cap. 2. Vt lite pendente, lib. 6.

Beneficiatus impetrans reſcriptum, quod in abſentia poſſit percipere prouentus, ac ſi præſens eſſet, diſpenſatio hæc facit eum reputari pro præſente, & tanquam præſens prouentus poterit percipere, ſed non diſtributiones quotidianas, quæ non dantur non intereſſentibus diuinis officiis, gl. affuerint, in cap. 1. de cleric. non reſid. lib. 6.

Beneficiatus impetrans reſcriptum quod in abſentia poſſit percipere omnes prouentus, ac ſi præſens eſſet, ac diuinis officiis intereſſet, poteſt tunc percipere etiam quotidianas diſtributiones, raro tamen Papa ſolet concedere ſimiles formas diſpenſationum, ibid.

Beneficiatus exiſtens in ſeruitio Papæ, non percipit diſtributiones quotidianas; fructus tamen, & alios prouentus præbendæ recte percipit, gl. affuerit, in add. ibid.

Beneficiatæ perſonæ appellatione comprehenditur perſona, quæ habet vnicum beneficium tantum, cap. is cui, de præbend. 8
lib. 6.

Beneficiatus non habens beneficium ſufficiens ad ſe ſuſtentandum, cum eo poteſt obtinere aliud, gl. 2. ibidem.

Beneficiatus iure communi non mandatur beneficiari, gl. non poteſt, ibid.

Beneficiatus, ſi non poteſt deſeruire ſuo beneficio, debet diœceſanus prouidere, conſtituendo vicarium, qui illi beneficio prouideat, & illi vicario aſſignatur congrua portio, & reſi-

dum ſeruabitur beneficiato impedito ſeruire, cap. beneficium, de regular. lib. 6.

Beneficiatus poteſt habere domicilium alibi, quam in Eccleſia, vbi beneficium habet, clem. cautam, §. quod ſi forſan, de electione.

Beneficiatus poteſt dicere beneficium eſſe ſuum, clem. fi. de procurator.

Beneficiatus poſſidens poteſt cogi ex officio ordinarii abſque libello, reiecta omni recuſatione, ad titulum beneficii exhibendum licet non poſſit hoc ad partis inſtantiam, gl. canonicæ, in extrauag. ſuſcepti regiminis, Ioan. 22.

Beneficiatus non facit fructus beneficii ſuos, gl. deberent, ibid.

ad Beneficiatum ſpectat ius percipiendi fructus beneficii, & illos cuſtodiendi, & in ſuas neceſſitates conuertendi, & fideliter inter pauperes diſtribuendi, gloſſa deberent, ibid.

Beneficiati non debent ſubire onus ſeruitii ſine fructu, gl.
7 volentes, ibid.

Beneficiati ſunt res, & iura beneficii, gl. cuius, ibid.

Beneficiatus tenetur ad onera conſueta, iuxta morem dudum rationabiliter obſeruatum, vel ab initio inſtitutum, & conſueta de iure, puta ad procurationem ratione viſitationis, vel delegatorum, vel nuntiorum ſedis Apoſtolicæ, non tamen tenetur ad inſolita onera, ratione inſtitutionis, vel temporis, vel diſpoſitionis iure, gl. conſueta, ibid.

Beneficiatus poteſt agere pro beneficio ſibi collato, & eius iuribus actione in rem, etiam poſſeſſione nondum apprehenſa, gl. competat, in extrauag. execrabilis, Ioannis 22.

Beneficiatus ædificans ædificium nobile in loco beneficii, illud proprie dicitur verſum in vtilitatem Eccleſiæ, & durare cultum, gl. magnificentia, in extrauag. execrabilis, de præbend. inter communes.

Beneficiatus ſi per negligentiam ſuam ædificium, vel domum beneficii ſui permittat collabi, cum ſit de re perpetuum, poteſt accuſari de dilapidatione, gl. magnificentia, in extrauag. execrabilis, de præb. inter communes.

8 Beneficiatus ſi nemora antiqua non cædua, ſine ardua neceſſitate Eccleſiæ, ſcindit, vel deſtruit, accuſari poteſt de dilapidatione, quantum talia poſſunt dici de proprietate Eccleſiæ, cum emphiteotæ, vel vſufructuario, vel vaſallo non liceat, ibid.

Beneficiatus non reſidens ſatisfacit dummodo bene expendat, gl. quæ aliàs, ibid.

Beneficiatus quandoque excuſari poteſt à reſidentia facienda, puta propter priuilegium ſpeciale Apoſtolicæ ſedis, vel aliam rationabilem cauſam, extrauag. exhibita, de priuileg. inter communes.

Beneficiatus poteſt ſubuenire conſanguineis, gl. vt mercedem, in can. omnino, diſt. 21.

Beneficiatus poteſt ſe, & ſuos de bonis Eccleſiæ ſuſtentare, gl. fi. in can. ſtudeat, diſt. 50.

Beneficiatus omittens horas canonicas, vno, vel pluribus diebus, beneficii, vel beneficiorum fructus, qui illi, vel illis diebus correſpondent, ſi quotidie diuiderentur, amittit, extrauag. ex proximo Lateranenſi, Pii Quinti.

Beneficiatus omittens matutinum tantum vno die, amittit tantum dimidiam, qui vero omiſit cæteras horas, aliam dimidiam, qui vero harum ſingulas, ſextam partem fructuum eiuſdem diei amittit, ibidem.

Beneficiatus res Eccleſiaſticas non debet conſanguineis donare, nec diſtrahere, vel diſſipare eorum cauſa, Concil. Trident. ſeſ. 25. de reformatione, cap. 1.

Reliqua vide in verbo, Aſſiſii, Examinari, Examinator, Examinatio, Eccleſia 72. vſque ad 77. Reſidere, Reſidentia.

Beneficium in genere, n. 1. vſque ad n. 16.
Quoad collationem beneficiorum, n. 17. vſque ad n. 21.
Quoad deuolutionem beneficiorum per vacationem, n. 22.
Quoad beneficium collatum à laico, ſchiſmatico, hæretico, vel alias ab his ad quos non pertinet collatio, & quoad collationem factam abſenti, n. 23.
Quoad collationem factam inhabili, vel legitima, & habili, n. 24. & 25.
Quoad ſucceſſionem in beneficiis, & quoad tenuitatem, & ſufficientiam redituum beneficiorum, 26.
Quoad pluralitatem, & incompatibilitatem beneficiorum, n. 27. vſque ad n. 39
Quoad expreſſionem, ac faciendam vacationem quæ obtinet, n. 40. vſque 43.
Quoad inhabilitatem, vel habilitatem beneficia acceptantium, n. 44. vſque ad n. 47.
Quoad reſidentiam beneficiorum, n. 47.
Quoad fructus beneficiorum ac collationum, n. 48. 49. 50.
Quoad beneficiorum vacationem, vel renunciationem, n. 51. vſque 54.
Quoad beneficia vacantia quoquomodo, n. ſ. 55. vſque 61.
Quoad priuationem, vel renunciationem, n. 62. 63. 64.
Quoad beneficii alterationem, & reuacationem, n. 65.
Quoad tranſactionem beneficiorum, & eorum confidentiam, n. 66. 67. 68.
Quoad confidentiam in beneficiis, & poſſeſſionem, n. 69. 70.
Quoad promotiones ad ordines, n. 71. 72.
Quoad collationem beneficii viuentis, n. 73.

BENEFICIVM in genere ſumptum, nihil aliud eſt, quàm beneuola actio, gaudium tribuens capienti, gl. beneficium, in extrauag. execrabilis, Ioannis 22. 1

Beneficii Eccleſiaſtici appellatione comprehenditur non ſolum canonia, præbenda, dignitas, perſonatus, officium, vicaria, Eccleſia, ſed etiam præſtimonia, & penſio ad vitam pro titulo aſſignata, ibid. & gl. 1. in reg. 1. de regul. iur. in 6.

Beneficii appellatione, maius, & minus continetur beneficium, gl. nec ad aliquid, in extrauag. Antiquæ Ioann. 22. & gl. fi. in cap. cum tibi, de verb. ſignif. cap. 1. de rerum permut. lib. 6.

Beneficii nomine venit etiam curatum, quando diſpoſitio non eſt odioſa, clem. 1. de renunciat.

Beneficii nomine, venit omne beneficium, quod non eſt dignitas, eod.

Beneficii, vel dignitatis appellatione in Eccleſia, non comprehenditur principalis dignitas Eccleſiæ, gl. in eiſdem, in clem. 2. de ætate, & qualit.

Beneficii nomine in larga ſignificatione, comprehenduntur etiam dignitates, clem. 1. & ibi gl. beneficio. Vt lite pendente.

Beneficii appellatione in beneficiis iuris comprehenditur dignitas perſonatus, curata, & non curata, clem. 1. de ſequeſtr. poſſeſſ., & fruct.

Beneficii appellatione in Eccleſia, comprehenditur principale beneficium Eccleſiæ, cap. quam ſit, de electione, lib. 6. 2

Beneficii appellatione includuntur etiam dignitates, & beneficia, gloſſa prouideri, in cap. cum in illis, de præbend. lib. 6.

Beneficii nomine comprehenditur vicaria, ſiue præbenda, vel aliud beneficium, gl. beneficium, in cap. poſtulaſti, 27. de reſcript.

Beneficiorum appellatione in priuilegiis, comprehenduntur etiam curata, cap. ſi tibi conceſſo, de præbend. lib. 6.

Beneficiorum appellatione non comprehenduntur habentes vicariam temporalem, vel patrimonialem titulum non aſſignatum in titulum beneficialem, gl. fi. in cap. ſi pauper, 30. eod.

Beneficii appellatione in literis beneficialibus comprehenditur canonicatus, & præbenda, cap. quamuis, 38. eod. & cap. ſi capitulo, 4. de conceſſ. præb. lib. 6.

Beneficiorum appellatione comprehenduntur canonicatus, dignitates, perſonatus, præbendæ, officia, portiones, præſtimonia, Eccleſiæ parochiales, curatæ, & alia quæcunque beneficia, cap. fi. in primo, eod. gl. beneficio, in clem. auditor, de reſcript.

Beneficii appellatione comprehenditur etiam Epiſcopatus, cap. fi. §. quod ſi quis, de pœnis, lib. 6. 3

Beneficii appellatione in iure pœnali, non comprehenditur dignitas Epiſcopalis, ibid.

Beneficii appellatione non comprehenditur quandoque dignitas, clem. gratiæ, de reſcriptis.

Beneficium quandoque ſtricte ſumitur, vt diſtinguatur à præbenda: alias includit præbendam: quandoque ſumitur ſtrictius pro ſolis ſimplicibus beneficiis ſine cura, gl. 1. in reg. 1. de regulis iuris, lib. 6.

Beneficia Eccleſiaſtica dicuntur proprie illa, quæ clericis tantum conceduntur in perpetuum, id eſt ad vitam, quæ reſidentiam expoſcunt, gl. beneficia Eccleſiaſtica, in extrauag. execrabilis, de præbend. & dignitat.

Beneficia ſunt triplicia, quædam ſunt ſuprema, quædam duplicia, quædam ſimplicia, gl. quæ aliàs, ibid.

Beneficia ſuprema, ſunt Epiſcopatus, & ſuperiora, in quibus non eſt dubium, quod aſſumendo ſecundum cum authoritate Papæ, ipſo facto vacat primum: ſed aſſumendo ſine authoritate Papæ, vacat vtrumque, ibid.

Beneficia duplicia ſunt dignitates inferiores Epiſcopatu, perſonatus, & beneficia curam animarum habentia, in quibus aſſumendo pacifice poſſeſſionem ſecundi cum titulo, ipſo facto vacat primum: & in hoc ſolus Papa diſpenſat: nec valet conſuetudo in contrarium, niſi eſſent dependentes inter ſe, vel vnitæ, ſeu tenues, vel niſi eſſet vna commendata, & alia intitulata, ibid.

Beneficia omnia quæ non ſunt ſuprema, vel duplicia, dicuntur ſimplicia, ibid.

Beneficia ſimplicia non intitulata, ſed vt ſimplicia, aliàs vt commendata, poteſt quis duo vel plura tenere: quo caſu 4 aliquis non cenſetur clericus illius Eccleſiæ, qua quis intitulatus non eſt, licet beneficiatus ibi ſit. Et dicuntur hi beneficiati ſine titulo, aſſiſii, portionarii, præſtimoniarii habentes altaria vel capellas pro Miſſis defunctorum, & habentes poſſeſſiones ad vitam: & in hoc caſu, poteſt quis habere plura de iure communi, maxime vbi alias per ſe non ſufficerent; niſi ex ſtatuto, vel iure ſpeciali, vel conſuetudine eſſet prohibitum, ibid.

Beneficia alia ſunt ſimplicia & intitulata, ſicut ſunt Eccleſiæ curales ſine cura: præbendæ alicuius Eccleſiæ collegiatæ, vel cathedralis: & talis ſic intitulatus non debet recedere ab illa, in qua vocatus eſt: quo caſu dicitur proprie clericus talis Eccleſiæ, ibid.

Beneficia duplicia, & incompatibilia non poſſunt per conſuetudinem fieri compatibilia, ibid.

Beneficium

Beneficium aliud eſt, & aliud præbenda, can. alienationes, 12. q. 2.

Beneficium facere de ſuo inuitus nemo cogitur, gl. quam gratia, in cap. bonæ, 3. de poſtulat. Prælat. gl. 1. in cap. vt prætermæ, de electione, gl. præter. in cap. cum ab omni, de vita & honeſt. gl. competenti, in cap. ſtatutum, §. aſſeſſorem, de reſcript. lib. 6. can. precariæ, 10. q. 2. gl. 1. in ſumma, 15. q. 2. gl. 1. in can. Eccleſiæ, 16. q. 1.

Beneficium iuris nemini eſt auferendum, gl. 1. in cap. de cauſis, de officio deleg. gl. infirmitate, in cap. 2. de procuratorib. gl. pe. in cap. fi. de ſecundis nuptiis, gl. decem diebus, in cap. vbi periculum, de electione, lib. 6. gl. innouata, in cap. non ſolum, de appellat. lib. 6 gl. figura, in cap. ſtatuta, de hæreticis, lib. 6. clem. 1. de conceſſ. præbend. reg. indultum, de reg. iur. lib. 6.

Beneficium iuris quoddam eſt, quod non poteſt auferri alicui: vt induciæ decem dierum ad appellandum, induciæ quatuor annorum ad petendam reſtitutionem: & iſtæ induciæ, & aliæ quæ dantur à lege, ſine tacito vel expreſſo miniſterio iudicantis, auferri non poſſunt, gl. 1. in reg. indultum, de regulis iuris, lib. 6.

5 Beneficium iuris quod datum eſt ſine cauſa, auferri non poteſt: ſed cum cauſa, & cauſa cognita bene poteſt, ibid.

Beneficium iuris nemini eſt auferendum, intellige ab homine, & ſine cauſæ cognitione: alio enim iure tollitur interdum alterius iuris beneficium, ibidem.

Beneficium principis debet eſſe perpetuum, gl. fi. in cap. 1. Ne ſede vacante.

Beneficiis quandoque conferuntur in inuitos, gl. fi. in cap. clericis, de vita & honeſt.

Beneficium vt quis obtineat, oportet quod ſit clericus, gl. pe. in cap. cum adeo, de reſcript.

Beneficium Eccleſiaſticum qui non eſt conſecutus, poteſt pro beneficio literas impetrare, gl. fi. in cap. in noſtra, 32. de reſcript.

Beneficium debet obtinere ille, qui prior eſt in data: & non, qui cum eſſet poſterior in data, prius præſentauit, gl. fi. in cap. Abbatem, eod.

Beneficiis nos adiuuari, non decipi oportet, gl. fi. in cap. publicato, de electione, gl. fi. in cap. fi. de translatione Epiſcoporum, cap. 1. de commodato, gl. fi. in cap. per tuas, de donatio, gl. 1. in extrauag. ſuper cathedram, de ſepultur, inter communes, gl. fi. in can. præſentium, 7. q. 1.

de Beneficio prouidendum eſt illi, quem non abducit crimen, ſed cauſa neceſſitatis, gl. pe. in cap. ad ſupplicationem, de renunciatione.

Beneficium decens eſt ſemper eſſe manſurum, gl. pe. in cap. ex tua, de filiis presbyter.

6 Beneficia Eccleſiarum, propter officia diuina conſtituta ſunt, gl. 1. in cap. fi. de officio vicarii.

in Beneficiis obtinendis præualent literæ, quæ priorem datam habent, non quæ prius præſentatæ ſunt, dd. reprob. gl. fi. in cap. ex parte, de officio deleg.

in Beneficiorum perceptione, habenda eſt ratio perſonatuum, ſeu dignitatum, vt plus percipiant, qui in potioribus ſunt conſtituti, & meliora ſtipendia conferantur ſecundum dignitatem cuiuſque, gl. 2. in cap. ſtatuimus, de maior. & obed.

Beneficii impetratio facta à laico non valet, licet poſtmodum acceperit tonſuram, gl. fi. in cap. ex literis, de tranſact.

Beneficii ſui titulum non tenetur quis oſtendere, niſi contra eum ſit ius commune, vt quia poſſidet præbendam cum Archidiaconatu, quod non poteſt de iure communi habere, niſi cum diſpenſatione, & ideo eam tenetur probare, gl. fi. in cap. 3. de procurat.

in Beneficiis poteſt haberi poſſeſſio ſine canonica inſtitutione, licet non iuſta, ſed prima fronte præſumitur iuſta, cap. in literis, de reſtit. ſpoliat.

Beneficium de nouo poteſt erigi, & conſtitui ſuper redditibus vnius Eccleſiæ, aſſignando certam penſionem ex dictis redditibus, pro temporalitate dicti beneficii, cap. conquerente, de clericis non reſid.

Beneficii alicuius dos poteſt conſiſtere in quantitate viginti ſolidorum: quod intellige de ſolidis annuis, ibid.

Beneficium datur clerico in ſtipendium, cap. Epiſcopus, de præbend.

Beneficium eſt habendum non habenti, cap. referente, eod.

7 Beneficia quædam dicuntur maiora, quædam minora, cap. maiores, 7. eod. & cap. 2. Vt lite pendente.

Beneficio etiam ſimplici tenetur quis deſeruire per ſe, cap. ſuper ordinata, & ibi gl. fi. de præbend.

Beneficia ſunt conferenda non conſanguineis, ſed vitæ meritis, gl. 1. in cap. pe. eod.

Beneficia ſunt cuſtodienda, ſecundum ordinem, & dignitatem cuiuſcumque, gl. ordinent, in cap. 1. de clerico ægrotan.

Beneficia Eccleſiaſtica non ſunt temporalia, ſed perpetua, gl. fi. in cap. pe. eod.

Beneficia non ſunt retorquenda in diſpendium, cap. 1. de commodato.

in Beneficiis impendendis debet haberi reſpectus perſonarum, vt primo loco teneamur his, à quibus beneficium nos recepiſſe cognoſcimus, cap. cum in officiis, de teſtamen.

Beneficium habens licite exercet aliquod artificium, vel doctrinam in docendo, & lucrum inde prouenìens cedit ſibi, & non Eccleſiæ, cap. relatum, eod.

Beneficia principis ita ſunt interpretanda, vt non incipiant eſſe iniqua, gl. pe. in cap. 2. de Eccleſiis ædificandis.

Beneficium principis latiſſime eſt interpretandum, gl. vterque, in cap. 3. de conſangui., & affinit. gl. pe. in cap. fi. de ſecund. nupt. gl. Abbates, in cap. fi. de ſimonia, cap. olim, 16. de verb. ſignif.

Beneficium ab eo, à quo indultum eſt, vel eius authoritate poteſt interpretari, prout ei placet, gl. vterque, in cap. 3. de conſang. & affinit. 8

Beneficium non eſt, quod, fit ex neceſſitate, gl. in iure, in cap. de hoc, 11. de ſimonia.

Beneficium clerico docenti deferendum eſt pro fructu laboris, cap. 1. de magiſtris.

Beneficium principis non eſt reſtringendum, imò latiſſime eſt interpretandum, cap pe. & ibi gl. 2. de verb. ſignificat. gl. aliquid. in can. frater. 16. q. 1.

Beneficium principis dicitur gratia, quam princeps facit alicui præter ius: vt puta, Papa facit mihi gratiam, vt mihi detur beneficium, quod primo vacabit in Eccleſia Pictauienſi, gl. in rub. de reſcript. lib. 6.

in Beneficiis fit larga interpretatio: ſed in literis beneficialibus, quæ ambitioſæ reputantur, fit ſtricta interpretatio, gl. pe. in cap. ſuſceptum, eod.

Beneficii conceſſio, quam facit Papa impetranti, dicitur procedere ex gratia, ibid.

Beneficium datur propter officium, vnde beneficiatus tenetur dicere officium, cap. fi. de reſcript. lib. 6.

in Beneficio quolibet Eccleſiaſtico ſeruanda eſt forma, cap. quia propter, de electione, cap. vt circa, de electione, lib. 6.

Beneficii impetrationem impedit facti poſſeſſio colorata, ſi de illa non fiat mentio: ſed collationem non impedit, gl. fi. in cap. fi. de officio legat. lib. 6.

Beneficium principis non odioſum latiſſime eſt interpretandum: ſed odioſum & ambitioſum ſtricte, gl. diſpenſationes, in cap. ordinarii de officio ordin. lib. 6. 9

in Beneficiis licet alias pleniſſima interpretatio ſit facienda: literæ tamen ſuper obtinendis beneficiis ſtricte ſunt intelligendæ, cap. quamuis, de præbend. lib. 6.

Beneficii appellatione non comprehenditur penſio in literis beneficialibus: vnde in mandato de prouidendo de beneficio comprehenditur beneficium quod datur in titulum, non tamen penſio, ibid.

per Beneficia quis intitulatur, & obligatur Eccleſiæ, & tenetur ad continuam reſidentiam, gl. à penſione, in add. ibid.

Beneficium ſæculare impetrans, debet prouideri de beneficio poſſeſſo per ſæculares clericos, vſque ad legitimam præſcriptionem, cap. cum de beneficio, 5. de præbend. lib. 6.

ad Beneficium quando concurrunt diuerſi habentes ius à Papa, & inferiore, non procedit regula, *qui prior eſt in tempore, potior ſit in iure*: quod verum eſt, quando agitur de iure in re cap. ſi qui authoritate. 22. eod.

Beneficium non acquiritur mihi per conſanguineum ante acceptationem, gl. habueris, in add. in cap. ſi tibi abſenti, eod.

Beneficia debent eſſe perpetua, gl. fi. in cap. ſi pauper, 30. eod. & cap. 1. de capellis monach. lib. 6.

de Beneficii pluribus collati prioritate, vbi non conſtat; primò poſſeſſio, deinde maior prærogatiua præfertur, cap. ſi à ſede, 31. de præbend. lib. 6.

Beneficia conſueta gubernari per Monachos vnius monaſterii, non poſſunt committi aliis Monachis, per inferiorem à Papa, cap. cum ſingula, §. prohibemus, de præbend. lib. 6. 10

ante Beneficii collationem non dicitur ius quæſitum in re, ſed ad rem, cap. fi. eod.

Beneficia non poſſunt conferri ad tempus, gl. perpetui, in cap. 1. de monach. lib. 6.

Beneficium à principe conceſſum decet eſſe permanſurum, reg. decet, de regulis iuris, lib. 6.

Beneficiorum nomine duo tantum continentur beneficia, gl. 1. in reg. pluralis, 40. eod.

Beneficium eſſe ſuum aliud eſt, & aliud eſt dici ſibi debitum: ſicut eſt aliud habere ius in beneficio, & aliud ad beneficium, gl. debitum, in clem. auditor, de reſcript.

Beneficia omnia ſæcularia regularibus ſunt incompatibilia, clem. 1. de ſupplenda, negl.

Beneficium poteſt dici etiam non Eccleſiaſticum; in ſuo tamen potiori ſignificato intelligitur de Eccleſiaſtico, clem. diſpendioſam, de iudiciis.

Beneficii titulus extinguitur per obitum beneficiati, clem. 1. Vt lite pendente.

Beneficium ad duos ſpectare non poteſt, gl. ad neutrum, eod.

de Beneficio vbi agitur, licet non ſit permiſſa miſſio, permittitur ſequeſtratio, clem. 1. de ſequeſtr. poſſeſſ. 11

Beneficiorum mutationes, nec populo, nec iuri ſunt gratæ, gl. acceptandum, in clem. 1. de præbend.

Beneficium vacans ſi quis petat, vel recipit ab executore, illud intelligitur acceptare, clem. 1. de conceſſ. præbend.

Beneficii diminutio vel detractio denegatur, gl. defenſor, in clem. 2. de rebus Eccleſiæ non alien.

Beneficia Eccleſiaſtica in ſua integritate debent permanere, niſi ex cauſa magna, ibid.

Beneficiorum impetrationes ſunt odioſæ, gloſ. pen. ibidem.

Beneficia in quibuſdam partibus ſunt taxata de mandato Papæ, in communi æſtimatione prouentuum, gl. taxationem, in clem. ſi beneficiorum, de decimis.

Bene:

Beneficiorum taxatio nulla eſt in multis partibus: ſed ſingulis annis, prout plus vel minus recipit beneficiatus, ibid.

Beneficia de ſui natura ſunt perpetua, gl. committatur, in clem. quia contigit, §. vt autem, de religioſ. domibus.

Beneficia maiora dicuntur, Epiſcopatus, vel Archiepiſcopatus, vel Patriarchatus: alias reſpectiue dicuntur minora, gl. maio-
12 ra, in extrau. ſuſcepti regiminis, Ioan. 22.

Beneficiorum diſtributio æqua debet eſſe, ſecundum qualitatem & conditionem perſonarum, gl. æqua, in extrauag. execrabilis, Ioan. 22.

in Beneficiis certis inducta inhabilitas non extenditur ad alia, gl. beneficiis, ibid.

in Beneficiis diuiſis habet quis eadem iura, quæ habebat in integris, in extrauag. ad Apoſtolatus, Ioan. 22.

Beneficiorum iura licet non ſint propriè beneficiatorum: pro ipſis tamen, nomine ſuo & agere & defendere poſſunt, ſi fuerint ſeculares, gl. iuribus ſuis, ibid.

Beneficia poteſt quandoque conſuetudo conditionare, gl. quæ alias, in extrauag. execrabilis, de præbend. inter communes.

Beneficiorum tituli ſunt ſingulares, gl. quæ alias, ibidem.

Beneficia talia iudicantur, qualia per miniſtros illorum exerceri conſuetum eſt, gl. ratione, ibid.

de Beneficiorum nominibus nihil eſt curandum: ſed de his potius, quæ ſolita ſunt fieri per miniſtros ipſorum, ibid.

Beneficium in irregularitate acquiſitum, illa purgata, retineri poteſt, ſi ius non eſſet alii quæſitum in re, vel ad rem: ſed vitio non expreſſe purgato, non poteſt retineri, ſed opus eſt noua electione, vel noua collatione, gl. reſumens, in extrau. dudum, de ſchiſmat. inter communes.

13 Beneficii ſpe ordinem recipiens, non peccat, gl. ſed aliud, in can. Oſius, diſt. 61.

Beneficium ſicut priuilegium, quandoque conceditur alicui, odio alterius, gl. vt hæc, in can. ſi. diſt. 74.

Beneficium interdicitur, cui interdictum eſt beneficium & officium, gl. 1. in can. ſi quis ſacerdotum, diſt. 81.

Beneficium per timorem, id eſt incutiendo timorem alicui, ſi quis obtineat, peccat mortaliter, gl. ſi. in can. 1. 1. q. 6.

Beneficium legis non poteſt iudex diminuere, gl. 1. in can. ei qui, 2. q. 6.

Beneficia ſub conditione, vel ad certum tempus dari non poſſunt, gl. 1. in can. paſtoralis, 7. q. 1.

Beneficio canonis, qui de iure ſuo confiſus, noluit vti, imputet ſibi, gl. ſi. in can. vxor, 27. q. 4.

pro Beneficio nouo eligens vetus grauamen, imputet ſibi, ibid.

Beneficium obtinere interdicitur coniugatis ſine cauſa: ſed non cum cauſa, gl. prohibitum, in can. mulierum, 27. q. 2.

14 Beneficii diuini oblitus, qui ſuas velit iniurias vindicare, non ſolum de futuris peccatis veniam non merebitur, ſed etiam præterita, quæ iam ſibi remiſſa credebat, ad vindictam ei replicabuntur, cap. qui diuini, de pœnitentia, diſt. 4.

Beneficiorum conſiſtorialium literæ, debent expediri retrotrahendo datas ad datas ſupplicationum coram: & ſimili modo etiam debent expediri literæ diſpenſationum, extrauag. cum dudum, Alexandri Sexti, inter motus proprios.

ad Beneficium Eccleſiaſticum cuiuſcumque qualitatis acceſſus, etiam de conſenſu, nemini debet concedi, Concil. Trid. ſſ. 25 de refor. cap. 7.

Beneficia regularia vel ſecularia obtinentes, hoſpitalitatis officium prompte benigneque exercere debent, memores eos, qui hoſpitalitatem amant, Chriſtum in hoſpitibus recipere, Concil. Trident. ſſ. 25, de reform. cap. 8.

Beneficia conceſſa per prædeceſſorem Domini Papæ, de mandato ſucceſſoris expediri debent in forma rationi congrua, reg. 8. in regulis Cancell.

in Beneficii prouiſione modus electiuus non includitur, ſi alii modi prouidendi exprimantur, cap. cum in illis, §. illis verò, de præbendis, lib. 6.

Beneficium electiuum non venit ſub appellatione prouiſionis, vel diſpoſitionis, d. cap. cum in illis, §. illis verò, de præbend. lib. 6.

15 Beneficium electiuum non comprehenditur in verbis quantumcumque generalibus, niſi hoc exprimatur, clem. 2. de præbend.

Beneficium electiuum dicitur propriè, quando in eo proceditur per electionem, quæ exigit confirmationem ſuperioris, clem. quia contingit, §. vt autem, de religioſ. domibus.

Beneficia de menſa dicuntur, quæ non habent adminiſtratorem alium à ſuperiore Prælato, clem. 2. de ſuppl. negl. Prælat.

Beneficia quæ ſunt de menſa, non dicuntur vacare, & ſic in illis locum non habet, quod dicitur de ſupplenda negligentia Prælatorum, nec quod dicitur de imponenda penſione, vel de augenda, cum totum ſit Abbatis: & Abbates talium fructus poſſunt vendere & locare, gl. de menſa, in clem. 2. de ſuppl. negl. Prælat.

Beneficia de menſa religioſorum non poſſunt Prælati conferre, clem. 1. §. præſentatos, de exceſſibus Prælat.

Beneficium quod eſt de menſa, non vacat per obitum miniſtrantis illud, ibid.

Beneficium quandoque confertur inuito, gl. inuitis, in can. et qui emendat, diſt. 45. gl. ſi. in cap. clericis, de vita & honeſta.

Beneficia duo dicuntur vniri, quando vnum dependet ab alio; & ſic vnum ſit alteri acceſſorium: vel quando ambo ſimul vniuntur, ita quod vtrumque remanet principale, cap. cum ſinguli, 34. de præbend. lib. 6.

Beneficia nomen dignitatis ſonantia, dicuntur Decanatus, Archidiaconatus, & Præcentoria, cap. ad aures, de reſcript. 16

Beneficium Eccleſiaſticum aſſecutus non dicitur, qui receptus eſt in canonicum ſub expectatione præbendæ, cap. in noſtra, 32. eod.

Beneficium iuris patronatus laicorum poteſt conferre Papa cum derogatione iuris patronatus; aliàs ſi ſimpliciter conferat, non valet prouiſio, gl. Apoſtolicis, in clem. 2. de præbend. dd. reprob. gl. 1. in cap. dilectus, 34. eod.

Beneficium ſpectans ad ordinationem alicuius, ſi quis impetrauerit, poterit petere beneficium ſpectans ad collationem, præſentationem, ſeu quamuis aliam diſpoſitionem talis, gl. ordinationem, in extrauag. ſedes Apoſtolica, de officio delegati, inter communes.

ſuper Beneficio iuris patronatus laicorum literæ non debent expediri, niſi ponatur expreſſe, quod tale beneficium tanto tempore vacauit: quod eius collatio ad ſedem Apoſtolicam legitime ſit deuoluta: vel quia tempus patronis laicis ad præſentandum à iure præfixum, lapſum exiſtat; aut ad id patronorum conſenſus accedat, reg. de derogatione iuris patronatus, in regulis Cancell.

Beneficia ſimplicia, etiam iuris patronatus, ex Eccleſiis, quæ vetuſtate, vel aliàs collapſæ ſunt, & ob earum inopiam nequeunt inſtaurari, poſſunt Epiſcopi transferre, vocatis his quorum intereſt, in matrices aut alias Eccleſias earumdem locorum, ſeu vicinorum, arbitrio ſuo: & in eiſdem Eccleſiis erigant altaria, ſeu capellas ſub eiſdem inuocationibus, Concil. Trident. ſſ. 21. de reformat. cap. 7.

Beneficia Eccleſiaſtica contra patronatuum, quod in ſeruitutem redigantur, non eſt permittendum, Concil. Trident. ſſ. 25. de reformat. cap. 9.

Reliqua vide in verbo, Annata. Appellatio. n. 17. 19. Cauſa. 5. 7. Coadiutoria. Decima, à n. 23. vſque ad n. 27. Mortuus. 2. Obtinere. Permutare. Permutatio. Poſſeſſio. 3. 8. 9. vſque ad n. 13. Poſſeſſor. 1. Promittens. Promiſſio. Reſeruatio. Reſignare. Reſignans. Reſignatio. Singula.

BENEFICIVM, ſic alicui cenſetur conceſſum, vt alium non lædat, vel grauet, ſaltem enormiter, gl. intentionis, in cap. ad aures, de reſcriptis. 17

Beneficiorum collatio ſitorum in diœceſi Epiſcopi, poteſt pertinere ad Abbatem, & ſic ad Prælatum inferiorem Epiſcopo, cap. Abbatem, 40. eod.

Beneficium concedere, & etiam habere poſſe, competit ratione ordinis, gl. à ſuſpenſis, in cap. cum dilectus, de conſuetudine.

Beneficia particularia conferendi poteſtas in Eccleſia collegiata, ſpectat ad collegium ipſius Eccleſiæ, cap. 2. de renunciatione.

Beneficiorum collatio, de iure communi pertinet ad Epiſcopum, cap. admonet, eod. cap. gratia, 7. de reſcript. lib. 6.

Beneficii collatio non impeditur per appellationem, gl. executores, in extrauag. ſedes Apoſtolica, de officio delega. inter communes.

Beneficia conferendi facultatem poteſt habere Rex ex priuilegio, cap. ad ſupplicationem, de renunciatione.

Beneficiorum collatio de iure communi ſpectat ad Epiſcopum & capitulum: de conſuetudine tamen quandoque Epiſcopus per ſe, quandoque capitulum per ſe, confert beneficia, cap. ſi. & ibi gl. 2. de ſupplend. neglig. gl. 2. in cap. cum Eccleſia, de electione.

Beneficium non vacans non poteſt conferri certæ perſonæ, ſed alicui collegio ſic: quia ceſſat votum captandæ mortis, quod conſideratur in priuata perſona: quia quod collegio datur, nemini cenſetur datum, gl. 1. in cap. cum venissent, de reſtitut. ſpoliat.

Beneficium ſi conferat Papa, contra pronunciationem antea à ſe factam, nulla facta expreſſione de ea, talis collatio dicitur ſurreptitia, & non tenet, cap. cum olim, 22. de ſententia, & re iudi. 18

Beneficium quod dare non poteſt, ſi quis dederit, tenetur is ad beneficium, quod dare poteſt, cap. inter cætera, & ibi gl. ſi. de præbend.

Beneficium conferre licite poteſt quis conſanguineis ſuis, dummodo aliud canonicum non obſiſtat, cap. dilecto, eod.

Beneficia ſunt conferenda ſecundum qualitatem perſonarum, cap. de multa, & ibi gl. literatas, eod.

Beneficiorum inſtitutio de iure communi pertinet ad Epiſcopos, cap. ex frequentibus, de inſtitut.

Beneficium vacans poteſt promitti: non tamen per hanc promiſſionem adſtringitur Ordinarius, quominus collatio alteri facta teneat, cap. 2. de conceſſ. præbend.

Beneficia omnia vacantia debent conferri infra ſex menſes, alias deuoluitur eorum collatio ad proximum ſuperiorem: ibid.

Beneficia vacantia conferuntur, non obſtante appellatione eorum, quibus promiſſa fuerant, antequam vacarent, cap. relatum, eod.

Beneficia ſpectantia ad collationem Prælati non poſſunt conferri

per capitulum ſede vacante, cap. 2. Ne ſede vacante.

Beneficia Eccleſiaſtica ſine diminutione conferri debent, rub. vt Eccleſiaſt. benefi. gl. fi. in cap. cum ubi, de verbor. ſignif.

Beneficium conferre ſe velle ſi collator exprimat, ſiue reſignatione, ſiue alio quocumque modo vacauerit, valet collatio quocumque modo vacauerit, gl. expreſſe, in cap. ſuſceptum, de reſcript. lib. 6.

Beneficii collatio poteſt fieri abſenti, & ignoranti, cap. gratia, 7. de reſcript. lib. 6.

Beneficii conceſſio, quum facit Papa impetranti, dicitur procedere ex gratia, ibid.

Beneficia Eccleſiaſtica licite conferuntur abſenti, gl. ignoranti, ibid.

Beneficia conferendi poteſtas poteſt concedi antequam vacent, quando fit alicui tanquam officiali generali; ſecus, quando ſpecialiter non Officiali fuerit talis conceſſio, cap. fi. de officio vicarii, lib. 6.

Beneficii collatio poteſt dici donatio, ibid.

in Beneficiis conferendis eſt liberalitas, in cui dando, ſed non in dando, gl. libera, ibid.

Beneficia vacantia in curia, alius quam Papa conferre non poteſt: quòd ſi fieret, irrita eſt collatio; niſi expreſſe à Papa concedatur alicui, cap. licet, 2. de præbend. lib. 6.

in Beneficiorum titulis concedendis, Papa habet plenariam poteſtatem, d. cap. licet.

Beneficia conferendi poteſtas quandoque conceditur, ſpectata potius perſona conferentis, quam illius cui debet fieri collatio, cap. is cui, 19. de præbend. lib. 9.

de Beneficio prouidendi poteſtatem habens in ſua Eccleſia, non poteſt procedere in alia Eccleſia, ibid.

20 Beneficium vacans de iure, licet non vacet de facto, poteſt conferri, etiam non caſſato colore retinendi; quando ius caſſat ipſo iure illum colorem, cap. licet Epiſcopus, 28. eod.

Beneficium ſi ſit collatum à Papa vni, & à Legato de latere alteri, & ab Ordinario tertio, præfertur in beneficio ille, cui prius collatum ſit: quod ſi eadem die ſit collatum ab illis, tunc poſſidenti debet dari, gl. 1. & 2. in cap. ſi à ſede, 31. eod.

in Beneficia vacantia per ceſſionem conferendi facultate non includuntur vacantia per mortem, cap. quamuis, 38. eod.

vt Beneficia vacantia primo menſe, pertinentia ad collationem capituli, conferat primus Canonicus, & vacantia ſecundo menſe, ſecundus, & ſic de ſingulis, poteſt introduci conſuetudine, gl. ſtatuto, in cap. fi. eod.

vt Beneficia familiarium ſuorum, ſpectantia ad collationem capituli, vacantia conferant Canonici, poteſt conſuetudine introduci, ibid.

Beneficium, cuius collatio pertinet ad Epiſcopum ſolum, eo mortuo non poteſt conferre capitulum, gl. fi. in cap. fi. de regular. lib. 6.

Beneficia reſignata ſi conferantur aliis quam permutare volentibus, non valet collatio, gl. reſignante, in cap. 1. de rerum permut. lib. 6.

Beneficium conferri non poteſt conſtituto in probatione ſuper ſtatu, gl. conferendum, in cap. beneficium, de regular. lib. 6.

Beneficii collatio poteſt ſpectare ad collegium regularium ſine Prælato; quo caſu propter negligentiam collegii, poteſtas conferendi deuoluitur prius ad Prælatum, & demum ad Diœceſanum, gl. Prælati, in clem. 2. de ſupplen. negl. Præl.

Beneficiorum Eccleſiaſticorum plena ac libera diſpoſitio pertinet ad Papam, clem. 1. Vt lite pendente.

21 Beneficiorum inferiorum prouiſio, vbi ſpectat ad capitulum, & ſic ad vniuerſitatem, poſſunt prouidere per viam collationis, nec arctantur ad prouidendum via electionis, clem. ſi de beneficio, de præbend.

Beneficium vacans infra tempus à iure ſtatutum, conferri debet, licet illius fructus ad tempus ad alium ſpectent, gl. poſtquam, in extrauag. ſuſcepti regiminis, Ioannis, 22.

Beneficiorum collatio de iure communi non ſpectat ad capitula, gl. Epiſcopos, in extrauag. execrabilis, Ioannis 22.

ad Beneficium, vel dignitatem de alieno regno promouendum, poteſt dominus temporalis opponere exceptionem, quod promouendum habet ſuſpectum de proditione terræ ſuæ, vel conſiliorum, aut ſecretorum ſuorum, gl. diuerſorum, in extrauag. execrabilis, Ioan. 22.

Beneficium conferens alicui indigno, ductus amore, ſimoniacus eſt; ex quo fauor tertii nimium fauoris inducit, & multo magis ipſius, qui ordinatur, gl. amore, in can. ſi quis neque, 1. q. 1.

Beneficii collatori debetur reuerentia, gl. fi. in can. illud, 8. q. 2.

Beneficia ad diuinum cultum, & ad Eccleſiaſtica munia obeunda ſunt conſtituta, Concil. Trid. ſſ. 21. de reformat. cap. 3.

Beneficium prima tonſura initiatus, aut in minoribus ordinibus conſtitutus non poteſt obtinere ante decimum quartum annum, Concil. Trid. ſſ. 23. de reformat.

Reliqua vide in verbo, Abſens, n. 1. 2. Adminiſtrator, n. 3, Ætas, n. 2. 3. Aſſignare, Clericus, à n. 36. vſque ad n. 45. 53. Collatio, Eccleſia, à n. 78 vſque ad n. 89. Inſtituere, Inſtitutio, Inſtitutus, Puer, 2. 3. Religioſus, 31.

BENEFICIVM poteſt vacare tanto tempore, quod eius collatio deuoluatur ad ſedem Apoſtolicam, cap. cum acceſſiſſent, de conſtit. 22

Beneficium vacans non deuoluitur, etiamſi ſit lapſum tempus præfixum ad conferendum, ſi conferens impeditus iuſta cauſa non contulerit, gl. 1. ibid.

in Beneficiis conferendis, ſuperior ſupplet negligentiam inferioris, ſi tempus Lateranenſis Concilii lapſum ſit, & collatio per inferiorem poſteà facta non valet, cap. 3. de ſupplend. neglig. Prælat.

Beneficium poteſt vacare tanto tempore, vt eius collatio deuoluatur ad Papam, ſecundum conſtitutionem Lateranenſis Concilii, cap. cum in nullis, de conceſſ. præbend.

Beneficia omnia vacantia debent conferri infra ſex menſes; aliàs deuoluitur eorum collatio ad proximum ſuperiorem, & poſt eos, ad proximos ſuperiores, gradatim, gl. antequam, in cap. 2. de conceſſ. præb.

Beneficia ad Apoſtolicam ſedem deuoluta, conferri non poſſunt ab alio, quam à Papa, cap. ſicut nulla, de præbend. lib. 6.

in Beneficiis conferendis per deuolutionem, poteſtas ſuperioris modificatur, & regulatur ſecundum poteſtatem ipſius inferioris; vt quibus ipſe conferre non poſſet, ſimiliter nec poſſit ſuperior, gl. religioſis, in add. marg in clem. 1. de ſuppl. neglig.

in Beneficii deuolutione ex delicto facta de Epiſcopo ad capitulum, idem dicendum eſt, quod in deuolutione quæ facta eſt ex negligentia gl. ex negligentia, in clem. ſi de beneficio, de præbendis.

Beneficii deuolutio ex negligentia Epiſcopi fit ad capitulum, & ipſo iure deuoluitur collatio ad ſuperiorem, & negligentia currit à tempore ſcientiæ, ceſſante impedimento, d. clem. ſi de beneficio, & ibi add. marg.

Beneficia etiam ad collationem ſedis Apoſtolicæ deuoluta, poteſt Legatus à latere, virtute legationis ſuæ conferre, gl. quacumque, in extrauag. execrabilis, Ioannis 22.

Reliqua vide in verbo, Deuolutio, Collatio, Collator, Eligendi, Patronus 2.

BENEFICIVM ſi plures impetrant in eadem Eccleſia, vno eorum recepto, alii excludi debent, cap. capitulum, 30. de reſcript. 23

Beneficium recipere non poteſt quis abſque authoritate illius, ad quem ſpectat eius collatio, cap. admonet. de renunciat.

Beneficium recipiens ſine authoritate illius, ad quem ſpectat eius collatio, ſi illud non dimiſerit, excommunicandus eſt vſque ad debitam ſatisfactionem, gl. 2. ibid.

Beneficium recipientes clerici de manibus laicorum, hodie ſunt ſuſpendendi, & ſunt ineligibiles: laici verò conferentes ſunt excommunicandi, gl. fi. in cap. quod in dubiis, de renunciat.

Beneficium recipiens ſuperior, vel par; ſub pari, vel inferiori, ſubmittitur eius poteſtati, cap. ad ſupplicationem, eod.

Beneficium poteſt quis procurare ſibi conferri per plures, collatione, ſeu inſtitutione; nec vna tollitur per aliam, cap. 2. de arbitris.

Beneficia Eccleſiaſtica illis ſunt conferenda, qui reſidere in loco & curam eorum per ſe valeant exercere, cap. relatum, de clericis non reſid.

Beneficia Eccleſiaſtica, non ſunt recipienda, niſi ab his, ad quos pertinet collatio, ſeu inſtitutio, cap. ex frequentibus, de inſtitutio.

Beneficium Eccleſiaſticum tenens à ſchiſmatico, eſt ipſo iure excommunicatus, cap. 1. de ſchiſmaticis.

Beneficia & dignitates accipientes à ſchiſmaticis, carent impetratis: qui ſi contrarie præſumpſerint, tenendo illa, ſunt excommunicati ipſo iure, ibid.

Beneficium poteſt conferri abſenti & ignoranti, cap. ſi tibi abſenti, & ibi gl. eo elapſo, de præbend. lib. 6.

Beneficium mihi collatum non poteſt alteri conferri ante diſſenſum meum; niſi terminus mihi aſſignatus ad conſentiendum eſſet elapſus; & tunc etiam poſt terminum, antequam alteri conferatur, poſſum conſentire, ibid.

Beneficium abſenti collatum non poteſt alteri conferri ſub conditione, *ſi ille non acceptauerit*, gl. perſonam, ibid.

Beneficium abſenti ſi ſit collatum, ſtatim quod ſciuit & acceptauit, ſibi ius in beneficio acquiſiuit, d. cap. ſi tibi abſenti.

Reliqua vide in verbo, Eccleſia, 150 152. Intruſus.

BENEFICIVM conferens ſcienter inhabili, non poteſt ipſum reuocare; ſed ſuperior reuocabit, cap. diuerſis, & ibi gl. pe. de clericis coniug. 24

Beneficium conferens indigno, priuari debet poteſtate conferendi: & vt indignus debet remoueri, cap. 3. de clericis non reſid.

Beneficium non poteſt conferri clerico coniugato: & ſi conferatur, debet priuari ipſo iure, gl. 1. in cap. 1. de clericis coniug.

ad Beneficia vel ad ordines promouendus, debet eſſe bonæ famæ, & opinionis; ita quod in nullo vacillet eius opinio, gl. 1. in cap. in Lateranenſi, 2. de præbend.

ad Beneficia vndecumque fuerint legitimè nati, dummodo honeſtæ vitæ fuerint, ſunt admittendi, gl. 1. cap. pe. eod.

Beneficium habens non reputatur idoneus ad aliud beneficium, gl. fi. in. cap. referente, de præbend.

in Beneficiis conferendis non eſt conſiderandum, quis maior ſit in loco, vel ordine: ſed quis iuſtior, gl. non multos, in cap. pe. de præbend. lib. 6.

Beneficia ſunt conferenda perſonis idoneis: aliàs dantes & recipientes puniuntur, gl. perſonis, in cap. pe. de conſtit.

Beneficia ſunt conferenda inſpecta ſcientia, & qualitate eius, cui debet conferri, gl. fi. in cap. vel non eſt, de tempor. ordin.

Beneficium non poteſt obtinere puer, qui propter ætatem non poteſt ſeruire illi, gl. 1. in cap. 2. de ætate, & qualitate, gl. idoneus, in cap. dudum, de præbend. lib. 6.

Beneficium ſimplex non poteſt obtinere puer ſeptem annorum, gl. 1. in cap. 1. de regular.

ad Beneficium promouendus, debet eſſe idoneus in ſcientia, clem. 1. de conceſſ. præbend.

ad Beneficium promouendus debet eſſe laudabilis vitæ, & conuerſationis honeſtæ, ibid.

ad Beneficium vel ordines promouendus, debet eſſe vitæ nedum honeſtæ, quoad caſtimoniæ obſeruationem, imò inculpabilis quoad alia, & aliis patens eſſe debet, vt ex eius viſione ſedula, exemplum profectus ſumant, gl. vitæ puritate, in extrauag. execrabilis, Ioan. 22.

25 Beneficia vacantia ſunt conferenda idoneis, per quos in eis debita impendantur obſequia, & diuinorum cultus ſolicitè in eiſdem exerceatur, extrauag. 1. de præbend. inter communes.

Beneficiis vacantibus ſunt aſſumendi viri, qui, illis præſint & proſint, extrauag. ad regimen. de præbend. inter communes.

Beneficia Eccleſiaſtica præſertim curam animarum habentia, perſonis dignis & habilibus, & quæ in loco reſidere, ac per ſe ipſos curam ipſam exercere valeant, debent conferri: aliter facta collatio, ſeu prouiſio, omnino irritetur; & ordinarius collator incurrit in pœnas à iure ſtatutas, Concil. Trident. ſſ. 7. de reformat. cap. 3.

Beneficia Eccleſiaſtica curata, cathedralibus ſeu collegiatis, vel aliis Eccleſiis, vel beneficiis, aut collegiis, vel piis locis perpetue vnita, ab Ordinariis locorum annis ſingulis viſitari debent, qui ſolicitè prouideant, vt per idoneos vicarios exerceatur animarum cura, aſſignando eis tertiam partem fructuum, vel maiorem, vel minorem arbitrio ſuo, non obſtantibus quibuſcumque priuilegiis, &c. Concil. Trident. ſſ. 7. de reformat. cap. 7.

Beneficia quæcumquæ etiam ratione augendi cultum diuinum, aut numerum beneficiatorum, aut alia quacumque cauſa, alterius diœceſis beneficio, vel collegio, aut Monaſterio non poſſunt vniri, Concil. Trid. ſſ. 14. de reform. cap. 9.

ad Beneficia quæcumque præſentati, electi, ſeu nominati, non debent in eis inſtitui, confirmari, vel admitti, niſi prius fuerint à locorum Ordinariis examinati, & idonei reperti; exceptis præſentatis, vel electis ab vniuerſitatibus ſtudiorum generalium, Concil. Trident. ſſ. 7. de reform. cap. 13.

Beneficia regularia in titulum regularibus profeſſis prouideri conſueta, ſi vacent, religioſis illius ordinis tantum, vel his qui habitum ſuſcipere, & profeſſionem emittere teneantur, & non aliis, debent conferri, Concil. Trident. ſſ. 14. de reform. cap. 10.

Reliqua vide in verbo, Habilis, Illegitimus,

26 BENEFICIVM Eccleſiaſticum poteſt tranſire de auunculo ad nepotem, cap. ex parte, 12. de officio deleg.

in Beneficiis ne detur ſucceſſio, prohibetur filius ſacerdotis, etiam legitimus, intitulari in Eccleſia paterna, quod procedit etiam in nepotibus & inferioribus, quorum eſt ius ſuccedendi: ſecus eſt in collateralibus, quia in illis non habet locum ſucceſſio, cap. ad extirpandas, & ibi gl. fi. de filiis presbyt.

Beneficia Eccleſiaſtica non ſunt danda filiis, nec collateralibus iure ſcilicet ſucceſſionis: aliàs rectè poſſunt dari collateralibus, gl. 2. in cap. ad decorem, de inſtit.

Beneficia Eccleſiaſtica iure hæreditario obtineri non poſſunt, can. Apoſtolica, 8. q. 1.

in Beneficiis Eccleſiaſticis reuocantur coadiutoriæ, regreſſus, ſeu acceſſus, ne detur in eis hæreditaria ſucceſſio, extrauag. Romani Pontificis prouidentia, Pii quinti.

in Beneficiis Eccleſiaſticis ea, quæ hæreditariæ ſucceſſionis imaginem referunt, ſacris canonibus ſunt inimica & odioſa, Concil. Trid. ſſ. 25. de reformat. cap. 7.

Beneficium ſufficiens vt dicatur, haberi debet ratio nobilitatis, & ſcientiæ, & dignitatis obtinentis beneficium, ibid.

Beneficium ſufficiens habens, ad aliud beneficium reputatur malignus, gl. fi. ibid.

Beneficium vt dicatur ſufficiens, plura ſunt conſideranda, puta nobilitas, & ſcientia: dignitas etiam conſiderari debet, ita quod poſſit ſufficere ſibi, & ſuis, & hoſpitalitatem ſeruare, & iura Epiſcopalia ſoluere, gl. ſufficientia, in cap. conquerente, de clericis non reſident. gl. ſufficientem, in cap. cum adeo, de reſcript.

ad Beneficiorum tenuitatem ſequitur quaſi neceſſaria aſſumptio ſeu promotio imperitorum, cap. extirpandæ, de præbend.

Beneficiorum tenuitas facit, vt pene nullus inueniatur ſacerdos parochialis, qui vllam vel modicam habeat peritiam literarum, ibid.

Beneficii reditus debent eſſe ſufficientes, nedum clerico, ſed etiam & ſuis famulis, ſi qualitas perſonæ patitur ipſum habere famulos, gl. ſufficiens, ibid.

ex Beneficii vnius prouentibus poteſt per ſuperiorem conſtitui aliud beneficium, dummodo ceſſet in eo fraus, & illud ſit pingue, & quod fiat illo vacante, d. cap. extirpandæ, §. quia vero.

Beneficium dicitur ſufficiens, quando ex eo clericus & ſui poſſunt ſufficienter ſuſtentari, can. ſtudeat, diſt. 50.

Reliqua vide in verbo, Filius. 22. vſque 27. Succeſſio.

BENEFICIVM habens, reputatur indignus ad aliud beneficium, cum huic ſecundo ſeruire non poſſit, gl. fi. in cap. 27 cum adeo, de reſcript.

Beneficia plura habens non poteſt excipere contra aliquem de pluralitate beneficiorum, gl. fi. ibid. & cap. 3. de except.

Beneficia plura poterat quis habere iure antiquo, cap. dilectus, 29. de reſcript.

Beneficium habens in titulum, non poterit habere ſecundum, niſi diſpenſatiue, gl. fi. in cap. ad audientiam, 31. eod.

Beneficia ſimplicia de iure communi non poſſunt accumulari in eadem perſona, ſed valet conſuetudo in contrarium: & hodie inoleuit hæc conſuetudo, gl. intitulatam, ad fi. in cap. dudum, §. licet, de elect.

Beneficia ſimplicia plura poteſt quis retinere cum diſpenſatione Epiſcopi, ibid.

Beneficia plura incompatibilia poteſt quis retinere ſimul, vbi Papa ex certa ſcientia id tolerari mandat; ſecus ſi hoc ignoranter mandaſſet: quoniam tunc poteſt eius mandato non obediri, cap. eam te, & ibi gl. 1. de ætate & qualit.

Beneficia duo poteſt quis ſimul tenere ex diſpenſatione, vnum in titulum, aliud in commendam, gl. pendeant, ibid.

Beneficia plura, vel plures Eccleſias habere permittit Papa propter paupertatem, vt quia vnum non ſufficiat ad ſuſtentationem beneficiati, vel propter raritatem clericorum: item ex diſpenſatione, vnum in titulum, aliud in commendam, gl. fi ibid.

Beneficia duo incompatibilia non poteſt quis habere ſimul, putà duas Eccleſias, quoad rectoriam, cap. audita, de reſtitutione, ſpoli. 28

Beneficia duo ſi quis habeat, quorum alterum eſt ſufficiens ad vitam beneficiati, poteſt legitime altero priuari, cap. conquerente, de clericis non resident.

Beneficium habenti dare aliud, nihil aliud eſt quàm perdere, gl. fi. in cap. referente, de præbend.

Beneficium habens non poteſt obtinere ſecundum, nec poterit literas impetrare, niſi de primo faciat mentionem, ibid.

Beneficiorum incompatibilium diſpenſationem ſolus Papa poteſt concedere, gl. fi. in cap. de multa. de præbend.

Beneficium ſimplex vacat ipſo facto per receptionem ſecundi beneficii: reſtringe hoc, ad canonicatus, & præbendas in eadem Eccleſia, cap. literas, 9. de conceſſ. præbend.

Beneficia plura, ſine diſpenſatione, quandoque ſimul quis poteſt retinere, cap. ſi gratioſe, & ibi gl. pe. de reſcript. lib. 6.

Beneficiorum collationes licet debeant eſſe perpetuæ: diſpenſationes tamen ſuper retinendis beneficiis incompatibilibus non ſunt perpetuæ, ibid.

Beneficia quædam ſunt, quæ de iure ſimul retineri poſſunt, cap. gratia, de reſcript. lib. 6.

ex Beneficiis duobus, vnum illorum poterit optari, quando ambo ſimul retineri non poſſunt, ibid.

Beneficia plura non curata, & quæ de conſuetudine vel ſtatuto non requirunt reſidentiam, habere non eſt peccatum, nec contra iura, gl. de iure, ibid.

Beneficia duo etiam ſimplicia, in vna & eadem Eccleſia, vel ſub eodem tecto, non poteſt quis habere: ſecus in diuerſis Eccleſiis, ibid. 29

Beneficia duo, quæ ſimul de iure quis tenere non poteſt, poterit tamen diſpenſatiue, ibid.

Beneficia plura, licet aliquo caſu poteſt quis ſimul retinere de iure communi: non tamen debet recipere fructus in abſentia: poſito quod in altero eorum reſideat, cap. fi. eod.

Beneficia plura in eadem Eccleſia, quandoque poteſt quis habere, cap. 1. §. fi. & ibi gl. beneficiis, de electione, lib. 6. & cap. cupientes, §. cæterum.

Beneficii ſecundi adeptio facit primum incompatibile vacare, cap. eum qui, 18. de præbend. lib. 6.

de Beneficio idoneæ perſonæ prouidendi poteſtatem Apoſtolicam habens, non poteſt aliàs beneficiato ſufficienter prouidere, niſi in literis exprimatur: & tunc prouidebit obtinenti vnicum ſimplex beneficium, cap. is cui, 19. eod.

Beneficia vt prouideat alicui, ſi concedatur huiuſmodi pluralitas, ad duo tantum beneficia ſine cura debet reſtringi: & contra factum, eſt nullum, ibid.

Beneficium ſufficiens obtinens, non eſt idoneus ad aliud obtinendum, niſi primò beneficium quod obtinet, omnino dimittat, ibid.

Beneficio quoad titulum, licet ſit quis priuatus ipſo iure per aſſecutionem ſecundi, non tamen in eo perdit poſſeſſionem facti, cap. cum ſingula, eod.

Beneficii ſecundi acceptatione vbi excluditur primum, oportet quod ſecundum pacifice ſit aſſecutum, clem. gratiæ, de reſcript.

Beneficia aliqua ſunt, quæ non ſunt incompatibilia, ſed de iure

poſſunt teneri: & ſic aliquo caſu, de iure videtur permiſſa pluralitas, ibid.

Beneficium ſicut vacat per aſſecutionem ſecundi beneficii incompatibilis, ita & vacat ius ad rem, ibid.

Beneficium vacat per acceptatam collationem ſecundi beneficii, ſi per eum ſtaret, quominus haberet pacificam, gl. pacifice,
30 ibid.

Beneficium ſecundum acceptans, ſi velit illud dimittere, poteſt per collationem ordinarii conſequi primum beneficium, olim ſibi debitum: non enim eſt inhabilis ad aliud, ſed ex vigiatiæ non eſt ſibi plus debitum, nec eſt per executores ſibi conferendum, gl. ſi. ibid.

Beneficium incompatibile vt vacet per receptionem ſecundi incompatibilis, requiritur quod ſecundum pacifice poſſideat quis, vel per eum ſtet, clem. ſi plures, & ibi gl. vacare, de præbend.

Beneficia duo incompatibilia habenti ex diſpenſatione, ſi conferatur tertium, & habuerit pacificam poſſeſſionem illius tertii, ipſo iure vacant duo prima ibidem.

Beneficia duo incompatibilia non poteſt quis obtinere ſine diſpenſatione, ibid.

Beneficia duo vel plura incompatibilia habenti ex diſpenſatione, ſi aliud tale ex diſpenſatione ſufficienti confertur, valet collatio; etiam quoad illud: ſed ſi diſpenſatio non erat ſufficiens, & dimiſit priora beneficia ante collationem vltimi, valet vltimi collatio: ſed ſi non dimiſit non valet collatio vltimi; ſed priora non perdit per acceptationem vltimi, ſi videns collationem vltimi non valere, ipſius poſſeſſionem non apprehendat: ſed ſi poſſeſſionem vltimi apprehendat, tunc vacant priora, licet collatio & poſſeſſio vltimi non valeat, gl. vacare, ibid.

Beneficia duo curata, vel duo perſonatus, vel duæ dignitates, aut alterum cum altero dicuntur incompatibilia, gl. dignitas, ibid.

Beneficium primum incompatibile habens, ſi obtineat ſecundum etiam incompatibile, vacat primum: etiam ſi per eum ſtet, quominus adipiſceretur: quod verum eſt, ſi collatio ſecundi valeat: ſecus ſi non teneret; quia tunc abſtinendo à poſſeſſione, pœnam iſtam euadit, d. clem. ſi plures, & ibi gl. vacare,

In Beneficiorum pluralitatis aſſecutione ſine diſpenſatione legitima, periculum animarum inducitur, gl. 1. in extrauag. execrabilis, Ioan. 22.

Beneficia plura cum diſpenſatione Papæ, poteſt quis obtinere
31 tuta conſcientia, etiam ſi abſque omni cauſa rationabili obtinuiſſet, ibid

Beneficia plura incompatibilia ſimul obtinere eſt contra ius commune, gl quod vnus, ibid.

Beneficiorum plurium retentionis prohibitio non fuit à Deo, ſed à ſola voluntate conditoris canonis: & ideo ſola voluntate contraria eius, tolli poteſt, gl. 1. in d. extrauag. execrabilis.

Beneficia plura habens in diuerſis Eccleſiis impoſſibile eſt quod poſſit in illis reſidere: & ſic Deo ſeruire in eodem tempore, gl. in diuerſis, ibid.

Beneficia plura in diuerſis Eccleſiis obtinere non poteſt quis: imò nec in eadem Eccleſia, etiam prætextu conſuetudinis, ibid.

Beneficiorum plurium receptio permiſſa eſt, ſaltem ſucceſſiue; in tantum quòd receptio ſecundi, facit ipſo iure vacare primum: quod intellige quoad ipſum recipientem, non quoad illum, à quo primum beneficium habuit, gl. recipere, ibid.

Beneficia duo de iure regulariter in nullo caſu poteſt retinere quis, gl. quæ alias, in extrauag. execrabilis, de præbend. inter communes.

Beneficium omne Eccleſiaſticum requirens reſidentiam de iure communi, ſpeciali priuilegio, conſuetudine vel ſtatuto non poteſt cum alio ſimili inſimul retineri, d. gl. quæ alias, in d. extrauag. execrabilis, de præbend. inter communes.

Beneficia plura etiam ſimplicia non poteſt quis habere ſimul in eadem Eccleſia, ac ſub eodem tecto, intellige, in titulum: ſecus tamen eſt de aliis, ſcilicet præſtimoniis, officiis, prioratibus, temporalibus, ſyndicatibus, & aliis officiis, ibid.

Beneficia ſimplicia, tam titulata, quàm non titulata: vel etiam
32 vnum de illis, cum vno duplici poteſt quis tenere de iure, & conſuetudine Romanæ curiæ, niſi conſuetudo faceret illa incompatibilia, ibid.

Beneficium curatum habens, ſi eligatur ad aliud ſimile, habita confirmatione, & adminiſtratione, ipſo iure vacat primum: ſed ſi primum beneficium non ſit curatum, ſed ſecundum; tunc primum non vacat, dd. reprob. gl. ad quem, in cap. cum in cunctis, §. 1. de electione.

Beneficia priora ſi curata exiſtant, ipſo iure vacant acceptatione ſecundi beneficii, dignitatis, vel curati: etiamſi beneficiatus ſit paratus dimittere ſecundum impetratum & acceptatum, cap. dudum, 54. de electione.

Beneficia plura curata ſine diſpenſatione retinens in ſuæ ſalutis, ac multarum animarum diſpendium, priuatur ipſo iure eorum cura: & ſic per ipſum eædem animæ damnabiliter dicuntur deceptæ, d. cap. dudum, verſ. in ſuæ.

Beneficia plura, quæ habent animarum curam, vt quis retinere poſſit, ſolus Papa diſpenſat. d. cap. dudum, §. nos igitur.

Beneficia plura curata habens, electus ad Epiſcopatum, ſi dimiſerit priora medio tempore, id eſt inter electionem & confirmationem, non prodeſt ei talis dimiſſio ad hoc, vt talis electio ſua confirmaretur, gl. electionis, ibid.

Beneficia curata & perſonatus æquiparantur, quoad impediendam pluralitatem, d. cap. dudum, §. licet.

Beneficia duo curata poteſt quis habere, quando vnum dependet ab alio; vt quia ſit alteri vnitum: item quando quis habet vnum in titulum, & aliud in commendam, d. §. licet, verſ. niſi vna.

Beneficium curatum vel perſonatum habens, ſi poſtea conſimile 33
beneficium receperit, vacat primum ipſo iure: quod ſi contenderit retinere vtrumque, vtroque debet priuari, cap. de multa, 28. de præbend.

Beneficium curatum vacans per aſſecutionem ſecundi, ſtatim atque ſecundum fuit receptum, debet conferri ab eo, ad quem ſpectat eius collatio; & ſi infrà ſex menſes non conferatur, deuoluitur collatio ad ſuperiorem, ibid.

Beneficium non curatum habens, ſi recipiat ſecundum curatum, non vacat primum ipſo facto; etiamſi primum requirat reſidentiam, ex quo primum non eſt curatum, ibid.

Beneficium primum vacans per aſſecutionem ſecundi, conferre poteſt collator, ſine vlla requiſitione poſſeſſoris, ibid.

Beneficium ſecundum incompatibile recipiens, ſi dimiſerit primum ante litem conteſtatam, non debet vtroque priuari, gl. 2. in d. cap. de multa.

Beneficia duo curata, ſi ſimul & ſemel conferantur alicui, habet ipſe optionem, quod illorum maluerit; & hoc procedit etiam hodie: ſecus ſi poſtquam recipit vnum, conſequutus ſit aliud; nam tunc non habet hodie optionem, ſed ipſo iure vacat primum, d. gl. 2. ibid.

Beneficii primi vacatio non inducitur, niſi poſt habitam corporalem poſſeſſionem ſecundi beneficii, & pacificam, gl. poſt receptionem, ibid.

Beneficium cum cura animarum habens, debet illi deſeruire
perſonaliter: non autem poteſt conſtituere vicarium, quia 34
videtur electa induſtria perſonæ, cap. extirpandæ, §. quia vero, de præbend.

Beneficia duo requirentia reſidentiam habens, tenetur deſeruire maiori, & alteri per Vicarium, ibid.

Beneficium curam animarum habens ſi ſit presbyter, non poterit audire leges, nec Phyſicam; ſed beneficium habens curam Parochialem, ſi alias non ſit presbyter; niſi ſit talis cura ſeu plebania, quæ habeat ſub ſe capellam, ſeu capellas, in quibus clerici perpetuo inſtituuntur, cap. ſi. & ibi gl. presbyteros. Ne clerici vel Monachi.

Beneficium primum curatum, vel aliàs incompatibile vacat, per receptionem ſecundi curati, vel aliàs incompatibilis, vel ex quo per eum ſtat, quominus poſſeſſionem haberet, gl. 1. in cap. ſi gratioſe, de reſcript. lib. 6.

Beneficia duo curata ſimul habens poterat olim vnum ex illis optare: hodie ſecùs, gl. ſi. in cap. gratia, eod.

Beneficia duo curata ſimul habens, ſi optauerit vnum ex illis, etiam re integra, poſtea non poterit mutare, ibid.

ad Beneficium curatum obtinendum maior idoneitas requiritur, quam ad beneficium ſimplex, cap. ſi eo tempore, & ibi gl. curam, eod.

ad Beneficium curatum obtinendum, minor, 25. annorum non eſt idoneus: ſufficit tamen quod compleuerit 24. & attigerit vigeſimum quintum, cap. ſi eo tempore, 9. eod. & cap. cum in cunctis, de electione.

ad Beneficium curatum prouiſio facta, propter ætatem non idoneam, redditur nulla: ſecus eſt in defectu ordinum: nam prouiſus ad curatum, etiamſi non habeat ordines, nihilominus valet prouiſio, gl. non eſſes, ibid.

Beneficium curatum nullus debet ſuſcipere, niſi qui 25. annum attigerit: & ſit idoneus ſcientia, & moribus: & ſi non ſit in ordine requiſito, debet ſe facere promoveri proximis temporibus: alias monitus, non parens priuatur illo beneficio, non obſtante appellatione, cap. cum in cunctis, §. inferiora, de elect.

Beneficium dicitur curatum, ſiue habeat curam fori pœnitentialis, ſeu contentioſi, cap. dudum, §. nos, de electione.

de Beneficiis, dignitatibus, & perſonatibus, ſi mandatur prouideri, non habita mentione de cura, non poteſt prouideri de curatis, dignitatibus, perſonatibus, vel beneficiis, gl. curam, in cap. ſi eo tempore, de reſcript. lib. 6.

Beneficia incompatibilia ille dicitur obtinere canonicè, qui ſu- 35
per pluralitate habet ſufficientem diſpenſationem, cap. ordinarii, §. cæterum, de off. ordin. li. 6.

Beneficium curatum numquam includitur in literis beneficialibus, niſi de cura in eis fiat mentio, cap. cum in illis, 26. de præbend. lib. 6.

Beneficium ſecundum cum cura occupans vi aut iniuſte, priuatus eſt primo beneficio, vel iure, quod in illo, vel ad illud habebat, cap. eum qui, 18. eod.

Beneficium curatum habens, ſi poſtea occupet ſimplex beneficium violenter, non vacat primum: ſed perdit ius, ſiquod habebat in illo ſecundo, gl. 1. ibid.

Beneficium curatum habens, ſi obtinuerit diſpenſationem, vt ſibi liceret recipere aliud beneficium (etiam ſi ſit perſonatus ſimilem curam non habens) & cum priori tenere; non poterit cum priori retinere Archidiaconatum habentem curam, licet non ſimilem priori, gl. curam, in cap. non poteſt, de præbend. lib. 6.

Beneficium tertium recipiens, facit duo prima vacare, gl. pe. in d. cap. non poteſt, eod.

Beneficium

Beneficium quod debeatur certæ dignitati, poteſt introduci conſuetudine, vel iure ſpeciali, cap. cum Eccleſia, 25. eod.

per Beneficii ſecundi curati adeptionem, cuius fructus alter ex cauſa percipit, non vacat primum, can. ſi tibi conceſſo, 26. eod.

Beneficium primum curatum, quælibet poſſeſſio ſecundi beneficii curati, non facit vacare, ſed requiritur quod ſit pacifica, cap. licet Epiſcopus, eod.

36 Beneficium primum curatum vacans per aſſecutionem ſecundi, ſi alicui ſit collatum, debet ille agere vt ſibi tradatur eius poſſeſſio: in qua procedetur ſummarie poſſeſſore vocato, gl. te non vocato, ibid.

Beneficium primum curatum, cum ſecundo etiam curato obtento, poteſt quis retinere, ſi cum eo ſit diſpenſatum, vel ſi ad tempus conceſſum ſit ſecundum; vel quando ea cauſa ſecundi beneficii fructus non percipit; vel ſi ſecundum habeat in commendam, gl. ſi. ibid.

Beneficium curatum vacans, ſede Apoſtolica vacante ſpeciali iure, ne eius diutina vacantia ſit damnoſa animabus, poteſt conferri ab eo, ad quem alias ſpectat collatio eius, cap. ſi Apoſtolica, 35. de præbend. lib. 6.

Beneficium primum curatum, per receptionem ſecundi curati vacat regulariter, fallit in multis caſibus, clem. 2. & ibi gl. 2. de officio Vicarii.

Beneficia illa ſola dicuntur habere curam animarum, quæ habent illam in actu, non quæ ſolum in habitu: vt quæ deſierunt penitus habere parochianos, gl. parochianos, in extrauag. execrabilis, Ioan. 22.

Beneficia plura curata, vel plures dignitates, de iure poterit obtinere quis; vt quia ſiot annexa, vel annexæ: dependentia, vel dependentes ab aliis, gl. abſque diſpenſatione, ibid.

Beneficium cum cura, vel dignitatem vel perſonatum habens, ſi aliud ſimile conſequatur, poſtquam poſſeſſionem ſecundi habuerit, ipſo iure priuatur primo: & tenetur reſignare illi beneficio: alioquin perdit vtrumque, & inhabilis eſt ad ſacros ordines ſuſcipiendos: ſed non redditur inhabilis ad ſuſcipiendos non ſacros, d. extrauag. execrabilis, & ibi gl. ad ſacros.

37 Beneficia priora, quæ per adoptionem poſteriorum incompatibilium vacant virtute capituli, *de multa*, non reſeruatur Papæ; ſed ſolum poſteriora, quæ vacant virtute extrauag. *execrabilis*, propter retentionem indebitam priorum vltra menſem, quæ vacant ipſo iure, & reſeruata ſunt Papæ, extrauag. execrabilis, & ibi gl. vt permittitur, & gl. vel dimiſſa, eod.

Beneficium obtinens incompatibile cum primo, tenetur intra menſem reſignare coram Ordinario domicilii, vel beneficii, gl. commoratur, ibid.

Beneficia, in quibus inſtituuntur vicarii perpetui, non dicuntur quoad modificationem, extrauag. *execrabilis*, curam habere: quin cum alio curato poſſunt retineri; de ſe tamen curata ſunt quoad ipſos vicarios: & nihilominus rector principalis dicitur habere curam, gl. vicarios, ibid.

Beneficia plura incompatibilia obtinens ſine diſpenſatione debet illa, præter vltimum, dimittere intra duos menſes in manibus Ordinarii: alias incurrit pœnas ſtatutas a iure, extrauag. vt quos, de officio Ordinar. inter communes.

Beneficia incompatibilia obtinentes poſſunt compelli per Ordinarium, ad obtinendam diſpenſationem: quod ſi Ordinarius non faciat, ab ingreſſu Eccleſiæ ſuſpenditur ipſo facto, ibid.

Beneficia plura incompatibilia obtinens cum diſpenſatione, poteſt vnum cum cura, aliud ſine cura eligere intra menſem à die notitiæ: & alia cum effectu dimittere: alias ſic diſpenſatus ipſo iure priuatus eſt, extrauag. execrabilis, de præbend. inter comm.

38 Beneficia plura incompatibilia, in quibus ius eſt ad rem, dum vacabunt, iniuſte & ſine diſpenſatione detinens, tenetur vltimum retinere & alia dimittere intra menſem: alioquin omnibus eſt priuatus, d. extrauag. execrabilis, de præbend. inter communes.

Beneficia plura incompatibilia obtinens debet dimiſſionem de primo facere coram Ordinario cum effectu; alioquin omnibus priuatus eſt ipſo iure: & taliter ſic vacantia diſpoſitioni ſedis Apoſtolicæ reſeruantur, ibid.

Beneficia duo ſimplicia in vna Eccleſia, & ſic ſub eodem tecto, non poteſt quis tenere; quæ in diuerſis poteſt tenere, gl. diſtantibus, ibid.

Beneficia aliqua ſunt compatibilia de iure, etiam ſine aliqua diſpenſatione, gl. cum alias, ibid.

in Beneficiorum pluralitatis diſpenſatione ſunt neceſſaria, authoritas & poteſtas diſpenſantis, & factum per quod diſpenſatur: & ſic non ſufficit notitiæ defectus, & potentia, niſi ſit ad actum proceſſum, gl. legitima, ibid.

Beneficia plura curata & incompatibilia ſine diſpenſatione ſi quis teneat, videtur vt ſit infamis, inelıgibilis, & in peccato mortali conſtitutus, gl. præſumunt, & gl. ex collatione, ibid.

Beneficia plura incompatibilia habens ſine diſpenſatione, dicitur eſſe in peccato mortali, & ſic quoad ſe ipſum tantum ſuſpenſus eſt, non quoad alios: & ideo non debet vitari in officio ſuo: imò ſi acquiſiuit beneficium, poteſt cum eo diſpenſari per Epiſcopum, niſi dictum peccatum non habeat infamiam, vel alias impediat executionem ordinum, vel officii, poſt peractam pœnitentiam, ibid.

Beneficia plura incompatibilia habens ſine diſpenſatione quamuis dicatur eſſe in peccato mortali, poteſt nihilominus eligere & eligi, ibid.

Beneficium curatum habet ordinem presbyteralem annexum de iure, cap. ſi. de officio vicarii.

Beneficium curatum poteſt quis tenere cum aliis beneficiis, vel præbendis alias de ſe ſimplicibus, quibus parochialis Eccleſia annexa eſt, gl. de conſuetudine, in extrauag. execrabilis, de præbend. inter communes.

Beneficia duo dicuntur vnita, quando vnum dependet ab alio; & ſic vnum ſit alteri acceſſorium; vel quando ambo vniuntur ſimul, ita quod vtrumque remanet principale, cap. cum ſingula, 32. de præbend. lib. 6. 39

Beneficia vniri non poſſunt per Prælatos inferiores, & regulares etiam in caſibus in quibus licet, quia id per Ordinarios fieri debet, gl. applicent. in clem. 2. de ſupplend. neglig. Prælat.

Beneficia plura curata, vel alias incompatibilia, ſiue per viam vnionis ad vitam, ſiue commendæ perpetuæ, aut alio quocumque nomine, & titulo obtinens, & ſimul retinens, beneficiis ipſis ipſo iure priuatus exiſtit. Conc. Trid. ſſ. 7. de reform. lib. 6.

Beneficia curata, aut aliàs incompatibilia obtinentem, cogere poteſt Ordinarius ad exhibendam diſpenſationem illorum, & etiam per deputationem idoneorum vicariorum, & aſſignationem congruæ portionis fructuum prouidere, vt animarum cura non negligatur, & beneficia ipſa debitis obſequiis non defraudentur, non obſtantibus quibuſcumque priuilegiis, Concil. Triden. ſſ. 7. de reform. cap. 6.

Beneficiorum vniones à 40. annis circa factæ, poſſunt examinari ab Ordinariis, tanquam delegatis ſedis Apoſtolicæ, Concil. Trid. d. cap. 6.

Beneficia ſimul plura, multi improbæ cupiditatis affectu ſeipſos, non Deum decipientes, non erubeſcunt obtinere, Concil. Trident. ſſ. 24. de reform. cap. 17.

Beneficium Eccleſiaſticum vnum tantum ſingulis debet conferri; ſi vero illud ad vitam eius cui confertur, honeſte ſuſtendandam non ſufficiat; liceat nihilominus aliud ſimplex beneficium, dummodo vtrumque reſidentiam perſonalem non requirat, eidem conferri, Concil. Trident. de reformat. ſſ. 24. cap. 17.

Reliqua vide in verbo, Canonicus, n. 25. 26. Clericus, 52. Dignitas, Pluralitas, Duo.

BENEFICIVM etiam minimum impetrans, debet facere mentionem de dignitate, quam obtinet: neque ſufficit exprimere, quod habet aliud beneficium, niſi exprimat nomen dignitatis, cap. ad aures, de reſcript. 40

in Beneficii impetratione non ſufficit facere mentionem de præbenda, vel canonicatu: ſed oportet, quod fiat mentio de vtroque, cap. cum adeo, eod.

de Beneficio habito in re vel ſpe, debet fieri mentio expreſſa in impetratione alterius gratiæ cap. cum in noſtra, & ibi gl. ſi. eod.

Beneficium qualecumque habens, ſi impetrauerit aliud, nullam faciens mentionem de primo, non valet impetratio ſecundi, cap. ſi proponente, & ibi gl. 2. & ſi. de reſcriptis, & cap. cum adeo, & ibi gl. 3. eod.

Beneficium ſi forenſis impetrauerit, non faciens mentionem de loco ſuæ originis, gratia eſt ſurreptitia, gl. ſi. in cap. pe. eod.

Beneficium impetrans debet facere mentionem quod eſt clericus, & quod habet aliud beneficium: licet tenue, & alia plura, ibid.

Beneficium impetrans vno modo vacandi expreſſo, alio modo vacandi obtinere non poteſt, cap. ſuſceptum, de reſcript. lib. 6.

in Beneficii certi impetratione non ſufficit ſimpliciter facere mentionem, quod vacat; ſi alius eſt in colorata poſſeſſione facti; quia illud verbum *vacat*, debet verificari tam in iure, quam in facto, cap. cum in noſtris, de conceſſ. præb.

licet Beneficium ſibi collatum ignorans, in impetratione alterius beneficii mentionem non fecerit de illo, valent literæ; alterum tamen illorum debet eligere, ſi ſimul ambo habere non poſſit, cap. gratia, 7. de reſcript. lib. 6.

in Beneficiorum impetratione imprimitur vitium regulariter, ſi impetrans tacet beneficium, quod obtinet, ibidem. 41

in Beneficiorum impetratione ſi ſubticeatur aliquod beneficium quantumcumque modicum, gratia efficitur vitioſa; niſi Papa motu proprio conferret beneficium, gl. 2. ibid.

Beneficii expreſſio non operatur diſpenſationem, ſed ſolum operatur, quod literæ ſurreptitiæ non dicantur, ibid.

Beneficium collatum antequam acceptet, vel ratam habeat collationem, impetrare poteſt aliud non faciens mentionem de primo, cum illud adhuc non poſſit dici ſuum, gl. ignoranti, ibid.

in Beneficiis vel litteris ad beneficia impetrandis, nihil debet taceri, quod poſſit mouere animum concedentis, etiam de tali beneficio antequam acceptet, debet facere mentionem, maxime cum habeat ius ad rem, ibidem.

Beneficium impetrans, quod ex defectu ætatis obtineri non poteſt, debet de illo defectu facere mentionem, cap. ſi eo tempore, eodem.

Beneficium impetrans à Papa, ſicut tenetur facere mentionem de illo quod habet, quantumcunque ſit modicum; ita vt impetrans beneficium a Legato debet facere mentionem benefi-

cii.

Digitized by Google

cii, quod habet: alias non valet impetratio, gl. fi. in cap. fi. de reſt. legati, lib. 6.

Beneficium impetrans in Eccleſia Inferiori à Cathedrali, debet exprimere nomen illius Eccleſiæ, gl. non extendit, in cap. quamuis, de præbend. lib. 6.

Beneficium iniuſte detinens, ſi quis impetret aliud beneficium, non facta mentione de illo beneficio, quod occupatum tenebat, literæ illæ non valent, gl. obtinebat, in cap. cum qui, de præbend. lib. 6.

42 Beneficia maiora & minora, vacantia & vacatura, præſertim in prouincia Burdegalenſi, Clemens quintus certis ex cauſis reſeruauit ſuæ diſpoſitioni, cum appoſitione decreti, extrauag. Et ſi de præbend. inter communes.

ad Beneficium includendum vbi exigitur mentio ſpecialis, non ſufficit, niſi id expreſſum appareat per literas ſpecifice, clem. 2. de præbend.

Beneficiorum per obitum vacantium valor debet exprimi ab impetrantibus propter annatam ſoluendam: quem ſi male expreſſerint, poſſunt infra annum à die datæ literarum corrigere, addendo dumtaxat expreſſum valorem, ad ſuum verum valorem, extrauag. Romanus, Leonis decimi, inter motus pro, rios.

Beneficium conceſſum alicui, commoranti Bononiæ, ex priuilegio occaſione ſtudii, non debet habere commorans in caſtris, gl. Bononiæ, in proœmio Decretalium.

Beneficia ab aliis per annum poſſeſſa impetrantes, tanquam certo modo vacantia, debent exprimere nomen, gradum & nobilitatem poſſeſſoris, & quot annis illud poſſederit, & ſpecificatam & determinatam cauſam, ex qua claré conſtare poſſit, quod nullum ius poſſeſſori competat; & infra ſex menſes debet euocare poſſeſſorem ad iudicium, & cauſam intra annum vſque ad ſententiam diffinitiuam proſequi: alias impetratio eſt nulla, extrauag. Sanctiſſimus in Chriſto, Pauli, 3. inter motus proprios.

Beneficia Eccleſiaſtica vniri aliis petens, tenetur exprimere verum annuum valorem, ſecundum communem æſtimationem, tam beneficii vniendi, quam illius cui vniri petitur, alioquin vnio facta non valet, reg. de vnionibus, in reg. Cancell.

Beneficiorum quorumcumque gratiæ per obitum factæ, nullius ſunt momenti: niſi poſt obitum & ante datam gratiarum, tantum tempus effluxerit, quod interim vacationes ipſæ, de locis in quibus beneficiati deceſſerunt, ad notitiam Domini Papæ peruenerint, reg. de veriſimili notitia, in reg. Cancellariæ.

Beneficium per obitum familiarium Cardinalium impetrans, tenetur
43 exprimere, ſi dicti familiares eorumdem Cardinalium familiares eſſe deſierint, ſeu ad aliorum Cardinalium familiaritatem tranſierint, quoad beneficia, quæ priori familiaritate durante obtinuerint; ita quod ad illa Cardinales, quorum ipſi familiares fuerint, ſuum debent adhibere conſenſum, reg. de impetrantibus bene per obitum famil. Card. in regul. Cancel.

Beneficium per obitum familiarium Cardinalium impetrans, tenetur exprimere nomen, & titulum ipſius Cardinalis, & ſi ille ſit in curia, debet accedere eius aſſenſus: alias gratia nulla eſt, ibid.

Beneficium per alium per annum præcedentem pacifice poſſeſſum impetrans, debet exprimere nomen, gradum, & nobilitatem poſſeſſoris eiuſdem, & quot annis illud ipſe poſſederit: & quod nullum ius competat poſſeſſori ad illud beneficium; & infra ſex menſes ipſum poſſeſſorem ad iudicium euocari facere, & cauſam infra annum vſque ad diffinitiuam proſequi debet: alias impetratio nulla eſt, reg. de annali poſſeſſore, in regul. Cancellar.

Beneficium vacans, ſi impetretur per modum in Cancellaria Apoſtolica exprimendum, non valet impetratio, nec literæ debent expediri, reg. non valeat impetratio, in reg. Cancel.

Beneficiorum qualitates in impetrationibus ſunt exprimendæ, videlicet an dignitates, perſonatus, vel officia ſint, eiſque cura animarum ſit: alias gratiæ factæ ſunt nullæ, reg. de expreſſione qualitatis benef. in reg. Cancel.

Reliqua vide in verbo, Impetrans per totum.

44 BENEFICII collatio facta occultè indigno, caſſari debet; & conferens ſecundò ante caſſationem primæ collationis, priuari debet ea vice poteſtate conferendi, cap. inter dilectos, de exceſſibus Prælat.

Beneficia non ſunt conferenda perſonis vilibus, & indignis; quin iis ſunt ſubtrahenda, gl. 1. in cap. illud, eod.

Beneficium obtinens, exiſtens in excommunicatione, non poteſt illud ſalua conſcientia retinere, cum canonice illud non ſit adeptus; niſi ſit diſpenſatum cum eo, cap. poſtulaſti, 7. de clerico excommunicato vel depoſito.

Beneficium cum cura, vel ſine cura, ſi quis impetrauerit; & tempore impetrationis eſt legitimæ ætatis, ſi vacat, ſibi debetur, gl. tunc, in additione, in cap. ſi eo tempore, de reſcript. lib. 6.

ad Beneficium, quædam inhabilitas eſt ratione ætatis temporaliter: quædam vero inhabilitas ſolum ratione ætatis ad qualitatem beneficii curati: & in his duobus inſpiciatur inhabilitas ætatis tempore impetrationis beneficii, ibid.

ad Beneficium promouendum magis inhabilitant defectus ætatis, ſcientiæ, & morum, quam defectus ordinum: quia vltimus defectus facilius tollitur, quàm alii, cap. licet canon. 14. de electione, lib. 6.

Beneficium ſcienter conferens indigno, tenetur ſatisfacere Eccleſiæ, de damno per eum illi Eccleſiæ illato, cap. commiſſa, §. fi. eod.

Beneficium ſcienter conferens indigno, non debet principaliter conueniri de fructibus perceptis ab indigno, ſed in ſubſidium, quando beneficiatus non eſſet ſoluendo, gl. fi. ibid.

Beneficium Eccleſiaſticum non poteſt habere minor ſeptennio, 45
niſi diſpenſatione Papæ, gl. maior. in cap. fi. de iudiciis, lib. 6.

Beneficia non poſſunt haberi ex poſſeſſione, ſed ex canonica inſtitutione ſolum, gl. vitioſus, in cap. 1. de eo qui mittitur in poſſeſſionem, lib. 6.

ad Beneficia non dicuntur idonei pueri, & aliàs beneficiati, gl. idoneis, in cap. dudum, 14. de præbend. lib. 6.

Beneficium intrare per violentiam non eſt licitum alicui; etiamſi in illo vel ad illud haberet ius: ſed debet expectare inductionem ſuperioris, cap. cum qui, 18. eod.

Beneficium per vim occupans, non dicitur intruſus, ibid.

Beneficium curatum habens, ſi vi occupat præbendam, vel ſimplex beneficium, cui eſt annexa Eccleſia curata; tunc non vacat primum; ſed perdit ius, ſi quod habebat in illo ſecundo, gl. 2. ibid.

Beneficium curatum habens, ſi ſcienter per vim occupat aliud ſecundum, perdit ius quod habet ad ſecundum; niſi occupaſſet illud ignoranter ignorantia facti; ſecus ſi ignorantia iuris, gl. ſcienter, ibidem.

Beneficia plura habens, ex quibus vnum habebat occupatum iniuſtè; & tacito de illo, ſuper aliis impetrauit diſpenſationem, diſpenſatio non valet, gl. obtinebat, ibidem.

in Beneficiorum titulis eſt, dare ius ad beneficia, & ius in beneficiis, d. cap. cum qui, §. fi. & ibi gl. fi.

Beneficia habentes ad preces hæreticorum, priuati ſunt eis, & inhabiles efficiuntur ad alia obtinenda, ſi ſcienter talis rece- 46
perint, cap. 2. §. ad hæc, de hæreticis, lib. 6.

ad Beneficia obtenta inhabilis, non reputatur inhabilis ad beneficia obtinenda, niſi aliud exprimatur, ibid.

Beneficium Eccleſiaſticum non poteſt licite, ſine canonica inſtitutione obtineri, reg. 2. de reg. iuris, lib. 6.

in Beneficiis non poſſeſſio antiqua, ſed canonica inſtitutio attenditur, gl. 1. ibid.

ad Beneficia promouere habiles, & inquirere an aliqui inhabiles ſint promoti, ſpectat ad officium diœceſani, clem. 2. de ætate & qualit.

Beneficii inhabilitas in vno loco, non extenditur ad alium locum, gl. in ciuitate, in clem. 1. de pœnis.

Beneficia obtineri non poſſunt, niſi canonice, gl. canonice, in extrauag. ſuſcepti regiminis, Ioan. 22.

Beneficiorum acquiſitio prohibetur filiis hæreticorum poſt hæreſim parentum; antea vero facta, non tollitur, gl. regum, in extrauag. execrabilis, Ioannis 22.

Beneficia Eccleſiaſtica ſine canonica inſtitutione detineri non poſſunt, ad differentiam illorum, quæ conferuntur etiam laico, ob benemerita, gl. beneficia Eccleſiaſtica, ibid.

Reliqua in verbo, Acceptare, Ætas, n. 23.

BENEFICIA quantumcumque modica requirunt reſidentiam 47
de iure, cap. conquerente, de clericis non reſid.

Beneficia etiam ſimplicia de iure communi requirunt reſidentiam, nec ſufficit deſeruire per alium, gl. 1. cap. qualiter, eod.

Beneficia, quæ requirunt reſidentiam, impetrans debet narrare talia eſſe: aliàs impetratio non valet, cap. fi. eodem.

Beneficia duo requirentia reſidentiam habens, tenetur deſeruire in maiori, & alteri per vicarium, cap. extirpandæ, §. qui vero, de præbend.

Beneficium quodlibet requirit reſidentiam, niſi de contrario conſtet, gl. reſidere, in extrauag. ſuſcepti regiminis, Ioan. 22.

in Beneficio non reſidendi licentiam diminutio cultus diuini facit reuocare, ſicut & alia neceſſitas Eccleſiæ, gl. minuetur, in extrau. execrabilis, Ioan. 22.

Beneficium omne requirit reſidentiam, niſi de contrario conſtet, gl. beneficia Eccleſiaſtica, d. extrauag.

Beneficia quædam ſunt, quæ non requirunt reſidentiam perſonalem, extrauag. 1. de decimis, inter comm.

Beneficia quæcumque perſonalem reſidentiam de iure vel conſuetudine requirentia, in titulum vel in commendam obtinentes, opportunis iuris remediis cogendi ſunt ut in iis reſidere, ab eorum Ordinariis, & nulli priuilegia, ſeu indulta perpetua de non reſidendo, aut de fructibus in abſentia percipiendis ſuffragantur, Concil. Trid. ſſ. 6. de refor. cap. 2.

Reliqua in verbo, Aſſentare.

BENEFICIVM, ac fructus beneficii in abſentia poteſt quis 48
percipere, ſi ſit conſuetudo: ſecus tamen eſt de iure communi, cap. cum omnes, & ibi gl. fi. de conſtit.

de Beneficiis quod abſentes nihil percipiant, iure communi ſtatutum eſt, gl. conſtitutum, & gl. fi. ibid.

Beneficii fructus percipiens, dicitur fur, & furtum committit, ſi illud beneficium iuſte non fuerit adeptus, cap. dudum, 54. de electi.

Beneficium habens ſine legitimo titulo, iuſto errore ductus non

tenetur

teneatur ad reſtitutionem fructuum, ſecus quando fuiſſet ignorantia craſſa, gl. pe. in cap. ex frequentibus, de inſtitut.

Beneficii vacantis fructus poteſt Epiſcopus retinere ad tempus ex iuſta cauſa, quia grauatur debitis, gl. fi. in rub. vt benef. Eccleſi. ſine dimin.

Beneficiorum vacantium fructus primi, vel ſecundi, vel alterius cuiuſcumque anni, ſolent vel conſuetudine, vel priuilegio, vel ſtatuto applicari in totum fabricæ, aut Eccleſiis, aut perſonis habentibus annalia: ſed hoc, cum ſit Eccleſiis damnoſum reformat Papa, in extrauag. ſuſcepti regiminis, Ioan. 22.

Beneficiorum vacantium integros fructus percipiendi ius habentes primo, vel ſecundo anno, vel etiam habentes annalia, ex priuilegio, vel conſuetudine; nihil vltra ſummam, pro qua vnumquodque beneficium conſueuit in ſolutione decimæ taxari, debet percipere: reſidui fructus debent remanere obtinenti beneficium, niſi illi qui fructus integros ſolebant percipere, pro ſe mallent reſiduum habere, & dimittere obtinenti beneficium dictam ſummam decimarum taxatam, ibid. & extrauag. ſuſcepti regiminis. Ne ſede vacante, inter communes.

Beneficiorum valentium integros fructus percipiendi ius habentes primo, vel ſecundo anno; vel etiam habentes annalia, ex priuilegio vel conſuetudine: ſi nulla ſit taxatio beneficiorum in illis partibus, debent habere dimidiam omnium fructuum talium beneficiorum, reliquam dimidiam habebit is, qui obtinuit beneficium, pro ſua ſuſtentatione, & oneribus Eccleſiæ in d. extrauag.

Beneficii fructus poſſunt percipere laici ex priuilegio ſpeciali Pa-
49 pæ, quod frequenter iuſtum eſt Papam conceſſiſſe per priuilegium regibus, & aliis magnatibus, gl. vel perſonis, in d. extrauag. ſuſcepti.

Beneficiorum fructus poſſunt vendi, præmiſſa ſubhaſtatione à beneficiatis, gl. nulla ſubhaſtatione, ib.

Beneficiorum fructuum ſubhaſtatio, inducit frequenter vtilitatem beneficiati; & per conſequens beneficii, per pluris oblationem & licitationem, ibid.

Beneficii fructus, dicuntur regulariter omnia, quæ ex terra naſcuntur, vel ipſa alimentantur: obuentiones verò dicuntur, quæ ex facto hominis proueniunt, vt puta oblationes, funeralia, & ex ſigillo vel alio emolumento curiæ beneficii, & ſimilia proueniunt, gl. fructus, ibid.

Beneficiorum fructus, à Papa quandoque pro Eccleſiæ Romanæ neceſſitatibus reſeruari poſſunt, extrauag. poſtulaſti, & ſeq.
50 de præbend. inter communes.

Beneficiorum vacantium fructus primi anni habens ex priuilegio, ſi in primo anno contingat bis vacare beneficium, habebit fructus beneficii à tempore primæ vacationis vſque ad ſecundam, & à ſecunda per totum annum completum, gl. primi, in extrau. ſuſcepti regiminis, Ne ſede vacante, inter comm.

Beneficiorum vacantium fructus, fabricæ vel alicui vſui pio poteſt Epiſcopus cum Capitulo, per modum ſtatuti applicare: ſed non poteſt applicare menſæ Epiſcopi, vel Capituli, ſine licentia Papæ, gl. vacantium, in d. extrauag. ſuſcepti regiminis.

Beneficiorum fructus, tempore obitus beneficiatorum inexacti, ad ſucceſſorem in beneficio ſpectant, extrauag. cum ſicut nobis, Iulii tertii.

Beneficiorum fructus iure non recipiunt, qui literis non expeditis ſe ad beneficii poſſeſſionem intrudunt, extrauag. ſanctiſſimus in Chriſto, Iulii 3.

Beneficiorum Apoſtolicæ ſedi reſeruatorum fructus, à die vacationis, vſque ad diem prouiſionis, reſeruantur cameræ Apoſtolicæ, extrauag. cupientes malitiis, Pii 4.

Beneficia quæcumque Eccleſiaſtica in confidentiam recipientes, vel retinentes, tenentur ad reſtitutionem omnium fructuum illorum cameræ Apoſtolicæ, à prima die receptionis beneficiorum: qui ſi fuerint Cardinales, ſub pœna interdicti ingreſſus Eccleſiæ: reliqui verò, ſub pœna excommunicationis maioris, prohibentur id facere, extrauag. Roman. Pont. Pii 4. & extrauag. intollerabilis, Pii 5.

Beneficium Eccleſiaſticum cum cura, vel ſine cura habens, ſi poſt ſex menſes quàm obtinuerit, diuinum officium non dixerit, legitimo ceſſante impedimento, non facit fructus ſuos pro rata omiſſionis: ſed eos in fabricam Eccleſiæ ipſorum beneficiorum, vel in pauperum eleemoſynam erogare tenetur, extrauag. ex proximo. Lateranenſi, Pii V.

in Beneficiorum impetrationibus fructus beneficiorum poſſunt augeri in tertiam partem, vigore clauſulæ *augendi*, etiam regula, quod fructus in tertia parte, in reg. Cancell.

Beneficiorum quorumcumque, ſeu dignitatum, ſeu canonicatuum, fructuum tertia pars debet ſeparari, & in diſtributiones quotidianas conuerti, in Eccleſiis cathedralibus, vel collegiatis, in quibus nullæ ſunt diſtributiones quotidianæ; vel ita tenues, vt veriſimiliter negligantur, Concil. Trid. ſſ. 21. d. reformat. cap. 3.

Reliqua vide in verbo, Abſens, n. 2. Fructus. per tot.

BENEFICIA electi in Epiſcopum, vacant per confirmatio-
51 nem, adeptionem poſſeſſionis, & conſecrationem ſecutam, vel poſtquam præfixum tempus ad petendam conſecrationem, lapſum fuerit, cap. cum in cunctis, §. 1. de electione.

Beneficia promoti, & tranſlati ad Epiſcopatum, ipſo iure vacant, ibid.

Beneficium ipſo iure vacat, per matrimonium contractum à clerico beneficiato, conſtituto in minoribus, gl. 1. in cap. 1. de de clericis coniug.

Beneficium non vacans, non poteſt alius à Papa conferre, gl. fi. in cap. pe. de præbend.

Beneficium poteſt vacare dupliciter, ſcilicet de iure, & de facto; item & de iure tantum, ſed non de facto: vt quia alius ſit in poſſeſſione colorata illius beneficii, cap. cum in noſtris, de conceſſ. præbend.

Beneficium dicitur vacare, etiam poſt collationem, quæ eſt appellatione ſuſpenſa, gl. fi. in cap. ſi poſtquam, 33. §. fi. de electione, lib. 6.

Beneficium, quod de neceſſitate de proximo vacaturum eſt, poteſt conferri alteri de conſenſu rectoris, cap. commiſſa, in primo, eod.

Beneficia non debent conferri antequam vacent, gl. te nolente, ibid.

Beneficium illius, quem certum eſt moriturum, ante eius mortem non debet conferri, ibid.

ad Beneficia vacatura poteſt Papa dare ius, ſed non legatus, gl. finitur, in cap. præſenti, de officio legati, lib. 6.

Beneficium quando non vacat, non datur ius in eo, ſed bene 52
ad id, cap. licet, & ibi add. marg. de præbend. lib. 6.

Beneficia vacatura ſolus Papa poteſt conferre, & non alius; nec etiam legatus à latere, d. cap. licet, & ibi gl. vacaturis.

Beneficium primo vacans debetur, ſi de proximo vacaturo per Papam prouideri mandatur, cap. mandato, eod.

Beneficium non vacans, non poteſt conferri ſub conditione, cum vacabit, gl. perſonam, in cap. ſi tibi abſenti, eod.

Beneficium petere impeditur quis, ceſſante cauſa, ob quam impetrauit mandatum de prouidendo beneficio primo vacaturo, cap. ſi pauper, eod.

ad Beneficia vacatura, ſolus Papa poteſt dare ius, cap. 3. de conceſſ. præbend. lib. 6.

per Beneficiorum vacaturorum conceſſionem, datur occaſio & votum mortis alienæ, cap. ne captandæ, eod.

Beneficium poteſt vacare præter mortem, multis modis, puta renunciatione, depoſitione præbendarum, diuiſione, & aliis modis, gl. facultas, in cap. 2. eod.

Beneficia ne diu vacent, iura in quantum poſſunt, prouident, cap. 1. §. fi. Ne ſede vacante, lib. 6.

Beneficiorum vacantium appellatione, de iuris rigore comprehenduntur vacantia etiam per viam permutationis: & ſic iura, & priuilegia facientia mentionem de vacantibus, talia includunt. cap. 1. de rerum permut. lib. 6.

Beneficium ingredientis religionem, infra annum probationis alteri non debet conferri; niſi ad id ipſius acceſſerit conſenſus: vel niſi infra annum probationis fecerit profeſſionem expreſſam, vel tacitam; vel intrans voluit omnino vitam mutare, & dimittere ſæculum, & conſtet de hoc, cap. beneficium, 4. de regular. lib. 6.

Beneficium ingredientis religionem, cum non vacet infra annum probationis, illi beneficio prouideri debet de vicario, qui deſer-
uiat in diuinis aſſignata ei congrua portione, vnde viuere 53
poſſit, ibid.

Beneficium ingredientis monaſterium, cum non vacet infra annum probationis, intra illud non poteſt conferri: nec currit tempus ei, ad quem ſpectat conferre, niſi à tempore vacationis, gl. conferendum, in cap. beneficium, eod.

ad Beneficia vacatura Papa dat literas, & etiam Legatus de latere reſeruare poteſt etiam beneficium vacaturum, clem. fi. & ibi gl. 1. de reſcript.

Beneficium permutatione vacans, ex ſpectanti non debetur, quia aliàs vacaturum non fuiſſet, gl. fi. in d. clem. fi.

Beneficia priora electi in Epiſcopum, & conſecrati in curia, non dicuntur vacare, ſi ille tunc non ſit adeptus poſſeſſionem Epiſcopatus; ſecus ſi tunc adeptus eſſet poſſeſſionem, gl. collato, in clem. 1. Vt lite pendente.

Beneficia priora electi in Epiſcopum, non vacant per ſolam eius conſecrationem: ſed per conſecrationem, tranſlationem, & lapſum temporis, quo debuit conſecrari, ibid.

Beneficii vacatio referenda eſt ad locum vbi beneficiatus moritur, non vbi de beneficio litigatur: incipit ergo in illo loco vacare, vbi perſona moritur, non vbi beneficium eſt ſitum, gl. mori, in add. marg. in clem. 1. Vt lite pendente.

Beneficia electi, qui conſecratur in curia, non habens poſſeſſionem Epiſcopatus, vadit ad partes Epiſcopatus, & poſſeſſionem apprehendit; non dicuntur vacare in curia, niſi ſpecialiter fuerint reſeruata, gl. collato, in d. clem. 1.

Beneficiorum vacatio multis modis poteſt contingere, puta morte, renunciatione, depoſitione, tranſlatione, vel aliàs quoquo modo, gl. vacantibus, in extrauag. execrabilis, Ioannis, 22.

Beneficium vacans dicitur, quod à nemine eſt occupatum, ſeu poſſeſſum; & dicitur vacare de iure, & de facto: item de iure tantum, & non de facto: item de facto tantum, & non de iure, gl. vacantium, in extrauag. ſuſcepti regiminis, Ne ſede vacante, inter communes.

Beneficium vacare dicitur de iure & de facto multipliciter, puta
morte, renunciatione, diſpoſitione, & permutatione, ibid. 54

Beneficium morte beneficiati vacans, reſurgens ſtatim miraculoſe vt Lazarus, non recuperat, ibid.

Bene-

Beneficia permutata non dicuntur legitime vacare, ibid.

Beneficiorum collationes, factæ ante diem promotionis promouendorum, tanquam factæ per importunitatem, ſunt nullæ, reg. de beneficiis vacaturis per promotionem, in reg. Cancel.

Beneficiorum quorumcumque gratiæ per obitum factæ, nullius ſunt momenti, niſi poſt obitum, & ante datam gratiarum, tantum tempus effluxerit, quod interim vacationes ipſæ, de locis in quibus beneficiati deceſſerint, ad notitiam Domini Papæ peruenerint, reg. de verisimili notitia, in reg. Cancell.

ſuper Beneficiis vacaturis per ingreſſum religionis, literæ expediri non debent: niſi illæ præceſſerint datam de ſuper petitis, reg. de ingreſſu religionis, in reg. Cancel.

in Beneficiis per promotionem, aut aſſecutionem, aut ingreſſum religionis vacaturis debet poni clauſula, etiamſi non petatur, cum beneficia huiuſmodi præmiſſa, vel alio quouis modo etiam præterquam per obitum obtinentis vacare contigerit, etiamſi vacent, &c. reg. de beneficiis vacantibus per contractum matrimon. in reg. Cancel.

de Beneficio vacaturo, ſi quis petat prouideri, dari debent literæ de vacaturo; & è conuerſo, prout expedierit impetranti, reg. petenti ſibi prouideri, &c. in reg. Cancel.

Reliqua in verbo, Cadere, Expectant, Gratia, Vacare, Vacatio.

55 **BENEFICIORVM** reſeruatio eo ipſo quod extinguitur, cenſetur etiam reuocare inhibitiones, & decreta, atque proceſſus ſuper illos factos, cap. præſenti, de officio legati, lib. 5.

Beneficiorum reſeruationes ſunt odioſæ, propter duo ſcilicet, quia per eas datur via ad vacaturas, & quia præiudicant ordinariæ iuriſdictioni: igitur ſunt reſtringendæ, gl. ſimilia, ibid.

Beneficia vacantia in curia, alius quam Papa conferre non poteſt: qui ſi fecerit, irrita eſt collatio, niſi expreſſe concedatur alicui, cap. 2. de præbend. lib. 6.

Beneficia in curia vacantia ſunt reſeruata Papæ, ita vt in eorum collatione vel prouiſione nullus poteſt ſe intromittere intra menſem à die vacationis: poſt menſem autem poſſunt illa conferre hi, quibus competit collatio, d. cap. 2. in fin. & gl. fi. ibid.

Beneficiorum in curia vacantium collatio, infra menſem à die vacationis ad ſolam Papam pertinet, & currit ille menſis etiam ignoranti, ſed non ſedi vacanti, gl. numerandum in cap. ſtatutum, eod.

in Beneficiorum in curia vacantium collatione, infra menſem à die vacationis ad Papam pertinente, quatuor ſunt ſpecialia: Primò quod in aliis datur maius tempus, ſed in hac collatione vnus ſolum menſis: Secundò, illud tempus currit ignoranti; Tertiò, non fit computatio de momento ad momentum, & dies vacationis non computatur in termino: Quartò, quod cum in aliis poteſtas communiter deferatur ad ſuperiorem, in hoc caſu redit ad inferiorem, ibid.

Beneficia in curia vacantia poſt menſem à die vacationis, poſ-
56 ſunt conferre Ordinarii per ſe ipſos, vel per ſuos vicarios generales, non ſpeciales, habentes ſpeciale mandatum conferendi beneficia in curia vacantia: quod intellige ante ſextum: ſed poſt, ſufficit quod habeat ſpeciale mandatum beneficia conferendi, & quod infra diœceſim conferat, gl. fi. in d. cap. ſtatutum, de præbend. lib. 6.

Beneficium prius reſeruatum, vel alteri collatum, ignoranter recipiens, ſi ex quo ſciuit illud, ſine difficultate dimittit, recuperat prima beneficia, propter illud dimiſſa: alias non, cap. ſi beneficia, 20. eodem.

Beneficia morientium, etiam in loco vicino curiæ Romanæ per duas dietas legales, vel ipſa ſede vacante, ibi caſam, domicilium, vel originem non habentium, vel etiam habentium, ſed curialium, & ibi cauſa Romanæ curiæ morantium, vel translata curia eam ſequentium, & in itinere decedentium, vel in loco vnde receſſit curia, in quo remanſerant infirmi, non poſſunt conferri per alium, quàm per Papam, cap. præſenti, 34. eod.

Beneficium vacare in curia non dicitur, niſi moriens illud obtineret, ibid.

Beneficia vacantia in curia, etiam ſede vacante, ſunt reſeruata: nec ab alio, quàm à Romano Pontifice conferri poſſunt infra menſem à tempore vacationis: & talis menſis non currit ſede vacante, cap. fi. Apoſtolica, 35. eod.

Beneficia vacantia in curia non poſſunt conferri à Legato de latere, miſſo in eam prouinciam de qua ſunt illa, gl. legitime, in cap. ſi cui nulla, 36. eod.

Beneficii affectionis effectus, inducit nullitatem collationis bene-
57 ficii alteri factæ, quàm illi, pro quo eſt affectum, cap. ſi ſoli, §. niſi nos, de conceſs. præb. lib. 6.

Beneficiorum vacantium in curia collationem ſibi vendicat Papa, non ex plenitudine poteſtatis, ſed ſtricta iuris ratione, quia cum ſit omnium ordinarius, & beneficiorum collator, præferendus eſt omnibus ordinariis in collatione beneficiorum vacantium in curia, gl. mori, in add. marg. in clem. 2. Vt lite pendente.

Beneficia apud ſedem Apoſtolicam vacantia reſeruata ſunt ſoli Romano Pontifici, extrauag. ex debito, de electione, inter communes.

Beneficia quæcumque vacauerint in menſibus Februarii, Aprilis, Iunii, Auguſti, Octobris, Decembris, concedit Papa Ordinariis regni Delphinatus facultatem illa libere diſponendi, dummodo non fuerint reſeruata ſedis Apoſtolicæ diſpoſitioni, per reſeruationem in corpore iuris clauſam, aut per regulas Cancellariæ, aut alio modo: in reliquis autem menſibus vacantia, pertinent ad diſpoſitionem ſedis Apoſtolicæ, extrauag. ad vniuerſalis, de tregua & pace, inter communes.

Beneficia familiarium, & commenſalium Cardinalium, quæ in regno Delphinatus vacauerint, reſeruantur diſpoſitioni Apoſtolicæ: quamdiu dumtaxat dicti Cardinales vitam duxerint in humanis, ac poſt obitum Cardinalium, per ſex annos continue ſequentes: quibus elapſis tanquam non fuiſſent reſeruata, prouideri debent, ibid.

Beneficia vacantia in curia, prouiſioni ſedis Apoſtolicæ reſeruata ſunt, extrauag. 2. de præbend. inter communes.

Beneficia curialium, & aliorum ad curiam accedentium, vel ab ea recedentium, ſi moriantur in locis vltra duas dietas legales ab ipſa curia non diſtantibus, diſpoſitioni Apoſtolicæ reſeruantur, extrauag. ad regimen, de præbend. inter communes.

Beneficia quæcumque per Papam ſunt reſeruata diſpoſitioni Apo- 58
ſtolicæ, per talem reſeruationem ſunt affecta; ita quod illorum collatio non tenet, ſi per alium à Romano Pontifice fuerit facta, extrauag. ad Romani, de præbend. inter communes.

Beneficiorum collationem in menſibus Ianuarii, Martii, Maii, Iulii, Septembris, & Nouembris vacantium in partibus Germaniæ, reſeruauit Papa ſuæ diſpoſitioni; ſed in reliquis ſex menſibus vacantium collatio ſpectat ad ordinarios, extrauag. ad ſacram, Nicolai quinti.

Beneficiorum collatio vacantium in menſibus reſeruatis ſedi Apoſtolicæ, ſi non fuerit facta in partibus Germaniæ, intra tres menſes à die notitiæ vacationis in loco beneficii, poterit de illa libere diſponere Ordinarius, vel alius ad quem illius diſpoſitio pertinebit, ibid. & eam poſtea declarauit Gregorius xiii. in extrauag. quæ in Eccleſia, inter motus proprios, Gregorii xiii.

Beneficia ſedi Apoſtolicæ reſeruata & reſeruanda, quouis modo vacantia, vel vacatura, ſemper remanent affecta ſedi Apoſtolicæ, extrauag. ad Romani Pontificis, Pauli 2.

Beneficia familiarium Cardinalium, etiam ſi ab eorum familiaritate receſſerint, item & collectorum, ſeu ſubcollectorum beneficia, quæcumque reſeruata ſunt ſedi Apoſtolicæ, remanent ſemper affecta, ibid.

Beneficia collata, & accepta in confidentiam illicitam & ſimoniacam, ſunt reſeruata ſedis Apoſtolicæ collationi, extrauag. Romanum Pontificem, Pii Quarti, & extrauag. intolerabilis multorum, Pii Quinti.

Beneficia, ſede Epiſcopali vel Archiepiſcopali vacante, vacantia, ſunt reſeruata diſpoſitioni Romani Pontificis per extrauag. *ſanctiſſimus in Chriſto*, &c. extrauag. cupiens pauperibus, Pii Quinti.

Beneficia quæcumque vacantia in menſibus Ianuarii, Februarii,
Aprilis, Maii, Iulii, Auguſti, Octobris, & Nouembris, Papa 59
diſpoſitioni ſuæ reſeruauit: non tamen illa, quorum collatio eſt Cardinalium S. R. E. aut illorum, quæ ſub concordatis initis inter ſedem Apoſtolicam, & quoſcumque alios ſunt, extrauag. ſanctiſſimus in Chriſto, &c. cupiens, Gregorii xiii. & extrauag. ſanctiſſimus in Chriſto, Sixti Quinti.

in Beneficiis vacantibus conceſſit Papa alternatiuam menſium Epiſcopis, Archiepiſcopis, & Patriarchis reſidentibus perſonaliter apud Eccleſias, ſeu diœceſes: & debent alternatiuam acceptare, & acceptationem ſuam declarare per literas ſuas ſigillo ſuo munitas, & tranſmittere illas ad Datarium Papæ, quibus ab eo receptis & recognitis, tunc demum, & non antea, vti incipient alternatiua, ibid.

Beneficiorum collationes factæ perſonis prohibitis propter genus vel hæreſim & è fide apoſtaſiam, ſunt nullæ: & omnia beneficia eiſdem quomodocumque collata, pertinent ad nouam diſpoſitionem Romani Pontificis, extrauag. in Eccleſiis præſertim, Gregorii xiii.

Beneficia omnia Officialium, & curialium ad curiam accedentium, & ab ea recedentium, iuxta extrauag. *ad regimen*, reſeruantur diſpoſitioni Apoſtolicæ, ſi moriantur in locis vltra duas dietas diſtantibus, etiam ſi ante obitum eorum deſierint eſſe Officiales: intellige quoad beneficia, quæ tempore quo erant Officiales, obtinuerant: reg. 2. in reg. Canc.

Beneficia omnia, quæ per extrauag. *execrabilis* vacant, vel vacare contigerit, ſunt reſeruata ſedi Apoſtolicæ, ib.

Beneficia omnia familiarium ſuorum & Cardinalium continuorum ſuorum commenſalium, quæ obtinent durante familiaritate, ſunt reſeruata, reg. 3. in reg. Cancell.

Beneficia omnia collectorum, & ſubcollectorum, quæ dumtaxat durante eorum officio obtinuerint, reſeruantur diſpoſitioni ſedis 60
Apoſtolicæ, reg. 4. in reg. Cancel.

Beneficia omnia quorumcumque curialium, qui dum curia Romana transfertur de loco ad locum, eam ſequendo deceſſerint, etiam quouis loco etiam remoto à dicta curia, reſeruata ſunt Papæ, reg. 5. in reg. Cancel.

Beneficia omnia cubiculariorum extra muros, & curſorum, ſunt reſeruata diſpoſitioni Papæ, reg. 6. in regulis Cancel.

Beneficium per contractum matrimonii ſi reſeruetur, non datur alii modi vacationum de futuro, nec cenſetur beneficium reſeruatum, niſi ſequatur matrimonium, reg. de beneficiis vacantibus per contractum matrim. in reg. Cancel.

Beneficia omnia vacantia per depoſitionem, priuationem, tranſlationem

lationem authoritate Apoſtolica factas, & faciendas, ſunt reſeruata ſedi Apoſtolicæ per extrau. *ad regimen*, *de præbend.* reg. 2. in regul. Cancel.

Beneficia, ſuper quibus electio vel poſtulatio facta, authoritate Apoſtolica eſt caſſata, vel repulſa, ſunt reſeruata, ibid.

Beneficia Cardinalium, & Legatorum, & quorumcumque officialium Romanæ Eccleſiæ, & ſedis Apoſtolicæ venientium ad curiam Romanam, vel recedentium ab ea, ſi prope curiam infra duas dietas obierint, dummodo inibi non habeant domicilium proprium, diſpoſitioni Apoſtolicæ reſeruantur, d. extrauag. ad regimen.

Beneficia vacantia per promotionem ad Epiſcopalem dignitatem,
61 & ſuperiores, & ad regimen monaſteriorum, ſunt reſeruata, d. extrausg. ad regimen, & regula, de beneficiis vacantibus per promotionem, in reg. cancellas.

Beneficia vacantia per *extrauag. execrabilis*, *Ioannis* 22. ſunt generaliter reſeruata, reg. 5. in reg. cancel.

Beneficia quorumcumque cubiculariorum & curſorum vacantia ſunt reſeruata, d. extrauag. ad regimen, & reg. 6. in regu. cancel.

Beneficia ad collationem Cardinalium, a Romana curia abſentium, ratione eorum Cardinalatus, Eccleſiarum, & titulorum pertinentia, quamdiu huiuſmodi abſentia durauerit, ſunt ſedi Apoſtolicæ reſeruata, ibid.

Beneficia omnia, per prædeceſſorem reſeruata, & tempore obitus ipſius vacantia, remanent affecta, reg. 9. in reg. Cancel.

ſuper Beneficiis reſeruatis quando vertitur lis, poſſunt iudices decernere ſequeſtrum, vt vnicuique quod ſuum eſt tribuatur, extrauag. cupiens prout ſuo paſtorali, Gregorii XIII. anno 1560.

Beneficia omnia, ſpectantia ad collationem, vel prouiſionem ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, ratione ſui Epiſcopatus, ſeu Cardinalatus, & ratione titulorum ſuorum Cardinalatus, quamdiu Cardinales fuerint abſentes à ſuis Epiſcopatibus, ſeu titulis, reſeruata ſunt ſedi Apoſtolicæ, reg. 7. in regulis Cancell.

Beneficia quorumcumque, reſeruata per prædeceſſorem, ſi vacauerint tempore ſuo, nec non fuerint collata ab eo, etiam eo mortuo cenſentur ſemper reſeruata, reg. 9. Cancel.

Reliqua vide in verbo, *Vacare*, *Vacatio*, *Reſeruatio*, *per totum*.

BENEFICIO non debet quis priuari, quando ſine culpa ſua
62 non poteſt promoueri ad ordines annexos ipſi beneficio: ſecus, ſi per culpam ſuam ad talem ſtatum peruenit, vt promoueri non poſſit, gl. fi. in cap. 5. de ætate & qualit.

Beneficio vt quis poſſit priuari, ſufficit quod ſit in ſacerdotio genitus, vel quod pater ipſius in illa Eccleſia miniſtrauerit immediate. ſecus, ſi mediate: nam tunc non priuatur, cap. 2. & ibi gl. 2. de filiis præsbyter.

Beneficio priuatur quis, ſi fuerit periurus, vel ſi renunciauerit ſponte, gl. 2. in cap. 2. de reſcript.

Beneficio non debet priuari ob non reſidentiam exul, & fugatus propter partialitates, cap. 2. de arbitris.

Beneficio priuatus, etiam priuatur iure vocis dandæ, quam habet vi beneficii, cap. Apoſtolicæ, de exceptio.

Beneficio priuandus eſt per ſententiam clericus conſtitutus in ſacris, ſi matrimonium contraxit cum aliqua, etiamſi matrimonium non tenuerit, gl. fi. in cap. 5. de clericis coniugat.

Beneficia, quæ clericus conſtitutus in minoribus habet tempore contractus matrimonii, ſunt ei auferenda: ſed collata ei poſt contractum ſcienter per Epiſcopum, per eumdem auferri non poſſunt: ſed bene per ſuperiorem, cap. diuerſis, eod.

Beneficia collata ab Epiſcopo ignoranter clerico, qui antea contraxit matrimonium, poſſunt ab eodem Epiſcopo eidem auferri, gl. ſcienter, ibid.

Beneficio ſuo vt quis priuetur ipſo facto, non eſt ſufficiens cauſa ſola abſentia decennalis, ſine admonitione, cap. ex parte, de clericis non reſid.

63 Beneficio ſuo ſine culpa priuari non debet quis, gl. fi. in cap. conſultationibus, de donatio. gl. 1. in can. inuentum, 56. q. 7.

ad Beneficium inhabilitatur quis, ratione ſcandali, licet alias eſſet habilis, cap. 3. de iure patron.

Beneficia obtinentes a laicis ſine authoritate Epiſcopi, & ſine canonica inſtitutione, ſi moniti non dimiſerint, ab officio & beneficio remoueri debent, cap. relatum, 25. eod.

Beneficio vbi quis priuatus eſt ipſo iure, poteſt eligi alius rector, abſque alia pronunciatione ſententiæ ſuper priuatione, cap. fundamenta, §. quod ſi ſecus, de electione, lib. 6.

beneficium aliquod occupans vi, ipſo iure priuatus eſt iure, quod in illo, vel ad illud habebat, cap. cum qui, 18. de præbend. lib. 6.

Beneficium de facto tantùm detinens, per iudicem vel Epiſcopum poteſt de facto expelli ab eo: nec poteſt dicere ſe ſpoliatum. gl. ipſo iure, in extraua. execrabilis, Ioan. 22.

Beneficio quo quis priuatus vel ſuſpenſus eſt, ſi quis ſe immiſceat, iure quod in eo obtinet ipſo iure priuatus eſt, quod intellige vbi expreſſit in pœnam: alias ſecus, ſed punietur arbitrio ſuperioris, gl. ſe immiſcere, in extrauag. execrabilis, de præbend. inter communes.

Beneficio priuari non debet non citatus, non conuictus, non confeſſus, extrauag. diuinis, de pœnis, inter communes.

Beneficio priuatus, qui ſe propter crimen reddit indignum, can. eos, diſt. 81.

Beneficio priuandus eſt, qui priuatur officio, gl. 5. & 2. in ſumma, 5. q. 3.

Beneficio priuari non debet quis, niſi ſecundum ordinem iuris, 64
niſi propter ſcandalum, & cum magna laborat infamia, gl. ſuſpendatur, in cau. presbyter, 8. 2. q. 5.

à Beneficio clericus non debet remoueri propter infirmitatem: & remotus debet reſtitui, can. pœnitentium, 7. q. 5.

Beneficium poteſt Papa alicui auferre, etiam ſine cauſa, gl 2. in can. fi. 9. q 3.

Beneficio ſuo, etiam ſine culpa ſua, priuatur quis quandoque propter ſcandalum, gl. 5. in cau. inuentum, 16. q. 7.

pro Beneficiis obtinendis pro aliis in examine ſe ſupponentes, vel annuas penſiones offerentes, aut impetrantes beneficia pro aliis, vt ab eis aliquid conſequantur, vel pro ſe ipſis, vel vt aliis poſtea cum penſione reſignent, ſententiam excommunicationis incurrunt: à qua non poſſunt abſolui, niſi a Romano Pontifice, præterquam in mortis articulo: & priuantur omnibus beneficiis, quæ obtinent, extrauag. inter cæteras curas, Pauli 4.

Reliqua vide in verbo, *Crimen*, 5. 2. 3. *Crimինoſus*, 1. *Excommunicatus*, 24. 25.

BENEFICIVM ſuum abiurans, licite poteſt illud obtinere, 65
ſi de nouo eligatur, cap. 2. de renunciatione.

pro Beneficii renunciatione, non debet dari pecunia, etiam titulo expenſarum, gl. pecunia, in cap. ſuper hoc, eod.

Beneficii renunciatio facta in manibus laici, eſt ipſo iure nulla: quia & talis renuncians beneficio priuatus eſt ipſo iure adeo quod non eget niſi ſpoliatione, cap. quod in dubiis, eod.

Beneficium tenens illegitime debet moneri vt reſignet, cap. pe. de filiis presbyter.

Beneficii renunciatio metu facta valet, cap. ſi vero, 8. de iureiurand.

Beneficium abiurans poteſt poſtea illud ex noua cauſa ſuperueniente repetere, gl. 3. in cap. ad noſtram, eod.

Beneficium ſuum, vel dignitatem ſuam nemo præſumitur dimittere pro viſion, cap. 1. & ibi gl. 5. de cleric. non reſid.

Beneficio etiam curato renunciare non debet quis compelli propter infirmitatem, cap. pen. de clerico ægrot.

in Beneficii renunciatione, quando non eſt approbatum per rectorem, non requiritur præſentia ſuperioris; ſed ſufficit ſola receptatio, & dimiſſus rectoris, cap. ſi tibi abſenti, & ibi gl. eo lapſo, de præbend. lib. 6.

per Beneficii incompatibilis acceptationem, reſpectu intentionis ſcribentis, tacite quis renunciat literis conceſſis ad beneficia, cap. ſi pauper, de præbend. lib. 6.

Beneficio poteſt renunciari per procuratorem, qui debet habere ad id ſpeciale mandatum, clem. 1. de renunciatione.

Beneficium vbi debet dimitti verbaliter ab illo qui loqui poteſt, à muto, imò & a potente loqui, eo caſu ſufficit quod dimittat ex nutu, ſigno, vel ex ſcriptura, gl. verbaliter, in extrausg. execrabilis. Ioan. 22.

Reliqua vide in verbo, *Renunciare*, *Renuncians*, *Renunciatio*, *Clericus*, 36. *vſque* 45. *Epiſcopus*, 232. *vſque* 536.

BENEFICIVM quod per tranſactionem habetur, ſi impe- 66
tretur vt vacans, ab eo qui fuit tranſactionis mediator, non valet impetratio, cap. ex literis, de tranſact.

ſuper Beneficio Eccleſiaſtico non poteſt tranſigi, ſed amicabiliter poteſt componi, cap. ſuper eo, eod.

Beneficii titulus non poteſt haberi ex tranſactione, ſed per canonicam inſtitutionem, gl. 5. ibid.

in Beneficiis obtinendis, omnis pactio & conditio ceſſare debet, gl. renunciantes, in cap. ad audientiam, 35. de reſcript.

Beneficia non debent permutari, neque diuidi: intellige ſine ſuperiorum authoritate, cap. maiores, 8. de præbend.

Beneficia Eccleſiaſtica ſunt conferenda, nullo pacto nullaque pactione interueniente, gl. fi. in cap. ad decorem, de inſtitution.

Beneficium non poteſt quis conſequi ex tranſactione, vel permutatione ſola, gl. quem, in cap. ad quæſtiones, de rerum permut.

Beneficia ſua, ſeu dignitates ſuas permutantes propria authoritate, illis priuandi ſunt, cap. cum olim, eod.

Beneficium ſperare recte poterit quis, nec committit aliquam ſimoniam ille, qui ſeruit ſpe futuræ remunerationis; cum ſine aliqua pactione, vel conditione ſeruiat, dummodo hac intentione principaliter non ſeruiat, gl. 1. in cap. cum eſſent, de ſimonia.

Beneficium quod quis adeptus eſt, alio committente ſimoniam, ipſo ignorante, non poteſt ſalua conſcientia retinere: ſed debet illud reſignare in manibus ſuperiorum, cap. ex inſinuatione, 26 eod.

Beneficia Eccleſiaſtica emens, probatur quoque emere Eccleſias, 67
can. ſi quis obiecerit, 1. q. 3.

Beneficia Eccleſiaſtica, quæ quidam canonias, præbendas, aut ordinationes vocant, pretio aliquo vel munere non ſunt conferenda: ſed gratis debent dari, can. ex multis, 1. q. 3.

pro Beneficio Eccleſiaſtico ſibi conferendo, nullus clericus debet

dare aliquid fabricæ, vel Eccleſiæ, vel donariis Eccleſiarum, aut pauperibus, ibid.

Beneficium Eccleſiaſticum ſimoniaci habens deponi debet, ibid.

Beneficia Eccleſiaſtica pro pretio acquirens debet carere honore male acquiſito, & emptor & venditor ſunt infames, can. ſi. 1. q. 3.

pro Beneficiorum prouiſione nihil debet extorqueri, vel promitti, vel exigi, extrauag. ſolicite debet, Gregorii vndecimi.

Beneficiorum collationes per confidentiam factæ, ſunt nullæ: imo & omnes acceſſus, regreſſus, penſiones, & alia quæcumque etiam authoritate Apoſtolica reſeruata fiduciariis, ſeu confidentiariis in ceſſionibus, vel retroceſſionibus, quibus poſtea illa mittunt, extrauag. intolerabilis multorum, Pii Quinti.

Beneficia collata & accepta per confidentiam ſimoniacam, præſumuntur in foro exteriori per coniecturas: prima eſt probatio intentionis etiam tantum vnius partis, a. quod collator ita conferat, vel patronus ita præſentet, vt poſtea de beneficio vel fructibus ſic vel ſic diſponatur, ibid.

Item quando exemptus à ſolutione iurium curiæ beneficium acceptum per reſignationem alicuius, etiam poſt literas expeditas, & poſſeſſionem acceptam, retroceſſit in eumdem, reſeruato ſibi aliquo infra ſpatium duorum menſium, vel trium, ibid.

Item quando abſolutus à delicto, vel irregularitate, denuo ac-
68 cepit beneficium, quod renunciauit ante vel poſt delictum,
vel incurſam irregularitatem, extrauag. Romanum, Pii Quarti,
& extrauag. intolerabilis, Pii Quinti.

Item quando quis poſt ceſſum beneficium, & publicata ceſſione, & capta poſſeſſione à ceſſionario, ſe in illud per ſe, vel per alium ingerit: & fructus, vel eorum partem accepit, aut ſucceſſor ipſi vel propinquis eius aliquos fructus remiſerit, ibid.

Beneficia per ſimoniacam confidentiam accipientes, ipſo iure priuantur omnibus beneficiis, etiam iuſte obtentis, & ſiunt inhabiles ad illa, vel alia obtinenda, ibid.

in Beneficiis per ſimoniacam confidentiam accipiendis, mediator interueniens ipſo facto eſt excommunicatus, ibid.

in Beneficii collatione, vel alia prouiſione, ſeu admiſſione ad poſſeſſionem beneficiorum, nihil debet recipi: & priuilegia ac conſuetudines Eccleſiarum aliquid recipiendi in eis reuocantur, extrauag. durum nimis, Pii Quinti.

Beneficiorum confidentialium cauſæ ad Pontificem euocantur, extrauag. licet fœlix recordationis, Pii Quinti.

Beneficiorum confidentiæ inter potentes, & maioris notæ viros, facilius à iudicibus tolerantur, qui non audent in eos quicquam facere: nec ullus eſt, qui contra eos velit ſe inſtigatorem vel accuſatorem oſtendere, ibid.

ad Beneficii canonicatus, vel præbendæ poſſeſſionem, quando quis admittitur, non debent fieri ab eo certæ conditiones ſeu deductiones ex fructibus, ſolutiones, promiſſiones, vel compenſationes, quæ ſimoniacæ labis, aut ſordidæ auaritiæ ſuſpicionem habent, Concil. Trid. ſſ. 24. de reform. cap. 14.

Beneficia collata & accepta in confidentiam illicitam, & ſimoniacam, ſunt reſeruata ſedi Apoſtolicæ, extrauag. Romanum Pontificem, Pii 4. & extrauag. intolerabilis multorum, Pii quinti.

Reliqua vide in verbo. Tranſactio, Tranſigere, Simonia.

69 **BENEFICII** inueſtitura videtur transferre quaſi poſſeſſionem beneficii, cap. 2. de renunciatione.

Beneficium pacifice poſſidere non videtur is, qui ſuper eo patitur controuerſiam iudicialem, ibid.

Beneficium antequam conferatur vt vacans, debet remoueri poſſeſſor a colorata poſſeſſione, ne videatur facta collatio de beneficio non vacanti, cap. propoſuit, de conceſſ. præbend.

Beneficium quando conſtat collatum per habentem poteſtatem, per exceptionem abiurationis & renunciationis non debet poſſeſſio retardari, cap. poſt electionem, eod.

Beneficium poteſt retinere quis ex diuerſis titulis, & ſe defendere ex diuerſis titulis, ibid.

Beneficium non poteſt poſſideri tanquam proprietas, quia nemo dicitur habere dominium ſui beneficii, cum clerici quaſi viuarii comparentur: Eccleſia tamen recte poteſt poſſideri ab aliis Eccleſia, tanquam proprietas, vnde bene poſſunt ad inuicem permutari, gl. ſi. in cap. cum olim, de rerum permutatione.

Beneficium dicitur rectoris eſſe, quod intellige quoad titulum, vel quoad adminiſtrationem, non quoad dominium, cap. ſi tibi abſenti, & ibi gl. eo, de præbe. lib. 6.

Beneficium eſſe ſuum aliud eſt, & aliud eſt dici ſibi debitum: ſicut aliud eſt habere ius in beneficio, & aliud ad beneficium, gl. debitum, in clem. auditor, de reſcript.

Beneficii poſſeſſio ſi apprehenditur per procuratorem, ad hoc habentem mandatum, illo die vacant priora beneficia, & in illo loco in quo procurator poſſeſſionem apprehendit, non autem vbi eſt conſtitutus, gl. collato, in clem. 1. Vt lite pendente.

70 Beneficii poſſeſſionem ſi amicus vel negotiorum geſtor apprehenderit extra curiam, pro illo & nomine illius qui eſt in curia, & eaſdem in curia ad acceptet, ſeu ratum habeat, tunc beneficia priora illius dicuntur vacare in curia; quia per illam ratihabitionem, quæ fuit facta in curia, vacant illa in curia, ibid.

ſuper Beneficio contra ipſius poſſeſſorem, qui triennio non poſſedit, ſi in petitorio vel in poſſeſſorio vna ſententia diffinitiua fertur in curia, etiamſi nulla dicatur illa, per loci Ordinarium ipſius beneficii ſequeſtratio fieri debet: quam impediens, vel occupans fructus ſequeſtratos, excommunicatus eſt: et ſi eſt de litigantibus, cadit à iure ſuo, clem. 1. de ſequeſtrat. poſſeſſionis & fruct.

Beneficii corporalem & pacificam poſſeſſionem recipiens, omnibus aliis beneficiis, & litibus ſuper eis motis cenſetur renunciare: ſed ante pacificam poſſeſſionem non, gl. ius ad rem, in extrauag. ſedes Apoſtolica, de officio delegati, inter communes.

Beneficiorum poſſeſſionem apprehendentes literis non expeditis, eo ipſo amittunt illa, illiſque priuantur, ac ad alia obtinenda perpetuo ſunt inhabiles: ſed aliis tanquam vacantia debent conferri; extrauag. ſanctiſſimus in Chriſto pater, Iulii 3.

Beneficia quæcumque abſque ſimonia, ex quocumque titulo, Apoſtolica vel ordinaria collatione per triennium pacifice poſſidens, non debet ſuper dictis beneficiis taliter poſſeſſis moleſtari, dummodo in beneficiis huiuſmodi, ſi diſpoſitioni Apoſtolicæ ex reſeruatione generali in corpore iuris clauſa reſeruata fuerint, ſe non intruſerit, reg. de triennali, poſſeſſore, in regul. Cancel.

Beneficium poſſidens contra iuris diſpoſitionem compellitur oſtendere titulum ſuæ poſſeſſionis, & de titulo beneficii, cap. Ordinarii, de officio Ordinar. lib. 6.

Reliqua vide in verbo, Pacificus, Poſſeſſor, 2. Poſſeſſio, 52.

BENEFICIVM licet habeat annexum ordinem presbyteratus; ad validitatem promotionis ad illud ſufficit quod ordine- 71
tur poſt promotionem, cap. 5. de ætate & qualit.

Beneficio vacanti poteſt onus honeſtum imponi, ad quod beneficiarius teneatur, cap. ſignificatum, de præbend.

Beneficio poteſt imponi onus, quod Miſſam inſtitutus in eo debeat quotidie celebrare, niſi corporis infirmitate fuerit grauatus, ibid.

Beneficii inſtitutio, quod beneficiatus ſingulis diebus debeat dicere Miſſam, eſt illicita, & recipit interpretationem, vt celebret quantum frequentius poteſt, ſalua honeſtate ſua, ac debita deuotione, ibid.

Beneficii inſtitutio arctans beneficiatum ad numquam dimittendum, non valet: & debet intelligi, quod non dimittit cauſa voluptatis, ibid.

Beneficio vacanti prius debet onus imponi, deinde dari & conferri debet illud ſimpliciter: nam in eum tranſit beneficium cum onere ſuo, & ita nulla committitur ſpecies ſimoniæ: ſecus ſi paciſceretur cum eo, ſcilicet quod conferebat beneficium cum tali onere, quod tunc imponebat, gl. 5. ibid.

ad Beneficium quædam qualitas ſacerdotalis tantum inſpicitur, & tunc tempus vacationis attenditur, gl. tunc, in add. in cap. ſi eo tempore, de reſcript. lib. 6.

in Beneficium curatum aſſumptus, debet curare promoueri ad ſacerdotium, infra annum numerandum à die, quo poſſeſſionem pacificam habuit, vel per eum ſteterit quominus haberet: nec currit iuſte impedito, gl. infra annum, in cap. ſtatutum, 22 de electione, in 6.

Beneficia requirentia de iure ſacros ordines, non requirunt or-
dines tempore promotionis: ſed ſufficit infra terminum iuris 72
ordines aſſumere, niſi aliud diſponatur expreſſe, cap. ſi pro
clericis, de præbend. lib. 6.

Beneficia quædam requirunt ordines de iure communi, quædam de conſuetudine, quædam ſtatuto Eccleſiæ, in qua ſita ſunt, gl. requirant, in d. cap. ſi pro clericis.

Beneficium requirens ordinetur, ſi quis conſtitutus in minoribus impetrauerit, priuari poteſt illo: hodie noua pœna poteſt imponi, reſeruatis antiquis, gl. ſi. ibid.

Beneficium, cui annexus eſt ordo, ſi quis habeat poſt annum, niſi prius (impedimento ceſſante) promoueatur ad illum, non habet vocem in capitulo, donec fuerit ordinatus: & interim perdit dimidiam partem diſtributionum, clem. 2. de ætate & qualitate.

ad Beneficium aſſumptus cenſetur quia, vt expediens & neceſſarium officium Eccleſiæ gerat: ita quod, ſi ingrueret neceſſitas eum ad ſacros ordinari, & hoc renueret, priuari poteſt etiam beneficio, gl. in poſterum, ibid.

Beneficium vel præbenda, quando habet certum ordinem annexum, tunc in tali beneficio promotus ſufficit quod infra annum promoueatur ad ordinem requiſitum, clem. 2. de ætate & qualit.

Beneficium vel præbenda, licet habeat certum ordinem annexum, poteſt tamen obtineri à non exiſtente in ordine, per literas Papales; dummodo infra annum ordinari ſe curet: niſi etiam ad ordinem non recipiendum, ſufficientem habeat diſpenſationem, gl. annexi, ibid.

Reliqua in verbo, Beneficiatus. 1. 2.

BENEFICIVM viuentis non poteſt conferri alicui, cap. 1. 73
de conceſſione præbend.

in Beneficium viuentis faciens ſe ſubſtitui, debet repelli à communione

munione Eccleſiaſtica : imò & debet deponi, d. cap. 1. & ibi gl. 2.

Beneficia non vacantia concedi vel promitti non debent : & cum vacauerint : concedi debent intra ſex menſes : quibus elapſis, de Epiſcopo ad capitulum, & contra : & demum ad proximum ſuperiorem deuoluitur collatio, cap. 2. eod.

in Beneficio futuræ ſucceſſionis ſpectatio locum non habet, ibid.

Beneficium antequam vacet, non poteſt promitti : quòd ſi fiat, non valet promiſſio, gl. antequam, ibid.

ex Beneficii vacaturi promiſſione, de facili cauſatur votum captandæ mortis proximi : & ideo talis promiſſio non valet, ibid.

ad Beneficia vacatura licet poſſit Papa dare ius, non tamen de honeſtate, cap. propoſuit, 4. de præbend.

ad Beneficium viuentis ſi quis propria authoritate ſe intruſit, eſt inhabilis ad illud : & idem dicendum eſt de eo, qui aliquo queſito titulo, fecit ſe inſtitui in beneficio viuentis, cap. poſt electionem, eod.

Beneficium viuentis ſemel occupans non poteſt denuo ad iſtud aſſumi, ſine diſpenſatione Papæ, gl. reſignationem, ibid.

Beneficium non vacans non poteſt concedi certæ perſonæ : ſed bene alteri Eccleſiæ, cap. conſultationibus, de donatio.

Beneficium illius quem certum eſt moriturum, ante eius mortem non debet conferri, gl. te volente, in cap. commiſſa, de electione, lib. 6.

ad Beneficium primo vacaturum habens gratiam, non poteſt acceptare illud, niſi fraudulenter inducatur vacatio primi, cap. 2. de renunciat. lib. 6.

Beneficium de proximo vacare probabiliter creditur, quando rector detinetur graui infirmitate, ibid.

ad Beneficium vacaturum ſolus Papa tribuit ius, quando rector detinetur gravi infirmitate, d. cap. 2.

ad Beneficium vacaturum, alius quam Papa ius tribuere non poteſt, quia eſſet contra Lateranenſe Concilium, gl. Apoſtolica, in cap. 2. de renunciat. lib. 6.

Beneficium viuentis tanquam per obitum ſi quis impetrauerit, & poſtea per obitum eius vacet; prouiſio eius per obitum eiuſdem facta denuo dicto ſupplicanti, nulla eſt, reg. de non impetrando benefi. in regul. Cancel.

Reliqua in verbo, Viuere. Promittens. Promiſſio.

BENEMERITVS probatur, eo ipſo quod non probatur demeritus, gl. ſine dolo, in cap. pe. de exceptio.

Benemeritus dicitur large, quicumque non demeruerit; ſtricte autem dicitur, qui aliquod inſigne ſeruitium fecit alicui, puta Eccleſiæ, gl. 1. in can. ſi quos, 12. quæſt. 2.

BENEPLACITVM & voluntas Papæ, vel alterius, per mortem Papæ, vel alterius, extinguitur, cap. ſi gratioſe, de reſcript. lib. 6.

Beneplacitum & voluntas ſedis Apoſtolicæ non extinguitur per mortem Papæ concedentis illud, ib.

Reliqua vide in verbo, Voluntas.

BERNARDVS gloſſator Decretalium, fuit Parmenſis & Canonicus Bononienſis, Capellanus Domini Papæ, vt ipſe aſſerit, in gl. diuidatur, in cap. quod ſicut, §. ſuper eo, de electione.

Bernardus gloſſator fuit diſcipulus Vincentii, vt ipſe fatetur, gl. 1. in cap. iurauit, de probatione.

BESTIAE fuerunt creatæ ſexta die, can. ſexto die, diſt. 35.

BIBLIOTHECARIVS quandoque ſumitur pro Cancellario, gl. bibliothecarius, in can. Adrianus, diſt. 63.

BIGAMIA non inducit peccatum, ſeu demeritum, ſed tantum defectum, can. acutius, diſt. 26.

Bigamiæ irregularitas videtur de iure diuino: quia habet ortum
1 à ritu Apoſtolorum, cap. 2. de bigamis.

Bigamiæ pœnam incurrit, qui mortua vxore, promotus ad ſacros cum ſecunda de facto contraxit matrimonium, & cognouit, licet vere non dicatur bigamus, cap. nuper, eod.

ad Bigamiæ vitium inducendum, plus conſideratur incontinentia mulieris, quàm viri; quia vir ſignificat Chriſtum, qui primò copulauit ſibi Synagogam, & poſtea copulauit ſibi Eccleſiam de gentibus ſcilicet militantem : & vxor ſignificat Eccleſiam triumphantem, in qua non eſt macula, & ſemper permanſit virgo, gl. cognitam, in cap. debitum, eod.

Bigamia, vel eius pœna inducitur per matrimonium quod non tenet, eo caſu quo incurreretur, ſi matrimonium teneret : aliàs non, gl. 1. in cap. eum qui, de præbend. lib. 6.

Bigamiam contrahens conſtitutus in minoribus ordinibus perdit priuilegium clericale : ſecus ſi in ſacris, gl. bigamus, in cap. 1. de bigam. in 6.

Bigamia à Deo reprobatur, quod nec etiam in beſtiis immundis, in Arca Noe inueniebatur, cum quo bigamia contrahi poſſet, ſi alter comparem moreretur, gl. pe. in can. nuptiæ, 32. q. 1.

BIGAMVS dicitur propriè ille, qui habuit duas vxores : ſed improprie, qui contraxit cum vidua, cap. niſi cum pridem, §. perſonæ, de renunciat.

Bigamus vere dicitur, qui diuerſis temporibus ſucceſſiue habuit duas vxores : & talis non promouetur ad ordines, propter defectum ſacramenti, gl. 2. in cap. 2. de bigamis.

Bigamus interpretatiue dicitur, qui caſtitatem promiſſam violat, & qui contraxit cum vidua, vel corrupta : vel qui vnam de facto, aliam de iure habuit diuerſis temporibus, & qui ſcienter cognouit vxorem adulteram, gl. in bigamis, in d. cap. 2. qui vero mortua vxore, cum alia de facto contraxit, aut ordine Subdiaconatus inſignitus de facto contraxit cum vidua, dicitur bigamus non propter defectum ſacramenti, ſed propter affectum intentionis cum opere ſubſecuto, ibid.

in Bigamo defectus ſacramenti non poteſt purgari, nec baptiſmus tollit illam irregularitatem, de bigamis non ordinand. c. 4. & ibi gl. diſpenſare, & diſt. 27. in cap. vna tantùm, & ibi gl. 1.

cum Bigamo, qui ordinatus eſt ad ſacros Ordines, non diſpenſatur, & ordinator priuabitur poteſtate ordinandi, niſi cum eo fuerit diſpenſatum, d. cap. 2.

Bigami, vxoribus viuentibus vel mortuis, ordinari prohibentur, cap. 3. de bigamis.

Bigamus ordinatus, eſt ipſo iure ſuſpenſus à diuinis officiis, ibid. 3

cum Bigamo irregularitas contracta ex bigamia, hoc eſt ex carnis diuiſione, impedit ipſum ordinari, & illa non tollitur per mortem, vel per pœnitentiam, vel per baptiſmum, gl. 1, ibid.

Bigamus aut maritus viduæ, ad ſacros ordines promoueri non poteſt, quia illa non eſt vnica vnici, nec iſte vnus vnicus, cap. debitum, eod.

Bigamus reputatur, quantum ad effectum, licet in veritate non ſit, ille qui in laicali habitu primo contraxit matrimonium, deinde factus Sacerdos : & ſic punitur propter affectum tantum. cum opere ſubſecuto, cap. nuper, & ibi gl. diſpenſari, eod.

Bigamus non cenſetur, qui contraxit nuptias cum virgine, licet prius fuerit alii deſponſata, cap. debitum, eod.

Bigamus non dicitur ille, qui duxit in vxorem ſolutam quam prius cognouit : quia ratio & cauſa non inuenitur in eo, quia non diuiſit carnem in plures, gl. ſi ibid.

Bigamus non dicitur ille, qui plures concubinas habuit : & ideo cum eo, tanquam cum notato ſimplici fornicatione, quoad executionem Sacerdotalis officii, poterit Epiſcopus diſpenſare, cap. pen. eodem.

Bigamus omni priuilegio clericali denudatus eſt, & adſtrictus eſt foro ſæculari, nec valet conſuetudo in contrarium, cap. 1. de bigam. lib. 6.

Bigamo prohibitum eſt deferre tonſuram, ſub anathemate, ibid.

Bigamus propriè dicitur ille, qui duas habuit vxores, etiam ſi 4
ſecunda vxor non fuit propter aliquod impedimentum, quod contrahens ignorabat, gl. bigamos, & ibi add. marg. in d. cap. 1.

Bigamus interpretatiue dicitur, qui contraxit cum vidua, vel corrupta, d. gl. bigamos.

Bigamus non eſt ille, qui duxit in vxorem eam, quam antea corruperat, gl. contraxerunt, in cap. 1. de clericis coniug. lib. 6.

Bigamus ordinari poteſt, in caſu neceſſitatis, vſque ad Subdiaconatum, gl. 1. in ſumma, diſt. 26.

Bigamus non poteſt ordinari, propter defectum ſacramenti, quia non eſt ibi ſacramentum vnitatis, cùm carnem ſuam diuiſerit in plures : item propter prærogatiuam ordinum : item propter ſignum incontinentiæ, ex eo quod de vna tranſierit ad aliam : item ex eo, quod non habet frontem hortandi ad viduitatem, ibid.

Bigamus non repellitur quia peccauit, ſed propter defectum ſacramenti, qui eſt in eo, gl. 1. in can. acutius, diſt. 26.

Bigamus cenſetur, qui duas vxores habuit; etiam qui ante baptiſmum habuit vnam, & poſt baptiſmum aliam, can. vna tantum, diſt. 26. & gl. 2. in can. ſi quis poſt, diſt. 33.

Bigamus non poteſt ordinari in Sacerdotem, non quia deliquerit accipiendo ſecundam vxorem; ſed quia prærogatiua Sacerdotis, vel cuiuslibet ſacri ordinis exutus eſt, ibid. & can. qui ſine, diſt. 26.

Bigamus componitur à bis, & gamos, quod eſt mulier, vel vxor: & ſic dicitur, qui duas habet, vel habuit vxores, gl. bigamus, in d. cap. vna tantum.

Bigamus etiam dicitur is, qui contraxit cum corrupta, etiam ignoranter, can. nemo, & ibi gl. 1. diſt. 32.

Bigamus aut concubinarius ad ſacros ordines promoueri non poteſt, can. ſi quis poſt, diſt. 33.

Bigamus dicitur ille, qui habuit vnam vxorem, & poſt illam habuit concubinam : talis tamen ex diſpenſatione promouetur, d. cap. ſi quis poſt, & ibi gl. 2.

Bigamus non poteſt promoueri ad ordines, etiam minores, can. maritum, diſt. 33.

Bigamus illiteratus pœnitens, curiæ vel alteri obligatus, non poteſt ordinari, can. præcipimus, diſt. 34.

Bigamus efficitur contrahens matrimonium cum vidua, ſiue ante baptiſmum, ſiue poſt, can. ſi quis viduam, diſt. 34.

Bigamus ad nullum ordinem Eccleſiaſticum promoueri poteſt, can. cognoſcamus, diſt. 34.

cum Bigamo diſpenſatur, vt in minoribus ordinibus miniſtret, cap. ſi Subdiaconus, diſt. 34.

cum Bigamo diſpenſatur vſque ad Subdiaconatum legitima cauſa ſubſiſtente, can. lector, diſt. 34.

cum Bigamo non eſt licitum diſpenſare , vt promoueatur ad ordines ſupra Subdiaconatum, ibid.

cum Bigamo poteſt diſpenſare Papa , etiam in omnibus ordinibus, gl. fi. ibid.

Bigamus non efficitur, contrahens matrimonium cum vxore defuncti ante copulam, can. Valentino, diſt. 34.

Bigamum non poteſt ordinare Epiſcopus in clericum , nec poteſt cum eo diſpenſare, can. ex pœnitentibus, diſt. 50.

Bigamus poteſt eſſe monachus, can. priſcis, diſt. 55.

Bigamus ordinari non poteſt, & ordinans eum contra Canonum ſtatuta, ſuſpenditur à celebratione Miſſæ per annum, can. nullus, diſt. 55.

Bigamus dicitur , qui ante baptiſmum vnam, & poſt baptiſmum aliam habuit, can. numquid . 28. q. 1. & can. acutius , 28. q. 3. gl. fi. in add. marg. in can. fi. diſt. 28.

Bigamus ad clerum eligi non poteſt , can. quomodo , 31. q. 1.

Bigami ſicut admittuntur ad teſtimonium contra laicum, ſic & contra Subdiaconum, quia poſſunt ex diſpenſatione fieri Subdiaconi, gl. veluti, in can. qui iuxta, 5. q. 6.

Reliqua vide in verbo, Concubina. Epiſcopus. 76. 78. Maritus, 2. Ordinari. 1. 2, 4. Ordinatus. 3. Presbyter. 2.

BISSEXTVS cum occurrit, duo dies pro vno die computantur, gl. 1. in cap. literas, de tempore ordinat.

in Biſſextili anno ſeruari debet loci conſuetudo , circa diem ſancti Mathiæ feſtandum , dummodo vigilia continuetur feſto , cap. quæſiuit, §. 1. de verb. ſignificat.

Reliqua in verbo, Annus. n. 3.

BLADI appellatione venit omne id , quod in agro ſeu terra conteritur, vnde etiam veniunt legumina, & ſemen lini, cap. 3. de decimis.

BLASPHEMANS Deum , vel aliquem Sanctum, & maximè glorioſiſſimam virginem, puniri debet pœna, de qua ibi , cap. 2. de maledicis.

Blaſphemans in Deum vel in Spiritum ſanctum neque in hoc ſæculo, neque in futuro remittetur ei , niſi pœnituerit , gl. 1. ibid.

Blaſphemans Deum , vel virginem glorioſiſſimam , vel aliquem ſanctum , punitur vltimo ſupplicio ſecundum leges : ſed ſecundum canones, laicus excommunicabatur , clericus deponebatur : hodie iudicis arbitrio punitur , gl. 1. & ibi add. ibid.

BOFONIS verbum eſt Tuſcorum, canon eos vocat hiſtriones , aliàs buſo idem eſt quod rana terreſtris, gl. buſones, & ibi add. in cap. 1. de vita, & honeſtate, cleric. lib. 6.

BONIFACIVS dicitur , quaſi bona faciens , & vere eſt conſonans nomen rei , prout eſſe debet , gl. 1. in pr. in prœmio, lib. 6.

Bonifacius octauus fuit electus die ſecunda exeunte Decembri, coronatus, & conſecratus fuit die vigeſimatertia Ianuarii, anno 1298. gl. Pontificatus , & gl. anno , in data ſexti libri.

BONONIA dicitur, quaſi ſuper omnia bona , vel bonorum notitia nimis amabilis , gl. Bononienſi , in clem. 1. de magiſtris.

Bononia habuit priuilegium ſtudii , tempore Theodoſij minoris qui regnare cœpit anno Domini 425. ibid.

Bononiæ multi ſcholares morantur, qui parum ſtudent, gloſſa commorantibus, in pr. in prœmio, lib. 6.

Bononiæ, quaſi de omnibus partibus mundi , ſunt ſtudentes, gl. Bononiæ. in pr. in prœmio, decretal.

Bononienſis Eccleſia fuit erecta in Metropolim , & Archiepiſcopatum, extrauag. vniuerſi orbis, Gregorii XIII.

Reliqua in verbo , Accademia.

BONITAS ſupplet ætatem , ſiue tempus , gl. deuotio , in can. fi. diſt. 77.

Bonitatis magna pars eſt velle fieri bonum , Seneca, gl. 3. in cap. 1. de eo qui mittitur in poſſeſſion.

Bonitas maior vnius , non debet facere præiudicium alii , gl. præſtantior, in can. licet ergo, 8. q. 1.

Bonitas magis quàm iniquitas extenditur in infinitum , gl. largitas, in can. nullus, de pœniten. diſt. 1.

BONAE FIDEI poſſeſſor , poſt litis conteſtationem tenetur ad reſtitutionem fructuum, gl. litis exordium, in cap. ſuper quæſtionum, de officio deleg.

Bonæ fidei præſumitur quis, niſi probetur contrarium , gl. fi. in cap. fi. de præſump.

Bona vel mala fide accipiens rem Eccleſiæ , etiam titulo non lucratiuo, habet regreſſum contra ſibi alienantem , gl. ſed melius, in can. 2. §. ſed melius, 10. q. 2.

de Bona fide vbi agitur, non eſt de iuris apicibus diſputandum, gl. omnis, in can. turbatur, §. notandum, 1. q. 4.

Bona fides à primo multum valet, gl. fi. in can. principatus, 25. 1. q. 1.

Bona fides abeſſe præſumitur , ſi rebus tuis exiſtentibus ſaluis res depoſitas amiſiſti, gl. pe. in cap. 4. de homicid.

Bona fides vbi abeſt, dolus adeſſe præſumitur, quia ſunt contraria, gl. 1. in cap. fi. de depoſito.

Bona fides probatur eo ipſo, quod non probatur contrarium, gl. pe. in cap. 3. & gl. bona fides , in cap. ſi diligenti, de præſcript. & gl. 2. in cap. fi. eodem.

Bonam fidem habere intelligitur quis , cùm credit tradentem eſſe dominum , vel habere ius diſtrahendi , licet erret in facto, gl. bona fides, in cap. ſi diligenti, eod.

Bonam fidem habere non præſumitur , qui mercatur aliquid contra leges, vel qui emit à procuratore meo per colluſionem, vel qui emit à prodigo, vel luxurioſo , cui bonis interdictum eſt, cum ſciret protinus illum conſumpturum pecuniam, ibid.

Bonam fidem habere non præſumitur quis , propter denunciationem ſibi factam , ibid.

Bonam fidem habere dicitur is, qui conſcientiam habet dubiam, ibid.

Bona fides exigitur ab vtraque parte , in præſcriptione 10. & 20 annorum , ſed in præſcriptione 30. vel 40. annorum ſecundum leges mala fides non nocet , ibid.

Bonam fidem habere dicitur, qui non habet conſcientiam rei alienæ, cap. fi. eod.

Bonam fidem habere, de iure canonico non ſufficit in principio præſcriptionis , ſed requiritur toto tempore præſcriptionis, ibid.

Bona opera facta ab hæretico, vel exiſtenti in peccato mortali , proſunt ad bona temporalia promerenda , & ad mitius ſupplicium ſubeundum, & facilius merendum gratiam conuerſionis, gl. fi. in cap. 3. de hæreticis.

Reliqua in verbo , Actio. num. 10. Contractus, 1. 3. 6. 7. Poſſeſſor , 2. 3. 5. 6. Præſcribens .

BONA patrimonialia clericorum gaudent eodem priuilegio,
quo bona Eccleſiæ, gl. perſonis , in cap. Eccleſia , de con- 1
ſtitutione .

Bona Eccleſiæ, vt ſine iuſta , & canonica cauſa alienentur, non ſufficit conſenſus clerici, & populi, cap. quod ſicut , §. ſuper, de electione.

Bona omnia ſunt communicanda pauperibus tempore neceſſitatis, gl. 2. in cap. 2. de præſcript.

in Bonis Eccleſiaſticis non ſucceditur , iure conſanguinitatis, cap. 1. de præbend.

Bona intuitu Eccleſiæ quæſita, neque ex teſtamento , neque ab inteſtato tranſeunt ad conſanguineos, iure ſucceſſionis , ſiue ſint bona mobilia, ſiue immobilia, ſed remanent Eccleſiæ , d. cap. 1. & ibi gl. 2.

Bona, quæ intuitu perſonæ , vel de hæreditate alicuius peruenerunt ad aliquos, tranſeunt illa ad conſanguineos , ab inteſtato , vel ex teſtamento ſecundum diſpoſitionem clericorum, ibid.

Bona Eccleſiarum communia ſunt , nec debet quiſquam tanquam propria vendicare, cap. 3. eod.

Bona pro communi vtilitate data , proprijs vſibus non debent applicari , ibid.

Bona Eccleſiarum, non ſunt Prælatorum, ſed ſunt patrimonium Ieſus Chriſti, ſuo ſanguine acquiſitum, cap. cum ſecundum , de præbend.

Bona Epiſcopi decedentis, tenentur canonici conſeruare futuro ſucceſſori, gl. fi. in cap. vt præteritæ, de electione.

Bona quæſita conſtante matrimonio , mortuo vno ex coniugibus , alter ſuperuiuens non poteſt alienare , cum in illis non habeat plenum ius, cap. conſtitutus , ibi *utrique communes*, De in integr. reſtit.

Bona Eccleſiæ, quædam dicuntur de menſa , quædam vero 2
non, cap. vt ſuper , de reb. Eccleſ. non alien.

Bonorum appellatione comprehenduntur iàm mobilia , quàm immobilia , cap. relatum, & ibi add. marg. de teſtam.

Bonorum appellatione comprehenduntur etiam iura , cap. 2. §. laici, de reb. Eccleſ. non alien. lib. 6.

Bona quæſita per clericum, cenſentur quæſita in dubio , intuitu beneficiorum, quæ poſt eius mortem veniunt diuidenda inter Eccleſias, in quibus habebat beneficia , ſecundum quod Eccleſiæ reſpondebant de fructibus, cap. relatum, & ibi gl. fi. de teſtament.

Bona omnia non à fortuna , ſed à Deo proueniunt , cap. tua nobis, 26. de decimis .

Bona Eccleſiarum dicuntur deputata vſibus clericorum, & pauperum , cap. non minus , de immunitate Eccleſ. cœmit, &c.

Bona omnia, quæ vſibus Eccleſiaſticis deputantur , quoad fundationem Eccleſiarum, & cœmiterium, & domos , & hortos iuxta poſitos , immunia debent eſſe ab omni exactione, cætera autem tranſeunt cum ſuo onere ad Eccleſiam , gl. ſub tributo, ib.

Bona conſtante matrimonio acquiſita, ſoluto matrimonio æqualiter debent diuidi, cap. 2. & ibi gl. fi. & add. marg. de donat. inter virum .

Bona omnia præſumuntur in dubio eſſe de bonis mariti , & non vxoris , ne detur ſuſpicio turpis quæſtus, gloſſa final, ibid.

Bona hæreticorum confiſcantur , ſiue habeant filios, ſiue non , nec Catholicis filiis hæreticorum eſt aliquid relinquendum, gl. pe. in cap. vergentis, de hæreticis.

Bona acquiſita per priuilegiatos, aſſumunt ſibi naturam priuile-
3 giatorum, cap. porro, 7. de priuileg.

Bonorum Eccleſiæ appellatione, comprehenduntur etiam beneficia, cap. ſciant, de electione, lib. 6.

Bona Eccleſiæ, quandoque ſunt diſcreta inter prælatum, & capitulum, quandoque non, cap. cupientes, §. ad hæc, eod.

Bona Eccleſiarum, & dominium eorum ſunt ipſius Dei, vel penes Chriſtum, cap. cum ex eo, 34. & ibi gloſſa Chriſti, eod.

Bona Eccleſiæ dilapidare, & diſſipare dicitur ille, qui illa conuertit ad alium vſum, quàm ſint deputata cap. quia ſæpe, 40. eod.

Bona dignitatum vel Eccleſiarum, non ſunt occupanda per eos, ad quos collatio, præſentatio, vel cuſtodia pertinet, niſi de ſpeciali iure id eis competat, & contrà facientes Epiſcopi, ab ingreſſu Eccleſiæ, cœteri ab officio, & beneficio ipſo iure ſunt ſuſpenſi, cap. fi. de officio Ordin. lib. 6.

Bona dignitatum vel Eccleſiarum vacantium ſi competant alicui ex conſuetudine, vel priuilegio, intelligi debent de illis bonis quæ ſolutis debitis, ſi quæ ſint, & de his quæ ſunt neceſſaria pro ſeruitoribus, & miniſtris, & oneribus ſabricæ, Hoſpitalitatis, receptionis legatorum, ac nunciorum ſedis Apoſtolicæ, vſque ad nouos reditus ſupportandis reſeruatis, ex ipſis reperta fuerint ſupereſſe, ib.

Bona Eccleſiæ vacantis, ſunt reſeruanda ſucceſſori per œconomum, vel per eum qui cuſtodiam habet, gl. reſeruari. ibid.

in Bonis clerici decedentis ab inteſtato, ſi ſuccedat Eccleſia, vel eius ſucceſſor, tenetur de illis ſoluere debita ab illo, & etiam tenetur ad onera fabricæ, hoſpitalitatis, receptionis legatorum, & nunciorum ſedis Apoſtolicæ, & ad ſimilia, d. cap. fi. & ibi gl. debitis, & gl. oneribus, de officio Ordin. lib. 6.

Bona corrumpentis, rapientis, vel ſolicitantis monialem,
4 vendicari debent Monaſterio monialis, ſed ſi poſtquam crimen notum fuerit, neglexerit monaſterium petere per annum, tunc applicantur fiſco, gl. videantur, in cap. fi. de præſcript. in 6.

Bona ad Eccleſiam delata, aliquando peti poſſunt intra annum, quandoque intra quinquennium, quandoque intra quadriennium, d. gl. videantur, in add.

Bona acquiſita ex induſtria hæredis, non dicuntur bona hæreditaria, cap. Abbate ſane, §. pro parte, de re iud. lib. 6.

Bonorum ſeparatio non habet locum niſi in certis caſibus, gl. ſeparata, ibid.

Bona immobilia iuribus incorporalibus æquiparantur, cap. 2. de rebus Eccleſ. non ali, lib. 6.

Bona damnatorum de hæreſi, lata ſententia declaratoria de hæreſi, ſunt ipſo iure confiſcata à tempore delicti commiſſi, nullo dato pretio per quaſcumque manus tranſiuerint, vel aliquid loco pretii eſſet in bonis hæretici, gl. ipſo iure, & ibi add. in cap. cum ſecundum, de hæreticis, lib. 6.

Bona damnatorum de crimine læſæ Maieſtatis, lata ſententia declaratoria, ipſo iure ſunt confiſcata à tempore delicti commiſſi, d. gl. ipſo iure.

Bonorum appellatione comprehenduntur bona mobilia, iura, &
5 iuriſdictiones, cap. 1. de ſchiſmaticis, lib. 6.

Bonis ſuis priuatus propter delictum, licet poſtea reſtituatur ad gratiam, bona priſtina non recuperat, cap. fi. §. præterea, de pœnis, lib. 6.

Bonorum appellatione, non comprehenduntur iura, & dignitates, & iuriſdictiones, clem. Paſtoralis, de re iudi.

Bona ſua nequis conſumat inaniter, vel grauetur onere debitorum, per iura conſulitur, clem. 2. de magiſtris.

in Bonis omnibus litem pati, vel in maiori parte bonorum, paria ſunt, gl. integre, in extrauag. ſuſcepti regiminis, Ioann. 22.

Bona hæreticorum confiſcari iubentur, item bona portantium arma inimicis fidei, & committentium crimen læſæ Maieſtatis, gl. aliorum quorumlibet, in extrauag. ſi fratrum, Ioann. 22.

Bona paganorum, ſeu Sarracenorum conceduntur occupanti, gl. aliorum, ibid.

Bona alicuius ob ſua demerita poſſunt concedi per Eccleſiam alicui occupanda, & ſtatim dominium bonorum occupatorum acquiritur occupanti, gl. fidelibus, in extrauagant. dierum, Ioann. 22.

Bona Eccleſiaſtica aliter ſunt diſponenda, quàm temporalia, extrauag. etſi, de præbend. inter communes.

Bona patrimonii Chriſti crucifixi debent æquis portionibus diuidi inter aſſumptos in ſortem per capita, non per ſtirpes, omnes enim ſumus filii primi gradus, & ſic digni ſucceſſione, niſi ab ea propter ingratitudinem excludamur, potentioribus tamen nobilitate, literatura, pares eſſe non poſſumus, nec debemus. Eſt enim gradus inter Angelos, Apoſtolos, & alios in cœleſti militia triumphantes, & ſic fuit ab initio, & ſic erit, gl. æqua. in extrauag. execrabilis, de præbend. inter communes.

Bona immobilia, & poſſeſſiones retineri ab Eccleſiis, viſum eſt ſummis Sacerdotibus, & aliis fidelibus, potius quàm illas vendendo pretium illorum diſtribuere, quia ex fructibus illarum, melius prouideri poterit neceſſitatibus fidelium communiter viuentium, quàm ex earum pretio, can. videntes, 12. q. 1.

6 de Bonis Eccleſiarum poſſumus ſubuenire proximis, hoc eſt fidelibus, gl. 1. in can. moderamine, 16. q. 1.

Bonis abundabant maiores noſtri, quia decimas Deo dabant, & Cæſari cenſum dabant, can. maiores, 16. q. 7.

Bona eorum, qui ſeipſos interimunt propter conſcientiam delicti, applicantur fiſco, ſed bona eorum, qui ſibi mortem conſciuerunt propter impatientiam alicuius doloris, non confiſcantur, gl. quo numeris, in cap. diſplicet, 23. q. 4.

Bona damnatorum traduntur hæredibus, niſi in crimine hæreſis, vel læſæ Maieſtatis, gl. in quo, in can. ſi quis rapuerit, 27. q. 1.

Bona omnia Ingredientis monaſterium, ipſo ingreſſu facta ſunt
monaſterii: & quicquid poſtea acquirit, monaſterio acquirit, 7
gl. cum ſuis, ibid.

de Bonis acquiſitis ex reditibus beneficiorum Eccleſiaſticorum, diſponendi ac teſtandi facultates ſunt reuocatæ à Pio 5. extrau. ad Romanum, Pii 5.

Bona quæcumque diripientes, abducentes, & furto ſubtrahentes, & ementes illa ab eis, vel recipientes quouis modo in ſtatu Eccleſiæ, ſunt excommunicati ipſo facto, abſolutione reſeruata Romano Pontifici, præter quàm in mortis articulo, extrauag. non ſine graui, Gregorii 13.

Bona ſtabilia ſtatus Eccleſiaſtici, non poſſunt alienari in aliquam communitatem, vel collegium, vel aliam perſonam extraneam, vel forenſem ſine licentia Apoſtolica, nec permutari, vel vltra triennium locari; & alienationes & locationes aliter factæ ſunt irritæ & nullæ, extrauag. ſolicitudo paternalque, Sixti quinti.

Bonorum poſſeſſor eſt nomen iuris, ſicut & bonorum poſſeſſio, gl. quod recuperanda, in cap. paſtoralis, de cauſa poſſeſſ.

Bonorum poſſeſſor dicitur ille, qui ſuccedit de iure Prætorio: nam cum ius ciuile non recognoſceret filium emancipatum ad ſucceſſionem patris, petebat ipſe à Prætore, vt poſſet cognoſcere, & adire paterna bona: & poſtea contra detentores illorum bonorum dabatur ei interdictum *quorum bonorum*, d. gl. quod recuperanda, in add. marg.

Reliqua vide, Adiudicatio, Alienare, à n. 1. vſque ad n. 5. Alienatio, n. 8. vſque 14. Clericus, n. 58. vſque 69. Mobilium, Cedere, Cedens, Ceſſio, Canonicus, 9. Immobilis, Occupare, Occupatio.

BONVM publicum non tenetur quis præferre priuato ſuo, ſi 1
priuatum bonum non includitur ſub publico, gl. communi, in cap. bonæ, de poſtul. Præl.

ex Bono quod procedat malum, falſum eſt, gl. demones, in cap. firmiter, de ſumma Trinitate.

Bonum non eſt faciendum ſine licentia Prælati, gl. 1. in cap. inter quatuor, de clericis non reſident.

Boni prætextu malum non eſt faciendum, gl. 1. in cap. ſuper eo, de vſuris.

Bonum facere non ſufficit, niſi id bene fiat, gl. 1. in reg. ea quæ fiunt, de regulis iuris, lib. 6.

Bonum eſt ſtatuere res Eccleſiæ alienari non poſſe, tamen ſtatutum imperatoris factum ſuper hoc, non valet, quia ad eius officium id non pertinet, ibid.

ſub Boni ſpecie, multi faciunt mala, clem. fi. ad fi. de hæreticis.

Bonum ſcienti, & non facienti illud, peccatum eſt, gl. non ſufficit, in clem. fi. de pœnis.

Bonum commune præferendum eſt priuato, & hoc verum, niſi in bono publico ineſſet priuatum, gl. communi. in extrauag. ad noſtri Apoſtolatus, Ioann. 22.

Bonum de quolibet præſumitur, gl. ſperamus, in extrauag. quorumdam, Ioann. 22.

Bono non nocet malorum conuerſatio, ſeu habitatio, gl. peruerſa, in can. quælibet, diſt. 40.

Bonum ſequens non purgat malum præcedens, nec bonum præcedens excuſat malum ſequens, can. vndecumque, & ibi gl, 2. diſt. 56.

Bonum nullum eſt irremuneratum, nec aliquod malum impu- 2
nitum, gl. 1. in can. diuinæ, diſt. 87.

Bonum omne factum recte præſumitur actum, can. oues, 6. q. 1.

Bonum, & iuſtum videtur, eo ipſo quòd à bono factum eſt, gl. 1. in can. omnis, 7. q. 1. & can. Lugdunenſis, 9. q. 2.

Bonum non improbatur propter malum cohærens, nec malum approbatur propter bonum cohærens, gl. 1. in can. neque enim, 14. q. 5.

Bonum vitæ æternæ remuneratorium nullum eſt, niſi voluntarium, can. præſens, & ibi gl. nullum, 20. q. 3.

Bonum quandoque prohibetur, propter conſequens malum, gl. 1. in can. ita ergo 22. q. 1. quandoque non gl., cum poſſit, can. de occidendo, 24. q. 5.

ad Bonum nemo ab initio cogendus eſt, ſed cogitur quis perſeuerare in eo, quòd incœpit. gl. cogi. in can. nimium, 23. q. 4.

Bona quæ homo facit, per Deum facit, mala quæ facit, non facit per Deum, gl. cum vero, in can. vaſis iræ, §. 1. 23. q. 4.

Bona futura non ſunt cauſa prædeſtinationis, gl. ſtandi, in d. §. 1.

Bonum prouenit ex malo, veluti de facto Iudæorum, qui crucifixerunt Deum, gloſſa 1. in can. relegantes, 23. q. 5.

ad Bonum non ſuſceptum, nemo cogendus eſt, ſed ad bonum

quod.

quod ſuſcepit, exgendus eſt, gl. 1. in ſumma. 23. q. 6.

ad Bonum quis inutiliter cogeretur, ſi ſemper fuiſſet inuitus, ſed cogitur ad bonum, vt timore pœna malum in deſuetudinem ducatur, & abhorreatur, bonum vero ex conſuetudine dulceſcat, cap. fi. 28. q. 6.

Bona inſtanter ſunt facienda, licet ſit quis in peccato mortali
3 vt impetret veniam ſicut Chananea, can. importuna, de pœnitentia, diſt. 1.

Bonum gratiæ vnius maius eſt, quàm bonum naturæ totius vniuerſi, can. charitas eſt, verſ. ſuper omnia, de pœnitentia, diſt. 2.

Bonum incaſſum agetur, ſi ante vitæ terminum deſeratur, can. incaſſum, de pœnitent. diſt. 3.

Bonum quodlibet de ſurſum eſt, gl. Apoſtolicam in can. ſi ex bono, de pœnitentia diſt. 4.

Bonum mediocre quandoque poteſt dimitti, propter bonum obedientiæ, ſed malum numquam debet fieri, gl. 1. in can. admonendi, 2. q. 7.

Bona quandoque nocent malis, vt corpus Chriſti indigne ſumentibus, & è contra mala quandoque proſunt bonis, ſicut Angelus Sathanæ profuit Paulo, can. & ſancta, de conſecrat. diſt. 2.

Bonum mediocre non eſt præferendum magno bono can. non mediocriter, de conſecrat. diſt. 5.

Bona opera facta in peccato mortali, proſunt ad multa, puta ad bonum temporale, vel ad illuſtrandum, vel ad incommodum vitandum, ad ſalutem, honorem, vel ad minorem pœnam ſubeundam, gl. fi. in can. quærat, §. quod autem, de pœnitent. diſt. 3.

Bona opera facta in peccato mortali, nihil proſunt ad quærendam, vel augendam gratiam gratum facientem, vel gloriam beatificantem, ibid.

Bona opera facta cum charitate, poſtea mortificata per peccatum, reuiuiſcunt iterum per pœnitentiam, & charitatem, ad vitam æternam conſequendam, ib.

Bona opera priora per mala ſequentia mortificata, reuiuiſcunt, ſi poſtea bona fiant, gl. fi. in can. qui recedit, de pœnitentia diſt. 4.

Reliqua vide in verbo, Opus, 1. 2. 4.

BONVS quilibet præſumitur, niſi probetur malus, gloſſa priori, in cap. ſuper literis, 20. de reſcript. gl. fi. in cap. 1. de ſcruti. in ordine facien. gl. exonerare, in cap. paſtoralis, de officio deleg. gl. obliti. in cap. in noſtra, de prioribus, gl. iuramento, in cap. præterea, de teſtibus, gl. pe. in cap. paſtoralis, de iure patron. gl. 1. in reg. ſemel, de reg. iuris, lib. 6. can. pe. 2. q. 1. gl. præſtantior, in can. licet ergo, 8. q. 1.

inter Bonos ſemper ſectare meliores, gl. 1. in can. non mediocriter, de conſecratione, diſt. 5. can. ſic viue, 19. q. 1.

Boni laudandi ſunt; & mali iudicandi etiam iure diuino, cap. ſolitæ, in prior. de maior. & obed.

Bonus quis inuitus non efficitur, gl. debita, in extrau. execrab. Ioann. 22. gl. 1. in can. de Iudæis, diſt. 45.

Bonarum mentium eſt, ibi culpas ſuas agnoſcere, vbi culpa non eſt, can. ad eius, diſt. 5.

de Bonis bene eſt præſumendum, & de malis male, can. ſunt nonnulli, in fi. diſt. 46.

Boni colliguntur etiam per malos, can. Spiritus Sanctus, 58. 1. q. 1.

Bonum inimicos homo ſæpe conuertit in malum, bonos diffamando, can. non eſt, 2. q. 7.

Bonus non eſt omnis, qui bona verba profert, can. non omnis, 2. q. 6.

Boni à malis ſæpe perſequuntur, & tribulantur, can. nulli dubium, 3. q. 1.

Bonus aliquis, non cupit alteri nocere dicto vel facto, can. nues & can. ſapiens, 6. q. 1.

Bonos infamari à malis permittit ſæpe Deus; vt culpa elationis ab ore laudantium orta, à voce vituperantium ſuffocetur, can. ſunt plurimi, 6. q. 1.

Bonus non eſt, qui malos non tolerat, gl. Abel. in can. ſciſcitatis, 7. q. 1.

Boni quando ſimul cum malis habitant, non ſunt deſerendi boni propter malos, d. can. ſciſcitaris, & can. fi. 7. q. 1.

Bonos tollit Deus, ne malitia malorum immutet intellectum eorum, gl. fi. in can. Epiſcopus, 11. q. 3.

Boni poſſunt implere officia vindictæ bono animo, can. officia, 23. q. 5.

Bonus & pius patienter debet ſuſtinere malitiam eorum, quos bonos fieri quærit, can. paratus, 23. q. 1.

Bonus non debet pari malitia ſe addere numero malorum, ibid.

Boni non ſunt deſerendi propter malos, ſed propter bonos mali ſunt tolerandi, can. quam magnum, 23. q. 4.

Boni à malis nunquam in hac vita penitus poſſunt ſeparari, can. quantus, 23. q. 4.

Boni laudabiliter perſequuntur malos, ſed mali damnabiliter perſequuntur bonos, can. ſi non ex fide, 23. q. 4.

Bonus & malus quis ſimul eſſe non poteſt, gl. 1. in can. cum renunciatur, 32. q. 1. can. omnis, de pœnitentia, diſt. 2.

Boni & mali, ſicut bonorum miniſterio, ita malorum miniſterio boni, mali in fine generantur, can. recurrat, 32. q. 4.

Reliqua vide in verbo, Malus, Semel.

BOS ſi cecidit in ciſternam, quam in publico quis fodetat, tenetur ad eius pretium, ſed mortuus erit ipſius; ſecus erit, ſi ciſternam aperuiſſet in loco priuato, cap. 2. & ibi gl. 1. de iniuriis.

Bos cornupeta, ſi damnum dederit, tenetur eius dominus in ſolidum, eo quod ſciens eum non cuſtodiuit: ſed ſi non erat cornupeta, non tenetur dominus ad damnum in ſolidum, ſed dando pro noxa liberatur, cap. 3. & ibi gl. animalis, & cap. fi. eod.

Bouis os triturantis ligari non debet, cap. extirpandæ, de præbend.

Boues dicuntur eſſe de fundo illo, vbi laborant, non vbi morantur, gl. paſcit, in can. Eccleſias, §. his itaque, 13. q. 1.

Reliqua in verbo, Damnum.

BRACHIVM ſæculare non debet Eccleſia implorare, niſi quando clericus fuerit incorrigibilis, gl. fi. in can. quoniam, de officio. Ordin.

Brachium ſæculare poteſt quandoque ab Eccleſia implorari, extrauag. ratio recta, de religioſ. domibus, inter communes.

Reliqua in verbo, Eccleſia, n. 131. vſque 135. Conſeruatus.

BREPHOTROPHIVM eſt locus, in quo infantes pauperum aluntur, gl. pe. in can. cum qualibet, 23. q. 8.

Reliqua vide in verbo, Hoſpitale.

BREVE tempus dicitur quandoque tempus quatuor menſium, quandoque decem dierum, quandoque duorum menſium, quandoque triginta dierum, gl. fi. in cap. præterea, de ætate & qualit.

Breui tempore quod aliquid fiat, vel quod fiat in præſenti, parum refert, gl. fi.

BREVITAS deſideratur, etiam in iuribus condendis, cap. fi. de verb. ſignif. lib. 6.

Breuitate gaudent moderni, gl. breuitatis in extrau. quorumdam, Ioan. 22. & gl. quam, in can. omnis, diſt. 12.

Breuiter fieri dicuntur, quamuis multa dicantur, dum modo breuiter, clem. Romani, §. nos, de iureiur.

BRITANNIA eſt duplex, & Anglia dicitur Britannia maior, gl. fi. can. Galliarum, 25. q. 2.

BVLLA Papæ, omnem ſuſpicionem excludit, gl. tranſmiſſis, in add. in cap. 2. de teſtibus, lib. 6.

Bullam auream priuilegiis appendi non videtur expediens: quia propter precioſitatem metalli eſſet periculum de ſubtractione bullæ: & ideo nunc principes non vtuntur ſigillis argenteis, vel aureis, gl. pe. in clem. Romani, §. nos, de iureiur.

Bullas Apoſtolicas vt quis expediat gratis, ſi falſo aſſerat ſe nepotem, familiarem, vel commenſalem Cardinalis, vel alterius habentis priuilegium excipiendi literas gratis, eſt excommunicatus, abſolutione reſeruata Papæ: & gratia in bullis contenta, & ipſæ bullæ ſunt nullæ, extrauag. cum ſicut Innocentii viii.

Bullæ cœnæ Domini tranſumptum debent habere apud ſe Epiſcopi, & curati, & confeſſores, & diligenter legere, & quod publicentur per locorum ordinarios ſaltem ſemel in anno, bulla in cœna Domini, in fine.

Reliqua vide in verbo, Literæ, per totum.

BVSTVM, rogus, & pyra differunt: nam buſtum dicitur cum res eſt exuſta: rogus cum comburitur; pyra vero eſt congeries lignorum ad comburendum, gl. buſto, in can. conuenior, 23. q. 8.

C

CAEPISSE multorum eſt; ad culmen perueniſſe, paucorum, gl. fi. in add. marg. in cap. 1. de renunciatione.

CAEPTA ad finem perducere, cordi nobis eſſe debet, d. gl. fi. in add. marg.

Cæptam cauſam dimittens, magis deliquit, quàm qui numquam ad cauſam venit, gl. fi. ibid.

Cæptum à ſuperiore inferior percipere non poteſt: & eadem debet eſſe cauſa agens. finis, & principii, cap. cum in diſtribuendis, de temporib. ordinat.

Cæpta debent impleri, can. nihil, 7. q. 1.

CAEREMONIAS, & veſtes, & externa ſigna, quibus in Miſſarum celebratione Eccleſia Catholica vtitur, ſi quis dixerit irritabula impietatis eſſe magis, quam officia pietatis, anathema ſit, Concil. Trid. ſeſſ. 22. de ſacrif. Miſſæ, cap. 7.

CAEREMONIAE dicuntur ſacrificia Iudæorum, quia ce-

reis exercebantur, gl. cæremonias, in can. qui ſinceram, diſt. 45.

CAETERI dictio, impropriè ponitur quandoque; veluti, *hæc Eccleſia cum cæteris capellis*: per hoc enim non infertur, quod hæc Eccleſia ſit capella, gl. 1. in can. deinde, diſt. 26.

Cæterorum bonorum appellatione, veniunt bona mobilia, & immobilia, cap. ſi pater, de teſtam. lib. 6.

CAIN magis peccauerat mentiendo Deo, quam occidendo fratrem germanum, can. ſerpens, de pœnitent. diſt. 1.

CAIPHAS prophetauit dicens, *expedit vt vnus homo moriatur*, &c. pen. in can. multæ, 38. 1. q. 1.

Caiphas per ſimoniam obtinuit ſacerdotium à Romanis, gl. traditio, in can. 2. 1. q. 7.

CALCVLVS ſumitur multipliciter: nam & quandoque appellatur ſententia, cap. cum dilectus, de ſentent. excomm. gl. ſententiæ, in cap. prudentia, de officio deleg.

CALENDARII Romani reſtitutio, pro feſtis mobilibus ſeruandis, & diuinis officiis recitandis, fuit facta à Gregorio xiii. & fuit oblitum vetus calendarium, extrau. inter grauiſſimas, Gregorii xiii.

Calendario præpoſitus, id eſt nominibus faciendis, gl. calendario, in cap. dudum, §. fi. de præb. lib. 6.

CALENDAE dicuntur à verbo græco calo, id eſt voco, quia tunc fiebat vocatio ad nundinas: & iſtæ nundinæ fiebant in quinta die, vel ſeptima menſis, gl. quinto, in cap. damnum, 86. de reg. iur. lib. 6.

Calendæ dicuntur prima dies cuiuſque menſis, ib.

Calendæ de primis ſunt intelligendæ, gl. in calendis, in extrauag. ad onus, Ioann. 22.

Calendæ dicuntur prima dies menſis, Nonæ vero, & Idus variant, & quidem Idus ſecundum quod Nonas præcedunt, nam ſi menſis habeat quatuor Nonas, Idus ſunt in tertio decimo die, ſi vero habeat ſex Nonas, Idus erunt in decimo quinto die, gl. 2. in can. propter, diſt. 18.

Reliqua vide in verbo, Idus.

CALIX de auricalcho, vel ære, non debet fieri, quia ob vini virtutem æruginem parit, & vomitum prouocat, nec hodie de ligno, vel de vitro debet fieri, gl. ligneo, in cap. literas, de celebrat. Miſſar. can. vt calix. de conſecratione, diſt. 1.

in Calice ligneo ſacerdos non debet celebrare, ſi tamen celebret, conficit, nam, & olim ſacerdotes in vaſis ligneis conficiebant, ſed propter decus Eccleſiæ, Siueſter Papa octauus inſtituit, vt vaſa argentea eſſent, ibid.

Calices, & alia vaſa conſecrata vendi poſſunt etiam laicis, pro redemptione captiuorum, vel pro vrgente debito, conflata tamen, & minuta, gl. 1. in reg. ſemel Deo, de reg. iur. lib. 6.

Calicem aurificis ſi Epiſcopus conſecrauit, calix ille non debet reddi aurifici, ſed eius æſtimatio. ib.

Calices, & patenæ non debent eſſe lignei, ſed aurei, vel argentei, can. cauſa, & ibi gl. 1. de conſ. diſt. 1.

Calicibus ligneis antiquitus vtebantur ſacerdotes, deinde Zephirinus Papa decimus ſextus in ordine, Miſſas celebrare patenis vitreis conſtituit, deinde Vrbanus Papa omnia miniſteria ſacra fecit argentea, can. vaſa, de conſecratione, diſt. 1.

in Calicibus, & patenis ligneis ſacerdotes olim conficiebant corpus Chriſti, ſed hodie non debet fieri, ſed ſi fiat, vt in vaſe vitreo, vel ligneo conficiant, nihilominus eſt verum corpus Chriſti, quia in verbo conſecrantis perficitur conſecratio, non in vaſe, gl. 2. ibid.

Calix Domini cum patena, ex auro vel argento debent eſſe, & ſi quis ſit tam pauper, ſaltem vel ſtanneum calicem habeat, can. vt calix, de conſecratione, diſt. 1.

in Calice ligneo, vel vitreo, nullus præſumat miſſam cantare, ibid.

in Calice Chriſtus miſcuit aquam cum vino, quod ad eius exemplum, & nos debemus facere, & hoc ſtatuit dicens, *Hoc facite in meam commemorationem*, gloſſa 1. in can. in Sacramento, de conſecratione, diſt. 1.

in Calice per aquæ mixtionem cum vino, ipſius populi fidelis cum capite Chriſto vnio repræſentatur, Concil. Trid. ſſ. 22. cap. 7.

ſuper Calicis vſu, an rationes quibus Sancta Catholica Eccleſia fuit adducta, vt communicaret laicos, atque etiam ſacerdotes non celebrantes, ſub vna tantum ſpecie panis, ita ſint retinendæ, vt nulla ratione ſit permittendus cuiquam calicis vſus, Concilium Tridentinum decreuit illud integrum referendum ad Sanctiſſimum Papam, Conc. Triden. in decreto ſuper petitione conceſſionis calicis, ad fi. ſſ. 22.

Calicis vſus, an honeſtis, & Chriſtianæ charitati conſentaneis rationibus concedendus ſit alicui, vel nationi, vel regno, ſub aliquibus conditionibus, Concilium Tridentinum decreuit id totum referendum ad Sanctiſſimum Papam, ibid.

Reliqua in verbo, Vaſa, Sacra, Cimelia.

CALOR inconſultus, calumniæ vitio caret, gl. pe. in cap. cum te, de re iudic.

CALVMNIAE vitio caret inconſultus calor. gl. calore, in cap. pe. de conuerſ. coniugat.

Reliqua in verbo, Iuramentum à num. 36. vſque ad num. 42.

CALVMNIARI dicitur ille, qui contradicit ei, cui non eſt licitum contradicere, can. noli, diſt. 9.

Calumniari eſt falſa crimina ſcienter intendere, can. ſi quem, §. accuſatorum, 2. q. 3.

Calumniari non præſumitur, non probans in his caſibus, in quibus excuſat quem neceſſitas, pietatis officium, & criminis enormitas, & iuſtus dolor, gl. calumniari, ibid

Calumniari poteſt quis, in excipiendo, accuſando, & denunciando, gl. pe. in cap. 1. §. fi. de elect. l. 6.

CALVMNIATOR dicitur ille, qui accuſationem quam intendit, non probauit, cap. fi. de calumn.

Calumniator ſi non poteſt puniri pœna talionis, id eſt ſimilitudine ſupplicii, punitur alia pœna in ſupplementum prioris pœnæ, gl. verberibus, in cap. 1. eod.

Calumniator ſi tempore ſuo non ſit punitus, & reus fuit abſolutus, poteſt calumniator poſtea puniri ex iudicis officio nobili, vel per viam accuſationis, intentando contra eum, poſt ſententiam abſolutoriam rei, cap. 1. & ibi gloſſa pe. de calumniat.

Calumniator punitur pœna talionis, id eſt ſimilitudine ſupplicii, can. fi. & ibi gl. pen. & fi. eodem, gloſſa 1. in ſumma, 2. q. 3.

Calumniator non punitur ſemper pœna talionis, gl. 1. in can. calumniator, 2. q. 3.

Calumniatoribus pœna legitime irrogatur: ſed non ſemper, qui non probat quod intendit, videtur protinus calumniari, can. ſi quem, §. accuſatorum, 2. q. 3.

Calumnioſi accuſatoris pœnitentia eſt arbitraria, can. pe. 5. q. 6.

Calumnioſi omnes, pro qualitate criminis, extraordinariè puniantur: & ſi crimen ſit priuatum, officio iudicis culpa eius exercetur; ſi publicum, infamis efficitur, gl. pe. in cap. fi. de colluſ. deteg.

Reliqua vide in verbo, Accuſator. n. 5. Falſarii. Falſum.

CALX, eſt extrema hominis pars: & ſumitur pro fine: ſumitur etiam pro præmio bonorum operum, vel ad vitam æternam, gloſ. ad calcem, in can. ſi enim, §. impoſſibile eſt, de pœnit. diſt. 2.

CAMBIA omnia, quæ ſicca & ſimulata appellantur, illicita ſunt, extrau. in eam pro noſtro, Pii Quinti.

Cambia ſicca dicuntur, quando contrahentes ad certas nundinas, vel ad certa loca, cambia celebrare ſimulant, ad quæ loca hi, qui pecuniam recipiunt, literas ſuas cambii tradunt, ſed non mittuntur; vel ita mittuntur, vt tranſacto tempore vnde proceſſerant, inanes referantur; vel nullis literis traditis, pecunia ibi cum intereſſe repoſcitur, vbi contractus fuerat celebratus, cum inter dantes & recipientes vſque à principio ita conuenerat, vel forte talis intentio erat, & talia ſunt illicita & vſuraria, ibid.

Cambia non poſſunt exerceri, niſi ad proximas nundinas, vel proximos terminos ad ſoluendum cambium præfigi conſuetos, ibid.

Reliqua vide in verbo, Argentarius.

CAMERARII officium durat etiam mortuo Papa; & deficiente Camerario, poteſt cœtus Cardinalium pro tempore vacationis alium ſubrogare, clem. Ne Romani. §. eo tamen prouiſo, de elect.

ad Camerarium ſpectat, temporalia pauperibus erogare; hodie eſt magnum officium in curia, & exercet iuriſdictionem circa omnes debentes cameræ, & auditorem habet, etiam ad hoc; & poteſt eum habere, etiam ſede vacante, gl. camerarium, ib.

Camerarius, Mareſchallus, & auditor cameræ, habent ordinariam iuriſdictionem ſecundum quoſdam; & durat eorum officium etiam mortuo Papa: verius tamen dicitur eos habere delegatam: ſpeciali tamen iure, mortuo Papa eorum officium non expirat, ſed durat, gl. expirare, ibid.

Camerarius, ſi ſede vacante Papali incidat in furorem, vel infirmitatem, quæ impediat executionem officii, vel ſi recederet, vel nollet officium exercere, poteſt cœtus Cardinalium in locum eius alium ſubrogare, pro tempore vacationis, gl. quouis modo, ibid.

Camerarii officium non expirat per mortem Papæ, gl. commiſſa, in cap. vbi periculum, §. ſacro, de electione, lib. 6.

CAMPANAE publicè teneri, & pulſari non poſſunt in oratoriis priuatis, etiam per religioſos exemptos, & priuilegiatos, cap. patentibus, 10. de priuil.

Campanam habere publice in loco, & pulſare publice, eſt ſignum loci publici, & ſacrati, ibid

Campanellam priuatam tenere in oratoriis priuatis, & priuate pulſare non eſt prohibitum, ibid.

Campanarum pulſatio tempore interdicti, quoad audienda diui-

na

na, eſt prohibita, clem. 2. de ſent. excom.

Campanæ plures non poſſunt eſſe in religioſorum mendicantium conuentibus, ſine ſpeciali Papæ licentia; ſed vnam tantum in quolibet loco debent habere, extrauag. quia cunctos, de offi. cuſtodis, inter comm.

Campanellas plures poſſunt habere religioſi mendicantes in refectoriis, capitulis, & alibi, ibid.

Campanas pulſare ſpectat ad cuſtodis officium, d. extrauag. quia cunctos, & ibi in ſummario.

Campanam pulſare poſſunt religioſi horis diurnis, & nocturnis, in miſſis, & aliis conſuetis, ibid.

ſi Campanas plures ſine lite & contradictione religioſi in vſus proprios habuerint, illis etiam vti libere poſſunt.

CANDELABRVM ſignificat cathedram, vel ſedem, vel dignitatem, gl. candelabrum, in cap. ſi enim, verſ. ſin autem. de pœnit diſt. 2.

CANDOR munditiam ſignificat, gl. 2. in can. poſt baptiſmum. de conſecrat. diſt. 4.

CANES, & aues venaticos per ſe vel per alios tenere prohibentur non ſolum Monachi, ſed etiam clerici ſæculares, clem. ne in agro, §. porrò, & ibi gl. præſumant. de ſtatu Monach.

Canes ad venandum, vel accipitres habere non licet Epiſcopo, presbytero, vel diacono, cap. 1. de clerico venatore.

Reliqua vide in verbo, Venatio. Accipitres.

CANITIES deſignat ſapientiam, vel prudentiam, can. ſi. diſt. 84.

CANONES condendi poteſtas quam habet Papa, proceſſit
1 ex illo generali priuilegio, quod Dominus conceſſit Beato Petro, & per eum Eccleſiæ Romanæ, cap. 2. de translat. Epiſcop.

Canonum ſtatuta, vel conſtitutiones continentia præcepta, vel prohibitiones, ab omnibus ſunt ſeruanda, cap. 1. & ibi gl. 2. de conſtitut.

Canonis appellatione venit omnis Eccleſiaſtica conſtitutio, ibid.

Canones quidam ſunt perſonales, quidam locales, quidam cauſales, quidam temporales, gl. 5. ibid.

Canonum ſtatuta abrogata, vel per contrarium canonem, vel per conſuetudinem, ſeruanda non ſunt, gl. 2. ib.

Canonum ſtatuta de conſilio loquentia non obligant, d. gl. 2. ibid.

contra Canones geſta, ſunt nulla, ſeu irritanda, cap. ſi. de poſtulat. Prælat.

Canones diſcordantes ad Papam pertinet interpretando ad concordiam reducere, cap. quæris, de ætate & qualit.

Canones vim legum obtinent, cap. 2. de iurani. calumn.

Canonum rigor quandoque diſpenſatur pro perſona, can. tanta, 1. q. 7.

Canones & non leges data inter eos diſcordia. ſeruari debent,
2 etiam inter laicos in terris temporali iuriſdictione Eccleſiæ ſubiectis, cap. ſi duobus, de app.

Canon quando loquitur per verba preſentis temporis, non eſt can. latæ ſententiæ, ſed ferendæ, gl. ſi. in cap. ſi quis ex clericis, de vita & honeſt.

contra Canones prohibitionem faciens, vt excuſetur, non ſufficit quod ſit cauſa rationabilis, ſed oportet quod ſit illa manifeſta, cap. monaſteria, eod.

Canonis *ſi quis ſuadente* edictum eſt prohibitorium, & omnes debent ad ſedem Apoſtolicam ire, pro abſolutione: niſi quorum abſolutio inferioribus Prælatis reſeruata eſt, gl. 2. in cap. cum illorum, de ſent. excomm.

Canonis vniuerſalis editio, vt ſpectat ad Papam, ita & eius abrogatio, §. vniuerſitati, in prœmio, lib. 6.

Canonis tranſgreſſor dicitur, qui canonem prohibitionem continentem tranſgreditur, gl. inhibemus, in cap. generali, de electione, lib. 6.

Canones transgredientis pœna eſt, quod ſi credat Romanam Eccleſiam non habere poteſtatem condendi canones, de tali canone punitur vt hæreticus: ſi tamen credit Romanam Eccleſiam habere poteſtatem, ſed facit contrarium, quia ſic ei placet, eſt pœna depoſitionis, ibid.

Canon quilibet, qui eſt latæ ſententiæ, poteſt dici executorius;
3 quod intellige quoad iuris executionem, gl. executione, in cap. licet ea non, de electione.

Canon ſequens per verbum præſentis temporis, cum adiectione huius verbi *omnino*, inducit canonem latæ ſententiæ, cap. 1. de his quæ vi metusve, l. 6.

Canon tollit legem, in his quæ animarum periculum inducunt, gl. periculum, in cap. ſi. de excepto, l. 6.

Canones etiam prædeceſſorum ſuorum declarare ad Papam ſpectat. cap. 5. Ne clerici vel monachi, l. 6.

Canon loquens per verba præteriti temporis, eſt latæ ſententiæ non ferendæ, ſecus ſi per verba futuri temporis: niſi adiiciat verbum *eo ipſo*, gl. innodetur, & ibi add. in cap. 2. §. 2. de hæreticis, lib. 6.

Canon, quem fecit Archiepiſcopus in concilio prouinciali, ligat ſubditos totius prouinciæ, gl. ſententiæ, in cap. Romanæ, de ſententia excomm. lib. 6.

Canon eſt latæ ſententiæ, etiam quando loquitur per verba ſonantia futurum, ſi adiungatur *eo ipſo*, vel *ipſo facto* clem. 2. de ſequeſtr. poſſeſ.

contra Canones expreſſam prohibitionem, vel præceptum faciens, peccat mortaliter, gl. minus idoneus, in extrauag. execrabilis, Ioan. 22.

Canones a ſe, vel à ſuis prædeceſſoribus editos, vel aliqua in eiſdem canonibus ſi Papa ſtudeat reuocare, modificare, vel ſuſpendere, non debet eſſe reprehenſibile, ſi ea obeſſe potius viderit, quàm prodeſſe, extrauag. quia quorumdam, Ioan. 22.

Canon generalis, à ſolo Papa conditur, gl. ad conditorem, in extrauag. ad conditorem, Ioan. 22.

Canon dicitur id quod ſtatuitur, in vniuerſali concilio, gl. 1. in 4
ſumma, diſt. 3.

Canon græcè, latinè regula appellatur, can. canon. di. 3.

Canonum alii ſunt decreta Pontificum, alii ſunt ſtatuta conciliorum, can. regula, diſt. 3.

Canones æque ſunt ſeruandi, vt canones Apoſtolorum, can. nolite, diſt. 21.

Canones qui dicuntur Apoſtolorum, pro eo quod ab hæreticis conſcripti ſunt, etiam ſi vera & vtilia contineant, non ſunt recipiendi, & inter apocrypha deputantur, can. canones, diſt. 16.

Canones ſexaginta Apoſtolorum, à veris Apoſtolis conſcripti, recipiendi ſunt, can. ſexaginta, diſt. 16.

Canones Apoſtolorum, & liber Clementis, nuncupatus Petri Apoſtoli itinerarium, inter apocrypha numerantur, exceptis quinquaginta capitulis, can. Clementis, diſt. 16.

Canones Apoſtoli præſcripſerunt ſimul cum aliis Epiſcopis, can. ſexaginta, diſt. 16.

Canonum Apoſtolorum octoginta quinque capitula, ſancta ſynodus ſexta approbauit, & confirmauit, can. placuit, diſt. 16.

Canones qui dicuntur Apoſtolorum per Concilium approbati, ſunt recipiendi, can. placuit, §. Iſidorus, diſt. 16.

contra Canones præcipientes veniens, peccat mortaliter, can. ſi Romanorum, diſt. 19.

Canones & ſanctiones Apoſtolicæ ſedis, tanquam leges diuinæ ſunt ſeruandi, can. ſic omnes, diſt. 19.

Canones Apoſtolicæ ſedis non recipiens prætendendo illam non 5
habere poteſtatem, dicitur venire contra fidem Catholicam, can. de libellis, diſt 20.

Canonum contrarietates poſſunt reduci ad concordiam, per diſtinctionem cauſæ, perſonæ, loci, & temporis, can. ſciendum, diſt. 20.

Canones Apoſtolorum ſub nomine Apoſtolorum facti ſunt, ſed ſunt apocryphi, gl. Apoſtolorum, in can. præter hoc, §. hæc de malis, diſt. 32.

Canones ſacri non ſubiiciuntur regulis grammaticis, can. indignum, & ibi add. marg. diſt. 38.

Canon qui non eſt potior, quandoque præiudicat, gl. diſcors, in can. domino ſancto, diſt. 50.

Canones duo poſſunt eſſe contrarii, & tamen vterque eſt iuſte inſtitutus: quod autem vnus ſtatuit iuſte, alter poteſt contrarium ſtatuere etiam iuſte, d. gl. diſcors.

Canon Apoſtolorum licet ſit potior, quia antiquior ſit aliis canonibus, tamen præiudicatur ei per poſteriores, ibid.

Canonum decreta quandoque diſpenſantur intuitu pietatis, can. ſi qui vel propria, 1. q. 7.

Canones obſeruare contemnens eſt infamis, can. infames, 6. 6
q. 1.

Canonum ſtatuta debent ſeruari ab omnibus, can. ſi qui vero, 7. q. 1.

Canonis violatoris pœna eſt increpatio, can. ſi quis presbyter, 7. q. 1.

Canonum tranſgreſſor vno anno ſuſpenditur, can. Epiſcopus, 7. q. 1.

Canonum cuſtodes dicuntur homines, can. cum ſimus, 9. q. 3.

Canones concordare debemus ex tempore, ex loco, & perſona, gl. pe. in can. ſi Eccleſia, 33 q. 4.

Canonum ſacrorum violatores voluntarii grauiter à ſanctis patribus iudicantur, & à ſancto Spiritu damnantur, can. violatores, 5. q. 1.

Canonum violatores non neceſſitate compulſi, dicuntur blaſphemare Spiritum ſanctum; imo eo ipſo videntur excommunicati, & hæretici, d. can. violatores, & ibi gl. ſi.

Canones ſacri, nutu & gratia ſancti Spiritus ſunt editi, can. violatores, & ibi gl. ſi. 25. q. 1.

Canonibus ſacris obedire neſciens non debet miniſtrare ſacris altaribus; nec communionem capere dignus eſt, can. hæc conſona, 25. q. 1.

Canones ſacri ita aliquid conſtituunt, vt interpretationis authoritatem ſanctæ Romanæ Eccleſiæ reſeruent, can. ſi. §. quamquam, 25. q. 1.

Canon quod non determinat, nos determinare poſſumus, gl. ſeruaret, in can. liquido, de conſecrat. diſt. 2.

Canones ſacratiſſimi, exactè ab omnibus quoad fieri poterit ſunt obſeruandi: ſi tamen iuſta & vrgens ratio, & maior quandoque vtilitas poſtulauerint cum aliquibus eſſe diſpenſandum, id aliter non debet fieri quàm cauſa cognita, ac ſumma maturitate, atque gratis, ab his ad quos pertinet diſpenſatio, Concil. Trid. ſſ. 25. de reform. cap. 25.

Reliqua in verbo, Conſtitutio, Statuta, Decretales, Conſuet, n. 2, Conſtitutio. 3. 22. Contrarietas, Papa, 40.

CANONIA aliud eſt, & aliud eſt præbenda, gl. receperunt, in cap.

in cap. cum M. Ferrarienſis, de conſtit.
Canonia eſt ius, quod prouenit ex electione, & receptione in fratrem: præbenda vero eſt, quæ procedit ex inſtitutione & officio, ibid.
Canoniam non poteſt habere laicus, nec eſſe canonicus: ſed rectè poteſt habere præbendam, & eſſe præbendarius, ibid.
Canoniam eo quod quis habeat, non ſequitur quod habeat vocem in capitulo: vt ſi eſſet puer, ibid.
Canonia poteſt eſſe ſine prouentibus, gl. 2. in can. conſtitutus, de reſcript.
Canonum ius non cadit in laicum, & ita laicus non poteſt eſſe canonicus, cap. 2. de inſtitutio.
Canonias duas, in diuerſis Eccleſiis poteſt quis tenere ſine diſpenſatione de iure communi, licet præbendas vtriuſque non debeat recipere, gl. quæ aliàs, in extrau. execrabilis, de præb. inter com.

Reliqua in verbo, Præbenda.

CANONICA ſcriptura ſumitur pro veteri & nouo teſtamento, gl. quod autem, in ſumma, diſt. 9.
de Canonicis ſcripturis non poſſumus diſputare, an ſint iuſtæ, vel non, gl. 1. in can. noli meis, diſt. 9.
Canonicæ leges ſunt ſupra legem humanam, can. certum eſt, diſt. 10.
Canonicæ legi vt non licet obuiare, ſine licentia Papæ, ita nec conſuetudini; de communi tamen conſenſu, poſſunt venire contra conſuetudinem, etiam iuratam, ſi cauſa ſubeſt, gl. fi. in can. in his, diſt. 11.

Reliqua in verbo, Teſtamentum, Scriptura.

CANONICAE mulieres ſunt in partibus Theutonicorum, & ſunt ſæculares, quæ nullam faciunt profeſſionem, nec renunciant propriis: imo quandoque contrahunt matrimonium, gl. Canonicas, in cap. dilecta, de maior. & obed. & clem. attendentes, §. illas, de ſtatu Monach.
Canonicarum ſæcularium vitam, & ſtatum, ac regulam non intendit Papa approbare, in d. clem. attendentes, d. §. illas.
Canonicæ ſæculares viſitari debent ab Ordinariis, ſiue ſint exemptæ, ſiue non, ibid.

Canonicus in genere, n. 1. vſque ad n. 9.
Quoad numerum Canonicorum, n. 10. 11. 12.
Quoad electionem, n. 13. 14. 15.
Quoad vocationem abſentium ad electionem, & vocem in capitulo, n. 16. vſque ad n. 19.
Quoad agendum nomine Eccleſiæ, & litigandum inter ſe, & producendos teſtes, in his quæ geruntur in capitulo, n. 20. 21.
Quoad ſtatuta facienda & diſponenda quædam ſede vacante, 22. 23.
Quoad poteſtatem à ceſſatione à diuinis, 23. 24.
Quoad pluralitatem beneficiorum, vel præbendarum, 25. 26.
Quoad Canonicos regulares, n. 27. vſque ad n. 31.

CANONICVS tenetur ſuſcipere legationem in vtilitatem
1 Eccleſiæ, quàm Prælatus ſibi iniungit; niſi rationabilem excuſationem habeat, gl. deſtinandus, in cap. ad Apoſtolicæ, de re iudicata.
Canonici omnes dicuntur, quaſi vnum corpus, & idem collegium: & ideo non debent duplici iure cenſeri, cap. cum omnes, §. ſtatuerunt, de conſtit.
Canonici bona Epiſcopi decedentis non debent occupare, vel vſurpare; ſed debent conſeruare futuro Epiſcopo, cap. vt prætentæ, & ibi gl. fi. de electione.
Canonici dicuntur ſocii inter ſe, & hac de cauſa non poteſt vnus eſſe iudex in cauſa concanonici, cap. cum R. 35. de iudic.
Canonicus poteſt eſſe vicarius Epiſcopi, cap. petitio, de procuratoribus.
Canonici poſſunt ſe obligare, ſuper non impedienda ſubiectione ſuæ Eccleſiæ, vel ſuper vnione: ipſi tamen vnire non poſſunt, cap. cum dilectus, & ibi gl. 1. de his quæ vi metuue.
Canonici licet non poſſint immutare ſtatum ſuæ Eccleſiæ, poſſunt tamen ſe obligare perſonaliter ad obſeruantiam ſtrictioris regulæ, ibid.
Canonici non poſſunt ſubiicere ſuam Eccleſiam alicui ordini, puta Ciſtercienſi, vel alii, inconſulto Diœceſano Epiſcopo, d. gl. 1.
Canonicus quilibet dicitur poſſidere ſuam præbendam, & largè poteſt dici præbendam eſſe ſuam ratione iuris quod habet in ea, cap. 3. de probat.
Canonici in quibuſdam locis dicuntur Ordinarii, ſicut in quibuſdam dicuntur Cardinales, cap. accedentes, de præſcript.
Canonici Eccleſiæ cathedralis tenentur de redditibus præbenda-
2 rum ad procurationes legatorum, & nunciorum Apoſtolicorum, ibid.
in Canonicum receptus ex promiſſione capituli, debet, quando facultas ſe obtulerit, præbendam habere, cap. relatum, de præbend.
Canonicus poteſt quis eſſe, abſque eo quod habeat præbendam; maxime, vbi non eſt numerus certus canonicorum, ſed præbendæ ſunt certæ, ibid.
in Canonicum ſi quis ſit pure receptus, poteſt Epiſcopus ei promittere præbendam primo vacaturam, & hoc non eſt contra ius: imo ad hoc tenetur Epiſcopus, cum alterum ſine altero dici eſſe non poſſit, gl. 1. ibid.
in Canonicum poteſt quis recipi, etiam ſine aſſignatione præbendæ, dummodo ibi aſſignetur aliquid tanquam Canonico, cap. dilectus filius, 19. de præbend.
in Canonicum recepto, quàm primum facultas ſe obtulerit, debetur præbenda; interim tamen habebit diſtributiones quotidianas, ibid.
in Canonicum ſine peccato recipi poteſt quis, etiam ſine præbenda, ibid.
Canonicum non facit aliquem ſola perceptio diſtributionum quotidianarum, gl. pe. ibid.
Canonicum facit ſola canonica inſtitutio, & non patientia Epiſcopi, in eius præſentia faciendo actus, qui ad ſolos canonicos pertinent, cap. dilecta, eod.
Canonicus non poteſt quis inſtitui ante quartum decimum annum, cap. ſuper inordinata, 35. de præbend.
in Canonicos debent admitti illi, qui ſunt idonei, & morum honeſtate, & literarum ſcientia, cap. 2. & ibi gl. fi. de inſtitut.
Canonicus non debet carere præbenda, cap. cum ſuper, de conceſſ. præbend. 3
in Canonicum poteſt quis recipi, abſque eo quod conferatur præbenda, de præſenti, ibid.
in Canonicum ſi quis ſuit receptus, ei tenetur capitulum prouidere, quàm cito facultas ſe obtulerit, ib.
Canonici dicuntur fratres Epiſcopi, cap. 4. de his quæ fiunt à Prælat.
Canonicorum abſentium nomina ſcribens in literis, ac ſi eſſent præſentes, tenetur de falſo; & literæ ſubreptitiæ, cap. quanto, & ibi gl. fi. eod.
Canonici omnes collegiati dici poſſunt fratres, cap. 1. de his quæ fiunt a maiore parte.
Canonici ſeu vniuerſitas, poſſunt ex cauſa tollere conſuetudinem Eccleſiæ, etiam iuratam, ibid.
Canonicorum quidam ſunt maiores, vel maximi; alii minimi; intellige reſpectu ſcientiæ, vel ordinis, ſeu temporis receptionis, cap. 2. eod.
Canonicus poteſt renunciare canonicatui in manibus capituli, etiam non interueniente authoritate ſuperioris, cap. ex inſinuatione, de ſimonia.
in Canonicum recepto debetur præbenda, & redditus; conſuetudine non obſtante, quod non ſeruauerit primam conſuetudinem, de aliquo temporali dando ipſa canonicia, cap. Iacobus, 44. eod.
à Canonico de nouo recepto, prætextu conſuetudinis, non debet exigi prandium, ibid.
in Canonicum poteſt quis inſtitui in pluribus Eccleſiis; intellige hoc iure ſpeciali, ibid.
Canonico, vltra præbendam, debentur alii fructus, & redditus, ibid.
Canonici præbendam canonicalem ſi aſſignauerint magiſtro ad docendum, non tenentur pro illa eligere alium, vt numerus certus & iuratus ſit plenus, quamdiu ſit ibi magiſter qui doceat, & percipiat illud beneficium: quia tunc non dicitur beneficium vacare, gl. pe. in cap. quia nonnullis, de magiſtris. 4
Canonici ſeu rectores Eccleſiæ poſſunt præiudicare Eccleſiæ tacendo & patiendo præſcriptionem currere, cap. ſi de terra, de priuileg.
in Canonicum receptus per literas facultatis, ſi receptio ad recipientes ſpectabat, intelligitur eſſe receptus ipſorum, & non Papæ authoritate, niſi in literis aliud eſſet expreſſum, cap. cum aliquibus, de reſcript. lib. 6.
in Canonicum receptus per literas facultatis, vbi receptio ad recipientes non ſpectabat, non intelligitur receptus authoritate Apoſtolica, ibid.
Canonici Eccleſiarum cathedralium, non dicuntur habere dignitatem, cap. ſtatutum, de reſcript.
Canonici licet delegari poſſint, conſeruatores tamen non poſſunt dari, gl. Canonicis, ibid.
Canonicus poteſt eſſe maior ſeptennio, ibid.
in Canonicum receptio, tribuit ius in Canonicatu, quod eſt verum, quando non præceſſit iuris collatio: ſecus ſi præceſſiſſet, cap. ſibi qui, de reſcript. in 6.
Canonicorum receptio de iure communi pertinet ad Epiſcopum, & capitulum: & tunc debent vocari abſentes canonici, qui ſunt in loco, gl. Epiſcopi, in cap. 3. eod.
Canonicorum receptio, de conſuetudine, vel priuilegio, interdum pertinet ad Epiſcopum tantum, interdum ad capitulum tantum, ibid.
Canonici poſſunt inducere in Eccleſia nouam conſuetudinem, per quam mutentur nouæ præbendæ, cap. cum in tua, de conſuetudine, lib. 6. 5
Canonicus poteſt eſſe in cathedrali Eccleſia, etiam ille qui eſt in pupillari ætate, cap. ex eo, 32. & ibi gl. in tua, de electione, lib. 6.
Canonici in eo quod Canonici ſunt inferiores Archidiacono, qui præeſt capitulo: ſed in eo quod capitulum, ſunt ſuperiores: maximè in eo quod vices Epiſcopi gerunt, Eccleſia vacante, gl. debebit, in cap. 3. de ſupplend. negl. Prælat. lib. 6.
Canonicus Eccleſiæ cathedralis, poteſt eſſe delegatus, ſed non conſeruator, gl. obtinentes, in cap. fi. de officio deleg. lib. 6.
Canonici nomen eſt aptum denotare geſtum à toto capitulo, cap. 2. de officio Ordinar. lib. 6.

Canonicorum appellatione ſimpliciter facta comprehenduntur Canonici ſæculares, & regulares, quando materia, in qua fit prolatio, vtrique eſt proportionalis, cap. 2. & ibi gl. Canonici, de officio Ordin. lib. 6.

Canonici intereſſentes horis principaliter pro denario, qui datur intereſſentibus, non committunt veram ſimoniam, cum nulla expreſſa pactio intercedat: peccant tamen grauiter, & committunt mentalem ſimoniam, ſed per pœnitentiam ſatisfaciunt, gl. pe. in cap. 1. de clericis non reſid. lib. 6.

Canonici Eccleſiæ cathedralis debent ire cum Epiſcopo in proceſſionibus, & in aliis actibus, & ſtare in loco honorabiliori, quàm Abbates, cap. quamuis, §. quamquam, de præbend. lib. 6.

in Canonicum receptus authoritate ſpeciali Papæ, etiam ad mandatum alterius, præferendus eſt aliis in præbenda, cap. ſi qui, eod.

in Canonicum receptus motu proprio capituli, ſi impetrat à Papa confirmationem, per formam, *ne mane Canonici nomen*, &c. in qua confirmatione, Papa quod de ipſo factum eſt confirmat authoritate Apoſtolica, cum clauſula, *mandamus executori, quod ſi eſt ita authoritate Apoſtolica præbendam*, &c. & poſtea impetrat aliquis Canonicatum, & præbendam nulli alii de iure debitam, in præbenda modo vacante debet præferri receptus & confirmatus, gl. confirmatus, in cap. ſi Apoſtolicæ, 22. eod.

in Canonicum ſi ſit quis receptus ſimpliciter, valet talis receptio, ex cuius virtute debet habere præbendam, niſi ſit expectans authoritate Papæ, gl. indirecte, in cap. 2. de conceſſ. præbend. lib. 6.

6 in Canonicum ſi quis receptus, & eidem ſit promiſſum prouideri de præbenda, cùm facultas ſe obtulerit, debet is habere præbendam non virtute promiſſionis, ſed virtute receptionis in canonicum, ibidem.

in Canonicum non recepto ſi ſolum promittatur de præbenda prouideri, cum primo vacauerit, non tenet promiſſio, ibid.

in Canonicum vt recipiant aliquem, & præbendam conferant, ſi mandetur capitulo, cui id pertinebat, dato executore ad prouidendum, per ſolam præſentationem factam capitulo, affecta eſt præbenda; & executor, negligente capitulo infra terminum per eum ſtatutum, illum recipere, & præbendam conferre, non vocato Capitulo, poterit, cap. ſi a capitulo, 5. eod.

Canonicorum receptio, & præbendarum collatio, de ſpeciali priuilegio, & præſcripta conſuetudine, poteſt pertinere ad capitulum: alias de iure non pertinet ad capitulum, gl. 1. ibid.

in Canonicum recepto, eſt ſibi affecta præbenda de proximo vacatura, cap ſi ſoli, 6. & ibi gl. 1. eod.

in Canonicum ſola receptio, virtute mandati Apoſtolici, inducit affectionem beneficii, d. cap. ſi ſoli, §. niſi.

7 in Canonicum receptus, ſub expectatione præbendæ, non dicitur habere ius in re, cap. ſi, eod.

in Canonicum receptus per literas facultatis, non dicitur receptus authoritate Apoſtolica, d. cap. ſi. §. ſi autem.

Canonicorum appellatione non comprehenduntur alii clerici deputati pro ſeruitio Eccleſiæ, cap. per exemptionem, de priuileg. lib. 6.

inter Canonicos nullus debet eſſe, quin ſit ſaltem Subdiaconus, ſicut & inter Cardinales nullus eſt, qui non ſit Diaconus, gl. vt hi, in clem. 2. de ætate & qualit.

Canonico auferri non debet ſtallus chori, eo quod non ſit in ſacris conſtitutus: ſed bene, quod habeat vocem in capitulo, d. clem. 2. & ibi gl in capitulo,

Canonicus in ſacris non conſtitutus, actus non capitulares, vel collegiales exercere poteſt, d. gl. in capitulo, in d. clem. 2. de ætate & qualitat,

Canonicus etiam in ſacris non conſtitutus præbendam & domum optare poteſt, ſicut conſtitutus in ſacris, niſi Eccleſiæ ſtatutum, vel conſuetudo obuiet, cum ille actus optandi non ſit collegialis, ſed competat ex Canonica & præbenda, non ex voce capituli, ibid.

Canonicus non in ſacris conſtitutus poteſt dari delegatus, agere pro præbenda, Epiſcopum ſociare, & fructus percipere, & Eccleſiam defendere, ibid.

Canonicus per Papam effectus in Eccleſia cathedrali, ſub expectatione præbendæ, poteſt impetrari in iudicem delegatum, & eamdem exercere iuriſdictionem: quia omnia, quæ ad iura Canonicatus pertinent, ſibi debentur, licet nondum ſit ibi præbendatus; niſi conſuetudo refragetur, gl. ius ad rem, in extrauag. ſedes Apoſtolica, de officio deleg. inter comm.

Canonicis licitum eſt beneficia diuidere, vt priuatim percipiant, quod in communi ſoliti erant habere, gl. in domibus, in can. ſacerdos, 1. q. 2.

Canonico indiſtincte incumbit onus probandi inſtitutionem ſuam, gl. non oſtenditur, in can. contra, diſt. 100.

Canonici poſſunt recedere ab Epiſcopo, quem Rex inueſtiuit, cum Epiſcoporum inueſtitura à laicis non ſit recipienda, gl. ſi, in can. ſane, 16. q. 7.

8 Canonici poſſunt dare ſimplex beneficium non canonico, gl. 1, in can. ſi quis iam, 21. q. 2.

Canonici largo modo dicuntur habere ſucceſſores, cap. cum omnes. §. ſtatuerunt, de conſtit.

Canonicus receptus ſi iurat ſe ſeruare laudabilem conſuetudinem Eccleſiæ, quæ eſt talis, quod qui habet ibi præbendam, debet reſidere per ſex menſes, poterit ſupplicare Domino Papæ, vt ipſum abſoluat, Nec ob id dicitur periurus, quoniam in eo iuramento ſemper cenſetur excepta authoritas ſuperioris, gl. ius, in cap. venientes, de iureiur.

Canonicus ad reſidentiam monitus, ſi appellat, ſtatuitur terminus ſibi ad proſequendam appellationem: & interim, deſeruitur beneficio per vicarium de fructibus beneficii ſuſtentandum: & ſi appellationem non proſequatur, vel reſidentiam non faciat, priuatur præbenda, cap. peruenit, 28. de appellat.

Canonicus non poteſt per alium deſeruire, ibid.

Canonicus poteſt cogi, vt faciat reſidentiam in Eccleſiis, vbi habet præbendam, & ad deſeruiendum perſonaliter in ea, ibid.

Canonici tenentur reſidere, & ſeruire Eccleſiæ, per ordines ſuos Eccleſiaſticos, gl. ſi. in cap. 2. de inſtitut.

Canonicus omnis debet habere præbendam; ſed non conuertitur, gl. receperunt, in cap. cum M. Ferratien. de conſtit.

in Canonicum receptus, ſi facit pactum, vt nihil omnino petat ratione canoniæ, committitur ſimonia, gl. nihil, ibid.

in Canonicum quod quis recipiatur, & expectet præbendam, non eſt contra ius; ſed quod receptus in canonicum, nullum percipiat beneficium, ſi percipi poſſit, eſt contra ius, gl. ad vacaturas, ibid.

Canonici non poſſunt in præiudicium electi, facere compromiſſum ſuper electione, vel validitate electionis iam factæ, etiamſi 9 validitas electionis reuocetur in dubium, cap. cum inter, de electione.

in Canonicum receptus ſub expectatione præbendæ, non dicitur aſſecutus beneficium Eccleſiaſticum, cap. in noſtra, 32. de reſcript.

Canonicus vnus, inconſultis aliis prædium præbendæ ſuæ, quod eſt Eccleſiæ, perpetuo locare non poteſt, cap. ad audientiam de rebus Eccleſiæ.

Canonici res Eccleſiaſticas diſponunt ſub teſtimonio œconomi, gl. s. in can. diaconi, diſt. 89.

Canonicorum res per Epiſcopum debent diſpenſari, & per ipſum debet conſtitui œconomus, gl. 1. in cap. 2. de officio cuſtodis.

per Canonicum acquiſita intuitu Eccleſiæ ſuæ præbendæ, non cedent ſucceſſori in præbenda, ſed capitulo ipſius Eccleſiæ: ſed acquiſita per beneficiatum, qui non erat de congregatione, vt quis erat rector cuiuſdam Eccleſiæ, ſucceſſori in beneficio cedunt, cap. relatum, de teſtam.

per Canonicum defunctum relicta bona poſſunt diſtribuere canonici inter ſe, ſecundum quod canones permittunt.

Canonico moriente, eius bona non reſeruantur ſucceſſori, ſed diuiduntur inter canonicos, gl. 1. in can. illud, 12. q. 2.

Canonico ſimplici ſi aliquid relictum ſit, illud non tenetur diuidere cum Eccleſia, gl. 2. in can. Pontificis, 12. q. 3.

Canonicus vel alius diuinis officiis deputatus in Eccleſia cathedrali, vel collegiata, ſi non ſit in ſubdiaconatus ordine conſtitutus, non habet vocem in capitulo, etiam ſi hoc libere ab aliis fuerit conceſſum, concil. Trid. ſeſſ. 22. de reform. cap. 4.

Canonici, & alii habentes dignitates, perſonatus, præbendas, officia, vel alia quæcumque beneficia, quibus varia onera ſunt annexa, velut vt alii Miſſas, alii Epiſtolam dicant, tenentur, iuſto impedimento ceſſante, infra annum ordines requiſitos ſuſcipere, ſub pœnis ibi contentis, Concil. Trid. ſſ. 22. de reform. cap. 4.

Canonici vel alii habentes dignitates, præbendas, vel alia quæcumque beneficia, cogi poſſunt ab Epiſcopis exercere diebus ſtatutis per ſe ipſos ordines, ac cætera officia, quæ debent præſtare in cultu diuino, ſub pœnis arbitrio eorum imponendis, ibid.

Reliqua in verbo, Antiquiores, Beneficiatus, 2. Vox. Canonia, Clericus. 1. 2. 3. Epiſcopus, 8. Reſidere, Reſidentia, Stallus.

CANONICORVM certus numerus ſi fuerit, ſtatutus & confirmatus à Papa intelligitur, niſi redditus Eccleſiæ in tan- 10 tum excreſcant, quod pluribus ſufficiant, cap. cum M. Ferrarienſis, de conſtit.

Canonici non poſſunt ſine rationabili cauſa, reſtringere numerum canonicorum ſeu præbendarum, cap. ex parte, eod.

Canonici authoritate Epiſcopi poſſunt diminuere numerum canonicorum, fructibus Eccleſiæ diminutis; ſicut & fructibus, & facultatibus augmentatis, poſſunt plures etiam vltra numerum ſtatutum in canonicos recipere, gl. diminuti, ibid.

Canonicorum numerus debet ſtatui in Eccleſia, ſecundum facultates Eccleſiæ, gl. 1. in cap. conſtitutus, 19. de reſcript.

Canonicorum numerus poteſt in aliqua Eccleſia augmentari per eos, ad quos ſpectat electio, creando ipſo facto ex receptione quoddam ius de nouo, cap. dilecto, 25. de præbend.

Canonicorum certus numerus vbi non eſt ſtatutus, non habet locum Lateranenſe Concilium, circa deuolutionem ob negligentiam collatoris: quia tunc non dicuntur proprie vacare, cap. ex parte, & ibi gl. diſtincte, de conceſſ. præbend.

Canonici ſunt inſtituendi ſecundum facultates Eccleſiæ, ſecundum conſuetudinem obſeruatam, ibidem.

in Canonicorum receptione vbi non eſt ſtatutus numerus, non ſolum debent attendi facultates Eccleſiæ, ſed etiam conſuetudo, ibid.

Canonicus receptus vltra numerum, ita quod non frangatur numerus, ſed ſit ſupernumerarius, an habeat vocem in capitulo 11 in ele-

Digitized by Google

in electione Epiſcoporum & aliorum Prælatorum, & in aliis, ſtandum eſt conſuetudini: qua ceſſante, de iure non habet vocem in capitulo, neque debet vocari ad huiuſmodi tractatus, & electiones, gl. vltra numerum, in cap. cum M. Ferrarienſis de conſtitutio.

Canonicus receptus ſimpliciter vltra numetum, ita quod frangatur numerus, debet habere omnia iura canonicalia, & ſic vocem in capitulo, & expectare præbendam tempore ſuo, dd. reprob. d. gl. vltra numetum.

Canonicorum numerns licet non ſit ſtatutus in Eccleſia, nihilominus non poteſt illa Eccleſia defraudari debito obſequio canonicorum, cap. cum Eccleſia, de electione.

Canonicorum numerus certus vbi non eſt, ibi non ſit deuolutio ad ſuperiorem, ex negligentia habentis prouidere, gl. 1. ibid.

in Canonicum receptio vltra numernm præbendarum, non diſſoluit illarum numerum: ſed præbendæ remanent in priſtino numero: & ſolum ampliatur numerus canonicorum, cap. dilectus filius, de præbend. gl. fi. in cap. pro illorum, 22. eod.

Canonici priuilegiati a Papa ſuper certo numero, ſi ſponte receperint aliquem ſupra numerum, contra impetrantes à Papa exceptione numeri vti non poſſunt, d. cap. pro illorum, 22. eod.

12 Canonicorum numerum in Eccleſia, poteſt conſtituere alius ci-
tra Papam, puta Epiſcopus, vel alius Prælatus, cap. 2. de
inſtitut.

Canonicorum numerus vbi non eſt conſtitutus, tot ſunt ibi conſtituendi, quot conſueuerunt ibi eſſe, dum tamen ſufficiant facultates: alias ſi non ſufficerent, deberet reduci ille numerus ad eum numerum, quo poſſent congrue ſuſtentari, gl. fi. in cap. ex parte, de conceſſ. præbend.

Canonicorum & præbendarum numerus poteſt diminui legitime, ad ſaluanda debita contracta ab Eccleſia, cap. fi. de verb. ſignificat.

Canonicorum numerus non creſcit ſuper excreſcentia redditum Eccleſiæ, d. cap. fi. & ibi gl. excreuiſſe.

Canonici ſecundum facultates Eccleſiæ ſunt inſtituendi: & ſi plures ſint inſtituti, quam ſuppetant Eccleſiæ facultates, ad debitum modum reducendus eſt numerus, gl. iuxta, & gl. moderantes, ibidem.

Canonicorum numerum, & præbendarum, & dignitatum, Epiſcopus cum capitulo non poteſt diminuere, ſine authoritate Papæ, etiam ex iuſta cauſa, d. cap. fi. & ibi gl. excreuiſſe.

in Canonicum receptus vltra numerum authoritate Apoſtolica, debet habere vocem in capitulo, locum in choro, & quotidianas diſtributiones, cap. fi. §. in illis, de conceſſ. præb. lib. 6.

Canonici non tenentur recipere aliquem, vltra quam facultates Eccleſiæ ſufficiunt, gl. fi. in can. viduas, 1. q. 3.

Canonicorum certus numerus licet ſit ſtatutus, ſi tamen excreſcant Eccleſiæ facultates, debent augeri etiam præbendæ, gl. pen. in can. in nouo, diſt. 21.

Reliqua in verbo, Canonia.

CANONICI exiſtentes extra Eccleſiam ſine eorum culpa,
13 maxime timentes tyrannidem alicuius, non ſunt priuati po-
teſtate eligendi, ſed retinent eam, cap. bonæ, 23. de ele-
ctione.

Canonici non volentes accedere ad Eccleſiam propter metum perſonalem & realem, ad electionem celebrandam poſſunt petere à capitulo, ut ſtatuatur locus idoneus, & tutus, in quo oppreſſio timeri non poſſit: & ſi ſecus fiat, poſſunt appellare, nec tenentur procuratores conſtituere. d. cap. bonæ, & ibi gl. metuebant,

Canonici citati a maiore parte capituli, ſi iuſta de cauſa impediti venire non poſſunt, non debent appellare, ſed debent procuratorem conſtituere, qui vicem illorum fungatur: alias electio maioris partis præſentis valeret, gl. metuebat, ibid.

Canonici non volentes accedere ad Eccleſiam propter metum perſonalem eorum, puta propter inimicitiam, vel odium, debent conſtituere procuratores ad eligendum, & non debent appellare, ibidem.

Canonici, penes quos reſidet poteſtas capitularis, poſſunt aliis canonicis priuans poteſtate eligendi, communicare illam, cap. cum Vitonenſis, de electione.

Canonicorum electio poteſt de conſuetudine ad ſolum capitulum pertinere, cap. cum Eccleſia, 31. eodem.

Canonici poſſunt participare ius eligendi perſonis de extra collegium, vt ſecum eligant, cap. ſcriptum, eod.

Canonici debent eligere Prælatum de proprio gremio: ſi tamen elegerint extra gremium, nihilominus valebit electio, gl. fi. in cap. ne pro defectu, eodem,

Canonici poſſunt ſtatuere diem ad actum electionis celebrandum, ita quod conuincatur aliorum negligentia, cap. Cumana, de electione.

Canonici non poſſunt communicare laicis ius eligendi Prælatum, cap. Maſſana, 59. eod.

Canonicus licet vocatus noluerit intereſſe præfixioni termini, non propter hoc videtur renunciare iuri eligendi: vnde terminus præfixus ad eligendum denunciari debet ſibi, gl. intereſſe, & gl. vocato, in cap. Eccleſia veſtra, 57. de electione.

Canonicus contemptus in electione, ſi poſtea conſentiat electo-rum, non auget numerum eligentium, gl. adiicere, & gl. valebat, ibid.

Canonicis quandoque interdicitur poteſtas eligendi, cap. fi. eod,

Canonici ſunt quaſi hæredes quoad ius eligendi, ſi ſuperuenientis electio caſſetur, gl. pe. in cap. ex parte, de arbitr.

Canonici nolentes eligere vnum de impetrantibus, in data & præſentatione æqualibus, debent compelli à ſuperiore ad eligendum alterum illorum infra certum tempus: aliàs ipſe ſuperior poterit eligere, gl. teneantur, in cap. duobus, de reſcript. lib. 6.

Canonici Eccleſiæ cathedralis ſi peccauerunt in materia electionis, vt quia ſcienter indignum elegerunt, ſunt priuati ipſo iure poteſtate eligendi pro illa vice: ſi in forma; per ſententiam, poteſtas prouidendi deuoluitur ad Papam, cap. quamquam, 18. de electione, lib. 6.

ex Canonicis duodecim ſi quinque conſentiant in vnum, quatuor in alium, & tres in alium, electus à quinque eſt electus à maiori parte, comparatione partium: ſed non à maiori parte capituli, quia quinque non ſunt maior pars, gl. minorem, in cap. ſi cui, 23. eod.

Canonicus impubes ad electionem non vocatus, non agit de contemptu, cap. ex eo, 32. eod.

Canonici impuberes ad præſtandum ſuffragium in electione, nullatenus admittantur, ibid.

Canonicus impeditus, qui ad actum electionis procuratorem non legitime conſtituit, non debet iterum citari, gl. admitti, in cap. pe. eod.

Canonicus abſens (licet nullus de capitulo velit eſſe procurator eius, & ipſe procuratorem qui non ſit de capitulo, nolente capitulo deputare non poſſit) votum per literas exprimere non poteſt, cum cuiuslibet votum ſit ſecreto & ſigillatim in ſcrutinio exprimendum, cap. pe. §. fi. eod.

Canonicus Eccleſiæ Cathedralis ingrediens religionem amittit vſum vocis, quam in capitulo habebat in electione Epiſcopi: intellige quoad actum, non quoad habitum, gl. conferendum, in cap. beneficium, de regularibus, lib. 6.

Canonicus Eccleſiæ cathedralis ingrediens religionem infra annum probationis, impeditur eligere, niſi de gratia per capitulum vocaretur, d. gl. conferendum, verſ. & ſic dicam.

Canonicus in ſacris non conſtitutus, ad actum electionis imminentis ſi fuerit admiſſus de facto, cum fratribus & ſociis, eius vox nihil operabitur, quaſi inhabilitas ſit in eius perſona, in qua nec Epiſcopus poterit diſpenſare, gl. concedatur, in cap. 2. de ætate & qualit.

Canonicus ſufficit quod ſit in ſacris tempore electionis, ad hoc vt eligere poſſit: licet tempore, quo vacuit Eccleſia, non fuiſſet in ſacris, gl. conſtitutus, ibid.

Canonicus licet non fuerit quis tempore vacationis Eccleſiæ, ſi
tamen tempore electionis ſit Canonicus, admittitur ad ele- 14
ctionem cum aliis, ibid.

Canonicus, qui tempore vacationis non erat in loco, vnde vocari deberet: ſi tamen tempore electionis præſens ſit, debet vocari & admitti ad electionem ſicut quilibet, ibid.

Canonicus in ſacris non conſtitutus, non eſt ab aliis expectandus, licet velit ordinari iuxta terminum iuris datum ad eligendum, ibid.

Reliqua in verbo, Electio à n. 1. vſque ad n. 36,

CANONICI abſentes an ſint vocandi ad electionem ſtatur
conſuetudini, cap. cum inter, de electione. 15

Canonici vocantes abſentes non vocandos ad electionem, poſſunt illis etiam non expectatis eligere, gl. aſſumatis, ibid.

Canonici vocati ad capitulum, nolentes comparere, faciunt ſe alienos ab illo actu, nec computantur in numero interuenientium in capitulo, cap. cum nobis, 19. eod.

inter Canonicos vbicumque eſt diſſenſio ſuper iuribus capitularibus, capitulum dicitur eſſe vbi eſt maior pars: & tanquam capitulum poteſt poſteriorem conſtituere, & alia agere quæ pertinent ad diſpoſitionem capituli, gl. 1. in d. cap. cum inter, 21. eod.

Canonicorum duæ partes vicem totius capituli obtinent, gl. aliam, ibid.

Canonicorum maior pars ſi ſit abſens propter metum perſonalem, minor pars non tenetur exire, & accedere ad maiorem: nam ex quo impedimentum vel metus concernit perſonas abſentium debent mittere procuratores, cap. bonæ, & ibi gl. metuebant, de electione.

Canonicorum duæ partes ſi ſint abſentes propter metum realem, poſſunt illi conſtituere locum ſecurum & idoneum, & terminum ad electionem faciendam, ibid.

Canonicus etiam abſens cauſa ſtudiorum debet citari vel moneri, vt ad electionem futuri pontificis veniat, dummodo ſit in loco, vnde commode vocari poſſit, cap. bonæ, 36. de electione.

per Canonicos facilius probantur ea, quæ fiunt in capitulo, gl. maiores, in cap. fi. §. ideo, de officio Archi.

Canonici abſentes, in caſibus in quibus ſunt vocandi, à quàm
remoto loco ſint vocandi, ſtatur conſuetudini, gl. euocandi, 16
ibid.

Canonici abſentes, in quibus caſibus ſint vocandi, vel non, ſtatur conſuetudini, ibid.

Canonici abſentes, quod non vocentur ad electionem Prælati, poteſt conſuetudine introduci, quo caſu nec ad ceſſationem à diuinis vocari debent, ibid.

Canonici abſentes non ſunt vocandi in omnibus actibus capitulatibus, gl. ipſorum, in cap. 2. de teſtibus, lib. 6.

Canonici abſentes ſpeciali iure vocari debent in electionibus, & receptionibus, & in iuramento de veritate dicenda, ibid.

Canonici abſentes ſunt vocandi in receptione Cannonicorum, niſi ſit conſuetudo in contrarium, gl. recipiendis, in cap. de iureiurand. lib. 6.

Canonici ſiue ſint in prouincia, ſiue extra prouinciam, ſi commode vocari poſſunt, vocandi ſunt ad electionem, vel receptionem, aut collationem Canonicatus, vel beneficiorum: & de quam remoto loco vocari debeant, ſtatur conſuetudini, cap. cum in Eccleſiis, & ibi gl. pe. de præbend., lib. 6

Canonici vel Monachi abſentes ſi ad collationem, vel receptionem non fuerint vocati, poſſunt perſequi contemptum, niſi conſuetudo habeat eos non vocari, ibid.

Canonici abſentes, ſi commode vocari non poſſint, poſſunt præ-
18 ſentes non vocatis abſentibus procedere ad electionem, vel collationem beneficii, gl. pe. ibid.

Canonicorum abſentium vocatio, non eſt de ſubſtantialibus formæ electionis, ibid.

Canonici abſentes, non ſunt vocandi in alienationibus, & aliis tractatibus, ibid.

Canonicus, qui certus eſt de morte Epiſcopi, licet de ipſius morte non debeat certiorari, vlterius tamen citari debet ad electionem faciendam, gl. 1. in cap. cum qui certus, 31. de reg. iur. lib. 6.

Canonicus in capitulo Eccleſiæ cathedralis, vel collegiatæ vocem non habet, qui non eſt Subdiaconus, etiam ſi ab aliis libere concedatur, clem. 2. de ætate & qualit.

Canonicus abſens, in loco aliquo vocari non debet, nec ſpectari ab aliis Canonicis, etiam ſi dicat ſe velle redire ad Eccleſiam infra terminum iuris datum ad eligendum, gl. conſtitutus, in d. clem. 2. de ætate & qualit.

Canonicus excommunicatus, vel nouitius, non debet ſpectari ab aliis, licet dicat ſe velle petere abſolutionem, vel ſe velle profiteri infra tempus datum à iure ad electionem, ibid.

Canonicus vllus de capitulo ſi non ſit in ſacris, tunc ſolus Prælatus expediet ea, quæ incumbunt ad capitulum, ibid.

Canonicus vllus de capitulo ſi non ſit in ſacris, & imminet ele-
19 ctio ipſius Prælati facienda, ſuperior ſpectare debet lapſum termini iuris, vt per deuolutionem ſibi ſpectet electio, d. gl. conſtitutus, ibid.

Canonicus qui non eſt in ſacris, ſi imminet electio, & velit ordinari ad ſacros infra proxima quatuor tempora, non tenentur alii Canonici eum expectare, ſi alii Canonici hoc petant, ibid.

Canonici & alii habentes dignitates, & præbendas, in ſacris non conſtituti, niſi ad ſacros vel alios ordines requiſitos ad eas dignitates vel præbendas, ſe fecerint promoueri infra annum à tempore habitæ poſſeſſionis, vel quo per eos ſtetit quominus haberent, ex tunc donec promoti fuerint, nullo modo habent vocem in capitulo, d. clem. 2. & ibi gl. infra annum.

Canonicus vel alius habens præbendam Diaconalem, ſi ſit Subdiaconus, licet non Diaconus, non excluditur à voce in capitulo niſi poſt annum: ſi vero nec eſſet Subdiaconus, & ipſa præbenda eſſet Subdiaconalis tantum excluditur tunc etiam infra annum, ſed à diſtributionibus ſolum poſt annum, & cum excuſat impedimentum, gl. ex tunc, ibid.

Canonici & alii præbendarii non conſtituti in ſacris, vel ordine requiſito, non promoti poſt annum, priuantur voce in capitulo: & dato quod interſint, etiam dimidia parte diſtributionum, donec fuerint promoti ad ordines annexos præbendis vel dignitatibus, clem. 2. & ibi gl. diſtributionum, de ætate & qualit.

Canonici, qui ſunt in loco, vocandi ſunt ad electionem Epiſcopi, niſi ſit conſuetudo in contrarium, gl. Epiſcopi, in cap. ſi pro te, de reſcript. lib. 6.

Reliqua in verbo, Abſentes, n. 9.

CANONICVS non admittitur ad agendum pro Canonico ſine
20 mandato, licet ſpiritualiter ſit coniuncta perſona, gl. 1. in fi. in cap. cum M. de conſtit.

Canonici aliqui de Eccleſia poſſunt etiam abſque mandato ſe opponere de defectu iuris agentis, ne in Eccleſia recipiatur, cap. veniens, de renunciatione.

Canonici poſſunt agere contra Epiſcopum, proſequendo iura propria, nec tenentur petere veniam, vel curatorem in cauſa, cap. pe. de cauſa poſſeſſ. & dd. reprobat. gl. 3. in cap. edoceri, de reſcript.

Canonici eiuſdem Eccleſiæ poſſunt inuicem litigare ſuper iuribus ſuarum præbendarum, abſque alio mandato Eccleſiæ, cap. 3. de probat.

Canonicus poteſt accuſare proprium Epiſcopum de crimine ſimoniæ, vel de alio crimine cap. conſtitutis, 45. de teſtibus.

Canonicus vel quilibet alius beneficiatus, pro defenſione Eccleſiæ ſuæ poteſt opponere exceptionem excommunicationis, vel periurii; nec poteſt repelli à tali defenſione, per replicationem excommunicationis, vel periurii, cap. dilecti, 8. de exceptio.

Canonicus vel alius beneficiatus etiam excommunicatus, admittitur pro defenſione Eccleſiæ ſuæ, ibid.

Canonicus vnus, vel duo, regulariter ſine mandato non poſſunt agere pro Eccleſia, niſi vellent agere pro reuocatione rei malæ alienatæ, gl. 1. in cap. ex parte, de conceſſ. præb.

Canonicus vnus vel duo poſſunt defendere Eccleſiam, etiam ſine mandato, ibid.

Canonici poſſunt agere in iudicio, nomine canoniæ ipſorum, cap. ex parte, 30. de ſententia excommunicat.

Canonici nomine Eccleſiæ agere poſſunt, gl. 1. in cap. ad decimas, de reſtit. ſpoliat.

Canonici contra Epiſcopum agentes per ſe, ſine Epiſcopo poſſunt
conſtituere procuratorem, de iure canonicali licet, de iure 21
ciuili tunc à ſuperiore dandus eſt procurator ad litem, gl. 1. in can. ſi. 5. q. 3.

Canonici ad agendum contra alium ab Epiſcopo, non poſſunt conſtituere procuratorem, ſine Epiſcopi authoritate, nec eſſe in iudicio, ibid.

Canonicus vnus poteſt inducere in teſtimonium concanonicum, contra eiuſdem, Eccleſiæ concanonicum, quia non eſt magis domeſticus vni, quam alteri: & par affectionis cauſa ſuſpicionem excludit: ſicut & poteſt ipſum inducere contra ſuum Prælatum, gl. 1. in can 1. 14. q. 2.

Canonicus poteſt inducere in teſtem concanonicum, contra canonicum alterius Eccleſiæ, quia non eſt domeſticus illius, ſed Eccleſiæ tantum: ſed non poteſt eſſe iudex in cauſa concanonici ſui, contra extraneum: quia minor cauſa repellit quem à iudicio, quàm à teſtimonio, ibid.

Canonici admittuntur in teſtes ſuper his quæ in capitulo aguntur: quia illa per eos melius poſſunt probari, quàm per alios, gl. ſi. ibid.

Canonicus pro concanonico poteſt eſſe teſtis, cum frater pro fratre poſſit teſtificari, gl. cum ſint, in cap. cum R. 35. de officio deleg.

Canonicus datus iudex contra concanonicum, recuſari non poteſt: quia par affectionis cauſa omnem ſuſpicionem remouet, ibid.

Reliqua in verbo, Capitulares.

CANONICI vacante Eccleſia, poſſunt ſtatuta facere: dummodo
tamen non ſint contra vtilitatem Eccleſiæ, cap. ſicut noſtris,
27. de iureiur. 22

Canonici vacante Eccleſia, nihil poſſunt diſponere de rebus Epiſcopatus, in ipſius præiudicium, nec reditus Epiſcopales poſſunt diminuere: imò nec Epiſcopus ipſe poterit: & quicquid factum fuerit in præiudicium Epiſcopatus, totum id debet in priſtinum ſtatum reuocari, gl. 2. ibid.

Canonici ſi vacante Eccleſia aliquid diſpoſuerint de rebus Epiſcopatus in præiudicium ipſius, ac iurauerint illud obſeruare, poteſt nihilominus vnus ex canonicis promotus ad Epiſcopatum, id reuocare tanquam Epiſcopus, & etiam tanquam canonicus cum ſuperioris authoritate, ex quo iuramentum erat illicitum, gl. ſi. ibid.

Canonici quarumcumque Eccleſiarum, poſſunt facere ſtatuta in Eccleſia ſua ſine authoritate ſuperioris, cap. 2. §. cæterum, & ibi gl. his, de ſententia excommunicat. lib. 6.

Canonici facientes conuentionem vel ſtatutum de non recipiendis beneficiatis, vel etiam canonicis in Eccleſia, ad mandatum Papæ, dicuntur coniuratores, ſeu conſpiratores contra ſanctam Romanam Eccleſiam, & libertatem, obedientiam, & authoritatem ipſius, d. cap. 2. §. cæterum.

Canonici non poſſunt ſine Epiſcopi conſenſu facere ſtatutum ſuper reſidentia, gl. conſtitutum, in cap. cum M. de conſtit.

Reliqua in verbo, Statutum, 8.

CANONICI ſi ſine manifeſta & rationabili cauſa, maxime in 23
contemptum Epiſcopi, ceſſant à diuinis, Epiſcopus ceſſationem à diuinis non ſeruabit: & metropolitanus vice Papæ cognoſcet, cap. irrefragabile, §. cæterum, de officio Ordin.

Canonici de conſuetudine poſſunt in Eccleſia cathedrali cum cauſa, etiam ſine Epiſcopi conſenſu, indicere ceſſationem à diuinis, d. § cæterum, & ibi, gl. 1.

Canonicus poteſt habere poteſtatem interdicendi Eccleſiam; intellige ex conſuetudine, vel priuilegio, gl. 1. in cap. 1. de his quæ fiunt à maio.

Canonici, qui à diuinis ceſſare poſſunt ex conſuetudine, vel alio iure, ſi ceſſare volunt, cauſam ſuæ ceſſationis exprimere debent in inſtrumento publico, & exhibere illud illi contra quem ceſſant: hoc prætermiſſo, vel expreſſa cauſa legitima non inuenta, quicquid medio tempore perceperint ab Eccleſia, debent reſtituere: & quæ percipere debent non percipiant: & ſatisfaciant de iniuriis illi, contra quem ceſſant, cap. 2. de officio Ordinar. lib. 6.

Canonici, qui à diuinis ceſſarunt ex cauſa legitima, tenetur ille contra quem ſit ceſſatio, ad intereſſe canonicis, & ad certam quantitatem Eccleſiæ, ſuperioris arbitrio taxandam, d. cap. 2. eod.

Canonici de conſuetudine poſſunt inducere ceſſationem à diuinis in Eccleſia: ſecus de iure communi, ibid.

Canonici ſine Epiſcopo non poſſunt interdicere Eccleſiam, de iure communi: ſed bene de iure ſpeciali, gl. ceſſare, ibid.

Canonici de iure communi, ſede vacante, poſſunt interdicere Ec- 24
cleſiam, gl. ceſſare, ibid.

Canonici poſſunt facere ceſſationem à diuinis, ex priuilegio, vel ex conceſſione Epiſcopi, vel conſtitutione Synodali, gl. aliàs,

& ibi add. in cap. 2. de officio Ordin. lib. 6.

Canonici qui à diuinis ceſſare poſſunt, cum ceſſare voluerint, vocabunt abſentes, (ſicut cum immineret electio facienda) cum quibus de ceſſatione deliberabunt: & ſi deliberant ceſſare, requirunt prius eum contra quem ceſſant, vt irrogatam offenſam emendet; quod ſi fecerit, non ceſſabunt, cap. quamuis, 8. de officio Ordin. lib. 6.

Canonici iuxta formam iuris ſi ceſſarunt à diuinis, vtraque pars, & ceſſans, & contra quem ceſſatur, intra menſem à ceſſatione debent iter arripere ad Papam, per ſe vel per procuratores ſufficienter inſtructos, (niſi interim interuenerit concordia inter ipſos) ita quod vtraque parte præſente, vel altera contumaciter abſente, Papa diffiniet cauſam, & culpabiles punnet, ibid.

Canonici habentes poteſtatem ceſſandi à diuinis, ſi ad ceſſationem faciendam non ſeruant formam a iure eis ſtatutam, ceſſatio ab eis facta ſeruari non debet, ibid.

Reliqua in verbo, Ceſſatio.

25 CANONICVS & archidiaconus in eadem Eccleſia poteſt quis eſſe, cap. eam te, de reſcript.

Canonicus habens duos canonicatus in duabus Eccleſiis, cum diſpenſatione pro vtriuſque negotiis, & electionibus debet vocari: niſi ſit conſuetudo Eccleſiæ approbata in contrarium, gl. 1. in cap. quia in tantum, de præbend.

Canonicus habens duos canonicatus in diuerſis Epiſcopatibus, dicitur habere vtrobique domicilium, ibid.

Canonicus poteſt quis eſſe, & habere Eccleſiam parochialem, cap. cum capella, de priuileg.

Canonicus quis non poteſt eſſe in duabus Eccleſiis conuentualibus: ergo multo magis nec Prælatus poterit eſſe; ita quod ſit in eis canonicus, gl. diuerſis, in can. ſanctorum, diſt. 70.

Canonicus de iure communi non poteſt habere duas præbendas, gl. non oſtenditur, in can. contra, diſt. 100.

Canonicus poſſidens duas præbendas, ſi contra eum agatur, tenetur probare qualiter habeat illas: ſecus ſi conueniatur ſuper prima, ibid.

Canonici omnes debent eſſe pares in beneficiis, gl. conqueris, in cap. cum omnes, de conſtit.

Canonici quod recipiant fructus præbendarum in abſentia, poteſt conſuetudine introduci, cap. cum omnes, & ibi gl. fi. eod.

Canonici antiqui & iuniores, quòd ſint æquales in perceptione fructuum, poteſt conſuetudine introduci, d. cap. cum omnes, in prin. & §. fi.

26 Canonicorum certo numero ſtatuto, etiam per Papam confirmato non obſtante, prouidendum eſt de receptis vltra numerum, de fructibus ſuper excreſcentibus, maxime ſi voluntarie per canonicos fuerint recepti, cap. cum M. de conſtit.

Canonicorum & præbendarum numerus reſtringi poteſt, quando redditus præbendarum non ſufficiunt ad ſuſtendandos congruè canonicos, ibid.

Canonici duo abſentes cum Epiſcopo, ſeu in eius ſeruitio, fructus præbendarum ſuarum percipiunt in abſentia, non obſtante conſtitutione Eccleſiæ contraria, cap. ad audientiam, de clericis non reſid.

Inter Canonicos augmentum redditunm diuidi non debet, ſed debet conuerti in vtilitatem Eccleſiæ, cap. fi. & ibi gl. fi. de verb. ſignif.

Canonicus habens priuilegium, quod poſſit percipere fructus beneficiorum, quæ habet in aliis Eccleſiis, in Eccleſia cathedrali reſidendo, etiam ſi abfuerit pro negotiis & vtilitate ipſius Eccleſiæ cathedralis, quia tunc reſidere cenſetur, gl. reſidendo, de electione, lib. 6.

Canonicis de iure communi non debentur fructus præbendarum niſi reſideant. gl. conuicto, in cap. pe. de verb. ſignif. lib. 6.

Canonicus ex quo quis eſt electus, ſtatim debet habere fructus præbendæ plene, gl. 1. in can. ſi Monachus, 16. q. 1.

Reliqua in verbo, Pluralitas, Præbenda.

27 CANONICI regulares poſſunt aſſumi in Abbates: intellige in monaſteriis canonicorum regularium, cap. cum in magiſtrum, 49. de electione.

Canonici regulares & Monachi æquiparantur quoad profeſſionem; quia non differunt, niſi quod deſeruiunt regulæ laxiori, gl. fi. ibid.

Canonici regulares in vſus ſuos conuertere non poſſunt Eccleſias, in quibus habent ius patronatus, cap. 2. de ſupplen neglig. Præl. & ſi infra tempus Lateranenſis concilii, quando vacant, non præſentant rectores ad eas, ſuperior ordinabit eas, ibid.

Canonici regulares non comprehenduntur appellatione Monachorum, ibid.

Canonici regulares, in Eccleſiis in quibus habent ius patronatus, non habent ius inſtituendi, & deſtituendi, nec eis ab Epiſcopis concedi poteſt, vt ibi dent vicarios ad nutum reuocabiles: ſecus ſi haberent in illis plenum ius, d. cap. 2. & ibi gl. deſtituunt.

Canonicus regularis, factus Monachus, iuſta de cauſa reuerſus ad canoniam, ſi poſtea ibi præficiatur, licite poterit tenere prælaturam, cap. intelleximus, de ætate & qualit.

Canonicus regularis, niſi forte lapſus fuerit publicè, non poteſt effici Monachus: & ſi factus fuerit, ad canonicatus ordinem debet reuerti vltimus, in choro manendo: & deferendo cucullam, ibidem.

Canonico regulari licitum eſt, tranſire ad Monachatum ratione delicti, ibid.

28 Canonici regulares tenentur obedire in his, quæ ſpectant ad eorum officium, cap. cum in Eccleſiis, de maior., & obed.

Canonici regulares inobedientes Priori ſuo, poſſunt per ipſum excommunicari, & ſi fuerint incorrigibiles, de fratrum conſilio poſſunt expelli. ibid.

Canonici regulares poſtulare non poſſunt, ſicut Monachi, niſi pro vtilitate Eccleſiæ, vel ſui monaſterii, præcepto Abbatis, cap. 2. de poſtulando.

Canonici regulares æquiparantur Monachis, & non differunt in alio, quam quod hi inſeruiunt regulæ laxiori, gl. fi. in d. cap. 2.

Canonici regulares habent quandoque Abbatem, & quandoque Prioris regimine gubernantur, cap. cum I. & A. 22. de re iudic.

Canonici regulares poſſunt deferre proprium Prælatum non ſolum de crimine, ſed etiam de infamia criminum, & implorare vt commiſſio fiat ſuper veritate, ibid.

Canonicus regularis, non poteſt eſſe canonicus in Eccleſia ſæculari, dd. reprob. gl. 2. in cap. Deus qui, de vita, & honeſt.

Canonicus regularis poteſt fieri Archidiaconus, & habere Archidiaconatum, cap. præterea, & ibi gloſſa, 1. de præbendis.

Canonicus regularis poteſt fieri Monachus, ſi religio ad quam tranſit, eſt ſtrictior ſua, alias non, cap. ſane, de regular.

Inter Canonicos regulares, & Monachos parua differentia eſt, gl. fi. in cap. contulit. de conuerſ. coniugat.

Canonicus regularis ad monaſterium tranſiens, cauſa leuitatis, vel vanitatis, non petita licentia, ad canoniam debet reuocari, & in vituperium memoriale cucullam debet portare, ſecus quando cauſa religionis, vel bono zelo, gl. 1. in cap. ſane, de regular.

Canonicus regularis poteſt eligi ad regimen Eccleſiæ ſecularis, gl. fi. in cap. pe. de voto.

Canonici regulares, de iure communi, poſſunt eligi in Epiſcopos, ibid.

Canonicus regularis, qui non reſignauit proprium in morte, non debet in cœmiterio ſepeliri, & ſi de facto fuerit ſepultus, inde debet exhumari, ſi ſine ſcandalo fieri poteſt, cap. 4. de ſtatu Monac.

29 Canonicus regularis poteſt præfici Eccleſiæ parochiali, etiam ſeculari, ſed debet habere ſocium eiuſdem ordinis, ſi commode fieri poteſt, cap. quod Dei, 5. eod.

Canonici regulares, a Monachorum conſortio non cenſentur ſeiuncti, licet laxiori regulæ inſeruiant, ibidem.

Canonici regulares, ſi eligantur ad curam animarum, non compellantur ſocios habere, niſi id commode fieri poſſit, gl. fi. in cap. fi. de capel. Monach.

Canonici regulares, & Monachi ab aduocatione repelluntur, niſi pro vtilitate Eccleſiæ ſuæ, Abbate nihilominus imperante, gl. audiantur, in cap. fi. Ne clerici, vel Monachi.

30 Canonicus regularis, vel alius religioſus, quicquid acquiſiuit poſt promotionem ad Epiſcopatum, vel ad aliam Eccleſiam, acquirit ſecundæ Eccleſiæ ad quam fuit promotus, & non proprio monaſterio, cap. cum olim. 14. de priuilegiis.

Canonici regulares, ſe inuicem percutientes in clauſtro, abſolui debent ab Abbate ab excommunicatione, & Abbatis diſcretione deficientes, recurritur ad Epiſcopum, cap. 2. de ſententia excommunicat.

Canonicus regularis, vel Monachus, aut alius frater, non poſſunt conſentire electioni ſine ſuperioris ſuis licentia, & obtenta illa, habebunt integram mentem ad conſentiendum, gl. conditio, in cap. quam ſit, de electione, lib. 6.

Canonicus regularis non profeſſus, debet non intereſſe electioni cum profeſſis, cap. ex eo, 32. §. fi. eod.

Canonici regulares, qui profitentur regulam ſancti Auguſtini, variant in colore, quia aliqui habent colorem nigrum, aliqui album, alii griſeum, alii variatum, & inuicem poſſunt eligi in Prælatum, gloſſa, vel habitus, in clem. 1. de electione.

Canonicorum regularium habitus linea toga, quam ſub capa portant, ibid.

Canonicus regularis, ſolus in capella aut prioratu manere non debet, ſed bene poteſt eſſe perpetuo inſtitutus, gl. ad clauſtrum, in clem. ne in agro, §. ad hoc de electione.

Canonicus regularis, dicens ſibi eſſe aliquid proprium, vel ſuum, peccat mortaliter, can. non dicatis, 12. q. 2.

Canonicus regularis, accipiens, vel dans literas ab alio, ſine ſuperioris licentia, peccat mortaliter, ibid.

Canonici regulares licitè poſſunt præfici Eccleſiæ parochiali, nec tenentur habere ſocium, ſicut Monachus, niſi commode poſſit, gl. 1. in ſumma, 16. q. 1.

Canonicus regularis, vel Monachus, non poteſt ad parem, vel laxiorem religionem tranſire, ſed bene ad ſtrictiorem, petita tamen licentia ab Abbate, vel ſuperiori, licet non obtenta, gl. 1. in ſumma, 19. q. 1.

Canonici regulares non debent fieri Monachi, & Abbates, & Monachi, recipientes Canonicos regulares in ſuis monaſteriis, excommunicandi ſunt, can. nullus Abbas, 19. q. 3.

Canonicus

Canonicos regularis non debet fieri Monachus, niſi publicè deſiquerit, can. mandamus, 19. q. 3.

Canonicus regularis, ſine licentia, & permiſſione, ſiue cum licentia, & permiſſione ſuperioris, vel Prioris, & fratrum, non debet recedere de ſua Canonia; nec debet recipere aliquem ſine licentia capituli ſui, can. ſtatuimus, 19. q. 3.

Canonicorum regularium ſancti Auguſtini congregationis Lateranenſis, & Monachorum ſancti Benedicti litigium antiquum ſuper præcedentia, fuit per ſententiam diffinitiuam ſopitum, in fauorem dictorum Canonicorum, extrauag. ſedis Apoſtolicæ, Pii quarti.

Canonicorum regularium Sancti Auguſtini congregatio, in omni triennio debet celebrare capitulum generale, & ibi debent eligere Generalem, & alios Prælatos, idque confirmauit Gregorius Papa, in extrauag. quæ inter religioſos, Gregorii, 13.

Reliqua in verbo, Eccleſia, 65. vſque 67. Monachus, 8. Regulares, per totum.

CANONICATVS non eſt dignitas, cap. ſtatutum, de reſcript. lib. 6.

ad Canonicatum vt quis admittatur, ſufficit quod ſit ſaltem clericus, cap. 2. de inſtitut.

Canonicatum, & dignitatem quod quis habeat in eadem Eccleſia, poteſt conſuetudine introduci, cap. ſi a cui, §. nec ſic, de præbend. lib. 6.

Canonicatuum collatio quandoque ſpectat ad capitulum, cap. ſi capitulo, de conc. præbend. lib. 6.

per Canonicatus collationem ſolam, licet etiam tunc vacat præbenda, non intelligitur præbenda collata, ibid.

Canonicatus omnes, & portiones in omnibus Cathedralibus Eccleſiis, debent habere annexum ordinem presbyterii, diaconatus, vel ſubdiaconatus, Epiſcopus tamen debet cum conſilio capituli deſignare, & diſtribuere, quibus quiſque ordo ex ſacris annexus in poſterum eſſe debeat, ita vt dimidia ſaltem pars ſint presbyteri, cæteri vero diaconi, vel ſubdiaconi, & vbi eſt conſuetudo, quòd plures, & omnes ſint presbyteri, ſeruari debet illa, Concil. Trid. ſſ. 24. de reformatione, cap. 12.

Canonicatus, vel alterius dignitatis prouiſio, non debet fieri niſi iis qui ætatem ac cæteras habilitates requiſitas ad illum Canonicatum, vel dignitatem, aut alia beneficia integre habere dignoſcantur: alias prouiſio facta ſit irrita, Concil. ſſ. 22. de ref. cap. 4.

Canonicatus, præbenda, & beneficium differunt inter ſe, clem. diſpendioſam, de iudiciis.

Reliqua in verbo Beneficium, 2. Canonicus. 7. 9. Collatio, Duo.

CANONISTAE, vt plurimum ſunt ignari legum, gl. debeat, in. clem. Eccleſiæ Romanæ, Ioann. 22.

pro CANONIZATIONE alicuius ſancti, licite poſſunt inſtare religioſi eiuſdem Ordinis, cap. venerabili, 52. de teſtibus.

Canonizari nullus debet, niſi prius diligenter per depoſitionem teſtium fide dignorum conſtet de illius vita optima, ac miraculis, cap. venerabili, & ibi gl. 1. eod.

de Canonizando aliquo quando agitur, non eſt neceſſe vt teſtes producantur de longinquo ad curiam Romanam, ſed licitè fit commiſſio in partibus, ibid.

CANTILENAE, vel choreæ non debent dici, vel fieri in Eccleſiis, vel cœmiteriis, clem. 2, verſ. nonnulli, de celebr. Miſſæ.

Reliqua in verbo, Chorea, Cantus, Eccleſia, 36.

CANTVS conſonantiæ auditum demulcent, deuotionem prouocant, & pſallentium Deo animos torpeſcere non ſinunt, extrauag. docta, de vita, & honeſtat. inter comm.

Cantorum laicus melodia reprobatur, qui cantus honeſtatem clericalem quod ore cantant, geſtibus ſimulant. ibid.

Cantores triplis, & motetis vulgaribus diuina non debent inculcare, ibid.

Cantor vocatus eſt, quia vocem modulatur in cantu, huius duo genera dicuntur in arte muſica, ſicut latine doctiſſime dici poterunt præcentor, & ſuccentor, can. cleros, §. cantor, diſt. 21.

Reliqua in verbo, Hymni.

CAPA dicitur à capite, ſiue à capio, capis, quia totum hominem capiat, & differt à mantellis, qui nunc ſunt in vſu, qui propriè non ſunt capæ, gl. capam, in clem. ne in agro, §. ſtatuimus, de ſtatu Monachorum.

CAPELLA, vel Eccleſia, non debet ædificari infra parrochiam alterius Eccleſiæ, cap. coram, & ibi gl. 2. de officio, delegat.

Capellæ ſubiectæ debent reuerentiam Prælato ſuperioris Eccleſiæ, cui ſubſunt, cap. his quæ, de maior., & obed.

Capellæ, & capellani principum, & dominorum, ſubſunt

iuriſdictioni Epiſcopi, & non Magiſtris capellarum, cap. cum capella, de exceſſ. Prælat.

Reliqua in verbo, Eccleſia, 136. vſque 140. Oblationes, Oratorium.

CAPELLANIAE perpetuæ poſſunt inſtitui in Eccleſia, ita quòd capellani ibidem inſtituti nequeant ad ſolam voluntatem Prælati remoueri, cap. 2. de arbitris.

Capellanus dicitur quandoque rector Eccleſiæ, cap. 1. de ſecund. nuptiis.

Capellani regii ſubiecti exiſtunt locorum Ordinariis, Concil. Trident. ſſ. 23. de reform. cap. 11.

CAPERE verbum multipliciter in iure ſumitur, quandoque pro detinere aliquem perſonaliter, quandoque pro apprehendere, vel occupare res aliquas, quandoque vero pro non poſſe acquirere, vt cum dicitur quis *non capax*; quandoque pro non poſſe acquirere rem iure ſingulari, ſeu priuilegiato, quandoque pro effectualiter pro ſe, vel alio accipere; quandoque pro committere, quandoque pro adhibere, ſeu adinuenire, quandoque in ſuo præterito, cum dicitur *cæpit*, ſumitur pro inchoauit, vel incœpit, gl. capere in extrauag. ad noſtri Apoſtolatus, Ioann. 22.

CAPITANEVS, vel maior valuaſſor dicitur, qui à principe, vel poteſtate aliqua, vel plebis parte fuerit inueſtitus, cap. ſuodsmenia, §. decet, de elect. lib. 6.

CAPITVLVM dictio, ponitur quandoque pro collegio Canonicorum, cap. capitulum, 30. & ibi add. marg. de reſcript. a

Capituli ſingularia bona poſſunt annecti præbendis Canonicorum, cap. cum omnes, §. ſtatuerunt, de conſtitutione.

à Capitulo ſtatutum ſine Epiſcopi conſenſu, immutando conſuetudines, vel conſtitutiones Eccleſiæ, non valet, gloſſa conſtitutum, ibid.

Capitulum ſi contra conſtitutionem de certo numero Canonicorum, aliquos recepit in Canonicos, de ſuper excreſcentibus fructibus eis prouidere tenetur, cap. cum M. de conſtitutione.

Capitulum licite vltra præbendas diſtinctas per ſingulos Canonicos, poſſidet bona communia, quæ dicuntur de menſa capituli, ibid.

Capitulo non eſt conceſſum dominium eorum, quæ habet, ſed ſolum eſt conceſſa adminiſtratio eorum, gloſſa iuramento, in cap. conſtitutus, de reſcriptione.

Capitulum, poteſt litigare cum Prælato, ſiue curatore, dd. reprob. gl. debeant, in cap. edoceri, 21. eodem.

Capitulum ſuccedit in adminiſtratione, mortuo Prælato, niſi eius adminiſtratio eſſet ſuſpecta, clem. ne in agro, §. Abbates, de ſtatu Monach.

Capitulum etiam Cathedralis Eccleſiæ, non habet de iure communi poteſtatem excommunicandi, nec interdicendi, cap. ex parte, eod.

ſi de Capitulo multi fuerint excommunicati, vel alias inhabiles ad eligendum, tota eligendi poteſtas capitularis eſt pœnes habiles, licet illi ſint numero pauciores, cap. 2. de poſtulat. Prælat.

in Capitulo quod agitur ad hoc vt valeat, oportet quòd duæ partes vocandorum ſint præſentes, & quòd maior pars præſentium conſentiat, gl. pe. in cap. licet de euitanda, de electione. 2

Capitulum, & conuentus ſunt ſynonima, cap. cum terra, & ibi add. marg. eod.

de Capitulo vnus, contra nominatum à capitularibus, poteſt opponere ne eligatur, & ex iuſta cauſa appellare ad ſuperiorem, cap. cum iuter, eod.

Capitulum citatum fuiſſe probatur, per hoc, quod literæ citationis diriguntur Prælato, & aliquibus maioribus de capitulo, vel ſi non habetur illorum copia, ſufficit legi literas publicè in capitulo, vel in clauſtro præſentibus qui inueniuntur, & interrogandi ſunt vicini ſiue parrochiani, ſi volunt defendere, gl. ſingulares, in cap. bonæ, de elect.

Capitulum fuiſſe citatum præſumitur, eo quod literæ præſententur Prælato, & aliquibus de maioribus capituli, vel ſolo Prælato, ibid.

Capitulum vel vniuerſitas non poteſt excommunicari, ſed ſuſpendi poteſt, dd. repr. gl. ſingulares, ibid.

Capitulum poteſt congregari per ſonum campanæ, vbi eſt hoc de more, cap. in cauſis, 30. de electio.

inter Capitulum & Epiſcopum poteſt eſſe cauſa in iudicio, abſque eo quod capitulo detur curator ad litem, cap. cum Eccleſia, a 31. eodem.

Capitulum per ſonum campanæ congregari non ſufficit; vbi aliqui ex capitularibus ſunt abſentes, ſed debent abſentes conuocari per nuncium, aut literas: alias electio videtur facta eum contemptus, cap. coram, 35. de electione.

Capitulum non ſuccedit Epiſcopo, ſede vacante, in his, quæ competunt Prælatis, ratione conſuetudinis inductæ contra ius, vel alio iure ſpeciali: ſecus in his quæ competunt Epiſcopo iure communi, cap. ſcriptum, & ibi gl. temporia, eod. 3

Capitulum ſede vacante, non poteſt occupare bona prælaturæ, cap. vt præteritæ, 45. eod.

Capitulum poteſt appellari congregatio religioſorum, licet vulgariter appelletur conuentus, cap. ſacroſanctæ, 51. eod.

Capitulum

Capitulum quando litigat cum Prælato, non requiritur quod habeat curatorem, cap. cum ſuper, de officio delegati.

Capitulum quandoque inuitat alium Epiſcopum ad conſecrandum Eccleſiam, vel altare, vel ad clericos ordinandos, gl. 2. in cap. quod ſedem, de officio Ordin.

Capitulum, ſi conſueuit corrigere exceſſus Canonicorum, niſi hoc faciat infra terminum ab Epiſcopo præfixum, Epiſcopus corriget, cap. irrefragabili, de officio Ordin.

Capitulum, quando habet iuriſdictionem in Canonicum, intelligitur quod iuriſdictio eſt penes capitulum ipſum, & ſic ipſum corpus collegii dumtaxat eſt iudex, & non ſinguli de collegio, vel capitulo, dd. reprob. gl. per capitulum, ibid.

Capitulum poteſt de conſuetudine Eccleſiam ſupponere interdi-
4 cto, nec dicuntur ſe ipſos ſuſpendere, vel interdicere, ſed
Eccleſiam interdicere, vt diuinum officium non fiat in Eccleſia, propter delicta aliquorum; & in alia Eccleſia ipſi celebrent, gl. 2. in cap. irrefragabili, §. cæterum, de offic. ordin.

Capitulum ſuccedit mortuo Prælato in obedientia, & etiam in iuriſdictione, niſi pro bono pacis aliquid ſit exceptum, cap. his quæ, de maior. & obed.

Capitulum inferiorum Prælatorum non poſſunt congregari ſine licentia ſuperioris, nec baptiſmum facere, ibid.

Capitulum ſuccedit in cathedrali Eccleſia, vacante Eccleſia; imo & in Eccleſia inferiori eidem ſubiecta, d. cap. his quæ, & ibi gl. fi.

ad Capitulum transfertur de iure communi poteſtas, vacante Eccleſia: niſi pro bono pacis Papa aliquid reſeruauerit, gl. fi. ibid.

Capitulum, vacante Eccleſia, poteſt iudicare, abſoluere, & excommunicare, ibid.

Capitulum, vacante Eccleſia, non poteſt facere ea, quæ miniſterium conſecrationis deſiderant, imò ad id vocabit vicinos Epiſcopos cum cautelæ ſtudio, ibid.

Capitulum vacante Eccleſia, non poteſt conferre præbendas, vel dignitates, nec beneficia curata, quæ pertinent tantum ad Prælatum, quia nunquam inuenitur, quod poteſtas conferendi beneficia, vacante ſede, transferatur ad capitulum, ibid.

Capitulum vacante Eccleſia, cum cauſa rationabilis iubet, poteſt
5 excommunicare ſubditos, ſi fuerint contumaces, & inobedientes, ibid.

Capitulum poteſt proſequi, & irritare factum Prælati tendens ad Eccleſiæ præiudicium, tanquam ſua intereſſit, cap. dilecti, eod.

Capitulum ſede vacante, ſuccedit Prælato in poteſtate confirmandi, & in quacumque iuriſdictionali, cap. cum olim, eod.

Capitolum ſede vacante, non ſuccedit in poteſtate alienandi, ibid.

ad Captiulum ſede vacante, non deuoluitur collatio beneficiorum, gl. fi. ibid.

Capitulum non poteſt dare licentiam alicui transeundi ad aliam Eccleſiam, ſi illic eligatur, ibid.

Capitula Eccleſiarum citari non debent, vt perſonaliter compareant: licet in cauſa illa, alii perſonaliter citentur, cap. fi. eod.

Capitulum ad faciendam compoſitionem, vel ad alienandum aut ad litigandum, præſentes tantum debet vocare, fallit in actu electionis, gl. præſentium, in add. ibid.

Capitulum ſi conſenſit tranſactioni, quam fecit Prælatus nomine Eccleſiæ, vlterius non poteſt diſſentire, cap. 3. de pactis.

Capitulum ſede vacante, non ſuccedit Prælato in cognoſcendo in cauſa feudali, gl. 1. in cap. verum, de foro compet.

6 Capitolum Eccleſiæ Cathedralis, non habet iuriſdictionem ſupra clericos, etiam ſubditos ratione ſeruitii, neque etiam in ſingulares Canonicos, niſi habeat aliud conſuetudo, cap. cum contingat, de foro compet.

Capituli delictum in ommittendo, & contumacia præiudicat Eccleſiæ, etiam vbi agitur de iure Eccleſiarum perdendo, cap. 2. de iuram. calumn.

Capitulo inſcio, etiam principaliores de Eccleſia, non poſſunt ſcribere literas ſub nomine capituli, & ſi ſcripſerint, tanquam falſarii ſunt puniendi, cap. cum literis, & ibi gl. 4. de teſtib.

de Capitulo vnus poteſt quandoque tute reſiſtere omnibus, gl. 2. in cap. cum olim, 34. eod.

in Capitulo quæ aguntur, poſſunt per alios forinſecos probari, licet probatio non contingat de facili, quia raro admittuntur extranei, cap. veniens, 38. & ibi gl. Canonicos, eod.

Capitulum poteſt iudicare ſuper cauſa matrimoniali, cap. præterea, 7. de teſtib. eod.

7 Capitulum ſuccedit ſede vacante, etiam in cognitione cauſæ matrimonialis, ibid.

Capitulum poteſt excommunicari, cap. ſignificauerunt, de exceptio.

Capitulum ſede vacante ſuccedit in poteſtate obedientiæ, & reuerentiæ, quæ debebatur Epiſcopo, cap. cum non liceat, de præſcript.

Capitulum debent facere Abbates, & Priores, de triennio in triennium, cap. quia nos, 32. de appellatione.

Capituli vna pars, poteſt vota ſua in alium, etiam forinſecum à collegio compromittere, cap. conſtitutus, 45. eod.

Capitulum poteſt reuocare proprium Prælatum abſentem, cap. qualiter, de clericis non reſid.

in Capitulo intereſſendi ius, & dandi vocem, non cauſatur ex collatione præbendæ, ſed ex iure Canoniæ, cap. relatum, de præbend.

in Capitulo ius dandi vocem, pertinet ad Canonicatum, & non ad præbendam, cap. pro illorum, eodem.

Capitulum ſede vacante, fungitur vice Prælati, gl. Eccleſiæ, in cap. cum veniſſent, eod.

Capitulum poteſt habere poteſtatem conferendi beneficia, Epiſcopo excluſo, & hoc de iure ſpeciali, cap. 2. de conceſſ. præbend.

ad Capitolum, & decanum pertinet inſtitutio in capitulo, & in ſtallo; ad Archiepiſcopum, vel Epiſcopum pertinet inſtitutio in prælatura, vel dignitate, id eſt collatio dignitatis, vel præbendæ, gl. ordinationem, in cap. poſt electionem, 7. eodem.

Capituli appellatione venit decanus, gl. nullatenus in cap. poſt
electionem, de conceſſ. præbend. 8

Capitulum recipiendo quem in canonicum ſine præbenda, tacite ſe obligat ad prouidendum recepto de præbenda, cum facultas ſe obtulerit, cap. cum ſuper, 8. eod.

Capitulum ibi dicitur, vbi eſt maior pars canonicorum, licet aliqui contradicant, cap. ex parte, 10. & ibi gl. diſtinctæ, eod.

per Capitolum, & Prælatum quando aliquis actus eſt gerendus, tunc vnus non ſupplet negligentiam alterius, ſi tempus vtrique eſt lapſum ad actum explicandum, & hoc quando Prælatus debeat intereſſe vt Prælatus, ſecus ſi vt canonicus, cap. pe. eodem.

Capitulum ſede vacante non ſuccedit in iure Epiſcopi, niſi in caſibus a iure expreſſis, cap. 2. Ne ſede vacante.

Capitulum ſede vacante, poteſt aliquem de hæreſi condemnare, & ita ſi poteſt condemnare, & poterit abſoluere, gl. pe. eod.

ad Capitulum deuoluitur ſede vacante poteſtas abſoluendi, niſi à ſede Apoſtolica id fuerit interdictum, ibid.

Capituli conſuetudo non valet etiam iurata, diſponens vt omnes de capitulo debeant concordare, & quod aliter non valeat actus, cap. 1. de his quæ fiunt a maiori parte.

Capitulum totum, ſeu omnes canonici, non poſſunt ſine Epiſ-
copo Eccleſiam ſubiicere interdicto, cap. 2. eod. 9

Capitulum poteſt dici, quælibet vniuerſitas, cap. 3. de rebus Eccleſiæ non alien.

Capitula prouincialia Abbatum, ſeu Priorum non habentium Abbates, debent fieri de triennio in triennium apud vnum *de monaſteriis prouinciæ aptum*, & nullus adducat plures quàm ſex euectiones, id eſt equitatus, & octo perſonas, cap. in ſingulis, de ſtatu Monach.

Capitulum poteſt facere, vt Epiſcopo diſpenſante cum eo qui ignoranter per ſimoniam in Eccleſia beneficium eſt adeptus, in eadem Eccleſia in canonicum admittatur, cap. ex inſinuatione, & ibi gl. elegerunt, de ſimonia.

Capituli, vel Prælati facta, licet omnes de capitulo præſumantur ſcire, tamen non puniuntur ex tali facto, niſi probentur conſenſiſſe, gl. Officialibus, & ibi add. marg. in cap. dilectus, 30. eod.

Capitulum ſede vacante in cognoſcendi poteſtate, etiam de hæreſi, ſuccedit Prælato, cap. ad abolendam, & ibi gl. 2. de hæret.

Capitulum poteſt de iure ſpeciali habere iuriſdictionem, etiam temporalem in certo loco, cap. ex parte, 23. de ſententia excommunicat.

Capitulum poteſt conuenire ſine Epiſcopo, cap. ſtatutum, §. cum vero, de reſcript. lib. 6.

Capitulum ſede vacante, licet habeat adminiſtrationem in tem- 10
poralibus, & ſpiritualibus, & poſſit eam alii committere, non tamen poterit committere electo, vt adminiſtret tanquam procurator, vel œconomus, cap. auaritiæ, de electione, lib. 6.

Capitolum differt a conuentu, cap. quia ſæpe, 40. de electione, lib. 6.

Capitulum ſede vacante, non lucratur emolumenta ratione iuriſdictionis obuenientia, putà ex condemnatione, ſigillo, vel huiuſmodi, gl. inferiori, ibid.

Capitulum debet adminiſtrare bona Eccleſiæ vacantis, tam in ſpiritualibus, quàm in temporalibus, cap. 3. de ſupplenda neglig. lib. 6.

Capitulum, cum vacat Eccleſia, ſupplet vicem Epiſcopi in iuriſdictione, & etiam, cùm quaſi vacat, gl. ſed ad capitulum, ibid.

Capitulum, vacante Eccleſia, adminiſtrans illam, in his quæ requirunt ordinem, debet vocare vicinos Epiſcopos cum cautelæ ſtudio; beneficia tamen quæ ſpectant ad collationem ipſius Epiſcopi tantum, conferre non poteſt, nec poteſt dare clerico licentiam tranſeundi ad aliam diœceſim, gl. ſpiritualibus, ibid.

Capitulo, ex plenitudine poteſtatis poteſt Papa tollere adminiſtrationem temporalium, & ſpiritualium, quæ vacante Eccleſia Cathedrali ſpectat ad ipſum, ſed Archiepiſcopus non poteſt tollere, gl. non poteſt, in cap. 6. eod.

Capitulum ſede vacante, ſuccedit in poteſtatem exercendi ſpiritualia, etiam quæ requirunt ſpeciale mandatum, Epiſcopo viuente, cap. cum nullus, §. Epiſcopo, & ibi gl. capitulum, de tempor. ordinat. lib. 6.

Capitulum Eccleſiæ poteſt habere ſigillum, cap. 2. de officio or- 11
din. lib. 6.

Capitolum, conuentus, & collegium differunt inter ſe, cap. quamuis, eod.

Capitulum, vel is ad quem pertinet adminiſtratio, ſede vacante, abſoluere poteſt eos quos Epiſcopus ſi viueret, poſſet abſoluere: niſi à ſede Apoſtolica id fuerit interdictum, cap. 1. de maior. & obed.

Capitulum

Capitulum ſede vacante ſuccedit in his, quæ concernunt iuriſdi-
ctionem Epiſcopalem, ibid.

Capitulum eſt capax iuriſdictionis, ibid.

Capitulum poteſt ſede vacante abſoluere excommunicatum ab
Epiſcopo mortuo: & id etiam poterit viſitator datus à Papa,
vel ſucceſſor, cum in iuriſdictione ſuccedat, gl impetrare,
ibid.

Capituli poteſtas abſoluendi, ſede vacante, eos quos potuit Epi-
ſcopus ſi viueret, non poteſt interdici, niſi à Papa, gl. fi.
ibid.

Capitulum dicitur clericorum ſæcularium: conuentus vero dici-
tur religioſorum, & regularium, cap. fi. de pactis, lib. 6.

Capitulum ſede vacante non confert beneficia, quæ ſpectant ad
12 collationem Epiſcopi: poteſt tamen inſtituere inſtituendos ab
Epiſcopo, gl. noſcatur, in cap. cum in illis, § cum autem,
de præbend. lib. 6.

in Capitulo poteſt quis quandoque habere vocem vt Canonicus,
licet non ſit Canonicus, cap. cum in Eccleſia, eod.

Capituli appellatione communiter & diuiſim comprehenduntur
tantum Canonici Eccleſiæ, & non alii Prælati eiuſdem Eccle-
ſiæ, cap. fi. eod.

Capitulum poteſt ordinare communiter, quod quiſque Canoni-
cus, dum viuit, conferat certa beneficia, gl. ſtatum, in add.
ibid.

Capitulum ſede vacante, beneficia ad Epiſcopi collationem ſpe-
ctantia, conferre non poteſt, cap. 1. de inſtitutio. lib. 6.

Capitulum ſede vacante, poteſt inſtituere præſentatos à patro-
no, ibid.

Capitulum ſede vacante poteſt confirmare, ſed conferre non,
gl. non poſſit, ibid.

in Capitulum ſede vacante, tranſeunt ea, quæ ſunt iuriſdictio-
nis, niſi interdictum eſſet ei à Papa, gl. fi. ibid.

de Capitulo ſingulares perſonæ poſſunt excommunicari, cap. 1.
Ne ſede vacante, lib. 6.

Capitulo debent præſentari literæ Apoſtolicæ: ita habens illas
13 debet requirere illum, qui habet conuocare capitulum, vt ipſum
conuocet per ſonum campanæ, vel alium modum in Eccleſia
ſolitum: ſi autem ſe includerent, vel impedirent ne fieret præ-
ſentatio perinde eſt ac ſi eſſet facta, ad inſtar eius qui latitat, vel
impedit quod citari non poſſit. Poteſt etiam compelli per executo-
rem ille, qui habet conuocare capitulum, vt ipſum conuocet,
vel ipſe idem conuocare: licet primum tutius. Si autem aliqui
venerint, aliqui non, ſufficit tunc præſentare decano, vel ei
qui præeſt, vel eſt ibi maior, & illis Canonicis qui cum eo
ſunt præſentes, ad hoc vt capitulo adimatur poteſtas, gl. fa-
ctam, in cap. ſi capitulo, de conceſſ. præbend. lib 6.

Capitulorum appellatione non comprehenduntur Prælati, cap. 2.
§. laici, de reb. Eccleſ. non alien. lib. 6.

Capitulum ſede vacante adminiſtrat in ſpiritualibus, gl. mone-
te. in add. in cap. 1. de pœnit. & remiſſ. lib. 6.

Capituli appellatione non comprehenduntur ſingulares de capi-
tulo, cap. 2. §. fi. de verb ſign. lib. 6.

Capitulo congregato, non dicitur collegium diſſolui per receſ-
ſum etiam maioris partis, quia in vno ſolo remanente, dici-
tur ius collegii reſidere; ſed antequam congregentur, niſi duæ
partes accedant, non fingitur capitulum conueniſſe in loco,
gl. omnes, in add. marg. in clem. ne Romani, §. porro, de
electione.

Capitulum quod dicitur ſede vacante ſuccedere in iuriſdictiona-
libus, habet locum non ſolum in cathedrali Eccleſia, ſed etiam
in alia collegiata, & in conuentuali inferiori, clem. ſtatutum,
eod.

Capitulum, ſede vacante, ſuccedit in poteſtate iuriſdictionali,
ſiue Eccleſiaſtica, ſiue ſæculari, ibid.

14 Capitulum ſede vacante licet ſuccedat in iuriſdictione, non ta-
men in emolumento ex iuriſdictione, vel ſigillo curiæ, vel
alias prouenientes: ſed illud debet reſeruare ad Prælatum fu-
turum Eccleſiæ cathedralis, vel collegiatæ, non obſtante
conſuetudine, deductis expenſis, d. clem. ſtatutum, & ibi
gl. declaramus.

Capitulum ſede vacante poteſt permutationibus authoritatem
præſtare; niſi talium beneficiorum collatio ſpectaret ad Epiſ-
copum ſolum, gl. pe. in clem. 1. de rerum permut.

Capitulum ſede vacante non ſuccedit Epiſcopo in collatione be-
neficiorum, quæ ſpectant ad Epiſcopum ſolum, ſine capitulo:
ſed bene in collatione quæ ſpectat ſimul ad Epiſcopum & ca-
pitulum, ibid.

Capitulum aliud eſt, & aliud eſt Prælatus, gl. in ibi, in clem.
vt poſſeſſores, de regular.

Capitulum, & conuentus ſunt diuerſa, clem. 1. verſ. quibus,
de magiſtris.

Capitulum ſede vacante ſuccedit in iuriſdictionalibus Epiſcopo,
etiam in caſibus inquiſitionis, clem. 1. duro, & ibi gl. ſede, &
gl. capituli de hæret.

Capitulum etiam quaſi vacante ſede, ſuccedit in iuriſdictiona-
libus, vt quando promiſſus eſt Epiſcopus, ſed adminiſtrare
non poteſt, vt quia nondum habet literas, gl. ſede vacante,
ibid.

Capitulum ſede vacante poterit viſitare, & procurationem exi-
15 gere, maxime certas perſonas, vel certa loca, d. gloſſa ca-
pituli, & ibi dd.

Capitulum ſede vacante conſeruat iura Epiſcopatus, & reddit ius
agentibus, accuſantibus, & denunciantibus, ibid.

Capitulum & vniuerſitas ſunt nomina intellectualia, anima caren-
tia: & ideo excommunicari proprie non poſſunt, gl. capitu-
lum, in extrauag. ſuſcepti regiminis, Ioann. 22.

Capitulum, vniuerſitas, & collegium, in his quæ facti ſunt, co-
guntur facere per compulſionem membrorum ſuorum, ibid.

Capitulum cathedralis Eccleſiæ, ſede vacante ſuſtinet vices Epi-
ſcopi, quoad dimiſſionem beneficiorum faciendam per extrauag.
execrabilis, gl. vacantibus, in d. extrauag. execrabilis, Ioann. 22.

Capitula ſuccedunt in adminiſtratione Eccleſiæ vacantis, gl. ca-
pitula, in extrauag. execrabilis, de præbend. inter communes.

Capitulum ſede vacante non ſuccedit Epiſcopo in collatione præ-
bendarum, gl. 1. in can. presbyteri, diſt. 22.

Capituli conſenſus requiritur in conferendis ordinibus, & in cau-
ſarum diffinitionibus, & in conferendis beneficiis, & in con-
ferendis priuilegiis, & in aliis negotiis, gl. 1. in can. Epiſco-
pus, diſt. 24.

per Capitulum Eccleſiæ factum, dicitur factum ab Eccleſia, can.
Apoſtolica, diſt. 56.

Capitulum, & qui ſunt de capitulo, dicuntur eſſe de corpore 16
ipſius Eccleſiæ, gl. 1. in can. ego Ludouicus, diſt. 63.

Capitulum vacante ſede non poteſt clericum diœceſis licentiare,
cum ſit quædam alienatio, gl. fi. in can. fraternitatem, diſt. 71.

Capitulum non poteſt alienare ſede vacante, ibid.

Capitulum quandoque non ſupplet defectum Prælati, gl. Epiſco-
porum, in can. 1. diſt. 100.

ad Capitulum vel collegium ſunt vocandi, etiam qui remoti ſunt,
quando tractatur publica vtilitas, gl. 1. in can. factus eſt, 7.
q. 1.

Capituli minor pars, poteſt eligere ſine maiore parte capituli ex-
communicata, quia reſidet in eis totum ius capituli, dd. re-
prob. gl. 2. in can. ſi. 9. q. 1.

de Capitulo vnus exiſtens excommunicatus, ſi eligit cum aliis,
ob id non vitiatur electio, niſi alii de capitulo communicent
conſentiendo ei, ibid.

Capitulum poteſt accuſari, gl. accuſandi, in can. Epiſcopus qui,
12. q. 2.

Capitulum dicitur Senatus, gl. fi. in can. Eccleſia habet, 16.
q. 1.

Capitulum quandoque diſpenſat. ibid.

Capitulum eligendo indignum, dicitur diſpenſare cum eo, niſi
ſit talis diſpenſatio, quæ prohibita ſit ei, ib.

Capitulum comparatur ſenatui quandoq; nam ſicut à ſententia ſe-
natus non appellatur, ita nec à capitulo, ibid.

Capituli procurator poteſt repetere expenſas, quas fecit in lite, 17
duobus concurrentibus: ſcilicet quod fecerit expenſas, & quod
habuerit mandatum à capitulo, cap. cum pro cauſa, de pro-
curatoribus.

Capituli appellatione comprehenditur etiam congregatio regula-
rium, cap. cupientes, §. ad hæc, de electione, lib. 6.

in Capituli actibus non ſufficit habere ſaniorem partem, ſed
copulatiue requiritur maior & ſanior. cap. cum expediat
eod.

Capituli duæ partes ſi faciant aliquid, totum capitulum videtur
facere, gl. maiorem, in cap. ſcriptum, 40. de Electione.

Capituli maioris partis ordinatio, per contradictionem & appel-
lationem minoris partis, nihil rationabile opponentis, non
debet impediri, cap. 1. de his quæ fiunt à maiori parte.

in Capitulo geſtum vt valeat, requiruntur duo, ſcilicet quod ma-
ior pars decreuerit, & quod illa maior pars ſit ſanior, reſpe-
ctu concilii, & materiæ ſubiectæ, d. cap. 1.

Capituli poteſtas reſidet in maiori & ſaniori parte, cap. de 18
his quæ vi metuſve.

Capitulum conſentire in receptione canonicorum dicitur, ſi con-
ſentiat maior ipſius pars, gl. Epiſcopi, in cap. ſi pro te, de
reſcriptis, lib. 6.

Capituli maior pars requiritur in his, quæ ſpectant ad capitu-
lum, cap. duobus, eod.

à Capitulo toto videtur factum, quod fit à maiore parte, d.
cap. duobus, & ibi gl. maior.

Capitulum ſine Epiſcopo ſtatuta ſeu conſuetudines nouas face-
re, vel antiquas immutare non poteſt, cap. cum conſuetu-
dinis, de conſuetudine.

Capitulum poteſt conſtitutionem facere, dum modo interſint
omnes, quos conſtitutio tangit: alias præſentes in præiudicium
abſentium, nihil poſſunt conſtituere: ſed circa alia negotia
debent intereſſe, ſaltem duæ partes, gl. pe. in cap. 1. de
his quæ vi metuſve cauſa.

Capitulum Eccleſiæ poteſt facere ſtatutum, dum modo ſit lici-
tum, cap. cum aliquibus, & ibi gl. ſtatutum, de reſcript.
lib. 6.

Capitulum totum dicitur feciſſe, quod maior pars capituli facit:
ſed hoc fallit quandoque, gl. maioris, in cap. 1. de clerico
ægrot. lib.

Capituli appellatione comprehenditur totum capitulum, & non
maior pars, vel duæ, quando ex ſequentibus conſtat, quod
totum requiritur: ſecus ſi non conſtaret de intentione loquen-
tis per ſequentia vel præcedentia, d. cap. 1. §. ſi vero.

Capitulum ſine Epiſcopo, ſtatuta facere non poteſt ſuper his, 19
quæ tangunt generalem ſtatum Eccleſiæ, vel tangunt Epiſco-
pum, vel eius iura, gl. ſtatutum, in cap. 2. §. cæterum, de
ſententia excommunicat. lib. 6.

Capitulum ſine Epiſcopo poteſt facere ſtatuta ſuper his, quæ non
tangunt Epiſcopum, vel ſtatum Eccleſiæ, ſed ſua ſingularia
negotia: puta quod certis modis quotidianas diſtributiones di-
ſtribuant, vel quod certo modo ad capitulum vocentur, puta

per talem campanam, vel alia ſimilia: & tunc valet tale ſtatutum, ibid.

Capitulum debet eligere Prælatum de gremio ſuo, ſi ibi reperiatur idoneus; & ſufficit quod ſit idoneus, etiam quando ab alia Eccleſia aliquem elegerint, gl. gremio, in can. in nomine, diſt. 23.

Capitulum ſine conſenſu Prælati, agere non poteſt, gl. canonicorum, in cap. per tuas, de arbitris.

Capitulum ſine conſenſu Prælati, ad agendum, vel defendendum non debet admitti, cap. cauſam, quæ, de iudicijs.

Capitulum aliquo caſu, poteſt eſſe in iudicio ſine conſenſu ſui Prælati, cap. 5. de lite conteſtat.

Capitulum quando convenitur, vel debet aliquem convenire, debet habere conſenſum Prælati: & ſi Prælatus convenitur, vel convenire debet aliquem, debet habere conſenſum capituli, gl. 2. in cap. ſignificauit, 48. de appellat.

20 Capitulum etiam contra Prælatum ſuum poteſt conſtituere actorem, vel ſyndicum ſine auctoritate iudicis, dd. reprob. d. gl. 2. ibid.

Capitulum licet æquipareturminori, vt ſubueniatur in læſione, non tamen quoad hoc, quin poſſit liberè ſuper iuribus contra Prælatum eſſe in iudicio, dd. reprob. d. gl. 2. ibid.

Capitulum agens contra Epiſcopum pro iuribus capituli, non tenetur petere actorem, ſeu ſyndicum a iudice, ſed poteſt à ſe actorem, vel ſyndicum conſtituere, cum litigat cum Prælato, cap. dilecti, 52. de appellat.

Capitulum non poteſt procedere ad nouam electionem, Prælato eorum abſente, etiam per eos reuocato: quia oportet quod interueniat authoritas ſuperioris, cap. qualiter, 9. de clericis non reſident.

Capitulum non ſolum poteſt committere poteſtatem eligendi perſonis certis, ſed etiam poteſt aliquos eligere, per quos eligentur compromiſſarij, qui debeant poſtmodum eligere vice capituli, cap. in cauſis, 30. de electione.

Capitulum licet eligat Prælatum in loco capitulari: compromiſſarij tamen à capitulo deputati, non tenentur de neceſſitate eligere Prælatum in loco capitulari, ibid.

Capitulum poteſt citare canonicos abſentes ad electionem faciendam, cap. bonæ, 36. eod.

Capitulum non tenetur ex proprijs redditibus expenſas facere pro electione Prælati, cap. vt præterea, 45. eod.

21 Capitulum poteſt ſede vacante capere de redditibus ipſius prælaturæ tantum, quantum ſufficiat pro expenſis faciendis in electione Prælati, vel poteſt de proprijs redditibus expendere, & poſtea repetere ex bonis Prælaturæ, puta à Prælato nouiter electo, ibid.

Capitulum ius eligendi Prælatum non poteſt concedere perpetuo extraneis in ſua Eccleſia, vel vt ſecum admittantur, cap. conſtitutis, 47. eod.

de Capitulo qui non ſunt, & dicunt ſe debere intereſſe in electione, debent dicere quo iure: an conſuetudine, vel priuilegio, gl. Abbatibus, in cap. Cumana, 50. eod.

Capitulum poteſt etiam vno abſente præfigere diem electionis faciendæ, reſtringendo terminum iuris, cap. Eccleſia, 57. eod.

Capitulum in actu electionis faciendæ, poteſt in vnum tantum de canonicis compromittere, & transferre ſolidam poteſtatem eligendi, cap. poſt tranſlationem. de renunciatione.

Capitulum vacante Epiſcopatu, confirmat & infirmat electiones, cap. cum olim, de maior. & obed.

Capitulum poteſtate eligendi priuatum, poteſt Papa reſtituere de gratia, ibid.

Capitulum cognoſcit tanquam Epiſcopus, de his quæ obijciuntur contra electum, & caſſabit electionem inferiorum Prælatorum, ſi caſſanda ſit: alias capitulum non aſſumet iuriſdictionem Epiſcopi, ibid.

22 Capitulum poteſt electiones confirmare vacante ſede: ſed in hoc conſuetudini ſtandum eſt, gl. 2. in cap. per tuas. de ſimonia.

Capitulum licet ſit in diſcordia ſuper eligendo Prælato, non tamen ſuper eo facit duas electiones, cap. cupientes, §. ſi vero, de electione, lib. 6.

Capitulum ſede vacante poteſt confirmare electionem archidiaconi, per ipſum capitulum electi, gl. debebit, in cap. 3. de ſupplen. negli. Prælat.

Capitulum licet vacante ſede poſſit eligere Epiſcopum, non tamen poteſt conferre beneficia, quæ ad illius ſolius collationem ſpectant, gl. poteſtatis, in clem. ne Romani. de electione.

Capitulum, *Nulla de conceſſione prebendæ*, non extenditur ad regulares prælaturas, cap. ne pro defectu, 42. & ibi gl. 2. de electione.

Capitulum, *Significantibus de libellis oblatione*, de verbo ad verbum refertur *in cap. ſignificantibus*, 49. *de appellat.* neque id de ſuperfluitate argui poteſt, quando ad diuerſos effectus in vtroque titulo referuntur, gl. 5. in cap. ſignificantibus, de appellat.

Capitulorum principia allegari ſufficit, vbi per eam allegationem ſunt certa, alias non, clem. conſtitutio, vt circa 4. de electione.

Capituli appellatione poteſt etiam comprehendi lex ciuilis, can. de capitulis, diſt. 10.

Capitula cathedralium, & illorum perſonæ, nullis exemptionibus, conſuetudinibus, ſententijs, ſeu iuramentis ſe tueri poſſunt, quominus à ſuis Epiſcopis per ſe ipſos ſolos, vel alijs quibus ſibi videbitur adiunctis, toties quoties opus fuerit, viſitari, corrigi, & emendari, etiam authoritate Apoſtolica

Danyz Canon, Tom. I.

poſſint & valeant, Concil. Trid. ſeſ. 6. de reform. cap. 4.

Capitulum ſede vacante, vbi fructuum percipiendorum munus ei incumbit, œconomum vnum, vel plures fideles & diligentes debet decernere, qui rerum Eccleſiaſticarum & prouentuum curam gerant, quorum rationem ei ad quem pertinebit ſint reddituri, Concil. Trid. ſeſ. 24. de reform. cap. 16. 23

Capitulum ſede vacante tenetur infra octo dies poſt mortem Epiſcopi, conſtituere vicarium ſeu officialem, aut exiſtentem confirmare, qui ſaltem in iure Canonico ſit doctor, vel licentiatus, vel alias quantum fieri poteſt idoneus; quod ſi ſecus fiat, ad metropolitanum deputatio huiuſmodi deuoluitur, ibid.

Capitulum tenetur rationem reddere Epiſcopo, de ſcripturis ad Eccleſiam pertinentibus, ſi quæ ſede vacante ad ipſum capitulum peruenerint, Concil. Trident. d. cap. 16.

in Capituli rebus iuriſdictio & poteſtas ſi qua Canonicis competit, & bonorum adminiſtratio, ſalua & intacta omnino relinquatur, Concil. Trident. ſeſ. 25. cap. 16.

Reliqua in verbo, Conſtitutio, 7. 8. 9. 10. *cum ſeqq. Canonicus*, n. 7. 9. 20. 25. *& per tot. Vox. Abſentia*, 9. *Citari. Clericus*, 10. *Collegium. Concordia. Conferre. Delictum*, 2. *Epiſcopus*, 50. 51. 52. *Mater*, 7. *vſque* 10. *Prælatus*, 4. 5. 21. 22. *Prouinciale*.

CAPITVLARES actus, & vniuerſitatis, expediri debent per congregatos in vnum, cap. cum Eccleſia. de cauſa poſſeſ. & propri.

Capitulares actus probari poſſunt per eos, qui ſunt de capitulo, etiamſi aliquatenus reddantur ſuſpecti: quia ea quæ geruntur in capitulo, per alios probari non poſſunt: quia extranei ad capitula non conſueuerunt admitti, cap. tertio loco, & ibi gl. 2. de probatio.

in Capitularibus omnibus actibus non ſufficit maior pars, niſi illa ſit ſanior, cap. Eccleſia veſtra. de electione.

in Capitularibus actibus paria ſunt habere totam, vel maiorem partem, cap. 2. ne clerici, vel Monachi lib. 6.

Capitulariter quando delictum non eſt commiſſum, tunc officiales & maiores de vniuerſitate puniri debent; quia præſumptio eſt, quòd eorum conſilio & authoritate illud fuerit factum, gl. Officialibus, & ibi add. marg. in cap. dilectus 30. de ſimonia.

Reliqua in verbo, Canonicus, 20. 25.

ſine CAPTIONE quoties aliquid fieri non poteſt, ſemper id quod minimum eſt, ſequimur, gl. 2. in can. non ſolum, 22. q. 4.

CAPTVS ab hoſtibus, redemptus cogitur redimenti ſeruire per quinquennium, aut pretium ſoluere, & interim poterit redimens in pignus detinere, gl. 2. in cap. 2. de pignor.

Captus à paganis, dicitur ſeruus, cap. 3. de ſuppl. neglig. Prælat.

Captus ab hoſtibus, vſucapit per alium quem habebat in poteſtate, tempore quo captus fuit: vnde rediens recuperat poſtliminio poſſeſſionem, quam eius fictione videtur continuaſſe: & ſic vſucapione dominium quæſiuiſſe, gl. ſi. in reg. ſine poſſeſſione, de reg. iuris, lib. 6.

Captus ab hoſtibus ſi per ſe poſſidebat, perdit poſſeſſionem: & licet poſtliminio redeat, fictio poſtliminij non extenditur ad poſſeſſionem, quæ conſiſtit in facto, & ſic nec ad vſucapionem, quæ ex poſſeſſione procedit, ibid.

Captus in bello iuſto, & intra hoſtium confinia commorans, cùm ſit effectus ſeruus capientis, non poterit fugere ab eo: & ſi fugerit, peccat mortaliter: quia priuat dominum re ſua: & ſic tenetur redire ad eum: ſed captus etiam in bello iuſto à confinibus hoſtium, poterit fugere, & ad patriam redire, gl. ſeruitutis, in can. ius gentium, diſt. 5.

Capta omnia in bello ſunt principis, quoad ratione: ſed ipſe tenetur ea diuidere, ſecundum merita perſonarum, gl. ſi. in can. ius militare, diſt. 2.

Reliqua in verbo, Poſtliminium. Seruus, n. 2. *vſque* 10.

CAPVT eſt honorabilius membrum quod ſit in corpore: & membra ſequuntur caput, & non è contra, cap. cum non liceat. de præſcriptio.

ſine Capite quis eſſe non poteſt, ibid.

de Capite, quando fit mentio in ſacra ſcriptura, ſignificat mentem, iuxta illud, *vnge caput tuum & faciem tuam laua*: & per manus intelliguntur opera, cap. 2. §. ad exhibendum, de ſacra vnctione.

Capita quot ſunt, tot ſunt ſententiæ, gl. 2. in cap. quia diuerſitatem. de conceſs. præbend.

Capitis læſio grauior eſt, quàm cæterorum membrorum, gl. ſi. in add. in cap. ſi. de officio Ordinar. lib. 6.

à Capite membra diſcedere non debent, can. non decet, diſt. 12.

Capite langueſcente, facilius reliqua corporis membra inficiuntur, can. ſunt plurimi, 6. q. 2.

Caput cum languet, cætera membra languent, can. ex merito, 6. q. 2.

Capita duo in vno corpore, ſpeciali iure, & diſpenſatione Papæ,

pe, poſſunt eſſe, can. non autem, & ibi gl. 2. & 2.7.q.1.
à Capite diſcedere, nemini licet, can. noſſe, de conſecrat' diſt. 3.

Reliqua in verbo, Membrum.

1 **CARCER**, vbi detruduntur aliqui, non debet eſſe ita durus, vt vi carceris aliquis ibi moriatur, cap. nouimus. de ſententia excommunicat.

in Carceribus detentus excuſatur à pœnæ commiſſione, in eo quod non adimpleuit, quod facere tenebatur, cap. ſignificante, de pignor.

Carcer eſt inſtitutus ad reorum cuſtodiam: interdum tamen deſeruit ad pœnam, gl. carceri, in cap. cum Epiſcopus. de officio Ordin. lib. 6.

in Carceribus detinens aliquem ad petitionem Iudicis, non poteſt illum relaxare, ſine authoritate illius iudicis, qui fecit capere, cap. vt inquiſitionis, §. prohibemus. de hæreticis.

Carceris inuentio licet fuerit ad cuſtodiam, poteſt tamen quis puniri pœna carceris perpetuo, & ad tempus, cap. quamuis, de pœnis, lib. 6.

in Carcere ad cuſtodiam, vel quoad pœnam non debent ſtare ſimul maſculi & fœminæ, quia periculoſa eſt talis commixtio, gl. pe. ibid.

Carcer videtur deputatus ad cuſtodiam, & ad fugam euitandam, cap. ſi clericos. de ſententia excommunicat. lib. 6.

Carcer non eſt pœna, gl. pœna, ibid.

in Carcere duro exiſtens, dicitur eſſe in tormentis, in clem. 1. §. 2. de hæreticis.

Carcer quandoque deputatur ad pœnam, d. clem. 2. §. duro.

2 Carcer quilibet ad hæreticos includendos, debet habere duos cuſtodes, quorum vnum eliget Epiſcopus, alium inquiſitor: & quilibet cuſtodum, habebit ſuum miniſtrum: & carceris duæ claues diuerſæ erunt, quarum vnus vnam, alius aliam habebunt, d. clem. 2. §. ſana.

Carcerem communem quando duo domini habent, debet habere vterque eorum ſuum cuſtodem, & illi cuſtodes debent habere duas claues diſtinctas, ibid.

Carceris cuſtos debet iurare per ſancta Euangelia corporaliter à ſe tacta, quod in cuſtodia ſua poſitorum & ponendorum omnem diligentiam & ſolicitudinem, quam poterit fideliter, adhibebit, d. clem. 1. §. porrò.

Carceres alios habet Epiſcopus vltra carceres hæreticales, quos habet in communi cum inquiſitore, ibidem.

Carceris cuſtos debet prouidere captiuis de expenſis, gl. 1. in can. diſimus, 17. q. 4.

Carcerandus, non eſt relaxandus in cauſis, in quibus pœna corporalis eſt infligenda ei, gl. ſi. in cap. cum homo, 23. q. 5.

CARCERATVS dicitur eſſe ſub poteſtate carcerantis, cap. accedens. de procuratoribus.

Carceratus ad pœnam, vel periculum mortis, ſi relaxetur cum iuramento ſuo de redeundo ad carcerem certa die, ſi mors erat iniurioſa, non tenetur: alias tenetur, gl. per violentiam, in clem. paſtoralis, §. verum. de re iudic.

cum Carcerato actus factus non valet, clem. 2. de pœnis.

Reliqua in verbo Cuſtos. Cuſtodia. Clauſtrum. Clericus, 116. vſque 124.

CARDINALIS non eligitur, ſed poſtulatur ad Epiſcopatum,
1 cap. bonæ 3. de poſtulat. Præl.

in Cardinalem promotus non debet tenere Epiſcopatum, ſaltem in titulum ibid.

Cardinales conſulunt nedum Eccleſiæ Romanæ, ſed etiam Eccleſiæ vniuerſali, ibid.

Cardinalis habet ius Epiſcopale reſpectu iuriſdictionis, in titulo ſuo, & in capellis ſubiectis titulo, cap. querelam. de electione.

Cardinalis vltra proprium titulum, habet quandoque Eccleſiam in gubernatione, cuius dicitur gubernator legitimus.

Cardinalis appellatur presbyter per titulum ſuum, veluti presbyter Sanctæ Pudentianæ, cap. coram, 35. de electione.

Cardinalis presbyter non poteſt eſſe canonicus Eccleſiæ cathedralis, cap. Eccleſia, 57 eod.

Cardinales ſacerdotes dicuntur principaliores, cap. 2. de officio archipresbyteri.

Cardinales dicuntur à cardine, quia ſicut in cardine regitur oſtium: ita per Cardinales regitur vniuerſalis Eccleſia, gl. 2. ibid.

Cardinales dicuntur ſacerdotes principaliores, quia per eos in Eccleſia debet regi officium, ibid.

Cardinales appellantur non tantum vrbis Romæ ſacerdotes, ſed
2 aliarum etiam ciuitatum primi ſacerdotes, quibus tituli, id eſt parochiæ dantur, d. cap. 2. in add. marg.

Cardinalis in Eccleſia ſibi aſſignata, habet titulum, vt eius morte dicatur vacare, cap. bis, quæ. de maior. & obed.

Cardinales promouentur ad titulos certarum Eccleſiarum, & denominantur per illos titulos, d. cap. bis, quæ.

Cardinales habent in titulo ſuo, & in Eccleſiis ſubiectis titulo, iuriſdictionem Epiſcopalem; vnde habent correctionem, & poteſtatem fulminandi cenſuras Eccleſiaſticas, & cætera, quæ ſunt iuriſdictionis Epiſcopalis, ibid.

Cardinales ex commiſſione Papæ, viuæ vocis oraculo, vel aliàs diſpenſare poſſunt ſuper voto vltramarino pro terræ ſanctæ ſuccurſo, cap. quod ſuper his, de fide inſtrum.

Cardinalis, qui in ſuo titulo non reſidet, deponi debet, cap. 2. de clericis non reſident.

Cardinalis quandoque mittitur ad tradendum pallium Archiepiſcopo, & in effectu tunc dicitur nuncius, cap. etſi quæſtiones, 28. de ſimonia.

Cardinales in electione Papæ in conclaui, poſſunt retinere familiares ſaltem duos, clericos, vel laicos, cap. vbi periculum, §. ſacro. de electione, lib. 6.

Cardinales in electione Papæ debent expectare decem diebus: & hoc eſt ſpeciale in electione Papæ, quod non ſunt vocandi: in aliis autem electionibus ſunt vocandi omnes de prouincia, d. §. ſacro, & ibi gl. decem diebus.

Cardinales præſentes, in electione Papæ debent expectare abſentes per decem dies, etiam infra illos dies venire non valentes, gl. decem diebus, ibid. 3

Cardinalis vnus in electione Papæ non debito tempore expectatus, non poterit opponere exceptionem de contemptu, vel aliam, ſi fuit electio facta ab omnibus reliquis Cardinalibus, vel à duobus partibus, eo non computato, ibid.

Cardinales præſentes, etiamſi ſint pauciores tertia parte, poſſunt eligere Papam, gl. omnes, ibid.

Cardinalium collegium, ſede vacante non poteſt vti poteſtate Papali: niſi quantum conceditur à concilio generali, in *cap. vbi periculum*, vel niſi circa ſubſtitutionem camerarij, vel pœnitentiariorum deficientium, gl. intermittant, ibid.

Cardinales pendente prouiſionis negotio, nihil de camera Apoſtolica recipere debent, d. cap. vbi periculum, §. prouiſionis.

Cardinalis, qui propter infirmitatem, nolens incluſus ſtare in conclaui, ſi renunciant voci ſuæ, poterit nihilominus redire, & debet admitti, gl. ſanitatem, in d. cap. vbi periculum, §. ſane.

Cardinalis abſens, ſi venit poſt diem octauum incluſionis in conclaui, ita quod Cardinales incluſi tunc non habeant niſi panem, & vinum, & aquam, iſte Cardinalis ſuperueniens compellitur ſuſcipere eandem vitam, gl. post, in d. §. ſuna.

Cardinales in electione Papæ, debent deponere omnem affectum priuatum: & omnia pacta, & obligationes, & iuramenta, quæ data vel facta fuerint de aliquo eligendo, ſunt nulla & irrita, cap. ubi periculum, §. cæterum. De electione lib 6.

Cardinales dicuntur coadiutores Papæ in officio Sacerdotali, & ſunt conſultores ſui, cap. fundamenta, 17. eod.

Cardinales omnes vocat Papa fratres, quando de omnibus vniuerſaliter loquitur: ſed quando ſingulariter & ſpecialiter, Epiſcopos Cardinales vocat fratres, reliquos filios, gl. fratres, in d. cap. fundamenta, §. decet, & gl. fratribus, in cap. 1. De renunciatione, lib. 6. 4

ad Cardinalium collegium referens ſe Papa, appellat eos fratres, & non filios, cap. quamuis. De officio Ordin. lib. 6.

Cardinales presbyteri, licet nominentur ſub verbo tituli *talis & talis*, quandoque tamen nominantur ſub nomine Eccleſiæ Romanæ, cap. ad Apoſtolicæ. De re iudi.

Cardinales capiens, committit crimen læſæ Maieſtatis, gl. Cardinales, in d. cap. ad Apoſtolicæ, §. ſed licet.

Cardinalem Epiſcopum appellat Papa fratrem, cap. dudum, 14. De præbend. lib. 6.

de Cardinali presbytero quando fit mentio, denominatur ſub titulo Eccleſiæ; id fallit in Cardinali xii. Apoſtolorum, ibid.

Cardinalium depoſitio ſpectat ad ſolum Papam, de conſilio Cardinalium, cap. 1. De ſchiſmat. lib. 6.

Cardinalium collegium ſede vacante, poteſt reſtituere depoſitum per Papam, ibid.

Cardinales non debent damnari niſi certo numero teſtium, putà Epiſcopus Cardinalis numero ſeptuaginta duo teſtium presbyter Cardinalis ſexaginta quatuor teſtibus, Diaconus Cardinalis viginti ſeptem, gl. Cardinales, ibid.

Cardinalium collegium ſede vacante ſuccedit in iuriſdictione, & eius exercitio, ſaltem in his, quæ de grandi neceſſitate & euidenti, ac imminenti expediri oportet, gl. ſede vacante, ibid. 5

Cardinales, Papa mortuo, non ſunt ſine capite, ibid.

ad Cardinalium poteſtatem pertinet, vacante ſede, delinquentes anathematizare, ibid.

Cardinales Epiſcopi vacante ſede, vicem metropolitani obtinent, ibidem.

Cardinales ſede vacante quicquid de facto obſeruent, non debent ſe intromittere niſi de prouiſione, & his quæ ad prouiſionem pertinent, niſi ex grandi cauſa, & imminenti periculo, ibid.

Cardinalem percutiens, vel hoſtiliter inſequens, committit crimen læſæ Maieſtatis, & ipſo facto eſt infamis, & bona eius confiſcantur, & efficitur inteſtabilis actiue & paſſiue, & eius domus debet deſtrui, & ipſo facto eſt priuatus beneficijs, ita quod illa poterit conferre is, ad quem pertinet collatio illorum, cap. ſi. De pœnis, lib. 6.

Cardinalem percutiens, defendendo ſe cum moderamine inculpatæ tutelæ, non incurrit aliquam pœnam, nec peccat, cum authoritate legis id faciat, gl. percuſſerit, ibid.

Cardinalem percutiens, vel hoſtiliter inſequens, committit ſacrilegium: & puniuntur æqualiter ſocij dantes conſilium, vel auxilium, d. cap. ſi.

Cardinalem ſi quis percutiat, vel hoſtiliter inſequatur, eius filii & nepotes ſunt priuati ipſo iure quibuſcumque beneficijs & dignitatibus, etiam ſi eſſet prælatus: & ſunt incapaces cuiuſcumque beneficij de cætero obtinendi in Eccleſia: & etiam

ſunt

Digitized by Google

ſunt incapaces quorumcunique officiorum publicorum, vel ſæcularium, nec ad teſtimonium admitti poſſunt, ibid.

6 Cardinalem percutiens, inſequens hoſtiliter vel capiens, ipſo facto excommunicationis ſententiam incurrit, à qua præterquam in mortis articulo, non poteſt abſolvi, niſi à Romano Pontifice, d. cap. ſi §. poſſunt.

Cardinalem occidens per ſe, vel per alium, vel dans cauſam homicidio, puniri debet pœna mortis, d. cap. ſi. §. ſi quis.

Cardinalium cœtus ſede vacante, non exercet iuriſdictionem Papalem: niſi in quantum permittit Concilium Lugdunenſe, nec illud in totum vel in parte poteſt alterare, clem. ne Romani. De elect.

Cardinalium cœtus habet poteſtatem à Papa, gl. inferiorem, ibid.

Cardinales non poſſunt expreſſe renunciare conſtitutioni, *ubi periculum*, ſed tacite bene poſſunt, gl. non poteſt, ibid.

Cardinalium collegium non poteſt tollere concilium Lateranenſe circa electionem Papæ, vel aliud concilium, gl. reprobamus, ibidem.

Cardinalium collegium poteſt diſponere, quod nominatus à pluribus in ſcrutinio ſit Papa, quia hoc non eſt tollere concilium: quia illud concilium talem ordinationem approbat, dum dicit, *niſi maior concordia intervenerit*, quo caſu videtur nominatus ab omnibus, d. gl. reprobamus, ibid.

Cardinales, mortuo Papa, non poſſunt facere Cardinalem, licet Papam creare poſſint, quod eſt plus, gl. poteſtatis, ibid.

Cardinalium collegium, vacante ſede Papali, non impeditur expedire, quæ alias ei competunt, gl. pertinentis, ibid.

Cardinales ſede Papali vacante, ſi deficiat camerarius, poſſunt eligere camerarium, aut ſubrogare alium pro tempore vacationis, ibid.

Cardinales nihil debent habere à camerario, pendente proviſione facienda, de eligendo Papam, gl. camerarium, ibid.

Cardinalium maior pars, ſede vacante, ſufficit ad ſubrogandum numerum pœnitentiariorum deficientium, quando agitur de ſuppletione fienda ultra numerum: ſed quando agitur de facienda ultra numerum, tunc requiritur, quod omnes in plena concordia conſentiant, d. clem. ne Romani, §. eo tamen proviſo, & ibi gl. cœtus.

Cardinalium cœtus, ſede vacante, etiam nullo pœnitentiariorum deficiente, poterit ex cauſa numerum eorum augere, putà propter periculum animarum, veniente ad curiam magna multitudine populi, cui non poteſt ſatisfacere numerus conſuetus pœnitentiariorum, dd. reprob. gl. ſi hoc, ibid.

Cardinales, non electo Pontifice Romano, ſi omnes ſimul, vel ſucceſſive exierint, debent compelli quam citò poterint reintrare, & reintrantes debent procedere ad electionem ſub pœnis de quibus ibi. d. clem. ne Romani, §. porro.

Cardinalium aliqui, vel aliquis, ſi in conclavi remanſerit, reliquis omnibus exeuntibus, in illos vel in illum, qui remanſerint, vel remanſerit, reſidet ius eligendi Pontificem, gl. omnes, ibid.

Cardinales per exceptionem excommunicationis, ſuſpenſionis, vel interdicti, non poſſunt repelli ab electione Papæ, d. clem. ne Romani, §. cæterum.

Cardinalium nullus eſt, qui ſaltem non ſit Diaconus, gl. ut hi qui, in clem. 2. De ætate & qualit.

Cardinales ſanctæ Romanæ Eccleſiæ dicuntur ita, ad differentiam Eccleſiarum Compoſtellanæ vel Ravennatis, in quibus ſunt etiam Cardinales, gl. Romanæ, in clem. 2. De celebrat. Miſſar.

Cardinalium cœtus ſede vacante iuriſdictionem aliquam non habet, gl. moram, in extravag. ad onus, Ioann. 22.

8 Cardinales dicuntur, quia ſedi Apoſtolicæ, quæ axis eſt, & cardo aliarum Eccleſiarum, ſeruiunt: & ſic cognomen ſumitur ab eo, cui deſeruitur, gl. Cardinalibus, in extravag. execrabilis, Ioann. 22.

Cardinales habere competit ſoli Romanæ Eccleſiæ, & non alteri, niſi hoc haberet ex privilegio, ibid.

Cardinales ubicumque creati, etiam extra urbem Romanam, dicuntur nihilominus Cardinales ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, gl. Romanæ, ibid.

Cardinales ad inſtar Senatorum, lateri principis aſſiſtunt, & cenſentur pars corporis principis: unde ſicut in illis, ita & in illis crimen læſæ Maieſtatis dicitur committi, gl. circa nos, ibidem.

Cardinales dicuntur ſeruitores Eccleſiæ, nec mirum cum & Papa dicatur ſervire ei: quare ſe ſeruum appellat. gl. ſeruiendo, ibid.

in Cardinalibus attendenda eſt ſublimitas principaliter, quoad mores, & merita vitæ. gl. ſublimitatem, ibid.

Cardinales, qui fuerunt Legati Papæ, poſſunt conferre omnia beneficia, etiam ad Papam devoluta, ibid.

Cardinales Legati abſolvere poſſunt excommunicatos, pro iniectione manuum, undecumque venientes, ibid.

Cardinales Legati de latere tranſeuntes mare, poſſunt uti inſignibus Apoſtolicæ dignitatis, putà paleſredo, vel equo albo, veſtimentis rubeis, fræno & calcaribus deauratis, ibid.

9 Cardinales dici poſſunt patricij, maxime qui Epiſcopi ſunt, quos appellat Papa fratres, d. gl. ſublimitatem, in d. extravag. execrabilis. Ioann. 22.

de Cardinalibus Papa promiſcue loquendo, omnes appellat fratres, & ipſi tanquam fratres corporum, fratris ſui pars ſunt cenſendi, ibid.

in Cardinalium perſonis committens crimen, dicitur committere crimen læſæ Maieſtatis, quia pars corporis principis cenſentur ad inſtar ſenatorum, ibid.

Cardinales ad inſtar patritiorum, ſtatim atque ſunt creati, ſunt liberati à patria poteſtate, etiamſi non ſint Epiſcopi, ibid.

Cardinali aſſerenti ſe Legatum, creditur abſque literis, gl. ſublimitatem, ibid.

Cardinalis aſſertioni, abſque actis ſuper his quæ coram eo acta ſunt, creditur, ſaltem de conſuetudine curiæ, d. gl. ſublimitatem, ad ſi.

Cardinales Epiſcopos ſolos ſpecialiter & peculiariter Papa appellat fratres, cæteros vero non Epiſcopos appellat filios, gl. cum fratribus, ibid. & gl. fratribus, in extravag. quia quorumdam. Ioann. 22. extravag. ex debito. De electione, inter comm.

Cardinales utilius ſeruiunt generali & univerſali Eccleſiæ, quàm ſpeciali, gl. univerſali, in extravag. execrabilis. De præbend. inter communes.

Cardinales presbyteri, & diaconi, poſt obitum poſſunt nominari bonæ memoriæ, gl. 2. in extravag. dudum. De ſchiſmaticis, inter communes.

Cardinales ſunt liberi primi gradus, & ſunt membra capitis: cæteri Prælati ſunt membra corporis: alij autem ſunt liberi non primi gradus, ibid. 10

Cardinales, & alij Prælati diſcedentes ante tempus ab obedientia ſedis Apoſtolicæ, etiamſi Papa dicatur hæreticus, dicuntur ſchiſmatici, & tanquam ſchiſmatici ſunt puniendi, can. concilia, §. hinc etiam, diſt. 17.

Cardinales Epiſcopi debent tractare de electione Papæ, prius quam alij, can. in nomine, diſt. 23.

Cardinales debent eligere Papam de gremio ſuo, ſi ibi ſit idoneus, ibid.

Cardinalis appellatione in lata ſignificatione comprehenditur etiam Epiſcopus, can. presbyteri, diſt. 24.

Cardinales presbyteri maiores ſunt diaconibus, & ex illis primo debet eligi Papa, & poſtea ex diaconibus, ſi in illis non inveniatur idoneitas, gl. 1. in can. ſi quis ex Epiſcopis, diſt. 79.

Cardinales non privantur poteſtate eligendi, quando in Papam elegerunt duos in diſcordia. gl. 2. in can. ſi duo, diſt. 79.

Cardinales ſi elegerunt duos in Papam, quæ electio eorum debeat valere, ſi ſit dubium, debet ad id decernendum, concilium convocari, gl. 1. ibid.

Cardinales debent excommunicare, & de ſede expellere occupantem Papatum; & ad concordem & canonicam electionem procedere debent in urbe, ſi ibi tuti eſſe poſſint: alioquin extra urbem; & talis electus extra urbem, ſtatim atque eſſet intronizatus, poterit adminiſtrare, can. ſi quis pecunia, diſt. 79.

Cardinales poteſt quis accuſare, quod ſimoniace elegerint Papam: ſed tamen probata ſimonia, Papa non poterit deponi, gl. 2. ibid. 11

Cardinali, qui bene notus eſt in aliqua provincia, credi debet ſine literis, maxime cum non contingat Cardinalem nunquam abeſſe, niſi legationis cauſa, gl. pe. in can. nobiliſſimus, diſt. 97.

in Cardinalem de aliquo in conſiſtorio ſecreto ſi ſit facta pronunciatio in præteritum, vel in poſterum, nullum ius ad Cardinalatum talis acquirit ex tali pronunciatione, donec & quouſque Cardinalatus inſignia, ſcilicet per capelli rubri traditionem, & tituli aſſignationem, & annuli in digito immiſſionem: abſenti vero ab eadem curia, per capelli huiuſmodi tranſmiſſionem realiter ſint impenſa, extravag. in eminenti, Eugenii 4.

Cardinalis pronunciatus in conſiſtorio, etiam poſtquam inſignia Cardinalatus receperit, etiam admiſſus, & receptus in electione Romani Pontificis, vocem activam non habet, donec & quouſque per Romanum Pontificem pro tempore exiſtentem tribuatur ſibi licentia expreſſa dandi reſponſum conſiſtoriale, vel conſultivè, vel ad hunc effectum os fuerit ei apertum, ibidem.

Cardinales eligentes ſummum Pontificem ſimoniace, ſuſpenſi ſunt ab ordinibus, & privantur à Cardinalatus titulis, & honore Eccleſiaſtico, niſi deceſſerint realiter & cum effectu ab eo, & intra octo dies, poſtquam fuerint requiſiti, ſi abſque fictione vel fraude cum alijs venerint, extravag. cum tam divino. Iulij ſecundi.

Cardinalium domos invadentes armata manu, & in eis aliquid ſurripientes, eorumque fautores, graviſſimis pœnis puniuntur, extravag. temerarium, Leonis decimi.

Cardinales habent facultatem conferendi beneficia, tam ratione titulorum Cardinalatuum, & cathedralium, & metropolitanarum, quibus præſunt, quam etiam quarumcumque Eccleſiarum: non tamen in detrimentum reſervationum, & ordinationum inferiorum, extravag. ſanctiſſimus in Chriſto pater, Clementis ſeptimi.

Cardinalium proviſio beneficiorum, non prius habetur rata, quam ſi ſede Apoſtolica fuerit ſolutis annatis confirmata, extravag. ſanctiſſimus in Chriſto pater. Clementis 7. 12

Cardinalium lites, & cauſæ inter eos quomodolibet vertentes, ſummi Pontificis deciſioni reſervantur, extravag. cum ſæpius, Pauli 4.

Cardinalem S. R. E. hoſtiliter inſequens, perſequens, capiens, aut mandans id fieri, tanquam crimine læſæ Maieſtatis reus perpetuo eſt infamis, & diffidatus, bannitus, & inteſtabilis: omnia eius ædificia ruinæ ſubiacent: nullus debet ei debita reddere, nec in iudicio reſpondere: bona eius omnia fiſco applicantur, & privatur feudo & beneficijs & officijs ſpiritualibus

bus & temporalibus, extrauag. infelicis ſæculi, Pii Quinti.
Cardinalem offendentium pœna ſtatutæ, extenduntur ad omnes ſcientes, & non reuelantes, ibid.
Cardinales ſpecialibus prærogatiuis & priuilegijs gaudent, & ideo non comprehenduntur ſub regulis, reg. pen. in reg. Cancellar.
In Cardinalium creatione, ſeruanda ſunt ea omnia, quæ circa vitam, ætatem, doctrinam, ac alias qualitates ad Epiſcopatuum promotionem ſtatuta ſunt à iure: & eos ſanctiſſimus Papa aſſumet ex omnibus Chriſtianitatis nationibus, quantum commode fieri poterit, prout idoneos reperierit, Concil. Trident. ſſ. 24. De reform. cap 1. ad fi.
Cardinalatus eſt de iure diuino, cap. per venerabilem. Qui filij ſint legitimi.
Cardinalatuum habere eſt habere honorem, cap. 1. De ſchiſmaticis, lib. 6.

Reliqua vide in verbo, Bulla, Familiares, Canonicus, 7. Legatus, 2. 5. 7. 13. vſque 16. 18. vſque, 25. Papa, 13.

CARENA eſt vulgare Lombardorum, & dicitur pœnitentia per quadraginta dies, in pane & aqua: quaſi à carena hominum: quia tales pœnitentes ſecluduntur ſolitarii, per 40. dies ad agendum pœnitentiam, gl. pe. in cap. accuſati, 8. De accuſat.
CARERE idem eſt, quod non habere, gl. & populo, in clem. in plerique. De electione.
CARNES eſſe licitum eſt, etiam in quadrageſima propter neceſſitatem famis, cap. 2. De obſeruat. ieiun.
Carnium eſus non eſt prohibitus de iure in die Sabbati, ibid.
Carnes comedere in die Sabbati licitum eſt de iure, ubi non eſt conſuetudo contraria, ibid.
Carnes comedere licitum eſt infirmis etiam in quadrageſima, & in alijs ieiunijs ſolemnibus, ibid.
Carnes edendi licentiam in quadrageſima poteſt dare Epiſcopus, imò debet concedere eam infirmis.
Carnibus vti non debet quis in ieiunijs ſolemnibus, etiam exiſtente cauſa, ſine licentia Epiſcopi, ibid.
à Carnibus abſtinere poteſt quis, etiam die natalis Domini, occurrente ſexta feria, ex deuotione, cap. fi. eod.
Carnes comedere licitum eſt omnibus ſexta feriæ, ſi ea die occurrat feſtum Natalis Domini, exceptis profeſſis & vouentibus, ibid.
Carnes putridæ reſecandæ ſunt, gl. fi. in cap. ad hæc ſumus, 10. De reſcript.
à Carnibus abſtinendum eſt, diebus à Canonibus ſtatutis, cap. quam ſit. De Iudæis.
ſine Carnis vitio pauci inueniuntur, gl. 2. in cap. ſi. De purgat. canon.
Carnes comedere licitum eſt tempore prohibito, propter neceſſitatem, gl. regularem, in clem. vt nobilium. De cenſibus.
Caro ex quo prohibetur in quadrageſima, & omnia quæ de carne procedunt, prohibentur, gl. ab omnibus, §. de ipſa, can. denique, diſt. 4.
Carnes animalium comedere fidelibus non eſt prohibitum, cap. ſi quis carnem, diſt. 30.
Carnes animalium idolis immolatas comedere prohibitum eſt fidelibus, ibid.
Carnes comedere tempore Paſchali recuſans, tanquam illas eſcas abhorreat, ſi noluerit ſaltem degustare carnes, vel oleta cum carnibus decocta, tanquam ſuſpectus de hæreſi, ab ordine deponitur, can. ſi quis presbyter, diſt. 30.
à Carnibus abſtinentes, etiam tempore Paſchali, deuotionis cauſa non peccant: ſecùs ſi ex ſuperſtitione, vel ex contemptu, ibid.
Carnes guſtare, vel oleta decocta cum carnibus purificantur, ibidem.
Carnes guſtare recuſans, ea eo quod reputat damnabilem guſtationem carnis, tanquam ſuſpectus de hæreſi poteſt damnari, ibidem.
Carnem ſuam nemo vnquam odio habuit, gl. vt mercede, in can. omnino, diſt. 31.
Carnibus non vtebantur homines in exordio humanæ conditionis, can. ab exordio, diſt. 35.
Carnium & vini abſtinentia, non videtur eſſe ex præcepto, ſed tantum ex conſilio, ibid.
Carnium vſus eſt inductus poſt diluuium, cum datione legis, ibidem.
Carnes hædinæ prouocant dæmones, & ab illis dæmoniaci debent abſtinere, gl. fi. in can. 2. 7. q. 2.
Caro non poteſt corrumpi, niſi mens fuerit ante corrupta, can. re vera, 32. q. 5.
Carnis lex eſt, petenti debitum reddere, gl. fi. in can. omnes, 22. q. 7.
Carnem comedere prohibitus non poteſt comedere oua, nec lac; quia oua & lac carnis appellatione veniunt, gl. carnem, in can. admonere, 33. q. 2.
Caro concupiſcit adverſus ſpiritum, gl. cogit. in can. perfecta, De pœnitentia, diſt. 1.
à Carnibus abſtinere debemus feria quarta, & ſexta ab initio noctis præcedentis, vſque ad ſequentem diem, can. de eſu, De conſecrat. diſt. 3.
Carnes comedere poſſumus die Sabbati: de conſilio tamen debemus abſtinere ab his: & ita interpretatur conſuetudo, gl. fi. ibidem.

Reliqua vide in verbo, Quadrageſima, Sabbatum.

CARNALES, non debent perſequi ſpirituales, can. quieſcite, 6. q. 1.
Carnali delicto, pauci reperiuntur, qui non ſint maculati, can. quia ſanctitas, diſt. 50.
Carnalibus deſiderijs ac voluptatibus, & diuinis ac Eccleſiaſticis obſequijs deſeruire, quis non poteſt, cap. 3. De clericis coniugat.

Reliqua in verbo, Obſequium, Spiritualis, Cognatio.

CARNIFEX dicitur à carnifico, carnificas: quia carnes facit, & vendit: vnde & homicidæ poſſunt dici carnifices, gl. carnificum, in cap. 1. De vita & honeſtate cler.
CARTOPHILACIVM dicitur locus ſiue armarium, vbi chartæ vel inſtrumenta apponuntur, & conſeruantur, gl. 1. in cap. 2. De probatio.

Reliqua in verbo, Archiuia.

CARTHVSIENSIVM ordo, præ cæteris ampliori potitur prærogatiua, extrauag. viam ambitioſe. De regular. inter communes.

Reliqua in verbo, Religioſus, n. 24.

CASSARI non poteſt id, quod non eſt, gl. caſſatam, in cap. auditis, 29. De electione.
Caſſari quandoque dicitur id, quod nullum eſt: & ſic verbum caſſari, quandoque refertur ad caſſationem de facto, cap. venerabili, 37. De officio deleg.
Caſſari non debet ſententia quæ nulla eſt, ſed caſſa & irrita debet pronunciari: quia quod nihil eſt, caſſari non poteſt, cap. 2. & ibi gl. pe. Vt lite non conteſtata.
Caſſare verbum, quandoque refertur ad actum nullum, can. multæ, diſt 28.
Caſſato principali caſſatur & acceſſorium, cap. expoſita, & ibi gl. compromiſit. De arbitris.

Reliqua in verbo, Annullatio.

CASTALDIVM religioſæ domus emere eſt peccatum, gl. defenſorem, in cap. ſi quis Epiſcopus, 8. 1. q. 1.
Caſtaldus dicitur, qui habet curam externarum rerum, qui dicitur alias maiordomus, gl. caſtaldum, in can. ſaluator. §. 1. 1. q. 3.
CASTIGATIO leuis & moderata permiſſa eſt Abbatibus, gl. ſicut, in cap. vniuerſitatis. De ſententia excommunicat.
Caſtigatio religioſi dulcior eſt, quam blanda remiſſio: & vulnera amici dulciora ſunt, quàm voluntaria oſcula inimici, gl. vbera, in extrauag. quorundam, Ioannis 22. can. non oſculator, 5. q. 5.
Caſtigatio moderata conceditur marito, gl. 1. in can. nullos, 17. q. 4.
Caſtigatio moderata conceditur magiſtris, parentibus, Epiſcopis, & Prælatis, ibid.
Caſtigatus leuiter de facili reuerentiam exhibet caſtiganti, gloſ. ſalubriter, in extrauag. ſi fratrum, Ioann. 22. & gl. ſuauiter, in extrauag. quorumdam, Ioan. 22.

Reliquæ in verbo, Maritus, n. 3. 4. Magiſter, 1. 4. 6. 7. Diſciplina.

CASTITAS ſola eſt, quæ cum fiducia potens eſt Deo animas præſentare, gl. 2. in cap. poteſt diſcurſus. De pœnit. diſt. 2. gl. pudicos, in prior. in proœmio Decretal.
Caſtitatem ſeruare hortatur imperator ſubditos ſuos, ibid.
Caſtitatem ſeruare ſuaderi poteſt, non tamen poteſt impetrari, ibid. & gl. fi. in cap. 1. De voto, gl. 1. in reg. quod omnes, 29. De reg. iur. in 6.
Caſtitas religione & non ferro, hoc eſt caſtratione quærenda eſt, gl. abſciderint, in cap. 3. & gl. 2. in cap. 4. De corpore vitiat. non ordin.
Caſtitas, quæ eſt inter coniugatos inter ſe, appellatur immunditia, quoad obſequium Eccleſiæ, gl. 2. in cap. 3. De clericis coniugat.
Caſtitas ſola eſt potens Deo animas præſentare: intellige ſine alijs virtutibus, gl. fi. in cap. 2. De voto, gl. vitæ, in extrau. execrabilis, Ioan. 22.
Caſtitate æque bonum, vel maius inueniri non poteſt, d. gl. fi. in d. cap. 2.
Caſtitas deputat quem à carnis lubrico, gl. vitæ, in extrauag. execrabilis, Ioan. 22.
Caſtitas eſt Deo grata, legi amica, & per legem laudanda, ibid.
Caſtitatem corporis ſeruare, alicui parum prodeſt, ſi eam alijs vitijs maculet, gl. vitæ puritate, ibid.
Caſtitatis ſeruandæ via eſt arctiſſima, can. de bis, diſt. 28.
Caſtitatem promittens, vt euitet contractum matrimonii, reputans illum abominabile, peccat mortaliter, can. ſiquis vel virginitatem, diſt. 30.

Caſtitatem promittens non ex eo quod putat illam bonam, ſed in deteſtationem matrimonii, excommunicatur, ibid.
Caſtitatis obſeruatio non eſt meritoria, quando prouenit ex neceſſitate, non ex voluntate propria, can. qui ſe, diſt. 35.
Caſtitas eſt inter coniuges, gl. eſtote, in cap. propoſuiſti, diſt. 82.
Caſtitatis præmium eſt magnum: & ideo maiori obſeruantia, & præceptione cuſtodiri debet, cap. 1. 27. q. 1.
Caſtitas eſt inter coniugatos, quæ ſancta dicitur, gl. 1. in can. quod ſi, 31. q. 1.
Caſtitas animi admittitur, licet corpus per violentiam corrumpatur, can. non fidelibus, cum ſeq. 32. q. 5.
Caſtitas corpore intacto nonnunquam amittitur, can. nec ſolo, 32. q. 5.

Reliqua in verbo, Acolitatus, Clericus, 160. 161. Continere, Continentia, Pudicitia, Sacerdos, 5.

CASTRARI ſe facientes prohibentur ordinari, quia quaſi homicidæ ſui ipſius iudicantur, & inimici Dei conditioni, gl. abſciderint, in cap. ex parte 3. De corpore vitiatis ordin.
Caſtrari ſe faciens voluntarie, præſumitur quod omne turpe in alium faciet, qui hoc in ſe ipſum auſus eſt attentare, ibid.
Caſtratio ſeu inciſio virilium proficit ad lepræ curationem, d. gl. abſciderint, in cap. 3. eod.
Caſtratus in cunabulis promoueri poteſt ad ordines: quia eo tempore affectaſſe non videtur id, d. cap. 3.
Caſtrati ad ordines promoveri non poſſunt, quando voluntarie fecerunt ſe caſtrari: ſecus ſi ex neceſſitate, vt quia per inſidias hominum, aut perſecutione ſint eis virilia amputata, ibid.
Caſtratus, ſeu is cui virilia ſunt amputata, dicitur morboſus, gl. virilia, in cap. 4. eod.
Caſtratus à Barbaris poteſt promoueri ad ordines, can. ſi quis à medicis, diſt. 55.
Caſtrati pro infirmitate à medicis, vel à dominis, vel inimicis ordinari poſſunt: abſcindentes vero ſe ipſos pro abſtinentia, etiam ab obtentis ordinibus repelluntur, can. ſi quis pro ægritudine, diſt. 55.
Caſtrati, id eſt ſpadones, non poſſunt matrimonium contrahere, cum cognoſcere vxorem non poſſint, gl. fi. in can. hi qui. 32. q. 7.
Caſtrans ſeruum capite punitur, & ſeruus, & medicus, & locus in quo id factum eſt, confiſcatur, gl. fi. in can. ſi quis à medicis, diſt. 55.

Reliqua in verbo, Eunuchus, Vitiatus.

CASTRENSE peculium eſt, quod à parentibus, vel cognatis in militia degenti donatum eſt: vel quod ipſe filius in militia acquiſiuit, alias non acquiſiturus, gl. 2. in add. marg. in cap. cum in officijs. De teſtam. gl. caſtrenſe, in cap. 3. De ſepult. lib. 6.
Caſtrenſe dicitur quod filius familias in militia acquiſiuit, quod acquiſiturus non fuiſſet niſi militaſſet: quaſi caſtrenſe dicitur, quod acquirit filius familias aduocatus in aduocando, vel poſtulando, gl. caſtrenſe, & gl. quaſi, in d. cap. 3.

Reliqua vide in verbo, Filius, 14. 13. 14. Peculium.

CASTRVM aliud eſt, & aliud eſt ciuitas, & aliud villa, cap. 2. de ſupplend. neglig. Prælat. lib. 6.
Caſtrorum & ciuitatum dominus poteſt ingredi fortalitia cum hominibus ſuis, ibid.
Caſtrum dicitur quaſi caſſa arcta: nam non debet eſſe diffuſum, ne tempore guerræ, egeat magna cuſtodia hominum, & victualibus, gl. 1. in cap. ſi ciuitas. de ſententia excommunicat. lib. 6.
Caſtra & munitiones facere ad ſe defendendum eſt de iure gentium, can. ius gentium, diſt. 1.

Reliqua in verbo, Civitas, Villa, Oppidum.

CASVLA non debet fieri de veſte alicuius dominæ, vel alterius, gl. 1. in cap. ad nuptiarum. de conſecrat. diſt. 1.

Reliqua in verbo, Sacra, n. 1. 3. Veſtimenta.

1 **CASVS** reſeruati Papæ referuntur plures, in gl. pertineant, in cap. 1. de tranſlat. Epiſcop.
Caſus fortuitus, ſi præter culpam alicuius contingit, non imputatur ei; quia caſus fortuiti præuideri non poſſunt, gl. 1. in cap. ad aures. de ætate & qualit.
Caſus pro caſu ponitur, & eſt figura antiptoſis, gl. vnctionem, in cap. 1. §. ſcire. de ſacra vnctione, gl. quem, in cap. 1. de iudicijs.
Caſus vt non imputetur ſibi, ſatis eſt quod ipſe dederit operam rei licitæ, & adhibuerit diligentiam quam debuit, cap. ex litteris, 15. de homicidio.
Caſus fortuitus domino nocet, non colono: vt non habeat penſionem niſi pro rata: & ſi nihil perceperit colonus, nihil ſoluat: ita quod remiſſio facienda eſt in totum, vel in partem, niſi vbertate præcedentis, & ſequentis anni poſſit compenſari ſterilitas, gl. 2. in cap. 3. de locato.
de Caſu fortuito quis non tenetur; intellige de caſu fortuito, quem etiam diligentiſſimus non potuit præuidere, cap. fi. de homicid.
Caſus fortuitos nullum hominum conſilium prouidere poteſt: quare nemini ſunt imputandi, gl. fi. in cap. fi. eod.
Caſus fortuiti non imputantur, niſi ſua culpa quis incidat in caſum, vel pacto, vel mora præcedentibus caſum: quia tunc tenetur diuinare, ibid. 2
de Caſu fortuito nemo tenetur, cum præuidere non potuit, cap. cum Ioannes, eod.
in Caſibus quibuſcumque reſeruatis, ſemper excipitur caſus mortis, gl. pe. in cap. dura, §. fi. de crimine falſi.
Caſus omiſſus, iure Authenticorum, relinquitur diſpoſitioni iuris antiqui, gl. Trebellianicæ, in cap. ſi pater. De teſtam. lib. 6.
Caſus Epiſcopales plures, quorum abſolutio Epiſcopis eſt reſeruata, nec poteſt eorum abſolutio impertiri à rectoribus, & alijs confeſſoribus, referuntur in cap. 2 & ibi gl. reſeruantur. de pœnit. & remiſs. lib. 6.
de Caſibus reſeruatis, dicitur eſſe commutatio votorum quorumlibet, diſpoſitio male ablatorum incertorum, vel certorum, quando non extant hi, quibus reſtitutio eſt facienda, d. gl. reſeruantur, ibid.
de Caſu tenetur quis ſemper, ſi culpa præuenit caſum, gl. 1. in reg. non eſt ſine culpa. de reg. iur. lib. 6.
Caſus ſpeciales non debent trahi in conſequentiam, clem. in pleriſque, & ibi gl. & populo. de elect.
Caſus, in quibus quis incurrit ipſo iure excommunicationum per Clementinas ſunt quinquaginta, quorum decem & ſex ſunt reſeruati Papæ, & triginta caſus ſunt reſeruati per iura antiqua, gl. excommunicationis, in clem. 1. de ſententia excommunic.
Caſum ſui nemo præſumitur appetere, ſed bene aſcenſum, gl. non quærit, in extrauag. quorumdam, Ioan. 22. 3
Caſus ſpeciales Papæ reſeruati, quidam traduntur in extrauag. & ſi Dominici, 1 & 2. de pœnit. & remiſs. inter communes.
Caſum appetit ille, qui ad ſummi loci faſtigia, poſtpoſitis gradibus, per abrupta quærit aſcenſum, can. ſicut Neophitus, diſt. 48.
Caſus fortuiti nullo hominum conſilio præuideri poſſunt, gl. fi. in can. ſæpe, 49. diſt. 50.
Caſus non excuſat in amotione terminorum, gl. fi. in can. qui partem, diſt. 55.
Caſus non excuſat quem, cum inſiſtit operi, vel rei illicitæ; ſecus ſi licitæ rei, gl. fi. in can. illud, 15. q. 1.
Caſus reſeruati dicuntur contenti in bulla *Cœnæ Domini* extrauag. & ſi Dominici. Pauli ſecundi.
Caſus reſeruati Sedi Apoſtolicæ dicuntur offenſæ libertatis Eccleſiaſticæ, violationis, interdicti ab eadem Sede impoſiti, criminum hæreſis, conſpirationis in perſonam & ſtatum Romani Pontificis, ſeu cuiuſuis offenſæ, inobedientiæ, ſeu rebellionis eiuſdem Pontificis, ibid.
Caſus ſpecialiter reſeruati dicuntur, caſus presbytericidij, offenſæ perſonalis in Epiſcopum, ſeu alium Prælatum, inuaſionis, deprædationis, occupationis, ſeu deuaſtationis terrarum Romanæ Eccleſiæ, item inuaſionis Romipetarum, prohibitionis, deuolutionis cauſarum ad dictam curiam, ibid.
Caſus reſeruati dicuntur caſus delationis armorum, & aliorum prohibitorum ad partes infidelium, impoſitionis nouorum onerum realium, vel perſonalium Eccleſijs, vel Eccleſiaſticis perſonis, ſimoniæ ſuper ordinibus, vel beneficijs aſſequendis, ibidem.
à Caſibus reſeruatis nemini licet abſoluere, niſi ſpecialiter à Romano Pontifice concedatur, ibid.

Reliqua in verbo, Abſoluere, 2. Abſolutio, 5. Fortuitus. Reſeruatum. Commodatarius. Confeſſor. Crimen, 25. Excommunicatio, 22. 23. 25. 26. Legatus, 27. Pauper. 1.

CATAPHRYGIORVM error, dicentium Spiritum ſanctum paruulum hominem, &c. gl. 2. in can. ſi quis, 52. 1. q. 1.
CATACLYSMVS idem eſt, quod generale diluuium, gl. in cataclyſmo, in cap. 1. §. per frontis. De ſacra vnctione.
Cataclyſmus id eſt diluuium, à cata quod eſt circum, & cliſmos quod eſt diffuſio: quaſi circumquaque diffuſio, gl. cataclyſmi, in can. quomodo, 31. q. 1.

Reliqua in verbo, Diluuij.

CATECHVMENVS ſi moriatur ſine baptiſmo, non imputatur ſacerdoti, gl. 1. in can. de catechumenis. De conſecrat. diſt. 4.
Catechumenus quamuis recte viuat, non poteſt ſaluari ſine baptiſmo, can. catechumenum. De conſecrat. diſt. 4.
Catechumeni, ad exorcizandum ſunt deferendi ante viginti dies baptiſmi, in quibus diebus ſymbolum, quod eſt, *Credo in Deum*, ſpiritualiter doceri debent, can. ante 2. De conſecrat. diſt. 4.
Catechumenus vt fiat, dicuntur orationes ſuper eum, & tunc datur baptizando ſal benedictum in os, can. & hinc. De conſecrat. diſt. 4.
Catechumeni initiantur ſale ſapientiæ, can. ſal. De conſecrat. diſt. 4.
Catechumenus Catholicus, præfertur hæretico baptizato etiam in ipſa intus Eccleſia, can. non dubito. De conſecrat. diſt. 4.

Ca-

Catechumeni in Eccleſia admittebantur vſque *ad ſurſum corda*, vel vſque ad conſecrationem corporis Chriſti, vel vſque ad Euangelium, & poſtea expellebantur de Eccleſia, gl. 1. in can. de his, 35. q. 2.

Catechumenus non eſt Chriſtianus, gl. fi. in can. caue. 28. q. 1.

Catechumeni baptizandi, debent doceri ſpecialiter ſymbolum, quod eſt, *Credo in Deum*, ante vigeſimum diem baptiſmi, can. placuit, 10. q. 1.

Reliqua in verbo, Catechiſmus, Baptizandus, Oleo.

CATHEDRA non facit Sacerdotem, ſed Sacerdos cathedram, gl. ſedem, in extrauag. ad onus, Ioann. 22.

Cathedra eſt nomen Græcum, & eſt excelſa ſedes præſidentis, gl. cathedram, in extrauag. ſuper cathedram. De ſepultur. inter communes, & gl. cathedram, in clem. dudum. De ſepulturis.

Cathedra proprie eſt doctorum, quæ competit præ cæteris ſummo Pontifici, qui ſicut præeminet cæteris dignitate, ita cæteros præcellit ſanctitate, ib.

Cathedræ appellatione, comprehenditur quilibet locus beneficij Eccleſiaſtici, in quo quis eſt intitulatus, can. presbyterum, diſt. 28.

Reliqua in verbo, Candelabrum. Sedes.

CATHEDRATICVM appellatur quandoque etiam Synodatiuum, quoniam frequenter in Synodo datur, gl. 1. in ſumma, 10. q. 3.

Cathedratici nomine poteſt Epiſcopus petere duos ſolidos à qualibet Eccleſia diœceſis, præterquam à monaſterijs: & iſti ſolidi vel denarij, debent ſolui ſecundum communem monetam regionis, & ſi plures monetæ fuerint, tunc debet fieri ſolutio de melioribus, vel mediocribus, ibid.

Cathedratici ſeu Synodatici quantitas, quæ debetur Epiſcopo, poteſt præſcribi, gl. pe. in cap. olim. De cenſibus.

Cathedraticum non poteſt Epiſcopus à ſe abdicare, gl. 1. in can. quicunque, 16. q. 7.

Cathedraticum non poteſt clericus præſcribere, ſed decimas ſic, ibidem.

Reliqua in verbo, Epiſcopus, n. 154. vſque 162. Solidi.

CATECHISMVS ſeu ſcrutinium idem ſignificat. gl. 1. in cap. 2. De capell. Monach.

Catechiſmus eſt actus inſtructionis; nam per viginti dies ante baptiſmum, adulti infideles baptizandi inſtruebantur: & ille actus dicitur catechiſmus, ib.

Catechiſmus debet præcedere baptiſmum, & per eum contrahitur cognatio ſpiritualis, cap. per catechiſmum. De cognat. ſpirit. lib. 6.

Catechiſmus eſt inſtructio quæ hodie fit communiter ante fores Eccleſiæ, vbi quis interrogatur de articulis fidei, & proprie debent fieri ſolis adultis, gl. 1. ibid.

Catechiſmum Epiſcopi debent curare verti fideliter in vulgarem linguam, & eum à parochis omnibus populo exponi: ſed & vt inter Miſſarum ſolemnia, aut diuinorum celebrationem ſacra eloquia & ſalutis monita eadem vernacula lingua ſingulis diebus feſtis, vel ſolemnibus explanent, & in lege Domini populum erudire ſtudeant, Concil. Trid. ſſ. 24. De reform. cap 7.

Catechiſmus quod fiat à patribus, quibus illud mandatum fuerat, præcepit Concilium Tridentinum, & quod ab eis factum exhibeatur Romano Pontifici, vt eius iudicio & authoritate terminetur, & euulgetur, Concil. Trid. ſſ. 25. in Decreto. De indice librorum.

Reliqua in verbo, Catechumenus. Scrutinium.

CATHOLICA fide tenemur confiteri vnigenitum Dei filium in eſſentia Dei æternaliter ſubſiſtentem, verum corpus humanum aſſumpſiſſe de Maria virgine, etiam mortuum: & lancea perforatum, clem. 1. De ſumma Trinit.

Catholicorum virorum appellatione comprehenduntur etiam Sacerdotes, can. virum, diſt. 47.

Catholicus excommunicari debet, ſi cauſam ſuam committat iudici alterius fidei, hoc eſt infideli, niſi ſit ſub infideli rege, can. Catholicus, 2. q. 6.

Catholici non ideo dicuntur aliena poſſidere, quia teneant ablata ab hæreticis, can. ſi de rebus, 23. q. 7.

Catholicum idem eſt, quod generale, & vniuerſale: quod omnia comprehendat. gl. ſponſo, in extrauag. unam ſanctam. De maior & obed. inter comm.

Catholicæ fidei inimicus, vt hæreticus, eſt puniendus, can. qua traditione, diſt. 22.

Reliqua in verbo, Catechumenus. Fides, 4. vſque 13. Fidelis. Chriſtianus. Credere.

CAVILLATIONES & malitias adverſarij poteſt quis per alios repellere, ſi habet ius in principali, gl. malignantium, in cap. cupientes. De elect. l. 6.

Cauſa in genere, à n. 1. 2.
Cauſa, id eſt lis ſeu controuerſia, 3. uſque 10.
Cauſa ſpiritualis & Eccleſiaſtica, 11. vſque 14.
quoad Cauſam matrimonialem, n. 15. 16.
quoad Cauſam ciuilem, 17.
quoad Cauſam criminalem, 18. vſque 20.
quoad Cauſam committendam, n. 31. vſque ad n. 24.

CAVSA nulla eſt eius, quod non eſt, gl. per rerum, in cap. bonæ. De electione. 1

Cauſa eadem & ſubſtantia vbi remanet, licet aliquod accidens varietur, non tamen variatur diſpoſitio, cap. inter corporalia, §. ſicut. De translat. Epiſcoporum.

in Cauſa efficienti & formali ſimul, vbi eſt peccatum, ſicut non valet quod ago, vt ago, nec valet, vt poteſt, cap. cum ſuper 23. De officio deleg.

Cauſa aliud eſt, & aliud eſt occaſio, cap. ſolicite. De maior. & obed.

Cauſa ceſſante, ceſſat effectus, cap. & ſi Chriſtus, § quædam. De iureiur. gl. 1. in reg. in argumentum, 78. De regulis iuris, lib.

Cauſa ceſſante ceſſat & conſtitutio, id eſt quando cauſa ceſſat actu & exemplo, id eſt, vt non poſſit trahi in perniciem exempli, gl. 1. in can. Neophytus, diſt. 61.

Cauſa finali ceſſante, ceſſat effectus: veluti prohibetur ne preſbyteri generant tutelas aliorum, hac de cauſa, vt melius vacent diuinis officiis: & ſic illa cauſa finalis eſt: vnde ceſſante cauſa, ceſſat effectus: & ita ſi non vacent diuinis officiis, poterunt gerere tutelas, gl. ceſſat. in cap. & ſi Chriſtus, §. quædam. De iureiurando.

Cauſa impulſiua ceſſante, non ceſſat effectus, veluti propter Calfurniam fuit ſtatutum, ne mulieres eſſent aduocatrices, quia Calfurnia poſteriora dorſi ſui oſtendebat iudici, unde Calfurnia fuit cauſa impulſiua ne mulieres aduocarent, unde ea etiam mortua mulieres non aduocant, ibid.

Cauſa ſemper eſt conſideranda, ſcilicet ex qua cauſa ſit aliquid factum: vt etiam tempus eſt conſiderandum, gl. ex cauſa in cap. cum dilecti. De accuſat.

Cauſam cauſæ præſtans ita punitur, ſicut & qui proximam cauſam præſtat, gl. fi. in cap. presbyterum. De homicidio. 2

Cauſam præſtans ita punitur, ſicut & ipſe faciens, gl. fi. in cap. ſuſcepimus, eod.

Cauſa extinctiua licet ſuperueniat, non tamen præiudicat rei, quæ eſt deducta in eſſe perfecto, cap. ſi ſuper gratia 9. De officio deleg. lib. 6.

Cauſam proximam dans homicidio Cardinalis, eadem pœna qua ipſe occidens, punitur; ſcilicet pœna mortis, cap. fi. §. ſi quis, & ibi gl. cauſam. De pœnis, lib. 6.

Cauſa legitima, & cauſa probabilis, idem eſt, cap. venerabilis, §. ſed ſi. De ſentent. excomm. lib. 6.

ad Cauſæ remotionem, ſequitur remotio effectus, clem. vt poſſeſſores. De regular.

Cauſa eadem non operatur diuerſos effectus, & contrarios, gl. conceſſum, in can. deinde, diſt. 26.

Cauſa eadem non poteſt parere obligationem, & liberationem, gl. 2. in can. 1. diſt. 57.

Cauſa probatur per eius effectum, gl. 1. in can. 4. 12. q. 2.

Reliqua in verbo, Lit. Citari, 1. 2. 5. Continentia.

CAVSA dicitur à caſu, quo venit: eſt enim materia & origo negotij, nec dum diſcuſſionis examine patefacta: quæ dum proponitur, cauſa eſt: dum diſcutitur, iudicium: dum finitur, iuſtitia, cap. forus. De verb. ſign. 3

Cauſa dicitur, antequam reſpondeat pars altera, gl. cauſa, ibid.

Cauſa eſt res in iudicio poſita, cum interpoſitione certarum perſonarum, ſcilicet actoris, rei, iudicis, & teſtis, ibid.

Cauſarum merita partium aſſertione panduntur, gl. tunc literarum, in cap. cum contingat. 24. De reſcript. gl. fi. in cap. pe. De poſtul. Prælat. cap. tum ex literis. De in integ. reſtitutione, gl. interrogandi, in can. fi. 3. q. 5. gl. conſiterit, in cap. ſacro. De ſententia excommunicat.

Cauſæ iactura affici debent, qui potentiorum patrocinium aduocant, gl. 1. in cap. 1. De officio deleg.

Cauſæ continentiam qui nititur diuidere, vt coram uno iudice agatur de poſſeſſione, coram alio de proprietate, audiri non debet, gl. 2. in cap. fi. De iudicijs.

Cauſæ continentia diuidi non debet, gl. 2. in cap. 1. De cauſa poſſeſſ. & propr.

Cauſæ ſunt decidendæ in foro animæ ſecundum prouiſionem iuris ciuilis, ex quo ius Canonicum non reſiſtit, d. cap. 1.

Cauſæ habentes aliquam connexitatem ad inuicem debent coram uno eodemque iudice tractari, ibid. 4

Cauſam quando ſuperior reuocat ad ſe, quicquid poſtea fuerit factum ab inferiore, non tenet. cap. pe. Vt lite pendente.

in Cauſis decidendis, poſſunt allegari authoritates iuris diuini, cap. 4. De teſtib.

in Cauſa debent fieri atteſtationum publicatio, & concluſio, cap. cum dilectus. De fide inſtr.

Cauſa omnis, ratione peccati pertinet ad Eccleſiam, gl. 3. in cap. fi. De præſcript.

in Cauſarum deciſionibus, recte allegatur rationalis, cap. ſecundo requiris, 41. §. 1. De appellat.

Cauſæ magnæ deciſio, ad ſedem Apoſtolicam reſeruanda eſt, cap. maiores. De baptiſmo.

in Cauſis pecuniarijs, non eſt neceſſaria admonitio, cap. licet Heli. 31. De ſimonia.

in Cauſa populari non licet deſiſtere per tranſactionem, niſi certo modo, gl. pe. in add. marg. in cap. 1. De colluſione deteg.

Cauſæ, quæ tractantur in electionibus Epiſcoporum, dicuntur eſſe de maioribus, cap. quamuis. De elect. lib. 6.

Cauſa quoad indagationem veritatis, quæ conſiſtit in facto, plus differtur, ſi tractetur per procuratorem, quam per principales perſonas, cap. cupientes, §. ad hæc. De electione, lib. 6.

5 Cauſarum appellatione generaliter facta, non comprehenduntur cauſæ criminales, cap. licet. De officio vicarij, lib. 6.

Cauſæ omnes diœceſis non ſpectant ad forum Eccleſiaſticum, cap. cum Epiſcopus. De offic. Ordin. li. 6.

Cauſarum merita, partium aſſertione panduntur, gl. partibus, in cap. quamuis, eod.

in Cauſis collegij, vel vniuerſitatis, de neceſſitate debet interuenire ſyndicus, gl. iudicem, in cap. 1. De iudicijs, lib. 6.

Cauſa principalis aliud eſt, & aliud eſt cauſa appellationis, cap. 2. De iuramento calumniæ, lib. 6.

Cauſæ appellatione comprehenditur etiam ſententia, cap. 1. De re iudi. lib. 6.

Cauſæ continentia quandoque diuiditur: gl. fecerit, in cap. ſi iudex, §. fi. De ſententia excomm. lib. 6.

Cauſa & negotium capiuntur pro eodem. clem. 1. De procuratoribus.

in Cauſis pendentibus, beneficialibus, decimarum, matrimonialibus, vſurarum & ipſas tangentibus procedi poteſt ſimpliciter & de plano, ſine ſtrepitu & figura iudicij, clem. diſpendioſam. De iudicijs.

in Cauſis ſuper hoſpitalibus, eleemoſinarijs & leproſarijs, poteſt procedi ſimpliciter & de plano ſine ſtrepitu & figura iudiciorum, gl. beneficijs, ibid.

6 Cauſa ſuper proprietate Eccleſiæ, non debet expediri ſummariè, & de plano, ac ſimpliciter, d. gl. beneficijs.

in Cauſis Monachatus, maxime ſi dicatur Monachus eligi, poſtulari, vel prouideri, poteſt procedi ſummariè, & ſimpliciter, & de plano: idem ſi dicatur Monachus fieri, creari, recipi, vel ordinari, ibid.

in Cauſis ſuper Canonicatu regulari, poteſt procedi ſummariè, & de plano, ibid.

in Cauſis, in quibus agitur ad remotionem beneficij, ex defectu tituli beneficiati, poteſt procedi ſummarie: ſecus quando agitur ad remotionem beneficij, propter delictum, d. gl. beneficijs, in fi. ib.

in Cauſa decimæ Papalis, inter illum cui Papa conceſſit, & clericum, non debet procedi ſummarie, ibid.

in Cauſis decimarum inter duas Eccleſias, ſuper iure percipiendi decimas, poteſt procedi ſummarie, & de plano, gl. decimis, ibid.

in Cauſis ſucceſſionum, & natalium, non poteſt procedi ſummarie, ſed iuris ordine ſeruato, ſi quæſtio principalis matrimonij ſit coram iudice Eccleſiaſtico: ſi vero coram iudice ſæculari agitetur, & tunc exceptio prædicta remittatur ad iudicem Eccleſiaſticum, poterit ſummarie procedi, ibid.

7 Cauſa vſurarum, cum principaliter agitur de vſuris repetendis, vel petitur vt illas compenſet vſurarius, dicitur ſummaria: & ita poteſt procedi ſummarie, gl. vſuris, ibid.

Cauſas electionum, & prouiſionum tangere dicitur, cum quæritur ad quem ſpectet electio, vel prouiſio, gl. tangentibus, ibid.

in Cauſis beneficialibus, & decimarum, & matrimonialibus, iudex, etiam contradicentibus partibus, poteſt ſeruare ordinem iudiciorum, non ſic in illis, in quibus procedi debet, gl. valeat, ibid.

in Cauſis, in quibus ſeruatur figura iudiciorum, neceſſe eſt exprimi verbum *peremptorie* in citatione, quando non fit trina citatio ad audiendam ſententiam, gl. non peremptorie, in clem. ſæpe. de verb. ſignif.

in Cauſis, in quibus proceditur ſummarie, & de plano, partibus contradicentibus, non poteſt iudex figuram, & ſolemnitatem iudiciorum vltra ea, quæ exprimuntur in clem. *ſæpe*, obſeruare, niſi ſic procedere ſit in iudicis poteſtate, ut quia Papa ſic procedi mandat, gl. non contradicentibus, in d. clem. ſæpe. de verb. ſign.

Cauſæ examinatio aliud eſt, & aliud eſt definitio, can. de conciliis, diſt. 18.

in Cauſis, quæ per canones non deciduntur, recurrendum eſt ad Papam, can. de libellis, diſt. 20.

in Cauſarum deciſionibus in foro Canonico, etiam contra laicum, debet ſeruari ius Canonicum, & non ciuile, ibid.

in Cauſis decidendis, deficientibus legibus, ad conſuetudinem loci recurrendum eſt, gl. fi. in can. de quibus, diſt. 20.

in Cauſis decidendis, primo recurrendum eſt ad vetus, & nouum teſtamentum, & ad ſcripturas Apoſtolorum: quod ſi in illis non reperiatur, recurratur ad geſta Pontificum & conciliorum: deinde ad ſcripta Græcorum: poſtea ad ſanctorum expoſitiones, & eorum exempla, & vltimo ad ſeniorum prouinciæ congregationem, d. cap. de quibus.

Cauſarum deciſiones debent ſemper fieri per maiorem, vel ſuperiorem, can. ſummittitur, diſt. 21.

Cauſa ibi debet tractari, vbi teſtes poſſunt haberi, gl. fi. in 8
can. fi. 2. q. 2.

Cauſæ omnes antiquitus determinabantur ab Eccleſia, nec actor ſequebatur reum, gl. 1. in can. ſi quis presbyter, 2. q. 5.

Cauſa vitiata releuatur per appellationis remedium, gl. in ſumma, 2. q. 6.

Cauſæ ſæculares tractandæ ſunt coram ſæcularibus, & Eccleſiaſticæ coram Eccleſiaſticis, can. omnis oppreſſus, 2. q. 6.

Cauſæ cognitionem requirentia, debent fieri à iudice pro tribunali ſedenti, gl. conſidente, in can. fi. §. à iudice, 3. q. 3.

Cauſæ appellatione ſimpliciter probatæ intelligitur de criminali, can. 1. 3. q. 6.

Cauſæ appellatione comprehenditur etiam iudicium criminale, can. fi. 3. q. 6. & can. 1. 4. q. 5.

Cauſa dicitur finiri per ſententiam, cap. 1. §. iudices, 3. q. 8.

Cauſa conuentionis & reconuentionis dicitur eadem, quia idem ſunt iudices & litigatores, & vtraque debet terminari vna ſententia: & ſi inhibetur appellatio in vna, & in alia, gl. in eodem, in can. 1. §. cuius, 3. q. 8.

Cauſæ dicuntur creare materiam criminibus, gl. 1. in can. fi. 5. q. 3.

Cauſæ omnes tempore Apoſtolorum deferebantur ad Eccleſiam, gl. 1. in can. 1. 6. q. 2.

Cauſam, quæ vertitur inter Epiſcopum, & clericum ſuum, de- 9
bet metropolitanus tractare in Synodo: vel hodie ſolus metropolitanus cognoſcit de illa, cùm quantum ad hoc obtineat vicem Synodi, gl. fi. in can. ſolus, 6. q. 3.

Cauſæ clericorum debent definiri per Epiſcopos, vel presbyteros in præſentia Archidiaconi, qui eſt executor Epiſcopi, can. nullus clericus, 2. 11. q. 1.

Cauſæ Chriſtianorum ſunt deferendæ ad Eccleſiam, can. quæcunque, 11. q. 1.

Cauſæ exortæ inter clericum & laicum, ab Epiſcopis debent audiri, & terminari, can. ſi quæ 11. q. 1.

Cauſæ non deferuntur ad Legatum, per ſimplicem querelam, can. peruenit, 11. q. 1.

Cauſæ maiores Epiſcoporum ad metropolitanum debent deferri, gl. fi. ibid.

Cauſa examinanda eſt, partibus tantum præſentibus, can. coram, 11. q. 3.

Cauſæ non debent ventilari die Dominico, can. nullus, 15. q. 4.

Cauſæ Epiſcoporum non debent examinari coram principibus, can. ſi Epiſcoporum, 21. q. 5.

Cauſæ oppreſſionis pauperum, ad Eccleſiam pertinent, gl. 1. 10
in can. ſi quis de potentibus, 24. q. 3.

Cauſæ appellationis, & cauſæ principalis, idem eſt iudicium, gl. fi. in can. fi. 32. q. 2.

Cauſæ ſpectantes ad forum Eccleſiaſticum, in prima inſtantia coram Ordinarijs ſunt diſcutiendæ, extrauag. regiminis vniuerſalis, Leonis 10.

Cauſæ maiores Eccleſiarum, ad ſedem Apoſtolicam pertinent, & ſunt ei reſeruatæ per conſtitutiones canonicas, cap. 1. De tranſlat. Epiſcoporum.

Cauſæ maiores Eccleſiarum dicuntur ſedium mutationes, & Epiſcoporum tranſlationes, ibid.

Cauſæ maiores ſunt reſeruatæ diſpoſitioni Papæ, cap. 1. De clerico ægrotan. lib. 6.

Cauſæ omnes Epiſcoporum, ſunt de maioribus: & ideo ſpectant ad cognitionem Eccleſiæ Romanæ, can. præceptis, diſt. 12.

Cauſæ difficiliores ad ſedem Apoſtolicam referri debent, ſed quæſtiones non nimis difficiles ad Archiepiſcopum ſunt referendæ: & ſi ibi non poſſint terminari, ad ſynodum Epiſcoporum debent referri, can. multis, diſt. 18.

Cauſæ maiores & difficiliores ſicut reſeruantur Apoſtolicæ ſedi, ſic ipſa ſedes Apoſtolica futuris temporibus debet habere Epiſcopos ſub ſua poteſtate, & ſemper eos liberare à peruerſitatibus, can. 1. 8. q. 5.

Cauſæ magnæ, & omnia negotia Eccleſiarum, ad ſedem Apoſtolicam pertinent, tanquam ad caput, can. relatum, 11. q. 1.

Reliqua in verbo, Autboritat. Lis. Colludens. Concluſio. Controuerſia. Maior.

CAVSARVM genera tria ſunt, ciuilis, criminalis, & ſpiri- 11
tualis, gl. pe. in cap. 1. De colluſione detegen.

in Cauſa ſpirituali, licitum eſt recedere à cauſa per gratiam, ſed non per tranſactionem, ibid.

in Cauſis Eccleſiaſticis poteſt iudicari ſecundum leges, in defectu canonum, & vbi canones non contradicunt, cap. 1. & ibi gl. 2. De noui operis nunciat.

Cauſarum genera quatuor ſunt: quædam ſunt maximæ, vt cauſa fidei: quædam maiores, ſicut cauſæ Epiſcoporum, & maiorum dignitatum: quædam mediæ, vt cauſæ beneficiales, & ſpirituales: quædam inferiores, vt ciuiles & pecuniariæ, gl. grauiora, in add. marg. in clem. 2. De procuratoribus.

Cauſæ Eccleſiarum, etiam quatenus verſantur, & aguntur in foro ſæculari, non debent decidi & diffiniri ſecundum leges, ac ſtatuta laicorum, cap. Eccleſia. De conſtitut.

Cauſa mixta inter ſpiritualem & ciuilem, magis ſequitur naturam ſpiritualis, quàm ciuilis, cap. quanto. De iudicijs.

Cauſæ quædam ſunt ſpirituales: quædam ſpiritualibus annexæ: quædam mere ciuiles, vt cum agitur reiuendicatione vel pecu-

cuniaria cauſa: alia eſt criminalis, vbi agitur directè de crimine, & debet ſe obligare ad talionem: aliæ ſunt mixtæ, cum agitur de crimine ciuiliter, gl. 1. in cap. 2. De iuram. calum.

Cauſæ Eccleſiaſticæ ſunt decidendæ, inſtruendæ, & ordinandæ ſecundum ius ciuile, ex quo canones non obuiant, cap. 2. De teſtibus.

12 Cauſæ quædam dicuntur Eccleſiaſticæ, quædam ciuiles, cap. in cauſis, 15. De teſtibus.

Cauſæ Eccleſiaſticæ regulantur in iudicio ſecundum leges ciuiles, ex quo non contradicunt canonibus, ibid. & can. quoniam, diſt. 10.

Cauſæ Eccleſiaſticæ poſſunt agitari in Eccleſia: & ſi alteri parti, vel vtrique ſit interdictus ingreſſus Eccleſiæ, debent tractari extra Eccleſiam: vt ibi ſeruetur interdictum, gl. 2. in cap. cum Eccleſia, & ibi gl. cœmiterijs. De immunit. Eccleſiæ.

Cauſæ electionum, prouiſionum, & poſtulationum, ſunt ſpirituales, cap. ſi duo, §. ſane. De procuratoribus, lib. 6.

Cauſæ Eccleſiaſticæ, ſicut non pertinent ad iudicem ſæcularem: ſic nec cauſa ſanguinis, ad iudicem Eccleſiaſticum, gl. fi. in can. quoniam, diſt. 10.

Cauſæ Eccleſiaſticæ per canones ſunt decidendæ, ſi reperiantur ſuper illo negotio diſponere: vel recurrendum eſt ad dicta ſanctorum, doctorum, & ad ſedem Apoſtolicam, can. de libellis, diſt. 20.

in Cauſis ſpiritualibus, vt in matrimonio, non eſt vtendum legibus imperialibus: ſed in alijs, licitum eſt eis vti, ſi non obuient canonibus, gl. pe. in can. cum ad verum, diſt. 69.

in Cauſis ciuilibus Eccleſiaſticis, vel proprijs, Epiſcopi & ſacerdotes debent habere procuratorem bonæ famæ: criminales vero per ſe tractabunt, can. quia Epiſcopus, 5. q. 3.

13 Cauſarum alia eſt Eccleſiaſtica, alia ſæcularis, gl. 1. in ſumma, 11. q. 1.

Cauſarum Eccleſiaſticarum alia eſt ſpiritualis, alia criminalis, alia ciuilis, ibid.

Cauſa ſpiritualis eſt illa, vbi agitur de decimis, vel matrimonijs, ibid.

Cauſa Eccleſiæ non eſt ſingulorum canonicorum, ſed tantum dicitur Eccleſiæ, gl. 1. in can. 1. 14. q. 2.

Cauſa mediocris dicitur, cum tale eſt crimen, quod non inducit depoſitionem, in quo poteſt interuenire procurator, gl. pe. in can. præter. 16. q. 1.

Cauſæ omnes ad forum Eccleſiaſticum quomodolibet pertinentes, etiamſi ſint beneficiales, in prima inſtantia coram Ordinarijs locorum dumtaxat debent cognoſci. Concil. Trid. ſſ. 24. De refor. cap. 20.

Cauſæ omnes Eccleſiaſticæ, in prima inſtantia coram Ordinario debent terminari omnino infra biennium, à die motæ litis: alioquin poſt id ſpatium liberum eſt partibus, vel alteri illarum, adire iudices ſuperiores competentes, qui cauſam, in eo ſtatu quo fuerint, aſſumant, & quam primum terminari curent, d. cap. 20.

14 Cauſæ Eccleſiaſticæ, in prima inſtantia ante biennium tractandæ committi alijs non debent, nec auocari, nec appellationes interpoſitæ per ſuperiores quaſcumque debent recipi, niſi a diffinitiua, vel a diffinitiuæ vim habente, & cuius grauamen per appellationem a diffinitiua reparari nequeat, ibid.

Cauſæ quædam excipiuntur, & non tractantur in prima inſtantia coram Ordinarijs: ſed iuxta canonicas ſanctiones apud ſedem Apoſtolicam ſunt tractandæ: & etiam illæ, quas ex rationabili cauſa ſummus Pontifex per ſpeciale reſcriptum committerit, vel auocauerit, Concil. Trident. d. cap. 20.

Cauſæ Eccleſiaſticæ & ſpirituales, & ad forum Eccleſiaſticum pertinentes, præter Ordinarios, poſſunt committi illis perſonis, quæ a concilijs prouincialibus, & ſynodalibus, habentes ad id qualitates aptas, ſunt deſignatæ. Concil. Trid. ſſ. 25. De refor. cap. 10.

Cauſas Ordinarij & alij iudices debent terminare quanta fieri poterit breuitate: & litigatorum artibus, ſeu in litis conteſtatione, ſeu in alia parte iudicij differenda, modis omnibus, aut termini præfixione, aut competenti alia ratione debent occurrere. Concil. Trid. d. cap. 10.

Reliqua in verbo, Spiritualis. Eccleſiaſtica.

15 CAVSAE matrimoniales olim tractabantur apud Epiſcopos prouinciæ: hodie tamen cognitio cauſæ matrimonialis ſpectat ad iuriſdictionem Epiſcopalem, vnde alij non poſſunt cognoſcere, niſi ex conceſſione, vel alia cauſa, gl. fi. in can. 1. 33. q. 2.

Cauſæ matrimonialis iuriſdictio poteſt præſcribi ab inferiori Epiſcopo, ibid.

in Cauſa matrimoniali criminali, nec per gratiam, nec per compoſitionem licitum eſt diſcedere: vnde ſi aliqui faciant gratiam inter ſe indebito modo, iudicis eſt inquirere: vbi autem volunt diſcedere ex iuſta cauſa, iudex debet indulgere abolitionem, gl. pe. in cap. 1. De colluſione deteg.

in Cauſa mixta, putà cùm agitur ad thori ſeparationem, poteſt quis quando vult diſcedere, ibidem.

in Cauſis matrimonialibus, ſi agatur de fœdere matrimonij, ad impediendum, vel dirimendum, vel ad declarandum; vt quia vindicatur coniux negans contractum, ſemper poteſt procedi ſummariè & de plano, clem. diſpendioſam, & ibi gl. matrimonijs. De iudicijs.

in Cauſa matrimoniali quando agitur de dirimendo matrimonio, quod à principio non tenuit, vt contractum inter infideles: ſiue quod a principio tenuit, ſed poſtea dirimi propter creatoris contumeliam ſuperuenientem, ſummariè & de plano procedi poteſt, d. clem. diſpendioſam, & ibi gl. matrimonijs.

in Cauſa matrimoniali cum de fœdere agitur, per vetera iura procedi non poterat lite non conteſtata, niſi parte contumace: hodie vero ſecus, ibidem.

in Cauſa matrimoniali, quando agitur de crimine adulterij ad ſeparationem matrimonij, non poteſt procedi ſummariè: ſed ordine iudiciario ſeruato, d. gl. matrimonijs, ibid. 16

in Cauſa ſponſalium poteſt procedi ſummariè, ib.

Cauſa matrimonialis, & criminalis, non iudicio decani, Archidiaconi, vel aliorum inferiorum etiam viſitando, ſed Epiſcopi tantum examini, & iuriſdictioni relinquuntur, etiamſi in præſenti, inter Epiſcopum & Decanum, ſeu Archidiaconum, vel alios inferiores, ſuper cognitione iſtarum cauſarum, lis aliqua in quacumque inſtantia pendeat. Concil. Trid. ſſ. 24. De reform. cap. 20.

in Cauſa matrimoniali, ſi coram Epiſcopo pars probauerit vere paupertatem, non cogitur extra prouinciam in ſecunda inſtantia, nec in tertia litigare: niſi altera pars & alimenta, & expenſas litis, velit ei ſubminiſtrare, ibid.

in Cauſis matrimonialibus & criminalibus, legati etiam de latere, & nuncij, & alij quarumcumque facultatum vigore, non debent Epiſcopos impedire, aut aliquo modo eorum iuriſdictionem illis præripere vel turbare: imò nec contra clericos, vel alias perſonas Eccleſiaſticas poſſunt procedere, niſi prius Epiſcopo requiſito, & negligente eo: alias eorum ordinationes & proceſſus ſunt nullius momenti. Concil. Trident. d. ſſ. 24. De reform. cap. 20.

Reliqua in verbo, Matrimoniales.

CAVSA ciuilis inter Epiſcopum & ſibi ſubditum, debet per arbitros tractari, gl. delegatus. De officio Ordina. 17

Cauſæ ciuilis appellatione, non venit cauſa, in qua agitur de crimine: licet ciuiliter, cap. teſtimonium, 54 De teſtib.

in Cauſa ciuili licitum eſt recedere à lite per gratiam, & per tranſactionem, ſine aliqua pœna, vel nota: niſi in actione famoſa, in qua non licet tranſigere ſine iudicis authoritate: alias notatur infamia, gl. pe. in cap. 1. De colluſione detegen.

in Cauſis criminalibus, & etiam ciuilibus requiritur ſcriptura, niſi in quibuſdam caſibus exceptis, vt in cauſa dilapidationis, & alijs, gl. 1. in can. ſtatutis, & can. legum, 2. q. 1.

Cauſa Eccleſiaſtica ciuilis, ſeu pecuniaria eſt, vbi agitur de rebus temporalibus, gl. 1. in ſumma, 11. q. 1.

Cauſa ſæcularis eſt duplex, quædam ciuilis, alia criminalis, & in his omnibus numquam conuenitur clericus, niſi ſub Eccleſiaſtico, ibid.

in Cauſa ciuili, contra contumacem mitius agitur, quam in criminali, gl. pe. in cap. quicumque, 11. q. 3.

Reliqua in verbo, Ciuilis.

CAVSA criminalis inter Epiſcopum & ſibi ſubditum, ratione iniuriæ ſibi illatæ, debet tractari coram metropolitano, gl. delegatus, in cap. irrefragabili, §. cæterum. De officio Ordin. 18

Cauſæ criminales & ciuiles, non per omnia regulantur eiſdem regulis, maxime in compulſione teſtium, cap. pe. De teſtib. cogend.

Cauſæ ſanguinis, & etiam ciuiles ſeculares, non debent agitari in Eccleſia, vel cœmiterijs, cap. cum Eccleſia, & ibi gl. 2. De immun. Eccleſ.

in Cauſa criminali, ante litem motam, licitum eſt diſcedere per gratiam: ſed non poſt litem motam: niſi authoritate iudicis, & conſenſu rei, qui ſuppoſitus fuit tormento, vel fuit infamatus ex hoc, gl. pe. in cap. 1. De collus. detegen.

in Cauſa criminali deſiſtens, incidit in Turpilianum ſi publicum crimen intendit; & fideiuſſor punitur in quantitate promiſſa, & accuſator ipſe notatur infamia, & extraordinariè pro motu iudicis punitur, ibid.

Crimen omne ſecundum canones quaſi publicum cenſetur: vnde per tranſactionem ſeu gratiam recedere non licet: quod ſi fecerint inter ſe gratiam, vel aliquam colluſionem, nihilominus inquiretur de crimine: iudex tamen, ſi de illo crimine poſſet diſpenſare, præſtare poteſt authoritatem ſi voluerint inter ſe gratiam præſtare, ibid.

Cauſæ criminales olim tractabantur in ſynodo, tàm Epiſcopali, quam Archiepiſcopali, cap. 1. De purgat. canon.

Cauſarum appellatione generaliter prolata, non comprehenduntur cauſæ criminales, cap. licet. De officio vicarij, lib. 6.

Cauſæ criminales de iure canonico delegantur, cap. 5. De accuſat. 19

Cauſæ criminales Epiſcopi, debent diffiniri à Papa, & ad eum ſolum ſpectant, can. dudum, 3. q. 6.

Cauſa criminalis Epiſcopi debet à metropolitano cum duodecim Epiſcopis comprouincialibus audiri, & per ſolum Papam, vel eius authoritate terminari: aliter ſententia lata non tenet, quamuis lata ſit etiam iuſta cauſa, niſi per Papam pro bono pacis fuerit tolerata, can. hæc quippe, 3. q. 6.

Cauſa

Cauſa criminalis Epiſcopi, per duodecim Epiſcopos comprovinciales auditur: quod ſi in prouincia non fuerint, tot debet conuocare metropolitanus de vicinioribus prouinciis, can. ſi. & ibi gl. 1. 3. q. 8.

Cauſæ criminales Epiſcoporum, non poſſunt terminari vel audiri, niſi in ſynodo authoritate Papæ congregata: & contrafactum eſt irritum, can. 1. 5. q. 4.

Cauſæ criminales Epiſcoporum, poſſunt audiri ab inferiori à Papa: ſed diffiniri & terminari ſine ſpeciali ſedis Apoſtolicæ mandato non poſſunt, gl. 1. ib.

Cauſa criminalis Epiſcopi, debet audiri à duodecim iudicibus, electis ab Archiepiſcopo: deciſio vero vel diffinitio debet reſeruari Papæ. can. 2. 5. q. 4.

in Cauſa criminali reus poteſt eligere iudices, ibid.

20 in Cauſa criminali probationes debent fieri diſtrictiſſime, can. Epiſcoporum, & ibi gl. pe. 5. q. 6.

de Cauſis criminalibus Epiſcoporum, vel de communibus cauſis, metropolitanus nihil poteſt agere abſque comprouincialium Epiſcoporum præſentia: nec Epiſcopi ſuffraganei poteruut abſque metropolitano, can. Archiepiſcopus, 9. q. 3.

Cauſa Eccleſiaſtica criminalis, vbi agitur de crimine Eccleſiaſtico, ſcilicet hæreſis, vel vſurarum, eius examinatio pertinet ad iudicem Eccleſiaſticum, gl. 1. in ſumma, 11. q. 1.

in Cauſa criminali Epiſcopi, Presbyteri, vel Diaconi, aliquibus recuſans, debet reus alios iudices eligere, can. iudicis, 11. q. 1.

Cauſa criminalis, examinanda eſt præſentibus partibus & legitime citatis, vel contumaciter abſentibus, can. eorum, 11. q. 3.

in Cauſa criminali, nullus poteſt agere, vel reſpondere per alium, ibid.

Cauſæ criminales grauiores contra Epiſcopos, etiam hæreſis, quæ depoſitione aut priuatione dignæ ſunt, ab ipſo ſolummodo Romano Pontifice debent cognoſci, & terminari. Concil. Trident. ſſ. 24. De reform. cap. 5.

Cauſæ criminales grauiores contra Epiſcopos, quæ neceſſario extra Romanam curiam ſunt committendæ, nemini prorſus debent committi, niſi metropolitanis, aut Epiſcopis à Beatiſſimo Papa eligendis: & talis commiſſio debet eſſe ſpecialis, & manu ipſius Sanctiſſimi ſignata: quibus non debet tribuere plus quàm vt ſolam facti inſtructionem ſumant, proceſſumque conficiant, & quam ſtatim ad Papam tranſmittant, reſeruata eidem ſanctiſſimo ſententia diffinitiua. Concil. Trid. d. cap. 5.

Cauſæ criminales minores Epiſcoporum, à concilio tantum prouinciali debent audiri, cognoſci, & terminari, vel à deputandis per concilium prouinciale, ibid.

Reliqua in verbo, Criminalis. Eccleſiaſtica, 1. Epiſcopus, 120. vſque 126.

21 CAVSARVM vniuerſitas recte poteſt committi, gl. 2. in cap. cam te. de reſcript.

de Cauſæ meritis vbi non poteſt fieri in curia plena fides, debet committi in partibus, cap. ſcriptum, 40. verſ. verum. de electione.

Cauſa ſimpliciter & indefinite ſi committatur, commiſſa cenſetur cauſa poſſeſſionis & proprietatis, quia cauſæ continentia diuidi non debet, gl. 1. in cap. 2. de cauſa poſſeſ.

Cauſæ hodie non committuntur à Papa, vel ab eius legatis, niſi perſonis in dignitate conſtitutis, vel canonicis in cathedralibus Eccleſijs, vel alijs collegijs venerabilibus, gl. Monacho, cap. cum olim, de priuileg. cap. ſtatutum, 11. de reſcr. lib. 6.

Cauſæ non debent committi, niſi in ciuitatibus, vel alibi, vbi poteſt haberi copia peritorum, ibid.

Cauſa poteſt delegari de conſenſu expreſſo partium, etiam extra locum à iure conſtitutum, & iudex poterit cognoſcere, gl. 2. in cap. ſtatutum, 11. de reſcript. lib. 6.

22 Cauſa non poteſt delegari manſionarijs, & Canonicis inſtitutis in collegiatis, ſed ſolis Canonicis Eccleſiarum cathedralium debet fieri commiſſio, gl. 2. in d. cap. ſtatutum, 11. de reſcript. lib. 6.

Cauſæ poſſunt committi maioribus 20. annis, ſed à Papa: poterunt etiam minoribus, gl. dignitate, ibid.

Cauſæ poſſunt committi Officialibus Epiſcoporum, principalibus & foraneis, Prioribus, religioſis conuentualibus, ſed clauſtralibus, gl. obtinent, ibid.

Cauſæ committi non poſſunt habentibus perpetuum officium in Eccleſia Cathedrali, ſine dignitate & Canonia, gl. Canonicis, ibid.

Cauſæ committi non poſſunt Eccleſiæ cathedralis Canonicis, minoribus viginti annis, & aliter factæ commiſſiones, non valent, niſi de certa ſcientia Papæ appareat, d. gl. Canonicis.

Cauſæ delegationis tempore, ſi fuerit Canonicus ille, cui cauſa fuit commiſſa, ſed tempore præſentationis, non poterit cognoſcere de cauſa; ſecus è conuerſo, ſi delegationis tempore non fuiſſet Canonicus, licet eſſet tempore præſentationis, ibid.

Cauſæ vnius articulus, vel mera executio, poteſt committi cuilibet clerico, gl. cauſæ, ibid.

Cauſæ non committuntur ſine iuriſdictione, ibid.

23 Cauſæ commiſſio facta clerico à Papa valet, ſi in literis vocat eum ſimplicem clericum: quia videtur id ex certa ſcientia feciſſe, cum id in literis expreſſerit. gl. literatum, ibid.

Cauſas poterit ordinarius committere etiam ſimplici clerico, & valet commiſſio: ſecùs eſt in commiſione facta à Papa, niſi ex certa ſcientia committat: quia Epiſcopus, vel Ordinarius habet maiorem notitiam clericorum ſuæ diœceſis, quam Papa clericorum totius orbis, gl. ſedis Apoſtolicæ, ibid.

Cauſæ commiſſio ſi fiat non habenti qualitates requiſitas, eſt ipſo iure nulla: adeo quod proceſſus factus ab eo, etiam partibus non excipientibus de defectu qualitatis requiſitæ, non valet, gl. committantur, ibid.

Cauſæ poſſunt committi etiam extra loca inſignia, dummodo agitentur illæ in locis inſignibus, gl. nec audiantur, ibid.

Cauſæ, per delegationem Papæ poſſunt agitari in ſuburbiis inſignium ciuitatum, in quibus agitandæ ſunt cauſæ commiſſæ, ibid.

Cauſæ actore & reo eiuſdem diœceſis exiſtentibus, non debet committi extra illam, niſi cum cauſa: & tunc non vltra vnam dietam, d. cap. ſtatutum, §. cum verò. de reſcript. lib. 6.

Cauſæ etiam actore & reo eiuſdem diœceſis exiſtentibus, poteſt committi extra illam, per vnam dietam, quando ab Epiſcopo contra aliquem de ſua diœceſi, vel ab aliquo contra eum, aut contra eius capitulum, vel contra vniuerſitatem ciuitatis, vel villæ actio eſt dirigenda: item quando actor non audet intrare ciuitatem diœceſis, vt quia ſit relegatus, vel propter partialitates, vel quando potentiam aduerſarij perhorreſcit, de quo timore per ſuum iuramentum fidem facere debet: aliàs repelletur à iudice, & condemnabitur in expenſis, ibid. 24

in Cauſarum commiſſione, dietæ computari debent, quoad agitandum iudicium, à fine diœceſis, vbi agitari debet, ibid.

Cauſæ delegatio facta in vno loco, poteſt partium conſenſu fieri in alio loco, gl. non committantur, ibid.

Cauſæ delegatio extra diœceſim, etiam vltra vnam dietam fieri poteſt cum partium conſenſu: cùm, quod vltra vnam dietam non committatur, fuerit inductum in partium fauorem, ibid.

Cauſæ commiſſio tenet, ſaltem iure recuſationis, quando cauſa Epiſcopi, vel capituli, commiſſa eſt in diœceſi Epiſcopi: intellige niſi recuſationis exceptio obijciatur, gl. poſſit, ibid.

Cauſæ, etiam in actionibus realibus ex iuſta cauſa, non poſſunt committi vltra vnam dietam diœceſis, rei & actoris, computandam à loco domicilii, non à loco rei petitæ, vel originis, gl. vnam, in cap. ſtatutum, §. cum vero. de reſcript. lib. 6.

Cauſa delegari debet in diœceſi rei, vel in alia diœceſi per vnam dietam non diſtante, quando actor & reus ſunt diuerſæ diœceſis, d. cap. ſtatutum, §. cum autem.

Cauſæ meri imperij, vel gladij poteſtatis, non delegantur ſecundum leges: ſecus ſecundum canones, gl. 1. in reg. poteſt quis, 68. de reg. iuris, lib. 6

Cauſarum delegationes aliorum iudicum alijs, quàm iudicibus ſynodalibus factæ, poſt deſignationem perſonarum à ſynodo diœceſana, ſubreptitiæ cenſentur, Concil. Trident. ſs. 25. de reform. cap. 10.

Reliqua in verbo, Delegari. Delegatio. Delegata. Committi. Commiſſio. Commiſſa.

CAVSATVM cuius eſt malum, ipſum quoque eſt malum gl. ſi. in cap. cum clerici. de cenſibus.

CAVERI debet ex eo, quod ſolet aliquid fieri, gl. 1. in can. de Siraculanæ, diſt. 28.

CAVTIO de rato, regulariter peti & dari debet ante litis conteſtationem: fallit in conſorte eiuſdem litis agentis ſine mandato, à quo peti poteſt cautio de rato, etiam poſt litis conteſtationem, gl, 1. in cap. cum M. de conſtit.

Cautio de iudicatum ſoluendo, tria continet, quod defendat reum in cauſa, & quod dolum non committat, & quod ſoluat iudicatum, gl. 1. in cap. mandato. de Priorib.

Cautio de iudicatum ſoluendo, debet interponi à domino, quando præſens conſtituit procuratorem, dum conuenitur: ſed ſi abſens extra iudicium conſtituit debet cautionem interponere pro ſuo procuratore, per quam fideiuſſorj exiſtat ſub hypotheca rerum: alias ipſe procurator debet dare dictam cautionem, quantumcumque locuples & idoneus ſit, ibid.

Cautionem de rato non præſtat procurator rei ſcilicet, rem ratam dominum habiturum, cum & ſi dominus ratum non habeat, nihilominus ipſe debet ſoluere de burſa ſua, quia eum reuocare non poteſt, ibid.

Cautionem duplicem, ſcilicet de iudicatum ſoluendo, & dominum rem ratam habiturum, tenetur præſtare procurator rei, vbi retractare, vel reuocare poteſt dominus, quod actum eſt, vt cum quaſi defenſor conuenitur rei vendicatione, vel communi diuidundo, vel familiæ herciſcundæ, & finium regundorum; & Eccleſiæ vel minor, & reſtitutionem in integrum poſtulando, & cauſa ſtatus, cùm ſeruus proclamat ſe in libertatem contra procuratorem domini, ibid.

Cautionem de iudicatum ſoluendo, non tenetur præſtare tutor, ſicut nec vetus dominus eam præſtat. gl. 1. cap. mandato. De procuratoribus.

Cautiones de rato, & de iudicatum ſoluendo, peti debent & præſtari ante litis conteſtationem, ibid.

Cautionem de iudicatum ſoluendo non præſtat procurator vniuerſitatis, vel collegij, quia ſuſtinet vicem vniuerſitatis, & iurat de calumnia in animam propriam, quia quaſi dominus intelligitur, ſicut, & tutor. ibid.

Cautionem debet præſtare quis, vbicumque in dubio admittitur, gl. fi. in cap. ſeſcenata. De in integr. reſtitutione.

Cautio eſt præſtanda ab eo, qui mittitur in poſſeſſionem cauſa rei ſeruandæ, de fructibus reſtituendis, ſi ſuſpectus ſit de lapidatione, ibid.

Cautio, quam tenetur præſtare reus, veniens intra annum ad recuperandam poſſeſſionem, id eſt detentionem in quam miſſus eſt actor ob eius contumaciam, debet eſſe ſufficiens, id eſt pignoratitia, & fideiuſſoria, gl. cautio, in cap. quando frequenter. §. in alijs. Vt lite non conteſtata.

Cautio ſufficiens dicitur, ſi pignora, vel fideiuſſores dentur: ſed nomine cautionis ſimpliciter poſito, intelligitur nuda cautio, gl. pe. in cap. ex tranſmiſſa, & gl. ſufficienti, in cap. ſi. De reſtitut. ſpoliat. gl. fi. in cap. 1. De ſequeſtr. poſſ. & fru. gl. idonea, in cap. 2. De vſur. lib. 6. gl. 3. in cap. ad noſtram. De iureiur. gl. cautione, in cap. qua fronte. De appellat.

Cautio de rato ſpeciali iure poteſt dari poſt litis conteſtationem, in cauſa conſortis litis, gl. 1. in cap. cum dilecti. De dolo & contum.

Cautio idem eſt quod ſcriptura, ſiue publica, ſiue priuata, gl. 1. cap. ſi cautio. De fide inſtrum.

Cautionis ſufficientis nomine, intelliguntur pignora & fideiuſſores; ſed qualitas ipſius cautionis, eſt in iudicis arbitrio: hoc eſt illa fideiuſſio, vel pignora, an ſit cautio ſufficiens iuxta negotij leuem, vel magnam qualitatem, eſt in iudicis arbitrio, gl. 2. in cap. ex publico. De conuerſ. coniugat.

ad Cautionem idoneam qui tenetur ex iuris diſpoſitione, ſi non poteſt illam præſtare, admittitur præſtans illam quam poteſt, puta iuratoriam, cap. per veſtras. De donatio. inter virum, & gl. ſufficienter, in cap. fi. De officio Ordin. lib. 6.

3 Cautio ſufficiens debet præſtari pro contumacia, vel crimine manifeſto; item cum data eſt poſſeſſio, cauſa rei ſeruandæ, gl fi. in cap. ad hæc. De ſententia excommunicat.

Cautio ſola iuratoria ſufficit, cùm quis eſt excommunicatus pro iniectione manuum in clericum, ib.

Cautio non ſufficit, vbi ius requirit reſtitutionem, gl. reſtitutionem, in cap. fi. De officio Ordinar. lib. 6.

Cautio non ſufficit vbi requiritur ſatisfactio, gl. ſatisfactum, in cap. pe. de immunit. Eccleſiar.

Cautionem idoneam dare obligatus, ſi pignora & fideiuſſores dare non poteſt, debet iurare ſe pignora & fideiuſſores dare non poſſe: & ſe facturum quod cauet: maxime quando veriſimile eſt eum aliam dare non poſſe, ibid.

Cautionis verbum nudam promiſſionem continet, gl. & idoneæ, in cap. fi. §. præſenti, de pœnis, l. 6.

Cautio idonea vel ſufficiens dicitur, cum pignoribus ſeu fideiuſſoribus: quod ſi dare non poſſit, qui ad id tenetur, dabit iuratorium, vel cauebit ſub hypotheca rerum ſuarum ibid.

4 Cautio iuratoria pro indemnitate rerum Eccleſiæ, ante & poſt electionem rectè poteſt præſtari, ſi ita habetur de iure vel conſuetudine: à ſuperiore tamen quælibet cautio peti poteſt, gl. 1. in ſumma, 3. q. 2.

Cautioni iuratoriæ plus creditur quandoque, quàm pignoratitiæ, contrà regulam, *Plus cautionis eſt iure, quam in perſona*, gl. denuo, in cap. ſuppliciter, 23. q. 3.

Cautio triplex, quandoque dicitur idonea cautio: tamen lex dicit quod idonea cautio dicuntur pignora & fideiuſſores, gl. 1. in cap. 1. de conſecrat. diſt. 4.

Cautionem quam tenetur præſtare vſufructuarius, non poterit teſtator remittere vſufructuario: ſed cum fauore heredis talis cautio ſit inducta, ipſe heres poterit ei remittere, gl. 2. in cap. cum conſtet, De pignor.

Cautionem tenetur præſtare vſufructuarius, poteſt remitti ipſi vſufructuario, quando certum eſt proprietatem redire ad vſufructuarium, gl. rebus. ib.

Cautionem de vtendo & fruendo, quam vſufructuarius tenetur præſtare, non tenetur præſtare pater habens vſumfructum in bonis filij, nec filius vſufructuarius, ibid.

Cautionis nomine intelligitur nuda promiſſio: ſed cum additione, idonea, vel ſufficiens, intelligitur cautio pignoratitia, vel fideiuſſoria, gl. 2. in d. cap. cum conſtet.

Reliqua in verbo, Satiſdatio.

CAVTELA male tenentis, ſeu iniuſte litigantis eſt, vt non expectata ſententia cedat, cap. 2. verſ. ſed cum. de in integr. reſtit.

ad Cautelam futurorum, aliquid faciendum eſt, gl. 2. in cap. cum deſideres. de ſententia excomm.

CAVTVM non videtur, quod vitioſe cautum, vel ſatiſdatum eſt, gl. debito, in clem. 1. de procurat.

CEDERE bonis non poteſt quis, antequam recognoſcat debitum, vel antequam condemnetur, vel in iure confiteatur, gl. 2. in cap. Odoardus. de ſolutio.

Cedere liti licite poteſt ille, qui diffidit de iure ſuo, gl. fi. in cap. per tuas. de ſimonia.

Cedere beneficio dicitur quis, cum ex toto renunciat illi, clem. 1. de renunciat.

Cedere aliud eſt, & aliud eſt decedere, gl. pe. in cap. ſuſceptum. de reſcript. lib. 6.

Cedens actiones in potentiorem, debet perdere ipſam cauſam, per ſententiam, non ipſo iure, cap. 2. de alienat. iudicij mut. & ibi gl. pen.

Cedens bonis non conuenitur poſtea, niſi in quantum facere poteſt, gl. 1. in facultatibus, in cap. cum tu. de uſuris.

Cedens vnus de choro alicui venienti, debet & cedere ei ſequens, & tertius illi, & ſic deinceps, can. renouantes, & ibi gl. 1. diſt. 22.

Cedens bonis, non eſt fraudandus alimentis quotidianis, gl. fi. in cap. Odoardus. de ſolutio.

Cedens bonis, non tenetur, niſi in quantum facere poteſt, habita ratione ne egeat, ibid.

Cedens ſocius ſeruitutem in fundo communi, mutare non poteſt, licet alij ſocij nondum ceſſerint, gl. 1. in reg. mutare. de reg. iur. lib. 6.

Cedens Papatui, quoad ſedem vacantem, habetur pro mortuo, gl. moriente, in clem. ne Romani, §. ſane. de electione.

CESSIO ſeu renunciatio Epiſcopatus, conſueuit peti propter defectum ſcientiæ, & propter ſenectutem, cap. 1. de renunciat.

Ceſſio facta per pactum in ſpiritualibus, non valet, nec præiudicat cedenti, cap. cum pridem. de pactis.

Ceſſio actionis facta perſonæ diuerſi fori, tanquam aggrauans conditionem rei, fraudolenter facta videtur: & tanquam facta in potentiorem poteſt reuocari, & cedens, & ceſſionarius incurrunt in edictum de alienatione iudicij, cap. 2. de alienat. iudicij mutandi.

in Ceſſionis actionum materia, licite recurrimus ad ius ciuile, d. cap. 2. & ibi gl. 1.

Ceſſio actionis facta in vltima voluntate, valet; niſi res, vel actio legata ſit litigioſa, gl. 2. ibid.

Ceſſio actionis, ſi fuerit facta non potentiori, & actio ſit dubitata, id eſt in iudicium deducta, non tenet ceſſio; non tamen admittitur actio, ſi agit ille qui ceſſit, in caſibus, in quibus non tenet; ſi vero actio non fuit in iudicium deducta, tunc valeret ceſſio illius, ibid.

Ceſſio, vel donatio, vel actionis ex pacto inter viuos potentiori facta, eſt nulla; neque poteſt agere ille ex ceſſione illa: imò cauſam perdunt, qui hoc faciunt, ibid.

Ceſſio facta ex cauſa ſimulata, nulla eſt; & dicitur ſimulata, quando id actum eſt inter cedentem, & illum cui ſit ceſſio, ibid.

Ceſſio actionis, ſi dubitetur an ſit facta ex cauſa ſimulata, vel vera, præſumitur ex cauſa ſimulata, ex eo quod actio, pro parte vendita, & pro parte donata videtur, quo caſu non agit is cui ceditur, niſi ad id quod dedit in ſuperfluo, nec is qui ceſſit, ibid.

Ceſſio actionis præſumitur facta ex cauſa ſimulata, quando pro ea pretium modicum datum eſt: & tunc non agitur niſi ad id, quod datum eſt, ibid.

Ceſſiones in potentiores ſunt odioſæ; quia procedunt ex vitio cupiditatis, gl. pe. ibid.

Ceſſio actionis facta clerico non valet, quia ſimulata præſumitur: quamuis ſit vera ceſſio, vel datio, nihilominus præſumitur facta in fraudem, & auaritiæ cauſa, gl. fi. ibid.

Ceſſio bonorum prodeſt debitori, ne in carcerem detrudatur, gl. fi. in cap. Odoardus. de ſolutio.

per Ceſſionem bonorum non liberatur cedens ab obligatione, ſed ea remanet inefficax propter inopiam; ita quod ſi poſtea perueniat ad pinguiorem fortunam, ſoluere tenetur, ibid.

Ceſſio ſpontanea Prælati admitti debet; ſi ob delictum ſuum venit priuandus per ſententiam: & eſt ſacrum conſilium, vt quis prius cedat, quam expectet ſententiam, cap. fi. & ibi gl. vendicandum. de exceſſibus Prælator.

Ceſſionarius poteſt intentare actiones ſibi ceſſas ab excommunicato, gl. ſemeſtre, in cap. 1. §. verum, de iure patron. lib. 6.

Reliqua vide in verbo, Renunciatio.

CELEBRATIO, extra Eccleſias, etiam in caſu permiſſo non debet fieri, ſine altaris viatico, cap. fi. de priuileg. lib. 6.

Celebrare faciens diuina in loco prohibito, eadem pœna punitur, qua ipſemet celebrans, cap. Epiſcoporum, eod.

Celebrare quotidie, non eſt ſub præcepto, niſi habeat conſuetudo, can. illa, diſt. 12

Celebrans in loco interdicto, ſi eſt clericus ſæcularis, priuatur beneficijs: Monachus vero in arctius monaſterium detruditur, cap. poſtulaſti, §. quæſiuiſti. de clerico excommunicato.

Celebrans in loco interdicto, eſt ſuſpenſus, & irregularis, vnde poſſet deponi, d. §. quæſiuiſti, & ibi gl. celebrare.

Celebrans præſente excommunicato maiori excommunicatione, vel præſentibus interdictis, non eſt irregularis: quandoque tamen licitum eſt celebrare præſentibus interdictis, gl. officia, in cap. Epiſcoporum, de priuileg. lib. 6.

Celebrantes in loco interdicto ſcienter, vltra quàm à iure permittitur, ſunt irregulares: ſecùs ſi celebrant præſentibus excommunicatis, gl. à iure. ibid.

Celebrantes, vel facientes celebrari præſente excommunicato maiori excommunicatione, vel præſente interdicto, licet non ſint ob id irregulares, ſunt tamen vicini irregularitati contrahendæ, gl. pe. in d. cap. Epiſcoporum, ibid.

Celebrans ſcienter in Eccleſia polluta, vel præſente excommunicato maiori excommunicatione, non contrahit irregularitatem, cap. is qui 18. de ſententia excommuni. lib. 6. proximus tamen eſt irregularitati, d. cap. is qui.

Celebrans ſcienter in loco interdicto, in caſibus non permiſſis, irregula-

irregularis, & ineligibilis eſt, & amittit poteſtatem eligendi, cap. is qui, 18. §. fi. de ſententia excommunic. lib. 6. & ibi gl. fi.

Celebrans ignoranter in loco interdicto in caſibus non permiſſis, non incurrit irregularitatem; niſi eſſet talis ignorantia, quæ excuſari non deberet, gl. ſcientes, ibid.

Celebrans diuina, debet habere coadiutorem apud ſe: vt ſi aliqua paſſio, vel corporis inualitudo occurrat, aut fuerit ad terram elifus, tunc talis coadiutor eius vicem exequatur, & officium inceptum adimpleat, can. vt illud. de conceſs. diſt. 2.

Reliqua in verbo, Calix. Altare. Miſſa. Epiſcopus, 144. Clericus, 34. Excommunicatus, 26. 27. 28.

CELEBRIS dictio, dicitur à cælo, & ponitur pro ſancto, pro ſolemni, pro feſtiuo, pro frequentato, gl. celebri, in clem. attendentes. de ſtatu Monachor.

CELLA, dicitur à celando, id eſt occultando, gl. ſecreta, in cap. pe. de verb. ſign.

Cellarum monaſterij appellatione, comprehenduntur loca ſecreta, & ſolitaria a conuerſatione hominum deputata contemplationi, d. cap. pe.

in Cellis, hoc eſt locis ſecretis, ac ſeparatis, & ſolitarijs à conuerſatione hominum vitam degentes, ſunt digni competenti honore, ibid.

ad Cellas & loca ſolitaria tranſire poſſunt religioſi, etiam mendicantes, de ſuperiorum licentia, ibid.

Cella large ſumendo, dicitur camera, quæ eſt etiam intra clauſuram monaſterij: vnde ex cauſa, propter infirmitatem Monachi, diſpenſat Abbas cum eo, vt habeat ſuam cellam extra commune dormitorium, ibid.

Reliqua in verbo, Religioſus.

CELERITAS reprobatur, & eſt generale in omnibus perſonis promouendis. gl. celeritate in cap. fi. de electione, lib. 6.

Celeritas reprobatur propter rei nouitatem, propter reuerentiam ſacramenti recipiendi, propter metum incommoditatis emergendis, propter honeſtatem, vt res clarior habeatur, propter certitudinem habendam, ibid.

Celeritas reprobatur propter reuocandi difficultatem, vt in dandis ſententijs, vel in ipſarum executione, & in legibus condendis; item propter rei dignitatem, & propter periculoſam ſacramenti iterationem, ibid.

Celeritas, ſeu acceleratio deſideratur quandoque, propter metum contaminationis, propter metum defectus, propter metum vſurpationis, propter magnitudinem tranſgreſſionis, propter inobedientiæ culpam, propter debitum obedientiæ, propter rectitudinem diſpenſationis, propter periculum eminens, ibid.

Celeritas deſideratur in cautione damni infecti, ibid.

Celeritate vtendum eſt, in caſibus in quibus illa deſideratur, clem. 2. & ibi gl. clerici, in add. de immunit. Eccleſ.

CELESTEM militem pulſans, non debet ſectari niſi eius forum, can. Cariſſimus, 21. q. 2.

CELSIOR quanto quiſque eſt, tanto & in illis eſt potentior, can. ſunt nonnulli, 16. q. 1.

Reliqua in verbo, Atrium.

CENSEMVS verbum, denotat editionem noui iuris; tamen cum ratio conſtitutionis eſt antiqua, tunc dicitur in antiquum declaratorium, gl. cenſemus, in clem. 2. de conceſs. præbend.

Cenſemus verbum, idem ſonat, quod iudicamus, ſententiamus, ſtatuimus, iubemus, deliberamus, & decernimus, gl. cenſemus, in clem. 2. de probat.

CENSITORES dicuntur, qui ſignant prædia militibus aſſignanda, vel qui auferunt illa non ſoluentibus tributa, & alijs dant: vel iudices, qui vni auferunt, & alij dominium dant, gl. 1. in add. marg. in reg. in argumentum, 78. de reg. iur. lib 6.

CENSVRA Eccleſiaſtica poteſt dici ſententia, cap. Romana, §. pen. de appellat. lib. 6.

Cenſuræ Eccleſiaſticæ appellatione comprehenduntur excommunicatio, interdictum, & ſuſpenſio, & ſecum trahunt executionem; vnde ſequens appellatio non ſuſpendit earum effectum, gl. interdicit, in cap. 1. de his, quæ vi metuſue, cap. quærenti, 20. de verb. ſignific.

Cenſuræ ſententia, appellatur neruus Eccleſiaſticæ diſciplinæ, cap. cum inter. de conſuetud.

ad Cenſuram non debet procedi, niſi cum neceſſe ſit; vt quia non paretur monitioni, clem. 1. de pœnis, & remiſs.

Cenſura Eccleſiaſtica contemni non debet, quia non homo, ſed Chriſtus ligat. can. nemo contemnat, 11. q. 3.

Cenſuræ, & Eccleſiaſtica interdicta emanata à ſede Apoſtolica, vel ab Ordinarijs, publicari & ſeruari debent à regularibus in eorum Eccleſiis, Concil. Trident. ſs. 25. de regularib. cap. 12.

à Cenſuris Eccleſiaſticis, & interdicto debent abſtinere iudices Eccleſiaſtici, tam in procedendo, quàm in definiendo, quandocumque executio realis, vel perſonalis, in qualibet parte iudicij, propria authoritate ab ipſis fieri poterit, Concil. Trident. ſs. 25, de reformat. cap. 3.

Reliqua in verbo, Excommunicatio. Ceſſatio. Diſtributionis.

CENSVS præſtatio, quandoque eſt ſignum exemptionis, cap. præterea, 2. de tranſact. 1

ex Cenſus præſtatione ſola, non arguitur, nec præſumitur proprietas ſubiectionis rei, cuius nomine præſtatur, cap. fi. de cauſ. poſſeſſ. & propr.

ex Cenſus præſtatione aliquo tempore, probatur quaſi poſſeſſio ſubiectionis, quando cenſus præſtabatur in ſignum ſubiectionis; aperte, quia hoc exprimebant: vel tacite, vt quia tempore quo alij ſubditi ibant ad ſynodum, iſti ſoluebant cenſum: ſecus vbi ſolum probatur cenſus ſolutio, ſine aliqua coniectura ſigni ſubiectionis, ibid.

Cenſus præſtatio ſignum eſt æquiuocum: quandoque enim arguit ſubiectionem, quandoque exemptionem, quandoque eſt ſignum protectionis, gl. 2. in cap. fi. de cauſ. poſſeſſ. & propr.

Cenſus quandoque ſoluitur, etiam ad indicium ſubiectionis, gl. 2. in cap. ex conqueſtione, de reſtit. ſpoliat.

Cenſus, de iure communi poſſunt expreſſe conſtitui in fundatione Eccleſiarum, quantum ad inferiores, non quantum ad Prælatos, ibid.

Cenſum, vel canonem non ſoluens per biennium, amittit rei detentionem, & domino reſtituitur res, cap. querelam, 10. de iureiur.

ad Cenſum ſoluendum, vel ad augendum ſolitum, obligare ſe non poteſt rector Eccleſiæ, vel alius beneficiatus, etiam in vita ſua, cap. tua nos, eod.

Cenſus poteſt deberi ratione ſolius conſuetudinis, cap. ad audientiam. de præſcriptio.

Cenſum nouum imponere non poteſt quis monaſterio, cap. ſcientes. de cenſibus.

Cenſus poteſt imponi ab initio, in ipſa fundatione Eccleſiæ, ab ipſo patrono, de conſenſu Epiſcopi, poſtea verò non poteſt imponi, nec impoſitus augeri, gl. arbitrio, ibid. 2

Cenſum petens, debet rationem exprimere, cap. peruenit, 5. eod.

Cenſus, cuius cauſa ignoratur, ſolui non debet, ibid.

Cenſus nouus Eccleſijs imponi non poteſt, nec antiquus augeri, cap. prohibemus, & ibi gl. 3. eod.

Cenſus noui dicuntur, qui ab initio non fuerint impoſiti, & qui ab alijs Eccleſijs non ſoluuntur, gl 1. ibid.

Cenſus, qui in ipſa fundatione imponitur, in ſignum ſubiectionis, puta quod ſingulis annis ſoluat vnum cereum, vel libram ceræ, vel certam quantitatem pecuniæ, puta decem ſolidos, non poteſt augeri ab Epiſcopo, licet augeantur poſſeſſiones, d. gl. 2. ibid.

Cenſus non debent augeri propter vbertatem fructuum: ſed ſi accedat nouum prædium, vel noua parochia, iuſtum videtur habere rationem eius, gl. 3. ibid.

Cenſus poteſt imponi Eccleſiæ authoritate Epiſcopi Eccleſiæ, cap. præterea, eod.

Cenſus de authoritate Epiſcopi, poteſt imponi Eccleſiæ de nouo, vel augeri de nouo, gl. fi. ibid.

in Cenſu Eccleſiæ etiam antiquo, non præſumitur authoritas Epiſcopi, niſi probetur, cap. ſignificatum, 23. eod.

Cenſus ab initio, & tempore fundationis Eccleſiæ, rectè poteſt imponi, ſed ex poſt facto non poteſt, nec etiam per compoſitionem, d. cap. ſignificatum, & ibi gl. de nouo. 3

Cenſus nouus dicitur, qui non eſt impoſitus in fundatione ipſius Eccleſiæ, vel qui non eſt præſtitus tanto tempore, quod ad legitimam præſcriptionem peruenit, d. gl. de nouo, ibid.

Cenſus nouus dicitur etiam, qui eſt impoſitus ante Lateranenſe Concilium, ibid.

Cenſum ab initio fundationis fuiſſe conſtitutum, aſſerens, non iuuatur tempore, niſi conſtet, quod legitime fuerit conſtitutus, ibid.

Cenſus poteſt conſtitui Eccleſiæ per præſcriptionem: ſed cum hoc ſit contra ius, præſcribens debet habere titulum, & bonam fidem: vel quod tanto tempore poſſederit, de cuius initio non ſit memoria, dd. reprob. d. gl. de nouo, in add.

Cenſum nouum poteſt Epiſcopus conſtituere, ex iuſta & rationabili cauſa: alias non, gl. fi. ibid.

Cenſus nouus Eccleſijs non debet imponi, nec vetus augeri, cap. grauis, 25. eod.

Cenſus ſoluendi ſunt, ad antiquam monetam, in qua inſtituti fuerunt, niſi ſit in alterius monetæ ſolutione præſcriptum, cap. olim 20. de cenſib.

Cenſum imponere poteſt Epiſcopus Eccleſiæ inferiori, ex iuſta cauſa, cap. cum venerabilis, 22. eod. 4

Cenſus antiqui, vel penſiones debent ſolui ad antiquam monetam, vel ſi non eſt in vſu, ad eius æſtimationem, cap. pen. eod.

Cenſus antiqui, non debent ſolui ad antiquam monetam in cenſu conſtitutam, ſi illa non ſit in vſu, quia reprobata moneta non liberat ſoluentem, gl. fi. ibid.

Cenſus ſolutio non probat quem exemptum, niſi ex alio deprehendatur: vt quia ſoluitur ad indicium perceptæ libertatis, cap. recepimus. de priuileg.

Cenſum ſoluentes non dicuntur ſerui eorum, quibus habent ſoluere,

uere, cap. authoritate, §. cauſas, & ibi gl. fi. de priuileg. lib. 6.

Cenſus annui ſolutio eſt ſignum ſubiectionis, quando hoc exprimitur in obligatione: ſecus ſi hoc non exprimatur, cap. ſi Papa, §. & eſt, & ibi gl. cenſum, eod.

Cenſum non ſoluunt omnes Eccleſiæ exemptæ, nec omnes Eccleſiæ, quæ cenſum ſoluunt, ſunt exemptæ: quia non probat hoc eſſe, quod ab hoc contingit abeſſe, d. gl. cenſum.

Cenſus ſeu reditus annuus nullo modo poteſt conſtitui, niſi in re immobili, aut quæ pro re immobili habetur de ſui natura fructifera, & quæ nominatim certis finibus deſignata ſit, & niſi in pecunia numerata, præſentibus teſtibus, & notario, & in actu celebrationis inſtrumenti, non autem prius recepto integro iuſtoque pretio. Extrauag. cum onus Apoſtolicæ, Pij Quinti.

in Cenſus conſtitutione prohibentur fieri pretij ſolutiones, quas anticipatas appellant, aut in pactum deduci: & conuentiones directe & indirecte obligantes ad caſus fortuitos, eum qui alias ex natura contractu non tenetur, nullo modo valent; ſicut nec pactum auferens aut reſtringens facultatem alienandi rem cenſualem, ibid.

Cenſum augeri & nouum creari ſuper eadem vel alia re in fauorem eiuſdem perſonæ, vel alterius per eum ſuppoſitæ, pro cenſibus temporis præteriti vel futuri prohibitum eſt, ibid.

in Cenſus contractu, pacta continentia ſolutiones onerum, ſpectare ad eum, ad quem alias de iure & ex natura contractus non ſpectarent, ſunt nulla, ibid.

Cenſus omnes in futurum creandi, non ſolum re in totum, vel pro parte peremptа, aut in fructuoſa, in totum, vel pro parte effecta, ad ratam debent perire: ſed etiam poteſt pro eodem pretio extingui, non obſtante longiſſima etiam immemorabili præſcriptione, non obſtantibus pactis auferentibus talem facultatem, d. extrauag. cum ad onus Apoſtolicæ, Pij Quinti, ſuper cenſib.

Cenſus cum traditione pretij eſt extinguendus per bimeſtre tempus, ante debet id denunciare ei, cui pretium dandum erit, & poſt denunciationem intra annum etiam ab inuito pretium repeti poteſt; & vbi pretium nec volens intra annum exigatur, nihilominus quandocumque redditus extingui poteſt, præuia tamen ſemper denunciatione dicta, ibid.

in Cenſus contractu appoſita pacta continentia pretium cenſus extra caſum prædictum ab inuito, aut ob pœnam, aut ob aliam cauſam repeti poſſe omnino prohibetur, ibid.

Cenſus contractus aliter facti, quam forma præſcripta, in d. extrauag. *cum onus Apoſtolicæ*, *Pij Quinti*, fœneraticij iudicantur, ibid.

Cenſui ſemel conſtitutum pretium, nunquam poteſt ob temporum vel contrahentium qualitatem, vel aliud accidens, nec quoad vltimo contrahentes, mutui vel augeri, ibid.

Reliqua in verbo, Redditus. Chriſtus, 9. Clericus, 70. 71. 72. Eccleſia, 168. 169 170. Exemptio. Præſtationem. Procuratio. Emptio.

CENSVALIS, non cenſetur eſſe ſubiectus ſeruili ſubiectioni, cap. authoritate, §. cauſas. de priuileg. lib. 6.

in Cenſuali contractu, transfertur vtile & directum dominium in recipientem ad cenſum: ſed in contractu emphyteoſi vtile dominium tantum transfertur in emphyteotam, remanente directo dominio apud dominum, gl. iuxta ratam in cap. conſtitutus de religioſ. domibus.

in Cenſuali contractu, ob ceſſationem cenſus, res non cadit in commiſſum, ſed tantum ad ſolutionem penſionis compellitur cenſualiſta: ſecus eſt in emphyteoſi, in qua ob ceſſationem ſolutionis penſionis, emphyteota perdit emphyteoticam rem, & cadit in commiſſum, gl. iuxta, in cap. conſtitutus. de religioſ. domib.

Cenſualis res vbi vendenda eſt, dominus cenſus alijs omnibus præferri debet, atque denunciari debent conditiones, quibus vendenda eſt, & per menſem debet expectari, extrauag. cum onus Apoſtolicæ, Pij Quinti.

in Cenſuali contractu appoſita pacta continentia moroſum cenſus debitorem teneri ad intereſſe lucri ceſſantis, vel ad cambium, vel ad certas expenſas, aut certa ſalaria, aut ad expenſas medio iuramento creditoris liquidandas, aut rem cenſui ſubiectam, vel aliquam partem amittere, aut in aliquam pœnam cadere, ſunt irrita & nulla, ibid.

Reliqua in verbo, Emptio.

CENTENARIVS numerus eſt perfectus, gl. confitebuntur, col. 2. in extrauag. antiquorum. de pœnit. & remiſſ. inter comm.

CERTIORARI non debet is, qui ſciuit, gl. cognouerunt, in cap. cum inter. de electione, gl. fi. in cap. ſi duobus. de appellat. gl. dicat, in can. 1. diſt. 93.

CERTVM dicitur, ſiue proprio nomine, ſiue demonſtratione, quæ vicem proprij nominis, obtinet, deſignetur: aut etiam digito oſtendatur, gl. 1. in cap. ſignificante, 34. de reſcript.

Certum tenere debemus, & incertum dimittere, gl. fi. in can. fi. 30. q. 5. gl. ſecura, in cap. niſi cum pridem, §. nec putes. de renunciatione, gl. 1. in cap. 3. de ſponſal.

Certi qui ſunt, non debent certificari, gl. oſtenderit, in cap. prudentiam, de officio deleg. reg. eum qui certus. de reg. iuris, in 6.

in Certis, non eſt locus coniecturis, gl. electi, in cap. cupientes, §. hac generali. de electione, lib. 6.

Certa perſona poteſt dici, licet ſuo nomine non nominetur, cap. qui contra, eod.

Certus præſumitur quis de facto ſuo, cap. ſi à iudice. de appellat. lib. 6.

Certum expreſſum non dicitur illud, quod ſit in genere: etiamſi genus non poſſit verificari, niſi in vna ſpecie, cap. ne captandæ. de conceſſ. præb. lib. 6.

Certus qui eſt vt homo, certiorari debet vt iudex, gl. 1. ibid.

Certus interdum certiorari debet ad cautelam, ibid.

à Certis non eſt recedendum, pro incertis, can. fi. 30. q. 5.

Reliqua in verbo, Incertorum. Confirmatio, 1. 3. 4. 5. Coniectura, Papa, 12.

CESSANTE cauſa, ceſſat effectus, cap. poſt translationem, & ibi gl. ceſſante. de renunciatione, gl. 1. in reg. in argumentum. de reg. iur. lib. 6.

Ceſſante cauſa conceſſionis, debet etiam ceſſare pariter & conceſſum, gl. fi. in can. fi. diſt. 77.

Ceſſante cauſa impulſiua, remanet ius, quod ex illa cauſa impulſiua ſtatutum eſt, cap. poſt translationem, & ibi gl. ceſſante. de renunciatione.

Ceſſante cauſa finali, ceſſat conſtitutum ex illa cauſa: donec tamen durat illa cauſa, durat etiam quod ex illa cauſa ſtatutum ſit, aut ex illa ſit, ibid.

Ceſſante cauſa, & ceſſat quod ex ea cauſa ſtatutum eſt, quando in conſtitutione dictum eſt, quod ceſſante cauſa ceſſet conſtitutio, ibid.

Ceſſante contumacia, diſpoſitum propter contumaciam ceſſat, cap. 1. de ſupplend. neglig.

Ceſſante cauſa efficiente, non ceſſat effectus iam impreſſus, cap. 1. de bigamis.

Ceſſante neceſſitate propter quam diſpenſatum eſt, ceſſat conſtitutio: quod verum eſt circa facienda, non circa iam facta, gl. 1. in cap. cum argumentum. de reg. iur. lib. 6.

Ceſſante cauſa, ceſſat & conſtitutio; id eſt, quando cauſa ceſſat actu & exemplo: id eſt, vt non poſſit trahi in perniciem exempli, gl. 1. in can. Neophytus, diſt. 61.

Ceſſante cauſa ceſſat & conſtitutio, quando hoc in iure exprimitur, vt ceſſet, d. gl. 1.

Ceſſante cauſa omni, id eſt impulſiua, & finali, & efficiente, tunc ceſſat & conſtitutio, ibid.

Reliqua in verbo, Cauſa 1.

CESSATIO à diuinis, in Eccleſia cathedrali illegitime inducta, non tollit Epiſcopo facultatem celebrandi, cap. irrefragabili, §. cæterum, & ibi gl. 1. de officio Ordin.

Ceſſatio vel ſuſpenſio à diuinis poteſt fieri, & eſt licita propter offenſam, vel iniuriam, cap. quamuis. de officio Ordin. lib. 6.

Ceſſationis à diuinis effectus eſt, quod illa durante, non poſſunt celebrari diuina, d. cap. quamuis, §. fi.

Ceſſatio à diuinis vt fiat à canonicis, oportet quod id poſſint ex conſuetudine, vel alio iure. 2. quod vocentur abſentes ad tractandum de ceſſatione. 3. quod tractent. 4. quod de ceſſando deliberent. 5. quod ſit manifeſta offenſa. 6. quod ſit rationabilis. 7. quod inſtrumento publico vel patentibus literis ante ceſſationem cauſam ceſſationis exprimant. 8. quod illud inſtrumentum, vel literas tradant ei, contra quem ceſſant. 9. quod requirant illum, vt emendet competenter iniuriam vel offenſam: quod ſi non fecerit, tunc locum habet ceſſatio: & poſt ceſſationem debet vtraque pars iter arripere ad ſedem Apoſtolicam, infra menſem per ſe vel per procuratores inſtructos: ex tunc continuatis diebus, habet tempus arbitrarium, quo commode poſſit ire; & omnibus his non ſeruatis, non debet ſeruari ceſſatio, gl. fi. in d. cap. quamuis.

Reliqua in verbo, Canonicus, 23. 24.

CHALDAEA eſt regio, in qua ſita eſt Babilonia ciuitas, gl. Chaldæorum in can. ſi Paulus, 32. q. 5.

Chaldæi Græce feroces intelliguntur: valde enim feroces ſunt, qui propriam voluntatem ſequentes, moribus ſuis parcere neſciunt, ibid.

Chaldæi ignem pro Deo colebant, gl. à Chaldæis, in can. 1. 35 q. 1.

Reliqua in verbo, Babilonia.

CHARACTER in animo impreſſus, non tollitur, gl. pe. in cap. 1. Ne clerici vel mouentes.

Character imprimitur animæ illius, qui ordinatur à non ſuo Epiſcopo: executionem autem talium ordinum non habet, gl. firmitatis, in cap. prouida. de elect. lib. 6.

Reliqua in verbo, Ordo, 9. 12.

CHA-

1 CHARITAS eſt foos viuus, cui non communicat alienus à fide, gl. 1. in rub. de ſumma Trinit. cap. licet, 19. de regular.

Charitas eſt dignior alijs virtutibus, penes quam conſiſtit omne meritum, d. gl. 1. in rub. de ſum. Trin.

Charitas bene ordinata, à ſemetipſo debet incipere, gl. fi. in cap. niſi ſpecialis. de authoritate & vſu palij, gl. 2. in cap. 3. de ſuppl. negl. Prælat.

Charitas nulla poteſt eſſe maior, quàm vt animam ſuam ponat quis, pro amicis ſuis, cap. niſi cum pridem, §. quippe. de renunc.

Charitatem ſi quis non habuerit, nihil eſt etiam ſi corpus ſuum tradiderit, ita vt ardeat, gl. nihil, ib. & gl. 2. in cap. 3. de hæreticis.

Charitas bene ordinata à ſe incipit, gl. fi. in cap. petitio, 32. de iureiuran. gl. 2. in cap. ex parte, 13. de clericis non reſid. gl. vtilitas, in cap. licet. de regul. gl. debitis, in cap. fi. de officio Ordin. lib. 6. cap. coofouemus, in cap. pe. de immunit. Eccleſ. lib. 6. gl. ſibimet, in cap. dilecto. de ſententia excommunicat. lib. 6.

in Charitatis officijs, primo loco illis tenemur obnoxij, à quibus beneficium nos cognoſcimus recepiſſe, cap. cum in officijs. de teſtam.

Charitas operit multitudinem peccatorum, cap. maiores, §. quibuſdam. de baptiſmo.

per Charitatem & io charitate crimina dimittuotur, ibid.

Charitas dicitur recta voluntas bonis terrenis ac ſumptibus ſemper aduerſa, gl. charitas, d. cap. maiores, §. quibuſdam.

Charitas perfecta, foras mittit timorem, gl. 1. in cap. qui ex timore. de reg. iuris, in decretal.

ſine Charitate nemo ſaluatur. Etſi tradidero corpus meum ita vt ardeam, charitatem autem non habeam, nihil mihi prodeſt, gl. in cap. deſleat. de regulis iuris, in decretal.

2 Charitatis perfectio, quandoque ſupplet imperfectum ſcientiæ, gl. excedunt, in clem. 2. de magiſt.

Chariras in quibuſdam eſt perfecta, in quibuſdam eſt imperfecta, gl. non valebit, in clem. fi. de hæreticis.

Charitas perfectiſſima in hac vita non poteſt haberi, ibidem.

Chariras quantumcunique perfecta, deſeri poteſt in via huius peregrinationis, ſed non in patria, gloſ. quarto, ibid.

Charitas prima incipit à ſe ipſo, gl. multo fortius, in extrauag. ſi frarrum. Ioan. 22.

Charitatem non habens in ſe, in alio præſumitur non habere, gl. multo fortius, in extrauag. ſi fratrum. Ioao. 22.

ſine Charitate non eſt ſalus, gl. charitatis, in extrau. quorumdam. Ioan. 22.

Charitas ordinata eſt, quod primo diligamus Deum: ſecundo parentes: deinde filios: poſtea domeſticos: qui ſi boni ſint, malis filijs ſunt præponendi, gl. 1. in can. ſi quis filij, diſt. 29.

ex Charitate actum facere non dicitur ille, qui illum facit, vt alteri detrahat, can. conuiuia, diſt. 44.

Charitas quæ operit multitudinem peccatorum, proprium donum eſt Catholicæ vnitatis, & pacis, can. multæ, 38. r. q. 1.

3 Charitatem habere ſi poteſt quis ſcire per reuelationem, gl. ſciret, in can. Paulus, 2. q. 7.

à Charitate Dei dicebat Paulus, neque mors, neque vita, neque quid aliud me poterit ſeparare, ibid.

Charitatis duo ſunt præcepta; ſcilicet amor Dei, & proximi, can. in ſcripturis, 8. q. 1.

Charitatis & veritatis iuſta ſpernentes, dicuntur prodere Deum, qui eſt veritas & charitas, can. abijt Iudas, 11. q. 3.

cum Charitate ſunt agenda omnia, & noo cum furore can. fraternitas, 12. q. 2.

Charitatem habe, & fac quicquid vis, gl. priuata, in can. duæ ſunt, 19. q. 2.

Charitas vbi non eſt, non poteſt eſſe ibi fides, vel iuſtitia, can. vbi ſana, 74. q. 1.

Charitas ſemel habita, poteſt amitti quantumcumque ſit perfecta, dum eſt quis in via peregrinationis, gl. 1. in ſumma. de pœnitentia, diſt. 2.

Charitatem ne amittat vnuſquiſque debet timere, gl. fi. in cap. radicata. de pœnitentia, diſt. 2.

Charitas & dilectio Dei ſeparat habentem eam ab omni malo affectu: ſicut & mors remouet quem ab omni actu terreno, cap. valida, & ibi gl. fi. de pœnitentia, diſt. 2.

4 Chariras eſt recta voluntas, & ab omnibus terrenis ac præſentibus prorſus auerſa, iuncta vero Deo inſeparabiliter, & vnita igne quodam Spiritus Sancti, cap. chariras eſt. de pœnitentia, diſt. 2.

Charitas eſt donum ſuperoaturale, infuſum à Deo rationali creaturæ, quo diligit Deum ſuper omnia, & proximum ſicut ſeipſum, dd. repet. b. cap. charitas eſt. de pœnitentia, diſt. 2.

Charitas oon quæritur naturali virtute, neque ex actibus noſtris, ſicut alij habitus à nobis quæſiti: ſed a Deo infunditur, d. cap. charitas, ibid.

Charitas expellit omne inquinamentum, ibid.

Charitas non poteſt corrumpi, quoad hoc quod non poteſt diminui, ibid.

Charitas eſt immobilis: intellige, quod non poteſt naturaliter mutari ex uno ſubiecto, in aliud, ibid.

Charitas eſt immutabilis per dimioutionem: ſed mutabilis quoad hoc, vt poſſit augeri, ib.

Charitas eſt omnium virtutum maxima, d. cap. charitas eſt, §. hæc eſt charitas.

Charitas eſt habitus mentis, qui voluntas non eſt, vel motus voluntatis, gl. 1. ibid.

Charitatis præcipuus actus eſt dilectio, d. cap. charitas eſt, §. ergo ſi.

Charitas plurimum iuuat eam habentem, ad reſiſtendum vitijs & peccaris, ibid. 5

Charitatis actus non eſt, amare alium, quia eſt cognatus, contertaneus, conciuis, condiſcipulus: ſed eo tantum reſpectu, quod eſt naturæ noſtræ particeps, & ſupernæ beatitudinis capax, d. cap. charitas eſt, §. proximos.

Charitas numquam excidit: id eſt, non finitur in hac vita, ſed conſumatur in alia: quia fides conuertitur in ſcieotiam, ſpes in rem præſentem, charitas autem augebitur, can. charitas nunquam, & ibi gl. 1. de pœnitentia, diſt. 2.

Chariras non eſt ipſemet Spiritus Sanctus, ſed donum creatum, & infuſum à Deo, diſtinctum ab ipſo Spiritu Sancto, & ab anima in quam infunditur, & cui inhæret. can. vnctio. de pœnit. diſt. 2.

Charitas vera, licet oec ex parte Dei à quo infunditur, neque ex parte ſuæ naturæ ſit amiſſibilis: tamen ex parte ſubiecti, quod eſt vertibile per liberum arbitrium, eſt amiſſibilis, can. ficta, de pœnitent. diſt. 2.

Charitas ficta dicitur, quæ non eſt duratura vſque in finem vitæ; & fragilis, ob fragilitatem quam ſuſcipit ex ſubiecto, d. can. ficta, & ibi gl. 1.

Charitas eſt radix omnium bonorum: cupiditas vero, radix omnium malorum, can. quia radix. de pœnitent. diſt. 2.

Charitas & cupiditas ſimul eſſe non poſſunt: & niſi vna penitus euulſa, alia plantari non poteſt, ibid.

Charitas perfecta reperitur etiam in hac vita, gl. hæc quæ. in can. charitas eſt, à qua, §. fi. de pœnitent. diſt. 2.

Charitas eſt forma omnium virtutum, gl. pe. ibid.

Charitas poteſt creſcere in via ſine termino, ibid.

Charitas maxima in patria, eſt ſupremi ordinis Angelorum, id eſt Seraphica ibid. 6

Charitatem haber, qui pro Chriſto ſuſtinere paratus eſt, cao. qui vult, & ibi gl. 1. de pœnitent. diſt. 2.

Charitas in via poteſt eſſe perfecta, can. charitas in quibuſdam. de pœnitent. diſt. 2.

in Charitate exiſtentibus, omnia Deus cooperatur in bonum, etiam lapſus & errores occaſionaliter, quia fortiores reſurgunt, præbendo occaſionem eis magis ſe humiliandi, & pœnitendi, can. talibus, & ibi gl. fi. de pœnitentia, diſt. 2.

Charitas per pœnitentiam recuperatur, gl. 1. in can. circumciſio. de pœnitentia, diſt. 2.

Charitas & odium ſunt immediatè contraria circa ſuum ſuſceptibile, gl. 1. in can. tolle. de pœnit. diſt. 2.

Charitas ſemel habita poteſt amitti, & hoc non ſolum circa prædeſtinatos, ſed etiam circa præſcitos poteſt contingere, gl. pe. in can. ſi enim, §. fi. de pœoitent diſt. 2.

ſine Charitate nemo poteſt eſſe ſaluus, cau. ſi. de pœnitent. diſt. 7.

Charitas Eccleſiæ, quæ per Spiritum Sanctum diffunditur in cordibus eorum, qui participes ſui ſunt, peccara dimittit: ſed eorum qui noo ſunt, non dimittit, can. Eccleſiæ. de conſecrat. diſt. 4.

Reliqua in verbo, Peccatum, n. 35. 38. 41. Dilectio. Eleemoſina.

CHARITATIVVM ſubſidium, ex manifeſta & rationabili tantum cauſa peti poteſt cum charitate, gl. charitatiuum, in in extrauag. vas electionis, §. præmiſſis quoque. de regular. inter comm.

ad Charitatiuum ſubſidium tenentur Epiſcopo etiam capellæ, & Eccleſiæ ſubiectæ monaſterio, cap. conquerente. de officio Ordinar.

Reliqua in verbo, Subſidium. Epiſcopalis n. 1.

CHIROGRAPHVM qui legauit, & actiones quæ inde competunt videtur legare, gl. reddens, in cap. ſane. de renunciatione.

Reliqua in verbo, Legatum, n. 5.

CHOREA dicitur à choro: enim chorizantes, in ſuis ludicris cantilenis & ſaltibus quodammodo tenent chorum, clem. 1. & ibi gl. choreas. de celebrat. miſſar.

Choreas facere in Eccleſiis non licet, ibid.

Reliqua in verbo, Cantilena. Cantus. Eccleſia, 23. 36.

CHOREPISCOPI ad formam ſeptuaginta duorum diſcipulorum ſunt inſtituti, quibus competunt aliqua, quæ Epiſcoporum ſunt; multa tameo ſunt, quæ non competuot eis, ſed ſolis Epiſcopis reſeruaotur, cao. quamuis, diſt. 68.

Chorepiſcopis prohibeotur presbyterorum, diaconorum, ac virginum conſecratio, conſtitutio, & benedictio, vel vnctio: nec licet eis erigere altaria, nec conſecrare Eccleſias, nec chriſma conficere, nec baptizatorum frontes chriſmate ſignare, nec reconciliare in Miſſa publice pœnitentem, nec formatas vel dimiſſorias litteras mittere, quæ omnia ſolis Epiſcopis competunt, ibid.

Choreſpiſcopi conferebant minores ordines, ſcilicet lectoratum, oſtiariatum, & pſalmiſtatum, gl. 1. ibidem.

Choreſpiſcopi à ſede Apoſtolica, & ab Epiſcopis totius orbis, prohibiti ſunt, can. choreſpiſcopi, di. 68.

Choreſpiſcoporum inſtitutio nimis improba & praua: nam duo ordines inter diſcipulos Domini tantum fuerunt, ſcilicet duodecim Apoſtolorum, & ſeptuaginta duorum diſcipulorum: & vnde ille tertius ordo choreſpiſcoporum proceſſerit, ignotatur: & cum ratione careat, eum extirpare neceſſe fuit, ibid.

Choreſpiſcopi cum per totum mundum fuerint inſtituti, præſumendum eſt, quod ab Apoſtolis vel concilijs fuerint inſtituti: & quamuis hoc non negetur, nihilominus tamen, eo quod ignoratur cauſa inſtitutionis eorum, vſurpabant Epiſcoporum officium, ideo fuerunt prohibiti, vt eſſent, gl. ignoramus, ibid.

CHORVS dicitur locus in Eccleſia, in quo morantur clerici ad cantandum: qui diuiditur ab altari per cancellos, gl. ſed pars, in cap. 1. de vita & honeſt. cler.

Reliqua in verbo, Laicus, 1.

CHRISMA conficitur myſtica ratione, ex oleo, & balſamo: nam per oleum nitor conſcientiæ deſignatur, & per balſamum odor famæ exprimitur: & hoc chriſmate vngi debet Epiſcopus, non tam in corpore, quàm in corde, cap. 1. §. ad exhibendum. De ſacra vnctione, & cap. 1. De ſacrament. non iteran.

Chriſma Epiſcopus debet tenere quolibet anno, vt ſic chriſmentur vel confirmentur omnes volentes recipere, cap. 1. De relig. domibus.

Chriſma certo tempore conficitur omni anno ante Paſcha, gl. 1. in cap. 1. de conſecrat. Eccleſ.

Chriſma fideliter debet cuſtodiri ſub clauibus: & contrà faciens debet puniri, cap. 1. De cuſtodia Euchariſtiæ.

pro Chriſmate pecunia exigi non debet ab Eccleſiis: etiamſi hoc habeat conſuetudo, cap. ea quæ. De ſimonia.

pro Chriſmate vel inueſtitura Eccleſiarum, nihil debet exigi: nec conſuetudo excuſat, nec nominis variatio, vel mutatio, cap. in tantum, 36. eod.

pro Chriſmate vel oleo ſancto recipiens aliquid, pœna canonica punitur, quæ eſt pœna depoſitionis, cum nota infamiæ, gl. 1. ibid.

Chriſma tempore interdicti confici poteſt die cœnæ Domini, cap. quoniam, 19. de ſententia excommunicat. lib. 6.

2 Chriſmate veteri non debet quis chriſmari: & deponitur ſacerdos, qui de illo veteri chriſmate vngit baptizatum: niſi in mortis articulo, gl. fi. ib.

Chriſma vetus non debet eſſe vſui, ibid.

Chriſma debet confici ſingulis annis die cœnæ, & vetus cremari, ibid. & can. literis. de conſecrat. diſt. 3. & gl. 1. in can. presbyteris. de conſecrat. diſt. 4.

Chriſma eſt ſacramentum, gl. chriſmari, in can. 1. diſt. 71.

Chriſma non eſt aliud, niſi balſamum oleo admixtum, gl. 2. in can. 2. diſt. 95.

Chriſma ad baptiſmi ſanctificationem debent petere presbyteri ſingulis annis à ſuis Epiſcopis, per ſe ipſos, aut per diaconus, can. presbyteri, diſt. 95.

Chriſma petentes, & accipientes Abbates ab aliis, quàm à ſuis Epiſcopis, peccant: niſi habeant priuilegium, vt poſſint petere à quibuſcumque velint, gl. 2. in can. presbyteri, diſt. 95.

Chriſma vendi non poteſt, etiam in neceſſitate, cum ſit ſacramentum, gl. 1. in can. placuit, 101. 1. q. 1.

Chriſmate conſecrato ab Epiſcopo debent presbyteri baptizatos vngere: ſed non debent vngere in frontibus, quod tantum fit ab Epiſcopis, cum tradunt paraclitum, can. presbyteris. de conſecr. diſt. 4.

3 Chriſmate pannum ſecundo linire, & ſuper alium baptizatum mittere, licitum eſt, can. ſi quis voluerit. de conſecr. diſt. 4.

Chriſmate veteri non licet baptiſmum conſecrare, can. ſi quis de alio. De conſecr. diſt. 4.

Chriſma presbyteri non debent accipere, niſi à propriis Epiſcopis, nec per minorem clericum, ſed per ſeipſos aut per eum qui eiuſdem ordinis ſit, petere debent, can. presbyteri. De conſecr. diſt. 4.

Chriſma conficere ſingulis annis, & per diœceſes deſtinare Epiſcopo licitum eſt, can. omni tempore. de conſecr. diſt. 4.

Chriſmate vngere in fronte non licet presbytero, etiam cum licentia Epiſcopi: de licentia tamen Papæ recte poteſt, gl. fi. ibid.

Chriſmationem in fronte ex contemptu ſuſcipere dimittens non eſt plene Chriſtianus, gl. fi. in cap. reſponſo. De ſententia excommunicat.

Chriſmatio frontis fit à ſolo Epiſcopo: presbyteri tamen chriſmant in vertice, gl. frontis, in cap. 1. §. fi. de cognatione ſpirit.

Chriſmare baptizatos in fronte prohibitum eſt de iure presbyteris: ſed tamen Gregorius Papa inunus, & pro ſcandalo ſedando, conceſſit hoc presbyteris, vt in defectu Epiſcoporum & in extrema neceſſitate, poſſent baptizatos chriſmare in fronte, can. 1. & ibi gl. 1. & can. 2. §. ſed iſtud, diſt. 95.

Reliqua in verbo, Balſamum. Confirmatio, n. 8. 9. Epiſcopus, 15. 145. Conſecratio, 1. 4. Presbyter, 12. 13. Vnctio.

CRISIS quandoque ſignificat aurum, quandoque ſecretum, quandoque iudicium, gl. 1. in cap. ſignificaſti. De electione.

Reliqua in verbo, Aurum.

CHRISTVS venit in mundum, vt pacem doceret, gl. pacificus, in proœmio Decret. 1

Chriſtus regnum ſuum non eſſe de hoc mundo dixit, ib.

Chriſti omnis actio debet eſſe veſtra inſtructio, cap. ſignificaſti, 4. De electione, gl. 1. in proœ. li. 6. clem. 1. De magiſt. can. nihil contra, 2. q. 1.

Chriſti omnis actio non eſt noſtra lectio, gl. 1. in can. ſi quis. de conſecrat. diſt. 4.

Chriſtus eſt verus Deus & verus homo, gl. puri homines, in cap. quanto. De transl. Epiſcop.

Chriſtus eſt aliquid ſecundum quod homo eſt, ibid.

Chriſtus eſt caput Eccleſiæ, cap. 1. §. in veteri, & ibi gl. perſonam. De ſacra vnctione.

Chriſti corpus non datur paruulis, gl. fi. in can. ſi qui apud. de conſecrat. diſt. 4.

Chriſtus dicitur à chriſmate, vel potius à Chriſto dicitur chriſma, non ſecundum nominis formam, ſed ſecundum fidei rationem, cap. 1. §. quia vero. De ſacra vnctione.

Chriſtus fuit natus in Bethleem, nutritus in Nazareth, ſepultus in Hieruſalem in ſepulchro Ioſeph, gl. alienam, in cap. 1. de ſepultur.

Chriſtus fuit verus Deus & verus homo: habuit enim duas naturas in vno corpore, cap. in quadam. de celebr. miſſar. 2

Chriſtus eſt veritas, ibid.

ex Chriſti latere exiuit vera aqua, ibid.

Chriſtum non fuiſſe verum Deum, ſed adoptiuum dixerunt miſeri Arriani & Bonoſiani hæretici, cap. in quadam, eod. & ibi gl.

Chriſtum non fuiſſe verum hominem, ſed phantaſticum aſſerebant impij Manichæi, ibid.

Chriſtus orauit pro Petro, vt non deficeret eius fides: vnde infertur, quod fides Chriſtiana non deficiet, quia non eſt præſumendum, quod Chriſtus fuit fruſtratus labijs ſuis, cap. maiores. De baptiſ.

Chriſti hæres non eſt ille, qui pacem eius teſtamento relictam non habet, gl. pacem, in cap. ad Apoſtolicæ, §. ſed licet. de re iudic. lib. 6.

Chriſtus Græcè, Latinè vnctus dicitur: Chriſtiani vero dicuntur à Chriſto, gl. Ieſu, in cap. 2. de immunit. Eccleſ. lib. 6.

Chriſtus vere mortuus eſt, & langores tulit, & dolores portauit: fuit enim verus homo, gl. 1. in cap. 1. De homicid. lib. 6.

Chriſtus aſcenſurus ad Patrem poſt reſurrectionem, ne gregem ſuum ſanguinis ſui pretio redemptum, abſque paſtore deſereret, curam ipſius Petro commiſit: quod nota contra Prælatos, qui etiam ex nulla cauſa abſentantes, dimittunt gregem ſuum ſine paſtore vel vicario, d. cap. 1. & ibi gloſ. Deſeruit.

Chriſtus inſtitutorem fratrum minorum Sanctum Franciſcum, voluit ſtigmatibus & ſignis ſuæ paſſionis inſignire, cap. exiit, §. hæc eſt. De verb. ſignif. in 6.

Chriſtus in inſtanti conceptionis, perfectus fuit homo: & fuit anima rationalis infuſa, tum propter infinitam virtutem agentis, ſcilicet Spiritus Sancti, tum etiam quod incongruum fuiſſet, filium Dei corpus aſſumpſiſſe niſi formatum, gl. ſimul, in clem. 1. De ſumma Trinit. 3

Chriſtus non fuit compoſitus ex deitate & humanitate: nam ſimplicitas Deitatis nullam recipit compoſitionem. Dicitur tamen Chriſtum fuiſſe compoſitum, reſpectu humanitatis, quæ fuit compoſita ex anima rationali & humana carne, gl. fieret, ibidem.

Chriſtus omnes defectus noſtros aſſumpſit, præter ignorantiam & peccatum, gl. paſſibile, in clem. 1. De ſumma Trinit.

Chriſti caro licet in aſſumptione ſui ipſius fuerit à Spiritu Sancto ab omnibus reliquijs peccati mundata; fuit tamen congruum, quod noſtros defectus aſſumeret, propter iuſtitiam ſatisfactionis, quam pro nobis ſoluendam aſſumpſerat, vt pro nobis perfecte ſatisfaceret, per pœnalitates carnis noſtræ, item propter fidem incarnationis: nam ſine his pœnalitatibus humana natura hominibus nota non fuiſſet: item propter exemplum patientiæ nobis præbendum ad tolerandas pœnalitates carnis humanæ, d. gl. paſſibile.

Chriſtus voluit incarnari de Maria virgine, & non de alia: quia ſicut ex ſuperbiſſima natus eſt morbus, ſic per contrarium ex humilima inchoari debuit medicina: item, quia ſicut ad ſummam humilitatem Dei filius voluit incarnari, ſic ſumme humilem voluit eligere, in qua, & à qua tanta deberet humilitas inchoari, gl. virginalis, ibid.

Chriſtus paſſus fuit pro omnium ſalute, quoad ſufficientiam: ſed quoad efficaciam, pro prædeſtinatis tantum, gl. omnium, ibid. 4

à Chriſti latere exiuit ſeparatim vera aqua, & ſanguis redemptionis, gl. aquæ, in d. clem. 1.

Chriſti mors, & dormitio Adæ conueniunt in figura, gl. ſoporati, ibid.

Chriſtus eſt omnium ſanctorum gloria, & corona, clem. 1. de reliquijs & veneratione.

Chriſtus eſt fons ſapientiæ, & verbum Dei à patre, & in patre manens, genitum ab æterno, clem. exiui. de verb. ſignif.

Chriſti omnis actio, eſt noſtra inſtructio, potiſſimum per virtutem humanitatis, & clementiæ, per quam ſola Dei ſervatur imitatio, gl. in ſuis, in extrauag. ſedes Apoſtolica, Ioan. 22.

Chriſti imitatio nos Deo æquat, ibid.

ad Chriſtum peruenire non poteſt quis per impenſa obſequia, niſi ſibi datum fuerit à patre, gl. ſuccendit, in extrauag. copioſus, Ioan. 22.

5 Chriſtus coacta ſeruitia aſpernatur, & hilarem ſeruitorem diligit Deus, non timore pœnæ, ſed amore iuſtitiæ ſeruientem, gl. delectabile, ibidem.

Chriſti negotium reputatur impugnatio infidelium, gl. Domini negotium, ibid.

Chriſtus pro Chriſtiana fide, vt non deficeret, repertus eſt exoraſſe, ibid.

Chriſti opera patentia, non clandeſtina fuerunt, gl. operibus, in extrauag. ad conditorem, Ioan 22.

Chriſtus, cum ſit ſapientia, veritas, iuſtitia, charitas, & fortitudo, adſcribere Chriſto vſum rerum iniuſtum, & iuſtitiæ contrarium, ipſum negare eſt, cum iniuſte vti re aliqua ſit peccatum, gl. inimicum, in extrauag. cum inter nonnullos, Ioannis 22.

Chriſtum & eius diſcipulos nihil habuiſſe, & in his quæ habuerunt, nullum ius eis fuiſſe, eſt opinio erronea & hæretica, extrauag. cum inter nonnullos. Ioannis 22.

Chriſtum & eius diſcipulos, in his quæ ſacra ſcriptura teſtatur habuiſſe, non habuiſſe ius vtendi, vendendi, & donandi, aut ex ipſis alia acquirendi, eſt opinio erronea & hæretica, cum ipſos de præmiſſis feciſſe ſacra ſcriptura teſtatur, vel ipſos facere potuiſſe ſupponat, ibid.

6 Chriſto fuit quæſitum dominium oblatorum per reges Magos: & dominium rei oblatæ quæritur Eccleſiæ, cui offertur, gl. aſſerit, ibid.

Chriſtum & Apoſtolos non habuiſſe res aliquas in ſpeciali, vel in communi, pertinaciter aſſerere eſt hæreticum, & erroneum, extrauag. cum inter nonnullos, & ibi gl. declaramus, Ioann. 22.

Chriſti vicario commiſſum eſt diſpenſare, id eſt diſcrete penſare, non diſſipare, gl. ex confeſſis, in extr. antiquorum. de pœnit. & remiſ. inter comm.

Chriſtus venit, vt remiſſionem & indulgentiam prædicaret ſpiritualium debitorum, ſcilicet peccatorum, gl. confitebuntur, ibid.

Chriſti hereditatem defendunt, qui contra infideles defendunt, extrauag. multæ mentis. De Iudæis, inter communes.

Chriſti ſanguinis gutta ſuffeciſſet ad redemptionem generis humani, extrauag. vnigenitus. De pœnit. & remiſ. inter communes.

Chriſtus fuit imperator, & ſacerdos, & quædam fecit vt imperator, veluti cum ementes & vendentes ejecit flagellando de templo: & quædam vt ſacerdos, vt cum ſe ipſum obtulit hoſtiam diſcipulis, gl. ſic actibus, in can. quoniam, diſt. 10.

in Chriſto fuerunt duæ voluntates: vna ſenſualitatis, ſecundum quam ipſe dixit, *Pater ſi fieri poteſt tranſeat*, &c. alia rationis, ſecundum quam ipſe dixit, *verumtamen non ſicut ego*, &c. gl. 1. in can. habeo, diſt. 16.

Chriſtus fuit ſacerdos, can. in nouo teſtamento, diſt. 21.

7 Chriſtus eſt Dominus omnium Eccleſiarum: & ſic patet, quod dominium rerum Eccleſiaſticarum eſt penes Chriſtum, can. quamuis, diſt. 21.

Chriſti fideles omnes, dicti primùm fuerunt diſcipuli Domini: ſed poſtquam Apoſtoli fecerunt concilium Antiochenum, dicti ſunt Chriſtiani, gl. pe. in can. ſacroſancta, diſt. 22.

Chriſti aduentus fuit in fine generationum: & ſic nos ſumus conſtituti in vltima generatione mundi, can. ab exordio, diſt. 35.

poſt Chriſti aduentum, non permittitur libellum repudij dare vxori, nec circumcidi: & ex conſilio non concedimus carnes, ibid.

Chriſtus fuit pauper, can. Eccleſiæ, diſt. 35.

Chriſti opera in quantum poſſumus, debemus imitari, can. quando, diſt. 44.

Chriſtus appellatur etiam Pontifex. can. Dominus, diſt. 56.

Chriſti facta nos debemus ſequi, ibid.

8 Chriſtus poſt quadraginta dies aſcendit in cælum, gl. 2. in can. ſcire, diſt. 75.

Chriſtus fuit baptizatus in trigeſimo anno, & prædicare cœpit, gl. 1. in ſumma, & can. presbyter. & ibi gl. 2. diſt. 78.

Chriſtus Ieſus eſt mediator Dei & hominum, can. cum ad verum, diſt. 96. & gl. proprio, in can. multiplex. De pœnit. diſt. 1.

Chriſtus humilitate ſua nos erexit, gl. rurſus, ibid.

Chriſtus Euchariſtiam primo dedit Iudæ traditori, can. Chriſtus, 88. 1. q. 1.

Chriſtus bis transfiguratus fuit: primum in monte Thabor, ſecundo poſt reſurrectionem cum in ſpeciem peregrini apparuit diſcipulis euntibus ad caſtellum Emaus, can. quod quidem, 97. §. item, & ibi gl. bis, 1. q. 1.

Chriſtus reuelauit crimen Iudæ illis, qui poterant prodeſſe, & non obeſſe, gl. ſi proximor. in can. ſi peccauerit, 2. q. 1.

Chriſtus dicitur cruciari, & pati in membris ſuis, can. nulli 9
dubium, 3. q. 1.

Chriſti geſta debemus conuertere in exemplum noſtrum, can. poſtulaſtis, 3. q. 7.

Chriſtus nemini fuit ſubjectus: ſoluit tamen cenſum, non ex debito, ſed ne ſcandalizaret alios, can. magnum, & ibi gl. 2. & 3. 11. q. 3.

Chriſtus dedit poteſtatem homini ligandi & ſoluendi, can. nemo, 11. q. 3.

Chriſti ſpiritum non habens, eius membrum non eſt, can. nihil, 11. q. 3.

Chriſtus ſoluit tributum, propter vitandum ſcandalum, gl. 1. in can. inter verba, 11. q. 3.

Chriſtus eſt ſapientia, iuſtitia, veritas, ſanctitas, & fortitudo: itaque Chriſtum denegat, qui contraria his facit. Negatur enim ſapientia per inſipientiam, iuſtitia per iniquitatem, veritas per mendacium, ſanctitas per turpitudinem, ſeu libidinem, fortitudo per animi imbecillitatem, impatientiam ſeu inconſtantiam, can. exiſtimant, 11. q. 3.

Chriſtum etiam ſolo ore negans, licet non corde, mortaliter peccat: quia nulla conditione debet ad hoc adduci, gl. fi. in can. non ſolum, 11. q. 3.

Chriſtus eſt aliquid, ſecundum quod eſt homo, gl. pe. in can. 10
hæc eſt fides, 24. q. 1.

Chriſtus habitat in Eccleſia, gl. in qua. in can. quæ dignior, 24. q. 1.

Chriſtum mortuos reſuſcitaſſe legimus: ſed in errore mortuos abſoluiſſe, non legim. can. legatur, 24. q. 2.

in Chriſti paſſione, opus operans fuit malum, id eſt crucifixio Iudæorum: opus autem operatum, id eſt paſſio, fuit bona: actio fuit mala, paſſio vero bona, gl. ſed etiam, in can. nuptiarum, 27. q. 1.

Chriſtus Dominus noſter Ieſus vſque ad mortem nos dilexit, can. periculoſe. De pœnitentia, diſt. 1.

Chriſtus fuit crucifixus hora tertia ſecundum Diuum Marcum: intellige quod Iudæi crucifixerunt lingua ea hora. Diuus vero Ioannes dixit, quod hora ſexta crucifixerunt: intellige quod hora ſexta milites crucifixerunt manibus, ibid.

Chriſtus eſt via, veritas & vita, can. ſi enim, verſ. ego ſum. De pœnitentia, diſt. 2.

Chriſtus cum peccatum non feciſſet, pro nobis peccatum ipſum ſe fecit, id eſt pœnam peccati pertulit, d. cap. ſi enim, §. eligat, & ibi gl. peccatum.

Chriſti mors, ſufficit ad omnia peccata delenda, gl. ſibimet. in can. ſi enim, §. impoſſibile. De pœn. di. 2.

Chriſti mors vnum baptiſma conſecrauit, ibid.

Chriſtus prius quam latro, mortuus fuit: vnde non fregerunt 11
eius crura, gl. 1. in can. ſceleratior. De pœnit. diſt. 3.

Chriſti mors an præceſſit mortem Iudæ dubitatur, ib.

à Chriſto ſeparatio, eſt quædam damnatio, gl. terribilius, in can. conſideret, §. paueat. De pœn. di. 5.

Chriſtus aſſumpſit veram carnem, mortalem, & paſſibilem de corpore virginis, gl. 1. in can. conſulto. De conſecr. diſt. 1.

Chriſti corpus non conficitur in ſexta feria ante Paſcha: ſed oblatio præcedentis diei, cum vino ſumitur, gl. excipitur, in can. pe. De conſecrat. diſt. 1.

Chriſtum veriſimile eſt in conficiendo corpore Domini, vſum fuiſſe pane azymo, propter ritum Iudæorum, & nos azymo pane vti debemus: Græci autem infermentato, quod fuiſſe reuelatum alicui doctorum veriſimile eſt, gl. 1. in can. ſcriptura dicit. De conſecrat. diſt. 2.

Chriſtus fuit granum frumenti, gl. fi. in can. ſacramento. De conſecrat. diſt. 2.

Chriſti corpus non poteſt confici de pane lolij, ib.

de Chriſti ſanguine, ſi aliquid ſtillauerit in terram, lingua lambi 12
debet, & tabula radi: & ſi non fuerit tabula, locus debet corradi, & igne comburi, & cineres intra altare condi, & ſacerdoti, cuius negligentia ſtillauit, quadraginta dierum pœnitentia debet imponi, can. ſi per negligentiam. De conſecrat. diſt. 2.

de Chriſti ſanguine ſi aliquid ſtillauerit ſuper altare, debet Sacerdos miniſtrans pœnitere tribus diebus: ſi ſuper linteum altaris, & ad aliud ſtilla peruenit, quatuor diebus debet pœnitere, ibid.

Chriſti ſanguis, à corpore Chriſti non poteſt ſeparari, ergo nec ſtillare, nec fluere, ſed ſacramentum ſanguinis, gl. 1. ibid.

Chriſtus non eſt filius adoptiuus Dei, quia non poteſt dici de filio Dei, quod ex non filio factus ſit filius eius, gl. adoptiuus, in can. quia corpus. De conſecrat. diſt. 2.

Chriſtus fecit nos corpus ſuum, can. quia paſſus, & ibi gl. quod etiam, De conſecrat. diſt. 2.

Chriſti carnem & ſanguinem honoramus, ſub ſpecie panis & vini, can. nos autem. De conſecr. diſt. 2.

Chriſtum manducare & bibere dicitur ille, qui credit in Chriſtum, can. vt quid. De conſecrat. diſt. 2.

Chriſti caro & ſanguis dupliciter intelligitur, ſcilicet ſpiritualis illa, atque diuina, de qua ipſe dixit: *Caro mea vere eſt cibus*: etiam vel dicitur caro quæ crucifixa eſt; & ſanguis, qui militis lancea effuſus eſt, can. dupliciter. De conſecrat. diſt. 2.

Chriſtus ſemel mortuus eſt, iuſtus pro iniuſtis, can. ſemel. De conſecrat. diſt. 2.

Chriſtus reſurgens à mortuis, iam non moritur; mors illi vltra

non dominabitur : ſemel tantum in anno repreſentatur mors
13 eius in Eccleſia, in Paſcha : & ſic nos facit monere tanquam videntes præſentem dominum in cruce, can. ſemel. De conſecr. diſt. 2.

Chriſtus ſemel immolatus eſt in ſemetipſo, id eſt paſſus eſt in propria perſona, in forma humana; & quotidie immolatur in ſacramento, id eſt, eius immolatio repræſentatur, & fit memoria paſſionis, can. ſemel. 2. & ibi gl. 1. & 2. De conſecr. diſt. 2.

Chriſtus mortuus eſt pro ſolis prædeſtinatis quoad effectum, ſed quoad ſufficientiam pro omnibus, gl. pen. ibid.

Chriſtus ieiunus communicauit, gl. hoſtiam, in can. in Chriſto. De conſecr. diſt. 2.

Chriſti corpus poteſt quis pranſus conficere (licet fieri non debeat) quia de ſubſtantia non eſt ieiunium : alias non conficeret, gl. ieiunatur, in can. liquido. De conſecrat. diſt. 2.

Chriſtus poſt cœnam dedit Apoſtolis corpus ſuum, & ſanguinem, vt in hoc ſacramento confirmationem omnium ſacramentorum veteris teſtamenti, & Agni Paſchalis, quem ante manducauerant, & cæterorum, monſtraret, gl. namque, ibidem.

Chriſtus eſt etiam ſecundum carnem, panis viuus, can. Chriſtus. de conſecrat. diſt. 2.

14 Chriſtum manducare eſt reſici : & illum bibere, eſt viuere, can. qui manducat. De conſecrat. diſt. 2.

in Chriſtum credens, diligendo eum ſuper omnia dicitur ſpiritualiter corpus Chriſti manducare, can. credere. De conſecrat. diſt. 2.

Chriſtus induitur in baptiſmo interdum ſacramento tenus, interdum quoad vitæ ſanctificationem : primum eſt commune bonorum & malorum, ſecundum piorum & bonorum, gl. in ſacramento, ibid.

Chriſtus manducatur à malis ſacramentaliter tantum : à bonis tamen manducatur ſacramentaliter & ſpiritualiter, & ab omnibus credentibus ſpiritualiter, ibid.

Chriſto diſcordans, recipit ſacramentum, ſed non virtutem Chriſti corporis, licet quotidie ſumat corpus de virgine natum, can. qui diſcordat. De conſecrat. diſt. 2.

Chriſti ſanguis, qui nunc vere ſumitur, olim per ſanguinem agni præfigurabatur, can. quia ſit. De conſecrat. diſt. 2.

Chriſti corpus, non ſolum ore, ſed etiam corde debet ſumi, ibidem.

Chriſtus quamuis quotidie manducatur integer, tamen permanet viuus, can. qui manducat. De conſecrat. diſt. 2.

Chriſtus ipſe, ſicut eſt vnum cum patre, natura diuinitatis : ita
15 vnum eſt nobiſcum, natura humanitatis, can. in Chriſto, & ibi gl. per naturam. De conſecrat. diſt. 2.

Chriſtus eſt in nobis, per carnem in ſacramento communicatam; & nos in eo, per carnem virginis aſſumptam, d. can. in Chriſto, & ibi gl. natiuitatem.

Chriſtus non eſt paſſus pro redemptione dæmonis, & Angeli, ſed vt eius lapſus, in reſtitutionem hominis eſſet reparatus, gl. pacifica, in can. in calice. De conſecrat. diſt. 2.

Chriſti veram carnem, & verum ſanguinem manducamus, & bibimus, ibidem.

à Chriſto carnem ſuſceptam, & corpus transfiguratum in altari offerimus, can. ſi credis, diſt. 2.

Chriſtus fuit in cœna, conuiua, & conuiuium, ipſe comedens, & qui comeditur, can. nec Moyſes, & ibi gl. 2. de conſecrat. diſt. 2.

Chriſtus Dominus noſter, ſeipſum in cœna aſſumpſit, gl. 2. ibidem.

Chriſtus in cœna ſeipſum comedit, ſed non quoad effectum, quia non indigebat, ſicut & in baptiſmo, gl. 2. ibid.

Chriſtus ſumpſit corpus ſuum, & ſi non indigeret, daret exemplum ſumendi, ſicut & baptizatus licet non indigeret, vt daret exemplum baptizandi, gl. ſi. ibid.

Chriſtus, in veritate ſui corporis & ſanguinis, ſuis diſcipulis id
16 præſentauit, quod Melchiſedech ſacramentaliter obtulit, can. accipite, & ibi gl. 1. De conſecrat. diſt. 2.

Chriſtus, poſtquam Agni Paſchalis carnes cum diſcipulis ſuis comedit, ad verum tranſiuit ſacramentum, ipſum inſtituendo, ibidem.

Chriſtus, idem eſt Sacerdos, & ſacrificium, can. Sacerdos. De conſecrat. diſt. 2.

Chriſti verum corpus, & verum ſanguinem eius, quotidie manducamus & bibimus, can. acceſſerunt. De conſecrat. diſt. 2.

Chriſti humanitas eſt adoranda, quadam veneratione maiori, quam vniuerſæ creaturæ : illa tamen quæ dulia eſt, non latria, ibid. gl. 2.

Chriſti ſanguis non præcipitur ſeruari, quia opus eſſet nimia cautela in eo ſeruando : quandoque tamen propter aliud ſeruatur, gl. ſi. in cap. presbyter. De conſecr. diſt. 2.

Chriſti corpus paratum pro infirmantibus ſemper debet habere presbyter, d. cap. presbyter. & ibi gl. 2.

Chriſtus eſt figurandus, & depingendus in ſpecie hominis, & forma humana, & non in agni forma, can. ſextam. De conſecr. diſt. 3.

Chriſtus ſicut ſemel mortuus eſt, & ſemper viuit : ita nos ſemel mortui in peccatis, per baptiſmum ſemper viuamus in bono, gl. in morte, in can. proprie. De conſecr. diſt. 4.

Chriſtus qui ſecundum carnem ſine peccato natus eſt, ſi fuit
17 baptizatus : multo magis, quilibet alius debet baptizari, qui ſecundum carnem in peccatis conceptus eſt, gl. 2. in can. ſi baptizata. De conſecr. diſt. 4.

Chriſtus Dominus noſter nos Deo reconciliauit in ſanguine ſuo, factus nobis iuſtitia, ſanctificatio, & redemptio. Concil. Trid. ſſ. 5 De peccato orig. cap. 2.

Chriſti meritum, per baptiſmi ſacramentum in forma Eccleſiæ rite collatum, negans tam adultis, quam paruulis applicari, anathema eſt, ibid.

per Chriſti Domini noſtri gratiam, quæ baptiſmate confertur, negans reatum originalis peccati remitti, aut etiam aſſerens non tolli totum id quod veram & propriam peccati rationem habet, aut dicens illud tantum radi, aut non imputari, anathema eſt, ibid.

Chriſtus Ieſus quamuis pro omnibus mortuus ſit; non tamen omnes mortis eius beneficium recipiunt : ſed hi dumtaxat quibus meritum paſſionis eius communicatur. Concil. Trident. ſſ. 6. cap. 3.

Chriſtus Ieſus ſaluator noſter, ſemper ad dexteram patris in cælis aſſidet iuxta modum exiſtendi naturalem : ſed & in multis nihilominus alijs locis ſacramentaliter præſens ſua ſubſtantia nobis adeſt, ea exiſtendi ratione, quam & ſi verbis exprimere vix poſſumus, poſſibilem tamen eſſe Deo, cogitatione per fidem illuſtrata aſſequi poſſumus, & conſtantiſſime credere debemus. Concil. Trid. ſſ. 13. cap. 5.

Chriſtus ſaluator noſter diſceſſurus ex hoc mundo ad patrem, ſacramentum Euchariſtiæ inſtituit, in quo diuitias diuini ſui erga homines amoris, velut effudit : memoriam faciens mirabilium ſuorum : & præcepit in illius ſumptione, colere nos ſui memoriam, ſuamque annunciare mortem, donec ipſe ad iudicandum mundum veniat. Concil. Trid. ſſ. 13. cap. 2.

Chriſtus ſaluator noſter voluit ſacramentum Euchariſtiæ ſumi, 18
tanquam ſpiritualem animarum cibum, quo alantur & confortentur viua illius, qui dixit, *qui manducat me, & ipſe viuet propter me*, & tanquam antidotum, quo liberemur à culpis quotidianis, & a peccatis mortalibus præſeruemur, d. cap. 2.

Chriſtus ſaluator noſter, voluit ſacramentum Euchariſtiæ eſſe pignus futuræ noſtræ gloriæ, & perpetuæ fœlicitatis, ibid.

Chriſti fideles omnes, & ſingulos vtriuſque ſexus, cum peruenerint ad annos diſcretionis, ſi quis negauerit teneri ſingulis annis, in Paſchate ad communicandum iuxta præceptum ſanctæ Matris Eccleſiæ, anathema ſit. Concil. Trid. ſſ. 13. De Sacram. Euchar. cap. 9

Chriſtus Dominus noſter, a terris aſcenſurus ad cœlos, ſacerdotes ſui ipſius vicarios reliquit, tanquam præſides & iudices, ad quos omnia mortalia crimina deferantur, in quæ Chriſti fideles ceciderint : quo, pro poteſtate clauium remiſſionis aut retentionis peccatorum, ſententiam pronuncient. Conc. Trid. ſſ. 14. cap. 5.

Chriſtus redemptor noſter ſeruis ſuis voluit quouis tempore de ſalutaribus remedijs aduerſus omnia omnium hoſtium tela eſſe proſpectum. Concil. Trid. De Sacram. extremæ vnctionis, in prior. ſſ. 14.

Chriſtus redemptor noſter, quemadmodum auxilia maxima præparauit in Sacramentis, quibus Chriſtiani conſeruarent ſe integros, dum viuerent, ab omni grauiore ſpiritus incommodo : ita extremæ vnctionis Sacramento finem vitæ muniuit, tanquam firmiſſimo quodam præſidio, ibid.

Chriſtum totum & integrum omnium gratiarum fontem, & authorem, ſi quis negauerit ſub vna panis ſpecie ſumi, quia vt quidam falſo aſſerunt, non ſecundum Chriſti conſtitutionem ſub vtraque ſpecie ſumatur, anathema ſit. Concil. Trid. ſſ. 21. De communione ſub vtraque ſpecie, cap. 3.

Chriſtus Deus, & Dominus noſter, & ſi ſemel ſeipſum in ara 19
crucis, morte intercedente oblatus erat Deo patri, vt æternam illic redemptionem operaretur : tamen per mortem ſacerdotium non erat extinguendum : ideo in cœna nouiſſima, reliquit Eccleſiæ ſuæ viſibile ſacrificium, quo cruentum illud ſemel in cruce peragendum repræſentaretur, eiuſque memoria in finem vſque ſæculi permaneret. Concil. Trident. ſſ. 22. cap. 1.

Chriſtus Deus & Dominus noſter in vltima cœna, & corpus & ſanguinem ſuum ſub ſpeciebus panis & vini Deo patri obtulit : ac ſub earumdem rerum ſimbolis, Apoſtolis, vt ſumerent, tradidit : & eiſdem eorumque in ſacerdotio ſucceſſoribus, vt offerrent, præcepit, per hæc verba, *Hoc facite in meam commemorationem*, ibid.

Chriſtus Dominus noſter, conſtituit Apoſtolos, in vltima cœna, noui teſtamenti ſacerdotes, ibidem.

Chriſtus Dominus noſter celebrata veteri Paſcha, nouum inſtituit paſcha, ſeipſum ab Eccleſia per ſacerdotes ſub ſignis viſibilibus immolandum, in memoriam tranſitus ſui ex hoc mundo ad patrem, quando per ſui ſanguinis effuſionem nos redemit, eripuitque de poteſtate tenebrarum, & in regnum ſuum tranſtulit, ibid.

Chriſtum ſi quis dixerit in illis verbis, *hoc facite in meam commemorationem*, non inſtituiſſe Apoſtolos ſacerdotes, aut non ordinaſſe, vt ipſi aliique ſacerdotes offerrent corpus & ſanguinem, anathema ſit. Concil. Trident. ſſ. 22. De ſacrif. Miſſæ, can. 2.

Chriſti fideles pro Chriſtiana charitate, debitóque erga ſuos paſtores munere, hortandi ſunt, vt de bonis ſibi à Deo collatis Epiſcopis & parochis, qui tenuioribus præſunt Eccleſijs, large ſubueniant, ad Dei laudem, atque Paſtorum ſuorum, qui

pro eis

pro eis inuigilant, dignitatem tuendam. Concil. Trident. ſſ. 25. De reform. cap. 12.

Reliqua in verbo, Crux. Ieſus.

1 CHRISTIANVS quilibet, in ſanguine Chriſti eſt regnum Chriſti, iuxta D. Petrum, *Vos eſtis genus electum, regale*, &c. cap. 1. §. quia. De ſacra vnctione.
Chriſtiani omnes inunguntur bis ante baptiſmum, ſcilicet oleo benedicto; primum in pectore, deinde inter ſcapulas: & bis poſt baptiſmum, ſcilicet ſancto chriſmate, primum in vertice, deinde in fronte, ibidem.
Chriſtiani dicuntur à Chriſto, tanquam vncti deriuantur ab vncto, ibidem.
Chriſtianus quilibet tenetur omnibus prodeſſe, & nulli nocere: maximè tamen Sacerdos, gl. 1. in cap. fi. De poſtulando.
Chriſtianus contra Iudæum in teſtem admitti poteſt; non autem è contra Iudæus contra Chriſtianum, cap. Iudæi, 21. De teſtibus.
contra Chriſtianum maximè clericum, non admittentur teſtes, niſi ſint Chriſtiani probatæ vitæ, cap. licet. 23. eod.
Chriſtianæ religioni contrarium eſt, vt ſemper inuitus & penitus contradicens, ad recipiendam & ſeruandam Chriſtianitatem aliquis compellatur, cap. maiores, §. item quæritur. De baptiſmo.
Chriſtiani non debent morari cum Iudæis; ſed Chriſtiani in agro, vbi non morantur cum Iudæis, poſſunt ſeruire, cap. 1. & ibi gl. 1. De Iudæis.
Chriſtianus poteſt emere ſeruum Chriſtianum ad ſeruiendum ſibi, d. cap. 1. De Iudæis.
Chriſtiani cum Iudæis habitare non debent, cap. 2. eodem.
Chriſtiani in domo ſeruientes Iudæis, vel Sarracenis, aut Paganis, ſunt excommunicandi, cap. Iudæi, 5. De Iudæis.
2 Chriſtiano non licet morari cum Sarraceno, ſicut nec cum Iudæo; niſi aliquis ſpiritualis vellet ire, vt eis prædicaret: quod licitum eſt eis, gl. 1. ibid.
Chriſtiani deferentes Sarracenis merces prohibitas, vel in ipſorum nauibus nauigantes, excommunicandi ſunt, & rebus ſuis priuandi: & efficiuntur ſerui capientium, cap. ita quorumdam, & cap. ad liberandam 18. eod.
Chriſtiani non poſſunt deferre Sarracenis arma, ferrum, & ligamina galearum, ſub pœna excommunicationis, & priuationis eorum, & ſeruitutis eorum, ibid.
Chriſtiani non debent eſſe in familiari ſeruitio Iudæorum, cap. ad hoc, eod.
Chriſtianus aliquis non debet quemlibet Iudæum ſine iudicio terrenæ poteſtatis occidere, vel vulnerare, vel ſuas pecunias auferre, aut res quas hactenus habuerunt conſuetudine immutare, cap. ſicut Iudæi, eod.
Chriſtiani, præterea in celebrationibus ſuarum feſtiuitatum, non debent perturbare Iudæos, ibid.
Chriſtianus nullus debet audere cœmiterium Iudæorum inuadere, vel mutilare: nec obtentu pecuniæ, corpora humana effodere; & contrà facienti imponenda eſt pœna excommunicationis, & pati debet periculum honoris & officij, ibid.
3 Chriſtiani deferentes infidelibus merces prohibitas, etiam tempore pacis, excommunicati ſunt, ibid.
Chriſtiani prò captiuorum redemptione non poſſunt deferre arma, ferrum, quamuis alio modo redimere non poſſint, niſi ad id interueniat Papæ authoritas, gl. 1. in cap. ſignificauit, eod.
Chriſtianus ſi ignoranter Iudææ commiſceatur, dummodo non ſit craſſa ſeu affectata ignorantia, excuſatur in eo quod Iudæa, gl. 2. in cap. in nonnullis eod.
Chriſtiani, quicquid acquiſiuerunt ex commercio damnato, habito cum Sarracenis, tenentur reſtituere in ſubſidium terræ ſanctæ, cap. ad liberandum, 17. & ibi gl. commercio, eod.
Chriſtianus quilibet tenetur credere ſecundum quod tenet Catholica Eccleſia; & hoc ſufficit in talibus articulis: dum tamen nihil in contrarium ſentiat, gl. 1. in cap. cum Chriſtus, 7. De hæreticis.
Chriſtiani communicantes Iudæis in mercimonijs, non peccant, cap. conſuluit. De vſuris.
Chriſtianus quilibet debet ſcire, *Pater noſter*, & Symbolum, & confeſſionem, cap. Deus qui. De pœnit. & remiſſ.
Chriſtianorum genera ſunt duo, laici & clerici, gl. laicæ, in cap. 2. §. 1. De hæretic. lib. 6.
4 Chriſtiani ad Iudaiſmum transferentes ſe, & redeuntes, hæretici reputantur: & tanquam hæretici ſunt puniendi, cap. contra Chriſtianos. De hæretic. in 6.
Chriſtiani poſſunt eſſe teſtes contra Iudæos & Sarracenos, & etiam ab eis poſſunt repelli, per exceptionem criminis commiſſi per eos, clem. 1. & ibi gl. Chriſtianos. De teſtibus.
Chriſtiani principes non debent pati in ſuis terris inuocari publicè nomen Maometi, vel adorari aliquem Sarracenum, vt ſanctum per Sarracenos tantum, clem. 1. De Iudæis.
Chriſtiani omnes ſunt membra vnius corporis, quia ſunt membra Eccleſiæ, quæ eſt vna, & vnum corpus: & omnes Chriſtiani ſaluantur, vt coniuncti Eccleſiæ, & vt coniuncti vni capiti; id eſt ſummo Pontifici, extrauag. vnam ſanctam, & ibi gl. 1. De maior. & obedi. inter comm.
Chriſtiani, arma, equos, victualia, & alia vetita portantes ad infideles & Sarracenos, qui impugnant Chriſtianos, ipſo facto ſunt excommunicati, & efficiuntur ſerui capientium, infames, & inteſtabiles, tam actiue quàm paſſiue, & eorum bona confiſcantur, extrauag. multa mentis. De Iudæis, inter comm.
Chriſtiani Chriſto illatum opprobrium debent vendicare, ibid.
Chriſtiani dicti ſunt omnes fideles à concilio Antiocheno, habito ab Apoſtolis: ante diſcipuli dicebantur, gl. 2. in can. ſacroſancta, diſt. 22.
Chriſtiani, & fideles poſſunt reduci in ſeruitutem, propter eorum delictum, can. eos qui. diſt. 32. 5
Chriſtianus non poteſt eſſe ſeruus Iudæi, can. mancipia, & can. præſenti, diſt. 54.
Chriſtiani omnes poſſunt dici religioſi, d. can. mancipia.
Chriſtianus poteſt emere ſeruum, etiam ad fidem, vt ipſum in ſeruitutem retineat, d. cap. præſenti. ibid.
Chriſtianus poteſt emere ſeruum Iudæum, ita tamen vt cum illo non moretur, gl. fi. in can. mancipia, diſt. 54.
Chriſtianos accuſare, vel in eos teſtimonium dicere, non poſſunt hi, qui fidem acceptam deſeruerunt, can. non poteſt, 2. q. 7.
Chriſtianum non poſſunt accuſare, vel infamare Pagani, hæretici, ſiue Iudæi, can. Pagani, 2. q. 7.
Chriſtiani omnes dicuntur filij Chriſti, can. olim, 8. q. 1.
Chriſtiani ſublimioribus poteſtatibus debent eſſe ſubiecti, ſcilicet quoad tributa, quæ ſunt probatio ſubiectionis, can. magnum, & ibi gl. 1. 11. q. 1.
Chriſtiani omnes dicuntur fratres, quia ſunt filij Dei patris per baptiſmum, gl. 1. in can. ſi quis ex fratribus, 11. q. 1. can. ad menſam, 11. q. 3.
Chriſtianus nihil magis debet formidare, quàm ſeparari a corpore Chriſti, can. nihil ſic 11. q. 3.
Chriſtianum ſe negans, Chriſtum negare ſe conuincitur, can. non ſolum, 11. q. 3.
Chriſtiani poſſunt militare pro principe pagano, can. Iulianus, 11. q. 3.
Chriſtianorum ſunt duo genera, vnum clericorum, quorum officium eſt diuina contemplari, & omnibus diuinis officijs in orationibus inſiſtere, & à temporalibus ceſſare; aliud eſt laicorum, quorum officium eſt ducere vxorem, & terram colere, cauſas agere, decimas reddere, & alia ſimilia, can. duo ſunt, 12. q. 1.
Chriſtiani omnes, in primitiua Eccleſia, viuebant in communi, can. ſcimus, 12. q. 1.
Chriſtiani perſequi debent ea, quæ ſunt contraria veritati, can. quiſquis, 23. q. 4.
Chriſtianus non debet perſequi Chriſtianum iniquum ex odio; ſed ex charitate debet perſequi vitia, quæ ſunt in Chriſtiano, ibidem.
Chriſtiani Catholici non debent cum hæreticis miſcere connubia, vel filios, aut filias dare eis, can. cum oportet, 28. q. 1.
Chriſtiana, ſi coniugali ſocietate iungatur Iudæo, à communione Eccleſiaſtica debet ſeparari, can. ſi. 28. q. 1.
Chriſtianos omnes, ſi quis dixerit, in verbo, & in omnibus ſacramentis adminiſtrandis, habere poteſtatem, anathema ſit. Concil. Trident. ſſ. 7. De ſacramentis in genere, cap. 10.

Reliqua in verbo, Catholica. Fidelis. Iudæus.

CIBARIA ſunt corpori tradenda, ad corpus dumtaxat reficiendum & ſuſtentandum, vt poſſit ſe exercere ad actus virtuoſos, can. commun, diſt. 44.
Cibaria, tempore neceſſitatis ſunt omnibus communicanda, gl. commune, in can. ſicut hi. diſt. 47.
CIBVS temperatus, modicus, & carni & animæ eſt vtilis, gl. 1. in add. marg. in cap. à crapula. De vita & honeſt. 1
per Cibum ſuit homo damnatus ad mortem, & ſimiliter ſuit homo releuatus ad vitam, clem. 1. De reliquiis & vener.
Cibus damnauit, qui ſaluauit: ſed non idem cibus in ſpecie, gl. medela, ibidem.
ex Cibi comeſtione orta eſt mundi deſtructio, quia homo ex illa incurrit periculum mortis, can. ſexto die, diſt. 35.
Cibos prohibitos comedens, dicitur ex eis pollui, can. qui de menta, diſt. 37.
Cibis debemus vti ſecundum conſuetudinem bonorum, & loci, can. quiſquis, diſt. 41.
pretioſitas Cibi quo quis vtitur, non inducit peccatum, ſed inordinata voluptas, ibid.
Cibis ſtrictioribus vti, quàm faciunt illi cum quibus conuerſamur, vitioſum reputatur, ibid.
in Ciborum vſu tria debent conſiderari: vt quis vtatur cibis congruentibus loco, & qui congruant tempori, & perſonis, ibidem.
Cibus non eſt in culpa, ſed appetitus, can. delitiæ, diſt. 14.
Cibis delicatis vtens, non propter hoc incurrit vitium guloſitatis, ſi hoc non faciat cauſa delectationis, ibid.
Cibis delicatis diuites aſſueti, non ſunt compellendi vilibus vti, can. non cogantur, diſt. 41.
Cibo vili ſi quis vtatur, & hoc faciat cum nimia auiditate, non videtur vere ieiunare, vel abſtinere, can. delitiæ, diſt. 41.
ex Cibi mutatione, vel arctatione vltra quàm natura patiatur, ſi quis incurrerit infirmitatem, non debet ad illa arctari, can. non cogantur, diſt. 41.

a Cibi quæ quantitas vel qualitas ſumatur, nihil refert: dum tamen hoc non fiat ex concupiſcentia, ſed pro corporis neceſſitate, can. quod dicitur, diſt. 41.

in Ciborum vſu non attendimus cibum, ſed concupiſcentiam aſſumendi cibum, vel accelleratem quare accipiatur, ad cognoſcendum an quis incurrat vitium guloſitatis, ibid.

Cibos, qui non ſunt congrui vſui illorum, cum quibus habitat, non debet comedere quia, ibid.

Cibo etiam modico aſſumpto ante horam nimia auiditate, poteſt committi vitium gulæ, ibid.

Ciborum & veſtium temperantia, non diſſolutio laudatur, can. patrimonii, diſt. 41.

in Cibis, ſicut debemus ſequi mores eorum, cum quibus viuimus, ita & in indumentis, can. clericus, diſt. 41.

Cibum prohibitum comedens ex coactione famis, non eſt culpabilis, can. presbyteros, diſt. 50.

Cibi omnes liciti ſunt, ſed non expediunt, propter fratres infirmos, gl. 2 in can. aliud, 11. q. 2. gl. ñ. in can. aliud, De pœnitent. diſt. 1.

Cibum ſumere non eſt licitum cum excommunicatis pro fornicatione, can. ad mentam, 11. q. 3.

Ciborum temperantia parat ſalutem, abundantia vero contrarium, can. nihil. De conſecrat. diſt. 5.

Ciborum deliciæ, ſi abundauerint, lædunt, can. ne talis. De conſecrat. diſt. 5.

Reliqua in verbo, Alimenta. Ieiunare. Ieiunium. Abſtinere. Abſtinentia.

CILIVM, eſt folliculus quo tegitur oculus, quia oculos celat, gl. ñ. in extrauag. 1. De immun. Eccleſ. inter comm.

CIMELIA dicuntur omnia vaſa Eccleſiæ, gl. 2. in cap. 3. De officio Archidia.

Reliqua in verbo, Vas. Calix.

CIMELIARCHA dicitur cuſtos vaſorum, & aliarum rerum Eccleſiæ: qualis eſt ſacriſta, vel theſaurarius, gl. 2. in add. marg. ibid.

Reliqua in verbo, Cuſtos. Cuſtodia.

CIMELARCHIVM dicitur locus vbi reponitur theſaurus, ibidem.

CIPPVS eſt truncus, & eſt lignum inornatum, & magnum quod perforatur, vt cedat loco capiæ, gl. cippi. in clem. exiui, §. porro. De verb. ſignif.

CIRCA dictio excludit terminum, cui adiungitur, can. quia iuxta, §. presbyteri, 5. q. 5.

Reliqua in verbo, Vicinus. Secus.

CIRCITER, ad modicam quantitatem refertur, quod relinquitur iudicis arbitrio, gl. circiter, in cap. fi. De deſponſ. impub.

CIRCVMCISIO cum baptiſmo ſeruanda non eſt, cap. maiores, §. quibuſdam, De baptiſmo.

Circumciſio, tam adultis, quam paruulis, ex præcepto diuino veteris legis conferebatur, ibid.

per Circumciſionem, originale peccatum dimittebatur, cap. maiores, §. ad id autem. De baptiſmo.

Circumciſio ad fœminas non pertinebat: ſed ipſæ offerebantur, & ibi nomen imponebatur, gl. fœminæ, ibid.

Circumciſionis præceptum datum fuit ad probationem obedientiæ, & ad populi diſtinctionem, & ad culpæ originalis purgationem, d. gl. fœminæ, in add. marg.

Circumciſio ſiebat in ſignum; vt per eam fideles diſcernerentur ab aliis: aut fuit ſignum interioris circumciſionis; vel fuit ſignum futuri baptiſmi: quia tunc per circumciſionem tollebantur peccata, ſicut nunc per baptiſmum, gl. in ſignum, in can. ab exordio, diſt. 35.

Circumciſus fuit populus à tempore Abrahæ vſque ad illud tempus, quo populus exiuit de Ægypto: ſed poſtea non fuerunt circumciſi quadraginta annis, quibus fuerunt in deſerto, & cum tranſierunt Iordanem, denuo præceptum fuit, vt vnuſquiſque circumcideretur, quod ita factum fuit, gl. 2. in can. ſed & illud, 25. q. 2.

Circumciſus fuit Thimotheus à Paulo, propter ſcandalum Iudæorum, quia natus erat ex Iudæa & Gentili, gl. 2. in can. ſententiam, 35. q. 9.

Reliqua vide in verbo, Baptiſmus, n. 2. Originale.

CIRCVMSTANTIÆ aggrauant peccatum, gl. 2. in cap. Deus qui. de pœnit. & remiſs.

Circumſtantiæ ſeptem debent attendi in omni actu, videlicet quis, quid, vbi, quibus auxiliis, cur, quomodo, & quando, gl. non obſtantibus, ad med. in extrauag. cum non nouam, de dolo & contum. inter comm.

Circumſtantiæ omnes ſunt inquirendæ, gl. fi. in can. occidit, 23. q. 8.

Circumſtantiæ actuum humanorum conſiderandæ ſunt iudici, vt iuſte & æque crimina punire poſſit, can. aut facta. de pœnitentia, diſt. 6.

Circumſtantiæ euentus ſunt conſiderandæ in delictis, d. can. aut facta, §. fi.

Circumſtantiæ peccatorum ſunt multæ, & ex his verbia colliguntur; quis, quid, vbi, per quos, quoties, cur, quomodo, quando, quo loco, quibus auxiliis, can. conſideret. de pœnitent. diſt. 5.

Circumſtantias peccatorum tenemur confiteri, quæ augent vel diminuunt peccatum, gl. oportet, ib.

Circumſtantiam alicuius peccati, ſi quis per obliuionem non ſit confeſſus, non tenetur iterum confiteri illam, niſi eſſet talis, quod alterius generis peccatum faceret, vt locus ſacer facit ſacrilegium, ibid.

Circumſtantiam qualitatis criminis tenetur confiteri, hoc eſt ſpecies peccatorum, ibid.

Circumſtantiam loci ſacri tenetur confiteri quis, ibid.

Circumſtantiam temporis tenetur quis confiteri: contrarium tamen eſt verius, ibid.

Circumſtantiam numeri peccatorum tenemur confiteri, ibid.

Circumſtantia perſonæ auget peccatum, ſed non eſt neceſſario confitenda: niſi cum voto, vel ſtatu peccantis directè pugnet, d. can. conſideret.

Circumſtantia modi auget peccatum: ſed rarò mutat ſpeciem, & ideo rarò eſt confitenda, ibid.

Circumſtantiam tentationis, & cauſæ peccandi, tenemur confiteri, ibid.

Circumſtantias multas tenet Auguſtinus eſſe confitendas, intellige de conſilio, non de neceſſitate, ib.

Circumſtantiam deformitatis, vel pulchritudinis in peccato carnis non tenemur confiteri neceſſario: licet de conſilio teneamur a dd. reprob. gl. meretricia, ibid.

Reliqua in verbo, Confeſſio, 18. 19.

cum **CIRCVMVENTO** quandoque mitius agitur, quàm cum coacto: quandoque tamen ſubuenitur coacto, vt in voto, & non circumuento, gl. ſeduxerunt, in can. ſchiſmatici, 23. q. 6.

CIRCVITVS eſt vitandus: quod eſt verum, ſi ſit inutilis, alias ſecus, clem. auditor. de reſcript.

CITHARA cum pſalterio non concordat: id eſt vita laicalis cum clericali non concordat, cap. diuerſis, & ibi gl. 1. de cleric. coniug.

CITHARISTAS & alios, qui variis inſtrumentis vtuntur, licitum non eſt audire ad voluptatem, & luxuriam: quia Deum manibus ſtimulant, qui populum vocibus delectant: ſed licitum eſt audire ad laudem Dei, vel ob aliam iuſtam cauſam, putà recreationis, gl. talibus, in can. donare, diſt. 86.

CITATIO, ſeu conuentio eſt principium, ſeu fundamentum ordinis iudiciarii, gl. non conuenit, in cap. Eccleſia. de conſtit. g

Citatio debet fieri in quacumque cauſa, etiam in cauſa appellationis, ibid.

Citatio, ſeu admonitio trina, dicitur legitima, & canonica, gl. a. in cap. ex literis. de conſtit.

Citatio facta ad locum æquiuocum, non eſt ipſo iure nulla, ſed arctat citatum ad comparendum in loco ſolito, cap. fi. & ibi gl. indeterminate. De reſcript.

Citatio ne ad ſe veniat, ſi quis procuret, is expectari non debet, gl. cognouerunt, in cap. cum inter. De elect.

Citatio partis non requiritur in notoriis, cap. venerabilem, verſ. ſunt enim, iuncto verſ. in prior. ibi cum citata. De elect.

Citatio temeraria, & non legitime facta, non arctat citatum ad comparendum, cap. bonæ, 36. eod.

ad Citationem, quæ reprobatur a iure, citatus non tenetur venire, etiam vt alleget priuilegium, gl. fi. ibid.

Citatio tempeſtiua non tenet. gl. requiſitum, in cap. cum in veteri, eod.

per Citationem dicitur negotium quaſi cœptum, gl. variare, in cap. publicato, 58. eod.

in Citatione oportet, quod exprimatur perſona citans, & quæ citatur, & ad cuius petitionem citatur, cap. cum bonæ. z
De ætate & qualit.

Citationes per edicta fiebant de iure antiquo: ſed hodie per nuncium, vel per literas debent fieri, cap. gratum. De officio deleg.

Citatione non dicitur negotium cœptum, ſed quaſi cœptum, ibidem.

Citatione dicitur res deſinere integra, etiam quoad reuocationem tacitam, ibid.

Citatio eſt de proceſſu, gl. citra formam, in cap. prudentiam. De officio deleg.

Citatio quæ fit ad diem ſimpliciter, videtur tantum poſſe trahi ad illius diei partem, in qua actus commode poſſit expediri, cap. conſuluit, 24. eod.

Citatio peremptoria quando eſt circumducta, vt quia citans, vel citari faciens non comparuit, iterum debet fieri citatio, gl. 1. ibid.

Citatio non exigitur quod ſit peremptoria, aut aliter trina, ad validitatem proceſſus, in præſentem & comparentem ad primam citationem, cap. cum cauſa, 22. eod.

Citatio fieri non poteſt inter eos, qui ſunt pares in officio: quia citatio arguit ſuperioritatem: ſed debent rogari & moneri, vt in certo termino adſint, gl. 1. ad modum, ibid.

Citatio trina, vel vna peremptoria, debet præcedere ad ſenten-

tiam pro-

tiam proferendam: ſed ad recipiendos teſtes, & ad eorum depoſitiones publicandas, ſufficit quod præcedat ſola ſimplex citatio, cap. conſuluit, & ibi gl. terminum. De officio deleg.

Citatio illius, quem conſtat iuriſdictionem non habere, non arctat citatum, cap. cum olim, 32. eod.

3 Citatio, examinatio cauſæ, & deciſio, ſunt tres partes iudicii, inter ſe differentes, cap. dilectoa. De officio Ordin.

in Citatione prima, poteſt iudex ex cauſa terminum peremptorium ſtatuere: quando locus eſt longinquus, cap. cum ex literis. De in integ. teſtit.

Citatio debet fieri ad inſtantiam partis, & pars debet ante omnia petere licentiam de citando, cap. 1. De iudicijs.

per Citationem ſolam præuenitur iuriſdictio, cap. propoſuiſti. De foro comp.

Citatio verbalis, licet non poſſit fieri ſine authoritate iudicis: citatio tamen realis poteſt, quando periculum eſt in mora; veluti poteſt reus debitorem fugitiuum capere, ibid.

per Citationem ſolam perpetuatur iuriſdictio quantum ad illam cauſam, pro qua quis citatus eſt: dum modo citatio fiat ad partis inſtantiam, d. cap. propoſuiſti, & ibi gl. 5.

per Citationem ſolam, ante libelli oblationem, dicitur quis trahi ad alicuius iudicium, cap. 2. De libelli oblatione.

Citatio vocatoria, cum peremptoria non debet eſſe nimis breuis; maximè vbi de rebus Eccleſiaſticis agitur, niſi neceſſitas aliud ſuggerat, cap. 2. De dilation.

Citatio vna poteſt eſſe peremptoria, dum modo non ſit nimis breuis, ibid.

4 Citatio quando fit de longinquo, poteſt fieri ad totam cauſam: & poteſt prima vice emanare peremptorium, cap. ſi. & ibi gl. 1. eod.

Citatio ad diem feriatam valet, quando dies ponitur ad ſignificandum tempus, ex quo debet procedi: ſed non vt reſpondeat, ibid.

Citatio, ad domum abſentis non debet fieri, vbi abſens dimiſit procuratorem, ſed ante omnia debet procurator citari, cap. cautam quæ, & ibi gl. 3. De dolo & contum.

Citatio ad domum, non habet locum, quando quis ſui copiam facit, ibid.

Citatio poteſt fieri ad totam cauſam vna voce, & peremptorie in cauſis de longinquo, cap. cum dilecti, eod.

Citatio facta ad diem feriatum, cum dictione *vſque*, non vitiatur: nam tunc, vt euitetur abſurditas, dictio *vſque* ponitur excluſiue & limitatiue, d. cap. cum dilecti, & ibi add.

Citatio poteſt fieri per priuatam perſonam, dum modo ad illum actum habilitetur: item per proprium aduerſarium ex mandato iudicis, ibid.

Citatio debet fieri per nuncium, gl. nuncium, ibid.

Citationes extra prouinciam non poſſunt fieri, gl. in Hibernia, in cap. cum olim. De dolo & contum.

Citatio prima poteſt eſſe peremptoria, nec eſt opus quod contineat tres dilationes, ſed vna dilatio poteſt aſſignari peremptoria, cap. ſi. eod.

5 Citatio prima debet eſſe perſonalis, ſi citandus reperiri poteſt: alias citatio fit ad domum, vel ad Eccleſiam, ibid.

per Citationis commiſſionem factam alteri, non reuocatur prima citatio: & ſic ſunt compatibiles, ibid.

Citationes fiunt per nuncios, per epiſtolam, vel per edicta, quæ in publico proponuntur, gl. pen. ib.

Citationes olim fiebant per edictum, hodie fiunt per nuncios ſpeciales, cap. ſi. De eo qui mittitur in poſſeſſionem, ibid.

Citatio ad domum, fit in defectu perſonæ: quæ tamen debet fieri publice, ibid.

Citatione perpetuatur iuriſdictio, gl. citationes, in cap. quoniam contra. De probat.

Citatio vnica ſufficit, ad actum receptionis teſtium, & communiter in medijs cauſæ ſufficit vnica citatio, cap. 2. De teſtibus.

Citatio, & iudicis monitio in præſentem habet vim peremptorij, cap. cum olim, 34. eod.

Citationes plures poſſunt fieri vna citatione: ſicut fit de conſuetudine, propter difficultatem citationum, gl. pe. in cap. 2. De teſtibus cogend.

Citatio ſine termino, valet: & citatus debet comparere quàm citius poteſt, cum quodam tamen temperatu, cap. cum parati. De appellat.

Citatio non debet fieri extra terminos prouinciarum, niſi ex ſpeciali principis iuſſione, gl. 1. in cap. ex parte 47. De appel.

in Citatione fienda in cauſa criminali, non eſt neceſſe, quod inſeratur tenor libelli, 41. cap. licet. De accuſat.

Citatio ad diem feriatam valet, non vt die feriata procedatur, ſed ad deſignandum, quo tempore debeat procedi: quaſi immediate poſt diem feriatam, cap. veniens, 15. eod.

6 Citatio vna conſtituit quem contumacem, vt poſſit condemnari parti in expenſis: ſed ad hoc, vt propter contumaciam, ad excommunicationem procedatur, requiritur trina Canonica citatio, vel vna peremptoria pro omnibus, gl. citatus, in cap. ex parte. De ſententia excommun.

Citationis dies non computantur inter dies dilationum: & ſic dictio ſtat excluſiue, cap. 5. De elect. lib. 6.

ex Citatione iuris, mulier non tenetur comparere perſonaliter, cap. indemnitatibus, §. porro, eod.

Citatio, quæ fit in principio iudicij, debet eſſe peremptoria, cap. ſi. eod.

Citationes generales, & edicta, debent fieri & proponi in publico, & non coram certis amicis, gl. generaliter, ibid.

Citatio & proceſſus delegati, licet perpetuent iuriſdictionem contentioſam, non tamen perpetuant iuriſdictionem executoris beneficialis, contra reuocationem gratiæ, cap. præſenti, De officio legati, lib. 6.

Citatio quando fit ad ſententiam, debet in ea exprimi, quòd ad audiendam ſententiam citatur, cap. 2. De dolo & contum. lib. 6.

per Citationem factam à iudice, cuius iuriſdictio eſt ſuſpenſa citationis tempore, non arctatur quis, cap. ſi à iudice. de appell. lib. 6.

in Citationibus & denunciationibus vniuerſitati faciendis, ſufficit quòd in loco congruo, coram maioribus, & aliis ibidem inuentis publice proponantur, gl. factam, in cap. ſi capitulo, 5. De conceſſ. præbend. lib. 6.

Citatio debet habere expreſſam cauſam, propter quam quis citatur, cap. contumacia. De hæret. lib. 6.

in Citatione ſufficit exprimere delictum in genere, nec requiritur ſpecificatio loci, & temporis, vel ſpeciei delicti, ibid.

Citatio debet habere locum expreſſum, ad quem fiat citatio, cap. venerabilibus, §. ſecus, De ſententia excommunica. lib. 6. 7

Citatio ad domum fieri non poteſt niſi vbi dominus, vel procurator inueniri non poteſt, clem. cauſam electionis. de elect.

Citatio ad domum vbi fieri debet, debet fieri in illa domo, in qua citandus habitat communiter, vel habitare conſueuit, ibid.

Citatio, vbi dominus, vel procurator non poteſt reperiri, debet fieri in Eccleſia cathedrali, & in Eccleſia beneficij, ſi eſt quæſtio de beneficio; & debet publicè legi inter Miſſarum ſolemnia, & publicè ad oſtium figi, ibid.

Citatio, ſeu intimatio, vbi requiritur ſolum ad finem certiorandi, non eſt neceſſaria, ſi aliter fuerit certus, ibid.

Citationem ad domum habitationis fieri ſufficit, licet non ſit ſua. gl. habitare, ibid.

Citatio ad domum valet, licet fiat ad eam domum, in qua non habitat maiorem partem anni, ſed minus: dum tamen ibi habitet, pluſquam alibi, gl. communiter, in clem. cauſam electionis. de elect.

Citatio ad domum quando fieri debet, ſi citatus æqualiter habitet in duabus, poteſt fieri citatio ad alterutram: tutius tamen erit, quod fiat in vtraque, d. gl. communiter.

Citationes, etiam extra dies ſolemnes, publice factæ de mandato Papæ in audientia literarum Apoſtolicarum, vel in palatio Papali, affixæ ianuis maioris Eccleſiæ loci, in quo Papa cum curia ſua degit, arctant citatum, ac ſi ad eum perueniſſent: intelligi debent quoad eos, qui impediunt ne ad eos citatio poſſit peruenire, vel quorum domicilium tute adiri non poteſt, non ad alios, clem. 5. de iudicijs, extrauag. rem non nouam. de dolo & contum. inter comm. 8

Citatio quandoque facta vltra duas dietas, & etiam extra prouinciam, valet, d. clem. 1. & ibi gl. vndecumque.

Citatio ſcripta in albo Prætoris ſufficit, quia palenter & publice fit: & ideo præſumitur ad notitiam citati peruenire, clem. dudum, eod.

Citatio per edicta vt locum habeat, requiritur quod ea authoritate Apoſtolica fiat, & ex certa ſcientia ſpecialiter committentis ipſam, & in certis caſibus, ibid.

Citatio per edicta habet effectum citationis perſonalis, quando citatus impedit per ſe, vel per alium, quominus citatio ad eum perueniat, ibid.

Citatio prima firmat iudicium, & præuenit, ac perpetuat iuriſdictionem, gl. citationes, in d. clem. dudum.

Citatio de iure, debet fieri perſonaliter, vel ad domum, vel amici ſunt requirendi, gl. ea certa, ib. 9

Citationes per edicta debent fieri conſiderata diſtantia locorum, & conditione perſonarum, & loci, d. clem. dudum, & ibi gl. locorum. de iudicijs.

Citatio perſonalis conſtituit quem contumacem verum, non tamen manifeſtum, gl. perſonaliter, ib.

Citatio prima debet fieri in propria perſona, ſi commode poteſt; quod ſi non poſſit, citari debet ad domum: ita tamen, quod citator non intret, ſed denunciet ante ianuam, clem. 1. de foro comp.

Citationem ad domum fieri ſufficit, etiamſi ea non peruenerit ad notitiam citati, ibid.

Citationem vna die fieri non ſufficit, quando continet plura interualla; ſed requiritur, quod diuerſis diebus fiat, d. clem. 5. & ibi gl. diebus.

Citatio, vt arctet, debet eſſe legitima: putà per nuncium vel literas, ſecundum naturam eius, de qua agit. ibid.

Citatio quandoque ſpeciali iure poteſt fieri die feriato, gl. feſtiuis, ibid.

Citatio debet eſſe legitima, clem. paſtoralis, §. verum. De re iudicand.

Citatio non arctat citatum, quando notoriè conſtat non eſſe tutum locum, ad quem citatur, ibid.

Citatio extra territorium citantis non arctat citatum: quod verum eſt, etiamſi citetur ad executionem delicti commiſſi in territorio citantis, d. clem. paſtoralis, §. vt illud. 10

Citatio vna peremptoria non ſufficit, vbi ius ternam requirit, gl. tertio, in clem. 1. De vita & honeſt.

Citatio ab homine comparatur citationi a iure, clem. 2. de pœnis.

Citatio in omnibus cauſis, in principio regulariter requiritur trina, vel peremptoria: fallit in cauſis commiſſis cum clauſula, *quod procedatur ſimpliciter & de plano*, &c. gl. citationem, in clem. ſæpe. De verb. ſign.

Citatio generalis non ſufficit, ſed requiritur quod exprimatur ad audiendam ſententiam; alias non tenet ſententia, etiam in ſummariis, gl. ad id, in d. clem. ſæpe, §. ſi.

Citatio eſt de proceſſu, gl. vel proceſſus, in extrau. dierum. Ioann. 22.

Citatio eſt principium iudiciorum, gl. perſonaliter, in extrauag. rem non nouam. De dolo & contum. inter comm.

11 Citatio debet habere principium certum & firmum, ibid.

Citationem, quando factum eſt generale ad omnes, ſufficit publice proponi, non in auribus ſingulorum inculcari; ſi verò factum ſpecialiter tangit partem, tunc regulariter citatio generalis in albo non ſufficit, ibid.

Citatione non præmiſſa, non poteſt Papa contra aliquem procedere, gl. non obſtantibus, ibid.

Citatio eſt de pertinentibus ad iudiciarium ordinem, ibid.

Citatio eſt de iure naturali, & ea amiſſa, non poteſt Papa contra aliquem procedere, ibid.

Citatio vnica ſufficit, in Synodali citatione facta his, qui ad Synodum debent venire, gl. 2. in can. ſi Epiſcopus, diſt. 18.

Citatio trina requiritur in iudiciali citatione, ibid.

Citatio quandoque fit per epiſtolam, & ſic literis citatoris ſuperioris fides adhibetur, d. can. ſi Epiſcopus.

Citatio partis aduerſæ eſt de iure diuino, can. pen. in prior. 2. q. 1.

Citationem non tenere vbi eſt euidens, reus non tenetur venire, etiam ad allegandum ſuum priuilegium, gl. 2. in can. ſi Epiſcopus, 3. q. 2.

12 Citatio quandoque non valet, quia intra anguſta tempora fiat: quandoque non valet, quia non exprimitur cauſa quare citatio fiat: quandoque non valet, quia nimis maturatur peremptorium: quandoque non valet ratione temporis, vt ſi fiat feriato tempore: quandoque ratione loci, vt ſi citatur extra prouinciam vltra duas dietas, vel ſi citatur ad locum periculoſum, vel inhoneſtum, d. gl. 2.

Citatio quandoque non tenet ratione iudicis, vt ſi euidens ſit, ipſum non eſſe iudicem qui citat: item non valet, ſi reſcriptum Apoſtolicum non inſeritur: item, quando euidens eſt iudicem eſſe inimicum, ibid.

Citatio non valet, ſi ille qui citatus eſt, ſpoliatus eſt: vel ſi ad querelam liberti citatur patronus, & vbicumque euidenti exceptione reus ſe tueri poteſt, ibidem.

Citatio quandoque licet ſit nulla, tamen niſi defendatur citatus, proceditur contra ipſum, ibid.

Citatio quandoque eſt iniuſta ex perſona agentis, cum agens agit calumnioſe: & tamen niſi citatus veniat ad iudicium, punitur, d. gl. 2.

Citatio noua non fit, vbi negotium remittitur inſtructum ad ſuperiorem per viam relationis; & ſuperior non pronunciat per ſe, ſed committit, can. ſi. §. cum vero, 3. q. 3.

Citatio in principio iudicij debet eſſe trina, & ſic peremptoria, can. ſi. 3. q. 5.

Citatio de iure, debet eſſe trina, gl. 1. in ſumma, 4. q. 5.

Citatio quandoque fit per literas, & ſic creditur literis iudicis,
13 can. 1. 4. q. 5.

Citatio debet continere diem, qua quis comparere debet. ibidem.

Citatio non arctat citatum, niſi à die receptæ citationis, ibid.

Citationis receptæ dies, non computatur inter dies aſſignatos in citatione, ibid.

Citatio debet fieri cum congruo dierum ſpatio, can. 1. 5. q. 2.

Citatio debet habere congruum ſpatium, & ſic non valet citatio, vt quis compareat ſtatim, ibid.

Citatio debet habere competens interuallum: & ſi citatus non venerit, iterato citatur, & non comparens, ab ingreſſu Eccleſiæ & diuinis ſuſpenditur: qui ſi iterum citatus non venerit, excommunicatur, can. pænitem, 5. q. 2

poſt Citationem trinam ideo quis excommunicatur, quia videtur tacite denegare, velle coram iudice comparere, ibid.

Citatio debet fieri per ſcripturam in cauſa criminali, can. ſi Primates, 5. q. 2.

14 in Citatione quæ fit in cauſa criminali, debent ſpecificari crimina, ſuper quibus quis citetur, ibid.

in Citatione, vbi exprimuntur crimina, accuſato deneganda ſunt deliberatoriæ ad reſpondendum, ibidem.

Citatio debet fieri cum literis citatoris, can. ſi ægrotans, 5. q. 3.

Citatio nulla non arctat citatum; nam vbi quis citari non poteſt, vel ratione perſonæ, vel ratione temporis, vel ratione cauſis non tenetur venire, gl. 2. in can. nullus clericus, 2. 11. q. 1.

Citatio nulla non arctat citatum, nec tenetur venire, & allegare forum, ibid.

Citatio ſi fuerit facta, vt compareat die feriata, valet, & tenetur comparere, ſed ſi quis citatus ſit, vt reſpondeat die feriata, non tenet citatio: quia talis citatio nulla eſt, gl. ſi. ib.

Citatio peremptoria poteſt mitti a quocumque iudice: licet multi dicant ab ordinario vel delegato principis tantum id fieri poſſe, gl. peremptorio, in can. de illicita, 24. q. 3.

Citatio peremptoria non debet ſtatim mitti, niſi neceſſitas vrgeat, ibidem.

poſt Citationem peremptoriam, licet dicat lex, quod iudex debeat mittere edictum vnum; illud non eſt verum, niſi velit iudex ei gratiam facere, ibid.

Citatio peremptoria quantum temporis debeat continere, eſt in iudicis arbitrio, gl. peremptorio, ib.

Citatio licet debeat fieri tribus edictis, vel vno peremptorio; ſi tamen pars non venerit ad primam citationem, punitur in expenſis, ibid.

Reliqua in verbo, Bannitus. Contumacia. Contumax. Conuentio. Terminus.

CITARI debet capitulum, & non ſinguli de capitulo, in cauſa capituli, gl. ſingulares, in cap. bonæ, 21. De electione. 1

Citari debet quis perſonaliter, ſi reperiri poteſt: ſi autem non poſſit reperiri, debet citari eius procurator, ſi quem dimiſit; ſi non dimiſit, vel ſi dimiſit, ſed eſt occultum an dimiſerit, debet citatio fieri ad domum, cap. cauſam quæ, & ibi gl. 3. De dolo & contum.

Citari poteſt quis ad totam cauſam, cum citatio ſit de longinquo, cap. ſi. eod.

Citari ipſi iudices intelliguntur, quando per alios citant, gl. pe. ibidem.

Citare poſſunt iudices per ſe, ibid.

Citare poteſt iudex per familiarem ſuum, vel per ſuum diſcipulum, gl. ſi. in cap. cum ſit Romana, §. ſi. De appell.

Citare partem ad totam cauſam in principio, iudici licitum eſt, cap 1. De electione, lib. 6.

Citari videtur quis ad hoc, vt id de quo reus dicitur, diſcutiatur plenius: & per conſequens ſi condemnari vel abſolui debeat, aut innocens oſtendi & ſententiari, clarius & perfectius cognoſcatur, gl. non obſtantibus, in extrauag. rem non nouam. De dolo & contum.

Citari poteſt quis extra prouinciam infra vnam dietam, gl. regnorum, in extrauag. execrab. de præbend. inter communes.

Citare poteſt peremptorie iudex in prima, vel ſecunda, aut tertia citatione, dum modo non maturetur peremptorium nimis, gl. 1. in can. 1. 5. q. 2.

Citans aliquem coram diuerſis iudicibus, regulariter non debet perdere cauſam, ſed ſatis eſt, quod reo excipiente condemnetur in expenſis ſecundi iudicij, gl. ſi. in cap. ex itinere, 9. De reſcript. 2

Citans dicitur habere officium, cap. paſtoralis, §. item ſi totum. De officio deleg.

Citandus eſt quis ad quemcumque actum præiudicialem, qui etiam extraiudicialiter geritur: alias non valet actus, cap. inter quatuor. De maior. & obed.

Citandi ſunt omnes quos res tangit, vbi de eorum agitur præiudicio, ibidem.

Citandus eſt dominus abſens, qui procuratorem dimiſit ante litem cœptam, nec valet citatio facta ad perſonam procuratoris, cap. dilectus. De procuratoribus.

Citandus ſi non poteſt inueniri, ad domum illius debet mitti citatio: ſed ſi non habeat domicilium vbi habitare conſueuit, apud Eccleſiam ſuam debet mitti, gl. in Hybernia, in cap. cum olim. De dolo & contum.

Reliqua in verbo, Appellatio. n. 1. Appellatus. Capitulum. 2. Contumacia. Contumax. Conueniri.

CITATORIAE dilationis tempus, eſt arbitrarium, can. ſi Primates, 5. q. 2. & can. 1. 5. q. 3.

in Citatoriis literis ſi contineatur quod velit petere actor, & cauſa petendi, & qualiter agere velit, & res à parte ſpecificentur: cum per dictas literas citatorias reus citatus plene potuit inſtrui, non dantur ſibi induciæ liberatoriæ, cap. 2. & ibi gl. 2. De dilatio.

in Citatoriis literis in cauſa criminali, licet non ſit neceſſe inſerere copiam libelli, debet tamen exprimi quod opponitur reo: vt deliberatus veniat quando literæ citatoriæ fuerint de longinquo; ſed ſi ſint de propinquo, tunc non eſt opus copiam libelli inſeri in literis citatoriis, dd. reprob. d. gl. ſi. in d. cap. 2.

in Citatoriis literis cauſis criminalis ſi inſertum ſit reſcriptum, vel quid reo obiicitur, non dantur tunc reo induciæ deliberatoriæ, cum per eas potuerit venire inſtructus, d. gl. ſi.

in Citatoriis literis cauſæ criminalis etiamſi ſit inſertus libellus, citato dari debet dilatio pro amicis conſulendis: ſed non datur dilatio ad quærendum aduocatum, dd. ad gl. ſi. in cap. 2. De dilatio.

Reliqua in verbo, Terminus. Citatio.

CITATVS non tenetur comparere, vbicumque notoriè conſtat citantem non habere iuriſdictionem in citatum, gl. niſi forſan, in cap. ſuper literis. De reſcript. 1

Citatus vt præſentet ſe conſpectui iudicij, poteſt comparere per procuratorem, cap. pe. De poſtul. præl.

Citatus præſumitur quis, eo ipſo quod miſerit nuncium ad iudicem: licet neget ſe fuiſſe citatum, gl. ſingularis, in cap. bonæ, 23. De elect.

Citatum fuiſſe quem incumbit onus probandi aſſerenti, non ei qui negat, ibid.

Citatus ad cauſam non tenetur mittere procuratorem, quando

ipſe ire

ipſe ire non poteſt, vt quia locus ſibi ſit ſuſpectus, vel aliàs ſit impeditus: ſed debet mittere qui proponat exceptionem, aliàs teneret excommunicatio pro contumacia, gl. ſecure, ibidem.

Citatus vt veniat ad electionem faciendam, impeditus debet mittere procuratorem ſi vult, alias procedetur ad electionem eo abſente, gl. metuebant ibid. dd. reprob. gl. ſecure, ibidem.

Citato aliquo non legitime, ſi contra eum abſentem aliquid fiat, non valet factum: intellige ſi notoriè conſtat citationem non legitimam, gl. fi. ibid.

Citatus venire non poſſe dicitur, ſi non poteſt venire ad locum propter timorem, vel infirmitatem, vel quando vocatus eſt ad maius tribunal, & his caſibus dicitur impeditus cum iuſta cauſa, gl. venire, in cap. quia propter, §. fi. De elect.

Citatus ad citationem iudicis tenetur venire, ſi valet citatio: alias non tenetur venire, gl. venire, in cap. de cauſis, §. 1. De officio, deleg.

Citatus quilibet tenetur ſaltem venire allegaturus priuilegium ſuum, gl. teneatur, in cap. prudentiam, 21. eod.

2 Citatus à duobus ex tribus delegatis, cum clauſula, *quod ſi omnes intereſſe nequiuerint*, &c. non tenetur comparere, ſi conſtat quòd tertius ſe non excuſauit, gl. teneatur, ibid.

Citatus à duobus ex tribus, cum clauſula, *quod ſi non omnes*, &c. non tenetur comparere, niſi in citatione cauſam probabilem illi duo exprimant: ſcilicet quod tertius ſe excuſauit, dd. reprob. gl. teneatur, ibid.

Citatus a duobus ex tribus iudicibus delegatis, non arctatur ad reſpondendum, cap. cum cauſa, 22. De officio deleg.

Citatum expectare vſque ad alterum diem poſt aſſignatum ſibi diem, eſt æquum & honeſtum: non tamen eſt neceſſarium, niſi velit iudex ipſe in diem alterum expectare, gl. 2. in cap. conſuluit, eod.

Citatus non comparens in diem ſibi aſſignatum, non debet ſtatim dici contumax, quoniam potuit habere iuſtam cauſam abſentiæ, & tunc reuocaretur ſententia, gl. 2. in d. cap. conſuluit, eod.

Citatus ad certum locum, ad quem non poteſt ſecure venire, poteſt petere vt delegatus iudex remoueatur a delegatione, nec tenetur ſtare literis de ſaluo conducto, cap. cum R. 55. eod.

Citatus vt veniat perſonaliter ad cauſam, non ſufficit tunc mittere procuratorem, gl. perſonaliter, in cap. ſi. De maior. & obed.

Citatus ſimpliciter vt veniat, tunc poteſt mittere procuratorem, vel ipſe debet ire, ibid.

3 Citatus perſonaliter vel ſimpliciter in cauſa ardua, ſi ipſe per ſe venire non poſſit, non compellitur mittere procuratorem, ſed debet in vtroque caſu nuncium deſtinare ad allegandas cauſas, quare ipſe venire non poſſet, ibid.

Citatus non veniens, etiam ad primam citationem condemnatur in expenſis, gl. rationabili, in cap. 2. De procuratoribus.

Citatus ſi non fuit infirmitate vel alia iuſta & rationabili cauſa detentus, vt contumax condemnatur in expenſis, ibid.

Citatus ad citationem peremptoriam ſi non venerit, actor mittitur in poſſeſſionem rei petitæ, vel excommunicatur, ſi miſſio fieri non poteſt; etſi poſtea intra annum compareat, reſtituit omnes expenſas factas ab eo tempore, quo fuit contumax, ibid.

Citatus in cauſis arduis non tenetur mittere procuratorem, ſi venire per ſe non poſſit; forte impeditus infirmitate, vel alia iuſta cauſa, gl. detentus, ibid.

Citatus ad iudicium indiſtinctè in pecuniariis cauſis, poteſt conſtituere procuratorem, licet in citatione hoc non dicatur: niſi quando dominus eſt iuſtior quam procurator: & ſi cauſa ſit vehementior, puta ſi agatur de adminiſtratione ſua, vel tutela, ibid.

Citatus ad cauſam nullitatis ſententiæ, non arctatur ad comparendum, vel mittendum procuratorem inſtructum ſuper negotio principali, articulo nullitatis expedito, cap. auditis. De procurat.

Citatus ad totam cauſam; ſi conſtituit procuratorem, quem poſtea reuocat, poteſt nihilominus contra eum procedi, inquantum ſtatus cauſæ patitur ſine alia citatione, ib.

Citatus abſentans ſe debet procuratorem dimittere: aliàs procedetur contra ipſum, ſi ſe non defendat, cap. dilectus, eod.

4 Citatus ad reſtitutionem dandam, non videtur citatus ad proſecutionem negotij principalis data reſtitutione, niſi aliter ſit expreſſum, cap. cum ex literis. De in integr. reſtit.

Citatus peremptorie vt veniat inſtructus, non poteſt petere aliam dilationem ad id ipſo iure, ſed bene per reſtitutionem, cap. coram eod.

Citatus comparens & illicentiatus recedens, reputatur contumax: vbi actus ad quem eſt citatus, non eſt expeditus, etiam in termino propter factum citare facientis, vt quia non comparuit: nam tunc debet differri vſque in alteram diem, cap. 5. De iudiciis.

Citatus comparens, & illicentiatus recedens contumaciter, poteſt excommunicari, gl. non placere, ibid.

Citatus legitime tenetur coram iudice citante cauſam proſequi; non obſtante quod poſt citationem mutauerit forum, cap. propoſuiſti. De foro comp.

Citatus nullus tenetur venire ad locum non tutum, vel ſecurum, cap. accedens, 4. Vt lite non conteſt.

Citatus ad locum, ad quem non poteſt tranſire niſi per terram inimicorum, habet iuſtam cauſam non eundi, etiamſi ſibi concedatur ſaluus conductus, ibid.

pro Citato habetur ille qui ſe occultat, ne ad eum perueniat citatio: & denunciatione facta publice ad domum ſuam, vel Eccleſiam, habetur pro contumace, gl. impedit. in cap. quoniam, §. porro. Vt lite non conteſtat.

Citatus ſufficit quod compareat per procuratorem, nec tenetur perſonaliter comparere, niſi fuerit citatio perſonalis, cap. cum cauſam. De iurament. calumn. 5

Citatus, vt ſe conſpectui Papæ præſentet, poteſt comparere per procuratorem, ibid.

Citatus quia vt perſonaliter compareat, non ſufficit mittere procuratorem, gl. 2. ibid.

Citatus ad vnam cauſam, ſi recipiat libellum datum ad aliam cauſam, & illi reſpondeat, poteſt ſententiari ſuper illo, cap. paſtoralis. De cauſa poſſeſſ.

Citatus ad vnam cauſam & præſens, non oportet, quod vlterius citetur ad aliam nouam cauſam, quæ tunc debet moneri, ibid.

Citatus vt veniat ad cauſam, vel mittat procuratorem, non ſufficit mittere excuſatorem, ſed debet mittere reſponſalem, cap. cum dilecti. De dolo & contum.

Citatus ad totam cauſam, certo tempore ad comparendum aſſignato, tenetur comparere in termino: & dato impedimento in termino, debet comparere quam citius poteſt poſt terminum, alias condemnabitur in expenſis à tempore citationis emiſſæ, ibid.

Citatus reus ſi non comparet in termino, non condemnatur in expenſis, ſi iudices ita fuerint impediti, vt reo quantumuis comparente, & non potuiſſent procedere, gl. fi. in cap. fi. De dolo & contum. & ibi dd.

Citatus venire ad certum terminum, ſi non potuit venire intra illum, non cenſetur liberatus poſt terminum, gl. pe. in cap. 2. De eo qui mittitur in poſſeſſionem.

Citatus ad ſententiam, ſi ex legitima cauſa iudici ignota non comparuit, tenet ſententia eo abſente lata ſed retractatur, eo probante legitimam abſentiæ cauſam: ſi vero impedimentum probetur non plene, non retractatur ſententia, niſi prius doceat de ipſius iniquitate, cap. cum Bertholdus. De re iudic. 6

Citatus ad locum periculoſum, non tenetur ire, nec ſufficit præſtare ducatum, gl. 1. in cap. ex parte, 47. De appell.

Citatus non tenetur accedere ad locum incommodum propter inimicitias, nec etiam quando excedit duas dietas, ibid.

Citatus ad inſtantiam legitimi accuſatoris, tenetur comparere ſaltem ad allegandum priuilegium ſuum, cap. veniens. De accuſat.

Citatus ad actum, intelligitur citatus vt ſtet, donec actus expediatur, cap. ſi poſtquam, 23. §. ſi vero. De elect. lib. 6.

Citatus ad actum, recedens ſine licentia antequam actus ſit finitus, reputatur contumax, ibid.

Citatus, ſi eo tempore quo non impeditur proceſſus cauſæ, per triginta, vel viginti milliaria peregrinationis vel recreationis, vel ſimili cauſa ivit extra locum citationis, non intelligitur receſſiſſe, gl. monte, ibid.

Citatus à non ſuo iudice, licet non compareat, excommunicari non poteſt, cap. 1. §. fi. De foro comp. lib. 6.

Citatus etiam poſt iuramentum præſtitum, vt veniat reſpondere poſitionibus, ſi non veniat, poſitiones ob id non tenentur pro confeſſis, gl. iuſtitque, in cap. 2. De confeſſis, lib. 6. & ibi dd.

contra Citatum a iure poteſt procedi, tanquam contra contumacem, ſi non comparet, cap. 1. §. quod ſi. De appell. lib. 6.

Citatus, quando conſtat, quod non eſt de iuriſdictione citantis, non tenetur comparere, niſi cauſa talis in citatione exprimatur, per quam apparet illum iuriſdictionem habere, ſi vera ſit illa cauſa, gl. citent. in cap. Romana, §. cum autem, eod.

Citatus venire ad diem feriatam, etiam fauore hominum, non tenetur venire: in dubio tamen, melius eſt comparere, ibidem. 7

Citatus vt compareat eo die, quo impoſſibile eſt eum comparere, licet non teneatur comparere eo die propter impoſſibilitatem, tamen tenetur comparere poſt diem: quia principale eſt quod veniat: acceſſorium verò eſt, quod veniat tali die: & principale non vitiatur propter acceſſorium, gl. 2. in reg. nemo poteſt. De reg. iur. lib. 6.

Citatus quando dubitatur, an ſit de iuriſdictione citantis, tenetur ire allegaturus ſuum priuilegium, gl. 2. in cap. ea quæ fiunt. De reg. iur. lib. 6.

Citatus, qui tenetur ire vel mittere ad curiam, mortuo Papa, tenetur ad idem, gl. quacumque, in clem. ne Romani, §. cæterum. De electione.

Citatus ad locum notoriè non tutum, poteſt appellare, etiam exceptione non oppoſita, gl. notorio, in clem. paſtoralis, §. verum. De re iudic.

Citatus vel iuſſus vt compareat, vel aliquid agat infra certum terminum, ſatis eſt quod infra illum quandocumque, dum tamen loco, & tempore congruo compareat, vel id agat. gl. infra dictum, in clem. 2. De appellat.

Citatus procurans ſe capi, ne ita captus poſſet ire ad ſedem Apoſtolicam, excommunicatur ipſo facto, & à perceptione

fructuum

Digitized by Google

fructuum per triennium ſuſpenditur, ſi fuerit Prælatus: ſi vero inferior, priuatur beneficijs, clem. 2. & ibi gl. eandem. De pœnis.

8 Citatus ad iudicem, tenetur mittere procuratorem ſi ipſe venire non poſſit: niſi ſit cauſa ardua, gl. s. in can. Epiſcopus, diſt. 18

Citatus licet in prima citatione non veniat, debet puniri in expenſis, quamuis ius ei concedat trinam citationem, gl. tot temporis, in can. Honoratus, diſt. 74. & ibi dd.

Citatus reus non tenetur venire, etiam ad allegandum ſuum priuilegium, vbi euidens eſt citationem non teneri, gl. 2. in can. ſi Epiſcopus, 3. q. 2.

Citatus tutius faciet, ſi vadat allegaturus priuilegium ſuum, vel appellet ſi eum grauauerit: niſi quando conſtat eum non eſſe ſuum iudicem, gl. 2. in can. ſi Epiſcopus, 3. q. 2.

Citatus tenetur venire ad allegandum ſuum priuilegium, quando eſt dubium, an citatio teneat, ibid.

Citatus à ſuo iudice, inuitus compellitur reſpondere, ſecus à non ſuo iudice: & citato appellanti danda eſt dilatio, can. pulſatus, 3. q. 6.

Citatus à non ſuo iudice inuitus non compellitur comparere, ibidem.

Citati præſentia ſufficit, in actu in quo requiritur citatio, etiam ſi alia non proceſſit citatio, can. chartæ, 3. q. 9.

Citatus, ſi non venerit ad primam citationem, delinquit, quia ſpernit mandatum iudicis: & punitur, & præſtabit ſumptus litis factos illo die, gl. 1. in ſumma, 4. q. 5.

Citatus non legitimo, licet venerit ad iudicium, inuitus reſpondere non compellitur, can. 1. 5. q. 2.

Citatus peremptorie vt quis dicatur, ſufficit quod ter citetur: licet non dicatur peremptorie, gl. 1. ibi gl. peremptorio, in can. de illicita, 24. q. 3.

Citatus vt compareat per ſe vel per procuratorem, licet ſit ipſe abſens in cauſa infirmitatis, vel inhibitum in itinere, vel ex alia legitima cauſa, tenetur mittere procuratorem: ſecus eſſet, ſi perſonaliter compareret: quo caſu non cogitur mittere procuratorem, gl. s. in can. ſi ægrotans, 5. q. 3. & ibi dd.

Citatus die feriato, tenetur venire & allegare ſuum priuilegium, gl. ſi. in can. placuit, 5. q. 4.

Citatus à iudice poſt appellationem, tenetur venire, & allegare priuilegium ſuum, ibid.

Citatus licet non teneatur venire die feriata, & allegare priuilegium ſuum: tamen poteſt ad hoc citari, vt libellus ei detur, ibidem.

Citatus, quando liquet quod citatio facta ſit nulla, non tenetur venire ad allegandum priuilegium ſuum: ſed vbi eſt dubium an teneat, tenetur venire, gl. ſi. ibid.

Citatus vt compareat per ſe, vel perſonaliter, non poteſt comparere per procuratorem: niſi aliud exprimatur in citatione, cap. s. De electione lib. 6.

Citatus, ſi ad primam citationem dicat ſe nolle venire, non eſt denuo citandus, gl. peremptorio, in can. de illicita, 24. q. 3.

contra Citatum non peremptorie, ſi iudex ferat ſententiam, non tenet ſententia, dd. ibid.

Citato debet eſſe locus notus, clem. 1. De ſum comp.

Reliqua in verbo, Comparere. Contumax. Capitulum, 2. Conuentus, 2. 3. Terminus.

CIVES habent poteſtatem condendi ſtatuta in ciuitate ſua, dummodo ſint honeſta & iuſta, cap. quæ in Eccleſiarum, & ibi gl. s. De conſtitut.

Ciuis Romanus poteſt eſſe Senator illius ciuitatis, ſicut & Prætor: alias tamen non poteſt quis præſidere, vel aſſidere in prouincia, vel ciuitate ſua ſine principis licentia, gl. ſi. in cap. fundamenta. De electione, lib. 6.

Ciuium appellatione comprehenduntur tantum illi, qui originem de ciuitate traxerunt: quod intellige, quando illud exprimitur in diſpoſitione: alias comprehenderentur tantum habentes domicilium, d. cap. fundamenta, § ſi.

Ciuium appellatione comprehenduntur clerici, & perſonæ Eccleſiaſticæ, can. ſi in adiutorium, diſt. 10.

Ciuium appellatione comprehenduntur etiam clerici ciuitatis aliunde trahentes originem, qui habent beneficia in ciuitate, can. de his, diſt. 52.

Reliqua in verbo, Plebis.

1 **CIVITAS** non venit appellatione diœceſis, in odioſis, cap. Rodulphus, & ibi gl. 1. De reſcript.

Ciuitas & diœceſis ſunt diuerſa, ibid.

Ciuitas quælibet poteſt appellari vrbs, cap. 1. De officio Ordin.

Ciuitatis appellatione comprehenditur diœceſis, vbi protenitur à iure, cap. quoniam, eod.

in Ciuitate vna poſſunt eſſe populi diuerſarum linguarum, ibidem.

Ciuitas eadem non debet habere duos Epiſcopos, quia videretur vnum corpus habere duo capita, quod eſſet quaſi monſtrum, ibidem.

Ciuitates regentes varijs nominibus vocantur, quidam conſules, alij rectores, alij poteſtates, alij & alijs nominibus nuncupantur, cap. non minus. De immunit. Eccleſ.

Ciuitates maiores dumtaxat priuilegio Epiſcopatus ſunt honorandæ, cap. s. De priuileg.

ad Ciuitatis eſſe non requiritur Epiſcopus: poteſt enim eſſe ciuitas, licet non habeat Epiſcopum, ib.

Ciuitas poteſt facere ſtatutum ſine alia ſuperioris authoritate, cap. in noſtra. De iniurijs.

Ciuitas regulariter murorum ambitu terminatur, gl. ciuitatibus, in cap. ſtatutum. De reſcript. li. 6. & gl. ciuitate, in cap. vbi periculum, §. iacin. De electione, lib. 6.

in Ciuitatibus præſumuntur periti, gl. ciuitatibus, in d. cap. ſtatutum.

Ciuitas quælibet habet territorium, cap. vbi periculum, §. porro. De electione, lib. 6. 2

Ciuitates murorum ambitu terminantur, gl. ciuitatibus, in cap. 2. De ſupplend. neglig. Prælat. gl. ciuitatibus, in cap. 2. De iureiur. lib. 6.

Ciuitas, caſtrum, & terra differunt inter ſe. cap. 1. De iureiur. lib. 6. cap. is qui. De ſepult. li. 6. cap. Epiſcoporum. De priuil. lib. 6.

Ciuitas & diœceſis ſunt correlatiua; ſicut pater & filius, gl. vberiorem, in add. in cap. quamuis, §. quanquam. De præbend. lib. 6.

Ciuitas propter delictum ciuium interdicitur: & priuatur dignitate pontificali, cap. ſi. §. quapropter. De pœnis, lib. 6.

Ciuitas poteſt repetere ſuum ciuem: item poterit petere ſuo ciui iuſtitiam fieri, & violenter ablata reſtitui, gl. 1. in cap. ſi iudex laicus. De ſententia excommunicat. lib. 6.

Ciuitatis appellatione in materia pœnali & odioſa, quando aliàs diſpoſitio eſſet inutilis & fruſtratoria, veniunt & continentur ſuburbia & continentia ædificia: alias ſecus, cap. ſi ciuitas. De ſententia excommunicat. lib. 6.

Ciuitas propria ſignificatione non includit, niſi illud quod infra muros ipſius continetur, ibid.

Ciuitas eſt ciuium vnitas, & ſic ædificia & ſtructuræ murorum, non dicuntur ciuitas, ſed congregatio hominum, gl. 1. d. in cap. ſi ciuitas, 17. eod.

Ciuitas capiens, vel percutiens, vel aliàs delinquens contra ſuum Epiſcopum, donec ſatisfecerit, interdicto Eccleſiaſtico ipſo iure ſubiacet: poteſtas vero, conſiliarij, balliuus, ſcabini, aduocati, conſules, rectores, & officiales ſunt excommunicati ipſo iure, à qua non poſſunt abſolui ab aliquo, quàm à Papa, clem. 1. De pœnis. 3

Ciuitas poteſt delinquere, id eſt homines de ciuitate, ibidem.

in Ciuitatibus & terris, quæ ſunt de patrimonio Eccleſiæ Romanæ, nullus debet aſſumere dominium, nec facere ſe creari poteſtatem, neque tali ſic recepto debet obediri, extrauag. Eccleſiæ Romanæ, Ioann. 22.

in Ciuitatibus & terris Eccleſiæ Romanæ, nullus debet ſibi adſcribere præeminentiam poteſtatis, vel capitanei ſine ſpeciali licentia ſedis Apoſtolicæ, ib.

Ciuitates de patrimonio Eccleſiæ Romanæ, quæ habent ius eligendi capitaneos, vel poteſtates per ſedem Apoſtolicam confirmandos, ante debitam confirmationem nulla debet eis præſtari obedientia, tanquam talibus, ibid.

Ciuitates & loca dicuntur eſſe in patrimonio ſancti Petri, ratione iuriſdictionis & ſuperioritatis, quas in eis habet Romana Eccleſia, gl. patrimonium, ibidem.

Ciuitas dicitur antequam ibi ſit Epiſcopalis ſedes, non tamen talis ſedes conſtituit ciuitatem, gl. ciuitates, in extrau. ſedes Apoſtolica. Ioann. 22.

Ciuitas, communitas, vel vniuerſitas cum ſit quid inanimatum, alicuius inhibitionis vel cenſuræ Eccleſiaſticæ capaces non ſunt; vnde ea quæ in facto conſiſtunt, per eas expediri non poſſunt: quare per ipſarum membra debent expediri, gl. ciuitatibus, in extrauag. ſi fratrum. Ioan. 22. 4

Ciuitatibus & vniuerſitatibus facta inhibitio, cenſetur facta ipſis ciuibus ciuitatem vel vniuerſitatem conſtituentibus, d. gl. ciuitatibus, in d. extrauag. ſi fratrum, Ioan. 22.

Ciuitatis nomine non comprehenduntur territoria eius, gl. & territoriis, in can. ego Lodouicus, di. 93.

Ciuitatis paupertas non minuit prærogatiuam regni, gl. & paupertatis, in can. legimus, diſt. 63.

Ciuitas parua, ſicut non poteſt regnum impugnare: ita nec imperium, ſacerdotium, can. pen. & ibi gl. pe. diſt. 96.

Ciuitates poſſunt appellari, etiam loca non habentia Epiſcopos, can. audiuimus, 3. q. 2.

Ciuitas deſinit eſſe, inductione aratri, gl. ſi. in can. paſtoralis, 7. q. 5.

Ciuitas quamuis capiatur ab infidelibus, tamen Epiſcopus illius ciuitatis non deſinit eſſe Epiſcopus: interim tamen poteſt ad aliam Eccleſiam tranſire, & ſic erit Epiſcopus duarum Eccleſiarum, d. gl. ſi.

Ciuitas pro delicto perſonarum puniri poteſt, gl. omnes qui. in can. ſi audieris, 23. q. 5.

Ciuitas, dato quod poſſit excommunicari, etiam qui poſtea naſcuntur, quàm primum fuerint baptizati, ſunt excommunicati: ſed ante baptiſmum non, gl. pœna. in can. ſi habes, 24. q. 3. & ibi dd.

Reliqua in verbo, Adminiſtrator. n. 2. Caſtrum. Villa. Municipium. Terra. Territorium.

CIVILIS iuris ſapientia non eſt pretio nummario dehoneſtanda, gl. retributionis, in can. non ſolum. 1. q. 3.

Ciuiliter

Ciuiliter poteſt agi, & criminaliter pronunciari quandoque, gl. a. in can. frequens, diſt. 54.

Reliqua in verbo. Cauſa, n. 4. 11. 12. 27. Quæſtio.

CLAMANS ſubmiſſa voce, vel poſt caſum contingente, non excuſatur per hanc proteſtationem, cap. ſi. De homi.

CLARITAS in agibilibus à iure approbatur, gl. operibus, in extrauag. ad conditorem. Ioan. 22.

CLAVDVS dicitur ille, qui patitur defectum in poteſtate ambulandi, non autem in ſenſu velut: & licet habeat pedes, non tamen facit greſſum, can. hinc eſt, di. 49.

à Claudo differt carens pede, quia claudus habet officium ambulandi, licet aliqualiter impeditum: ſed carens pede ambulare non poteſt, ibid.

Claudus dicitur ille, qui non dirigit æqualiter greſſus ſuos, ſed in diuerſas inæqualiter diſponit, can. ſacerdotes, diſt. 49.

Claudus non repellitur ab ordinibus, dummodo non ſit ita, quod oporteat ire ad altare cum baculo, can. ſi quis in infirmitate, & ibi gl. 1. diſt. 55.

CLAVSTRVM quibuſdam eſt, ſicut aqua piſcibus: alijs vero eſt carcer. gl. ſuaut. in clem. ne in agro, §. quia. De ſtatu monach.

Clauſtri ordo diuerſus eſt ab ordine curiæ, gl. curias, ibid.

Clauſtri abuſiones quibus tota religionis maſſa corrumpitur, ſunt duodecim; ſcilicet Prælatus negligens, Diſcipulus inobediens, Iuuentis otioſus, Senex obſtinatus, Monachus curialis, Monachus cauſidicus, Habitus pretioſus, Cibus exquiſitus, Rumor in clauſtro, Lis in capitulo, Diſſolutio in choro, Irreuerentia circa altare, ibid.

Reliqua in verbo, Monachus.

1 **CLAVIS** ſpiritualis eſt inducta ad inſtar clauis materialis: ſicut enim clauis materialis dicitur, inſtrumentum ſeu miniſterium, quo clauſum oſtium aperitur; ſic illa poteſtas ſpiritualis, quæ data eſt diſpenſatoribus ſacramentorum, clauis dicitur, gl. clauem, in extrauag. quia quorundam. Ioannis 22.

Clauis ſpiritualis ſuſcipitur, per ſuſceptionem ordinis ſacerdotalis, abſque alia anguſtia ſeu labore, gl. nequaquam, ibid.

Clauium tota vis per Chriſtum Petro conceſſarum conſiſtit in poteſtate ſoluendi atque ligandi. d. extrauag. quia quorundam, & ibi gl. poteſtatem.

per Clauium poteſtatem in virtute paſſionis Chriſti, tollitur impedimentum peccati originalis, vel actualis impedientis humanam creaturam cœlum, & Dei gloriam ingredi: & ſublato illo impedimento, porta cœli aperiri & reſerari dicitur gl. clauem, ibid.

Clauium poteſtate debens uti debet eſſe ſciens ſoluere, & ligare: alias ſuſcipiens eas, peccat, gl. vicem ſuis, ibid.

Clauium poteſtas, ſcilicet ſoluendi & ligandi promiſſa Petro & ſucceſſoribus, intelligitur claue non errante; nam excommunicatus quoad Eccleſiam militantem, ſæpe eſt abſolutus quoad triumphantem, gl. ſolutum in cœlis, ibid.

Clauis vſus non cadit in mortales, gl. de iure, in extrauag. execrabilis. De præbend. inter communes.

Claues regni cœlorum non ſunt traditæ ſexui fœmineo, ſed virili: & ita clauium poteſtatem non habet mulier, quia non eſt facta ad imaginem Dei: ſed uir, qui eſt imago & gloria Dei, gl. s. in cap. dilecta. De maior. & obed.

ſub Clauibus ponens rem, non poteſt redargui de negligentia, & incauta cuſtodia, cap. 2. De cuſtod. Euchariſt.

2 Clauium poteſtas, non cadit in ſexum fœmineum, cap. noua. De pœnit. & remiſ.

Claues Eccleſiæ contemni non debent, cap. cum ex eo, & ibi gl. claues eod.

Clauis, hoc eſt poteſtas ſacerdotalis, eſt vna: dicuntur tamen duæ, propter diuerſos effectus; ſcilicet alia ligandi & ſoluendi, alia ſcientiæ, gl. dedit. in ſumma, diſt. 20.

Clauis dicitur, ſcientia: non ex eo, quod non poſſit eſſe ſcientia ante clauem; imo ſcientia poteſt eſſe & debet ante clauem; hoc eſt antequam habeat ordinem: ſed poſt ordinem incipit eſſe clauis, ib.

Clauis ſacerdotalis proprie dicitur ipſa poteſtas ſacerdotalis, per quam ligat & ſoluit, ibid.

per Clauem ſcientiæ datur poteſtas diſcernendi inter lepram & lepram, id eſt inter cauſam & cauſam, in ſumma, & ibi gl. ſi. diſt. 20.

Claues ſunt plures, can. in nouo teſtamento, diſt. 21.

Claues poteſtatis dicuntur plures, & non una, can. ut conſtitueretur, diſt. 50.

Claues cœleſtis & terreni regni, datæ fuerunt Petro & Succeſſoribus eius, cap. cum ad uerum, & ibi gl. uſurpaunt, diſt. 96.

Claues ſacerdotum non ad ſoluendum tantum, ſed ad ligandum etiam ſunt conceſſæ. Concil. Trid. ſſ. 14. cap. 8. in ſi.

Claues Eccleſiæ, ſi quis dixerit eſſe datas tantum ad ſoluendum, non etiam ad ligandum; & propterea ſacerdotes dum imponunt pœnas confitentibus, agere contra finem clauium, & contra inſtitutionem Chriſti, & fictionem eſſe, quod uirtute clauium ſublata pœna æterna, pœna temporalis plerumque exſoluenda remaneat: anathema ſit. Conc. Trid. De ſacram. pœnit. ſeſſ. 14 can. 15.

Reliqua in verbo, Ditio. Epiſcopus. 83. vſque 96. Gladius. Poteſtas ſpiritualis, Suſpendendi.

CLAVSVLA conſueta apponi in reſcripto, debet ſubintelli- 1
gi; ſi caſu non fuerit expreſſa, cap. cum M. de conſtit.

Clauſula *ex certa ſcientia*, idem importat quod de plenitudine poteſtatis, gl. 2. in cap. ad hæc ſumus. De reſcript.

per Clauſulam generalem, poſitam in reſcripto ante expreſſionem rerum ac perſonarum, delegatus habet iuriſdictionem in habitu, & non in actu, cap. paſtoralis, §. quoniam, eod.

ſub Clauſula generali, *quidam alij & res aliæ*, non intelliguntur includi perſonæ, vel res maiores expreſſis, ſed pares, vel minores, cap. ſedes. De reſer.

ſub Clauſula generali *quidam alij & res aliæ* non includitur effrenata multitudo; hodie illa ad quatuor tantum reſtringitur, d. cap. ſedes, & ibi gl. effrenata.

Clauſula in reſcripto poſita, debet ad ſtatum iuris reduci, ubicumque ſita reperiatur, cap. cautam quæ. 18. De reſcript.

Clauſula ſequens quandoque determinat præcedentia; quandoque præcedens ſequentia, prout iuris ordo expoſtulat & requirit. gl. præcedat, ibid.

Clauſula ſequens quandoque reſpicit terminum proxime poſitum, ibidem.

Clauſula quantum de iure poterit, ſemper debet poni in termino peremptorio, & poſt ipſum terminum peremptorium, gl. quantum, ibid.

Clauſula illa *ſi ita eſt*, in fine poſita, debet referri ad præce- 2
dentia, ſecundum qualitatem negotij, cap. olim ex literis, eod.

per Clauſulam *ſi eſt ita*, ſi præmiſſa vera ſunt, tenetur impetrator omnia præmiſſa eſſe vera probare, licet aliquid ex præmiſſis ſufficeret ad propoſitum probandum, gl. ſi. ibid.

Clauſula ſequens reſpicit omnia præcedentia, ibid.

Clauſula ſuper talibus rebus, non comprehendit maiores, gl. 1. in cap. Rodulphus. De reſcript.

Clauſula illa, *Epiſcopus Saginenſis, & quidam alij iuriſdictionis eius, vel ſubditi eius*, non comprehendit tam de ciuitate quam de diœceſi: quia illa clauſula generalis ad omnes interius & exterius extenditur, ibid.

Clauſula illa generalis *& quidam alij*, ſequens enumerationem certarum perſonarum, vel rerum, non ſemper comprehendit paria, vel minora expreſſis, ſed reſtringitur & ampliatur ſecundum determinationem quæ annectitur clauſulæ, d. cap. Rodulphus, & ibi gl. 1.

per Clauſulam reſcripti conueniendus, ſi moriatur re integra, ſucceſſor conueniri non poteſt, cap. ſignificauit, 36. De reſcript.

per Clauſulam *quidam alij*, poteſt conueniri etiam fœmina, ibidem.

Clauſula *ſi pro alio non ſcripſimus* ſubintelligitur in reſcriptis 3
ad beneficia: ſicut & illa clauſula *ſi perſona idonea ſit*: & illa *ſi preces veritate nitantur*, gl. ſuper receptione, in cap. mandatum, eod.

Clauſula eadem, relata ad diuerſos, poteſt operari diuerſos effectus, ſecundum ſubiectam materiam, cap. ab excommunicato, 41. eod.

Clauſula ſolita apponi in literis, habetur pro appoſita, cap. accepimus. De ætate & qualit.

Clauſula generalis quando apponitur determinate, uel ad adiunctum, tunc illa generalis reſtringitur ad naturam adiuncti determinati tantum, ut in ea intelligantur comprehendi illa tantum, quæ ſunt de qualitate & genere adiuncti, cap. ſi. De offic. Arch.

Clauſula *liberum ſit alteri* importat excluſionem omnem alterius, cap. 3. De officio deleg. & ibi dd.

Clauſula *ut nullus ſine altero* nihil tribuit ad potentiam delegandi, & ſic ea ceſſante, non tollitur potentia ſubdelegandi, cap. quamuis, & ibi gl. a. eod.

Clauſula *appellatione remota* poſita in reſcripto, impedit poteſtatem appellandi ſolum quoad partes principales, non quoad tertium pro ſuo intereſſe comparentem inter principaliter litigantes, cap. ſuper eo, & ibi gl. ſi. eod.

Clauſula *quod ſi non omnes, duo veſtrum*, &c. ſi ſit appoſita, oportet neceſſario, quod duo remaneant iudices vere uel ficte, cap. licet vndique, eod.

Clauſula *faciat pro ut tibi videtur expedire* limitatur ad rationem iuris: & ad arbitrium boni viri, cap. licet. De officio Ordin.

Clauſula *appellatione remota* non tollit facultatem appellandi, niſi ubi tollitur expreſſe à iure, vt ſunt appellationes friuolæ, ibidem.

Clauſula *noueris te excommunicatum* promulgata intelligitur ſen- 4
tentia excommunicationis, cap. quoniam. De officio Ordin.

Clauſula *pure & ſimpliciter procedatur* intelligitur, quod excludendo proceſſum rigoroſum à iure ciuili inductum, procedatis ſecundum ſolam æquitatem iuris canonici: quoad alia tamen iuris ordine ſeruato, cap. dilecti. De iudicijs.

Clauſula *vocatis vocandis* denotat, quod omnes illi ſunt vocandi, quos negotium tangit, gl. 1. in cap. exhibita, eo.

Clauſula reſcripti, per quam mandatur delegato vt veritatem inquirat, non importat quod procedat ipſe delegatus ad inquiſitionem extraordinarie: ſed oportet quod iure ordinario, quod inſtante parte procedatur, cap. 1. De reſtitutione ſpoliat.

Clauſula

Clauſula *quod reuocetis in irritum quicquid fuit innouatum in tali cauſa*, &c. non refertur ad legitime & illicite agitata, cap. audita, eod.

Clauſula *appellatione remota* non tollit facultatem appellandi ex notorio grauamine, ſicut non tollit in caſibus à iure expreſſis, cap. inter cæteras. De re iudic. cap. ex conqueſtione, & ibi gl. pe. eod.

Clauſula hæc *fine canonico termine* fere ſemper ponitur in cauſis ſpiritualibus, & præcipue in matrimonialibus, quæ per canones terminari debent: in ciuilibus vero ponitur, *debito fine*: ſed in hoc non eſt vis, quia quandoque ponitur etiam in ſpiritualibus gl. fi. ibid.

per Clauſulam *fine debito decidas* non videtur data certa forma, ſed potius eſt quædam inſtructio: vnde ſententia lata non ſeruando debitum finem, non eſt nulla, ſed caſſanda, cap. cum ad ſedem, eod.

5 Clauſula *ſaluo iure* importat, & eſt vtilis, ne alicui in poſſeſſionem præiudicetur ex facto iuſſu, etiam quando reuera non præiudicatur, cap. inter monaſterium, in fi. eod.

Clauſula *appellatione remota* non tollit ſuſpenſionem quæ fit ex itineris arreptione, ante citationem vel notitiam literarum, cap. meminimus, & ibi gl. fi. De appellatione.

Clauſula *appellatione remota* non tollit facultatem recuſandi iudicem ex iuſta cauſa, cap. poſtremo, 36. De appellat.

Clauſula *appellatione remota* etiam hodie operatur multos effectus, dd. reprob. gl. 2. in fi. & cap. ſecundo requiris, eod.

Clauſula poſita in vno articulo, intelligitur poſita, & extenditur ad alios articulos, maxime connexos, d. cap. ſecundo requires.

Clauſula aliqua, quando adijcitur in vna diſpoſitione continente plures articulos, referenda eſt ad totam diſpoſitionem, ſi non ſubeſt ratio, quare magis debeat connectere vnum articulum, quam alium, d. cap. ſecundo requires.

Clauſula *appellatione remota* non excludit appellationem, propter locum non tutum partibus aſſignatum, cap. ex parte, 47. eod.

per Clauſulam *appellatione remota* inhibetur omnis appellatio, quæ a iure expreſſe non indulgetur, cap. paſtoralis. De appel.

6 Clauſula *appellatione remota* etiam hodie id operatur, quòd appellatio, quæ alias ex probabili cauſa admitteretur, non admittatur: niſi expreſſe a iure concedatur, dd. reprob. gl. 1. ibidem.

Clauſula *appellatione remota* poſt ſententiam quando appellatur, ſuum effectum producit, gl. ante ſententiam, in cap. vt debitus, eod.

Clauſula *appellatione remota* quando ante ſententiam appellatur ſine cauſa legitima, nihil operatur, cum etiam ſine illa clauſula, appellatio omnino non admittatur, ibid.

Clauſula *appellatione remota*, quando ante ſententiam appellatur ex cauſa probabili & legitima, operatur quod appellatio, quæ in dicto caſu deberet admitti, non admittatur, gl. ante ſententiam, in cap. vt debitus. De appell.

Clauſula *appellatione remota* in medio literarum poſita, reſpicit præcedentia quibus annectitur, non ſequentia: niſi repetatur in fine literarum, & hoc ſi negotia ſint ſeparata, cap. inquiſitioni. 71. De appellat.

7 Clauſula poſita in fine diſpoſitionis, regulariter refertur ad omnia in diſpoſitione contenta, ibid.

Clauſula *contradictores compeſcendo*, &c. dat iudici iuriſdictionem non ſolum inter partes, ſed etiam inter extraneos contradicentes de facto, & non de iure, gl. 1. in cap. pro illorum, 22. De præbend.

Clauſula orientis, poſt duas vel plures donationes poſita, proximam tantum reſpicit, non ſuperiorem, quæ habet ſuam clauſulam, cap. cum dilecti, & ibi gl. 3. De donatio.

Clauſula *ſub pœna excommunicationis* non eſt latæ ſententiæ, ſed potius ferendæ, gl. ſub pœna, in cap. in quadam. De celebrat. Miſſar.

per Clauſulam *& quidam alij*, non poſſunt conueniri vltra tres, vel quatuor, quorum nomina in primo citatorio exprimantur, ne variationi ſit locus, cap. cum in multis. De reſcript. lib. 6.

Clauſula generalis *non obſtante*, tollens obſtacula permanentia gratiam, non extenditur ad obſtacula impedientia tantum temporaliter, cap. ſi propter, & ibi gl. fi. De reſcript. lib. 6.

Clauſula *non obſtantibus quibuſcumque conſtitutionibus & ſtatutis*, &c. non extenditur ad iuratam conſtitutionem, vel ad iuratum ſtatutum, gl. fi. in cap. cum non deceat. De electione, lib. 6.

8 Clauſula *non obſtantibus pactis & conuentionibus quibuſcumque*, &c. non tollit pactum iuratum, vel conuentionem iuratam, gl. pactum, in clem. dudum, §. pe. De ſepult.

Clauſula *quod non melior conditio occupantis* in procuratorio poſita, præſeruat poteſtatem procuratoris non occupantis, quoad habitum poteſtatis, non autem quoad exercitium, niſi in certis caſibus, cap. ſi duo. De procuratoribus, lib. 6.

Clauſula *authoritate noſtra* inducit actum delegationis, cap. ſi cum. De præbend. lib. 6.

Clauſula *non obſtante* poſita in literis beneficialibus, non inducit diſpenſationem, ſed tollit tantum ſurreptionem, cap. non poteſt, §. cum vero, eod.

Clauſula *motus proprij* non poteſt probari per teſtes, cap. ſi motu proprio. De præbend. lib. 6.

Clauſula *motus proprij* tollit ſubreptionis vitium, non tamen vitium inhabilitatis perſonæ, d. cap. ſi motu, & ibi gl. 2. in add.

per Clauſulam generalem in lege poſitam, tolluntur omnia priuilegia contraria, licet aliter non ſpecificentur, cap. alma mater, §. in feſtiuitatibus. De ſententia excommunicat. lib. 6.

Clauſulam generalem quæ omnia comprehendat, ſæpe ſolitum eſt apponere enumeratis aliquibus ſpecialiter, gl. in rub. De ſepul. lib. 6.

Clauſula generalis ſæpe præmittitur ſecutis poſtmodum ſpeciebus, ibidem.

Clauſula *appellatione remota*, appoſita fauore impetrantis, in ipſius læſionem retorqueri non debet, gl. 1. in cap. quod ob gratiam. De reg. iur. lib. 6. 9

Clauſula *ſi fuerit repertus idoneus in literatura*, &c. communiter apponitur in forma pauperum, gl. ſi per inquiſitionem, in clem. 1. De officio deleg.

Clauſulæ quædam in reſcriptis apponuntur, quæ ſonant in monitionem, non in conditionem, veluti *ſi perſona ſit idonea, & ſimilia*: & ita non dant formam mandato, ſed inſtruunt executorem quali perſonæ debeat prouidere, quo caſu valet prouiſio facta indigno, & excommunicatio propter hoc lata, licet ſit iniuſta, gl. reperetur, in pr. ibid.

Clauſulæ quædam in reſcriptis appenduntur, quæ ſonant in conditionem, veluti, *prouideat Petro in tali Eccleſia, ſi de tali loco ſit oriundus*: hæc enim ſapit conditionem, & adijcit mandato nouam formam: & ideo ſi fiat contra tenorem clauſulæ prouiſio, non valet illa: ſed nec tenet excommunicatio propter illud lata, tanquam lata contra formam mandati, ibidem.

Clauſulæ generalia, etiam in materia procurationis, adiecta enumerationi certorum caſuum exigentium ſpeciale mandatum, non comprehendit caſus ponderoſiores expreſſis, exigentes ſpeciale mandatum, clem. 2. De procuratoribus.

per Clauſulam generalem, non comprehenduntur grauiora expreſſis, ibid.

Clauſula vel conſtitutio generalis non refertur ad ſpecificata aliter prouiſa, clem. dudum. De iudicijs. 10

per Clauſulam *noueris te cecidiſſe à iure tuo*, inducitur canon latæ ſententiæ, clem. 1. De ſequeſtr. poſſ. & fruct.

per Clauſulam, vel quamlibet aliam prouiſionem ſubiectam enunciationi modi prouidendi, per actum collationis, vel prouiſionis, non comprehenditur beneficium electiuum, clem. 2. De præbend.

Clauſula generalis *vel quamuis aliam*, &c. adiecta enumerationi ſpecierum, cum determinatione, non ampliatur ad ſpecies ſeparatas, non aptas comprehendi ſub genere additionis: ſed reſtringitur ad ſpecies tantum illi additioni comprehenſas, d. clem. 1. & ibi gl. quamuis.

Clauſulam acceptandi habens in gratia ſibi conceſſa, poteſt tacite acceptare beneficium, clem. 1. De conceſſ. præbend.

per Clauſulam *ſimpliciter & de plano, ſine ſtrepitu & figura iudicij*, &c. iudex non tenetur ſeruare ea, quæ ſunt de ſolemnitate iudicij, & non tendunt ad veritatis indaginem, vel conſeruationem indagatæ: ea vero quæ tendunt ad veritatis indaginem, vel conſeruationem indagatæ, non poteſt prætermittere, clem. ſæpe. De verborum ſign.

Clauſula *ſine figura iudicij*, &c. licet tollat aliqua, ex his, quæ ordinant iudicium: non tamen illa quæ inſtruunt, & decidunt cauſam, gl. defenſiones, ib.

Clauſula decreti irritantis, ligat etiam penitus ignorantes, gl. irritum, ibid. 11

Clauſula *indignationem Dei omnipotentis & Beatorum Apoſtolorum*, &c. importat talem eſſe feriendum anathemate, quo Deus iratus animas percutit, vel iuris arbitrio puniri poteſt talis, gl. indignationem, in extrauag. viam ambitioſæ. De regular. inter comm.

Clauſula generalis ſequens, non refertur ad ea, de quibus ſpecialiter eſt præmiſſum, gl. alienam, in can. caue, 28. q. 1.

Clauſulæ multæ conceduntur in beneficijs vacantibus, ſi petantur: de quibus in reg. De clauſulis, in beneficijs vacantibus ponendis. In regul. Cancell.

Reliqua in verbo, Appellatio. n. 24. &c. Generalis. 4. & per totum. Index. 50. vſque 53. Reſcriptum. 8.

CLAVVS clauo retunditur, gl. præſumunt, in extrauag. execrabilis. De præbend. inter communes.

CLEMENS fuit electus ſucceſſor à Petro Apoſtolo: ſed poſt Petri mortem, videns Clemens hoc eſſe pernicioſum exemplo, quod aliquis eligeret ſibi ſucceſſorem, renunciauit Papatui: & tunc electus fuit Linus: & eo mortuo Cletus: quo mortuo fuit denuo electus Clemens, gl. 2. in can. 1. 8. q. 1.

a Clemente non fuit factus liber nuncupatus *Petri Apoſtoli itinerarium*, & alius nuncupatus *canones Apoſtolorum*: ſed ab hæreticis fuit compoſitus ſub nomine Clementis, can. Clementis, & ibi gl. 1. diſt. 16

Clemens Petro viuente, non fuit electus Papa, gl. fi. in ſumma, diſt. 93.

CLEMENTINAE non ſunt vocandæ ſeptimus liber: nam ſi id Papa voluiſſet, id iam expreſſiſſet, ſicut fecit in proœmio

ad librum

ad librum ſextum, gl. in vnum, in proœm. Clemen.

CLEMENTIA nos Deo æquat. gl. in ſuis, in extrauag. ſed etiam Apoſtolica, Ioann. 22.

Clericus in genere, à n. 1. vſque ad n. 28. & quoad promouendum ad ordines, n. 29 30. 31.

Quoad ordinatum à non ſuo Epiſcopo, & clericum alienæ diœceſis, n. 32.

Quoad Clericos exteros, & peregrinos, & quoad celebrationem, n. 33. 34. 35.

Quoad promotionem ad beneficia, dignitates, & Epiſcopatus, & eorum renunciationem, n. 36. vſque ad n. 45.

Quoad Clericorum reſidentiam, & abſentiam, n. 46. vſque 51.

Quoad pluralitatem beneficiorum, n. 52.

Quoad filios clericorum retinentes beneficia paterna, & quoad regulares beneficia, ac clericum patronum, n. 53.

Quoad fructus & redditus Eccleſiaſticos, & alios aduentus, & alienationem, n. 54. vſque 57.

Quoad bona acquiſita, & eorum diſpoſitionem & ſucceſſionem eius, n. 58. vſque 65.

Quoad alienationem bonorum Eccleſiaſticorum, n. 66.

Quoad bona patrimonialia, & eorum priuilegium, & habendum proprium, n. 67. 68 & 69.

Quoad ſolutionem decimarum, cenſuum, & tributorum, & immunitatum, 70. 71 72.

Quoad priuilegium clericale, n. 73. vſque ad n. 80.

Quoad conueniendum, vel reconueniendum coram ſæculari, vel Eccleſiaſtico, 81. vſque 93.

Quoad Clericos habentes iuriſdictionem temporalem, n. 94. 95.

Quoad exercentes officia, & commercia ſæcularia, n. 96. vſque ad n. 100.

Quoad tonſuram, veſtes, & habitum clericalem, n. 101. vſque ad n. 105.

Quoad dicendas horas in choro, vel extra, & dicenda diuina officia, n. 107.

Quoad barbam, & comam, n. 108.

Quoad hoſpitalitatem, n. 109.

Quoad conuiuia, & ebrietatem, & habendam tabernam, n. 110

Quoad duellum, pugnam, & arma, n. 111. vſque 115.

Quoad percutientem, & offendentem clericum, n. 116. vſque ad n. 124.

Quoad agentem, vel ſuſcipientem aduocationem, vel procurationem, aut defenſionem pro Eccleſia, vel pro aliis, n. 125. vſque 129.

Quoad dicendum teſtimonium in cauſa Eccleſiæ, vel alterius, n. 130.

Quoad poteſtatem accuſandi, n. 131.

Quoad clericum delinquentem, n. 132. vſque 144.

Quoad depoſitum, degradatum, vel ſuſpenſum, n. 145. vſque 150.

Quoad ſuſpenſum, interdictum, & irregularem, n. 151. & 152.

Quoad clericum concubinarium, & fornicarium, n. 153. vſque 156.

Quoad retinentes mulieres in ſuis domibus, n. 157. 158. & 159.

Quoad clericorum continentiam, & caſtitatem, n. 160. & 161.

Quoad clericos coniugatos, 162. vſque 166.

Quoad exercentes mercimonium, & negotiationem ſæcularium, n. 167. 168. & 169.

Quoad clericos fideiubentes, & eorum debitum ciuile, n. 170. & n. 171.

1 CLERICVS quilibet dicitur habere dignitatem, gl. maiores, in cap. ſedes Apoſtolica. de reſcript.

Clericorum appellatione non comprehenduntur Monachi, & è conuerſo, cap. 1. de iuramento calum. can. accuſatoribus. 3. q. 5. cap. 1. de inſtitut. item rubr. & cap. 1. ne cler. vel Monach.

Clericorum appellatione comprehenduntur etiam Sacerdotes, & Diaconi, can. quorumdam, diſt. 23.

Clerici non veniunt appellatione populi, cap. 1. de præbend. cap. vbi periculum, §. præterea. de electione, lib. 6. cap. ſi ſententia. de ſententia excommunic. lib. 6.

Clericorum appellatione continentur omnes tam conſtituti in minoribus, quàm in maioribus, gl. 1. in cap. 2. de præbend.

Clericus quilibet, eſt miles Dei, cap. Epiſcopus, eod.

Clerici dicuntur ſpecialiter ſerui Dei, qui in ſortem Domini, ad eius obſequium ſpecialiter ſunt aſſumpti, gl. 1. in cap. 1. de clerico venat.

Clericorum appellatione comprehenduntur tantum in minoribus conſtituti, quando materia, in qua fit prolatio, non congruit exiſtentibus in ſacris, qui non poſſunt contrahere matrimonium, cap. 1. de clericis coniugat. lib. 6.

Clericorum appellatione comprehenduntur etiam Cardinales, can. concilia, § hinc etiam, diſt. 17.

Clerici dicuntur, quia de ſorte Domini ſunt, vel quia Domini partem habent, can. cleros, diſt. 21.

Clerici generaliter nuncupantur omnes, qui in Eccleſia deſeruiunt: quorum gradus, & nomina ſunt hæc, oſtiarius, pſalmiſta, lector, exorciſta, acolythus, ſubdiaconus, diaconus, preſbyter, & Epiſcopus, ibid.

2 Clericorum appellatione veniunt etiam Canonici, cap. bonæ, 5. iuncta ſupra ſcriptinne. de poſtul. Prælator.

Clerici non comprehenduntur appellatione Sacerdotum, ſtricte ſumpto vocabulo: ſed late ſic, cap. fi. de tempor. ordinat.

Clericorum appellatione comprehenduntur presbyteri, & aliiquilibet in ſacris conſtituti, cap. clericos, & ibi gl. 1. de officio vicarij.

Clericorum appellatione comprehenduntur generaliter Canonici, & omnes alij clerici ipſius Eccleſiæ, cap. per exemptionem. de priuileg. lib. 6.

Clericorum appellatione, in materia odioſa, & reſtringibili, veniunt clerici qualificati, vt Canonici, quando aliàs reſultaret abſurditas, & eſſet prauus, & abſonus intellectus, d. cap. per exemptionem. §. fi.

Clerici dicuntur milites cœleſtis militiæ, cap. degradatio, §. actualis. de pœnis, lib. 6. clem. graui. de celebr. Miſſ.

Clericorum nomine veniunt etiam in ſacris conſtituti, clem. 1. de officio Ordinar.

Clerici appellatione comprehenditur tantum habens primam tonſuram, gl. clericus, in clem. 2. de vita, & honeſtat.

Clerici ſunt oſtiarius, pſalmiſta, & lector: & deponi poſſunt, ſicut & alij clerici, gl. pſalmiſta, in can. cleros, diſt. 21.

Clericorum appellatione comprehenduntur omnes generaliter, qui deputati ſunt ad ſeruiendum Eccleſiæ, ratione officij, d. can. cleros.

Clericorum appellatione comprehenduntur exiſtentes in ſacris, & etiam in minoribus, can. placuit, diſt. 32.

Clerici appellatione comprehenditur etiam Epiſcopus, can. interdixit, diſt. 42. cap. quamuis, 8. de officio Ordin. lib. 6.

Clericorum appellatione non comprehenduntur Epiſcopi, cum
ponuntur vt diuerſi, & ſeparatim, can. placuit, diſt. 38. 3

Clericorum appellatione comprehenduntur inferiores clerici à presbyteris, non autem comprehenduntur presbyteri, quod intellige verum, quando conſtat de mente exprimentis, quod non intendit comprehendere presbyterum, can. ſicut, diſt. 40.

Clericorum appellatione comprehenduntur ſuperiores, vel maiores: & è contra, appellatione Sacerdotis continentur quandoque omnes inferiores, cap. 2. & ibi gl. de vita, & honeſtat. gl. fi. in cap. pe. de ſententia excommunicat.

Clerici appellantur à cleros, quod eſt ſors, vel hæreditas: quia in ſui ordinatione, vel aſſumuntur in hæreditatem Domini, vel adſequuntur hereditatem in ipſo, vt pſallere poſſint cum Propheta, *Dominus pars hereditatis*, &c. cap. cum ſecundum. de præbend.

Clericorum appellatione veniunt ac comprehenduntur Canonici, & alii, cap. cum tibi. de ſententia excommunicat.

Clericorum appellatione in materia ſtricta non comprehenduntur Canonici, gl. fi. ibid.

Clericorum appellatione largiſſime ſumitur pro omnibus clericis ſubditis ipſi Epiſcopo, vt comprehendat Canonicos, & omnes alios, ibid.

Clericorum appellatione in materia pœnali non comprehenduntur perſonæ Eccleſiaſticæ, cap. ſciant. de electione, lib. 6.

Clericorum appellatione in materia pœnali non veniunt Monachi, & aliæ Eccleſiaſticæ perſonæ, cap. generali, 13. eod.

Clerici appellatione quandoque comprehenditur principalis rector Eccleſiæ, cap. ad decimas. De reſtit. ſpoliat. lib. 6.

Clericorum appellatione non comprehenditur Epiſcopus, can. nulli, diſt. 42.

Clericorum appellatione non comprehenditur populus ciuitatis,
vel loci, can. nulli, diſt. 42. & can. qui in aliquo, diſt. 54. 4

Clerici appellatione comprehenditur conſtitutus in ſacris, & etiam in ordinibus minoribus quibuſcumque, can. non oportet ei, can. clerici, diſt. 4.

Clerici etiam ſæculares comprehendi poſſunt appellatione regularium, can. ſicut Neophytus, diſt. 48.

Clericorum appellatione quandoque comprehenduntur Subdiaconi tantum, & alij inferiores, & non ſuperiores: quod verum eſt, quando id apparet ex expreſſa intentione proferentis, can. ex antiquis, diſt. 50.

Clericorum nomine comprehenduntur etiam lectores, & pſalmiſtæ, & oſtiarij, can. 2. diſt. 52.

Clerici appellantur quandoque ſocij Epiſcopi, & alibi appellantur fratres, can. quia cognouimus, 10. q. 3.

Clerici appellatione comprehenditur etiam presbyter, can. de perſona, 11. q. 1.

Clericorum appellatione comprehenduntur omnes cuiuſcumque ordinis ſint, etiam presbyteri, can. placuit, 2. 11. q. 1.

in Clericorum numero non poteſt computari ille, qui non eſt clericus, gl. pe. in can. cum à Deo. de reſcript.

Clericus beneficiatus, ſine conſenſu Prælati, poteſt tranſire ad religionem, gl. 2. in cap. admonet. de renunciat.

Clericus fieri non poteſt quis, niſi ante clericatum ingenuitatis dignitate potiatur, hoc eſt plenam libertatem conſequatur, nullo à domino retento obſequio temporali, cap. 1. & ibi gl. 1. de ſeruis non ordin.

Clerici ſæculares ideo dicuntur, quia ad modum etiam laico-
rum, qui vere ſæculares dicuntur, poſſunt proprium habere, 5
& inde facere pro ſua voluntate, gl. ſæculares, in cap. licet.
de officio Ord.

Clerici ſæculares ideo dicuntur, quia iſtud genus mixtum eſt: quia in quantum religioni participant, dicuntur clerici; inquantum vero participant laicis, dicuntur ſæculares, d. gl. ſæculares, in add. ſ. maig.

Clericus adminiſtratione carens, non tenetur ad iuramentum obedientiæ, vel ad faciendam ſcripturam, gl. 1. in cap. 3. de maior. & obed.

Clerici, & presbyteri capellarum, ſubiectarum titulo Cardinala-

tus, debent Cardinali obedientiam manualem, & reuerentiam: item tenentur recipere correctionem ipſius Cardinalis, & obſeruare ſententias excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, quas in eos, & eorum Eccleſias tulerit, cap. his, quæ. de maior. & obed.

Clerici Eccleſiarum ſubiectarum ad voluntatem ſuperioris non debent venire ad capitulum, ſed prout eſt conſuetudo, ibid.

Clerici alicuius Eccleſiæ, poſſunt ſe adſtringere per iuramentum & votum, ad arctiorem vitam & auſteriorem ducendam, cap. cum dilectus. De his quæ vi metus.

Clericus poteſt eſſe vaſſallus ne dum Eccleſiæ, ſed etiam laici, cap. verum, & ibi gl. fi. De foro comp.

6 Clericis laici opidò ſunt infeſti, gl. 1. in cap. ſi diligenti, eodem.

Clericus non poteſt ab alio prælato petere animi iudicium, quod eſt occultum: multo fortius, non poteſt petere iudicium perſonæ, ibid.

Clerici poſſunt deputari ſeruitijs & obſequijs maiorum Prælatorum, cap. cum contingat, eod.

Clericus, in cauſa Eccleſiæ ſuæ poteſt committere iuramentum calumniæ alteri, cap. 1. De iuram. calum.

Clericus, per ſe iuramentum calumniæ præſtare non debet ſine ſuperioris ſui licentia, ibid.

Clerici debent abſtinere à iuramentis, niſi cauſa ſubſiſtat, ibidem.

Clericus in cauſa propria poteſt & debet per ſe iurare de calumnia; poteſt etiam per alium habentem ſpeciale mandatum: ſed ſi cauſa ſit Eccleſiæ, & clericus per ſe litigat, per ſe debet iurare: ſi per alium, per alium debet iurare, dummodo habeat ſpeciale mandatum, gl. criminali, ibid.

Clerici litigando per procuratorem particularem compelluntur iurare de calumnia per ſe, vel procuratorem ad hoc conſtitutum, qui in animam domini debet iurare, cap. imperatorum, eod.

Clerici, in cauſis proprijs iurare debent de calumnia, non obſtante contraria conſuetudine, cap. cæterum, eod.

Clericus ſi eſt inuaſor alienarum rerum, poteſt in eum fieri manuum iniectio, ſine metu excommunicationis, cap. olim, De reſtit. ſpoliat.

Clericus non tenetur præſtare iuratoriam cautionem de iudicio
7 ſiſti, niſi ſemel fuerit contumax: quo caſu poteſt cogi præſtare, cap. prout. De dolo & contum.

Clericus non tenetur Epiſcopo ſuo præſtare iuramentum obedientiæ, niſi ratione adminiſtrationis ſibi conceſſæ, cap. nullus Epiſcopus. De iureiur.

Clerici etiam religioſi poſſunt pro vtilitate Eccleſiæ ſe obligare ad ſtandum in obſtagio, cap. ex reſcripto. De iureiur.

Clericus non debet abiurare Eccleſiam ſine licentia ſuperioris, gl. temerarium, in cap. ſicut ex literis, eodem.

Clerici, non habentes temporalia a laicis, non tenentur eis præſtare iuramentum fidelitatis, cap. nimis, 30. eod.

Clerici poſſidentes temporalia à laicis, in his dicuntur minores illis, gl. 1. ibid.

Clericus licite dicitur iurare de ſeruandis ſtatutis Eccleſiæ ſuæ, cap. pe. eod.

Clericos plures diuites habere expedit Eccleſiæ, vt eam poſſint melius defendere, gl. 1. in cap. 3. De exceptio.

Clerici omnes totius diœceſis, etiam ſi ſint prælati, tenentur Epiſcopo ad obedientiam, & reuerentiam, cap. cum non liceat. De præſcriptio.

Clericus non obtinens bona regalia, id eſt feudalia, à principe ſæculari; non debet prætextu vocationis principis reſiſtere mandato ſuperioris ſui, maxime ſi eſſet Sacerdos, gl. 2. in cap. cum parati. De appellat.

Clerici non debent eſſe in peccato, & debent vitare omnem maculam peccati, gl. in rub. De vita & honeſt. cler.

Clerici ſunt digniores laicis, ibid.

8 Clerici debent præ omnibus vita & honeſtate fulgere, ibid.

Clerici alij ſunt, & alij ſunt laici, cap. 1. De vita & honeſt. cler.

Clerici exiſtentes in choro debent pſallere, & quanto exiſtentes in maiori dignitate ſeu nobiliori, tanto debent magis pſallere, d. cap. 1.

Clerici tantum debent ſtare prope altare, dum ſacra myſteria celebrantur, vt liberius intendant diuinis officijs, d. cap. 1. & ibi gl. 2.

Clericus in minoribus poteſt dici ſine gradu, cap. clericus, eodem.

Clerici tot ſunt inſtituendi in Eccleſijs, quot ex fructibus illarum poſſint honeſte ſuſtentari, gl. 1. in cap. quoniam, eodem.

Clerici eo ipſo quod viuunt in communi in aliqua Eccleſia, præſumitur ibi eſſe collegium, d. cap. quoniam.

Clerici ad ſuum eorum commodum poſſunt vti ſtatutis & conſuetudinibus laicorum, cap. ſi. eod.

Clericos non ligant ſtatuta, ſeu conſuetudines patriæ ſeu locorum, etiamſi exerceant negotiationes, ibid.

Clerici viuere debent de patrimonio Ieſu Chriſti, cuius obſequio deputantur, cap. cum ſecundum. De præbend.

Clerici de ſtipendijs Eccleſiæ ſuſtentari debent, in qua & per quam diuinis obſequijs præſcribuntur, ibid.

Clericus dicitur deputari ad onus, ibid.

9 Clerici non debent inhumaniter tractari, ne alij terreantur à clericatu, cap. 1. De clerico ægrotante.

Clericus quilibet dicitur miles Dei, & militat in Eccleſia, ibidem.

Clericorum numerus debet inſtitui in Eccleſiis collegiatis, ſecundum facultatem ipſarum, cap. 1. & ibi gl. 1. De inſtitut.

à Clericorum numero conſueto non eſt recedendum propter nimium incrementum redituum Eccleſiæ, gl. 1. ibid.

Clericus, vt vltra numerum conſuetum inſtituatur de nouo, oportet quod redditus in tantum augeantur, vt is æquale ſtipendium cum aliis habeat, vel ſaltem ſufficiens & honeſtum, ibid.

Clericorum numerus vbi eſt ſtatutus, non debet diminui, ſed debet adimpleri, cap. 2. eod.

Clericus quilibet poteſt dici proximus noſter, cap. 2. De conceſſ. præbend.

Clericis paſſio eſt vita laicorum, ſed mors eſt conſolatio illorum, cap. 1. De ſepultur.

Clericus ſæcularis vtens nomine & habitu Monachali cogitur fieri Monachus, vel ab hoc deſiſtat, cap. vt clerici. De regular.

Clericus tenetur ſingulis diebus ſeruire Deo, ſcilicet in dicendis horis Canonicis, debitis horis, cap. 1. De celebrat. Miſſar.

Clericus, cui beneficium non ſufficit, poteſt exercere artificium, & ex eo quærere victum & veſtitum, abſque ſui officij detrimento, d. cap. 1. & ibi gl. 1. curale.

Clericus, vt ſimul dicat omnes horas eſt ſanum conſilium, ne
ſuperuenientibus occupationibus aliquam horam dimittat: & 10
intellige de clericis pauperibus, quos ad opus rurale oportet exire: aliàs ſuo loco & tempore dicendæ ſunt, gl. 1. in d. cap. 1.

Clerici & prælati, tam diurnum quàm nocturnum officium debent ſtudioſe, & deuote celebrare, cap. dolentes, eod.

Clerici & Prælati puniuntur pecuniariter: & eſt valde honeſtum, quod talis pœna conuertatur in cauſam piam, cap. quia plerique. De immunitate Eccleſiar.

Clerici non debent amare rixas, & contentiones, cap. 1. Ne Clerici, vel Monachi ſæcular.

Clericus licite aſcendit equum, etiam pro ſalute corporali, cap. dilectus, 13. De homicid.

Clerici beneficiati, licet ſint plures in eadem Eccleſia, non tamen per hoc dicuntur conſtituere collegium, ſeu facere capitulum, cap. dilecta, & ibi gl. 1. De exceſſibus prælat.

Clericus negans contra iuramentum prælatum ſuum eſſe ſuum dominum, vel coram iudice ſæculari conquerens de illo, vel inuadens eum, debet deponi, & ſic per ſententiam perdit beneficia, cap. grauem, 15. & ibi gl. fi. eod.

Clericus, vel alius faciens aliquid contra fidelitatem, perdit feudum, ibid.

Clericus poteſt eſſe ſubiectus Epiſcopo, ratione vnius beneficij, & ratione alterius eſſe exemptus: & ſic poteſt quis cenſeri diuerſo iure, quoad diuerſa, non ad idem, gl. 1. in cap. cum capella, 16. De priuileg.

Clericus non probatur ſola aſſumptione tonſuræ, vel reaſſumptione, maxime cum aſſumitur, vel reaſumitur poſt deprehenſionem in delicto, cap. ex parte, 27. eod.

Clericus, qui ſcienter participat excommunicato in diuinis Of-
ficiis, excommunicatus eſt maiori: & tantum à Papa abſolui 11
poteſt, cap. ſignificauit. De ſententia excommunicat.

Clericus diſcernitur à laico in tribus, in modo tonſuræ, in veſtimentorum forma, & in qualitate negotiorum, cap. contingit, 45. eod.

Clericus, quamdiu eſt in minoribus, eſt in poteſtate patria, niſi expreſſe emancipetur à patre, gl. fi. in cap. cum voluntate, §. fi. eod.

Clerici tenentur ad præſtandum iuramentum obedientiæ Epiſcopo, & capitulo: intellige in clericis habentibus curam, cap. cum clerici, 19. eod.

Clericus facere debet iuramentum de obedientia, ſiue etiam de fidelitate poſt receptam adminiſtrationem, gl. fi. in cap. fi. extra. De regulis iuris.

Clericus & populus tenentur ad celebrationem exequiarum Romani Pontificis, cap. vbi periculum, §. fi. De elect. lib. 6.

Clerici & laici conuerſi in plebibus vbi ſunt, non admittuntur ad electionem laici conuerſi, gl. pe. in cap. ex eo, §. fi. eod.

Clerici non debent militare propriis ſtipendijs, gl. miniſtrentur, in cap. cum ex eo, 34. eod.

Clericis licitum eſt recipere pœnas legales, cap. 1. §. procurationes. De cenſibus, lib. 6.

Clericum eſſe quem, poteſt probari per teſtes, & etiam per inſtrumentum publicum ordinationis ſuæ, gl. fecerit, in cap. ſi iudex, §. fi. De ſententia excommunic. lib. 6.

Clericus expreſſo laico in reſcripto per generalem clauſulam, non comprehenditur, gl. è conuerſo, in cap. ſi ſententia, 16. eod.

Clerici vel familiares alicuius dicuntur, qui ſunt de ſua familia vere, & ſunt commenſales continui expenſis ſuis, cap. fi. De verb. ſignific. lib. 6.

Clerici debent ſe & alios virtutibus regere, & ſordibus munda-
re, & ſic in Deo regnabunt in æternum, gl. & tonſuram, 12
in clem. 2. De vita & honeſt.

Clericis capilli per raſuram ex parte ſuperiori ſubtrahuntur, ne

mens

mens eorum per occupationes temporales retardetur à contemplatione myſteriorum diuinorum, ibid.

Clerici debent incedere detonſo capite, & patentibus amibus, ibidem.

Clericus etiam ſæcularis debet habere vnum ſeruitorem, cum quo celebret, gl. ſeruitutis, in clem. ne in agro, §. cæterum. De ſtatu Monachor.

In Clericis clericalis modeſtia magis & ſtudioſius debet obſeruari in feſtiuis diebus, gl. vigilus, in clem. 1. De celebrat. Miſſar.

Clerici, qui exemptis ſubſunt pleno iure, non ſunt ſub correctione diœceſani, clem. 1., verſ. nonnulli. De exceſſibus Prælat.

Clericos mendicare dicitur in vituperium Eccleſiaſtici miniſterij, gl. qui mendicant, in extrau. execrabilis. Ioann. 22.

Clerici in ſortem & hæreditatem Domini ſunt vocati, & eius obſequio deputati, & diuinis obſequijs adſcripti: de eius patrimonio debent viuere, & Eccleſiæ ſtipendijs ſuſtentari, gl. qui mendicant, ibid.

Clericos domino ſociauit Eccleſia, cuius obſequio ſunt dedicati, ibidem.

Clerici qui dicantur mendicare, eſt in arbitrio iudicis, qui debet arbitrari ſecundum perſonarum qualitatem, gl. qui mendicant, ibidem.

13 Clericis inhibita eſt vagatio, cum non debeant deeſſe horis canonicis in Eccleſijs, in quibus ſunt beneficiati: alias puniuntur, gl. vacandi, ibid.

Clericus ſæcularis cum in pluribus locis poſſit habere domicilium, in dubio præſumitur habere domicilium in loco beneficij, ad cuius reſidentiam tenetur, ibid.

Clerici ſunt adſtricti ad procurandam vtilitatem Eccleſiarum, gl. detrahitur, ibid.

Clericorum vita, ſicut diſcreta debet eſſe à laicorum conuerſatione, ita & in ieiunio debet eſſe diſcretio, can. ſtatuimus, diſt. 4.

Clerici debent excedere in vita, maxime in ieiunijs, obſeruantiam laicorum, can. denique, diſt. 4.

Clerici non ſunt perſonæ priuatæ, cum illæ ſolæ perſonæ dicantur priuatæ, quæ non habent dignitatem, gl. dignitatis, ibidem.

Clerici ordinibus alligati, dicuntur mancipati, cap. quamquam, diſt. 23.

Clericus quilibet tenetur prælato ſuo præſtare obedientiam, gl. vt fidem, ibid.

Clericus poteſt ſe obligare ſub pœna ſpirituali, quæ ſcilicet reſpicit depoſitionem, & anathema: neque poteſt ſe obligare ſub pœna pecuniaria, gl. tranſgreſſores, in can. quamquam, diſt. 23.

Clerici ſæculares qui volunt effici, debent nutriri in domibus Eccleſiæ, & inter clericos, can. de his, diſt. 28.

14 Clericorum cœtus præeminet cœtui Monachorum, gl. ſi. in can. ſi ſe, diſt. 28.

Clericorum habitatio debet eſſe iuxta Eccleſiam, can. præter hoc, diſt. 32.

Clerici omnes eiuſdem Eccleſiæ dicuntur habere menſam communem, & habitationem, ita quod in vno refectorio & dormitorio ſimul maneant, d. can. præter hoc, & ibi gl. 2.

Clerici debent habere peritiam ſacrarum literarum, & ſæcularium ſcientiam, gl. 1. in ſumma, diſt. 36.

Clericis ignorantia eſt periculoſa, gl. 1. ibid.

Clerici debent habere peritiam ſæcularium negotiorum, ibid.

In Clerico non requiritur ſumma perfectio ſcientiæ, gl. 1. in can. illiteratos, diſt. 36.

Clerici reprehendendi ſunt, qui propter vanitatem ſtudent dialecticæ, vel phyſicæ, & qui diuitias per fas & nefas quærunt, can. nonne, diſt. 37.

Clerici ſæcularibus ſcientijs poſſunt eſſe eruditi, can. legimus, §. ſed è contra, diſt. 37.

Clericis licitum eſt ſæculares libros legere, vt inde vtilia ſumant, can. turbat. diſt. 37.

15 Clericis licitum eſt ſtudere in artibus liberalibus, can. de quibuſdam, diſt. 37.

Clericus dicitur aliena rapere, qui vltra neceſſaria ſibi retinere probatur, in ſumma, diſt. 42.

Clerico ſufficit quod viuat, id eſt ſola neceſſaria habeat: & arctatur illa neceſſitas, tantum ad victum & veſtitum, gl. 1. in ſumma, diſt. 44.

Clerici poſt refectionem debent reddere gratias Deo can. quando, 2. diſt. 44.

Clerici, quando faciunt collationem, debent ſedere ad tabulam, ſicut faciunt in prandio, can. quando, 2. diſt. 44.

Clerici, qui ad aliorum Eccleſias conueniunt, pro diuinorum celebratione non debent ibi conuiuari: ſed collationem vſque ad tertium poculum ſuſcipere, ibid.

Clerici accedentes ad feſtiuitatum celebrationem cauſa implendi ventrem, videntur peccare mortaliter, ibid.

Clericis, vel alijs religioſis non licet facere conuiuia de confertis, can. non liceat, diſt. 44.

16 Clericis non licet comedere ante horam tertiam, ibid.

Clerici debent in principio menſam benedicere, & in fine gratias Deo agere ſeu reddere, ibid.

Clericis & religioſis, hora tertia dicitur congrua ad comeſtionem, in diebus, in quibus ieiunia non ſunt indicta, ibid.

Clericus quilibet eſt ſubiectus Epiſcopo, & poteſt dici membrum ſuum, can. cum beatus, diſt. 45.

Clericus repellitur ab electione, ex datione pecuniæ facta ad vſuram, licet non exegerit, can. de Petro, diſt. 47.

Clericus non confirmatur, niſi fiat præſentatio cum decreto facto ab ipſis eligentibus, ibid.

Clericus non poteſt confirmari per procuratorem, ſed debet eſſe præſens coram confirmatore: vt examinationi ſubijciatur, ibidem.

Clerici dicuntur milites Eccleſiæ, & cœleſtis militiæ, can. ex antiquis, & can. clericum, diſt. 50.

Clerici omnes poſſunt tractare vaſa deputata diuino officio, can. de his, diſt. 50.

Clericus quilibet dicitur eſſe conſtitutus in honore, can. illud, 65. diſt. 52.

Clerici tenentur ſacramento Epiſcopis: nihilominus eis inuitis poſſunt intrare religionem, gl. 2. in can. legem, diſt. 53.

Clerici ſæculares poſſunt dici ducere vitam religioſam, can. ſi. diſt. 56. 17

Clericus alterius Eccleſiæ recte poteſt eligi: ſed poſt electionem eſt poſtulandus: ſed laicus, primò eſt poſtulandus, & poſtea eligendus, can. Oſius diſt. 61.

Clerici non debent laico iurare fidelitatem, niſi habeant regalia, ſeu feudum ab eo, gl. 1. in in can. porro, diſt. 63.

Clericorum nomen reſtringitur ad maiores Eccleſiæ Canonicos: benignè tamen in hoc eſt ſeruanda conſuetudo, gl. pe. in can. ſacrorum, §. ſi. diſt. 63.

Clericus de ciuitate præfertur debet extraneo, gl. ciuitatis, ibidem.

Clerici vnius diœceſis, etiam occupata tota diœceſi à Sarracenis, remanent nihilominus clerici ſui Epiſcopi: ſed ipſe in eos non habet liberam iuriſdictionem, gl. 2. in can. clericos, diſt. 71.

Clericos occupatæ diœceſis à Sarracenis, poſſunt Epiſcopi vicini recipere in ſuis diœceſibus, etiam ſine literis ſui Epiſcopi: ipſe tamen liberato ac recuperato Epiſcopatu, poteſt eos reuocare, etiam ſi eis dediſſet licentiam: niſi licentiando eos abſolueret, ibid.

Clerici de diœceſi ſunt præferendi extraneis, gl. ſi. in can. hortamur, diſt. 71.

Clerici priores tempore, vel ordine debent præferri poſterioribus, niſi priores contemnant promoueri ad maiores, vel ſint ſimplices, can. Epiſcoporum, diſt. 74.

Clericus ſi locum, ad quem tranſlatus eſt, reperiat ſibi non fauorem, vel alias merito ingratum, in priſtinum locum debet de benignitate reſtitui, ſi non ſit aliquid, quod obſiſtat, can. quorumdam, diſt. 74. 18

Clerici poſſunt quandoque ſe purgare cum laicis, gl. 2. in can. clerici vel, diſt. 81.

Clerici domus debent eſſe communes omnibus, gl. ita tenacem, in can. 1. diſt. 85.

Clericus non propterea ſe Deo dedicauit, vt ſuos diuites faciat, ſed vt ſibi vitam perpetuam fructuum boni operis acquirat: & pretio miſerationis peccata ſua redimat, can. eſt probandus, diſt. 86.

Clerici non debent eſſe cupidi turpis lucri, ne aliquo negotio inhoneſto victum, & cætera ſibi neceſſaria quærant, can. non liceat, §. prohibetur, diſt. 86.

Clericorum priuilegium eſt, quod licet ipſi poſſint ſuccedere ab inteſtato alicui, non tamen teneantur recipere tutelam, niſi voluerint, gl. tutelas, in can. ſi. diſt. 86.

Clericus poteſt nepotis tutelam gerere ſibi aliàs generaliter delatam: quam ſi fraudulenter geſſit, pluſquam pro latrocinio obligatur, can. irreligioſum, 5. diſt. 87.

Clericus poteſt rectè ſuſcipere legitimam tutelam: ſed & etiam extranearum perſonarum, ſi vult, gl. 1. ibid. 19

Clericorum mancipia occupans, pro ſuis mancipijs ad Eccleſiam confugientibus, debet excommunicari, can. eos qui, §. 1. diſt. 87.

Clerici diſcordes præſertim in ſacramentis, niſi cito concordent, communione Eccleſiæ priuabuntur, can. ſi. diſt. 90.

Clericus proprijs manibus poteſt ſibi victum quærere, in ſumma, & ibi gl. 1. diſt. 91.

Clerici quærere debent ſibi victum de artificio, & agricultura, dum modo officium ſuum non negligant, can. clericus victum, cum duob. ſeq. diſt. 91.

Clericus non debet, nec poteſt operas ſuas per totam diem locare, cum non debeat deeſſe officio, gl. 2. ibid.

Clerici, vel Sacerdotes non ſunt habendi, qui ſub nullius Epiſcopi diſciplina gubernantur: qui acephali dicuntur, id eſt ſine capite, can. nulla ratione, diſt. 93.

Clerici, qui ſuis Epiſcopis non obediunt, reprobi & rei exiſtunt, can. qui ſuis, diſt. 93.

Clerici, qui ſuis Epiſcopis obediunt, donum ſummi muneris à Deo conſequuntur, ibid.

Clerici, qui ſuo Epiſcopo non obediunt, in Deum ſcandalizantur, can. ille procul dubio, diſt. 93.

Clericus infœlix in plateis mendicat, & ſeruili operi mancipatur, publicam à quolibet poſcit eleemoſynam, ex quo deſpicitur à cunctis, can. Diaconi, §. nunc autem, diſt. 93.

Clericus diffinitionibus principum & laicorum non debet ſupponi, niſi per reconuentionem, gl. ſi. in can. denique, diſt. 96. 20

Clerici appellantur dij, gl. 2. in can. ſatis eſt, diſt. 96. & can. futuram, 12. q. 1.

Clericus nullus à percipiente gratiam communionis pretium exigere debet: quod ſi exegerit, debet deponi, can. nullus, 100. 1. q. 1.

Clericus in minoribus ordinibus conſtitutus poteſt eſſe prælatus, gl. pe. in can. quicquid, 101. 1. q. 1.

Clericus poteſt redimere ius ſuum, & vexationem ſuam, cum iniuſte ſuſpenſus eſt; imò & ſi quid dederit, poterit repetere, gl. reſtituat. in can. nullus, 124. 1. q. 1.

Clerici ſunt tales milites, quorum arma ſunt lachrymæ, vel orationes, aut excommunicationes; & caſtra eorum ſunt Eccleſiæ, gl. milites, in can. ſaluator, §. 1. 1. q. 3.

Clericus ad purgationem non eſt cogendus, quia clerici non debent iurare, gl. 1. in ſumma, 2. q. 5.

Clerici prohibentur præſtare iuramentum calumniæ per ſe: per alium tamen recte poſſunt præſtare, gl. 2. in can. 1. 2. q. 5.

Clerici recte poſſunt iurare pro recta fide, & pro obedientia, & pro pace, & pro indemnitate Eccleſiæ, & cum quis abſoluitur ab excommunicatione, ibid.

inter Clericum & laicum ſi ſit litigium, Epiſcopo præcipiente laicus per iuramentum, & presbyter per conſecrationem ſuam ſe purgabunt, can. ſi quis presbyter, 2. q. 5.

21 Clerici licite iurant per ſalutem, ſiue per aliquid aliud, gl. 2. in can. ſi quis presbyter, 2. q. 5.

Clericorum vita & conuerſatio debet eſſe ſecreta, & à laicorum actibus remota, cap. laicus, 2. q. 7.

Clericus debet habere bonum teſtimonium ab his qui foris ſunt, gl. 2. in can. Pagani, 2. q. 7.

Clerici à laicis merito redarguuntur quandoque, can. ſicut, 2. q. 7.

Clerici dicuntur familiares Dei, can. nulli dubium, 3. q. 1.

Clerici debent ſibi eligere prælatum, poſt mortem tamen prædeceſſoris, can. Epiſcopo non liceat, 8. q. 1.

Clerici cuiuſcumque gradus debent præcellere laicos in ſermone, & vitæ conuerſatione, can. qualis, 8. q. 1.

Clericis ad ſalutem non ſufficit, ſi in fide adæquantur laicis; ſed debent præcellere laicos in ſcientia & doctrina, can. ſi. 8. q. 1.

Clericus ſe repræſentare non debet Papæ ſine literis ſui Epiſcopi, gl. 1. in can. 1. 8. q. 5.

Clerici ſeruili more ſeruire Epiſcopo non coguntur, niſi conſuetudine aliquod ſeruitium deberetur Epiſcopo, can. 1. 10. q. 3.

Clericus ciuitatenſis aliud eſt, & aliud clericus diœceſanus, can. quia cognouimus, 10. q. 3.

Clerici dicuntur milites Chriſti, can. Chriſtianis, & ibi gl. cœleſtem, 11. q. 1.

22 Clerici ex officio ſunt ſuppoſiti Epiſcopo, can. ſi quis, §. ſi. 11. q. 1.

Clerici ex poſſeſſionibus prædiorum Imperatori ſunt obnoxii, ibidem.

Clerici ab Epiſcopo accipiunt vnctionem, decimas, & primitias: ab imperatore tamen prædiorum poſſeſſiones, ibid.

Clerici omnes dicuntur fratres inter ſe, can. ſi qui ex fratribus, 11. q. 1.

Clerici omnes & omnes Abbatiſſæ, & Diaconiſſæ, ſunt ſubiectæ Epiſcopis diœceſanis ſuis, can. de perſona, 11. q. 1.

Clericus habendus eſt in magna reuerentia à laico, propter Deum cuius ſeruus eſt, can. Sacerdotibus, 11. q. 1.

Clericus ab alio, quàm à prælato ſuo non poterit petere iudicium animæ, quod eſt occultum: ergo nec manifeſtum, gl. 2. in can. molita, 11. q. 1.

Clerici & laici, qui non obediunt Epiſcopis, infames efficiuntur, & ſunt excommunicandi, can. ſi autem, 11. q. 3.

Clericus obedire debet Prælato ſuo in his, quæ ſpectant ad officium præcipientis, can. quid ergo, 11. q. 3.

Clerico ſi præcipiat Epiſcopus, vt eat Romam, non poteſt ſe excuſare, adeo quòd alii inueniantur meliores: quia in legationibus ordo non eſt ſeruandus, gl. 1. ibid.

23 Clericus ſi vouit iter peregrinationis, non poteſt ire inuito Epiſcopo, ibid.

Clerici ſemper debent vitare ſuum Epiſcopum excommunicatum, gl. vxores, in can. quoniam multos, 11. q. 3.

Clericorum clauſtra, iuxta Eccleſiam conſtitui debent, can. neceſſaria, 12. q. 1.

Clerici vnam communem vitam ſeruare debent, ibid.

Clerici quidam ſunt, qui viuunt de communi, & in communi, vt regulares: alii viuunt de communi, ſed non in communi, ibid.

Clerici in clauſtris, diſciplinis Eccleſiaſticis vacare debent, ibidem.

Clerici vnam communem vitam agentes debent habere vnum refectorium, & vnum dormitorium, ibid.

ſupra Clericos debent conſtitui miniſtri, quorum vita & doctrina illos potius exornent, quàm dehoneſtent, ibid.

Clericus nihil ſeculare debet poſſidere, can. clericus qui, 12. q. 1.

Clericus debet nomen ſuum interpretari, & iuxta eius interpretationem viuere, ibid.

Clericus debet talem ſe exhibere, vt ipſe poſſideat dominum, & ipſe poſſideatur à domino, ibid.

Clericus cum in ſortem domini ſit electus, nihil præter Deum debet curare, can. cui portio, 12. q. 1.

Clericus cùm ſeruire Deo elegerit, debet abſtinere à ſecularibus curis, ibid.

Clericus debet ſe ſuis abnegare, ibidem.

Clerici & laici differunt, quia clerici mancipantur diuino officio, & contemplationi, & orationi, & debent ceſſare à temporalium rerum ſtrepitu, can. duo ſunt, 12. q. 1. 24

Clerici dicuntur vocati in ſortem domini, ibid.

Clericis communiter viuentibus, quod ſupereſt debet pauperibus erogari, can. quia vero, 12. q. 1.

Clericus debet honeſte viuere, & cor, linguam & corpus conſeruare ab omnibus illicitis, ibid.

Clerici, & maxime qui hoc norunt, debent habere communem vitam, & nihil iure proprij, can. ſcimus, 12. q. 1.

Clerici debent viuere ſimul, & in communi, can. quoniam, 12. q. 1.

Clerici licite poſſunt poſſidere, & adminiſtrare res Eccleſiæ, ibidem.

Clericus, qui ſupprimit, vel denegat inſtrumenta Eccleſiæ, vel ea oſtendit aduerſarijs Eccleſiæ, omne damnum per ipſorum inſtrumentorum abſentiam illatum Eccleſiæ, de proprio reſtituere debet, & etiam communione priuari, can. ſi quis de clericis, 12. q. 2.

Clericus qui Epiſcopi largitate rem Eccleſiæ recipit quoad vſumfructum ſub nomine precarij, debet profeſſionem ſcribere, & illam vtiliter colere: aliàs huiuſmodi conceſſione priuabitur, can. ſæpe ſit. 12. q. 2.

Clericus negligens colere agros Eccleſiæ ſibi conceſſos, priuari debet illorum conceſſione, ibid. 25

Clericus poteſt removeri ab Eccleſia, ſi negligat agros, vel alias vtilitates Eccleſiæ, gl. ſi. ibid.

in Clericum ſi populus vel Epiſcopus te elegerit, age ea quæ clerici ſunt, can. ſic viue, 16. q. 1.

Clericus ſi ſcit aliquas operas, illas tenetur præſtare Eccleſiæ expenſis ipſius Eccleſiæ: maxime ſi non habet proprium, gl. 1. in can. vos autem, 16. q. 1.

Clerici omnes & monachi habent immunitatem omnis tutelæ, ſiue teſtamentariæ, legitimæ, vel datiuæ, can. generaliter, 16. q. 1.

Clerici & monachi omnes habent ipſo iure immunitatem curæ, non ſolum adultorum, ſed & furioſi, ſurdi, muti, & aliarum perſonarum, d. can. generaliter.

Clerici viuentes communiter habent aliud priuilegium, quàm clerici ſeparatim viuentes, gl. 2. in can. decimas, 16. q. 1.

Clerici communiter viuentes, & monachi habent idem priuilegium in retinenda decima, & in abſolutione petenda, ibidem.

Clericorum conditio percipientium aliquid in Eccleſia, propter aliquod obſequium, vel intrinſecam probitatem eſt melior, quam canonicorum: quia ob delictum non amittunt illud, ſed habent illud vſque ad obitum ſuum, gl. pro qualitate, in can. ſi. 16. q. 6.

Clerici ſingulorum monaſteriorum, ſunt ſub poteſtate Epiſcoporum, can. nullam, 18. q. 2. 26

Clerici in parochijs & monaſterijs, ſub poteſtate ſunt eius, qui in ea ciuitate eſt Epiſcopus, can. quidam, 18. q. 2.

Clericus ſecularis, inuito etiam Epiſcopo, poteſt in monaſterium ingredi, gl. 1. in ſumma, 19. q. 1.

Clericis volentibus ingredi monaſterium, negari non debet ingreſſus ab Epiſcopo, can. 1. 19. q. 1.

Clericus ad locum melioris vitæ, etiam inuito Epiſcopo, recte poteſt tranſire: aliàs non, can. 1. 19. q. 2.

Clericus huius Epiſcopatus, ſi eligitur ad aliquam dignitatem in alio Epiſcopatu, ſine licentia ſui Epiſcopi non poteſt eam recipere, gl. 1. in d. cap. 1.

Inter Clericos eiuſdem Eccleſiæ non debet quis connumerari, niſi fuerit intitulatus, nec habet vocem in electione cum alijs, licet percipiat fructus illius Eccleſiæ, gl. 1. in can. clericus, 21. q. 2.

Clericus habens pauperem Eccleſiam poteſt quærere victum artificio honeſto, gl. neceſſitatem, ibid.

Clericus ſi ſciens Eccleſiam pauperem recepit, non debet illam alteri vnire: niſi poſtea fuerit illa depauperata, ibid. 27

Clericos diuites habere expedit Epiſcopis, ibid.

Clerico ſufficiebat olim, quod haberet neceſſaria: & illa neceſſitas arctabatur ad victum & veſtitum tantum: hodie vero creuit decus Eccleſiæ, & hoc conſiderandum eſt ſecundum qualitatem perſonæ, & ſitum Eccleſiæ. Aliquid enim ſufficit vni, quod non ſufficit alteri: & minus ſufficit manenti extra vias communes, quam in vijs: & in hoc conſuetudo prouinciæ ſeruanda eſt, ibid.

Clerici, qui ſunt extra ciuitatem, non ita cito inueniunt illos, quibus ſua artificiola vendant, nec ita conuenienti foro habent omnia, ſicut illi qui ſunt in ciuitate, gl ſi. ibid.

Clerici non debent nominari in teſtamento tutores, & curatores; & ſi nominentur, pro nominantibus eos non debet celebrari ſacrificium, can. Cyprianus, 21. q. 3.

Clerici non debent recipere tutelam teſtamentariam: legitimam tamen recte poſſunt, ſi voluerint: inuiti tamen non coguntur recipere, gl. 4. ibid.

Clerici, qui contemnunt corrigi ab Epiſcopis, debent carere beneficijs Eccleſiaſticis, can. ſi. 21. q. 4.

Clerico nulli licet ſuum Epiſcopum relinquere, & ab officio ſuo diſcedere, & ad ſecularem iudicem confugere, in ſumma, 21. q. 5. 28

Clerici, qui virtute alijs præeminent, in omni loco debent gaudere perpetua ſecuritate, can. in qualibet, 23. q. 8.

Clericus,

Clericus, ſi agit contra laicum, debet loqui vulgariter, gl. ſimilitudine, in can. odi. 24. q. 1.

Clericus magis peccat ſtudioſa concupiſcentia, quam laicus ipſo facto, gl. ſtudioſa, in can. qui viderit, 32. q. 5.

Clericus propter gradum altiorem, magis peccat, quàm laicus, ibidem.

Clerici deficientes deteriores ſunt laicis, gl. gloriam, in can. quis aliquando. De pœnitent. diſt. 1.

Clericus, cum ſeparatur à conſanguinea ſua, non debet iurare, gl. ſi. in can. de parentela, 35. q. 6.

Clericorum vita debet eſſe religioſior, quàm laicorum, gl. 1. in can. ſæculares. De conſecrat. diſt. 2.

Clerici ſæculares vel regulares, tenentur parere mandatis ſuorum ſuperiorum, extrauag. per Romani, Gregorij vndecimi.

Clerici debent in omnibus ſe exhibere ſicut Dei miniſtri, ne illud dictum Prophetæ impleatur in eis, Sacerdotes Dei contaminant ſancta & reprobant legem. Concil. Trid. ſſ. 14. De reformatione, in prior.

Clerici in ſortem Domini vocati, debent vitam moreſque ſuos omnes ita componere, in habitu, geſtu, inceſſu, ſermone, alijs omnibus rebus, vt nihil niſi graue; moderatum, ac religione plenum præſeferant; leuia etiam delicta, quæ in ipſis maxima ſunt, debent effugere, vt eorum actiones cunctis afferant venerationem. Concil. Trident. ſſ. 22. De refor. cap. 1.

de Clericorum vita, honeſtate, cultu, doctrinaque retinenda, ac ſimul de luxu, comeſſationibus, choreis, aleis, luſibus, ac quibuſcumque criminibus, nec non ſæcularibus negotijs fugiendis, copioſe & ſalubriter ſancita fuerunt à ſacris canonibus: eadem in poſterum eiſdem pœnis & maioribus arbitrio Ordinarij imponendis obſeruentur, ſtatuit Conc. Trid. ſſ. 22. De refor. cap. 1.

Reliqua in verbo, Accuſatio. n. 2. 3. Adoleſcentes. Comes. Confeſſio. 2. Laicus. Ludere. Mendicitas. Mendicare.

29 CLERICVM ætate inhabilem ordinans in ſacris, non eſt ipſo iure ſuſpenſus, ſed ſuſpendendus, cap. vel non eſt, & ibi gl. ſuſpendentes. De tempore ord.

Clerici vnius Eccleſiæ, propter vtilitatem & neceſſitatem ipſius Eccleſiæ, compelli poſſunt recipere ordines ſuis beneficijs etiam non annexos, cap. quæris. De ætate & qualit.

Clerici, ſi ſine titulo ſint promoti ad maiores ordines, Epiſcopus tenetur eis prouidere, gl. 1. in cap. 1. De poſtulando.

Clericus non poteſt recipere ordines ab alio, quam ab Epiſcopo ſuo, gl. 1. in cap. ſi diligenti. De foro comp.

Clericus non beneficiatus, habens ſufficiens patrimonium, recte poteſt promoueri ad ſacros ordines, cap. tuis quæſtionibus, 23. De præbend.

Clericum ad ordines promoueri impediunt morum inhoneſtas, & literaturæ defectus, cap. graue nimis. De præbend.

Clericus, ſi renuit ordinari ordine, quem beneficium requirit, debet priuari illo, cap. extirpandæ, §. quia vero, eod.

Clericus Bononienſis ſi habeat beneficium cum cura Mutinæ, Mutinenſis Epiſcopus, & non Bononienſis debet diſpenſare cum eo, quod non teneatur Sacerdotio ſe ordinare, durante ſeptennio ſtudiorum, gl. ſubiectas, in cap. poſtquam, 33. §. ſi vero. De electione, lib. 6.

Clericis non licet aſſumere ordines ab alio Epiſcopo, quàm à ſuo: etiamſi proprius ſit ſuſpenſus ex alia cauſa, quam expreſſa, cap. 2. & ibi gl. taliter. De tempore ordinat. lib. 6.

in Clericum nullus debet ordinari ante examinationem, can. nullus, 2. diſt. 24.

Clericus ordinandus debet habere bonam famam pro ſe, gl. 1. ibidem.

30 Clerici ordinandi poſſunt ordinari populari teſtimonio habito, d. can. nullus, & ibi gl. 1.

Clerici ordinandi, antequam ordinentur, debent examinari ſi ſint ignoti: ſecus ſi ſint noti, d. gl. 1.

Clerici alicuius Eccleſiæ, ad miniſterium eiuſdem Eccleſiæ debent promoueri, can. presbyteri, di. 24.

Clerici promouendi examinatio debet fieri ſuper vita, & moribus ac ſcientia, ibidem.

Clericus furtim faciens ſe ordinari ſine examine, deponitur, can. ſi quis, diſt. 24.

in Clericis promouendis ad ordines, maior dicitur inhabilitas proueniens ex defectu mentis, quàm quæ prouenit ex defectu corporis, can. vſque adeo, diſt. 33.

Clericus vitiatus quacumque parte corporis eſt inhabilis ad ordines, can. illiteratos, diſt. 36.

Clerici antequam ordinentur, debent ab ordinatoribus certificari de canonibus Epiſcoporum vitam regulantibus, can. placuit, diſt. 38.

Clericus non poteſt ordinari, ſi homicidium facto conſilio, præcepto, vel defenſione euitabili poſt baptiſmum commiſit, can. ſi quis viduam, diſt. 50.

in Clericum non ſemper poteſt quis ordinari, licet ſit bonus, can. ex pœnitentibus, diſt. 50.

Clericus non debet fieri ille, qui poſt remiſſionem peccatorum, militiæ cingulum habuit, can. ſi quis poſt remiſſionem, 60. diſt. 50.

in Clericum ordinari non debet rebaptizatus, can. confirmandum, diſt. 50.

In Clericum ordinari non poteſt Chriſtianus ſua officia exercens, vel curiæ ſæculari adſtrictus, can. deſignata, & can. præterea, diſt. 51. 31

in Clericum fuit ordinatus primo Matthias, in Archiepiſcopum vero fuit Iacobus, frater Domini nuncupatus, gl. 1. in can. 1. diſt. 65.

Clericus vnius Eccleſiæ, Apoſtolica permiſſione & authoritate poteſt ordinari in alia Eccleſia alterius diœceſis, can. fraternitatem, diſt. 71.

Clericus, qui propter neceſſitatem Eccleſiæ ſuæ, maiores ordines ſuſcipere recuſat, debet remoueri ab officio illius ordinis, à quo recedere noluit, can. ſi quis, & ibi gl. 1. & can. ſeq. diſt. 74.

Clerico dicenti ſe criminoſum, & ob id non poſſe promoueri ad ordines, creditur, gl. 1. in can. ſi qui. diſt. 74.

Clericus dicens ſe inſufficientem ad maiores ordines, audiendus eſt, ne cogatur promoueri, etiam propter neceſſitatem Eccleſiæ: aliàs ſi eius excuſatio non audiatur, poteſt appellare, ibidem.

Clericorum penuria vrgente religioſus etiam nouitius ſi fuerit idoneus, promoueri poteſt ab eo tempore, quo fuit exorciſta, infra annum datis tribus menſibus pro quolibet ordine: poterit etiam in presbyterum ordinari: laico vero tali debent adiungi ſex menſes, can. monachus, diſt. 77.

Clericus de conſenſu vxoris promotus ad ſacros, qui ſciens conſtitutionem Syricij Papæ, cum ea incontinenter viuit, debet deponi, & ad diuinum miniſterium non admitti: ſed ſi ignorans id egerit, & pœnituerit, permittitur in ſuſceptis miniſtrare: non tamen ad ſuperiores aſcendere, can. propoſuiſti, diſt. 82.

Clericus debet eſſe liber tempore clericatus: aliàs non poteſt ordinari, can. Chriſtianis, & ſeq. 12. q. 1.

Clericus non debet promoueri ad ordines, ſi iudex ſuſpenderit aliquem, ad querelam ipſius clerici, gl. 1. in can. vnum, 23. q. 5.

Clerici religioſi, ſiue ſæculares more religioſorum viuentes in communi non profeſſi, non poſſunt promoueri ad ordines ſacros, religionis prætextu abſque titulo beneficij ſufficientis: ne poſtea exeuntes de clauſtro, & per ſæculum vagantes, vel mendicare, vel ſordidum quæſtum exercere, non ſine ipſorum dedecore, ac ordinis vilipendio, cogantur, extrauag. Romanus Pontifex, Sacrorum Conciliorum author. Pij Quinti, Anno 1568.

Reliqua in verbo, Promouendus.

CLERICVS ſubiectus Epiſcopo, ab alio Epiſcopo ſine licentia ſui Epiſcopi ordinatus, licet recipiat characterem, non tamen habet executionem illius ordinis: vel ſi recipit, interdicenda eſt cap. quod translationem. De tempor. ordinat. 32

Clericus ordinari non poterit ab Epiſcopo alterius ciuitatis, in ſumma, diſt. 70.

Clerici ab Epiſcopo alterius ciuitatis, ſine licentia ſui Epiſcopi ordinari non poſſunt: et ſi fuerint ordinati, ordinatio rata non fuit: intellige quoad ordinum executionem, can. illud quoque, di. 70.

Clericum alterius diœceſis, non poteſt Epiſcopus ordinare, ſine precibus ſui Epiſcopi, can. de aliena, diſt. 71.

Clericus ſi fuerit ordinatus ab Epiſcopo alterius diœceſis ſine conſenſu & licentia ſui Epiſcopi, ordinatio eius eſt irrita: ſecus ſi cum expreſſo conſenſu ſui Epiſcopi, cap. ſi quis autus, & ibi gl. 1. di. 71.

Clericus, ſine literis ſui Epiſcopi, non debet ſuſcipi vel ordinari ab alieno Epiſcopo, can. Primatus, diſt. 71.

Clericum alienum, ſine literis proprij Epiſcopi, nemo debet retinere, vel promouere in Eccleſia ſibi credita, can. 2. diſt. 72.

Clericus in vna Eccleſia ordinatus non debet ſuſcipi in alia, can. ſi. diſt. 72.

Clerici ab Epiſcopo alterius diœceſis ordinati, à proprio in ſuis ordinibus recipi poſſunt, can. Lugdunenſis, 9. q. 2.

Clericus non poteſt ab alio Epiſcopo ordines accipere: ergo nec iudicium, quod maius eſt, gl. 2. in can. inolita, 11. q. 1.

Clericum alterius diœceſis, nemo debet ordinare, vel recipere ſine dimiſſorijs literis, per quas eſt abſolutus à priore, gl. 1. in can. ſi quis iam, 21. q. 2.

Reliqua in verbo, Ordinari. 8. Epiſcopus. 76. 77. 78.

CLERICO ordinato in remotis regionibus non facile eſt credendum ſuper ſua ordinatione, cap. 1. De cleric. peregrin. 33

Clerici peregrini, ſi tanquam viatores vellent celebrare ſecreto, permittendi ſunt, gl. in ſuſpenſione, in cap. 2. De cleric. peregr.

Clericus peregrinus, ſine literis ſui ordinatoris, etiam ſi iuret ſe ordinatum, niſi aliter id probet, in illo ordine non ſuſcipietur: nec ad ſuperiores promouebitur, cap. 2. eod.

Clericus peregrinus ordinatus, vt ad ſuperiores ordines promoueatur, ſufficit quod de perceptis ordinibus probet per argumenta idonea, hoc eſt indicia, vel per ſigilla Epiſcoporum, vel per

vel per ſigillum Epiſcopi, ſi notum ſit, d. cap. 2. & ibi gloſ. argumenta.

Clericus exterus & peregrinus debet habere ſemper literas teſtimoniales ſui Epiſcopi de ſua ordinatione, d. cap. 2. & ibi gl. 1.

Clericus exterus & peregrinus non debet admitti ad celebrandum publice; niſi faciat fidem de ſua ordinatione: admittitur tamen ad celebrandam in occulto ex deuotione, cap. tuæ fraternitatis, eod.

Clericus peregrinus, etiamſi non conſtet de ſua ordinatione, admittitur ad celebrandum ſecreto; quia tunc ſibi ſoli præiudicatur: non tamen ad celebrandum in publico; quia tunc præiudicaretur populo, ſi non eſſet ſacerdos, gl. fi. ibid.

Clericos exteros & peregrinos inferiores Prælati non poſſunt inſtituere in ſuis Eccleſiis, ſine diœceſanorum conſenſu, cap. fi. eod.

34 Clerici exteri abſque ſcientia Epiſcopi inſtituti remouentur, niſi Epiſcopus voluerit cum illis diſpenſare, gl. fi. ibid.

Clericus alterius diœceſis non debet recipi ſine literis commendatitijs ſui Epiſcopi, vel ſine mandato Apoſtolicæ ſedis, cap. fraternitati. De cler. non reſi.

Clericus celebrans, nulla præmiſſa dormitione, priuandus eſt beneficio: quia non videtur ieiunus, ſed pranſus, cap. ſi conſtiterit, & ibi gl. dormitione. De accuſat.

Clericus miniſtrans in pertinentibus ad ordinem, quem non habet, deponendus eſt: & amplius non eſt ordinandus, cap. 1. De clerico non ordin.

Clerici non poſſunt celebrare ſine priuilegio, etiam in loco conſecrato, cum altari portatili, cap. in his, 30. De priuileg.

Clerici poſt pœnitentiam purgati, poſſunt ſacrificium Domini licite offerre, can. & purgatur, diſt. 50.

Clericus in ſacris, cui eſt interdicta executio ordinum ſacrorum, non poteſt contingere vaſa ſacra, can. pe. di. 50.

Clerici peregrini, & de longinquis partibus non ſunt recipiendi, niſi fuerint commendati chirographis quinque Epiſcoporum, can. nullus, & ibi gloſ. 1. & can. tranſmarinos, diſt. 98.

Clericus peregrinus nullo modo eſt admittendus, ſi ſigilla literarum ſint ignota, quantumuis ſint mille: quia eadem eſt ratio in mille ignotis, quæ eſt in vno: niſi aliqualis habeatur notitia de ſigillis, & de illis remotis Eccleſiis, gl. 2. ibid.

Clerici Afri & peregrini ad ordines non ſunt recipiendi, quia ex his quidam ſunt hæretici, alij rebaptizati, alij mentiuntur ſe habere ordines, quos non habent, can. Afros, diſt. 98.

35 Clericus præſentatus à patrono Epiſcopo alterius diœceſis, ſine examinatione admittitur, ſi teſtimonium habeat Epiſcopi præſentantis, gl. fi. in can. 1. 16 q. 5.

Clericus non debet tranſire de ſuo Epiſcopatu ad alium, ſine literis commendatitijs ſui Epiſcopi, quod propter criminoſos ſtatutum fuit, ne infames perſonæ ab aliquo Epiſcopo reciperentur: extenditur tamen id etiam ad non criminoſos, can. duæ ſunt, & ibi gl. 2. 19. q. 2.

Clericus non poteſt peregrinari ſine licentia ſui Epiſcopi, gl. pen. ibidem.

Clericus non debet ſine commendatitijs literis ſui Epiſcopi commorari, niſi fuerit intitulatus: nec habet vocem in electione cum alijs, licet percipiat fructus illius Eccleſiæ, gl. 1. in can. clericus, 21. q. 1.

Clerico vel monacho non licet ſine commendatitijs literis ſui Epiſcopi diuagari: qui ſi verborum increpatione ſe non emendauerint, etiam verberibus coerceri debent, can. monachum, 20. q. 4.

Clerici ad alienam diœceſim ſine ſuorum Ordinariorum literis venientes, non debent recipi in ſuis ordinibus, nec ad ſuperiores debent aſcendere, extrauag. iniunctæ. De electione, inter communes.

Clerici & monachi, qui de ſuis ciuitatibus ad alienam vrbem proficiſcuntur, niſi muniti veniant ſuorum Prælatorum literis, non ſunt reputandi clerici vel monachi, ibid.

Clericus ſine literis commendatitijs proprij Epiſcopi, extra ſuam Eccleſiam miniſtrare non poterit, can. extraneo, diſt. 71.

Reliqua in verbo, Dimiſſoria. Epiſcopus. 77. 82.
Prælatus. 15. 16. Laicus. 5.
Vagari. Vagatio.

36 **CLERICVS** qui non eſt, non reputatur idoneus ad beneficia, gl. 1. in cap. cum adeo, 19. De reſcript.

Clericum ſe eſſe aſſerens, cum non eſſet, ſi quis impetret reſcriptum ad beneficium, non valet reſcriptum, ibid.

Clerici non debent priuari beneficijs ſuis, niſi propter graues & manifeſtos exceſſus, cap. dilectus 26. eo.

contra Clericum poſſidentem Eccleſiam, poteſt agi ciuiliter, vt remoueatur de illa Eccleſia, tanquam non legitime inſtitutus, cap. querelam. De elect.

Clericus ſæcularis, repetens bona quæ contulerat Eccleſiæ ſæculari, videtur renunciare beneficio ſæculari, cui illa contulerat, cap. ex tranſmiſſa. De renunc.

Clerici poſſunt habere præbendas diſtinctas & diuiſas, gl. 2. in cap. propoſuit. De filiis presbyter.

Clericus alterius Eccleſiæ bene poteſt eligi ad aliam Eccleſiam, ſed non poſtulari: dum modo alias ſit idoneus: & in eodem Epiſcopatu, non in alio, tenet electio: imploranda tamen eſt licentia ſui Epiſcopi: qui ſi denegauerit, compelletur per ſuperiorem, ſi malitioſe id faciat, gl. 2. in cap. admonet. De renunc.

Clericus intitulatus in vna Eccleſia, debet in ea perpetuo permanere, gl. fi. in can. eo libentius. De ſeruis non ordin. can. ſanctorum, diſt. 70.

Clericus habens ius ad beneficium, poteſt dare pecuniam alteri parti pro redimenda vexatione ſua, non pro beneficio, nec peccat, gl. illicite, in cap. cum pridem, §. ille. De pactis.

Clericus poteſt tranſigere ſuper beneficio ſine authoritate Epiſcopi, dum modo renunciat cum beneficio, cap. de cætero. De pactis.

Clericus primæ tonſuræ eſt capax beneficij, cap. ex literis. De tranſactio, hodie oportet quod habeat etiam quatuordecim annos. Conc. Trid. ſſ. 23. cap. 6. 37

Clericus beneficio ſpoliatus poteſt ſuper illo beneficio compromittere, cap. 2. De arbitris.

Clericus in minoribus conſtitutus, non poteſt ad dignitatem promoueri abſque diſpenſatione, cap. cum olim. De temp. iudic.

Clericus in ea dignitate vel Eccleſia, in qua intitulatus eſt, debet deſeruire, cap. 3. De clericis non reſid.

Clericus ſi habeat Eccleſiam pro derelicto, vt quia contraxit matrimonium, vel factus ſit miles, vel ioculator, cum de hoc conſtiterit, Epiſcopus poteſt ſtatim eius Eccleſiam alteri conferre, gl. 2. in cap. fi. De clericis non reſid.

Clericus iudicium ſibi manducat & bibit, ſi habens de ſuo vnde viuat, alienum recipit, puta beneficium, gl. 1. in cap. tuis quæſtionibus. De præbend.

Clerici ignobiles, & non eminentis ſcientiæ, propter hoc non debent repelli a præbendis, etiam in Eccleſijs quæ tales admittere non conſueuerunt, cap. pe. eodem.

Clericus, ante quatuordecim annos non poteſt habere beneficium, gl. fi. in d. cap. pe. De præb.

Clerici non tantum certæ originis in Eccleſijs debent inſtitui, ſed vndecumque ſint, dummodo ſint idonei, cap. ad decorem. De inſtitutio.

Clericus faciens ſe poni in beneficium viuentis, ab Eccleſiaſtica communione repellendus eſt, cap. 1. De conceſſ. præbend.

Clerici dicuntur permutare, quando inter ſe deliberant de permutando, licet poſtea vadant ad ſuperiorem, cap. cum vniuerſorum. De rerum permut. 38

Clericus ab officio & beneficio remouetur, ſi monitus non dimittit Eccleſiam, ſine conſenſu Epiſcopi ſibi conceſſam, cap. relatum 21. De iure patro.

Clerici habentes beneficium in Eccleſia tenentur contribuere ad ipſius reparationem, cap. 1. De Eccleſijs ædificand.

Clerici ſæculares, eorum Eccleſia facta regulari, poſſunt remoueri authoritate Papæ ab ea, ſi eis prouideatur æque alibi, cap. pe. & ibi gl. pe. eod.

Clericus poteſt ſe obligare ad pœnam perdendi beneficium, ſed non poteſt aſſignari illud aduerſario: niſi probet prius ſe habere ius in illo, cap. fi. & ibi gl. fi. De crimine falſi.

Clericus licite poteſt porrigere preces pro inſtitutione ſua, apud ſuperiorem, cap. propoſuit. De clerico excommunicato.

Clericus tenetur oſtendere titulum ſui beneficij, intellige ſi illud habeat de recenti: ſed ſi per decennium quiete, & pacifice poſſedit, non tenetur, cap. Ordinarij, §. quod ſi forte. De officio Ordin. li. 6.

Clericus habens reſcriptum ad vacaturam, ſi contrahat matrimonium, videtur renunciaſſe illi reſcripto adeo quod mortua vxore, ſi poſtea vacet præbenda, non poteſt illam petere, gl. clericalis, in cap. 1. De clericis coniug. lib. 6.

Clericus defectum ætatis patiens, non poteſt promoveri ad beneficium curatum authoritate Apoſtolica, niſi de eo fiat expreſſa mentio, cap. ſi pro clericis, & ibi gl. 2. & gl. de defectu. De preb. l. 6.

Clericus, cui mandabatur prouideri de præbenda primò vacante, ſi negligit petere præbendam ſibi debitam, extincta eſt gratia: ſi vero collatus fuerit ei Canonicatus, tunc habebit præbendam, cum nullus eſt ibi expectans authoritate Apoſtolica, cap. ſi clericus, eod.

Clerico prouideri debet de beneficio congruente, merito & virtutibus ipſius, cap. ſi pauper. 30. eod. 39

Clericus, quamuis ſit in quieta poſſeſſione beneficij ſui, ſi Epiſcopus vult ex officio ſuo videre inſtitutionem, tenetur ei oſtendere ſuum titulum poſſeſſionis, gl. obtineri, in reg. 1. De reg. iuris, lib. 6.

Clericus exiſtens in poſſeſſione beneficij: non tenetur oſtendere titulum beneficij, cum aliquis agit contra eum, dicens ſe habere ius in præbenda: nam tunc actor, quod aſſeuerat, debet probare, ib.

Clericus, qui negligit petere præbendam ſibi debitam, cum vacat, ſibi imputare debet, non ſequenti expectanti, gl. 1. in reg. damnum, eod.

Clerico excommunicato non eſt ſubtrahendum beneficium, gl. 1. in cap. præter hoc, diſt. 23.

Clericus promotus ad Eccleſiam parochialem, debet eam officiare ſecundum modum traditum ipſi Eccleſiæ, non ſecundum modum perſonæ, can. quando, diſt. 38.

Clericus etiam alterius Eccleſiæ in ſacris Ordinibus conſtitutus,

eligi poteſt

eligi poteſt in Epiſcopum , niſi ſit Epiſcopus : & poſtea debet poſtulari , gl. electus in can. Valentinianus , diſt. 63.

Clericus vnius diœceſis , ſi eligatur in Epiſcopum alterius diœceſis , debet poſtulari : & Epiſcopi ſui erit illum dare , vel negare , can. literas , diſt. 63.

Clericus alterius Epiſcopi , non debet eligi in Epiſcopum : ſed debet poſtulari , gl. 2. in can. literas , diſt. 63.

40 Clericus contradicente Epiſcopo , poteſt fieri monachus , gl. fi. ibidem .

Clericus alienæ diœceſis , primo debet eligi , & poſtea poſtulari , ibidem .

Clericum alterius diœceſis , ſi electores elegerunt , eo propoſito vt ſtatim tenere deberet electio , non ratificatur per ſequentem conſenſum illius , à quo eſſet poſtulandus : ſi vero ſciebant electionem eſſe inualidam , ſed ſperabant , quod Papa eam ratam haberet , tunc ratificatione Papæ confirmatur , ibidem .

Clericus alterius diœceſis , ſi poſtuletur in Epiſcopum , Epiſcopus ſuus malefacit , ſi eum abſque iuſtitia negat , & per ſuperiorem cogi poteſt dare , ibid.

Clerici illi potius ſunt inſtituendi , de quorum bonis fundata eſt Eccleſia , gl. ſiue poſſeſſionis , in can. 1. diſt. 70.

Clerici in ſingulis Eccleſijs inſtituti , vocati ad alias Eccleſias , poſſunt authoritate ſui ſuperioris tranſire ad eas , gl. 1. in can. clericos . diſt. 71.

Clerici in ſingulis Eccleſijs inſtituti , non poſſunt ſuſcipi in alterius diœceſis , Eccleſijs : ſi ſecus fiat , ſuſcipiens & ſuſceptus tamdiu communione ſacramentorum ſtent priuati , donec ſuſcepti ad priores Eccleſias reuertantur , niſi neceſſitas aliqua coegerit eos relinquere proprias Eccleſias , d. cap. clericos .

41 Clericus , etiam ſi amiſerit Eccleſiam ſuam , non debet recedere ſine licentia Epiſcopi ſui , ſi Epiſcopus amiſſa etiam ciuitate ſua remanſerit in aliqua parte ſui Epiſcopatus , gl. 2. ibid.

Clericus ſi , amiſſa Eccleſia ſua , receſſerit cum Epiſcopi ſui licentia ſibi data , ita vt poſtea Eccleſia ſua liberata ac recuperata , redire debeat , interim Epiſcopus eſt ſuus Prælatus : non tamen poterit eum excommunicare , niſi Eccleſia liberata , nolit redire : nec poterit eum ad aliam Eccleſiam reuocare , ex quo ei dedit licentiam , niſi ei dediſſet licentiam ſub illa conditione , vt quandocumque vellet , poſſet reuocare , ibidem .

Clericus vnius diœceſis , ſi eligatur in alia diœceſi , poſtulari debet ab Epiſcopo ſuo , vel eo deficiente , ab Apoſtolica ſede , cap. fraternitatem , diſt. 71.

Clericus , ſi in duabus diœceſibus beneficia habeat , in illis domicilium habet , gl. fi. in can. Primatus , diſt. 71.

Clericus vnius Epiſcopi , in alia prouincia non debet eligi , nec ipſe debet conſentire , niſi habeat literas dimiſſorias , quibus abſoluatur ab obnoxietate ſui Epiſcopi , gl. ab ipſo , in can. fi. diſt. 76.

Clericus inconſulto Epiſcopo non debet dimittere Eccleſiam ; & ſi tranſeat de vna Eccleſia ad aliam de eodem Epiſcopatu , ibi ſufficit tacitus conſenſus Epiſcopi , gl. 1. in can. placuit , 7. q. 1.

Clericus , ſi transferat ſe ad aliam diœceſim , tunc quaſi liberatur à patria poteſtate , quod non poteſt fieri niſi expreſſo conſenſu Epiſcopi , ibid.

Clericus nullus relicta ſua Eccleſia debet ſuſcipi in aliena , ſed debet cogi vt redeat : quod ſi non fecerit , eſt excommunicandus , can. ſi quis vero , 7. q. 1.

42 Clericus ſua Eccleſia relicta ad aliam tranſiens , ſi monitus à ſuo Epiſcopo non redierit , debet ſuſpendi : & ſi poſtea contumax fuerit , debet deponi : Epiſcopus tamen qui clericum depoſitum recipit , a coepiſcopis increpabitur , can. ſi quis preſbyter , 7. q. 1.

Clericus qui per ſimoniam Eccleſiam acquiſiuit , debet deponi , can. ſanctum eſt , 7. q. 1.

Clericum poteſt Epiſcopus cogere , vt tranſeat ad maiorem locum , cùm maiora facere poſſit , gl. 1. in can. Epiſcopus in loco , 7. q. 1.

Clericus Epiſcopo inuito non poteſt ad Epiſcopatum vocari : ſed eo inuito poteſt fieri monachus , gl. propriè , in can. ſciendum , 8. q. 1.

Clerico habenti patrimonium , non debet dari beneficium Eccleſiaſticum : ſed indigenti debet dari , can. pe. 10. q. 2.

Clericus non poteſt habere Eccleſiaſticum beneficium , & vxorem ſimul , gl. vxores , in can. quia vero , 12. q. 1.

Clericus nullus obtinere debet Eccleſiam per laicos nec gratis , nec pretio , can. per laicos , 16. q. 7.

Clericus non debet ordinari , vel inſtitui in aliena Eccleſia , ſine literis dimiſſorijs ſui Epiſcopi , can. quoniam , 21. q. 2.

43 Clericus quando transfert ſe ad alienam Eccleſiam , non ſufficit tacitus conſenſus Epiſcopi ; ſed ſolemnis actus deſideratur , d. cap. quoniam , & ibi gl. 1.

Clericus ſi tranſeat ad Eccleſiam ſui Epiſcopatus , ſufficit nudus & tacitus conſenſus , d. gl. 1.

Clerico non licet tranſire ad aliam Eccleſiam , ſi proprijs miniſteriis ſua fuerit deſtituta , can. placuit , 21. q. 2.

Clericum Eccleſiæ ſuæ deſertorem cingulo honoris atque ordinis ſui exutum , aliquo tempore monaſterio relegari conuenit : & ſic poſtea in miniſterium Eccleſiaſtici ordinis reuocari , ibid.

Clericus , quando de vna Eccleſia ad aliam translatus eſt , nihil commune habet cum Eccleſia priori , can. ſi quis , 21. q. 2.

Clericus iniuſte beneficio priuatus , recuperat omnia iura , quæ amiſit , gl. pen. in can. clericus victum , diſt. 91.

Clerici ſæculares non poſſunt eſſe præbendati in Eccleſia regulari , cap. cum cauſam . De electione .

Clericus ſæcularis non poteſt eligi in Abbatem , vel Prælatum regularem , cap. ad noſtram , 37. & ibi gl. 1. eod.

Clericus ſæcularis , etiam peritus in regula monachali , non poteſt eligi in Abbatem : quia etſi ſciat regulam , non tamen expertus eſt : & graue eſt inexpertos diuinis obſequijs applicare , gl. 1. in cap. officij , 38. eod. gl. 1. in can. preſbyteros , 16. q. 1.

Clericus beneficiatus non poteſt dimittere beneficium ſine con-
ſenſu illius , ad quem ſpectat collatio illius : & ſi dimiſerit , 44
poteſt reuocari : & niſi admonitus noluerit redire , excommunicandus eſt : & ſi Prælatus ſuum tranſitum ratum habere noluerit , poteſt illa Eccleſia ordinari per eum , ad quem ſpectat eius collatio , gl. 2. in cap. admonet . De renunciatione .

Clerici debent ſuſpendi , & communione priuari , qui Eccleſias recipiunt de manibus laicorum , per eorum inſtitutionem : & tales laici excommunicandi ſunt , cum ipſi tale ius habere non poſſint , cap. ex tua , & ibi gl. fi. De filijs Preſbyter.

Clericus exulans ſine facto ſuo , non debet priuari beneficio ſuo , nec eius redditibus , cap. 2. De arbitris .

Clericus beneficiatus cum licentia ſui Epiſcopi licite poteſt ſe transferre ad aliam diœceſim , morandi cauſa : licet beneficium ſuum requirat reſidentiam , cap. fi. De clericis non reſid.

Clericus non poteſt renunciare beneficio ſuo , neque tacite , neque expreſſe , ſine licentia ſui ſuperioris dd. reprob. gl. pe. in cap. 3. De his quæ fiunt à maior.

Clerici , qui recipiunt inſtitutionem Eccleſiarum per laicos , ſine proprij Epiſcopi authoritate , debent excommunicari : & ſi perſtiterint , debent deponi , cap. præterea , 4. De iure patron.

Clericus ſæcularis poteſt eſſe beneficiatus in monaſterio : non
tamen facit vnum corpus cum monachis , cap. quoniam , 45
21. De priuileg.

Clericus in minoribus poſtulatur à ſe ipſo , vt fiat monachus , & ordinetur ad ſacros , vt poſſit in Epiſcopum regularis Eccleſiæ promoueri , can. bene. diſt. 61.

Clerici ſæculares non poſſunt eligi ad Prælaturas regulares , ſed bene poſſunt poſtulari , gl. 1. in can. preſbyteros , 16. q. 1.

Clerici ſæculares non debent præfici , nec eſſe Abbates in monaſterijs : & ſi præficiantur , debent remoueri , can. perniciosam , in fi. & can. ſeq. 18. q. 2.

Clericus tenetur deſeruire beneficio ſuo in ordine , quem ipſum beneficium requirit : putà ſi ſit Eccleſia parochialis , rector debet eſſe ſacerdos : & ſic de alijs , cap. extirpandæ , §. quia vero . De præbend.

Reliqua in verbo , Promotus .

CLERICVS vagabundus poteſt priuari beneficio , licet illud 46
non requirat reſidentiam , gl. magna , in cap. quoniam , §. porrò . Vt lite non conteſtata .

Clericum abſentem debet Prælatus legitime monere , vt ad ſuam Eccleſiam reuertatur , intra tempus conueniens , ſecundum locorum diſtantiam , & temporis qualitatem , ab ipſo Prælato præfigendum , gl. canonibus , ib.

Clericus habens beneficium requirens reſidentiam , ſi ſit abſens ex probabili , & neceſſaria cauſa , putà infirmitatis vel vtilitatis Eccleſiæ , non debet priuari beneficio : ſed debet expectari donec cauſa ceſſabit : debet tamen relinquere vicarium in Eccleſia , dd. reprob. gl. canonibus .

Clericus habens beneficium requirens reſidentiam , ſi ſit abſens voluntaria cauſa , cum licentia tamen Ordinarij , ſi quidem ad certum tempus , illo tranſacto debet à Prælato citari , vt veniat intra certum tempus arbitrarium : & non veniendo , poterit priuari beneficio , dd. reprob. ibid.

Clerici ab Eccleſijs abeſſe non debent ; ſi tamen abeſſe contingat , vocandi ſunt à ſuis Prælatis , antequam ſpolientur ſuis beneficijs , ibid.

Clerici habentes beneficia requirentia reſidentiam , ſi ſint abſentes , nec ſcitur vbi ſint , nec citari poſſunt perſonaliter , trinæ citationis edictum apud eorum Eccleſias publice proponatur , vt reuertantur : & ſi vltra ſex menſes venire diſtulerint , ſuis beneficijs debent ſpoliari , ibid.

Clericus vel canonicus non faciens reſidentiam in ſuo beneficio , ſufficit quod extraiudicialiter moneatur : & poſtea poteſt de facto ſpoliari , cap. peruenit . De appellat.

Clericus quilibet , de iure communi , tenetur reſidentiam facere in ſuo beneficio : niſi iuſta cauſa excuſetur , putà infirmitate , vel abeſt de licentia Prælati , d. cap. peruenit , & ibi gl. 1.

Clericus ſine licentia ſui Prælati abeſſe non debet etiam ex iuſta 47
cauſa ; ſiue cauſa ſtudiorum , ſiue alijs iuſtis cauſis , putà peregrinationis , vel pro negotijs ſuis ; & multo minus ex non iuſta cauſa , gloſ. Prælatorum , in cap. relatum . De clericis non reſid.

Clericus exiſtens in ſeruitio Epiſcopi , percipit fructus beneficij , tanquam reſidens , præter diſtributiones quotidianas , cap. de cætero , & ibi gl. 1. eod.

Clericus debet facere reſidentiam in Eccleſia ſua : aliàs poteſt ea de iure communi priuari, & præcipue cum habet in Eccleſia aliquam dignitatem, cap. conquerente, & ibi gl. deſeruiat, eod.

Clericus non faciens reſidentiam in Eccleſia ſua, non debet percipere aliquid, niſi ſi habeat conſuetudo in contrarium, d. gl. deſeruiat.

Clericus exiſtens in ſeruitio Papæ, pro præſente habetur, & tanquam præſens percipit fructus beneficij, ibid.

Clericus non reſidens, & citatus non reueniens in termino ſibi præfixo, priuari debet ſua Eccleſia; niſi habeat iuſtum impedimentum, cap. ex parte, & cap. qualiter, & cap. inter quatuor, eod.

Clericus quantocumque tempore fuerit abſens à ſua Eccleſia, etiam per decennium vel plus, non debet priuari a ſua Eccleſia vel beneficio : niſi prius fuerit citatus, vel admonitus vt reſideat, d. cap. ex parte, & ibi gl. 1.

Clericus quantocumque tempore fuerit abſens, & vagetur, ſemper cenſetur habere beneficium : nec dicitur illud habere pro derelicto, niſi contrahat contrariam negotiationem : vt ſi fiat miles, vel contrahat matrimonium, vel niſi admonitus non redierit, gl. 1. in cap. qualiter, eod.

48 Clerici ſine licentia ſui Prælati, ab Eccleſijs ſuis abſentare ſe non debent, cap. inter quatuor, eod.

Clerici non reſidentes in ſuis beneficiis, citandi ſunt ad reſidendum; & expectandi ſunt congruo tempore, antequam priuentur beneficijs ſuis, ibid.

Clerici deſerentes Eccleſias ſuas ſine iuſta & neceſſaria cauſa, deſertores appellantur : & capi poſſunt ab his, quorum conſortium declinare nituntur, d. cap. inter quatuor, & ibi gl. 2.

Clericus beneficiatus abſens, ſi neſcitur vbi ſit, tribus edictis publicis citabitur in Eccleſia ſua : & ſi intra ſex menſes non reuertitur, priuabitur Eccleſia ſua, cap. ex tuæ, 11 eod.

Clericus beneficiatus abſens quando eſt citandus, debet citatio affigi ad valuas Eccleſiæ, ibid.

Clericus priuilegiatus, vt abſens in ſtudio fructus præbendæ recipiat, ſi exiſtat in villa, vel caſtello, vbi nullum eſt, vel minus competens ſtudium, non vtitur priuilegio, cap. tuæ fraternitatis, eod.

Clericus iurans reſidere in Eccleſijs, licite poteſt ſe pro ſeruitiis Eccleſiæ abſentare, cap. ex parte, eod.

49 Clericus ſeruiens Epiſcopo, dicitur ſeruire Eccleſiæ, & reputatur præſens in beneficio, gl. 2. ibid.

Clerici familiares Papæ, non obſtante conſtitutione contraria, fructus præbendæ ſuæ percipiunt in abſentia, cap. cum dilectus, eod.

Clerici familiares Papæ, vel Epiſcopi, reputantur pro præſentibus, gl. fi. ibid.

Clerici abſentes etiam priuilegiati, ſi Eccleſia patitur miniſtrorum defectum, cogi poſſunt redire per ſubtractionem prouentuum ad reſidentiam, quamuis indulgentia Papali ſint muniti : niſi de hoc fieret mentio, cap. pe. & ibi gl. 2. eod.

Clericus non reſidens priuatur beneficio, ſi monitus non redeat, nec iuſtam excuſationem alleget, cap. fi. eod.

Clericus ſine licentia ſui Epiſcopi abſentare non debet, gl. 1. ibid.

Clericus ſine licentia ſui Epiſcopi, ſiue ſine licentia ſit abſens, prius eſt monendus vt redeat, quam priuetur beneficio ſuo, gl. 2. ibid.

Clericus poteſt iuſta de cauſa monitus non redire ad ſuam Eccleſiam, vt quia ibi habeat inimicitias capitales, ita quod ibi venire non audeat : vel propter aëris intemperiem : vel propter infirmitatem : vel propter timorem mortis : vel alia iuſta de cauſa : & tunc ſi procederetur contra ipſum, etiam ad priuationem beneficij, nihil præiudicaretur ſibi, gl. fi. ibid.

Clerici forenſes, reſidentes in certa Eccleſia, vel diœceſi, tenentur obedire diœceſano, cap. ad decorem. De inſtitut.

50 Clericus non valens reſidere in ſuo beneficio, propter potentiam tyranni, vel domini iniqui, non debet priuari beneficio ſuo, tanquam non reſidens, cap. fi. de exceſſib. Prælator.

Clericus abſens pro vtilitate Eccleſiæ, fingitur præſens, & reſidens in Eccleſia, cap. cum non deceat, de electione, lib. 6.

Clericus dicitur reſidere, ſi eſt in ciuitate, vel loco vbi eſt beneficium : licet non habitet in circuitu Eccleſiæ, cap. 1. de cleric. non reſid. lib. 6.

Clericus poteſt abeſſe pro ſuis proprijs negotijs, gl. fi. in add. in cap. fi. de verb. ſignif. lib. 6.

Clericus beneficiatus ſi habeat aliquod priuilegium ob reſidendum in beneficium, ſi vagari incipiat, perdit priuilegium illud : non obſtante, quod dicat ſe habere licentiam vagandi à Prælato, vel de conſuetudine ſibi licere, gl. vagandi, in extrau. execrabilis, Ioann. 22.

Clericus debet ſemper facere reſidentiam in Eccleſia, vt celebret quando opus eſt, cap. ſacerdotibus, diſt. 31.

Clerici reſidentia debet eſſe penes Eccleſiam, & non in domo propria, can. tenere, diſt. 31.

Clericus dicitur reſidere in Eccleſia, licet non habeat habitationem contiguam Eccleſiæ, dum tamen non ſit longe remota ab Eccleſia, can. Epiſcopus, diſt. 31.

Clericus ſine ſui Prælati licentia, non poteſt ab Epiſcopo transferri ad alium locum, nec clericus Epiſcopi poteſt transferri ab Archiepiſcopo ad alium locum, quia omnium conſenſus requirendus eſt, quorum ius læditur, gl. 1. in can. 1. diſt. 58.

Clerici peregrini & alienæ diœceſis, ſine literis commendatitijs 51
non debent recipi, can. fi. diſt. 71.

Clericum ſi Epiſcopus licentiauit indeterminate, non videtur licentiaſſe vltra duos menſes : ſed hoc eſt referendum ad arbitrium boni viri, conſiderato negotio, gl. 1. in can. præterea, 7. q. 1.

Clericus diebus ſolemnibus non debet ab Eccleſia ſua abeſſe, id eſt die Natiuitatis, vel Epiphaniæ, Paſchatis, & Pentecoſtes : quod ſi deſuerit, à communione per triennium debet ſuſpendi, can. ſi quis in clerico, 7. q. 1.

Clericus presbyter vel diaconus per tres hebdomadas ab Eccleſia abſens, à communione per triennium debet ſuſpendi, ibidem.

Clericus poteſt abeſſe ab Eccleſia ſua, ex iuſta cauſa, de licentia Prælati, ſed non ob ſæcularia lucra, ib.

Clericus habens plures Eccleſias, ex diſpenſatione tenetur reſidere in altera illarum : vel quandoque reſideat in vna, quandoque in alia, gl. 2. in can. ſi quis in clero, 7. q. 1.

Clerici ſine iuſſione Epiſcopi ad peregrinandum non debent proficiſci, can. non oportet. De conſecr. diſt. 5.

Clericus ſi tamdiu abſit, quod dubitetur an viuat, vel mortuus ſit, deſinit habere liberam adminiſtrationem, gl. fi. ibidem.

Reliqua in verbo, Beneficium. 9. 47. Beneficiatus. 3. 48. Eccleſia. 72. vſque 76. Epiſcopus. 114. vſque 116. Reſidere. Reſidentia.

CLERICVS habens vnam Eccleſiam, non poteſt habere 52
ſecundam, gl. intitulatam, in cap. dudum, §. licet. De electione.

Clerici non poſſunt retinere, ſine peccato mortali, plura beneficia, etiam ſimplicia, quorum alterum eſt ſufficiens : diſpenſatio tamen facit licitum, quod aliàs erat illicitum, d. gl. intitulatam, & gl. retinere, ibid.

Clericus nullus poteſt habere plura beneficia, quorum alterum ſufficit, gl. deſeruiat, in cap. conquerente. De cleric. non reſid.

Clericus beneficiatus ſi recipiat ſecundum beneficium, per aſſecutionem ſecundi vacat primum ipſo iure : & poteſt eo priuari ipſo iure quantum ad poſſeſſionem, gl. 1. in cap. ex parte, eod.

Clericus habens Eccleſiam habentem curam animarum : ſi aliam ſimilem conſecutus ſit, primam habet pro derelicto : & poteſt Epiſcopus, ſtatim vt ſibi de hoc conſtiterit, alii eam conferre, gl. 2. in cap. fi. eod.

Clericus licet in duabus Eccleſijs, Epiſcopi diſpoſitione, poſſit præeſſe canonice : non tamen poteſt eſſe præbendarius in duabus Eccleſiis, can. ſanctorum, diſt. 70.

Clericus non poteſt in duabus Eccleſijs intitulari, ſed vnuſquiſque in Eccleſia in qua intitulatus eſt, Canonicus habeatur, ibidem.

Clericus habens titulum in vna Eccleſia, ſi recipit ſecundam Eccleſiam vel præbendam pro titulo, perdit primam : ſed ſi recipit ipſam quaſi beneficium, & quaſi commendatam, ſiue ſtipendium, tunc ſecus : & tunc non eſt Canonicus ſecundæ præbendæ, nec poteſt cum eis eligere, gl. in duabus, ibidem.

Clericus, ſi in duabus diœceſibus beneficia retineat, in illis domicilium habet, gl. fi. in can. primatus, diſt. 71.

Clericus in duabus Eccleſijs nullo modo debet conſcribi, ſeu intitulari, can. clericus, 21. q. 1.

Clericus, ſi receperit beneficium in alia Eccleſia, non ideo perdit priorem Eccleſiam, vel præbendam : dum modo non ſumat illam pro titulo, gl. 1. in can. ſi quis iam, 21. q. 2.

Clericus habens ſufficiens beneficium, ſuper alio non debet audiri, cap. conquerente. De clericis non reſident.

Reliqua in verbo, Beneficium. 27. vſque 39. Dignitas. Canonicus. 25. 26.

CLERICI ſæculares non poſſunt beneficiari in monaſterio, 53
ſaltem vt faciant vnicum collegium cum Monachis, cap. ea quæ, §. præcipimus. De ſtatu Monach.

Clerici ſæculares, per Abbatem & Monachos beneficiati etiam in monaſterio, non poſſunt deponi per Abbatem, ſed Epiſcopum in monaſterio non exempto, ibid.

Clerici beneficiati, ad hoc vt habeant electionem Prælati, oportet quod ſint in Eccleſia, vt collegium : ſecus ſi ſint ibi ſingulariter beneficiati, cap. 1. De electión.

Clericus leproſus, ſine culpa priuatur Eccleſia, propter ſcandalum, gl. 1. in reg. culpa. De regulis iuris, lib. 6.

Clericus patronus, ratione patrimonij ſui poteſt variare, quia cenſetur patronus laicus, cap. cum dilectus, & ibi add. De iure patron.

Clericus, ſi cum pacto conferat Eccleſiæ bona ſua, vt in ipſa recipiatur in canonicum, & illa ſibi retinear pro præbenda, committitur ſimonia ; ſecus ſi hoc fiat ſine pacto, cap. tua nos, 24. De ſimonia.

Clerici filius vel nepos, aut alius inferior etiam legitimus repellitur ab Eccleſia, in qua patri, vel auo, aut proauo, vicario, vel rectori immediate ſucceſſit : ſecus eſt in collateralibus ipſius clerici, cap. ad extirpandas, & ibi gl. 1. & fi. De filijs presbyt.

Clericus,

Clericus, cuius pater immediate adminiſtrauit beneficium, quod ipſe habet, priuatur illo, cap. ex parte 7. De filiis.

Clericus beneficium, quod eius pater immediate habuit, non poteſt retinere ſine diſpenſatione ſedis Apoſtolicæ, gl. qui proximo, in can. ex parte, 7. eodem.

à Clericis parentibus non debent fieri reſignationes reciprocæ in fauorem filiorum, vt alter alterius beneficium conſequatur; nec collationes factæ vigore harum reſignationum, ſeu aliarum quarumcumque, quæ in fraudem factæ fuerint, ipſis clericorum filiis debent ſuffragari, Concil. Trident. ſeſſ. 25. De reform. cap. 15.

54 Clericus de fructibus beneficii non debet compelli ad ſatisfaciendum oneri ſibi incumbenti ex delicto, vel quaſi, ſeu ex contractu initum nomine proprio: de conſuetudine tamen contrarium ſeruatur, gl. prouentibus, in cap. de multa. De præbend.

Clericus licite viuit de redditibus Eccleſiæ, & debet inde habere ſufficientem portionem, cap. extirpandæ, 30. eod.

Clerico ægrotanti nihil eſt ſubtrahendum de iis, quæ ſolebat percipere in ſanitate, cap. 1. De clerico ægrotant.

Clericus infirmus, de omni diſtributione prouentuum Eccleſiæ, ſeu qualitercumque occurrentium, debet habere portionem, quam ſolebat percipere tempore ſanitatis, quantumcumque talis portio ſit exigua & modica, d. cap. 1. & cap. 1. De clericis non reſid. lib. 6.

contra Clericum petentem redditus beneficij, poteſt excipi, quod non facit reſidentiam in eo, cap. conquerente. De clericis non reſident.

Clerici in beneficijs ſuis comparantur vſuarijs, gl. fi. in cap. cum olim. De rerum permutat.

Clericus iuſte recipit mercedem diuinarum operarum: debet tamen recipere ratione laboris, & non diuinorum, cap. 8. De ſepulturis.

Clerici pro exequijs mortuorum, pro benedictionibus nubentium, & ſimilibus, licet nihil petere poſſint: ſi tamen fuerit conſuetudo laudabilis ſuper his, per ſuperiorem cogi poſſunt laici officio iudicis illam ſeruare, quæ ex pietate introducta eſt, gl. fi. in cap. ad Apoſtolicam. De ſimonia.

Clerici, tempore vacationis Eccleſiæ, non perdunt portionem ſuam, quam recipere debent de prouentibus cum reliquis Eccleſiæ cum prælato: niſi aliter ſe malignos reddant, cap. generali, 13. De electione, lib. 6.

55 Clerici non impedientes, nec ſe opponentes vſurpantibus de nouo cuſtodiam Eccleſiarum vacantium, non poſſunt aliquid percipere de prouentibus illarum Eccleſiarum, pro tempore quo opponere ſe illis neglexerunt, d. cap. generali.

Clericus ex culpa non officians Eccleſiam, tenetur reſtituere fructus, quos interim ab eadem Eccleſia percepit, cap. 2. §. ſciturus. De officio Ordin. lib. 6.

Clericus quando ex culpa ſua priuatur fructibus Eccleſiæ, debent illi conuerti ad vtilitatem illius Eccleſiæ, ibid.

Clericus eſt dominus rerum ſibi datarum pro diſtributionibus quotidianis, cap. 1. §. qui vero. De clericis non reſident. lib. 6.

Clericis auferendum eſt ſtipendium, ſi à vigiliis abſint, gl. fi. in can. contumacee, diſt. 50.

Clerico abſenti poſt reuerſionem non reſtituuntur fructus deputati præſentibus, ibid.

Clericos quando capellæ, vel Eccleſiæ ex ſuis redditibus non poſſunt ſuſtentare, propoſitus maioris Eccleſiæ, cui ſubiectæ ſunt illæ, curam habere debet; & tam de poſſeſſionibus, quam de capellarum Eccleſiaſticis officiis debet iis prouidere, can. ſanctorum, diſt. 70.

Clerici, ſi deſerunt diuinis officiis, non videntur ob id puniendi, cum non poſſint percipere neceſſaria ab Eccleſia, cum de altario viuere debeant, gl. 3. in can. clericus victum, diſt. 91.

Clericus de oblationibus Eccleſiæ conſequi debet ſtipendia, quæ ſi ſibi non ſufficiant, proprio artificio, vel agricultura, vel labore manuum ſuarum ſibi neceſſaria quærere poterit, in ſumma, & ibi gl. 1. diſt. 91.

56 Clerici illi ſtipendiis Eccleſiæ ſuſtentari debent, quibus parentum vel propinquorum nulla ſuffragantur bona, can. clericos, 1. q. 2.

Clerici bonis parentum & opibus ſuis ſuſtentari valentes, ſi accipiunt aliquid de Eccleſia, quod eſt pauperum, & in malos vſus conuertunt, ſacrilegium committunt, & per abuſionem talium, iudicium ſibi manducant & bibunt, ibid.

Clerici habentes patrimonium amplum, ſi bene diſpenſant, dando pauperibus, & aliis quibus debent dare, talea bene poſſunt habere ſtipendia Eccleſiæ, gl. fi. in addit. ad marg. ibidem.

Clerici, quibus bona propria ſufficiunt, non debent Eccleſiæ alimentis ſuſtentari, can. paſtor. 1. q. 2.

Clerici, qui ſua relinquunt, vel pauperibus diſtribuunt, vel Eccleſiæ rebus adiungunt, ſtipendiis Eccleſiæ recte poſſunt ſuſtentari, can. ſacerdos, 1. q. 2.

Clerici pauperes natiuitate, cum perfectione virtutis, vitæ neceſſaria, ſiue in domibus ſuis, ſiue in congregatione viuentes poſſunt accipere de Eccleſia, ibid.

Clericis indigentibus eſt prouidendum, gl. in domibus, ibid.

Clerici, qui fideliter & vigilanter Eccleſiis deſeruiunt, ſtipendia ſanctis laboribus debita, ſecundum ſui ſeruitij meritum, per ordinationem canonum à Sacerdotibus conſequi debent, can. pe. 1. q. 2.

Clerici etiam infirmi dicuntur ſeruire, gl. 1. ibidem. 57

Clericus debet eſſe contentus victu & veſtitu, can. pe. 10. q. 2.

Clericus de decimis & oblationibus viuere debet, & debet eſſe contentus ſolo victu & veſtitu, can. clericis qui. 12. q. 1.

Clericus habens beneficium ſeparatum & diſtinctum ab aliis presbyteris, & aliis clericis Eccleſiæ non poteſt bona & res illius beneficii ſibi appropriare, & vti illis vt propriis, quia procurator, & non dominus eſt, can. fi. 12. q. 1.

Clericus habens ſufficiens patrimonium, de quo viuere poſſit, non poteſt res Eccleſiæ ſibi appropriare, & conuertere in vſus ſuos, can. fi. 12. q. 1.

Clerici in ſcholis exiſtentes, poſſunt percipere ſtipendia Eccleſiaſtica, gl. 1. in can. conceſſo, 12. q. 2.

Clerici inferiores debent res ſuarum Eccleſiarum ſecundum diſpoſitionem ſuorum Epiſcoporum gubernare, & eas non alienare, can. ſtatuimus, 12. q. 2.

Clericis prohibitum eſt, bona Eccleſiarum commutare, vendere, vel donare, can. Diaconi, 12. q. 2.

Clericus non poterit alienare beneficium vel præbendam: quod ſi fecerit, id erit irritum, & canonice debet puniri, ibid.

Clericus Eccleſiæ debet ſuſtentari de redditibus Eccleſiæ, cap. propoſuit. De filiis presbyter.

Reliqua in verbo, Scholaris.

CLERICVS beneficiatus nihil patrimonii habens, quicquid acquirit, præſumitur acquiſiuiſſe de beneficio, cap. 2. De pecul. cleric. 58

Clericus beneficiatus, ſi emit res de bonis ſuis & Eccleſiæ, pro rata pretii res diuidi debent inter Eccleſiam & heredem clerici, ſi de hoc conſtat: & tutius faciet, ſi non faciet inſtrumentum commune, ſed ſeparatum, gl. 2. in cap. 2. eodem.

Clericus in dubio præſumitur acquiſiuiſſe de bonis Eccleſiæ, cap. 1. & 3. De peculio clericor.

Clericus de redditibus Eccleſiæ, vel oblationibus, vel votis fidelium, alieno nomine non debet res comparare: & ſi comparauerit, poterit Eccleſia eas vendicare, licet ſuæ non ſint, cap. pe. & ibi gl. 2. eodem.

Clericus, ſicut nec ſuo, ita nec alieno nomine debet fraudem facere de facultatibus Eccleſiaſticis: & qui fraudem facit, ſacrilegium committit & furtum, ibidem.

Clerici de rebus mobilibus nihil poſſunt dare in vltima voluntate, niſi talis ſit conſuetudo Eccleſiæ, gl. pe. in can. Epiſcopi, 12. q. 1.

Clericus nec etiam de fructibus perceptis poteſt condere teſtamentum, gl. fi. ibid.

Clericus, ſi meliorationes fecerit in rebus Eccleſiæ, eas poſſidere debet in vita, etiamſi dimittat beneficium: ſed de his teſtari non poteſt, cap. fi. De pecul. cleric.

Clericus poſt mortem ſuam non poteſt relinquere alicui bona Eccleſiæ, ibid.

Clericus vel rector poteſt vineam plantare in terris Eccleſiæ, d. cap. fi.

Clericus, ſi ex induſtria perſonæ ſuæ facit rem Eccleſiæ meliorem, non poteſt repetere quod ſuſpendit ex induſtria ſua, ſed cedit Eccleſiæ, ibid.

Clericus, ſi in terra ſterili & inculta Eccleſiæ plantauit vineam, 59
induſtria ſua, laboribus & expenſis ſuis, cauſa ſuſtentationis ſuæ, vſque ad vitam ſuam debet poſſidere illam vineam, dd. reprob. gl. 1. ibidem.

Clericus beneficiatus comparatur vſufructuario in multis, quia vt morte finitur vſuſfructus, ſimiliter morte clerici extinguitur, gl. 2. ibid.

Clericus per omnia non comparatur vſufructuario, quia clericus de terra aratoria poteſt facere vineam, quod vſufructuario non licet: item vſufructuarius percipiendo fructus facit ſuos, & inde poteſt teſtari: quod non poteſt clericus, niſi cum quodam moderamine, gl. 2. ibid.

Clerici potius ſunt comparandi vſuariis, quibus tantum ad vſum quotidianum vti licet, ibid.

Clericus poteſt donare res Eccleſiæ in remunerationem ſeruitiorum ſibi datas, gl. fi. in d. cap. fi.

Clerici teſtari non poſſunt de bonis per Eccleſiam acquiſitis, cap. cum in officiis. De teſtament.

Clerici licite viuunt de redditibus Eccleſiæ, ibid.

Clericus quilibet, quicquid acquirit intuitu Eccleſiæ, ad Eccleſiam pertinet, gl. 2. ibid.

Clerici etiam in ægritudine conſtituti, poſſunt facere mode-
ratam eleemoſynam de bonis per Eccleſiam acquiſitis, cap. 60
ad hæc, eod.

Clerici de mobilibus, quæ per Eccleſiam ſunt adepti, de iure teſtari non poſſunt, ibid.

Clerici de mobilibus in morte poſſunt largiri tam conſanguineis, quam aliis extraneis, intuitu ſeruitij recepti, gl. non poſſunt, ibidem.

Clericus licet poſſit in vita tradere de bonis quæſitis intuitu Eccleſiæ, tamen non poteſt dimittere poſt mortem tradendum, vel diſponere poſt mortem erogandum: nec generalis conſuetudo excuſat clericos dantes in morte, gl. 2. in add. marg. ibid.

Clerici de bonis propriis, vel acquiſitis intuitu perſonæ, recte poſſunt teſtari: ſed non de bonis acquiſitis intuitu Eccleſiæ, cap. quia nos, eod.

Clerici de rebus Eccleſiæ nullum teſtamentum facere poſſunt, cùm eorum proprietas non ſit ſua, gl. fi. ibid.

Clerici victu & veſtitu tantum contenti eſſe debent, & ſuperfluum totum erogare debent pauperibus, ibid.

Clerici moderatam donationem, etiam de bonis mobilibus acquiſitis intuitu Eccleſiæ, poſſunt facere cauſa ſeruitij recepti, ibidem.

Clericus in bonis quæſitis intuitu Eccleſiæ, comparatur filio familias, ibidem.

61 Clericus poteſt teſtari de proprijs bonis, cap. relatum, 12. De teſtament.

Clerico, in acquiſitis per Eccleſiam, etiamſi ſint mobilia, ſuccedit Eccleſia, vel ſucceſſor; & ſi plures Eccleſias, vel beneficia habuit, æque fiet diuiſio inter illa, ibid.

Clericus, de rebus intuitu Eccleſiæ acquiſitis poteſt dare pauperibus, locis religioſis, & ſeruientibus ſuis, ibid.

Clerico beneficiato, in bonis acquiſitis intuitu Eccleſiæ, ſucceſſor in beneficio ſuccedit: ſed illa bona non cedunt lucro ipſius ſucceſſoris, vt inde poſſit ad libitum adminiſtrationem habere, ſed cum Dei timore, debet illa diſpenſare, ibid.

Clericus etiam in ægritudine, de qua poſt modum deceſſit, poteſt aliqua mobilia conferre religioſis locis, & etiam his qui ſibi ſeruiunt, ſiue ſint conſanguinei, ſiue non, ſecundum ſeruitij meritum, ibidem.

Clericus beneficiatus, recte poteſt licite exercere aliquod artificium, vel doctrinam in docendo alios, & lucrum inde proueniens cedit ſibi, & non Eccleſiæ, ibid.

Clericus bona, quæ per hereditatem, vel alio modo intuitu perſonæ acquiſiuit, poterit donare cui voluerit, cap. 1. De ſucceſſ. ab inteſt.

Clericus decedens inteſtatus, ſi nullos conſanguineos habuerit, ſuccedit ei Eccleſia, etiam in bonis intuitu perſonæ acquiſitis, ibid.

62 Clerico ab inteſtato decedenti, ſuccedunt conſanguinei in bonis per hereditatem, vel alio modo intuitu perſonæ acquiſitis per eum, d. cap. 1. & ibi gl. fi.

Clerici poſſunt ex conſuetudine diſponere de rebus, etiam intuitu Eccleſiæ acquiſitis: ſed & quod propinqui in illis ſuccedant eis ab inteſtato, talis conſuetudo valet, cap. cum tibi, & ibi gl. 1. De verb. ſignific.

Clericis decedentibus ab inteſtato, ſuccedit Eccleſia, nullis conſanguineis exiſtentibus, gl. 1. ibid.

Clericus habens adminiſtrationem, quamdiu viuit & ſanus eſt, poteſt donare, dum modo moderate donet, gl. referuari, in cap. fi. De officio Ordin. lib. 6.

Clericus habens adminiſtrationem, quamdiu viuit & ſanus eſt, comparatur vſufructuario: quia eius morte finitur, ſicut vſufructuarius, ibid.

Clericus habens adminiſtrationem, cum incipit infirmari, comparatur vſuario, & nihil habet niſi vſum tantum: poteſt tamen facere eleemoſynam, ibidem.

Clericus non habens adminiſtrationem, ſed perſonaliter & ſimpliciter beneficiatus, in vita & in morte comparatur vſufructuario, quantum ad faciendum fructus ſuos, & de illis poteſt teſtari: ſed ſi decedat ab inteſtato, ſuccedit Eccleſia in illis, & id approbat conſuetudo, ibid.

Clericus ſimpliciter beneficiatus facit fructus ſuos, intellige de perceptis & reconditis: alij autem fructus non percepti nec reconditi pertinent ad Eccleſiam, ibid.

Clericos non poſſunt laici compellere, ad dimittenda vel alienanda bona, per eos licite acquiſita, cap. 1. De immunit. Eccleſ. lib. 6.

63 Clerico licitum eſt alimentare vxorem, & alios conſanguineos de fructibus beneficij, ſi indigent: aliàs non, can. omnino, & ibi gl. vt mercede, diſt. 31.

Clerici non debent expendere redditus beneficiorum ſuorum in erudiendis filijs ſuis in ſcientiis vanis, & inutilibus: ſed è contrario in permiſſis licebit eis, can. legant. diſt. 37.

Clerici de bonis Eccleſiæ debent dare ſuis, tanquam pauperibus, non alias, gl. velint, in can. eſt probanda, diſt. 86.

Clericus eſt dominus fructuum collectorum, & licet proprietas fructuum ſua ſit, non tamen poteſt eam in morte ſua alicui relinquere ratione teſtamenti, ſed bene poterit intuitu eleemoſynæ, gl. proprietatem, in can. duo ſunt, 17. q. 1.

Clerici de rebus propriis poſſunt diſponere ad libitum voluntatis: & ab inteſtato ſi decedant, proximiores eorum eas habebunt, non Eccleſia, can. manifeſta, 12. q. 1.

Clericorum res ſemper præſumuntur eſſe de Eccleſiæ bonis acquiſitæ, niſi probetur contrarium, gl. probantur, in can. ſint manifeſtæ, 12. q. 1.

Clericus emens aliquid ſuo nomine de pecunia Eccleſiæ, vel intuitu Eccleſiæ quæſita, niſi monitus id reſtituat Eccleſiæ, ſacrilegus iudicatur, can. 1. 12. q. 3.

Clericus de quæſitis intuitu perſonæ poteſt facere velle ſuum, dum modo id clericali propoſito conueniat: quod ſi exorbitet, iudicabitur indignus clericatus honore, ibid.

Clerici de rebus propriis, vel intuitu perſonæ quæſitis, poſſunt diſponere prout volunt: ſed ſi deceſſerint inteſtati ſine cognatione, Eccleſia ſibi vendicabit illas, can. quicumque, 12. q. 3.

64 Clericus quicquid ex induſtria ſua, vel quicquid ſibi donatum eſt, intuitu perſonæ ſuæ, poteſt erogare ad libitum ſuum, ibid.

Clericus quicquid acquirit, in dubio præſumitur acquiſiuiſſe de bonis Eccleſiæ, ibid.

Clerico ſi aliquid ab extraneo relinquitur intuitu Eccleſiæ, in bonis Eccleſiæ computabitur, can. Pontificis, 12. q. 3.

Clerico, vel Epiſcopo, vel alicui Eccleſiæ ſi relinquatur aliquid, poſtea reſtituendum alicui, id inter facultates Eccleſiæ non computabitur, ibid.

Clerico decedenti ab inteſtato ſine cognatione ſuccedit Eccleſia, can. ſi 12. q. 5.

Clerici, ſi mortuo Epiſcopo fecerint aliquem contractum ſuper rebus Eccleſiæ, tenet contractus ipſo iure: ſed reſtituitur Eccleſiæ, ſi probet ſe læſam, ſicut eſt in contractu minoris, qui non habet curatorem, gl. 2. in can. ſi qua de rebus, 12. q. 2.

Clericorum deficientium res debent diſpenſari per manus Archipresbyterorum, pro eorum ſalute, vel ſecundum eorum iudicium, in pauperum eleemoſynas, aut ſucceſſori qui futurus eſt, ſunt reſeruandæ, can. De laicis, 12. q. 2.

Clericorum & Epiſcoporum decedentium bona, nullus debet rapere: ſed debent ad opus Eccleſiæ & ſucceſſoris defuncti eſſe in poteſtate œconomi, & clericorum: & rapiens debet ſubiacere excommunicationi, can. illud, 12. q. 2. 65

Clericis non licet bona aliorum clericorum decedentium inuadere, can. ſicut Eccleſia, 12. q. 2.

Clericus alienans rem Eccleſiæ, ſi tantumdem illi Eccleſiæ de ſuo recompenſauerit, & hoc ante alienationem conuenit, alienatio firma erit, can. ſi quis qualibet, & ibi gl. 1. 12. q. 2.

Clerici poſſunt habere propria, niſi renunciauerint propriis, gl. 1. in ſumma, 12. q. 1.

Clerici quicquid habent, pauperum eſt, can. fi. 16. q. 1.

Clericorum domus omnibus communes debent eſſe, ibid.

Clericorum res dicuntur pauperum, quia tempore neceſſitatis eis ſunt communicandæ, gl. 1. in can. fi. 16. q. 1.

Clericus conuertens bona Eccleſiarum in vſus proprios, dicitur pauperes fraudare, & eos fame afficere, can. pe. 10. q. 2.

Clericorum dicitur omne id, quod ipſi probabili ratione conſumunt; & quidquid habent ſuper illud quod ſufficit, illud violenter detinent, gl. 1. in can. res, 12. q. 1.

Reliqua in verbo, Teſtari.

CLERICVS non poteſt alienare rem Eccleſiæ in damnum ipſius Eccleſiæ, gl. fi. in can. 3. De arbitris. 66

Clerico non licet conditionem Eccleſiæ deteriorem facere, ibid.

Clericus alienans ſacra vaſa Eccleſiæ in caſu prohibito, debet deponi, can. ſi quis presbyter, 22. diſt. 50.

Clericorum conſenſus non ſufficit in contractibus rerum Eccleſiarum, nec in alienationibus, niſi ſpecialiter ſubſcribant, gl. vel ſubſcripſit, in can. bene quidem, diſt. 96.

Clerici cuiuſcumque ordinis, qui aliqua de exiſtentibus bonis in domo Prælati defuncti auferunt, aut dolo ſupprimunt, tanquam ſacrilegi ſunt anathematizandi vſque ad ſatisfactionem, ſi fuerint incorrigibiles, can. hæc huius, 12. q. 2.

Clericis non licet poſt mortem Epiſcopi res illius rapere, & qui hoc fecerit, deponi debet, can. non liceat, 2. 12. q. 2.

Reliqua in verbo, Alienationis. 8. vſque 14.
Alienans. 5.

67 CLERICVS etiam beneficiatus, poteſt tenere bona patrimonialia, & quod plus eſt, habet in illis beneficium ætatis, & priuilegium rerum Eccleſiaſticarum, cap. conſtitutus. De in integr. reſtit.

Clericis prodeſt in patrimonialibus conſuetudo laicorum ad commodum clericorum, cap. conſtitutus, eodem.

Clerici bona gaudent priuilegio bonorum Eccleſiæ, cap. ſi clericus. De foro compet.

Clerici etiam presbyteri tempore quoque antiquo poſſidebant bona patrimonialia, vltra res Eccleſiæ: & in eis gaudebant priuilegio clericali, cap. 1. De cleric. peregrin.

Clerici ſicut non tenentur aliquid ſoluere pro facultatibus Eccleſiæ, ita nec de propriis facultatibus, cap. fi. De vita & honeſta.

Clericus non tenetur ſoluere gabellas de proprio patrimonio, ibidem.

Clerici damnati bona patrimonialia deuoluuntur in fiſcum Eccleſiæ, gl. præter eius, in cap. quia diuerſitatem. De conceſſ. præbend.

Clericus in patrimonialibus habetur vt laicus, cap. cum dilectus, 28. De iure patro.

Clericus recte inſiſtit circa curam rerum ſuarum ſui operis ruralis, vnde caſus inde contingens non imputatur ſibi tanquam inſiſtenti rei illicitæ, cap. ex literis, 14. De homicidio.

Clerici ſæculares poſſunt habere proprium, cap. indemnitatibus, §. pe. De electione, lib. 6.

Clerici recte poſſunt retinere propria, ſi ab Eccleſiaſticis abſtinere voluerint, cap. illi autem, 12. q. 1.

Clericus, cui ſufficiunt bona patrimonialia, non debet habere Eccleſiaſtica, d. cap. illi, & ibi gl. fi.

Clerici habentes propria, poſſunt habere etiam Eccleſiaſtica, non vt ſibi referuent, ſed vt diſtribuant pauperibus, gl. ſine peccato, in can. illi autem, 12. q. 1. 68

Clericorum bona eodem priuilegio quo Eccleſiarum gaudent, cap. pen.

cap. pen. & ibi gl. ipſarum. De cenſibus, lib. 6. clem. præſenti. De cenſib.

Clerici ſæculares poſſunt habere bona propria, cap. dilecto. De ſententia excommunic. lib. 6.

Clericorum bona poſſunt capi propter crimen hæreſis: non tamen poſſunt capi bona Eccleſiæ, in qua deſeruiunt, clem. 2. & ibi gl. Eccleſiarum. De hæreticis.

Clerici bonorum appellatione non comprehenditur Eccleſia ſua, can. Epiſcopus, 3. q. 1.

Clericus poteſt agere poſſeſſorio recuperandæ, pro rebus ſuis patrimonialibus contra laicum, coram iudice Eccleſiaſtico, ibid. & cap. reintegrandæ, ib.

Clerici poſſunt habere propria, niſi renunciauerint propriis, gl. 1. in ſumma, 12. q. 2.

Clerici, & etiam laici, & ſic omnes credentes olim in primitiua Eccleſia nihil proprij poſſidebant, ſed omnia erant communia, ibid.

Clerici non poſſunt habere proprium ſecundum multa iura, ſed illa intelliguntur de conſilio, vel ſecundum tempus primitiuæ Eccleſiæ, vel de his qui tacite vel expreſſe renunciauerunt propriis, ibidem.

Clericis & omnibus credentibus communis vita erat in primitiua Eccleſia, can. dilectiſſimis, 12. q. 1.

69 Clericus non debet habere diuitias temporales, ſed de decimis & oblationibus viuere debet, & parentibus debet relinquere hereditatem, can. clericus qui. 12. q. 1.

Clericus regularis non debet habere proprium, & ſi habuerit, deponi debet, can. nolo, 12. q. 1.

Clericus licet ſuo nomine non poſſit poſſidere, & habere proprium: poteſt tamen nomine Eccleſiæ, can. expedit, 12. q. 1.

Clerici omnes, qui habent proprium, vel habere poſſunt, poſſunt repetere ſua: ſed qui non habent proprium, non poſſunt, gl. 1. in ſumma, 14. q. 1.

Clerici non habentes proprium, vt ſunt regulares clerici, poſſunt repetere bona Eccleſiæ ſuæ, ſi ſunt Prælati: ſi vero non ſint Prælati, poſſunt repetere illa de mandato ſuperioris, non alias, ibid.

Clericorum res eodem gaudent priuilegio, quo res Eccleſiæ, vnde videtur quod æque committatur ſacrilegium in rebus clericorum, ſicut in rebus Eccleſiæ, gl. 1. in can. ſimiliter, 16. q. 1.

Clericorum bona ſunt Eccleſiæ, quoad defenſionem: quia Eccleſia debet eas defendere, ſicut ſuas, ib.

Clericorum omnes res, ſunt obligatæ Eccleſiæ ſuæ, ſicut res mariti, vxori; & ſicut res tutoris, pupillo, ibidem.

Clericus habens propria, ſi de rebus Eccleſiæ ſuſtentatur, debet propria pauperibus erogare, gl. 2. in can. conuenior. 23. q. 8.

Clerici non debent partiri hereditatem cum fratribus, gl. fi. in can. clericus qui. 12. q. 1.

Clerici debent eſſe contenti victu & veſtitu, & nihil proprium habentes omnia communia poſſidere, & a temporalibus omnino ceſſare, can. duo, 12. q. 1.

Reliqua in verbo, Bona.

70 CLERICI inferiores ſoluebant lege veteri decimas decimarum ſuis ſuperioribus, hodie illarum loco ſoluitur quarta decimarum, cap. 1. De decimis.

Clerici à clericis decimas exigere non debent de prædijs quæ ſunt Eccleſiæ, cui ſeruiunt, cap. 2 & ibi gl. 1. & ii. De decimis.

Clerici de proprijs prædijs ſeu patrimonialibus, tenentur ſoluere decimas, ſiue ſint in propria parochia clericorum, ſiue in aliena, gl. 1. ibid.

Clerici non debent impertiri aliquod ſeruitium pro decimis perceptis, cap. 1. De cenſibus.

Clerici habentes beneficium in Eccleſia tenentur contribuere ad ipſius reparationem, cap. 1. De Eccleſiis ædificand.

Clericis & Eccleſijs collectas imponentes laici, vel vſurpantes eorum iuriſdictionem, ſi moniti non deſiſtunt, ſunt excommunicati cum ſuis fautoribus, cap. non minus. De immunit. Eccleſ.

Clerici & Eccleſiæ regulariter ſunt immunes ab omnibus collectis laicorum, & impoſitionibus, cap. non minus, eod.

Clerici compelluntur contribuere in reparatione, vel refectione viarum & pontium, dd. cap. non minus, & ibi gl. releuandas.

Clerici non debent neceſſitatibus ſeu vtilitatibus ciuitatum, ſeu aliorum locorum, etiam vbi laicorum non ſuppetunt facultates, ſubuenire, niſi prius Romanus Pontifex conſulatur, cap. aduerſus, eodem.

Clerici debent abſtinere ab inioſtis muneribus actiue & paſſiue, cap. 1. Ne clerici vel Monachi ſæculares.

71 Clerici licet habeant poſſeſſiones ex quibus poſſint ſe ſuſtentare, nihilominus non excuſantur parochiani à ſolutione decimarum, cap. 2. §. vbi autem. De decimis.

Clericis fuit conceſſum priuilegium immunitatis, de iure diuino, cap. pe. & ibi gl. diuino. De cenſibus, lib. 6.

Clerici non debent ſoluere pedagia, vel guidagia pro rebus ſuis, quas deferunt, non cauſa negotiationis, ibid.

Clerici non poſſunt contribuere ad tallias laicorum, etiam cum authoritate diœceſani, etiam per modum doni, abſque licentia Papæ: & contra facientes incurrunt excommunicationem ipſo facto, a qua non abſoluuntur, niſi à Papa, niſi in mortis articulo, cap. clericis. De immunitat. Eccleſiar.

Clericus non dicitur in mora ſoluendi decimarum quartam, ſi tutus eſt exceptione præſcriptionis, gl. 1. in reg. non eſt in mora. De reg. iur. lib. 6.

Clerici, in his rebus, quas deferunt cauſa negotiandi, non gaudent immunitate, & tenentur ad pedagia, ſeu guidagia, aut vectigalia, clem. præſenti, & ibi gl. non negotiandi. De cenſibus.

Clerici dicuntur grauari, ſi ab eis exiguntur guidagia, ibid.

Clericis imponentes collectas indebitas, puniri debent per ſuperiorem, can. quia cognouimus, 10. q. 3.

Clericis licitum eſt, propter indictiones ſibi indebite impoſitas, 72 porrigere querelam coram ſuperiore, ibidem.

a Clericis non poſſunt laici petere nouas collationes, propter aliquas neceſſitates, gl. collationibus, in can. generaliter, §. nouarum, 16. q. 1.

a Clericis poteſt Epiſcopus petere tempore neceſſitatis cum charitate aliquid moderate, ibid.

Clerici & Monachi habent priuilegium, ne collationes extraordinarias, vel ſuper indicta & ſordida munera præſtare cogantur, d. can. generaliter, §. nouarum, & ibi gl. collationibus.

Clerici tenentur ſoluere tributum, ibid.

Clerici compelluntur ad reparationem pontium, & viarum contribuere, dd. reprob. gloſ. collationibus, ibidem.

Clerici ſi militant, tenentur dare decimam de militia, gl. de militia, in can. decimæ, 16. q. 1.

Clericus de agro non poteſt cogi ſoluere cenſum, can. cum ſecundum, 23. q. 8.

Clericus non debet ſoluere cenſum, vel tributum pro eo, quod loco ſepulturæ donatum eſt Eccleſiæ, ib.

Clerici baptiſmalis Eccleſiæ, ex integro vendicare poſſunt decimas ſuæ diœceſis: niſi ſumma neceſſitate cogantur Epiſcopi ad quartam ſuam accipiendam, & illi clerici ſuperabundantes moniſtentur, can. ſi. §. 6. 25. q. 1.

Clericus quartam decimarum & funeralium, quæ Epiſcopo debetur de iure, poteſt præſcribere per ſpatium 40. annorum: & interim Eccleſia cathedralis non vacabit. cap. de quarta, De præſcriptionibus.

Clerici pauperes non debent grauari in procuratione exhibenda, gl. 3. in cap. cum inſtantia. De cenſibus.

Clerici non debent cogi dare aliquid ſuperioribus ſuis, vbi ius non diſponit. can. de eulogijs, diſt. 18.

Clerici prouiſi in Eccleſijs debent habere vnde iura Epiſcopalia ſoluere, & hoſpitalitatem ſeruare, & vitam ſuam honeſte habere valeant, gl. Epiſcopalibus, in cap. 2. De ſupplenda neglig. Prælator.

Clerici ſunt immunes ab angarijs, & perangarijs, gl. 2. in cap. pe. De vita & honeſta. cler.

Reliqua in verbo, Collecta. Eccleſia. 99. 100. 101.

CLERICI gaudent priuilegio, vna cum bubus & cæteris animalibus ſuis, cap. 2. De tregua & pace. 73

Clerici exemptarum Eccleſiarum dicuntur exempti, cap. pen. De officio Ordin.

Clerici deponentes habitum clericalem, poſt admonitionem ipſo facto perdunt priuilegium clericale, nec ab Eccleſia debent defendi, gl. 2. in cap. tranſmiſſam. De electione.

Clericorum priuilegio gaudent ſeruientes Eccleſiæ, deputati ad eius obſequium, gl. minores, in cap. 2. De foro compet.

Clericus priuilegio cap. *ſi quis ſuadente*, non poteſt renunciare: quamuis clericus verberatus a laico vel ab alio, poteſt ei remittere iniuriam ſibi illatam, quantum ad ſe, ſed non quoad Eccleſiam, gl. 2. in cap. ſi diligenti, eod.

Clericus non poteſt renunciare fori priuilegio, quod introductum eſt in fauorem totius ordinis clericalis, imo nec Epiſcopus poteſt renunciare huic priuilegio, vel conſentire vt clerici hoc poſſint, nec poteſt compellere eos ad hoc, gl. fi. in cap. ſignificaſti, eod.

Clericorum priuilegium, quoad forum conueniendi, Epiſcopus non poteſt diminuere, ſicut nec poteſt facere, quod aliquis clericus verberetur ſine ſententia excommunicationis, ibidem.

Clericus coniugatus vt gaudeat priuilegio, debet deferre tonſuram, cap. clericus, & ibi gl. fi. De vita & honeſt.

Clericus coniugatus non perdit irrecuperabiliter priuilegium clericale, ex demiſſione tonſuræ, ſed illud recuperat ſtatim vt tondetur, cap. clericus. De vita & honeſt. cleric.

Clericus ipſo verbo non poteſt renuntiare priuilegio ſuo, ſed bene ipſo facto, gl. cum facto, in cap. fi. eod. gl. 1. in cap. 1. De cleric. coniug.

Clerici, ſi ſe non implicent negotiationibus ſæcularibus, priuilegio clericali gaudebunt in rebus ſuis, ſicut in rebus Eccleſiæ, gl. fi. in d. cap. fi. De vita & honeſt.

Clericorum & Eccleſiarum res, eodem priuilegio gaudent, 74 ibidem.

Clericus vaotatus etiam tonſuratus, priuilegio clericali gaudere non poteſt, gl. fi. in d. cap. fi.

Clericus, qui ſe implicat negotiationibus ſæcularibus, amittit priuilegium ad tempus, ſcilicet donec corrigatur, ibid.

Clericus, qui contraxit bigamiam, vt quia duxit ſucceſſiue duas

vxores, vel contraxit matrimonium cum corrupta, tunc perdit omne priuilegium clericale; vnde non poteſt cogi ipſa portare tonſuram, gl. non poteſt, in cap. Ioannes. De cleric. coniug.

Clericus tonſuratus volens vti priuilegio clericali, etiam vxoratus, habens intentionem redeundi ad clericatum, illi priuilegio non poteſt renunciare, præcipue ſi recipiat beneficium Eccleſiaſticum, & talis tenetur portare tonſuram, ibid.

Clerici coniugati etiam tonſurati non gaudent priuilegio clericali, imò & clerici non coniugati perdunt priuilegium, ſi poſt trinam admonitionem ſe immiſceant negotijs ſæcularibus, gl. fi. in cap. pe. eodem.

Clericus in minoribus, ſi militet, non eſt cogendus deſerere tonſuram vel habitum clericalem, cap. fi. eodem.

Clerici in minoribus conſtituti poſſunt facto renunciare priuilegio clericali, putà transferendo ſe in militiam, d. cap. fi. & ibi gl. fi.

Clericus, qui dimiſſo habitu & tonſura immiſcet ſe enormitatibus, perdit priuilegium canonis, *ſi quis ſuadente*; vnde eum deprehendentes non incidunt in canonem, ſcilicet in excommunicationem, cap. 1. De Apoſtatis.

75 Clerici à manibus laicorum non liberantur per cenſuram Eccleſiaſticam, ſi ſine habitu & tonſura ſunt deprehenſi, ſi prius ſe habeant per omnia vt laici, ibidem.

Clerici, qui tertio moniti ſe non correxerint, nullo priuilegio poſtea gaudent, d. cap. 1. & ibi gl. fi.

Clericus, qui habitum clericalem abiecit, ſi trina monitione præmiſſa, ipſum non reaſſumat, perdit priuilegium, gl. 2. in cap. 2. eod.

Clericus non poteſt renunciare ſuo priuilegio, quo eximitur à iuriſdictione Eccleſiaſtica, & ſubijciatur ſæculari, cap. ſi diligenti. De foro compet.

Clerici etiam ſæculariter viuentes retinent priuilegium clericale, ſi certum eſt eos eſſe clericos: niſi poſt trinam admonitionem fuerint incorrigibiles, gl. 2. in cap. ex parte. De priuileg.

Clericus etiam degradatus verbaliter, adhuc remanet ſub iuriſdictione Eccleſiæ: ſecus ſi fuiſſet actualiter degradatus & traditus curiæ ſæculari, cap. degradatio. De pœnis, lib. 6. & cap. tuæ diſcretionis. De pœnis.

Clericus ex depoſitione tonſuræ, non perdit priuilegium clericale, & eodem modo ſi deponit habitum, cap. 4. De ſententia excommunicat.

Clericus, licet non ſeruet habitum ſuum, adhuc retinet priuilegium ſuum; hoc intellige ante trinam admonitionem, ſed poſt illam perdet illud, gl. fi. in cap. ſi vero, 4. & cap. cum non ab homine. De ſententia excommunicat.

Clerici non incedentes in habitu clericali, & portantes arma, & ſæuis enormitatibus ſe immiſcentes perdunt priuilegium, ita quod eos interficiens non incidit in excommunicationem, gl. pe. in d. cap. cum non ab homine.

76 Clerici arma deferentes, ſi ſe non immiſceant enormitatibus vſque ad trinam admonitionem gaudent priuilegio ſuo, ibidem.

Clericum ſi dimiſſo clericali habitu ſæuis enormitatibus immiſcentem percutiat quis, vel etiam interficiat, non tenetur ire pro abſolutione ad ſedem Apoſtolicam, cap. perpendimus, 23. eod.

Clericus pro iniuria propulſanda poteſt aſſumere arma ad ſui defenſionem, nec ex hoc perdit priuilegium canonis *ſi quis ſuadente*, cap. perpendimus, De ſententia excommunicat.

Clericus faciens ſeditionem & guerram in populo, dicitur ſe immiſcere ſæuis enormitatibus, & perdit priuilegium canonis, *ſi quis ſuadente*, ibid.

Clericus manendo clericus non poteſt renunciare priuilegio, ſed apoſtatando ab habitu ſuo, poſt trinam admonitionem, vel immiſcendo ſe enormitatibus, perdit priuilegium, & ipſo facto ſe priuat talia faciendo, gl. pe. ibid.

Clericus vt laicus incedens tertio monitus non reſipiſcens perdit priuilegium clericale, cap. in audientia, 25. eod.

Clerici, qui à prælato tertio moniti arma militaria non deponunt, perdunt omne priuilegium clericale, ib.

Clericus ex ſola dimiſſione habitus clericalis, & delatione armorum militarium non perdit ipſo facto priuilegium clericale, ibidem.

Clericus in apoſtaſia deprehenſus non perdit ipſo facto priuilegium, ibidem.

Clericus perdit priuilegium clericale, quando viuit vt laicus, & tertio monitus per prælatum non vult reſipiſcere, ibid.

77 Clericus quouis ordine inſignitus, gaudet priuilegio canonis, *ſi quis ſuadente*, etiamſi ſit coniugatus, dummodo deferat coronam, gl. 2. in cap. contingit eod.

Clericus coniugatus gaudet priuilegio clericali, & canonis, *ſi quis ſuadente*, ſi deferat habitum clericalem, & tonſuram: alias non, gl. 2. ibid.

Clericus depoſitus, habet priuilegium clericale, quamdiu viuit ſub regula clericali, ibid.

Clericus incorrigibilis, & immiſcens ſe enormitatibus, vel poſt trinam admonitionem contempto habitu incedens, perdit priuilegium clericale, d. gl. 2. in d. cap. contingit.

Clericus per dimiſſionem habitus & tonſuræ, ante trinam admonitionem, non perdit priuilegium clericale, cap. contingit, 45. eod.

Clericus etiam in minoribus per ſolum delictum apoſtaſiæ non perdit priuilegium clericale, etiamſi deprehendatur in delicto, ibid.

Clericus vt perdat priuilegium clericale ratione apoſtaſiæ, oportet quod prius tertio ſit admonitus, vt reſipiſcat, d. cap. contingit, & ibi gl. pen.

Clerico incedenti in habitu non clericali, admonitio trina debet fieri per diœceſanum, ſed non per iudicem ſæcularem, ad hoc vt perdat priuilegium clericale, ibid.

Clericis priuilegium fori conceſſum eſt, non ſolum in fauorem ipſorum clericorum, ſed etiam in odium laicorum, cum laici oppidò ſint infeſti clericis, gl. fi. ib.

Clericus, qui contra Eccleſiam ſuam aduocat, perdere debet priuilegium, gl. fi. in cap. grauem, 53. De ſententia excommunicat. 78

Clericus per degradationem actualem, incontinenti perdit priuilegium clericale, & efficitur de foro ſæculari, cap. nouimus. De verb. ſignific.

Clerici facientes ſe ioculatores, ſeu goliardos, aut buſones, & illam artem per annum exercentes, ſi infra annum tertio moniti non deſtiterint, ipſo iure perdunt priuilegium clericale, cap. 1. De vita & honeſtate cleric.

Clerici detrahentes dignitati clericali merito debent perdere priuilegium, quod non perſonæ, ſed dignitati confertur, gl. 1. ibid.

Clerici non perdunt priuilegium clericale, niſi trina monitione præmiſſa fuerint incorrigibiles, gl. annum, ib.

Clericos gaudere priuilegio clericali non patitur vilitas vitæ, gl. ignominioſam, ibid.

Clerici ioculatoriam artem exercentes, poſt trinam admonitionem factam à ſuo prælato, vel iudice ſuo, perdunt priuilegium, ibid.

Clericorum priuilegium eſt multiplex, gl. fi. ibid.

Clericus non poteſt renunciare fauori conceſſo toti ordini clericali, gl. clericalis in, cap. 1. De cler. coniug. lib. 6.

Clerici gaudent priuilegio clericali, non tantum in perſonis, ſed etiam in rebus, clem. 1. De vita & honeſt.

Clericis fuit conceſſum priuilegium à Deo, quod non ſint ſubiecti iudicibus ſæcularibus, can. certum eſt, diſt. 10. 79

Clerici lege diuina ſunt ſuperiores laicis, can. ſuſcipitis, diſt. 10.

Clericus non deferens habitum clericalem perdit priuilegium clericale, can. clerici, & ibi gl. fi. di. 23.

Clericis priuilegium canonis, *ſi quis ſuadente*, conceſſum eſt, non ſolum fauore ipſorum, ſed etiam odio laicorum, gl. fi. in can. nulli. diſt. 53.

Clericorum priuilegio gaudent etiam ſeruientes Eccleſiæ deputati ad eius ſeruitium, can. nullus, 11. q. 1.

Clerici primæ tonſuræ gaudent eodem priuilegio, quo & alij clerici, ibid.

Clericorum mancipia & ſeruientes, gaudent priuilegio clericorum, gl. 1. in can. clericum, 11. q. 1.

Clerici vel ſerui Eccleſiarum, vel clericorum, in publicis, vel priuatis negotijs non debent occupari per iudices ſæculares, can. Eccleſiarum, 12. q. 2.

Clerici, & eorum mancipia ſunt exempta ab omnibus muneribus ciuitatum: niſi ſuboſit magna neceſſitas, gl. 4. ibid.

Clerici ſponte poſſunt ſuſcipere tutelam, ſed inuiti non: nam hoc priuilegium eſt conceſſum eis, quòd non cogantur, quamuis velint & poſſint ſuccedere ab inteſtato eis, gl. 1. in can. generaliter, 16. q. 1.

Clericus, qui ex cauſa leuitatis induit arma, vel abiicit habitum clericalem, tunc non ſtatim perdit priuilegium clericale: ſecus ſi penitus apoſtataret, vt ſi fiat miles, vel ducat vxorem: quo caſu ipſo facto perdit priuilegium, gl. arma, in can. nullus, 17. q. 1. 80

Clericus non poteſt renunciare beneficio canonis, *ſi quis ſuadente*, puta deferendo arma, vel abiiciendo habitum clericalem ex leui cauſa: ſecus ſi penitus apoſtataret, ibid.

Clericus, detentus in carceribus per quantumcumque longum tempus, non perdit beneficium, gl. in coniugiorum, in add. marg. 34. q. 1.

Clerici nullo modo ſubiacent laico, niſi temporalia habeant ab eo, puta feudum vel aliud, cap. ſolitæ, §. verum. De maior. & obed.

Clericus etiam primæ tonſuræ gaudet priuilegio clericali, vt non valeat conueniri coram iudice ſæculari, cap. cum non ab homine, De iudicijs.

Reliqua in verbo, Bigamia. Collecta.

CLERICI non poſſunt in ſe prorogare iuriſdictionem in iudicem ſæcularem, quantumcumque conſentiant: nec etiam alterius iudicis Eccleſiaſtici, ſine licentia ſui Epiſcopi, gl. fi. in cap. P. & G. De officio deleg. 81

Clericus ceſſionem actionis cauſa mutandi iudicij, non debet recipere à laico, cap. 2. De alienat. iudicij mutandi.

Clerici poſſunt laicos trahere ad forum ſuum, vbi conſuetudo ita ſe habet, d. cap. 2. & ibi gl. 1.

Clerici nullo modo poſſunt emere actiones in fraudem edicti mutandi iudicij, d. cap. 2.

Clerici reputantur maiores, quàm laici: & ideo ceſſio facta clerico à laico, tanquam facta potentiori, non valet, d. cap. 2. & ibi gl. 1.

Clericus ex confeſſione facta coram iudice ſæculari à ſe, ſiue inuito, ſiue voluntate, non debet condemnari à iudice Eccleſiaſtico,

ſiaſtico, dd. reprob. gl. 2. in cap. at ſi clerici. De iudicijs.

Clerici à laicis trahi non debent ad forum ſeculare etiam de ipſorum Prælatorum negligentia, cap. qualiter. De iudicijs.

Clericos debent laici conuenire coram iudice Eccleſiaſtico, qui debet facere iuſtitiam eis, appellatione fruſtratoria non obſtante, ibid.

Clerici etiam de conſenſu Epiſcopi non poſſunt conſtituere laicum in iudicem, ibid.

Clericus pro crimine, nec ciuiliter, nec criminaliter poteſt conueniri, vel reconueniri coram iudice ſeculari, gl. vnu tenet. in cap. at ſi clerici, eod.

82 Clericus de cauſa mere ciuili poteſt reconueniri coram iudice ſeculari, ibid.

Clericus de omni crimine debet coram Eccleſiaſtico iudice conueniri: nec valet conſuetudo contraria, cap. clerici. De iudicijs.

Clericus debet conueniri coram Epiſcopo ſuo, cap. 1. De foro comp.

Clerici non poſſunt eligere alium iudicem ſine Epiſcopi licentia, ibidem.

Clericus remouens cauſam à ſuo Epiſcopo, & transferens illam in alium iudicem puniri debet, gl. non deferat, ibid.

Clerici etiam de licentia Epiſcopi, non poſſunt eligere iudicium ſeculare in præiudicium aliorum, gl. eius conſilio, ibid.

Clerici de licentia Epiſcopi poſſunt eligere Eccleſiaſticam perſonam in iudicem: alias nec volentes, nec inuiti poſſunt deſerere iudicium Epiſcopi ſui, etiamſi iuramentum interueniret, ibid.

Clericus in cauſa reconuentionis de cauſa ciuili, tenetur reſpondere coram ſeculari: ſed non de ſpirituali, gl. aut condemnare, in cap. 2. eod.

Clericorum cauſæ, ſecundum iura, non ſecundum conſuetudines laicorum, iudicari debent, cap. quod clericis, eod.

Clericorum cauſæ, tum & Epiſcoporum, olim tractabantur in ſynodo, cap. 1. De iudicijs.

Clerici ſeculares extra territorium ſtantes, ſubijciuntur iuriſdictioni Epiſcopi, & non laicorum, cap. quod clericis. De foro comp.

83 Clericus non poteſt conſtituere ſibi iudicem laicum, etiamſi proprium iuramentum, & aduerſarij contenſus accedat, cap. ſi diligenti, eod.

Clericum trahens coram ſeculari in ciuili, perdit cauſam: in criminali, debet deponi, d. cap. ſi diligenti.

Clericus debet conueniri coram iudice Eccleſiaſtico, & non ſeculari: ſiue agatur de cauſa criminali, ſiue cauſa ſpirituali & Eccleſiaſtica, ſiue etiam de temporali, ibid.

Clericorum priuilegium, quoad forum conueniendi, eſt conceſſum toti collegio clericorum, & non tam in fauorem clericorum, quam in odium laicorum, gl. 1. ibid.

Clericus in alium iudicem ideo non poteſt conſentire, quia præiudicaretur Epiſcopo ſuo, ſine cuius conſenſu non poteſt alium iudicem habere, nec iurare poteſt, ibid.

Clerici rectè poſſunt eligere arbitros præter conſenſum Epiſcopi, gl. 2. ibid.

Clericum trahens ad iudicium ſeculare in cauſa ciuili, perdit cauſam per ſententiam, gl. cauſam, in cap. ſi diligenti. De foro compet.

Clericus trahi ad iudicium ſeculare dicitur, quando trahitur inuitus, gl. pertrahant, ibid.

Clericus pertrahens ad iudicium ſeculare in ciuili cauſa, euitat pœnam perditionis cauſæ, ſi deſtiterit ante ſententiam, dd. reprob. gl. cauſam, ibid.

Clericus reus conuentus, ſi ſponte eligit iudicium ſeculare, puniri debet: ſecus ſi inuitus traheretur, gl. purgare, ibid.

Clericus reus conuentus, ſi ſponte eligit iudicium ſeculare, etiamſi ſententiam pro ſe reportauerit, nihilominus punitur pœna ſtatuta, gl. pro eis, ib.

Clerici, neque tacitè, neque expreſſe poſſunt alium iudicem conſtituere: imò nec in Eccleſiaſticam perſonam, ſine licentia ſpeciali Epiſcopi ſui, poſſunt conſentire: nec illum in iudicem eligere, gl. manifeſte, ib.

84 Clerici ſuper exceſſibus coram ſuo Epiſcopo debent conueniri, non coram his, quibus ſeruiunt: niſi conſuetudo vel priuilegium aliud inducat, cap. cum contingat, eod.

Clerici non poſſunt etiam tacite, prorogare iuriſdictionem iudicis ſecularis, gl. pen. ibid.

Clericus licet non poſſit expreſſe prorogare iuriſdictionem non ſui iudicis, citra conſenſum ſui Epiſcopi, tacite tamen, id eſt contrahendo, rectè poterit, cap. dilecti. De foro comp.

Clerici non poſſunt prorogare iuriſdictionem non ſui iudicis, niſi cum conſenſu Epiſcopi ſui: & iudex, cuius iuriſdictionem prorogare volunt, ſit Eccleſiaſticus, cap. ſignificaſti, & ibi gl. eod.

Clericus, qui coram alio iudice Eccleſiaſtico litigat, ſine Epiſcopi ſui licentia, non per hoc perdit cauſam; licet ſententia, ſiue lata pro eo, ſiue contra ipſum, non tenet ex defectu iuriſdictionis, nec Epiſcopus poteſt eam ratam habere, dd. repro. gl. 2. ib.

Clericus non poteſt conſentire in iudicem laicum, etiam cum conſenſu ſui Epiſcopi, gl. fi. ibid.

Clerico in curiam Romanam conuento, non competit declinatoria fori: poſſet tamen ei competere ius reuocandi domum, cap. licet, eod.

Clericus vnuſquiſque poteſt in curia Romana conueniri: licet alias ſpecifice forum ibi non ſortiatur: habet tamen ex cauſa ius reuocandi domum, cap. fi. eo.

Clerico ciuiliter iuſtitiam petenti de laico, non imputatur, ſi iudex in laicum exerceat vindictam ſanguinis, cap. poſtulaſti, 21. De homicidio.

Clericus poteſt adire iudicem ſecularem contra laicum, vt ſic 85
ſuam poteſtatem contra laicum ipſum exerceat, ſi remedium Eccleſiaſticum non ſufficit contra illum, d. cap. poſtulaſti.

Clericus poteſt agere ciuiliter contra laicum, coram ſuo iudice de crimine, ad hoc vt damnetur in perpetuum carcerem, vel etiam vt puniatur pecuniariter: & ſi iudex ſecularis per talem querelam durius puniat, non imputatur clerico, gl. 1. ibidem.

Clericus hodie præmiſſa proteſtatione, quod non intendat ad vindictam ſanguinis, poteſt petere iuſtitiam: nec imputatur clerico, ſi iudex ſecularis imponit pœnam mortis, gl. 1. in fi. in d. cap. poſtulaſti.

Clericus poteſt proſequi nunciationem noui operis contra laicum in iudicio Eccleſiaſtico, cap. 3. De noui operis nunciat.

Clericus ſine licentia ſui Epiſcopi, alium iudicem, etiam Eccleſiaſticum eligere non poteſt, gl. fi. in cap. quod autem. De pœnit. & remiſ. & gl. vel ligare, in cap. omnis vtriuſque, & gl. pen. in cap. fi. De pœnit. & remiſ.

Clerici non poſſunt conſentire in non ſuum iudicem: ſed laici poſſunt, quoad temporalia, ſed non in ſpiritualibus, gl. clericorum, & ibi add. in cap. 1. De foro compet. lib. 6.

Clerici poſſunt eligere arbitros etiam in cauſis ſpiritualibus, etiam ſine Epiſcopi conſenſu, gl. iudices, ibidem.

Clerici & aliæ perſonæ Eccleſiaſticæ, non ſunt ſubiecti iuriſdictioni laicorum, cap. 2. eod.

Clericus ſi agit contra clericum, petens eum ab Eccleſia remoueri, quia criminoſus vel concubinarius, ſi clericus accuſatus cedat, vel decedat, lite pendente, non impediuntur per hoc illi, ad quos electio vel præſentatio pertinet eligere vel præſentare: quia ſtatim illo cedente vel decedente lis finita eſt, gl. finita, in cap. 2. Vt lite pendente, li. 6.

Clericus nullus debet diſtringi, vel condemnari à iudice ſecula- 86
ri, cap. 1. De clericis coniugat.

Clericus in ciuilibus & criminalibus debet iudicari à ſuo iudice, gl. 1. in cap. ſi iudex laicus. De ſententia excommunicat. lib. 6.

Clericus captus per laicum, ſi dubitatur an ſit clericus, hæc cognitio pertinet ad Eccleſiaſticum: in qua debet vocari aduerſarius, qui eum fecit detineri: & hi ſunt vocandi quorum intereſt: quod ſi non ſit aduerſarius, ſed iudex procedit ex officio, citabitur iudex, gl. intereſt, ibid.

Clericus etiam in ciuilibus & patrimonialibus conueniri debet coram ſuo iudice, gl. 1. in reg. is qui in ius 46. De reg. iur. lib. 6.

Clerici familia etiamſi ſit prohibita retineri de iure, nihilominus dicitur eſſe de foro Eccleſiæ: & de cauſis talibus iudex Eccleſiaſticus, & non ſecularis eſt iudex competens, gl. 1. in can. eos qui. diſt. 32.

Clerici nunquam fuerunt de iuriſdictione ſeculari: quia antequam eſſet conſtitutio, erant de iuriſdictione Eccleſiaſtica, gl. pen. in can. ſi Imperator. diſt. 96.

Clerici non poſſunt appellare in cauſis Eccleſiaſticis ad principem, gl. non erat, in can. prouinciæ, di. 99.

Clericos Romanæ Eccleſiæ nullus poteſt iudicare, niſi ſolus Papa, gl. 1. in can. ſi. 2. q. 4.

Clericus non poteſt renunciare foro, ſine licentia ſui Epiſcopi: ſed de licentia eius rectè poterit adire iudicem Eccleſiaſticum, gl. pe. in can. placuit, 2. q. 6.

Clericus agens, vel reſpondens coram iudice alterius prouin- 87
ciæ punitur: niſi Papa aliud concedat, can. non liceat, 3. q. 6.

Clericus hodie non poteſt conſentire in iudicem non ſuum, etiam clericum, ſine licentia ſui Epiſcopi, gl. fi. ib.

Clericus non poteſt reconueniri coram iudice ſeculari, gl. iudicem, in can. 1. §. cum, 3. q. 8.

Clericus non poteſt conueniri, niſi coram iudice Eccleſiaſtico, in quacumque cauſa, ſiue ciuili, ſiue criminali, niſi in tribus caſibus, puta in cauſa feudi, & cum eſt incorrigibilis, & in cauſa reconuentionis, gl. 1. in ſumma, 11. q. 1.

Clericus non poteſt conueniri coram iudice ſeculari, etiam propter negligentiam iudicis Eccleſiaſtici: ſed è contra laicus poteſt conueniri coram Eccleſiaſtico, ob negligentiam iudicis ſecularis: quoniam inter eos eſt diſpar ratio, ibid.

Clericus etiam iudice ſeculari non eſt accuſandus, nec trahendus in aliqua cauſa, can. nemo, & can. nullus, 11. q. 1.

Clericum alienum non poteſt conſtringere nec condemnare iudex ſecularis, vel Eccleſiaſticus etiam: quia non debet ipſe mittere falcem in meſſem alienam, d. can. nullus.

Clericum cuiuſcumque ordinis trahere coram ſeculari iudice, nulli licet ſine permiſſu Epiſcopi eius, qui trahitur: hodie vero etiam cum conſenſu Epiſcopi, non poteſt trahi: alias ab officio ſuſpenditur, & perdit cauſam, can. clericum, & ibi gl. fi. 11. q. 1.

Clericus nullus trahi debet ad ſecularia iudicia, can. continua, 88
11. q. 1.

Clericos non eſſe trahendos ad iudicia ſecularia Conſtantinus Imperator in Nicena ſynodo dixit, *Vos à nemine deiudicari poteſtis, quia ad Dei ſolius iudicium reſeruamini*, ibid.

Clericus

Clericus non debet examinari in ſeculari foro, ſed in foro Eccleſiaſtico, can. teſtimonium, 15. q. 1.

Clericus in cauſa ciuili poteſt in teſtem recipi, & examinari contra laicum, etiam coram iudice ſeculari, ib.

Clericus perducens clericum ad iudicem ſecularem ciuiliter ſiue criminaliter, debet anathematizari, can. ſi quis clericus, 11. q. 1.

Clericus impetrans ab Imperatore contra clericum cognitionem iudicis ſecularis, debet deponi: ſecus ſi impetret preces porrigi Epiſcopo, ſuper iuſtitia exhibenda, can. placuit, 11. q. 1.

Clericus qui conuenit, vel accuſat clericum coram iudice ſeculari, vt ibi cauſa cognoſcatur, debet priuari honore, ibid.

Clerico licitum eſt preces porrigere coram laico, vt roget Eccleſiaſticum iudicem pro iuſtitia ſeruanda, ibid.

Clericus ex ſola porrectione libelli, conueniendo clericum coram ſeculari, perdit cauſam, gl. 1. ibid.

89 Clericus debet coram Eccleſiaſtico, & non coram iudice ſeculari conueniri, etiamſi petatur in ſeruum, can. Chriſtianus, 15. q. 3.

Clerici non debent vocari niſi ad Epiſcoporum iudicium, can. Syluester, 11. q. 1.

Clericorum cauſæ debent deferri ad iudicem Eccleſiaſticum: & ibidem debent terminari, can. relatum, 11. q. 1.

Clericum trahens ad iudicium ſeculare dicitur præuaricari in Dominum, & ei non obedire, ibid.

Clericus agens contra laicum debet adire iudicem ipſius laici; & contra, can. ſi quiſquam, 11. q. 1.

Clericus coram ſeculari iudice conuentus, coram eo non debet reſpondere, niſi declinando iudicium, allegando exceptionem fori, can. clericum, 11. q. 1.

Clericus non poteſt agere criminaliter coram iudice ſeculari, ibidem.

Clericus coram ſeculari iudice poteſt conueniri, in multis caſibus, gl. 1. in can. multis caſibus, 17.

Clericus etiam ſi ſuccedat laico, nihilominus debet conueniri coram iudice Eccleſiaſtico, & non coram ſeculari, gl. 1. in can. clericum, 11. q. 1.

Clericus licet teneatur de euictione, non fit per hoc de foro emptoris, can. clericum, 11. q. 1.

Clericus poteſt à laico iudicari, cum eſt incorrigibilis, gl. 1. in can. ſi quis ſacerdotum, 11. q. 1.

90 Clerico poteſt concilium dare licentiam, vt adire poſſit iudicem ſecularem pro iuſtitia ſibi facienda, can. petimus, 11. q. 1.

Clericus à laico poteſt iudicari, quando quis inuadit rem Eccleſiæ, & monitus non dimittit, nec per Eccleſiam repelli poteſt, ibid.

Clericorum ciuiles cauſæ & criminales coram Eccleſiaſtico ſunt terminandæ, & non coram ciuili, can. ſi qui ex fratribus, 11. q. 1.

Clericus non debet propter aliquam cauſam intrare curiam, nec ante iudicem ciuilem dicere cauſam, can. nullus clericus, 11 q. 1.

Clericus vel monachus debet tantum coram ſuo Epiſcopo conueniri, can. de perſonis, 11. q. 1.

Clericus clericum non debet pertrahere ad publica iudicia, can. peruenit, 11. q. 1.

Clerici debent reſpondere coram ſuo iudice Eccleſiaſtico, ibid.

Clerici non ſunt opprimendi à laicis iudicibus, can. ſtatres, 11. q. 1.

Clericus trahens clericum ad ſecularem iudicem, perdit cauſam, & communione priuari debet, can. iudicia, 11. q. 1.

Clericus, ſiue actor, ſiue reus, in cauſa Eccleſiaſtica non poteſt adire alium iudicem, quàm ſuum: ſiue in ciuili, ſiue in criminali, gl. 2. ibid.

Clericus vt adire poſſit alium iudicem quàm ſuum, requiritur conſenſus Epiſcopi ſui, & etiam proprius ipſius, ibid.

Clericus non poteſt iurare ſine licentia ſui iudicis, ſed laicus poteſt, ibid.

91 Clerici licet non poſſint expreſſe renunciare iuriſdictioni Epiſcopi ſui: ſponte tamen id eſt tacite poſſunt conſentire in alium iudicem: nam arbitrum ſponte eligunt, & iudicem delegatum: alioquin priuilegium clericorum eſſet eluſorium, ſi poſſent eligere iudicem quem vellent, d. gl. 1. in d. can. nullus.

Clericus in laicum nullo modo poteſt conſentire, nec tacite nec expreſſe, nec in clericum, ſine conſenſu ſui Epiſcopi, ibid.

Clericus reus ſponte litigans in criminali cauſa, coram iudice ſeculari, debet deponi; ſed in ciuili perdit cauſam, can. placuit, 2. 11. q. 1.

Clericus trahens clericum ad iudicem Eccleſiaſticum, quamquam alias non ſuum, non perdit cauſam, nec communione priuatur, can. indicia, 11. q. 1.

Clericus non debet derelinquere iudicem Eccleſiaſticum, vt adeat ſecularem, can. placuit, 2. 11. q. 1.

Clericus accuſatus recuſans iudicem Eccleſiaſticum, debet deponi, can. de diuerſis, 11. q. 1.

cum Clerico habens litigium debet adire iudicium Epiſcopi, can. ſi quis cum clerico, 11. q. 1.

Clerico licitum eſt adire iudicem ſecularem, pro iuſtitia adminiſtranda ſibi, quando iudex Eccleſiaſticus eſt negligens, vel non poteſt iuſtitiam facere, ibid.

Clericus ſi habet litem contra clericum, debet adiri Epiſcopus proprius illius, can. ſi clericus aduerſus, 11. q. 1.

Clericus ſi habeat litem contra ſuum vel alienum Epiſcopum, debet adiri ſynodus prouinciæ, ibidem. 92

Clericus vel Epiſcopus ſi habet litem contra metropolitanum, debet adiri Primas vel Patriarcha, ib.

Clericorum negotia, ſiue ciuilia, ſiue criminalia, non niſi apud iudicem Eccleſiaſticum ſunt ventilanda, can. clericum, 2. §. ſi. & can. ſeq. 11. q. 1.

Clerici prohibentur à cognitione negotiorum ſecularium virorum, non ſecularium cauſarum, ibid.

Clericus à laico diiudicari non poteſt: quia illud ſpectat ad Eccleſiam, can. futuram, 12. q. 1.

Clericus confugiens ad ſæcularem iudicem, de communione Eccleſiæ depelli debet, can. 1. 21. q. 5.

Clericus ab Epiſcopis condemnatus, ſi adierit Imperatorem, debet carere omni ſpe reconciliationis, can. ſi quis Epiſcopus, 21. q. 5.

Clericus non debet præſtare iuramentum purgationis coram laico; ſed tantum coram Epiſcopo, vel eius delegato: niſi hoc fiat authoritate Papæ, can. nullus, & ibi gl. 1. 22. q. 5.

Clericus ſi petat aliquid coram laico, tenetur ibi præſtare iuramentum calumniæ, gl. 2. ibid. 93

Clericus citatus à laico iudice non tenetur venire ad allegandum priuilegium: niſi dubium ſit an ſit clericus, gl. congrueret. in can. conuenior. 23. q. 8.

Clericus in foro ciuili poteſt reconueniri, gl. Chriſtus, ibid.

Clericum ad iudicium imperatoris vocans, ex ſola vocatione puniri debet, gl. 1. in can. ſi quis Epiſcopus, 26. q. 5.

Clericus iudicio Epiſcoporum damnatus non debet defendi ab aliquo, can. ſi quis cuiuslibet, 21. q. 5.

Clericum Eccleſiaſticæ diſciplinæ regulam ſubterfugientem, ſi quis defenſare præſumpſerit communione priuari debet, can. ſi forte, 21. q. 5.

Clerici ſeculares vel regulares degentes extra monaſterium quomodo libet exempti, etiamſi certum iudicem Apoſtolicum habeant, in ciuilibus cauſis mercedum, & miſerabilium perſonarum, coram locorum Ordinarijs conueniri poſſunt: in alijs autem cauſis conueniuntur quoque coram iiſdem Ordinarijs, ſi ipſum iudicem non habuerint, Conc. Trid. ſſ. 7. De reform. cap. 14.

Reliqua in verbo, Iudex. 121. *vſque* 124.
Laicus. 25. *vſque* 29.

CLERICVS habens iuriſdictionem temporalem, debet eam committere generaliter alicui laico, vt faciat iuſtitiam, & vindictam de nocentibus malefactoribus, gl. 2. in cap. clericis. Ne clerici vel monachi 94

Clericus ſi fuerit procurator generalis, ſeu iuſtitiarius ſecularis principis, debet deponi, vel excommunicari: ſi vero fuerit religioſus, grauius debet puniri, cap. ſed nec eod.

Clericus iudicium ſanguinis exercens, ab officio & beneficio deponitur, cap. clericis, eod.

Clericus habens officium præpoſiti ſecularis, ſi monitus non deſiſtat, excommunicatus eſt ipſo iure, ibid.

Clericus vel Prælatus habens iuriſdictionem per ſe ſuper cauſa ſanguinis, vel truncatione membrorum, iudicare non debet, vel ipſemet inferre, vel conſilium dare, aut ſententiam dictare, nec etiam intereſſe: quia efficitur irregularis, & deponeretur, gl. 2. ibid.

Clerici in ſacris ſunt compellendi per beneficiorum ſubtractionem, vt deſiſtant à tabellionatus exercitio, cap. ſicut te. eodem.

Clericus in ſacris non poteſt exercere tabellionatus officium, etiam in cauſis Eccleſiaſticis, coram iudice Eccleſiaſtico, gl. 1. ibidem.

Clericus non poteſt dictare, nec proferre ſententiam ſanguinis, nec quicquam aliud exercere, per quod ad vindictam ſanguinis tendatur, cap. pe. Ne clerici vel monachi.

Clericus non debet præſtare auxilium purgationi vulgari, ibid.

Clericus non debet præeſſe baliſtarijs, & alijs viris ſanguinum, ibidem.

Clericus in ſacris chirurgiam exercere non poteſt, ibidem.

Clerico interdicitur fieri purgatio aquæ, vel ferri candentis, ibidem.

Clericus in loco iuriſdictionis temporalis ſuæ, ſuper delicto ibi commiſſo delegans, vt veritate quæſita iuſtitiam exequatur, non efficitur irregularis, licet pœna ſanguinis inferatur, cap. fi. Ne clerici vel monachi, lib. 6.

Clerici ſunt capaces iuriſdictionis temporalis, & eam delegare poſſunt, ibidem. 95

Clericus poteſt iudicare de omni crimine, quantum ad iniungendam pœnitentiam, gl. 5. in can. 1. 6. q. 2.

Clericus vel Eccleſia poteſt pœnas corporales infligere, licet non tantas, quantas iudex ſecularis, gl. exigere, in can. 1. 24. q. 6.

Clericus ſi furem ceperit in domo, non tradet eum iudici; ſed ſi iudex furem captum ei abſtulerit vi, non imputatur clerico: alioquin licite auferentur clericis bona ſua, gl. tradere, ibidem.

Clerici non poſſunt eſſe iudices in cauſis, in quibus agitur de effuſione ſanguinis, gl. 5. in can. nullus, 15. q. 4.

Clerico poteſt delegari cauſa criminalis, vt tamen princeps iuret de impunitate rei, ibid.

Clerici qui debent intereſſe, cum Epiſcopus audit cauſam clerici, non

rici, non ſunt iudices, gl. s. in ſumma, 3. q. 8.

Clerici debent iudicare clericos, etiamſi ſint diſcoli, ſi non ſint errantes in fide, can. pe. diſt. 96.

Clerici prohibentur ſententiam ſanguinis proferre, & etiam ſcribere, gl. ſcriptores, in cap. nouerint. De ſententia excommunicat.

Clerici non poſſunt inferre pœnam ſanguinis, cap. in Archiepiſcopato. De raptorib.

Clerici poſſunt conſtitui delegati laicorum, etiam in cauſis criminalibus, dum modo pœna ſanguinis non infligatur, ibid.

96 Clerici officia, vel commercia ſecularia, maxime inhoneſta, exercere non debent, cap. clerici 15. De vita & honeſt.

Clerici non debent mimis, ioculatoribus & hiſtrionibus intendere, ibidem.

Clerici debent euitare tabernas, niſi forte cauſa neceſſitatis in itinere conſtituti, ibid.

Clerici non debent ludere ad aleas, vel taxillos: nec debent intereſſe huiuſmodi ludis, ibid.

Clericus publice aleator, repellitur à promotione, etiam ſine admonitione: ſed ad priuandum beneficio obtento requiritur admonitio, gl. ad aleas, ibidem.

Clerici officia & commercia ſecularia maximè inhoneſta exercentes, degradari debent ab officio ſuo, intellige ſi fuerint incorrigibiles, ibid.

Clericis prohibitum eſt diſputare in ſecularibus placitis, excepta defenſione viduarum, & orphanorum, cap. 2. Ne clerici vel monachi.

Clerici non debent eſſe procuratores in negotijs ſecularibus, nec conductores ſecularium rerum, ib.

97 Clerici non debent habere canes, & aues ad venandum, nec intereſſe omnibus quibuslibet cauſis ſuperfluis, d. cap. 2.

Clerici etiam non ſacerdotes non debent eſſe miniſtri, & procuratores laicorum: quod ſi contrafecerint, & deprehendantur in fraude, non ſubueniatur eis ab Eccleſia, cap. 2. Ne clerici vel monac.

Clerici adminiſtrantes ſecularia negotia, non debent capi à laicis, ratione adminiſtrationis, ſed per iudicem Eccleſiaſticum debent capi, & perſtringi: nec debent ſubueniri ab Eccleſia in fraude commiſſa in adminiſtratione, gl. ſi. ibid.

Clericus cum laico ludere non debet, gl. 2. in cap. continebatur. De homicidio.

Clericus quantumcumque peritus in chirurgia peccat exercendo illam artem, etiam intuitu pietatis, cap. tua nos, eod.

Clericis auium & canum venationes cauſa voluptatis prohibitæ ſunt: & contra faciens Epiſcopus, tribus menſibus à communione: ſi presbyter, duobus: ſi diaconus ab omni officio debet ſuſpendi, cap. 1. De clerico venatore.

Clerico prohibetur nedum exercere venationes, ſed etiam tenere accipitres, canes, & huiuſmodi alia apta pro venatione, ibidem.

Clericus venationem non clamoſam raro exercens non debet puniri, maxime cum id exercet cauſa recreationis, d. cap. 1. & ibi gl. 2.

98 Clerico licitum eſt exercere venationem cauſa neceſſitatis, vel recreationis: dum modo non ſit Epiſcopus, cui omnino non licet, d. gl. 2. ibid.

Clericis prohibetur exercere venationes, & ſyluaticas vagationes cum canibus & accipitribus, cap. ſi. eo.

Clerici non poſſunt habere canes, accipitres, & falcones ad venandum, ibid.

Clericos in occulto, vel infirmitatis vel alterius honeſtæ rei cauſa, aliquid ioci facere non reprobatur, gl. 2. in cap. 1. De vita & honeſt. lib. 6.

Clerici non debent intendere ignominioſis artibus, vt mimis, ioculatoribus, & hiſtrionibus; & multominus debent exercere, gl. ignominioſam, in d. cap. 1. De vita & honeſt. cler. lib. 6.

Clericus bufo, vel goliardus, & exercens illam artem per annum: vel tertio monitus, non deſiſtens: vel vxoratus clericus, non incedens in habitu clericali: vel bigamus, vel degradatus, non gaudet priuilegio clericali: & captus à laico ob crimen, non debet remitti ad iudicem Eccleſiaſticum, gl. debeat, in cap. ſi iudex laicus. De ſententia excommunicat. lib. 6.

Clericis non conuenientia officia maxime ſunt, officium carnificis, & tabernarij, cle. 1. De vita & honeſt.

Clerici exempti, perſonaliter & publice exercentes officia carnificum, & tabernariorum, ſi quidem in loco non exempto, puniri poſſunt à diœceſano loci: ſecus, ſi exerceant in loco exempto, clem. 1. De vita & honeſt.

Clerici occulte & per alium exercentes officium macellariorum, & tabernariorum, non puniantur eadem pœna, qua publice & perſonaliter exercentes, gl. publice, & ibi add. ibid.

Clerici exercentes publice & perſonaliter officia macellarij, tabernarij, antequam puniantur à diœceſanis, debent moneri nominatim, & proprijs nominibus expreſſis, vt deſiſtant ab illis: nec ſufficit diœceſano monere in genere clericos ſuæ diœceſis, vel talis plebanatus, d. clem. 1. & ibi gl. nominationes.

Clerici moniti infra terminum ſibi datum, vt deſiſtant ab officio macellarij vel tabernarij, ſi dimiſerint, & poſtea tamen intra datum terminum reſumpſerint, & dimiſerint vltimate, non puniuntur pœna, quaſi exercerent poſt terminum, gl. reſumpſerint, & gl. quandocumque, ibid.

Clerici non debent portare, vel facere portari ſecum aues, vel ſecum ducere canes venaticos, maxime dum celebrantur diuina, cle. graui. De celeb. Miſſar. 99

Clericis non licet canes venaticos ſecum ducere, etiam extra Eccleſiam, gl. venaticos, in clem. 1. eod.

Clerici à vulgari vita debent eſſe ſeclaſi, à mundi voluptatibus ſe abſtinere; non ſpectaculis, non pompis intereſſe, conuiuia publica fugere, priuata non tantum pudica, ſed & ſobria colere, can. his igitur, diſt. 23.

Clerici debent abijcere ſecularia negotia, & officia: honoris gradum per ambitionem non debent ſuſcipere: odium, æmulationem, obtrectationem, atque inuidiam fugere, ibid.

Clerici non debent vagis oculis, nec effrænati lingua, vel petulanti fluidoque geſtu incedere: ſed pudorem, verecundiamque mentis, ſimplici habitu inceſſuque oſtendere debent, ibidem.

Clerici domeſticis perſonis non debent exhibere nimiam familiaritatem, gl. 1. in ſumma, diſt. 34.

Clerici non debent intereſſe venationibus aut aucupationibus, ibidem.

inter Clericos Germanos & Gallos, dicitur venationem frequentari, can. quorumdam, diſt. 34.

Clericis prohibita ſunt tripudia, & ſaltus turpes, can. presbyteri, diſt. 34.

Clerici non debent ludere, vel ludis intereſſe, nec participes ludentibus eſſe, nec inſpectores ludi, gl. 1. in can. Epiſcopus, diſt. 35.

Clericus, ſi aliquid agit, quod ſit prohibitum ordini ſuo, dicitur iniuriam irrogare toti ordini clericali, can. non oportet, 1. diſt. 42. 100

Clericus, qui adulationibus & proditionibus vacare deprehenditur, degradari debet ab officio, can. clericus, diſt. 46.

Clerici proditoris pœna eſt, quod debet deponi, can. clericus qui. diſt. 46.

Clericus maledicos debet pœnitere: qui ſi fuerit contumax, ab officio remoueatur, can. clericus maledicus, diſt. 46.

Clericus ex prima offenſa non eſt puniendus, can. clericus maledicus, diſt. 46.

Clericus ioculator ab officio deponitur, can. clericum, diſt. 46.

Clerici non debent ſuſcipere ſecularium negotiorum procurationem, can. Cyprianus, 21. q. 3.

Clerici non debent obligari mollitijs, id eſt delicijs, in ſecularibus rebus, can. mollities, & can. hi qui. 21. q. 3.

Clerici diuinis rebus debent eſſe occupati, nec debent ſecularibus ac terrenis actibus vacare, ibid.

Clerici ſecularium negotiorum procuratores eſſe non poſſunt, in ſumma, 21. q. 3.

Clerici non debent fieri adminiſtratores, ſeu procuratores dominorum, ſeu poſſeſſionum ſecularium, can. credo, can. placuit, 21. q. 3.

Clerici non debent quærere victum vllo turpi, & inhoneſto negotio, ſed honeſto poſſunt, d. can. placuit, & ibi gl. ſi.

Clerici non debent fieri magi, & incantatores, can. non oportet, 26. q. 5.

Reliqua in verbo, Ludus, Alearum.

CLERICI debent habere coronam, & tonſuram congruentem, cap. clerici. De vita & honeſtat. 101

Clerici debent ſe exercere diligenter in officijs Eccleſiaſticis, & alijs bonis ſtudijs, ibid.

Clerici debent deferre deſuper, indumenta clauſa nimia breuitate vel longitudine non notanda, ib.

Clerici non debent vti pannis rubeis, aut viridibus, nec non manicis aut ſotularibus conſutitijs, frenis, ſellis, pectoralibus aut calcaribus deauratis, ibid.

Clerici intra Eccleſiam ad diuinum officium non debent gerere cappas manicatas, ſed nec alibi, qui ſunt in ſacerdotio & perſonatibus conſtituti, niſi iuſta cauſa timoris exegerit habitum transformari, ib.

Clerici non debent ferre fibulas, neque corrigias auri, vel argenti, ornatum habentes, ſed nec annulos, niſi quibus competit ex officio dignitatis, ib.

de Clerici manu nunquam debet exire pſalterium, gl. 2. ibid.

Clerici in veſtibus debent ſe conformare conſuetudini regionis, ne videantur hypocritæ; ne vileſcat dignitas clericalis, gl. deauratis, ibid.

Clericus iuſta de cauſa poteſt poſtponere habitum clericalem, nec cenſetur apoſtata, gl. cauſa, ibid.

Clerici debent incedere ornati veſtibus, dum tamen non ad iactantiam, gl. ſi. in cap. ſi. De cuſtodia Euchariſtiæ.

Clerici non debent portare veſtes prohibitas, ibid.

Clerici ſeculares non habent certum habitum, cum non ſit expreſſum in iure de colore, vel forma: per quæ, vel quorum alterum oportet habitum diſcerni, licet certæ formæ, & colores eis prohibiti ſint, gl. ſecularis, in clem. 1. De electione.

Clerici dicuntur habere habitum clericalem, hoc eſt conuenientem & non prohibitum clericis: ſicut & laici laicalem, id eſt conuenientem laicis, ibid. 102

Clericus in minoribus deferens veſtem virgatam, & partitam cum clerica, & longis crinibus, cooperta caputio, vel aliter, non punitur pœna inſtituta in clem. 2. De vita & honeſt. & idem ſi portaret tonſuram ſine clerica coopertam caputio,

Digitized by Google

caputio, vel aliter, gl. & tonſuram, in clem. 2. De vita & honeſt.

Clericorum veſtis ſuperior debet eſſe talaris, id eſt longa vſque ad talos, gl. videatur, ibid.

Clerici debent incedere congruis veſtibus, & tonſura, clem. graui. De celebrat. Miſſar.

Clerici ſeculares, in veſtibus & calceamentis decorem quærere non debent: ſicut nec in cantando ſcurilitatem vocum, gl. veſtibus, in extrauag. quorundam. Ioann. 22.

Clerici habent coronam in capite ab inſtitutione Eccleſiæ, in ſignum regni, quod expectatur in Chriſto, can. duo ſunt, 12. q. 1.

In Clerico raſio capitis eſt temporalium omnium depoſitio: & capilli qui remanent, deſignant quod aliqua debemus retinere, ad ſuſtentationem, d. can. duo ſunt, & ibi gl. depoſitio.

Clericis non licet ornari fulgidis & claris veſtibus, in ſumma, 21. q. 4.

Clerici ſecundum conſuetudinem regionis poſſunt vti veſtibus pretioſis, vt conforment ſe moribus eorum, inter quos viuunt: & ne vileſcat dignitas clericalis, gl. 2. ibid.

103 Clerici non poſſunt vti veſtibus rubeis & viridibus, ib.

Clerici omnes veſtes deſuper clauſas debent habere, ib.

Clerici purpuram, & cendatum poſſunt ferre, nam veſtis Domini purpurea fuit, ibid.

Clerici, qui vnguentis odoriferis & claris ac fulgidis veſtibus ſe ornant, corripi debent, can. omnis, 21. q. 4.

Clerici, ſiue in itinere ambulantes, ſiue alibi degentes, congruis veſtibus ſibi vtantur, can. nullus, 22. q. 4.

Clerici in itinere, ſi iuſta cauſa timoris fuerit, poſſunt vti veſtibus ſibi non congruis, gl. 1. ibid.

Clerici debent vti veſte talari, ſuperpellicio, vel cappa, gl. 2. ibidem.

Clerici debent vti veſtibus ordini ſuo conuenientibus, non ſecularibus veſtibus, can. Epiſcopi, 22. q. 4.

Clerici tam in ſtatu mentis, quam in habitu corporis, Deo & hominibus placere ſtudere debent, can. ſi. 21. q. 4.

Clerici non debent induere veſtes laicales, cap. tranſmiſſam. De electione.

Clericorum veſtes debent differre à veſtibus laicorum, ibid.

Clerici ſæculares debent deferre ſuum proprium habitum, ibid.

Clericus habitum ſemel ſuſceptum non debet dimittere, niſi ex iuſta cauſa, gl. 2. in cap. ſi quis ex clericis. De vita & honeſt.

Clericus non debet quærere ornamentum inconueniens propoſito ſuo, nec debet viuere in delicijs, nec ſequi gulam & ebrietatem, nec pondera & menſuras menſuras habere, nec inutilum negotium exercere, cap. 2. Ne clerici vel Monachi.

104 Clericus in ſacris, ſi abiecit habitum clericalem, non eſt tollerandus in habitu ſæculari: ſed per cenſuram Eccleſiaſticam compellendus eſt reaſſumere habitum clericalem, vel ad ſe purgandum, cap. tuæ fraternitati, & ibi gl. 2. De apoſtat.

Clericus beneficiatus virgata & partita veſte publice vtens, abſque rationabili cauſa, ſuſpenſus eſt ipſo iure a perceptione fructuum beneficiorum omnium, per ſex menſes, clem. 2. & ibi gl. beneficiorum. De vita & honeſtat.

Clericus non beneficiatus conſtitutus in ſacris, citra Sacerdotium vtens virgata, vel partita veſte publice, ſine rationabili cauſa, per ſex menſes eo ipſo redditur inhabilis ad obtinendum beneficium Eccleſiaſticum, ibid.

Clerici in minoribus conſtituti deferentes publice virgatam, vel partitam veſtem, ſimul & tonſuram, redduntur eo ipſo indigni per ſex menſes ad obtinendum beneficium Eccleſiaſticum, ibid.

Clerici habentes dignitatem vel perſonatum, aut curatum beneficium, aut in Sacerdotio conſtituti, vel religioſi, ſi deferant publice veſtem virgatam, vel partitam, vel infulam, vel pileum lineum, beneficiati a perceptione beneficiorum per annum eo ipſo ſint ſuſpenſi: cæteri Sacerdotes & religioſi per annum redduntur inhabiles ad obtinendum quodcumque beneficium, ibid.

Clerici & religioſi habentes adminiſtrationem, ſi vtantur publice epithogio, ſeu tabardo ſuderato vſque ad oram, & ita breui, quod veſtis inferior notabiliter videatur, intra menſem tenentur dare pauperibus: ſed reliqui religioſi non habentes adminiſtrationem intra menſem tenentur ſuis ſuperioribus aſſignare in pios vſus conuertendum, ib.

105 Clerici, præſertim beneficiati, non debent vti publice caligis ſcacatis, rubeis vel viridibus, d. clem. 2. in ſi.

Clerici non poſſunt vti veſtibus virgatis, vel partitis, etiam antea factis, gl. vtetur, ibid.

Clerici interueniente rationabili cauſa, poſſunt vti veſtibus virgatis, vel partitis, ac laicalibus, putà propter timorem, d. clem. 2. & ibi gl. rationabili.

Clericos in ſacris citra Sacerdotium publice deferentes veſtes virgatas, vel partitas, poſſunt Epiſcopi, & etiam legati, inhabilitare in cauſa etiam in perpetuum, gl. inhabilis, ibidem.

Clerici in minoribus deferentes veſtem virgatam, vel partitam abſque tonſura, non poſſunt puniri, gl. & tonſuram, ibid.

Clericis deputatis ad diuina miniſteria competit corona ratione figuræ, quia corona eſt ſignum regni, & perfectionis, cum ſit circularis, carens angulo, in ſignum carentiæ ſordium: quia vbi angulus, ibi ſordes, ibid.

Clericus habens dignitatem, perſonatum, vel beneficium curatum deferens pileum ſericum publice in capite, eo ipſo ſuſpenſus eſt per annum a perceptione fructuum beneficiorum, gl. lineum, in d. clem. 2. 106

Clerici debent deferre coronam non magnam: nam magnitudo coronæ eſt ſignum conuerſionis, can. pſalmiſtæ, & ibi gl. ſi. & can. prohibitæ, diſt. 23.

Clericis veſtimenta vel calciamenta deferre non licet, niſi quæ religioni decent, can. clerici, diſt. 23.

Clericus fulgidis veſtibus non debet vti, can. clericus, diſt. 41.

Clericis ſunt prohibitæ veſtes, & calceamenta, quibus ornantur ad decorem & pompoſitatem, ibid.

Clericus non debet dimittere habitum clericalem, can. ſi. diſt. 50.

Clerici præſertim ad animarum curam conſtituti, ne ſint criminoſi, neue inhoneſtam vitam ducant, proſpicere debent Epiſcopi. Concil. Trident. ſſ. 24. De reform. in prior.

Clerici nemini debent dare vllam offenſionem, vt non vituperetur miniſterium eorum, ibid.

Clerici debent deferre veſtes proprio ordini conuenientes, vt per decentiam habitus extrinſeci, morum honeſtatem intrinſecam oſtendant, Concil. Trident. ſſ. 24. De ref. cap. 6.

Clericorum te meritas, & religionis contemptus ita inoleuit, vt propriam dignitatem & honorem clericalem parui pendentes, veſtes etiam deferant publice laicales, pedes in diuerſis ponentes, vnum in diuinis, alterum in carnalibus, d. Concil. Trid. ſſ. 14. De reform. cap. 6.

Clerici maximè Epiſcopi, in exterioribus debent eſſe ornati, in habitu ſcilicet & inceſſu: in habitu, ne fulgidis & ſordidis veſtibus ſe exornent, in ſumma, diſt. 41.

Clerici debent incedere cum debita & congrua tonſura, & debent deferre veſtes exteriores ante infra genua ſe extendentes, ita vt a veſtibus & à ſagis laicorum differant, ſub pœna excommunicationis, & alijs pœnis, & creſcente contumacia, priuationis etiam beneficiorum, extrauag. nos pro Paſtoralis, P. 4.

Clerici debent venire ad chorum hora congrua, & expectare 107
vſque ad finem officij, & non exire ante, ſine cauſa rationabili, clem. grauis, De celebr. Miſſ.

Clerici non debent exire ante finem officij, niſi ex rationabili cauſa, vt ſi nimis fatigatus ſit ſpiritus, & cauſa recreationis ſine ſcandalo exit aliquantulum Eccleſiam: vel ſi ſuperueniat infirmitas, vel rara occupatio, gl. rationabili, clem. 2. eodem.

Clerici etiam religioſi, domeſtici & commenſales Cardinalium, & Epiſcoporum, poſſunt ſe illis in diuinis officiis coaptare, clem. 1. eod.

Clerici etiam religioſi, domeſtici Cardinalium, ratione Eccleſiæ, vel Epiſcoporum poſſunt dicere illud idem officium, quod prædicti Cardinales, vel Epiſcopi: nec tenentur ad aliud officium dicendum, d. clem. 2.

Clerici debent incumbere iugiter doctrinæ, lectionibus, pſalmis, hymnis, canticis, & exercitio, can. his igitur, diſt. 23.

Clericorum nemo etiam religioſus aſſumens ſibi clericalem tonſuram poteſt exercere, niſi fuerit ordinatus ab eo, qui poſſit, can. quoniam, diſt. 69.

Clerici, qui ciſſius orationibus vel veſpertinis ſe ſubtrahunt, debent corripi, can. 5. diſt. 92.

Clericus ſine officij detrimento poteſt victum & veſtitum ſibi artificiolo quærere, can. clericus victu, diſt. 92.

Clerici debent celebrare diuina officia in Eccleſia, nec debent vocis modulationi intendere, gl. 1. in ſumma, diſt. 92.

Clericus, qui ab Epiſcopo admonitus matutinis & veſpertinis adeſſe neglexerit, excommunicandus eſt, can. h. diſt. 92.

Clericus omnis, etiam ordinatus ad titulum poſſeſſionis ſuæ, tenetur ad horas matutinas & veſpertinas, licet non ad illam, vel illam Eccleſiam ſpecialiter, gl. 1. ibid.

Clerici non poſſunt miniſtrare diuina in oratorijs priuatis ſine conſenſu Epiſcopi, & contra facientes deponi debent: cum conſenſu tamen Epiſcopi eis licebit, can. clericos. De conſecrat. diſt. 1.

Clericum comam relaxans, & nutriens, excommunicari debet, 108
cap. ſi quis ex clericis. De vita & honeſtat.

Clericus neque barbam neque comam debet nutrire, niſi ex iuſta cauſa: imò debet incedere detonſo capite, & patentibus auribus, cap. clericus, & ibi gl. 2. eod.

Clerici, qui comam nutriunt & barbam, etiam inuiti a ſuis ſuperioribus tonderi debent, cap. clerici, eodem.

Clerici prohibentur nutrire comam: ſed deſuper caput in modum ſphæræ radant, can. prohibitæ, diſt. 23.

Clerici, ſi comam nutriant, debent detonderi ab Archidiacono, can. clerici, diſt. 23.

Clericus barbam, vel comam deferens, excommunicandus eſt, can. ſi quis, & ibi gl. 2. diſt. 23.

Clerici non debent nutrire comam, & ſic miniſtrare: ſed tonſo capite, auribus patentibus, & veſte talari induti, vt ſint in habitu ornato, can. non liceat, 2. diſt. 23.

109 Clerici tenentur ad illam hoſpitalitatem, quæ continet officium pietatis: non ad illam, quæ fit ex debito ſeruitutis, gl. hoſpitalitatem, in cap. 2. De ſupple. neglig. prælat.

Clerici tenentur ad hoſpitalitatem, cap. de Monach. 22. & ibi gl. 2. De præbend.

Clerici quicquid habent, eſt pauperum, d. gl. 1.

Clerici maxime curati, debent eſſe hoſpitales, id eſt eleemoſynarii, & recipere peregrinos tranſeuntes. cap. 2. De empt. & vend.

Clericus debet eſſe hoſpitalis. in ſumma. diſt. 42.

Clericorum domus omnibus communes eſſe debent. can. ſi. 16. q. 1.

Clerici ſuſceptioni peregrinorum & hoſpitum inuigilare debent. ibid. & gl. neceſſitatem. in can. clericus. 21. q. 2.

Clerici pauperes, & qui parentum opibus non poſſunt ſuſtentari, de bonis & ſtipendijs Eccleſiæ ſuſtentandi ſunt. can. ſi. §. ſi. 16. q. 1.

Clerici diuites, & qui bonis parentum ſuſtentari poſſunt, ſi quod pauperum eſt accipiunt, ſacrilegium incurrunt; & per abuſionem talium, & iudicium ſibi manducant & bibunt, intellige de clericis, qui Eccleſijs non ſeruiunt. ibid.

110 Clerici à crapula & ebrietate diligenter debent abſtinere. cap. à crapula. De vita & honeſta.

Clerici debent ſibi temperare vinum. & ſe vino. ib.

Clerici adinuicem non debent ſe inuitare ad bibendum. ibid.

Clerici non debent ſe inuitare ad æquales potus, vt qui plus bibit laudetur: & qui commonitus non deſtiterit, ſuſpenditur ab officio, vel beneficio. ib.

Clericus crapuloſus, vel ebrius, monitus non deſiſtens, ab officio & beneficio ſuſpenditur: & optio iſtarum pœnarum relinquitur arbitrio iudicis. d. cap. à crapula. & ibi gl. fi.

Clerici non debent bibere vltra tertiam vicem. gl. 3. in cap. cum inſtantia 17. De cenſib.

Clerici & prælati, comeſſationibus ſuperfluis, & confabulationibus illicitis vacare non debent. cap. dolentes. De celebrat. Miſſar.

Clerico non licet tabernam ingredi, & multo minus tenere. gl. ignominioſam. In cap. 5. De vita & honeſtat. lib. 6.

Clerici prohibiti matrimonium contrahere, conuiuijs nuptialibus, & vbi turpia cantantur, vel turpia fiunt, intereſſe non debent. can. presbyteri. diſt. 34.

Clerici ſi fuerint in aliquo conuiuio, & aduenient ioculatores, debent ſurgere, & recedere de menſa. gl. 2. in d. can. presbyteri.

Clericus, quem ebrium fuiſſe conſtiterit, triginta diebus à communione abſtinere debet. can. ante omnia. diſt. 35.

Clericis vocatis ad conuiuia pauperum, non licet aliquid mittere ad domum ſuam. can. non oportet. 1. diſt. 41.

Clericis non licet intereſſe conuiuijs pauperum. ib.

Clerici vel laici, conuiuia in Eccleſiis non debent facere, niſi cauſa neceſſitatis. can. nulli. diſt. 42.

Clerici poſſunt comedere in tabernis, cauſa neceſſitatis. gl. 1. ibid.

Clericis & miniſtris Eccleſiaſticis, à pſalmiſta vſque ad presbyterum, non licet intrare tabernas niſi ex cauſa neceſſitatis. can. non oportet. & can. clerici. diſt. 44.

Clericus monitus, vt tabernam non teneat, vel ſtationem mercium, & non deſiſtens deponitur. can. nulli. diſt. 44.

Clericus non videtur prohibitus habere tabernam, vt vendat id quod depoſuit, & ſibi ſupereſt de reddítibus ſuis; dum tamen in propria perſona ibi non adminiſtret. ibid.

Clericis prohibitum eſt in ſuis conuiuijs recitare fabulas, vel cantare cantilenas, vel ludos turpes habere. can. nullus. diſt. 44.

Clericis in conuiuijs prohibetur mordere vitam abſentium, & aliquem ex irriſione reprehendere. ib

111 Clerici non debent portare arma, & portantes poſſunt excommunicari. cap. 2. De vita & honeſt.

Clerici portantes arma, grauiter peccant, quia tale delictum eſt excommunicatione dignum; ſed excommunicatio non infertur, niſi pro graui crimine. d. cap. 2. & ibi gl. 1.

Clerici poſſunt portare arma cum iuſta cauſa: vt ſi tranſitum faciant per loca periculoſa, & tunc poſſunt portare arma ad terrorem latronum, licet non debeant percutere: aliter non debent portare. gl. pe. ibid.

Clerici portantes arma ſi tertio admoniti non deſtiterint portare, perdunt priuilegium canonis, *ſi quis ſuadente*. ibid.

Clerici pugnare non debent; arma enim clericorum ſunt lachrymæ. gl. inhabilis. in cap. ex multa. §. fi. De voto.

Clericus licite poteſt portare cultellum aptum ad incidendum panem, & non aliter. cap. 9. De homicidio.

Clericus pugnando etiam contra inimicos fidei Catholicæ, ſi quemquam percuſſit, & de interfectione ipſum remordet conſcientia, à miniſterio altaris debet abſtinere. cap. pe. eod.

Clericus prohibetur pugnare cum infidelibus, etiam cum terra ab infidelibus inuaditur.

Clericus percutiens aliquem in aliquo conflictu, ubi plures fuerunt occiſi ab aliis, ex ſola percuſſione non eſt Irregularis, ibid.

Clerici licet poſſint alios hortari ad pugnam in bello iuſto contra hoſtes fidei Catholicæ, propria tamen perſona non poſſunt pugnare, quia eorum officium reddit eos inhabiles ad pugnandum. gl. 1. ibidem.

112 Clericus iniens duellum, ſiue obtulerit, ſiue ſuſceperit, deponendus eſt: poterit tamen Epiſcopus cum eo diſpenſare, ſi mors, vel mutilatio membri non ſit inde ſecuta. cap. 2. De clericis pugnant.

Clericus ſæpe alium percutiens, & monitus non deſiſtens, deponendus eſt. cap. 1. De clerico percuſ.

Clerici maxime in ſacro ordine conſtituti prohibentur eſſe percuſſores. gl. 5. ibid.

Clericus percuſſor, ſi ſe emendaverit, non deponitur gl. fi. ibid.

Clericus vt homicida non punitur, ſi fuit ipſe in conflictu pro parte violentiam repellentium, licet ibi aliqui mortui ſint, & ipſe lapides proiecit, ex quo nullum ipſe percuſſit. cap. 3. eod.

Clericus licite præſtat opem obſeſſis, ſeu oppreſſis, non tamen debet procedere ad occiſionem pro defenſione alterius, ibid.

Clerici in conflictibus non debent intereſſe, vnde puniuntur ad cautelam, cap. pe. & ibi gl. fi. eod.

Clericus, qui fuit in conflictu, vbi aliqui fuerunt occiſi, ſine eius facto, vel conſilio, de iure communi promoveri poteſt, cap. fi. eod.

Clericus licite aſſumit arma ad reſiſtendum prædonibus, nec tenetur de homicidio ibi facto, ſi abſque eius facto vel conſilio eſt factum, ibid.

Clericus dicitur eſſe in culpa aſſumendo arma, quod ei non licuit, gl. fi. ibid.

Clericorum arma ſunt lachrymæ & orationes, etiam contra hoſtes, ibid. 113

Clerici deprehenſio debet fieri authoritate ſui prælati, ne vltra ſe extendat violentia, quàm exegerit defenſio clericorum, gl. deprehenſi, in cap. tuas, diſcretionis. De pœnis.

Clerici non debent arma portare, & tamen pro defenſione ſui portare poſſunt, clem. 1. De vita & honeſtate.

Clerici poſſunt indicere bellum iuſtum, & in propria perſona illic ire, & hortari ad pugnam, vt ſe defendant & hoſtes ſuperent; ſed non vt ſanguinem effundant. can. clericum, & ibi gl. 2. diſt. 50.

Clerici poſſunt portare arma quibus defendantur, ſcilicet galeam, ſcutum, loricam, & ſimilia, quibus muniti poſſunt intereſſe in bello, & ſe opponere Saracenis: ſed non poſſunt percutere, nec portare ſagittas & lanceas, ibid.

Clerici à ſanguine etiam hoſtili abſtinere debent: aliàs ſi obſeſſi non abſtinuerint, biennio pœniteant, & ſuſpenſi ab officio & communione permaneant, & ad ſuperiores nullo tempore debent promoueri, can. de his clericis, 35. diſt. 50.

Clericus non debet interficere etiam hoſtes, ibid.

Clerico non licet occidere in neceſſitate evitabili, ſecùs ex neceſſitate ineuitabili: quo caſu poteſt in ſuſceptis miniſtrare, & promoueri ad ſuperiores, gl. priuentur, ibid.

Clericus homicidium committens caſualiter, dando operam rei licitæ, diſpenſatiue adminiſtrare debet, ſi non adhibuit diligentiam debitam, can. clericum, diſt. 50. & ibi gl. 2.

Clerici in nullo caſu poſſunt pugnare cum infidelibus, vel hoſtibus, ſi aliàs poſſunt euadere; poſſunt tamen hortari ad pugnam iuſtam, & etiam intereſſe, gl. pe. in can. ſollicitatis, 7. q. 1. 114

Clerici non debent mouere arma corporalia, etiam contra hoſtes, gl. 2. in can. ſi ſint, 16. q. 3.

Clerici mutuo ſe percutientes, prout dignitatis vel officiorum ratione iniuria maior fuerit, debent puniri ab Epiſcopo, can. nullus, 27. q. 4.

Clerici percutientes, ſi cum exceſſu, mittendi ſunt ad curiam, niſi ſint impuberes, vel regulares, gl. in mutuam, ibid.

Clerici communiter viuentes percutientes ſe, poſſunt abſolui ab Epiſcopo, ab excommunicatione canonis, dum modo modum non excedant, ibid.

Clericum arma ferentem verberans non incidit in canonem, ſi clericus ille poſt trinam admonitionem reuerti noluerit ad clerum, gl. arma, ibid.

Clerici poſſunt vti armis pro defenſione tantum, vt clypeo, lorica: ſed non armis impugnatoriis, gl. 1. in ſumma, 23. q. 8.

Clerici poſſunt accipere arma ad ſe defendendum, dum tamen illud incontinenti fiat, & pro ſe tantum, non pro aliis, & in neceſſitate ineuitabili: ſed ſi aliàs poſſunt euadere, non ſumerent arma, ibid.

Clerici poſſunt arma ſumere authoritate Papæ, ſed non aliàs, ibidem. 115

Clerici non poſſunt vti armis in propria perſona, ſed bene per alios, hortando ad pugnam: & etiam poſſunt dare milites aliquos principi pro feudo, ibid.

Clerico hodie tantum eſt licitum arma ſumere ad ſe defendendum, gl. 2. ibid.

Clericus non peccat, ſi aliquem paſtorem iniuriam defendit, etiamſi homicidium faciat: licet tamen irregularis efficiatur, quia non fuit ibi ineuitabilis neceſſitas, ibid.

Clericus debet vereri contra profeſſionem ſui ordinis ſecularem militiam exercere: terram ſi quidem defendere, de prælijs tractare, & de armis, eſt terrenæ poteſtatis, can. nimirum, 2. 23. q. 8.

pro Clerico, qui in bello aut rixa, aut in Gentilium ludis mortuus eſt, oratio vel oblatio non debet offerri; ſepultura vero canina non priuetur, can. quicumque, & ibi gl. fi. 23. q. 8.

Clerici voluntarie in quacumque ſeditione arma ſumentes, ordinis gradu amiſſo, tradi debent in monaſterium perenniter, can. clerici, 23. q. 8.

Clerici ferentes arma militaria debent mulctari proprii gradus amiſſione, can. quicumque, 2. 23. q. 8.

Clerici propria manu non poſſunt arma recipere, ſed alios poſſunt hortari ad arripiendum pro oppreſſione, defenſione, & oppugnatione inimicorum Dei, d. can. quicumque, & can. ſeq.

Reliqua in verbo, Laicus, 3.

116 CLERICVM in perſona grauiter lædens, ipſo iure eſt excommunicatus: ſed lædens in rebus ſuſpenditur, gl. 3. in cap. cum bonæ. De ætate & qualit.

Clericum lædens, etiam abſque vulnere, incidit in excommunicationem canonis, cap. peruenit, 13. De appellat.

Clericum percutiens non debet abſolui per ſuperiorem, donec ſatisfecerit læſo, ibid.

Clericum percutiens infans irato etiam animo poteſt abſolui ab Epiſcopo, cap. 1. De ſententia excommunicat.

Clericum percutiens ioco, vel cauſa diſciplinæ, etſi ſit maior, non eſt ob id excommunicatus, ibid.

Clericum percutiens odio excommunicatus eſt, & per Papam debet abſolui, ibid.

Clericum percutiens ratione prælationis, cauſa diſciplinæ, non eſt excommunicatus, gl. diſciplina, ibid.

Clericum in minoribus conſtitutum poteſt corripere pater vel propinquus, ſine aliqua pœna excommunicationis, ibid.

Clericum vim ſibi inferentem, ſi quis repellat vel lædat, non incidit in excommunicationem, cap. 3. De ſententia excommunicat.

Clericum percutiens oſtiarius, prætextu officij ſui malignatus, ab Epiſcopo poteſt abſolui, ibid.

Clericum percutiens caſu fortuito non incidit in excommunicationem, ibid.

Clericum percutiens, vim vi repellendo, non incidit in excommunicationem, ibid.

in Clericum inuentum turpiter cum matre, ſorore, vxore, vel filia, ſi quis iniecerit manus violentas, non incidit in excommunicationem, ſecus eſt in remotioribus perſonis, ibidem.

Clericum percutiens non doloſe, nec animo iniuriandi, non in-
117 cidit in excommunicationem, gl. 1. ibidem.

Clerici delinquentes de mandato ſui prælati licite poſſunt capi per laicum, & per eum ad iudicem ſuum duci, gl. laico, ibidem.

Clericum turpiter inuentum cum ſponſa de præſenti ſi quis percuſſerit, non incidit in excommunicationem, gl. cum vxore, ibid.

Clericum percutiens, ignorans probabiliter eum clericum, non incidit in excommunicationem: & ignorantiam probare debet, per iuramentum: quod ſi hoc præſtare recuſat, habetur pro excommunicato, cap. 4. eod.

Clericum percutiens enormiter incidit in excommunicationem, d. cap. 4.

Clericum Martinum percutiens, errans in perſona, qui exiſtimabat percutere Titium laicum, non incidit in excommunicationem, gl. 1. ibid.

Clericum vel religioſum percutiens excommunicatus eſt: nec ab alio, quàm a Papa abſoluitur, preterquam in mortis articulo, cap. non dubium, eodem.

Clericum mandans percuti, incidit in canonem, ſicut ipſe percutiens, cap. meliores, §. 1. eod.

Clericum mandans percuti incidit in canonem, etiamſi ante percuſſionem pœnituerit, niſi reuocauerit mandatum, ita quod revocatio ad mandatarium peruenerit ante percuſſionem, gl. authoritate, ib.

Clericum mandans percuti, ſi deceſſerit ante percuſſionem, non incidit in canonem, quia mandatum morte extinguitur, & Eccleſia non ligat eos, qui ſunt ſub terra, d. gl. authoritate, ibid.

Clericum ſi quis percuſſerit, & aliquis poſtea ratum id habuit, ex ſola ratihabitione non incidit in canonem, cum percutiens id fecerit cauſa ſui, & nomine ſuo, niſi ratum habens potuit prohibere, & non prohibuit, ibid.

Clericum percutiens, licet occulte, incidit in canonem, cap.
118 porro, eod.

Clericum percutiens non debet abſolui, niſi ſatisfaciat læſo, & Apoſtolico ſe conſpectui repræſentet, ibidem.

Clericum percutiens non poteſt abſolui ab inferiore à Papa, ſine eius ſpeciali mandato, ibid.

Clericum percutiens debet priuari communione, tanquam excommunicatus, cap. nulli 8. eod.

Clericum percutiens antequam abſoluatur ab excommunicatione, debet iurare de ſtando mandatis Eccleſiæ, & quod de cætero non iniiciet manus violentas in clericum, cap. ex tenore, 10. eod.

Clericum percutiens non incidit in excommunicationem, ſi ſe defendendo, aut de mandato prælati id fecerit, aut ſi ſuper eum habeat prælationem aut magiſterium, ibid.

Clericum corrigere, & caſtigare poteſt quis, ratione officij vel magiſterij, quod habet in Eccleſia, vel in illum, d. cap. ex tenore, & ibi gl. 1.

in Clericum iniiciens manus violentas, committit ſacrilegium, cap. cum non ab homine, 14. De ſententia excommunicat.

Clericus, cui ex percuſſione iniuria facta eſt, non poteſt paciſci ſuper iniuria, quatenus Eccleſiam contingebat. gl. quam offendit. in cap. cum deſideres, eodem.

in Clericum turbantem diuina manus apponens, & compellens eum extra Eccleſiam reſidere, non eſt excommunicatus, cap. veniens, eod.

Clericus ſeu religioſus, cauſa diſciplinæ licite poteſt verberari, etiamſi ſit in ſacris conſtitutus, cap. vniuerſitatis, eod.

Clericus percutiens clericum eſt excommunicatus, cap. cum pro cauſa, 27. eod.

Clericum detinens in cuſtodia publica, vel in vinculis, vel in domo propria, etiam ſine læſione, incidit in excommunicationem canonis, cap. nuper, 29. De ſententia excom-
municat. 119

Clericum percutiens ratione officij, vel zelo deuotionis turbantem diuina officia, vel ratione prælationis, vel magiſterij, non incurrit excommunicationem, cap. cum voluntate, §. fi. eod.

Clericum percutere leuiter, & corrigere poteſt quis in ſex caſibus, ſine metu excommunicationis; ſcilicet, ſi habeat officium in Eccleſia, vel ſenior & prælatus, magiſter, dominus domus, & conſanguineus, gl. de familia, ibid.

Clericum percutiens iocoſa leuitate, non incidit in excommunicationem, ibid.

Clericus, ſi poſt trinam admonitionem ſe non corrigat, perdit beneficium canonis, *ſi quis ſuadente*; ita quod percutiens eum non incidit in excommunicationem, ibid.

Clericum percutiens, licet ſatisfecerit, non poteſt ab alio, quàm à Papa, vel eius Legato abſolui ab excommunicatione canonis: niſi imminente mortis articulo, infirmitate, inimicitia, inopia, puerili vel ſenili ætate, vel ſexus fragilitate, ſeu alia corporis impotentia non poſſit ire ad Papam, cap. quamuis, 58. & ibi gl. 1. eod.

Clericum percutiens, abſolutus ab Epiſcopo propter legitimum impedimentum, quod habet non eundi ad ſedem Apoſtolicam, ceſſante impedimento tenetur ire, ibid.

Clericum percutiens puer doli capax, poteſt abſolui ab Epiſcopo 120
ab excommunicatione canonis, & ſic abſolutus, non tenetur etiam poſtea maior factus ire ad ſedem Apoſtolicam, cap. fi. eod.

Clericum hoſtiliter perſequens, licet non percutiat, incidit in excommunicationem. cap. fi. §. præſenti. De pœnis. lib. *6.*

Clericum capiens laicus ad mandatum Epiſcopi, non incurrit in excommunicationem. cap. ſi clericos 15. De ſententia excommunicat, lib. *6*

in Clericum manum iniicens incurrit excommunicationem, ſiue manus ſit iniurioſa, ſiue temeraria. ibidem.

Clericus etiam vbi de iure poteſt incarcerari, ſi dat fideiuſſorem de parendo, non debet detineri: niſi exceſſuum enormitas, vel alia cauſa rationabilis ſuadeat iudici talem clericum detinendum, ibid.

Clericum detinens in carcere incurrit excommunicationem, ibid.

Clericum poteſt capere prælatus, etiam per laicum, cap. ſi clericos, & ibi gl. nodari, eod.

Clericum verberare poteſt prælatus per alium clericum vel Monachum, ſi per ſe id commode facere non poſſit: ſecus ſi per ſe poſſit commode, excepto Epiſcopo, qui non debet verberare ſuis manibus, ibid.

Clericum verberare non poteſt Prælatus per laicum: & mandans, & mandatarius excommunicati ſunt, d. gl. nodari.

Clericus captus, ſi quiete ſe duci permittit, & ducentes eum 121
non reſiſtentem calce, pugno, vel alio modo percutiant, iſti percutientes ſunt excommunicati, gl. excedatur, ibid.

in Clericum non omnis impoſitio manus facta facit incurrere excommunicationem; ſed requiritur, quod ſit violenta: ſecus tamen eſſet, ſi fuiſſet iocoſa, cap. religioſo, 21. De ſententia excomunicat, lib. 6.

Clerici percuſſionem factam ſine mandato, nomine meo, ſi ratam habeo, incido in excommunicationem: ſecus ſi percuſſio non fuiſſet facta nomine meo, cap. pe. eod.

Clericum verberari vel percuti mandans, ſi mandatum reuocauit ante percuſſionem, & tamen mandatarius percuſſit clericum antequam ad eius notitiam reuocatio mandati perueniſſet, mandans quoad Deum, non tenetur: quoad Eccleſiam tamen excommunicatus eſt, dd. ad gl. 1. in d. cap. pe. eodem.

Clericum, qui tibi iniuriam intulit, ſi quis percuſſerit tui contemplatione, & tu percutientem non receptaſti, imo expuliſti, nec per aliqua exteriora ſigna poteſt apparere, quod ratum habueris, ſi in veritate ratum habuiſti in corde, quoad Deum incurriſti excommunicationem canonis, non quoad Eccleſiam militantem, quæ non iudicat de occultis, gl. tuo nomine, ibid.

Clericum ſi quis percuſſerit nomine tuo, & tu poſtea ratum habeas, ex illa ratihabitione incidis in excommunicationem, ex nunc ſcilicet ex quo ratum habuiſti, non ex tunc ex quo fuit facta percuſſio; & ratihabitio hæc ſatis trahitur ad tempus anterius, cum ex facto anteriori ligat, licet ex nunc, gl. incurris, ibid.

Clericum ſibi inimicum ſi quis percuſſerit, ſi ego gaudeo, & illum recepto, vel communico illi, incido in minorem excommunicationem, gl. non ſit, & ibi add. ibid.

Clericum procurans capi non ad reſignationem beneficij, vel ad 122
citationem impediendam, licet incurrat excommunicationem canonis, non tamen alias inferras *in clem 2. De pœnis*. gl. captoſque, in d. clem. 2.

Clericus in multis caſibus poteſt licite percuti, gl. 1. in ſumma, diſt. 45.

Clerici regulariter pro delictis non ſunt verberandi, can. neminem, diſt. 45.

Clericus pro delictis, non verberibus, ſed excommunicatione

tridui, ſi

tridui, ſi regularis eſt, debet puniri, ibid.

Clericus in ſacris ordinibus conſtitutus non eſt grauiter & immoderate verberandus, gl. 2. ibid.

Clericis prohibitum eſt percutere ſubditos ſuos, etiam delinquentes: quando percuſſio non fit ex cauſa correctionis, ſed vt iniuriam inferat, can. Epiſcopum, diſt. 45.

123 Clericum in ſacris conſtitutum filium, ſi pater corrigendi animo verberat, non eſt excommunicatus: quia manus illa non eſt iniurioſa, cum non faciat animo iniuriandi, gl. 1. in can. cum beatus, diſt. 45.

Clericum depoſitum percutiens non incurrit in excommunicationem canonis, cum ſit priuatus omni dignitate, & priuilegio, quod habebat, gl. ſi. in can. nulli, diſt. 54.

Clericus non poteſt remittere iniuriam factam Eccleſiæ, gl. ſi. in can. accuſatio, 2. q. 7.

Clericum verberans, licet iuret Epiſcopo ſatisfacere, & ire ad Papam, tamen excommunicatus remanebit ipſo iurere, donec veniat ad Papam, can. precipue, 11. q. 3.

Clericorum flagellatores, occiſores, & deprædatores, qui brachio ſæculari coerceri non poſſunt, debent conueniri primò, ſecundò, & tertiò: qui ſi delictum non emendauerint, ſunt excommunicandi, & poſtea anathematizandi, can. de presbyterorum, 17. q. 4.

In Clericum, vel Monachum manus violentas injiciens, ipſo facto eſt excommunicatus: & non niſi a Romano Pontifice poteſt abſolui, niſi in mortis articulo, can. ſi quis ſuadente, 17. q. 4.

In Clericum, vel Monachum fœmina etiam manus violentas injiciens, ipſo facto excommunicata, ſicut & maſculus gl. 1. ibid.

Clerici iocoſa leuitate ſe percutientes, vel Clauſtrales ſe percutientes non incidunt in canonem, gl. violentas, ibid.

124 Clerico leuem iniuriam facientes, non incidunt in excommunicationem canonis, neque mulieres, & debiles perſonæ, ibid.

Clericos ſuos licite poſſunt percutere prælati, vel alij clerici, de mandato ipſorum, ibid.

Clericum verberans, vel percutiens oſtiarius, ratione officij ſui, vel aliquis Officialis arcens aliquem de turba, non incidunt in excommunicationem, d. gl. violentas.

Clericum percutiens pede, incidit in excommunicationem, ſicut & manu, gl. manus, ibid.

Clericum aſpergens aqua, vel ſaliua, vel ſpuens, incidit in excommunicationem canonis, ibid.

Clericum excommunicatum percutiens incidit in canonem, niſi talis clericus fuiſſet penitus incorrigibilis, gl. 1. in can. quis enim, 23. q. 5.

Clericus non poteſt renunciare beneficio canonis, *ſi quis ſuadente*. gl. 2. in can. 2. ſuppliciter, 23. q. 8.

Clericum oſtens percutere pro viribus, ſi non percuſſit, non incidit in canonem, *ſi quis ſuadente*. gl. 1. in can. ſi quis pulſatus. De pœnitentia, diſt. 1.

In Clerici veſtem, vel in rem ab eo detentam mittens manum, incidit in canonem, *ſi quis ſuadente*. ibid.

Reliqua in verbo, Iniuria, 2. Percutiens. Cardinalis. 4. 5. 9. 12. *Clericalem, Epiſcopus* 127. 128. 129.

125 CLERICVS Eccleſiæ in qua eſt beneficiatus, admittitur ad defenſionem ipſius Eccleſiæ, cum cautione de rato, maxime cum eſt dubium de mandato, cap. coram, 34. & ibi gl. 1. De officio deleg.

Clericus in ſacris, vel minoribus beneficiatus, in ſæculari foro poſtulare non debet: niſi pro ſe, vel ſua Eccleſia, vel miſerabilibus perſonis, cap. 1. De poſtulando.

Clericus non in ſacris, ſed in minoribus, non beneficiatus poteſt aduocare in cauſis ciuilibus, non in criminalibus coram iudice Eccleſiaſtico, & coram ſæculari à contrario ſenſu, d. cap. 1. & ibi gl. 2.

Clerici beneficiati, & in ſacris conſtituti in cauſa Eccleſiaſtica, etiam coram ſæculari poſſunt aduocare, ibid.

Clerici beneficiati & in ſacris conſtituti propriam cauſam, & Eccleſiæ poſſunt aduocare proſequendo, ibid.

Clerici poſſunt poſtulare pro miſerabili perſona, etiam coram iudice ſæculari, & hoc quando non poteſt ſe iuuare, d. cap. 1. & ibi gl. ſi.

Clericus non beneficiatus licet poſſit aduocare in cauſis ciuilibus, etiam coram ſæculari, non tamen in criminalibus, vbi agitur de pœna ſanguinis, gl. 1. ibid.

Clerici in maioribus ordinibus conſtituti non poſſunt aduocare coram iudice ſæculari, ibid.

Clericis opprobrium eſt, ſi ſe peritos forenſium diſceptationum oſtendere voluerint gl. 1. in cap. 2. eodem.

Clericus beneficiatus, aduocans vel procurans contra Eccleſiam, à qua habet beneficium, tanquam ingratus priuari debet beneficio, cap. ſi. & ibi gl. ſi. eodem.

126 Clericus beneficiatus in diuerſis Eccleſijs, non poteſt aduocare pro vna contra aliam: neutram enim debet offendere, niſi ſit prælatus in vna Eccleſia, & in alia habeat ſimplex beneficium; tunc ratione prælationis poſſet aduocare contra aliam, in qua habet beneficium ſimplex, gl. ſi. ibid.

Clericus beneficiatus licite poteſt aduocare contra vnum de Eccleſia, in propria cauſa, quæ non tangit Eccleſiam, gl. ſi. ibid.

Clericus contra Eccleſiam, in qua habet beneficium, poteſt aduocare, ſi Eccleſia fuerit ſibi ingrata, ib.

Clericus poteſt compromittere in cauſa Eccleſiæ, cap. 1. De arbitris.

Clericus poteſt petere in integrum reſtitutionem coram iudice Eccleſiaſtico, aduerſus contractum cum quocumque initum, cap. conſtitutus. De in integr. reſtitut.

Clericus minor poteſt petere reſtitutionem in integrum, ratione læſionis, beneficio ætatis, ibid.

Clericus læſus ex contractu poteſt petere reſtitutionem contra laicum in patrimonialibus coram Eccleſiaſtico iudice, ibid.

Clericus contumax veniens intra annum, & præſtando cautionem de iudicio ſiſti, & expenſas recuperat poſſeſſionem rei in quam miſſus fuit actor cauſa rei ſeruandæ, propter eius contumaciam, cap. quoniam frequenter. §. in alijs. Vt lite non conteſtata.

Clericorum licet non dicantur præbendæ Eccleſiarum, poſſunt tamen agere finium regundorum, propter ius, quod habeat in illis, gl. 1. in cap. 3. De probatio.

Clerici habentes etiam dignitatem, poſſunt eſſe ſyndici, & procuratores clericorum, cap. accedentes. De præſcriptio.

Clericus quilibet poteſt agere ſine mandato pro Eccleſia, ſcilicet repetendo male alienata, cap. nulli, De rebus Eccleſ. non alien. 127

Clericus licite poteſt inſiſtere ad ædificationem Eccleſiæ, in propria perſona, cap. ſi. De homicidio.

Clerici Eccleſiarum, & aliæ Eccleſiaſticæ perſonæ debent ſe opponere pro defenſione locorum, in quibus ſunt inſtituti, cap. generali 13. De elect. lib. 6.

Clerici, vel etiam laici, vſurpantes de nouo cuſtodiam Eccleſiarum vacantium, etiam titulo defenſionis, vel aduocationis, ipſo iure ſunt excommunicati, ibidem.

Clerici debent ſe opponere pro iuribus Eccleſiæ defendendis, imò ſi vocauerint milites ad defenſionem, etiam mors inde proueniens non imputatur eis, gl. opponant. in d. cap. generali. De electione. lib. 6.

Clericus nec pro accuſatore, nec pro reo poteſt aduocare, gl. ad Sacerdotium, in can. aliquantos, diſt. 51.

Clericus non poteſt eſſe accuſator, teſtis, vel iudex, aut notarius, in cauſa ſanguinis, ibid.

Clericus pro Eccleſia, in qua intitulatus eſt, debet ſtare contra quamlibet Eccleſiam, etiam in qua habet beneficium, quia talium fuit ius primæ, gl. beneficia, in can. ſi Imperator, diſt. 96.

Clericus beneficiatus habens duas Eccleſias, non poteſt præſtare patrocinium vni contra aliam: ſi tamen habet adminiſtrationem in vna, poterit contra aliam, gl. n. in can. 1. 1. q. 7.

Clericus in inferiore ordine conſtitutus non debet accuſare clericum in maiori ordine conſtitutum, can. clericus, 2. q. 7.

Clerici exceſſus ſui Epiſcopi, auribus Romani Pontificis deferre debent, can. quapropter, & can. ſi quid, 2. q. 7.

Clerici & laici, ſine examinatione facta prius de eorum vita & opinione, ad Epiſcoporum accuſationem non debent admitti, can. clericos, 2. q. 7. 128

Clericum volens accuſare debet in accuſatione proponere, ea quæ legitime probare potuit, can. ſi quis Epiſcopus, 2. q. 7.

Clericis repetentibus res Eccleſiæ non obſtat conſenſus prælati, gl. ſi. in can. quicumque, 12. q. 2.

Clerici omnes poſſunt agere pro miſerabilibus perſonis, de mandato ſuperioris, gl. 1. in ſumma, 14. q. 1.

Clericus poteſt defendere aliquem in cauſa ſanguinis, gl. intercedere, in cap. 5. 14. q. 6.

Clericus in cauſa criminali, coram iudice ſæculari, non poteſt allegare vel aduocare, niſi ad hoc, vt ſupplicet pro eis, gl. 5. in ſumma, 25. q. 2.

Clericus in cauſa ciuili coram ſæculari iudice non poterit aduocare, niſi pro ſe, & Eccleſia ſua, & miſerabilibus perſonis, & hoc ſiue ſint in ſacris, ſiue in minoribus ordinibus conſtituti, dum modo beneficijs Eccleſiaſticis ſuſtententur: ſed conſtituti in minoribus ſi non habeant beneficium Eccleſiaſticum, poſſunt aduocare, ibid.

Clerici regulares non debent exigere ſalarium, vel munus pro patrocinio impenſo in aduocando, & tanquam vſurarij deponi debent, ibid. 129

Clerici ſæculares, generali Eccleſiæ conſuetudine, poſſunt aduocare, & pro aduocatione impenſa vel impendenda munera exigere, ibid.

Clericus, qui præſtat patrocinium ſuum contra Eccleſiam ſuam, vel ſuum Epiſcopum, poteſt priuari beneficio ſuo, gl. dignus, in can. de forma, 22. q. 5.

Clericus ſi ciuiliter agit, vel agit pro modico crimine, quod non inducit mortem, vel membri abſciſſionem, ſi iudex eum morti tradidit, hoc non nocet clerico, gl. 2. in can. Maximianus, 23. q. 5.

Clericus poteſt eſſe aduocatus pro accuſato de crimine, can. reos, in add. marg. 23. q. 5.

Clericus agens de poſſeſſione recuperanda ad reſtitutionem beneficij ſibi ablati per vim agit nomine proprio: ſecus ſi ageret ad reſtitutionem aliarum rerum Eccleſiæ, cap. in literis. De reſtit. ſpoliat.

Clericus poteſt eſſe procurator, vel ſolicitator in cauſa laici, quod intellige in curia Romana, vel in foro Eccleſiaſtico, ſed non in ſæculari: niſi ad vnum negotium, cap. cum eſſent, 12. De ſimoniis.

Clericus poteſt agere ad æſtimationem iniuriæ ſibi illatæ, & pœna pecuniaria applicatur ſibi, ex quo agit ciuiliter, cap. olim, 7. De iniurijs.

Reliqua in verbo, Aduocare.

130 **CLERICI** Eccleſiæ poſſunt teſtificari in facto Eccleſiæ, & in ipſius fauorem etiam deponendo ſuper facto, vel non facto ab eis collegialiter, cap. tertio loco. De probatio.

Clerici poſſunt ferre teſtimonium in cauſa Eccleſiæ, & non ſunt repellendi ſine rationabili cauſa, cap. inſuper, 6. & ibi gl. 1. & cap. cum nuncius. De teſtib.

Clericus, etiam contra Eccleſiam compellitur teſtimonium dicere, gl. 2. in d. cap. cum nuncius, 12. De teſtib.

Clerici in cauſa laicorum cogi non debent ferre teſtimonium, niſi cum aliæ probationes haberi non poſſunt, gl. pe. in cap. 3. De teſtib. cogend.

Clerici poſſunt ferre teſtimonium pro Eccleſijs ſuis, deficientibus alijs, cap. & ſi Chriſtus. De iureiurand.

Clericus licet interrogatus de facto ſuis reſpondeat extra iudicium, licet ille fur capitaliter puniatur, non efficitur ob id irregularis: nam homicidium non ſuit ſecutum ex conſilio ſuo, gl. 2. in cap. ex literis. De exceſſib. prælator.

Clericus teſtis, qui propter vacillationem incarceratus fuit, infamiam non incurrit, cap. ſuper his. De pœnis.

Clericus poteſt cogi ad teſtimonium dicendum, can. ſtatuendum, 2. q. 6.

Clericus contra laicum poteſt agere ciuiliter de crimine, gl. 1. in can. laicos, 2. q. 7.

Clericus contra laicum non poteſt teſtari in crimine, ibid.

Clerici contra inferiores teſtimonium dicere poſſunt, ſecundum ius commune, can. quia iuxta, §. presbyteri, 5. q. 6.

Clerici inferiores à diaconis, falſum teſtimonium deponentes, ſiue in ciuili, ſiue in criminali, pœnis legalibus ſine delectu debent puniri, d. cap. quia iuxta, §. ſi.

Clerici in cauſa Eccleſiæ recte poſſunt admitti in teſtimonium, can. 1. 14. q. 2.

Clerici non coguntur teſtificari coram quolibet iudice, gl. coram ſe, in can. quamquam, 14. q. 2.

Reliqua in verbo, Beneficiatus, 2.

131 **CLERICVM** accuſare non poterit laicus, gl. detuliſſet, in cap. pe. De præſumptio.

Clericus ſubditus Epiſcopo, poteſt eum deferre apud ſuperiorem impingendo ei crimina, & offerendo ſe paratum ad inquiſitionem promouendam, cap. in noſtra. De procurat.

Clericus videns prælatum ſubmittentem, & ſupponentem bona Eccleſiæ laicis, debet denunciare: alias debet puniri: & ſi voluiſſet non accuſare, nihilominus denunciat: & non obſtante promiſſione obedientiæ, poterit eum accuſare, gl. denunciare, in cap. 2. §. contractus. De rebus Eccleſiæ non alien. lib. 6.

Clerici ſine pœna irregularitatis, poſſunt de ſuis malefactoribus conqueri coram iudice ſæculari, etiam de criminibus, ex quibus debetur pœna ſanguinis, expreſſe proteſtando, quod ad pœnam ſanguinis non intendunt, cap. prælatis. De homicid. lib. 6.

Clerici contra clericos ad accuſandum admittuntur, niſi ſint criminoſi & irregulares: tales tamen bene admittuntur ad accuſationem eorum, qui ſunt eiuſdem ordinis cum eis, vel inferioris, gl. 1. in ſumma, 2. q. 7.

Clericus laicum criminaliter non poteſt accuſare, in vllo crimine, gl. 1. in can laicos, 2. q. 7.

Clericus contra laicum non poteſt teſtari in crimine, ibidem.

Clericus, qui Epiſcopum ſuum calumnioſe accuſauerit, repelli debet: quia infamis eſt, & deponi debet, can. clericus, 3. q. 4.

Clerici ſicut ad accuſationem laicorum non admittuntur: ita nec laici ad accuſationem clericorum, can. ſicut Sacerdotes, 2. q. 7. & can. accuſationes, 3. q. 5.

Clerici carnales repelluntur ab accuſatione ſuorum prælatorum, can. quieſcite, 6. q. 1.

Clerici & laici æquiparantur, quantum ad fiendam probationem contra eos, in caſu in quo accuſantur, gl. 1. in can. 1. 6. q. 2.

Clericus poteſt denunciare laicum de omni crimine coram Eccleſiaſtico, quantum ad iniungendam pœnitentiam, ibid.

Clerici non poſſunt conuenire de crimine per mulierem, teſtimonium, tum quia mulier non eſt, nec poteſt eſſe eiuſdem ordinis, gl. 1. in ſumma, 15. q. 3.

Reliqua in verbo, Accuſare, per totum, Accuſatio, 2. 3.

132 **CLERICVS** conuictus, vel confeſſus de crimine coram iudice ſæculari, ex eo non debet condemnari à ſuo Epiſcopo: ſed coram ſe conuictus vel confeſſus, pœna debita condemnari poteſt ab eo, cap. at ſi clerici. De iudicijs.

Clericus confitens delictum coram iudice ſæculari, non debet propterea directe, nec indirecte condemnari, gl. 5. ibid.

Clericus deprehenſus legitime in aliquo delicto vt dicatur, oportet quod interſint aliqui clerici deprehenſioni, & detentioni per ſpatium viginti horarum: imò etiam per laicos poteſt clericus comprehendi in ipſo facinore, vt ſic per detentionem fiat notorium crimen: & hoc poſſunt facere laici, etiam ſine authoritate prælati, ſi timeatur de clerici fuga, dd. reprob. gl. 1. in cap. cum non ab homine. De iudicijs.

Clericus, poſtquam criminibus ſuis exigentibus efficitur de foro ſæculari, pœna non eſt imponenda ad voluntatem Eccleſiæ: ſed prout videbitur iudici ſæculari: ſufficit enim quod legitimam pœnam imponat, quantumcumque Eccleſia pro eo intercedat, d. cap. cum non ab homine.

Clericus delinquens in aliena diœceſi, ſortitur forum illius Epiſcopi, vbi deliquit, etiamſi delictum ſit tale, quod expoſcat priuationem beneficij, & officij, cap. poſtulaſti. De foro compet.

contra Clericum, in cauſa criminali debent eſſe lucidiores probationes, quam contra laicum, cap. licet, 23. De teſtib.

contra Clericum cum crimen opponitur in modum exceptionis ciuiliter, admittuntur in teſtes, laici & fœminæ indifferenter: ſicut in denunciatione, gl. fœminas, in cap. præterea, eod.

Clerici facientes coniurationem, vel inſidias parantes contra Epiſcopum ſuum, ſunt deponendi, & tradendi curiæ ſæculari vt puniantur: laici vero conſpirationem facientes contra ſuum Epiſcopum, ſunt excommunicandi, & communione priuandi, gl. 5. in cap. ſi. De teſtib. cogend.

Clericus poteſt capi, & retineri in vinculis pro delicto commiſſo, cap. dilectis, 55. De appellat. 133

Clericus quantumcumque criminoſus, non debet in officijs euitari, quamdiu ab Eccleſia toleratur: niſi ſit criminoſus per confeſſionem in iure, vel ſit condemnatus, vel euidentia rei ſit notorium, cap. ſi. & ibi gl. euitari. De cohabit. clericor.

Clericus in alijs criminibus citra fornicationem, non eſt ſuſpenſus ipſo iure quoad alios, quantumcumque crimen ſit notorium, gl. pe. ibid.

Clericus criminoſus crimine ſimoniæ, etiamſi illud ſit occultum, eſt ipſo iure ſuſpenſus, d. gl. pe.

Clericus carcerari poteſt, non ſolum cum agitur de crimine criminaliter, ſed etiam cum agitur de crimine ciuiliter, cap. 1. De depoſito.

Clericus non debet puniri, vel priuari beneficio, ſi principaliter aduerſus eum non agitur ad puniendum delictum periurij: ſed pœna extraordinaria debet affici, vt ſuſpendendo ab officio vel beneficio, cap. peruenit. De fideiuſſor.

Clericus conuictus de delicto periurij debet priuari beneficio, cap. querelam, 10. De iuretur.

Clericus pro homicida habetur, qui pugnantibus arma miniſtrat, dum modo ibi fiant homicidia, gl. ſubminiſtrant, in cap. ita quorundam. De Iudæis.

Clericus conuictus de hæreſi, non debet ſtatim tradi curiæ ſæculari incontinenti, ſed debet prius deponi & degradari, cap. ad abolendam, & ibi gl. 2. De hæretic.

Clericus manifeſte de hæreſi deprehenſus, ſi incontinenti poſt deprehenſionem ad Catholicam veritatem ſponte redierit, & ad arbitrium Epiſcopi ſatisfecerit, euitat pœnam mortis, ibidem.

Clerici apoſtatæ poſſunt incarcerari & detineri in carcere, donec à ſua nequitia reſipiſcant, cap. pe. De apoſtatis.

Clericus ſi interficit aliquem defendendo bona ſua, non punitur ita grauiter, ſicut ſi ſine defenſione interfeciſſet, cap. 2. & ibi gl. ſi. De homicid. 134

Clericus interficiendo aliquem defendendo ſua, irregularis eſt: quia potius debet dimittere bona, quam interficere eum: diſpenſatur tamen cum eo, quòd poſſit habere beneficium ex miſericordia, ſine ordinis executione, d. gl. ſi.

Clericus deponi debet, non ſolum ex homicidio facto, ſed etiam ex ſolo conſilio, auxilio, vel fauore dato ad committendum homicidium, cap. ſicut dignum, 56. §. clericos, De homicid.

Clericus armatus ſi vnà cum aliis vadit ad pugnandum cum aliquo, efficitur irregularis, licet per alios fuerit homicidium perpetratum, nec ipſe appoſuerit manum, ibid.

Clerico non licet occidere latronem pro rebus ſuis conſeruandis, licet aliter eas conſeruare non poſſit: imò potius debet ſuſtinere omnem iacturam rerum, cap. ſuſcepimus, eod.

Clericus licet latronem capere poſſit, ut res ſuas recuperet: ſi tamen res ſuas ſalvas habet, ad hoc procedere non debet, gl. 5. ibid.

Clericus ſua defendendo non debet armis reſiſtere, nec aliquem propter res interficere, ibid.

Clerico non licet occidere etiam nocturnum latronem pro defenſione rerum ſuarum, licet laicis hoc liceat, gl. 2. ibid.

Clericus licite inſtat circa correctionem familiæ ſuæ, etiam moderate verberando: nec caſus inde contingens imputatur ſibi, ſi modum in corrigendo non exceſſit: ſecus ſi exceſſit, cap. ad audientiam, 12., & ibi gl. 1. eod.

Clerico ignoranti non imputatur homicidium commiſſum per conſanguineos fauore clerici: ſecus ſi ſciret, & non contradixerit, cap. per tuas. De homicid.

Clericus quando vehementer ſuſpicatur, quod conſanguinei ejus facient homicidium, optime faciet, ſi expreſſe prohibeat eos ne talem rem attentent, cap. per tuas, 37. De homicid 135

Clerico licitum eſt, pro ſalvandis rebus, maxime Eccleſiaſticis, defenſionem capere, arma movere, & percutere, non tamen ad occiſionem, cap. ſignificaſti, eod.

Clericus irrecuperabiliter debet deponi ab ordine, & privari beneficio, ſi committat rapinam, vel ſit particeps in rapina, cap. 2. De raptorib.

Clericus,

Clericus, qui de crimine publice gloriatur, propter quod ſcan-
dalum ſecutum eſt, ab officio, & beneficio ſuſpendi debet,
cap. quam ſit. De exceſſibus prælat.
Clericus, ſi confiteatur extra iudicium ſe virginem corrupiſſe,
ab officio, & beneficio debet ſuſpendi, ibid.
Clericus, homicidio præſtans authoritatem, vel conſilium di-
recte, vel indirecte, efficitur irregularis, cap. ex literis, eod.
Clericus poteſt dare conſilium in genere, ita dicendo, *fures
taliter puniendi ſunt*: dum tamen potius conſulentis, quam
ſuggerentis vice fungatur, & crimen non immineat de præ-
ſenti, gl. 2. ibid.
Clerici licite poſſunt querelam iudicibus deferre de furibus ci-
viliter, ibid.
Clerici licet in delictis fuerint deprehenſi, non tamen poſſunt
à laicis capi, ſeu detineri ſine licentia prælatorum ſuorum,
nec puniri propter pœnam excommunicationis, gl. 2. in cap.
ex parte, 27. De privileg.
Clericus, quoties in delicto fuerit repertus, toties ab eo debet
exigi pœna, gl. ſi. in cap. 2. De pœnis.
Clerici qui gubernant naues ad pugnam, & qui perſonaliter exer-
cent conflictum, & qui incitant alios ad pugnandum in bello
iniuſto, omnes peccant enormiter, ac deponendi ſunt, cap.
quod in dubijs, eod.
Clerici recte poſſunt hortari ad pugnam, & intereſſe in bello
136 iuſto, dum modo ipſi non pugnent, gl. 1. ibidem.
Clericus poteſt deponi, pro quolibet enormi delicto, d. cap.
quod in dubijs.
Clericus pro magno ſcelere ab eo commiſſo deponi debet, & in
monaſterium detrudi ad agendam pœnitentiam, cap. tuæ diſ-
cretionis, eod.
Clerici de criminibus condemnati, ſi fuerint incorrigibiles, poſ-
ſunt incarcerari, cap. vt famæ. De ſententia excommunic.
Clerici incorrigibiles poſſunt deponi, & tradi curiæ ſeculari, ſed
non ad ſanguinis effuſionem, gl. incorrigibiles, ibid.
Clericus criminoſus captus à iudice laico, ſi petatur remitti ad
iudicem Eccleſiaſticum, debet remitti ei: & ſi dubitetur vtrum
ſit clericus, vel non, pertinet ad iudicem Eccleſiaſticum; in-
terim laicus non procedet in cauſa, cap. ſi iudex laicus. De
ſententia excommunic. lib. 6.
Clericus captus a laico, poteſt opponere exceptionem clericatus
contra eum, & petere vt remittatur ad iudicem Eccleſiaſti-
cum, ibid.
Clericus criminoſus captus pro delicto ſuo, ſi offert dare fideiuſ-
ſores, eſt dimittendus, cap. ſi clericus, eodem.
Clericus ſi propter delictum in monaſterium detruditur ad pera-
gendam pœnitentiam, eius res debent applicari eidem mona-
ſterio, gl. 1. in reg. qui ſentit. De reg. iuris, lib. 6.
Clerici prætextu priuilegij clericalis ſperantes impunitatem ex-
ceſſuum, multa enormia ſolent committere, per quæ diffa-
137 matur Eccleſia, & grauia ſcandala in populo generantur,
clem. 1. De officio Ordin.
Clericis prætextu priuilegij delinquentibus, debet auferri ſpes im-
punitatis, d. clem. 1. & ibi gl. 4.
Clericorum correctio ad Epiſcopum ſuæ diœceſis de iure com-
muni ſpectat, ibid.
Clerici pœnis arcendi ſunt ab inſolentijs, ibid.
Clerici exempti, delinquentes contra locum exemptum, ſubſunt
diœceſano loci: ſecus ſi delinquant in loco exempto clem. 1.
De vita & honeſt. cleric.
Clericus incorrigibilis poteſt compelli & puniri per iudicem
ſecularem abſque alia degradatione, can. nec licuit, diſt.
17.
Clericus quantumcumque criminoſus, non eſt tradendus curiæ
ſæculari, dum modo poſſit corrigi per Eccleſiaſticam pote-
ſtatem, niſi in crimine falſi literarum Apoſtolicarum, gl. ſi. in
d. can. nec licuit, diſt. 7.
Clerici poſſunt pecuniariter punire, & puniri, gl. ſi. in can.
quoniam, diſt. 18.
Clericus, licet ſacris ordinibus ſit decoratus, damnatur & cor-
rumpitur ex iniuſta cauſa, vitaque mala, can. ſicut, diſt. 40.
138 Clericum propter delictum ſtatim puniri ſcandalum eſt, gl. pe.
in can. licet plerumque, diſt. 45.
Clerici poſſunt pro pœnis delictorum ſubiici verberibus, can.
cum beatus, diſt. 45.
Clerici maiores non ſunt verberandi, niſi pro maioribus crimi-
nibus: ſed clerici minores, etiam pro minoribus, gl. 1. ibid.
Clericus poteſt relegari in exilium, gl. exilijs, ibid.
Clericus etiam pro prima offenſa deponi poteſt, can. qui ſemel,
diſt. 50.
Clericus poſt ſuam ordinationem committens crimen de maiori-
bus, vel notorium, depoſitus permanet, can. qui ſemel, & ibi
gl. 1. diſt. 50.
Clericus, qui etiam Paganum occidit, nec in ſuo ordine admini-
ſtrare, nec ad ſuperiores aſcendere poteſt, can. clericum,
diſt. 50.
Clerici falſantes inſtrumenta & falſum teſtimonium dicentes
deponi debent, & in monaſterio recluduntur, can. ſi Epiſco-
pus, diſt. 50.
Clericus licet quandoque propter crimen ſit depoſitus, nihilomi-
nus pro eodem delicto, quando illud eſt enorme, in monaſte-
rio poteſt recludi, ibidem.
Clerici etiam religioſi per lapſum criminis ab officio deponun-
tur: qui ſi poſtea celebrant, communione ſacramentorum vſ-
que ad finem vitæ priuantur, can. accedens, 10. diſt. 50.

Clerici in crimine lapſi, poſt peractam pœnitentiam poſſunt ad 139
ordinem & dignitatem reparari, can. Ioannes, & can. ponde-
ret, diſt. 50.
Clerici lapſi in crimine, poſt pœnitentiam adminiſtrant in ordi-
nibus & dignitatibus, can. quia ſanctitas, diſt. 50.
Clerici, qui poſt lapſum agunt pœnitentiam, ad ordinum admi-
niſtrationem habilitantur, can. quid eſt, & can. contumaces,
diſt. 50.
Clerici non ſunt pro eodem delicto æqualiter puniendi: ſed de-
bet haberi reſpectus ad eorum dignitatem, can. contumaces,
diſt. 50.
Clerici minorum ordinum, aliter puniuntur, quàm clerici maio-
rum, gl. 1. in can. contumaces, diſt. 50.
Clericus lapſus in crimine, de facili non reſtituitur ad priſtinum
ſtatum, & gradum, can. quicunque, diſt. 50.
Clerici idolis thurificantes conditionali coactione, ſi ad fidem
reuerſi fuerint non ficte, ad beneficium reſtituuntur: ſed non
ad officium, niſi ſecum aliter fuerit diſpenſatum, can. preſ-
byteros, diſt. 50.
Clerici idolis thurificantes abſoluta coactione, ad omnia ſunt
reſtituendi, ibid.
Clerici idolis ſponte thurificantes, nunquam ſunt reſtituendi ad
clerum, ibid.
Clericus leuius punitur quoad ſolemnitatem pœnitentiæ, quam
laicus, pro eodem delicto. can. confirmandum, diſt. 50.
Clericus pro crimine publico, non pro priuato poteſt facere pœ-
nitentiam: ſed non ſolemnem, niſi ſit depoſitus, gl. 1. ibid.
Clerico cuiuſcumque ordinis, non debet imponi pœnitentia ſo- 140
lemnis, can. illud, 60. diſt. 50.
Clericus percutiens aliquem, ita vt eruat oculum ei, officio eſt
deponendus, can. ſi. diſt. 55.
Clericus, qui non eſt ſufficienter punitus pro delicto, propter
grauitatem exceſſus, ex ſola diſpoſitione poteſt etiam detrudi
in monaſterio, ibidem.
Clericus propter crimen debet deponi, & in loco congruo ad
pœnitentiam detrudi, can. Sacerdos, diſt. 81.
Clericus de adulterio conuictus, vel confeſſus, depoſitus à cle-
ricatus ordine, debet detrudi in monaſterium toto ſuæ vitæ
tempore, can. ſi clericus, & can. Romanus, diſt. 81.
Clericus propter crimen fornicationis, periurij, homicidij, aut
furti deponitur: ſed non debet priuari communione, can.
presbyter, diſt. 81.
cum Clericis ſummacis diſpenſatur quandoque, vt laicam ha-
beant communionem: & miniſtrant quandoque in minoribus
ordinibus conſtituti: quandoque remanent in acceptis, gl. 1.
in ſumma, 1. q. 1.
Clerici ab hæreticis reuertentes, non recipiuntur cum clericatu
vel Sacerdotij dignitate: quia eorum Sacerdotes non ſunt di-
gni Chriſti honoribus, can. Arianos, 1. q. 1.
Clerici in quocumque ordine conſtituti, ſi fuerint facti hæreti-
ci, ab hæreſi ad Eccleſiam redeuntes, in ordine, in quo in-
ueniuntur, ex beneficio permaneant: adempta eis ſpe omnis
promotionis can. omnes, 112. 1. q. 1.
Clericis, conſanguineorum ſuorum maleficia, in nullo obſunt,
niſi fuerint conſcij, can. quia præſulatus, 1. q. 4.
Clerici in Eccleſia Catholica ordinati, in hæreſim lapſi, ſi re-
uertantur ad Eccleſiam, debent admitti tantum ad laicam
communionem, ſed non ad ordines ſuos: ex diſpenſatione
tamen, & pietate matris Eccleſiæ, recte poſſunt admitti, can.
1. & ibi gl. 1. 1. q. 7.
Clericus vbi propter crimen eſt damnatus ad pœnam exilij, le-
gitima cauſa non ſubſiſtente, non videtur quod poſſit ab exi- 141
lio reuocari, can. in primis, 2. q. 1.
Clericus de crimine ciuiliter conuictus, infamatur per ſenten-
tiam latam in ipſum à laico per reconuentionem, gl. ſæculari,
in can. multi, 2. q. 1.
Clericus ſi coram iudice ſuo ſit infamatus, Epiſcopus præfiget
tempus volentibus accuſare: & ſi accuſatores apparuerint,
canonice ſunt audiendi, gl. ſuſpendatur, in add. in can. preſ-
byter ſi 2. q. 5.
Clericus infamatus ſi ſit, nec appareat accuſator, & mala fama
crebreſcit, tunc Epiſcopus vocatis Eccleſiæ Senatoribus, pro-
cedet ad inquiſitionem, & ipſemet Epiſcopus inducet teſtes
contra eum, & ſi fuerit conuictus, canonice punitur: ſed ſi
non conuincatur, & mala fama perduret, admoneat eum
ſeorſum, & poſtea coram teſtibus, ut ſe corrigat: quod ſi
non fecerit, tunc ſuſpendet eum vſque ad dignam ſatisfa-
ctionem, ibid.
Clericus infamatus de crimine, non debet ſtatim à principio
ſuſpendi, niſi enormitas delicti, vel ſcandalum hoc expoſcat:
& tunc eſt digna ſatisfactio, vt purget ſe adiuncto ſibi legi-
timo numero ſociorum ſui ordinis, vel ad arbitrium ſui
Epiſcopi, vt eo deficiente in purgatione, puniatur: & pu-
niat eum tanquam conuictum & confeſſum, ibidem.
Clericus in crimine conuictus, remouetur ab ordine: ſi vero ci-
uiliter tantum, ab adminiſtratione, gl. ſi. in can. ſi. 3. q. 2.
Clericus efficitur infamis, ſi inſidiatur Epiſcopo ſuo, can. cleri-
cus, 3. q. 4.
Clericus perſecutor Epiſcopi non debet tradi curiæ ſæculari, can.
hi qui, 3. q. 4.
Clericus in eadem ſpecie delicti, magis delinquit, & grauius pu- 142
nitur quam Monachus, can. accuſatoribus. 3. q. 5.
Clericus, pro delicto poteſt puniri pœna legali, can. dignum,
3. q. 9.

Clerici ſuſpecti pro delicto, poſſunt torqueri non à laico, ſed ab Epiſcopo, gl. ſi. in can. illi qui, 5. q. 5.
Clerici in minoribus conſtituti indiſtincte pro quolibet crimine verberibus ſubjiciuntur: ſed majores; non niſi pro enormibus, ibid.
Clerici licet torqueantur pro delicto, non tamen pro teſtimonio dicendo, d. gl. ſi.
Clericus puniri debet pro eodem delicto, ſimili pœna, qua punietur laicus pro eodem delicto ex legis civilis diſpoſitione, can. quia juxta. 5. q. 6.
Clericus pro crimine depoſitus non reſtituitur ab Epiſcopo: ſecus ſi pro contumacia, gl. 1. in can. ſi quis presbyter, 7. q. 1.
Clerici puniuntur verberibus; inter eos tamen eſt acceptio perſonarum, quia clerici minores puniuntur quadraginta ictibus, majores vero triginta, can. nullus clericus, 2. 11. q. 1.
Clerici teſtimonium adverſus laicum in cauſa criminali, nemo debet recipere, can. teſtimonium, 11. q. 1.
Clericus qui ſuo Epiſcopo fuerit inobediens, aut ei inſidias paravit, aut contumeliam, aut calumniam, vel convitia intulit, convictus, ſi fuerit depoſitus, curiæ tradendus eſt, can. ſi quis Sacerdotum, 11. q. 1.
Clerici vel Monachi conjurantes, vel conſpirantes, ſunt deponendi à proprio gradu, ca. conjurationum, 11. q. 1.
143 Clerici ſi fuerint convicti conjurationem feciſſe, juxta qualitatem perſonarum ſunt puniendi, can. ſi quis clericorum, 11. q. 1.
Clericus, qui Epiſcopo inſidiatur, remotus à clero, curiæ tradi debet, can. ſtatuimus, 11. q. 1.
Clericus propter inſidiationem factam Epiſcopo depoſitus infamis eſt, abſque ulla ſpe reſtitutionis, ibid.
contra Clericum de crimine ad depoſitionem beneficii quando agitur, ſolus Epiſcopus cum clericis ſuis poteſt cognoſcere, gl. 1. in ſuum, 15. q. 7.
contra Clericum de crimine criminaliter ad depoſitionem ordinis quando agitur, non poteſt Epiſcopus deponere presbyterum, niſi cum ſex Epiſcopis, Diaconum cum tribus, reliquos clericos ſolus Epiſcopus poteſt deponere, ibid.
Clericorum cauſas criminales Epiſcopus non debet audire, niſi cum ſenioribus Eccleſiæ, can. ſi quid, 15. q. 7.
Clericus ſi accuſetur, quod deliquerit cum moniali, poteſt ſe expurgare cum mulieribus, gl. 2. in can. in decima, 18. q. 2.
Clericus ſi repellatur a dignitate obtinenda propter teſtimonium mulierum, multo magis per eas expurgare ſe poteſt, ibid.
Clericus ſi non poteſt habere alios compurgatores clericos, poteſt per honeſtos laicos ſe purgare, ib.
Clerici propter hæreſim ſiunt de foro ſæculari, & poſſunt puniri à ſæculari, gl. 2. in can. 1. 23. q. 5.
Clericos incorrigibiles poteſt judex ſæcularis corrigere, gl. intento, ibid.
Clerici poſſunt puniri virgis, gl. ſi. ibid.
144 Clericus potius debet permittere ſe occidi, quàm quod ipſe occidat, gl. ſi. in can. unum, 23. q. 5.
Clerico non imputatur, ſi ad defenſionem ſui juris vocat milites, & aliquis ibi occidatur, gl. Paulus, in can. de occidendis, 23. q. 5.
Clericis licitum eſt exponere legem vel canonem de interficiendo, ſed non licet conſulere præcife, gl. Archiepiſcopus, in can. perſonam, 23. q. 8.
Clericus aliquis ſi peccaverit, ſtatim prima vice poteſt expelli, gl. facile, in can. quod ſi. 27. q. 1.
Clerici deficientes deteriores ſunt laicis, gl. gloriam, in can. quis aliquando. De pœnitent. diſt. 2.
Clericus in ſacris, in hæreſi deprehenſus, & propter hoc perpetuo immurandus, prius debet a ſuis ordinibus degradari, extravag. quod ſuper nonnullis, Alexand. 4.
Clericus ſæcularis, vel regularis, extra monaſterium degens, etiam ſui ordinis privilegii prætextu non debet tutus cenſeri, quominus ſi deliquerit, ab Ordinario loci, tanquam ſuper hoc à ſede Apoſtolica delegato, ſecundum canonicas ſanctiones viſitari, puniri, & corrigi valeat, Concil. Trid. ſeſ. 6. cap. 3. De reform.
pro Clerico haberi non debet, qui poſt delictum commiſſum aſſumpſit tonſuram, cap. ex parte, 27. De privileg.

Reliqua in verbo, Crimen, per totum, Maleficium, Sacerdos, 32. uſque 36. Sodomia.

145 **CLERICUM** etiam depoſitum non poteſt punire laicus, niſi ſit incorrigibilis, niſi in crimine falſi, gl. ſi. in cap. quoniam De officio Ordin.
Clericus non debet deponi, vel beneficio privari, eo quod reconventus de crimine civiliter, quod infamiam irrogat coram judice ſæculari, & condemnatus ſit: ſed quia ex tali condemnatione ejus opinio gravata eſt, poteſt ab Epiſcopo pœna extraordinaria puniri, non ordinaria: niſi aliud probaretur coram Epiſcopo, gl. non teneat, in cap. at ſi clerici, de judiciis.
Clericus depoſitus non ſtatim eſt effectus de judicio ſæculari: retinet enim privilegium, niſi aliud interveniat, d. cap. at ſi clerici, §. de adulteriis.
Clericus non debet degradari, & tradi curiæ ſæculari, propter omne crimen depoſitione dignum, ibid.
Clericum depoſitum non debet Epiſcopus indifferenter tradere curiæ ſæculari, niſi fuerit incorrigibilis, & poſtmodum creſcente contumacia, tradere debet curiæ ſæculari, d. §. de adulteriis, & ibi gl. ſi.

Clericus depoſitus incorrigibilis excommunicandus eſt, & ſucceſſive anathematizandus, & ſi ſic non reſipuerit, per judicem ſæcularem comprimendus eſt, cap. cum non ab homine. De judiciis.
Clericus non ſolum conſtitutus in ſacris, ſed etiamſi ſit inferioris gradus, cujuſcumque ſit ordinis, venit deponendus ratione delicti, ibid.
Clericus poteſt deponi pro furto, homicidio, & perjurio, ibid.
Clericus etiam depoſitus pro crimine cauſante irregularitatem, ut eſt homicidium, non perdit ipſo facto privilegium fori: imò remanet ſub juriſdictione Eccleſiæ: ſed degradatio, actualis, ipſo facto privat omni privilegio Eccleſiaſtico, vel ſecuta irregularitate poſt depoſitionem, ibid.
Clericus pro ſimplici homicidio, vel furto, non traditur ſtatim curiæ ſæculari, ibid. 146
Clericus excommunicatus debet deponi, gl. probatum, in cap. veritatis, De dolo, & contum.
Clericus, in modum inquiſitionis poteſt deponi propter homicidium, cum alias in modum inquiſitionis non debeat deponi, ibid.
Clericus non debet deponi ad libitum Epiſcopi, nec etiam concilii provincialis, ſed debet ſubeſſe legitima cauſa cap. 3. De re judic.
Clericus dicitur per depoſitionem removeri à gradu ſuo: non tamen per hoc perdit characterem impreſſum in anima, ibid.
Clericus etiam depoſitus tenetur vivere ſecundum regulam Eccleſiaſticam, gl. non poteſt, in cap. Joannes, De clericis conjugat.
Clericus deponendus eſt non ſolum propter homicidium voluntarium, ſed etiam caſuale, ſi culpa præceſſit homicidium, cap. presbyterum, De homicid.
Clericus depoſitus non poteſt in Eccleſia lectiones legere, nec reſponſoria in choro, cap. ſicut dignum, §. clericos ſeparatim cantare, eod.
Clericus vel alius religioſus manifeſte in hæreſi deprehenſus, totius Eccleſiaſtici ordinis prærogativa denudatus, & ſic omni officio, & beneficio Eccleſiaſtico ſpoliatus curiæ ſæculari tradi debet puniendus, arbitrio ſuo, cap. ad abolendam, De hæret.
Clericus depoſitus habet privilegium clericale, quia tenetur vivere clericaliter, quamvis ſit depoſitus: qui ſi clericaliter vivat, gaudet privilegio clericali, gl. prærogativa, ibid.
Clericus depoſitus, ſi fuerit incorrigibilis, non ſolum perdit privilegium clericale, ſed etiam curiæ ſæculari traditur, ibid. & gl. relinquatur, ibid.
Clericus de hæreſi deprehenſus, perdit privilegium clericale, niſi revertatur, ibid. 147
Clericus ſtatim poſt depoſitionem relinquitur curiæ ſæculari ponendus, in tribus caſibus; ſcilicet in crimine hæreſi, in crimine falſi, & cum propter calumniam, vel contumeliam, quam intulit Epiſcopo ſuo, aliquis depoſitus eſt: ſed in aliis caſibus depoſitus non traditur curiæ ſæculari ſtatim, imò tenetur vivere clericaliter, & gaudet clericali privilegio, gl. relinquatur, ibid.
Clericus depoſitus celebrans excommunicari debet, cap. 1. De clerico excommunicato miniſtr.
Clericus depoſitus divinum miniſterium ulterius attrectare non debet: alias debet puniri, ibid.
Clericus, etiam injuſte depoſitus, celebrans debet excommunicari, niſi fuiſſet prius reſtitutus, aut ſententia depoſitionis contra eum fuiſſet lata contra ordinem juris, gl. 2. ibid.
Clericus degradatus, vel ſuſpenſus celebrans, & monitus non deſiſtens excommunicatur: etſi nec ſic deſiſtat, per ſæcularem poteſtatem ad requiſitionem Eccleſiæ exilio damnatur, cap. 2. eod.
Clericus depoſitus ſolemniter, publice pœnitere poteſt, gl. 3. in cap. quæſitum, De pœnit. & remiſſ.
Clericus depoſitus, actualiter degradatus traditus curiæ ſæculari, perdit omne privilegium clericale, gl. 2. in cap. contingit, eod.
Clericus verbaliter depoſitus, incorrigibilis perdit privilegium: ſecus ſi ſit corrigibilis, ibid.
Clericus traditur curiæ ſæculari, quia degradatur poteſtate ſæculari præſente, cui denunciatur ut in ſuum forum recipiat illum, cap. novimus, de verb. ſignif. 148
Clerici incorrigibiles penitus, & deprehenſi in crimine hæreſis, vel falſi, degradati actualiter traduntur curiæ ſæculari, gl. tradatur ibid.
Clerici pro quolibet magno peccato deponi poſſunt, quod non eſt ita in imperatore, qui non debet deponi, niſi ex maxima cauſa, gl. graviſſima, in cap. ad Apoſtolicæ. §. ſed licet. De re judic. lib. 6.
Clericum in quibuſcumque ordinibus conſtitutum, propter crimen hæreſis, ſolus Epiſcopus ejus degradare poterit, cap. 1. De hæretic. lib 6.
Clericus traditur curiæ ſæculari pro crimine hæreſis, ibidem.
Clericus pro crimine hæreſis degradandus eſt, etiamſi non debeat tradi curiæ ſæculari, ſed perpetuo carceri deputari, ibid.
Clericus depoſitus ab officio, & beneficio, nihilominus remanet ſub juriſdictione judicis Eccleſiaſtici, can. eos qui, diſt. 32.
Clericus, qui uſuras accipere deteguur, degradari debet, can. ſi quis clericorum, diſt. 47.
Clericus depoſitus celebrans in officio ſuo privatur communione ſacramentorum in reliquum tempus vitæ ſuæ, can. accedens, 20. diſt. 50.

10. diſt. 50.

Clericum depoſitum compellere poteſt ſuperior, ut caueat de non adminiſtrando amplius in ordinibus ſuis: ſufficit tamen cautio de manu ſua propria, ibid.

Clericus degradatus, ſemper retinet ordinem, id eſt characterem, non tamen retinet executionem, gl. 1, ibid.

149 Clericum degradatum percutiens incidit in canonem, ſaltem in memoriam priſtinæ dignitatis, ibid.

Clericus degradatus, cum characterem retineat, conficere poteſt, dd. reprob. gl. 1. ibid.

Clericus depoſitus non debet eſſe in clericatu, & ſic videtur quod non debeat gaudere privilegio clericali, can. ut conſtituantur, diſt. 50.

Clerici poſſunt deponi ab officio pro gravi culpa, can. confirmandum diſt. 50

Clericus depoſitus poteſt facere ſolemnem pœnitentiam, gl. 1. ibid.

Clericus depoſitus actualiter, non gaudet priuilegio clericali: ſed depoſitus verbaliter, gaudet eo priuilegio, gl. fi. in can. nulli, diſt. 50.

Clerici ſimoniaci deponuntur, & ſunt infames, & accepta tenentur reſtituere, gl. 1. in ſumma, 1. q. 1.

Clericum ſolemniter degradatum, ſolus Papa poteſt reſtituere: ſecus ſi ſolo verbo fuiſſet depoſitus, gl. ac reſtitutionibus, in can. ideo. 2. q. 6.

Clericus depoſitus regulariter non traditur curiæ ſæculari, niſi eſſet poſt excommunicationem contumax; ſpeciali tamen iure depoſitus ſtatim traditur curiæ ſæculari, ſi ſit falſarius literarum Apoſtolicarum, gl. 1. in can. ſi qui ſunt, 2. q. 7.

Clericus depoſitus non eſt ſtatim curiæ ſæculari ſubiectus, niſi aliter tradatur, can. clericus, 3. q. 4.

Clericum depoſitum poteſt reſtituere inferior à Papa, quando depoſitio fuit nulla, can. irritam, 3. q. 6.

Clericus depoſitus verbaliter gaudet priuilegio clericali, & ideo non poteſt conueniri coram ſæculari: ſed actualiter depoſitus, cum ſit exauthoratus actualiter, poteſt conueniri coram ſæcula-
150 ri, vt quilibet laicus, gl. in can. clericum, 11. q. 1.

Clericus depoſitus propter infeſtationem ſeu inſidiationem factam Epiſcopo, debet tradi curiæ ſæculari, vt ibi perpetuo ſeruiat, can. ſtatuimus, 11. q. 1.

Clericum depoſitum non debet Epiſcopus tradere curiæ ſæculari, gl. tradere, in can. 1. 14. q. 6.

Clerici fures captos in domo ſua poſſunt tradere curiæ, non vt puniantur ad ſanguinis effuſionem: ſed alio modo, ibid.

Clerici in ſacris etiam presbyteratus, propter grauia delicta ab eis commiſſa poſſunt deponi, & curiæ & ſæculari tradi. Concil. Trident. ſſ. 13. De reform. cap. 4.

Clerici ante ſententiam depoſitionis, vel ſuſpenſionis prælati non debent ei denegare obedientiam, g. 1. in ſumma, & can 1. 8, q. 4.

Clerici non tenentur ad obedientiam prælati depoſiti, vel ſuſpenſi à canone,, putà in criminibus ſimoniæ, hæreſi, & notorio fornicatore, ibid.

Clerici tenentur obedire prælato, qui ſententialiter depoſitus vel ſuſpenſus fuit, dum interim à tali ſententia poteſt appellare, & etiam poſt appellationem pendente appellatione, & ſententia excomunicationis eo tempore lata per talem prælatum tenet, gl. 1. in ſumma, 8. q. 4.

Reliqua in verbo, Deponere, Depoſitio, Depoſitum, 1. 2.

151 CLERICUS ſuſpenſus propter vitium incontinentiæ, ſi celebrauerit diuina, non ſolum debet priuari beneficijs, ſed etiam pro duplici culpa debet perpetuo deponi, cap. ut clericorum. De vita & honeſtat. cleric.

Clericus quilibet exiſtens in peccato mortali, quoad ſe ipſum eſt ſuſpenſus, cap. fi. eod.

Clericus exiſtens in peccato mortali, non debet in officijs euitari, quia quoad alias non eſt ſuſpenſus, niſi huiuſmodi peccatum ſit notorium per ſententiam, vel confeſſionem factam in iure, aut per euidentiam rei, quæ aliqua tergiuerſatione celari non poteſt, d. cap. fi.

Clericus ſuſpenſus vel remotus ab officio, cum beneficium ſit ſequela, cenſetur remotus vel ſuſpenſus etiam à beneficio, niſi ſpecialiter ei conſeruaretur beneficium in ſententia, gl. fi. in cap. latoris, De clerico excommunicato.

Clerici interdicti potius debent legere horas canonicas, quàm cantare, cap. quod in te, De pœnitent., & remiſſ.

Clerici ſæculares, non ſeruantes interdictum, vel ceſſationem à diuinis, quæ ſeruat matrix Eccleſia, non ligantur per clem. 1. gl. religioſi. De ſententia excommun.

Clericus ubicumque eſt ſuſpenſus ipſo iure, & notoria eſt ſuſpenſio, licitum eſt ei ſubtrahere obedientiam, gl. 1. in can. nullus diſt. 32.

Clericus non incurrit irregularitatem, ſi aliquem interfecit, ni ipſe interficiatur, ſecus ſi ad defenſionem alterius, vel rerum ſuarum, vel ubi neceſſitas fuit euitabilis, gl. fi. in cap. ſicut dignum, §. fi. De homicid.

152 Clericus nullam irregularitatem incurrit, ex quo non fuit in homicidio commiſſo, & de iure communi poteſt promoueri, gl. fi. in cap. lator. eod.

Clericus dans iudici ſæculari interſignia furis, à quo fuit vulneratus, irregularis non eſt; licet ille poſtmodum occidatur, cap. tua nos. §. fi. eod.

Clericus irregularis dicitur non ſolum qui occidit, ſed etiam qui conſuluit occidere, gl. fi. in can. periculoſe. De pœnitent. diſt. 1.

Clericus irregularis dicitur, qui tradit furem, vel maleficum iudici, qui poſtea fecit eum iuſte occidere, ibid.

Clericus homicida mentalis, hoc eſt qui voluit occidere, & & non occidit, quia non potuit, non eſt irregularis, gl. fi. in can. periculoſe, diſt. 1.

Clerici, ſine pœna irregularitatis poſſunt de ſuis malefactoribus conqueri coram iudice ſæculari, etiam de criminibus, ex quibus debetur pœna ſanguinis, expreſſe proteſtando, quod ad pœnam ſanguinis non intendunt, cap. prælatis. De homicid. lib. 6.

Reliqua in verbo, Excommunicatus, 26. uſque 29. Suſpenſus, Interdictus.

CLERICUS concubinarius non incurrit irregularitatem, cap. 153
pe. De bigam.

Clericus habens publice concubinam privatur beneficio, cap. ex parte, 7. De teſtib.

Clerici tertio moniti ſi concubinas non dimiſerint, debent ſuſpendi à beneficiis; & ſi ſe non corrigant, debent deponi cap. ſicut ad extirpandas, & cap. ſi autem. De cohabita. clericorum.

Clericus propter concubinatum non debet incontinenti privari beneficio, ſed primo debet moneri, ſecundo ſuſpendi, tertio privari; intellige de concubinario tolerato ab Eccleſia: ſed ſi ſit notorius concubinarius, vel condemnatus per ſententiam, tunc ipſo iure eſt ſuſpenſus, d. cap. ſicut, & ibi gl. 2.

à Clerico fornicario quamdiu toleratur, nec habet operis evidentiam, licite audiuntur divina, & percipiuntur Eccleſiaſtica Sacramenta, cap. veſtra, eod.

à Clerico notorio fornicario abſtinendum eſt omnibus domeſticis parochianis, & aliis recipere Eccleſiaſtica Sacramenta, & audiri divina, non quia in Sacramento ſit defectus, ſed ad ipſorum fornicatorum emendationem, ibid.

à Clerico fornicario condemnato canonice, nullus debet andire divina, cap. veſtra, & ibi gl. canonice, eod.

à Clerico fornicario pene occulto, ſeu ab Eccleſia tolerato, licitum eſt abſtinere divina audire, & recipere Sacramenta bono zelo: ut per hoc ad pœnitentiam revertatur: ſed ex contemptu, non debet quis abſtinere ab officiis talis clerici, gl. talium, ibid.

Clerici fornicatio ſi eſt ita publica, quod tranſit in notorium, 154
nec accuſator, nec teſtis neceſſarius eſt, cap. tua nos, eod.

Clerici fornicatio ſi eſt publica per ſolam famam, non ſufficiunt ad condemnationem ſola teſtimonia, hoc eſt teſtium dicta non iuratorum: ſed ſi ex hoc oriretur ſcandalum, indicitur ei purgatio, in qua deficiens canonice punitur, ibid.

Clericus concubinarius in officiis vitandus non eſt, niſi ſit notorius, cap. fi eod.

à Clericis notorie fornicatiis non ſunt audienda Miſſarum ſolemnia, intellige quando talis publice fornicator eſt publiee denunciatus, vel in aliquo caſu, de quo in extravag. *ad evitanda ſcandala*, dd. in cap. alma mater. De ſententia excommunicat. lib. 6.

Clerici in minoribus, ſi carnis vitio continere non valent propter conſuetudinem, non debent promoveri, cap. 3. De clericis conjugat.

Clericus ſæcularis retinens concubinam dicitur committere ſacrilegium, can. de his. diſt. 28.

Clerici in ſacris conſtituti, ſi habuerint publicas concubinas, nullus eorum Miſſam audiat, & ut facilius poſſint ſervare continentiam præcipitur eis, vt extranearum fœminarum familiaritatem vitent, gl. 2. in ſumma, diſt. 32.

Clericus concubinarius non eſt ſuſpenſus directa ſuſpenſione, quæ dirigitur ad ipſum, ſed indirecta, quæ infertur & refertur circa ſubiectos: non tamen prohibet ſacerdoti concubinario celebrare, can. nullus, diſt. 32.

de Clerici fornicatione, ſiue ſit notorium per ſententiam, ſiue per confeſſionem, ſiue per rei euidentiam, talis clericus vitari debet in ſuo officio celebrans, gl. 1. ibid.

Clericus notorie concubinarius eſt ſuſpenſus directe etiam,
quoad ſe, cum prohibeatur Miſſam cantare, can. præter hoc, 155
diſt. 32.

Clerici notorie concubinarii ſuſpenſio non ſolum refertur ad ſacerdotes, ſed etiam ad alios in ſacris exiſtentes: vt ſicut ſacerdos non debet adminiſtrare Miſſam celebrando, ita nec illi adminiſtrare in ſuo ordine, de can. præter hoc, diſt. 32.

Clericus concubinarius non ſolum eſt excluſus à poteſtate celebrandi Miſſam, ſed etiam à poteſtate ſtandi in choro tempore celebrationis diuinorum, ibid.

Clericus concubinarius manifeſte non debet recipere fructus beneficiorum ſuorum, cum ipſe ab officio ſit ſuſpenſus, ibid.

Clericus fornicarius ab ingreſſu Eccleſiæ ſuſpenſus eſt: & ſi fuerit notorius, non debet audiri eius officium, can. ſi qui ſunt, diſt. 81.

Clericus & miniſter ſacrorum, ſi fornicationem commiſit, & agat pœnitentiam, ex diſpenſatione poteſt remanere in ordinibus, gl. 1. in ſumma, diſt. 82.

Clerici hodie pro fornicatione deponi non debent, niſi in ea perdurent: quia hodie ſunt fragiliora noſtra corpora, quam erant olim: & idem dicendum eſt de quolibet crimine, gl. 1. in can. fi. diſt. 82.

Clericus fornicarius per duos teſtes conuincitur, & accuſator non probans punitur pœna talionis, can. 2. 2. q. 4.

Clerici concubinarij non debent comedere bona Eccleſiæ, gl. 5. in can. ſi. 10 q. 2.

Clericorum concubinæ ſunt de foro Eccleſiaſtico, gl. in add. marg. in can. clericum, 25. q. 1.

156 Clerici concubinarij omnibus beneficiis Eccleſiaſticis ſunt ipſo facto priuati, & illa poſſunt per quoſcumque impetrari: & deinceps inhabiles redduntur ad alia beneficia obtinenda, niſi inhabilitas ſua ante per literas ſedis Apoſtolicæ aboleatur extrauag. ſi diligenter, Nicolai quinti.

Clericorum nomine indigni ſunt illi, qui in impudicitiæ ſordibus, & immundo concubinato verſantur. Concil. Triden. ſſ. 25. De refor. cap. 14.

Clerici & miniſtri Eccleſiæ, ad eam quam decet continentiam, ac vitæ integritatem reuocari debent, d. cap. 14.

Clerici prohibentur concubinas, vel alias mulieres, de quibus poteſt haberi ſuſpicio, in domo, vel extra detinere, aut cum his vllam conſuetudinem habere: alioquin ſunt puniendi pœnis a ſacris canonibus & ſtatutis Eccleſiæ impoſitis, Conc. Trid. 25. De refor. cap. 25.

Clerici moniti à ſuperioribus, ſi ſe non abſtinuerint à concubinis, & aliis mulieribus, cum quibus habetur ſuſpicio tertia parte fructuum obuentionum ſuorum beneficiorum, ac penſionum ipſo iure ſunt priuati, quæ debent applicari fabricæ, aut alteri pio loco, arbitrio Epiſcopi, Concil Trid. ſſ. 25. De refor. cap. 14.

Clerici moniti, & etiam tertia parte fructuum priuati, eo quod ſe non abſtinuerint à concubinis, vel aliis mulieribus, ſi adhuc perſeuerauerint in eodem delicto cum eadem fœmina, vel alia, & ſecundæ monitioni non paruerint, eo ipſo priuantur omnibus fructibus beneficiorum, penſionibus applicandis fabricæ Eccleſiæ, vel alteri pio loco, & etiam ab adminiſtratione ipſorum beneficiorum vſque ad tempus quod Ordinario videbitur, debent ſuſpendi, ibid.

Clerici etiam ſuſpenſi ab adminiſtratione beneficiorum ob delictum concubinatus, ſi adhuc non expellant concubinas, vel fœminas ſuſpectas, & cum his etiam verſantur, priuari debent beneficiis, portionibus, & officijs, & penſionibus Eccleſiaſticis, & indigni quibuſcumque honoribus, dignitatibus, officiis Eccleſiaſticis redduntur, donec poſt manifeſtam vitæ emendationem ab eorum ſuperioribus fuerint diſpenſati, ibid.

Clerici, ſi poſtquam concubinas ſemel dimiſerunt, intermiſſum conſortium repetere, aut alias huiuſmodi mulieres ſcandaloſas ſibi adiungere auſi fuerint, ultra pœnas priuationis fructuum, & beneficiorum, etiam excommunicationis pœna debent puniri, ibid.

de Clericorum concubinatu cognitio non pertinet ad decanum, nec ad archidiaconum, vel alios inferiores, ſed ad Epiſcopos ipſos, qui ſine ſtrepitu, & figura iudicij, & ſola facti veritate inſpecta, procedere poſſint, d. cap. 14.

Clerici concubinarij beneficia Eccleſiaſtica vel penſiones non habentes, iuxta delicti concubinatus perſeuerantiam, & qualitatem, ab ipſo Epiſcopo carceris pœna, vel ſuſpenſione ab ordine, ac inhabilitate ad beneficia obtinenda, aliisve modis, iuxta ſacros canones puniri debent, d. cap. 14.

Reliqua in verbo, Concubina, Concubinarius, Fornicatio, Fornica-rij, Prælatus, 6. Presbyter, 7.

157 CLERICI non debent in domo tenere mulieres, niſi ſint conſanguineæ, vel non ſuſpectæ, can. interdixit diſt. 32.

Clerici retinentes domi mulieres prohibitas, peccant mortaliter, ibid.

cum Clericis habitare conſanguineas permiſſum eſt, ibid.

Clerici debent diligere mulieres bonas, dilectione mentali, non corporali, can. hoſpitiolum, diſt. 32.

Clericorum nimia familiaritas cum mulieribus, etiam ſibi coniunctis quocumque proximo gradu, prohibita eſt, can. quorundam, diſt. 32.

Clerici non debent retinere mulieres in habitationibus ſuis, can. erubeſcant, diſt. 32.

Clerici poſt ſacros ordines luxuriantes, & conuicti, & confeſſi, ab officio clericali deponuntur: niſi Epiſcopus cum illis diſpenſet, can. peruenit, & ibi gl. 1. diſt. 50.

Clericus poſt ordinationem vitium carnis committens, ab officio deponitur, can. ſi poſt ordinationem, diſt. 50.

Clericus matronarum domicilia frequentans debet deponi, can. clericus ſolus, diſt. 81.

Clericus non debet cohabitare cum extranea fœmina, niſi ſoror aut proxima fuerit, & hoc fiat cum magna ſolicitudine, can. ſed ſi forte, diſt. 81.

Clericus de quacumque fœmina crimine fornicationis ſuſpectus, ſi poſt primam, ſecundam, & tertiam admonitionem inuentus fabulari cum ea, & aliquo modo conuerſari, debet excommunicari, & mulier debet canonice puniri, can. ſi quiſpiam, diſt. 81.

158 Clerici non poſſunt cohabitare cum fœminis, quæ ſunt ſuſpectæ, gl. 5. in can. volumus, diſt. 81.

Clerici cum mulieribus conſanguineis uſque ad ſecundum gradum in linea tranſuerſali habitare poſſunt: ſed in linea aſcendente vel deſcendente uſque ad ſeptimum, vel hodie uſque ad quintum gradum, gl. 5. ibid.

Clerici habitare poſſunt cum fœminis conſanguineis, etiam ultra ſecundum gradum, ſi ſuſpectæ non ſint, ut quia ſint ſenes: ſecus ſint ſuſpectæ, ut quia iuuenes, ibid.

Clericus debet loqui cum talibus mulieribus, & in tali loco, & tempore, quòd omnis ſuſpicio remoueatur, can. in omnibus, diſt. 81.

Clericum ſolum accedere ad mulierem ſolam nulla religionis ratio permittit, ibid.

Clerici non debent cohabitare cum omnibus mulieribus, ſed ſolum cum matribus, auijs, materteris, amitis, ſororibus, filiabus fratrum, aut ſororum, aut cum ancillis, & pediſequis, quæ cum eis erant antequam ordinarentur, can. cum omnibus, diſt. 81.

Clericus poſt trinam monitionem ſi habitare cum fœminis non ceſſat, deponi debet ab officio, can. archidiaconum diſt. 81.

Clerici ſi cum ancillis, & extraneis fœminis cohabitent, debet Epiſcopus ancillas auferre eis, & vendere, & clericis iniungere pœnitentiam, can. quidam clerici, diſt. 81.

Clerici, & continentes, ad virgines, & viduas, niſi ex iuſſu, & permiſſu Epiſcoporum, accedere non debent, & tunc non ſoli, ſed cum his cum quibus Epiſcopus iuſſerit, can. clerici vel, diſt. 81. 159

Clericus amplectens mulierem, interpretabitur, & præſumetur quod cauſa benedicendi hoc faciat: quandoque tamen ſolam confabulationem canon interpretatur in deteriorem partem, gl. 5. in can. abſit, 11. q. 3.

Clericus non debet retinere in domo mulierem ſuſpectam de incontinentia, etiamſi ſit mater, vel alia conſanguinea, cap. 5. De cohabi. clericor.

Clerici poſſunt retinere in domo matrem, ſororem, amitam, de quibus nulla eſt ſuſpicio incontinentiæ: quia in eis naturale fœdus nihil ſæui criminis ſuſpicari permittit, gl. canones ibid.

Clerici poſſunt ſuſtentare conſanguineas pauperes, quibus potius tenentur, quam extraneis d. cap. 1. verſ. ſed ſi qua, & ibi gl. pen.

Clerici retinere non debent domi etiam matrem, nec ſororem, quando occaſione illarum veniunt aliæ ad illas, vel commorantur cum illis, de quibus eſt ſuſpicio incontinentiæ, gl. in illis, in cap. 1. De cohabit. clericorum.

Clerici non debent ſuſtentare conſanguineos diuites, vel ut eos diuites faciant, gl. pen. ibid.

Clericus in ſacris ſi tertio monitus non deſiſtat à ſuſpectarum mulierum colloquio, vel conſortio, debet excommunicari, cap. 2. eod.

Reliqua in verbo, Mulier, 2. 3.

CLERICI occidentales tenentur ad continentiam ex conſtitutione Eccleſiæ, & non ex voto, gl. votum, in cap. cum olim, De cleric. coniug. 160

Clericus, ſi in ordinum promotione exprimat votum continentiæ, tenetur ad illud, & ſi Papa diſpenſat cum tali, diſpenſaret contra votum, ibid.

Clericus, ſi in ordinum promotione non exprimat votum continentiæ, ſi promouendus ſit iuriſperitus, tenetur ac ſi votum expreſſiſſet, ſi vero ſit inſcius iuris, non tenetur ex voto, ſed ex conſtitutione, ibid.

Clericus ſi ad ſacros ordines promoueri vult, conſtitutione introductum eſt, quod prius debeat continentiam profiteri expreſſe, & eo ipſo quod promouetur ad ſacrum ordinem, tacite intelligitur vouere continentiam, etiamſi nulla fiat mentio de voto continentiæ, ibid.

Clerici ſeculares non debent facere profeſſionem caſtitatis, ante decimum octauum annum, ſecundum iſta tempora, can. de his, diſt. 28.

Clerici ſeculares in ſacris conſtituti aſtringuntur voto caſtitatis, can. quando, diſt. 28.

Clerici in ſubdiaconatu, & ſuperioribus ordinibus conſtituti, tenentur caſtitatem ſeruare, can. omnium, diſt. 32.

Clerici in minoribus conſtituti non tenentur continentiam ſeruare: ſed bene in Eccleſia occidentali in ſacris conſtituti, gl. 1. in ſumma, diſt. 32.

Clerici in ſacris conſtituti in Eccleſia occidentali, tenentur continere: qui ſi non fuerint continentes, priuantur officio & beneficio, gl. in ſumma, diſt. 32.

Clerici in minoribus conſtituti non habent annexum votum caſtitatis, can. ſeriatim, diſt. 32. 161

Clerici debent abſtinere ab uxoribus ſuis, poſt votum factum, can. ſi laicus, diſt. 31.

Clerici poſſunt dici profeſſi, quia promittunt etiam caſtitatem, ſicut regulares, can. clericus, diſt. 41.

Clericorum continentiam primo Syricius Papa indixit, de qua duas conſtitutiones diuerſis temporibus emiſit, gl. ſed ea plane, in can. propoſuiſti, & can. plurimos, diſt. 82.

de Clericorum continentia Apoſtoli nihil conſtituerunt, ſed ſolo exemplo eam docuerunt, d. gl. ſed ea plane.

Clericos in ſacris ordinibus conſtitutos, vel regulares, caſtitatem ſolemniter profeſſos, ſiquis dixerit poſſe matrimonium contrahere, contractumque validum eſſe non obſtante lege Eccleſiaſtica, vel voto, & oppoſitum nihil aliud eſſe quam damnare matrimonium, poſſeque omnes contrahere matrimonium, qui non ſentiunt ſe caſtitatis, etiam ſi eam vouerint, habere donum, anathema ſit; cùm Deus id recte petentibus non deneget, nec patiatur nos ſupra id quod poſſu-

mus

mus tentari Concil. Trident. ſſ. 24. De ſacramento matrim. can. 9.

Clerici, maxime in ſacris conſtituti, debent continenter & caſte viuere, cap. vt clericorum. De vita & honeſt.

Clerici, ſi fuerint deprehenſi incontinentiæ vitio laborare, debent puniri ſecundum canonicas ſanctiones, prout plus, vel minus peccauerint, ibid.

Clerici Græci, qui ſecundum ſuum ritum matrimonio legitime vti poſſunt, ſi lapſi fuerint in vitio incontinentiæ, grauius debent puniri, quàm Latini, ibidem.

Reliqua in verbo, Continentia. Caſtitas.

162 CLERICI Orientales vtuntur matrimonio iam contracto, etiam in ſacris ordinibus, gl. fi. in cap. vt clericorum. De vita & honeſt. cler.

Clericus, non in ſacris, nec profeſſus, poteſt vxorem ducere: ſed iterum tonderi debet, ſi vult gaudere priuilegio clericali, vel diſpenſatiue tenere beneficium, clericus, 6. eod.

Clericus in ſacris, ſi matrimonium contraxit cum aliqua, filij nati ex tali matrimonio præſumpto, efficiuntur ſerui, gl. fi. in cap. 1. eod. & can. eos. diſt. 32.

Clericus coniugatus ad adminiſtrationem & ad ordinem Eccleſiaſticum vel beneficium non debet promoueri, niſi caſtitatem promittat, & non ſit bigamus, cap. 2. De clericis coniugat.

Clericus coniugatus poteſt obtinere beneficium Eccleſiaſticum, intellige cum diſpenſatione Papæ: non aliàs, cap. Ioannes, & ibi gl. fi. eod.

Clericus in minoribus conſtitutus contrahens matrimonium, priuatur beneficio, & quod dedit Eccleſiæ, ſibi reſtituitur, cap. 3. & cap. diuerſis, eod.

Clerici etiam in presbyteratu conſtituti, quibus licitum olim erat habere vxores, tempore vicis ſuæ, non diſcedebant de templo, vt non iungerentur vxoribus: ſed hodie ſemper eſt abſtinendum, gl. 1. in cap. 3. eod.

Clericus coniugatus non poteſt habere beneficium, quia non poteſt perfecte famulari Deo, cùm non habeat corporis poteſtatem: item quia amore filiorum & coniugis, ſubſtantia Eccleſiarum per tales dilapidaretur, cap. diuerſis, & ibi gl. 1. eod.

163 Clerici Orientales in minoribus conſtituti ordinibus, contrahunt matrimonium, & in ſuperioribus vtuntur matrimonio iam contracto, cap. cum olim, eod.

Clerici conjugati non non debent compelli portare tonſuram clericalem, in ſcandalum vxorum: dum modo beneficium Eccleſiaſticum non percipiant, cap. Ioannes, eod.

Clericus coniugatus etiam tonſuratus, non gaudet priuilegio clericali, ibid.

Clericus per contractum matrimonij non deſinit eſſe clericus, gl. non poteſt, ibid.

Clericus vxoratus tenetur portare coronam, ſi habeat beneficium Eccleſiaſticum, ibid.

Clerici coniugati non admittuntur ad Eccleſiaſticas dignitates, & coguntur dimittere quas habent cap. cum decorem. De clericis coniug.

Clerici vxorati non poſſunt poſſidere ſimplicia beneficia, & ideo eis ſunt priuandi, gl. dimiſſis, ibid.

Clerici coniugati, in rebus ſuis non gaudent priuilegio clericali, cap. ex parte tua, eod.

Clericus in ſacris ducens vxorem, debet compelli ad illam abiurandam, cap. 2. Ne clerici vel Monach.

Clericus in ſacris contrahens matrimonium, perdit executionem omnium ordinum, nec de facili diſpenſatur ſecum in ſacris, ibid.

cum Clerico in ſacris, matrimonium contrahente cum virgine, poteſt Epiſcopus diſpenſare peracta pœnitentia: ſed cum clerico qui contraxit matrimonium cum duabus, vel cum vidua, propter bigamiam non poterit, gl. 2. ibid.

164 Clericis in minoribus conſtitutis licitum eſt recipere vxorem, & cum ea morari, & poſſunt renunciare ordini clericali, gl. 2. in cap. tuæ fraternitati, De apoſtat.

Clerici coniugati non deferentes habitum clericalem, non debent gaudere priuilegio clericali: ſecus ſi deferant, gl. pe. in cap. contingit. De ſententia excomm.

Clerici in minoribus conſtituti poſſunt retrocedere, vel militando, vel vxorem accipiendo: ſed qui ſunt in ſacris, non. gl. retrocedere, in cap. cum ex eo. 34. De elect. lib. 6.

Clericus coniugatus, ſi ferat habitum & tonſuram, gaudet priuilegio clericali: aliàs non. cap. De clericis coniug. lib. 6.

Clerici in minoribus conſtituti, contrahentes matrimonium cum vidua, vel corrupta, vel aliàs ſi ſint bigami, omni priuilegio clericali priuati ſunt, nec poſſunt portare tonſuram, gl. 1. & 2. ibid.

Clericus coniugatus ex ſola delatione tonſuræ, ſine habitu, vel è conuerſo, non gaudet priuilegio clericali, gl. declaramus, ibid.

Clericus coniugatus, deferens habitum & tonſuram gaudet duobus priuilegijs d. gl. declaramus, in add. marg.

Clerici coniugati, nullo priuilegio gaudent, vltra priuilegium canonis, *ſi quis ſuadente*, & quod non poſſint condemnari à iudicibus laicis; d. cap. 1. §. in cæteris, & ibi gl. in præmiſſis.

Clerici coniugati reſumentes tonſuram, reſumunt etiam priuilegium clericorum, gl. omnino, in d. clem. 1.

Clericus coniugatus non poteſt gaudere priuilegio clericali, nec debet ferre tonſuram, cum hoc faceret in vituperium ordinis clericalis, gl. r. in cau. clerici diſt. 23. 165

Clericus legitime coniunctus matrimonialiter, non poteſt expellere vxorem à ſe, can. quoniam, diſt. 31.

Clerici etiam in ſacris conſtituti, in Eccleſia Orientali matrimonio vtuntur: ſecus in Occidentali, can. aliter, diſt. 31.

Clerici in minoribus conſtituti poſſunt contrahere matrimonium, & ſi clericaliter viuunt, ſtipendio Eccleſiæ ſuſtententur, can. ſi qui vero, diſt. 32.

Clericus conjugatus, volens retinere priuilegium clericale, debet clericaliter viuere, nec ſe debet intromittere in negotijs laicorum, ibid.

Clericis in minoribus conſtitutis non licet habere vxores alterius ſectæ, can. quoniam, diſt. 32.

Clericus accipiens vxorem, ſtatim eſt ſuſpendendus, gl. fi. in can. ſi quis amodo, diſt. 81.

Clericus, qui poſt ſuſceptum ſacrum ordinem, ad vxorem acceſſerit, ad nullum altaris miniſterium admitti debent, can. miniſtri, diſt. 81.

Clericus in minoribus ſecundam, vel viduam ducens vxorem, omni clericali priuilegio eſt nudatus, can. quiſquis, diſt. 84.

Clericus in minoribus contrahens matrimonium cum virgine, retinent priuilegium clericale, ſi defert coronam, & viuit clericaliter: ſed ſi non portat tonſuram perdit priuilegium: ſed hodie etiam tonſuratus petit priuilegium clericale, d. gl. duxerit. 166

Clericus coniugatus incedens in habitu & tonſura gaudet priuilegio, quo clerici non coniugati, can. nullus, 11. q. 1.

Clericus vxoratus hodie non tenetur ferre tonſuram, gl. 1. in eos qui, 20. q. 3.

Clericus ſumens viduam in vxorem non gaudet priuilegio, nec debet ferre tonſuram. ibid.

Clerici coniugati cum vnicis & virginibus, gaudent fori priuilegio, modo alicuius Eccleſiæ ſeruitio, vel miniſterio ab Epiſcopo deputati, eidem Eccleſiæ ſeruiant, & clericali habitu & tonſura vtantur, Concil. Trident. ſſ. 23. De reformat. cap. 6.

Clerici cælibes, ſi præſto non inueniantur ad exercenda miniſteria quatuor minorum ordinum, ſuffici debent clerici coniugati, vitæ probatæ, dum modo non bigami, ad ea munia obeunda idonei, & qui tonſuram & habitum clericalem in Eccleſia geſtent, Concil. Trident. ſſ. 23. De reform. cap. 17.

Clericis prohibita ſunt mercimonia: & clerici exercentes mercimonia, poſſunt excommunicari, vel aliter compelli ab illis deſiſtere, cap. tranſmiſſam. De elect. 167

Clerici ab illicita negotiatione prohibentur, quia ſic negotiari facto clerico non licet, gl. fi. in cap. 2. De alienat. iudicij.

Clericus qui tertio monitus à negotiationibus ſæcularibus non abſtinet, interim perdit (quoad bona) priuilegium clericale, cap. fi. De vita & honeſt.

Clericus ad hoc vt perdat priuilegium clericale, etiam in negotiatione, oportet quod ſit tertio monitus: neque ſufficit, quod in genere, ſed oportet quod fiat ſpecifice, ibid.

Clerici vel monachi, non debent ſæcularibus negotijs ſe immiſcere, rub. & toto Ne clerici, vel Monachi ſæcular.

Clerici non debent pro aliquo ſæculari quæſtu prohibito, aliquem pretio conducere, cap. 1. eod.

Clerici poſſunt exercere iuſtam negotiationem propter neceſſitatem: nam & D. Paulus ſuis manibus miniſtrabat, & operabatur, ibid.

Clericis vel Monachis non licet lucri cauſa negotiari: ſed bene cauſa neceſſitatis, cap. ſecundum, & ibi gl. 1. & 2. eod.

Clericus nullum genus vſurarum exercere debet quod ſi exerceat, de rigore iuris ab officio Eccleſiaſtico debet repelli, cap. 1. De vſuris.

Clericus tenetur ad reſtituendum ea, quæ habuit ab vſurario offerente, cap. quia in omnibus. De vſuris.

Clericus vſurarius non eſt ipſo facto priuatus, vel ſuſpenſus ab officio & beneficio: ſed debet ſuſpendi, cap. preterea, eod.

Clericus vſurarius repellitur ab obtento, & multo fortius ab obtinendo, gl. 2. ibid.

cum Clerico vſurario recte poteſt Epiſcopus diſpenſare poſt ſatisfactionem & pœnitentiam, ibid.

Clerici debent abſtinere ſe à negotiationibus, vel commercijs ſæcularibus; vel officiis non conuenientibus clericali propoſito, clem. 1. De vita & honeſtat.

Clerici non debent incumbere vſuris: nec turpium lucrorum occupationes, fraudiſque cuiuſquam ſtudium appetere: amorem pecuniæ, quaſi materiem cunctorum criminum fugere, can. his igitur, diſt 23. 168

Clericus etiam regularis, exigens vſuras, deponitur, can. quoniam, diſt. 47.

Clerici ſub regula conſtituti, non debent ſectari auaritiam, nec turpia lucra, ibid.

Clericus, qui vſuras accipere detegitur, debet degradari, can. ſi quis clericorum, diſt. 47.

Clerici maxime religioſi non debent conducere poſſeſſiones laicorum, cauſa cupiditatis, vel eorum cauſas procurare, vel bona adminiſtrare, niſi cum tutela à lege illis eſt delata, vel cum pro miſerabili perſona, hoc ſibi ab Epiſcopo committatur, can. peruenit, diſt. 86.

Clerici ſæcularium rerum conductores, aut negotiorum geſtores eſſe non poſſunt: niſi propter curam pupillorum, orphanorum, ac viduarum, aut ſi Epiſcopus ciuitatis, Eccleſiarum rerum ſolicitudinem eis committat, can. decernit, diſt. 88.

Clerici non poſſunt conducere poſſeſſiones alienas, cauſa cupiditatis, ſed bene cauſa neceſſitatis, d. can. decernit, & ibi gl. 1.

Clerici non debent eſſe negotiatores, can. conſequens, diſt. 88.

Clericus non debet aſſumere ratiociniorum cautas, nec debet in eis ſe obligare, can. non inutile, 8. diſt. 88.

Clericum negotiatorem fuge, quaſi quamdam peſtem, can. negotiatorem, diſt. 88.

Clerico non licet ſecundum canones habere tabernam, ſecus ſecundum leges, gl. 1. ibid.

Clericus prohibetur ſibi victum quærere turpi lucro & inhoneſto negotio, in ſumma, diſt. 91.

Clerici debent abſtinere, in quantum poſſunt, ab emptione, & venditione, quia illud non facile ſit ſine peccato, gl. 1. in ſumma, 14. q. 3.

Clericis licitum eſt emere aliquam rudem materiam, & inde aliquod artificium facere, ſi eis ſua non ſufficiunt: & tunc non dicitur lucrum acquiri ex negotiatione, ſed ex artificio: & tale lucrum licitum eſt, ibid. & gl. 1. in can. canonum, 14. q. 4.

Clerici debent abſtinere à quæſtibus negotiationis can. clerici, 14. q. 4.

Clerici poſſunt facere negotiationes licitas, quando eis ſua non ſufficiunt, gl. 1. ibid.

Clerici debent abſtinere à ſtudio negotiationis, id eſt emendi vilius, & vendendi charius: alioquin ſunt deponendi, can. canonum, 14. q. 4.

Clericus exigens vſuras, vel ſuperabundantiam, aut acquirens ex quolibet negotio turpis lucri, vel ſuſcipiens aliqua incrementa ex emptione & venditione alicuius rei, debet deponi a clero, can. ſi quis oblitus, q. 4.

Clerico licitum eſt accipere nullo pretio vinum, vel frumentum, aut aliam ſpeciem, pro pecunia quam mutuo dedit, can. ſi quis clericus, 14. q. 1.

Clericus nullus amplius accipiat quàm commodauit, ſi pecuniam pecuniam, ſi ſpeciem ſpeciem accipiat, can. nullus clericorum, 14. q. 4.

Clerici turpia lucra ſectantes, ex contractibus fœneraticijs, vel alias illicitis, ſunt à clero eijciendi & deponendi, can. quoniam multi, 14. q. 4.

Clericus poteſt locare operas ſuas, cum non habeat vnde viuat, gl. 1. in cap. ſuam, 28. De ſimonia.

Clerici lucris temporalibus inhiare non debent, cap. ex parte, 18. De cenſib.

Reliqua in verbo, Mercimonia, Negotiatio, Negotium, 4.

170 **CLERICVS**, fideiuſſionibus inſeruiens, abijciendus eſt, cap. 1. & ibi gl. De fideiuſſor.

Clericus non debet fideiubere, intellige frequenter, gl. 1. ibid.

Clericus fideiubere non debet: ſed ſi fideiuſſerit, tenet fideiuſſio ibid.

Clericus compellitur fideiuſſionem indemnem ſeruare, per aſſignationem redituum ſuorum, cap. peruenit. De fideiuſſor.

Clericus licite fideiubet pro clerico, ibid.

Clericus non carceratur pro debito ciuili: & ſi non poteſt ſoluere, incontinenti aſſignantur creditori ſui reditus accipiendi per eum, donec ei ſatisfiat, ibidem.

Clericus non debet puniri vel priuari beneficio, ſi principaliter aduerſus eum non agitur ad puniendum delictum periurij: ſed pœna extraordinaria debet affici, vt ſuſpendendo ab officio, vel beneficio, ibid.

Clericus fideiuſſor, renuncians Auth. *præſente*, cogitur ſoluere, debitore principali non diſcuſſo, gl. 1. in cap. peruenit. De fideiuſſor.

Clericus fideiuſſor ſoluens debitori principali, non debet pati diſpendium eius quod ſoluit pro eo ex fideiuſſione, cap. 2. eod.

Clericis ob cauſam iudicatis quotidiana ſtipendia interdicuntur, gl. pe. ibid.

Clerici ſtipendia ſua ſpeciali conuentione non poſſunt obligare: ſed tamen ex cauſa iudicati à iudice poſſunt pro iudicato obligari, ibid.

Clericus regulariter non poteſt fideiubere pro laico: fallit in caſu neceſſitatis, quia tunc tenetur ei ſubuenire, cap. quod quibuſdam, & ibi gl. 1. eod.

171 Clericus pro laico fideiubens, vel mutuum ſuſcipiens, iudicis arbitrio puniri debet, cap. quod quibuſdam, & ibi gl. fi. eod.

Clericus non habens vnde ſatisfaciat creditoribus, non debet excommunicari, nec aliter moleſtari: tenetur tamen præſtare cautionem ſaltem iuratoriam de ſoluendo, cum venerit ad pinguiorem fortunam, cap. Odoardus, & ibi gl. pe. De ſolutio.

Clericus pro debito ciuili poteſt excommunicari, ſi contumaciter reſiſtit præcepto iudicis de ſatisfaciendo, ibid.

Clericus de redditibus Eccleſiæ tenetur ſatisfacere creditoribus ſuis, ſi ad hoc agatur per creditores, gl. fi. ibid.

Clericus principalis debitor, cuius occaſione repreſaliæ ſunt conceſſæ, ſi captus ſit, ceſſat pœna, cap. 1. De iniurijs, lib. 6. gl. prægrauatur, in d. cap. 1.

Clericus pro debito ciuili incarcerari poteſt, cap. ſi clericos, 15. De ſententia excommunicat. lib. 6.

Clerici, qui occupati ſunt diuinis rebus, non debent fideiubere: ſi tamen fideiubeant, tenet fideiuſſio, can. te quidem, & ibi gl. 1. 11. q. 1.

Clerici regulares non debent fideiubere, niſi neceſſitas ſit: tunc enim ex neceſſitate tenentur alijs ſubuenire: item poſſunt fideiubere pro Eccleſijs ſuis: & inter ſe clerici mutuo fideiubent, cum conueniuntur, gl. 1. ibid.

pro Clerici debito patrimoniali non eſt tradenda aliqua poſſeſſio Eccleſiæ, etiam poſſidenda duntaxat in vita clerici, cap. 3. De arbitris.

Clerici debitores petentes alternationes, dilationes, vel beneficium ex cap. *Odoardus*, & cap. *peruenit De ſolutio*. debent deferre birretum viride, carcau. cupiens mercatoribus. Pij 4.

Reliqua in verbo, Fideiubere

CLERICALES regulas poteſt quis diſcere per tres menſes gl. 1. in cap. officij, 38. De elect.

in Clericalis totius ordinis vituperium redundat actus inhoneſtè geſtus ab vno ex clericis, cap. Ioannes, & ibi gl. fi. De cleric. coniug.

Clericalem tonſuram & habitum aſſumentes, qui in veritate non ſunt clerici, deprehenſi in maleficijs, non effugiunt iuriſdictionem laicorum, gl. 2. in cap. ex parte. De priuileg.

Clericalem deferentem tonſuram videns & credens eum non clericum, ſi percuſſit, incidit in excommunicationem, dum tamen ille ſit clericus, gl. 1. in cap. 4. De ſententia excommunic.

Clericalem tonſuram deferentem ſi quis percuſſerit, credens eum clericum, cum in veritate non eſſet, tenetur ex canone, *ſi quis ſuadente*, niſi poſtea certus efficiatur, ibid.

Clericalis tonſura poteſt conferri infanti, ſi ingrediatur monaſterium, cap. nullus. De tempor. ordin. lib. 6.

Clericalis tonſura non debet conferri infanti, vel illiterato, ſeu coniugato, vel extraneo, ibid.

Clericalis tonſura poteſt conferri puero ſeptem annorum, gl. infanti, in cap. ſi eod.

Clericalem tonſuram non poteſt conferre Epiſcopus laico alterius diœceſis, cap. fi. & ibi gl. homini.

per Clericalem tonſuram quis gaudet immunitate, gl. tonſuram, ibid.

Clericale priuilegium multiplex eſt, ſcilicet quoad perſonam: item, quod non vexentur aliquibus vexationibus in perſona, vel, in rebus: item quoad forum, gl. omni, in cap. 1. De bigamis, lib. 6.

Clericalis habitus, quoad hoc vt clericus gaudeat priuilegio, conſiſtit in duobus; in veſtibus, & tonſura: & ſic non videtur, quod altero vtens gaudeat priuilegio, cap. 1. De cleric. coniugat. & cap. ſi iudex §. idem eſſe, De ſententia excommunic. lib. 6.

Clericalis tonſura dicitur ordo, cap. degradatio, §. actualis. De pœnis, lib. 6.

In Clericalis tonſuræ collatione, datur certum ornamentum, ibid.

Clericalis tonſura dicitur, abraſio quæ fit ſupra caput clerici, ibid.

Clericalis habitus aſſumptio, facta per illum qui primitus reputabatur pro laico, quoad ſe & quoad alios non tribuit poſſeſſionem clericalem, d. cap. ſi iudex. §. fi.

Clericalis priuilegij nomine, intelligitur de duplici; ſcilicet de immunitate perſonæ, & fori, clem. 1. & ibi gl. 2. De officio Ordin.

Clericalem tonſuram ferre non tenetur ille, qui in minoribus contraxit matrimonium, & ad ſæculum rediuit, nec iudicatur apoſtata, gl. 1. in can. fi. diſt. 50.

ad Clericale officium admitti poſſunt laici & monachi neceſſitatis cauſa, dummodo alias habiles reperiantur, can. priſcis, diſt. 55.

Clericali priuilegio gaudent conuerſi, & pœnitentes, templarij & hoſpitalarij, gl. Eccleſiaſticis, in can. nullus, 17. q. 4.

CLERICARI prohibitum propter delictum, non intelligitur prohibitus intrare religionem, cap. in quibuſdam. De pœnis.

CLERICATVS dicitur militia, cap. eo libentius. De ſeruis non ordin.

Clericatus vel canonicatus qualitas, non liberat quem à patria poteſtate, cap. conſtitutus. De in integr. reſtit.

Clericatus ordinem poteſt quis aſſumere ſtatim poſt ſeptem annos, gl. 1. in cap. 1. De regular.

Clericatus eſt dignitas, cap. 1. & ibi gl. 1. De vita & honeſtat. cleric. lib. 6. can. denique, diſt. 4.

ad Clericatum promoueri poteſt quis, licet proprijs non renunciet, & non vult in communi viuere, conſtitutione contrarium diſponente reuocata, can. certe, 12. q. 1.

per Clericatum non deſinit quis eſſe comes, ſi antea erat, dd. reprob, gl. 1. in can. præſens, 20. q. 3.

Clericatum quis quandoque facto negat. gl. 1. in cap. vt noſtrum, 56. De appellat.

ad Clericatum diſſoluti, & fracti veſtibus non debent recipi, gl. fi. in cap. fi. De cuſtodia Euchariſtiæ.

Clerus ciuitatis poteſt conuenire & conſtituere vniuerſitatem, & creare,

Digitized by Google

& creare, in factis pertinentibus ad clerum ſyndicum, qui agat nomine totius cleri, cap. accedentes. De preſcriptio.

Clerus aliud eſt, & aliud eſt populus, gl. parochiani, in cap. per exemptionem. De priuileg. lib. 6.

Clerus & populus ſunt diuerſa, elem. in pleriſque, 5. & ibi & populo. De elect.

Clerus, & clerici hinc appellantur, quia Mathias ſorte electus eſt, qui primus per Apoſtolos fuit ordinatus, can. cleros, diſt. 21.

Cleros Græcè, Latinè ſors vel hæreditas dicitur, ib.

Clero verecundia eſt, quod nullus ad Epiſcopatum idoneus reperiatur inter eos, can. ſtudij, diſt. 61.

Reliqua in verbo, Clericus. 1. 2. 3. 4.

COACTIO abſoluta, idem eſt quod præciſa, & talis coactio inficit ipſo iure ipſum actum, cap. contra Chriſtianos. De hæretic. lib. 6.

Coactio abſoluta in baptiſmo dicitur, cum quis renitens, inuitus & reclamans, fertur ad fontes, & cum verborum prolatione immergitur, gl. abſolute, ib.

Coactiones, vt plurimum difficiles exitus ſolent habere, cap. requiſiuit, 17. De ſponſalibus, gl. 1. in cap. petitio. De procurat.

inter Coactionem & pœnam magna eſt differentia, cap. 2. De officio deleg. lib 6.

Coactio in ordinibus excuſat, gl. excuſationis, in can. conſtat, 111. 1. q. 1.

Coactio quædam eſt abſoluta, quædam conditionalis, gl. 1. in can. merito, 15. q. 1. gl. pen. can. 1. 15. q. 6. gl. ſeu in can. eos quos. De conſecrat. diſt. 4.

Coactio conditionalis neminem excuſat, d. gl. pen. can. 1. 15. q. 6.

Coactio ſeu metus conditionalis non excuſat peccatum, ſed attenuat. ibid.

Coactio, quæ cadit in conſtantem virum, impedit in obligationem, gl. 1. in ſumma, 20. q 3.

Coactio etiam conditionalis non obligat aliquem, ibidem.

Coactio conditionalis non impedit ſacramentum baptiſmi, nec ordinis: impedit tamen ſacramentum matrimonij, gl. 1. in can. inter cætera, 22. q. 4. gl. 2. in can. De Iudæis, diſt. 45.

Coactio leuis non impedit matrimonium. ibid.

per Coactionem abſolutam quæ fiunt, non debent imputari alicui, gl. fi. in can. ita ne. 32. q. 5.

COACTA voluntas, voluntas eſt, gl. abſolute, in can. contra Chriſtianos. De hæretic. lib. 6. gl. vult in can. merito, 15. q. 1.

Coactus abſolute non recipit ſacramentum baptiſmi, d. gl. abſolute.

Coactus nullum meritum conſequitur, gl. debita, in extrauag. execrabilis, Ioann. 22.

Coactus coactione abſoluta, ſi quis fecerit aliquid contra Deum, non imputatur ei quoad Deum: ſecùs ſi fuiſſet coactus coactione conditionali, gl. inuita, in can. ad eius, §. fi. diſt. 5.

Coactus ſi quis fecerit contractum per metum, qui caderet in conſtantem virum, non imputatur ei, niſi culpa ſua inciderit in talem metum: in ordinibus ſecus eſt, nam ſi quis per vim mutiletur, non poteſt promoueri, nec virgo corrupta etiam per vim conſecrabitur inter virgines, & hoc fit propter reuerentiam ſacramentorum, & defectum miniſterij gl. inuita, ibid.

Coactus coactione abſoluta ſi recepit baptiſmum vel ordinem, nullus character ei imprimitur ex tali ſacramento, gl. 2. in can. de Iudæis, diſt. 45.

Coactus licet quis ordinetur, nihilominus recipit ordinem: ſed ſi abſoluta coactione coactus recepit ordinem, tunc nullum recepit ordinem, gl. 1. in can. vbi iſta, diſt. 74.

Coactus coactione conditionali ſi quis ordinatus ſit, tenetur continere: & licet quis non debeat cogi ad recipiendum ordinem, tamen receptum tenetur ſeruare: ſecus vbi metus eſt talis, qui cadit in conſtantem virum, ibid.

Coacta voluntas, ſicut eſt voluntas: ita voluntas decepta, eſt voluntas, gl. vult. in can. merito, 15. q. 1.

Coacta licentia, non eſt licentia, ibid.

Coacta voluntas vel licentia nulla eſt, gl. 1. in can. notificaſti 33. q. 5.

Reliqua in verbo, Circumuento, Metus.

COADIVTORIAE, in beneficijs ſuper quibus literæ Apoſtolicæ integraliter non fuerunt expeditæ, reuocatæ ſunt à Pio Quinto in extrauag. Romani Pontificis prouidentia, Pij Quinti.

Coadiutoriæ, in quibuſcumque beneficijs cum futura ſucceſſione, nemini ſunt permittendæ, Concil. Trident. De reform. can. 7. ſſ. 25.

Coadiutorem dari prælato quando Eccleſiæ cathedralis, aut monaſterij vrgens neceſſitas, aut euidens vtilitas poſtulet; is non dicitur cum futura ſucceſſione: niſi cauſa prius à ſanctiſſimo Romano Pontifice ſit cognita, qualitates in eo concurrere certum ſit, quæ à Iure, & in decretis Concilij in Prælatis & Epiſcopis requiruntur: aliàs ſucceſſiones ſuper his factæ ſurreptitiæ eſſe cenſentur, d. cap. 7.

Coadiutor datur duplici cauſa; ſcilicet vel propter ſuſpicionem dilapidationis, aut propter ſenectutem aut infirmitatem gl. coadiutorem, in cap. venerabili. De officio deleg.

Coadiutor non debet dari infirmo rectori Eccleſiæ, vel Epiſcopo, propter quemlibet morbum, ſed debet eſſe incurabilis, cap. 1. De cler. ægrot.

Coadiutoris officium expirat morte illius cui datur, cap. 2. & ibi gl. fi. De ſupplenda neglig. Præl. lib. 6.

Coadiutor debet habere expenſas pro ſe & ſuis d. cap. 2.

Coadiutor regis, vel ille qui præeſt alicui communitati, vt eſt rex, debet eſſe deuotus erga Deum, circumſpectus, plenus oculis, & bonus mundanus, d. cap. 2.

Coadiutorum datio Epiſcopis, & ſuis ſuperioribus, eſt de maioribus cauſis, & ſpectat ad ſolum Papam, cap. 1. De clerico ægrot. lib. 6.

Coadiutores Epiſcoporum dementium debent habere ſumptus ab Eccleſia, gl. aut duos, in cap. 1. §. ſi vero, eod.

Coadiutor vnus aut duo tantum, & non plures, dari debent Epiſcopo dementi, à duobus ſaltem partibus Capituli, vel toto Capitulo, ibid.

Coadiutoris officium eſt ea facere, quæ pertinent ad officium cuius deputatus eſt, gl. officium, ibid.

Coadiutor non datur Epiſcopo inuito per Capitulum: aliàs poteſt dari etiam inuito per eum, ad quem ſpectat, gl. noluerit, ibidem.

Coadiutoribus prohibita eſt quælibet ſpecies alienationis, d. cap. 1. §. fi.

Coadiutores conſtringuntur reddere rationem de adminiſtratis per eos, cap. 1. §. fi. De clerico ægrotan. lib. 6.

Coadiutor bona mobilia Eccleſiæ, quæ ſeruando ſeruari non poſſent, alienare rectè poteſt, d. §. fi.

Coadiutor habet liberam & generalem adminiſtrationem, ſicut & habebat is, cui datus eſt, can. ſcripſit, 7. q. 1.

Coadiutor debet eſſe talis, qui poſſit perficere id, ad quod tenebatur is, cui datus fuit, ibid.

Coadiutor debet eſſe ſufficiens & idoneus, can. petiſti, 7. q. 1.

Reliqua in verbo, Epiſcopus, 62. 65. 66.

COAPTARE debet quis ſe cum his, cum quibus conuerſatur, clem. 2. De celebrat. Miſſar.

CODEX nomen extenditur ad omnes libros, gl. codicis, in clem. 1. §. cæterum. De vſuris.

Codex eſt nomen ſpeciale cuiuſdam libri eiuſdem ſcientiæ, ibid.

Codicem Theodoſianum fecit Imperator Theodoſius; poſtea Iuſtinianus mutauit illum, & fecit vnum ex tribus, can. fuerunt, & ibi gl. fi. diſt. 7.

Codicis appellatione in genere ſumpti, comprehenduntur omnes libri; in ſpecie tamen comprehenditur liber Codicis iuris Ciuilis, can. ſi Romanorum, diſt. 19. can. lictor. diſt. 23.

CODICILLI dici poſſunt teſtamentum, quia ſicut teſtatio mentis, gl. fi. in cap. 2. §. fi. De vſur. lib. 6.

COECVS cœcum ducere non debet, can. poſt tranſlationem, §. item ſi quis. De renunciat. can. quæ ipſis, diſt. 38.

Cœcus ſi cœcum ducat, ambo in foueam dilabuntur, cap. pen. De ætate & qualit.

Cœcus & pauper ad collectas non tenentur, cap. licet. De cenſibus.

Cœcum, quem ſua cœcitas grauat, inhumanum eſt nimis affligere in collectione tributorum, ibid.

Cœcus eſt miſerabilis perſona; & ideo dicitur eſſe de foro Eccleſiaſtico, gl. 1. ibid.

Cœcus dicitur ille, qui licet habeat oculos corporales, tamen lumine intellectus non diſcernit neceſſaria ſaluti, can. hinc etenim, diſt. 49.

Reliqua in verbo, Miſerabilis.

COELVM allegoricè ſignificat vniuerſalem Eccleſiam, cap. ſolitæ §. præterea. De maior & obedi.

Cœli oſtium licet apertum de ſe exiſtens, dicitur tamen clauſum propter impedimentum peccati originalis, vel actualis impedientis humanam creaturam cœlum & gloriam Dei ingredi, gl. clauem, in extrauag. quia quorumdam, Ioannis 22.

Cœli porta dicitur Chriſtus, per quem, quaſi per portam ad patrem ingredimur; & ſine quo in ciuitatem intrare non poſſumus, gl. vir. in can. eum ſanctam. De pœnit. diſt. 2.

Reliqua in verbo, Chriſtus. 17.

COEMITERII terra dicitur religioſa & ſacra, licet nullus in eo ſepultus ſit, gl. 1. in cap. pen. De ſepult.

COETVS, collegium, & gremium ſunt idem, gl. cœtum, in clem. ne Romani. De elect.

Cœtus dictio, quandoque accipitur in malam partem, quandoque in bonam, gl. ſentibus, in extrauag. execrabilis. Ioan. 22.

Cœtus, conuentus eſt vel congregatio, à coeundo; id eſt à conueniendo in vnum: hinc conuentus eſt nuncupatus, eo quod ibi omnes conueniunt in vnum, can. canones, §. ſynodus, diſt. 14.

Cœtus, conuentus, & congregatio idem ſignificant, ib.

Reliqua in verbo, Collegium. Conuentus. Congregatio.

COERCENDI facultas, quam habet iudex, intelligitur etiam vſque ad maiorem animaduerſionem, gl. ſi correctionem, cap. paſtoralis. De offic. deleg.

COGI vt quis dicatur, non eſt conſiderandum quod quiſque cogitur: ſed quale ſit illud, ad quod cogitur, vtrum bonum vel malum, can. vides, 23. q. 6.

Cogens aliquem pietate, licet proprie non dicatur periurus: tamen mortaliter peccat, in ſumma, & ibi gl. 1. 22. q. 5

COGITATIO non ſtat in ſuis finibus, ſi ad mandatum peruentum ſit, & ideo tunc puniri poteſt, gl. mandauerit, in cap. 1. De homicidio, lib. 6.

Cogitationis pœnam nemo meretur; quandoque tamen deliberata cogitatio punitur, gl. habuerit, in cap. 1. De ſchiſmat. lib. 6. & gl. 3. in cap. 1. De eo qui mittitur in poſſeſſ. can. cogitationis. De pœnit. diſt. 1.

Cogitationis pœnam nemo meretur, niſi ad effectum peruenerit, gl. abſciderint, in cap. 3. De corpor. vitiatis,

Cogitationes cordium ſolus Deus nouit per ſeipſum; ſed alij tantum cognoſcere poſſunt, quantum eis reuelatur per viſionem verbi, vel alio modo, gl. orationes, in clem. 1. De reliqu. & venerat.

Cogitatio ſola punitur, verum eſt quoad Deum, etiamſi non procedat ad actum, gl. ſi. in can. quoniam, diſt. 47.

Cogitatio quandoque, ſine effectu punitur, can. ſi quis 6. q. 1.

Cogitatio, ſi ad conſenſum peruenit, mortalis eſt, & punienda gl. in can. cogitationis, De pœn. diſt. 1.

Cogitatio ſola faciendi furtum, non facit furem, gl. 2. in can. vulgaris. De pœnitentia, diſt. 1.

Cogitatio non meretur pœnam lege ciuili, cum ſuis terminis contenta eſt, can. cogitatio, diſt. 1.

Reliqua in verbo, Animus. Attentatio. Conatus. Voluntas.

1 **COGNATIO** idem eſt, quod propinquitas, gl. 1. in cap. quoties. De teſtib.

Cognatio eſt triplex: carnalis, legalis, & ſpiritualis, gl. 1. in ſumma, 30. q. 3.

Cognatio ſpiritualis contrahitur per ſeptem dona baptiſmi, ibidem.

Cognatio ſpiritualis ex baptiſmo diuiditur inter paternitatem, & filiationem, & fraternitatem, & ſororitatem: ſed non procedunt vlterius: ſcilicet ad nepotes: nam aliquis fit pater, & filius, vel frater, & ſoror ſpiritualis: ſed non fit nepos ſpiritualis, gl. 1. in ſumma, 30. q. 3.

Cognatio legalis eſt, quæ fit per arrogationem vel adoptionem, ibidem.

Cognatio ſpiritualis non protenditur extra filium: nam nepos & frater cum filia mea ſpirituali bene poſſunt contrahere matrimonium, gl. 1. in can. 1. 30. q. 3.

Cognatio ſpiritualis contrahitur inter baptizatum & leuantem, filios & vxorem leuantis ante carnaliter cognitam, & ſuſcipientem & patrem & matrem ſuſcepti, & ſimiliter de baptizante, cap. 1. De cognat. ſpiritual. lib. 6.

Cognatio ſpiritualis contracta per maritum, extenditur ad vxorem prius cognitam d. cap. 1.

Cognatio ſpiritualis impedit & dirimit matrimonium poſt contractum, ibid.

Cognatio ſpiritualis eſt dignior carnali, gl. ſpiritualem, in cap. 1. De cognat. ſpiritual. lib. 6.

Cognatio ſpiritualis iiſdem modis, quibus contrahitur inter leuantes & leuatos, contrahitur inter baptizatum & baptizantem, d. cap. 1.

Cognatio ſpiritualis non contrahitur cum concubina levantis de ſacro fonte, prius cognita, gl. vxorem, & ibi add. ibid.

Cognatio ſpiritualis, eſt attinentia proueniens ex ſacramenti datione, vel ad id detentione, gl. ſpiritualem, ibid.

Cognatio ſpiritualis, licet de patre ad filios deſcendat, non tamen aſcendit, cùm cautum non reperiatur, gl. contractum, ibid.

2 Cognatio ſpiritualis contrahitur inter confirmatum & ſuſcipientem: & confirmatum & filium ſuſcipientis: & confirmatum & vxorem ſuſcipientis prius cognitam: & ſuſcipientem & parentes confirmati: & inter parentes confirmati & vxorem ſuſcipientis prius cognitam: & inter confirmatum & confirmantem, & filios confirmantis, & eius vxorem prius cognitam: & inter ipſum confirmantem & parentes confirmati, gl. ſi. in d. cap. 1. §. ſi.

Cognatio ſpiritualis pertinet ad paternitatem, filiationem, fraternitatem, ſeu compaternitatem: auos autem vel nepotes ſpirituales non habemus, d. gl. ſi. in add. ibid.

Cognatio ſpiritualis contrahitur per catechiſmum, qui præcedit baptiſmum: & per hanc cognationem impeditur matrimonium, ſed non dirimit contractum, cap. per catechiſmum, 2. eod.

Cognatio ſpiritualis, quæ matrimonium dirimat, vel diſſoluat, non contrahitur ex alijs ſacramentis, quàm ex ſacro baptiſmate & chriſmatione frontis, cap. ſi. eod.

Cognatio legalis imitatur naturam, gl. 2. in d. cap. ſi. eod.

Cognatio ſpiritualis naturam, vel cognationem carnalem imitatur, ſcilicet vt vnus ſolus ſit patrinus in ſacramento, d. gl. 2.

Cognatio ſpiritualis, ſeu compaternitas ſpiritualis non contrahitur per ſacramenta pœnitentiæ, corporis Chriſti, extremæ vnctionis, ordinis, & coniugij, ibid.

Cognationem ſpiritualem ante Concilij Tridentini confirmationem contrahentes, dum modo non ſint ex perſonis in concilio enumeratis, & inter quas tantum voluit concilium hanc cognationem ſpiritualem contrahi, libere poſſunt matrimonij vinculo inter ſe abſque diſpenſatione copulari, extrauag. Sanctiſſimus in Chriſto, &c. ad cuius notitiam, Pij Quinti.

3 Cognatio ſpiritualis contrahitur tantum inter perſonas in Concilio Tridentino expreſſas: & extra eas non contrahitur, extrauag. cum illius vicem, Pij Quinti.

Cognatio ſpiritualis contrahitur inter ſuſcipientes de ſacro fonte, & baptizatum ipſum, & illius patrem & matrem, necnon inter baptizantem & baptizatum, baptizatique patrem & matrem tantum, Concil. Trid. ſſ. 24. De reform. matrim. cap. 2.

Cognationem ſpiritualem non contrahunt alij, quam deſignati, etiamſi baptizatum tetigerint, ibid.

Cognatio ſpiritualis, quæ ex confirmatione contrahitur, non extenditur vltra confirmantem, confirmatum, illiuſque patrem & matrem, & tenentem, ibid.

Cognatio ſpiritualis contracta per maritum, extenditur ad vxorem prius cognitam: ſecus ſi non erat cognita, gl. ſi. in cap. Martinus. De cogn. ſpirit.

Cognatio ſpiritualis contrahitur inter patrem baptizati & leuantem, ſeu tenentem baptizatum: quæ valida eſt ad impediendum & dirimendum matrimonium poſt contractum, cap. veniens, eod.

Cognatio ſpiritualis contrahitur in catechiſmo, & in confirmatione, quæ impedit matrimonium contrahendum, gl. ſi. in cap. contracto, & gl. 1. in cap. veniens, eod.

Cognatio ſpiritualis inter baptizatum & filium baptizantis oritur, quæ impedit, & dirimit matrimonium inter eos contrahendum, cap. ſi. eod.

Cognatio ſpiritualis extenditur etiam ad filios illegitimos & ſpurios, ibid.

Cognatio duplex eſt: quædam legalis, quædam ſpiritualis, gl. 1 in cap. 1. De cognat. legal.

Cognatio legalis fit duobus modis, per adoptionem ſcilicet & per arrogationem, ibid.

Reliqua in verbo, Affinitas. Agnatio. Baptiſmus, n. 3., Chriſma. 1. 2 Confirmatio. 3. 9. Commatres. Compater. Filius. 9. Fraternitas. Patrinus.

COGNATI de iure prætorio ſuccedunt vſque ad ſeptimum gradum, gl. 1. in can. 1. q. 2.

Reliqua in verbo, Filius. 28. vſque 31.

COGNITIONVM genera quatuor ſunt: aut agitur de capitali crimine, aut de fama, aut de pecuniaria re, aut de muneribus, vel oneribus agendis, gl 1. in cap. ſuper his. De accuſat.

Cognitionis cauſæ appellatione non comprehenditur teſtium examinatio, nec è contra, nec ſententia, cap. cum te conſulente, 18. De officio deleg. & cap. ſuper quæſtionum, eod.

Cognitionis cauſæ appellatione comprehenditur deciſio, quando profertur in materia neceſſaria includente deciſionem, vel quando apparet per alia verba præcedentia, cap. ſi. De exceptio, li. 6.

Cognitor ſimplex non habet diffinitionem, cum nec ſemper habeat iuriſdictionem, gl. de re aliqua, in extrauag. quia quorumdam, Ioan. 22.

Cognoſcere & definire ſunt diuerſa, habens vnum, ſcilicet cognoſcere, non ſequitur ex hoc, quod habeat aliud, ad inſtar habentis etiam liberam & plenam adminiſtrationem: qui per hoc donare non poteſt, niſi expreſſa ſibi data poteſtate ſuper hoc, gl. neceſſariò, ibid.

Cognoſcere qui poteſt de cauſa, poteſt inde ſententiare: & è conuerſo, gl. pen. in cap. peruenit. De re iudicat.

Cognoſcere ſummatim quandoque ſufficit, gl. ſæpius, in can. graue, 35. q. 9.

Cognoſcere non poteſt inferior à ſupremo principe, etiam legatus, de aliqua cauſa, vel eam committere de plano, ſummarie, ſine ſtrepitu & figura iudicij: intellige niſi in caſibus in iure expreſſis, gl. figura, in cap. ſtatuta. De hæret. lib. 6.

Cognoſcere & iuſtitiam facere, hæc clauſula includit poteſtatem decidendi, cap. pen. De immunit. Eccleſiæ. lib. 6.

Cognoſcere de cauſa quandoque poteſt quis, & non poteſt de ea iudicare, cap. cum contingat. De reſcr.

Reliqua in verbo, Auditor. Commiſſa, Notio.

COHABITARE & coniungi non poſſunt, quibus ſtudia ſunt diuerſa, gl. 1. in cap. vt iuxta. De officio Ordin.

Cohabitatio ſola non præſumit eſſe matrimonium: niſi probetur propter periculum animæ, gl. vxorem, in cap. illud. De præſump.

Cohabitatio vſque ad legitimam ætatem, ſupplet defectum ætatis, cap. ad id. 21. De ſponſal.

ex Cohabitatione præſumitur acceſſus, gl. intercipit, in can. diſfinimus, 18. q. 2.

Reliqua

Reliqua in verbo, Clericus, 153. vſque 155. Connux, & Leproſi.

COINQVINAT hominem non quod intrat in os, ſed quod procedit ex ore, gl. verbo, in can. inter verba, 11. q. 3.

COITVS coniugalis eſt liber à quolibet peccato etiam veniali, ſi intentione prolis, quæ diuino cultui applicetur in baptiſmo, fiat coniunctio, gl. argumentum, in extrau. ſedes Apoſtolica. De offic. deleg. inter comm. & gl. 1. in ſumma, diſt. 13.

Coitus a coniuge quandocumque placuerit poteſt peti, ſtatim poſt primum coitum, gl. 2. in can. coniuges, 27. q. 2.

Coitus coniugalis poteſt exerceri ſine peccato, gl. 1. in can. connubia. 32. q. 2.

Coitus ſemen viris eſt in lumbis, fœminis vero eſt in vmbilico, gl. vmbilicum, in can. ſi enim, §. pe. De pœnitent. diſt. 2.

Coitus coniugalis cauſa incontinentiæ eſt peccatum veniale, & non mortale, gl. quod deficat, in can. vir. 33. q. 4.

Reliqua in verbo, Coniugalis, Copula. Coniugatus. Mœchia, Pecus.

COLLATERALES admittuntur ad teſtificandum poſt tertium gradum, gl. fi. in can. conſanguinei, 3. q. 5.

de Collaterali linea dicuntur fratres & eorum nepotes, cap. fi. §. cæterum. De pœnis, lib. 6.

2 **COLLATIO** dignitatis poteſt largo modo appellari donatio, cap. cum acceſſiſſet, in prior. De conſt.

Collatio beneficij facta ad inſtantiam alicuius valet, cap. cum M. Ferrarienſis, eod.

de Collationis ordinum, & chriſmatis ſubſtantia non eſt Miſſa: ſed propter ordinationem Eccleſiæ & reuerentiam Sacramentorum, non debent conferri & expleri ſine Miſſa, gl. diuidatur, in cap. quod ſicut. 28. §. ſuper eo. De electione.

Collatio dignitatum particularium in Eccleſia, ſpectat ad Epiſcopum vel capitulum, cap. 3. De ſuplend. negl. Prælat.

Collatio beneficiorum & dignitatum deuoluitur de collatore in collatorem per lapſum ſemeſtrem vſque ad Papam, d. cap. 3. & 4. eod.

Collatio eſt donatio, d. cap. 3.

Collatio deuoluta ad ſuperiorem negligentia inferioris, non cenſetur deuoluta, niſi a die vacationis & ſcientia ipſius ſuperioris, d. cap. 3. & ibi gl. à notitia.

Collatio facta ab inferiore poſt deuolutionem per lapſum ſex menſium, non valet, d. cap. 3. & cap. fi. eod. niſi de miſericordia toleretur, cap. pe. eo.

Collatio beneficiorum de iure communi ſimul ad Epiſcopum & capitulum pertinet: conſuetudine tamen introduci poteſt, quod fiat à capitulo tantum, aut ab Epiſcopo tantum: & talis conſuetudo eſt rationabilis, gl. 1. ibid.

Collatio beneficij facta de nocte, valet: nec eſt irritanda, licet ſit ſuſpecta, gl. odit lucem, in cap. conſuluit, 32. De officio

3 Collatio beneficiorum non ſpectat de iure ad capitulum ſede vacante, gl. fi. in cap. cum olim. De maior. & ob.

Collatio beneficiorum inter bona Epiſcopalia & fructus computatur: magnum præiudicium fieret Epiſcopo ſucceſſori per collationem factam à capitulo ſede vacante: & ideo capitulum non poteſt conferre, nec diſtrahere tales fructus, ſicut nec alios, ibid.

Collatio dignitatum inferiorum non ſpectat de iure communi ad ſolum Epiſcopum, cap. pe. De cauſa poſſeſſ.

Collatio beneficij ſi eſt facta alicui, & ipſe moleſtetur in ea, poteſt ille proſequi ius ſuum ſine collatoris requiſitione, ibid.

Collatio beneficiorum ſpectat ad poſſeſſorem iuris conferendi, non ad proprietarium, dum modo poſſeſſor ſit in bona fide: alias non valeret collatio, ibid.

Collatio facta contra proteſtationem & determinationem antea factam per Papam, ad commodum tertij, non valet non facta mentione de illa, cap. cum olim, De re iudic.

Collatio beneficij facta per excommunicatum toleratum, valet & tenet, cap. ad probandum. 24. & ibi gl. 1. De re iudicata.

Collatio beneficij facta poſt appellationem ex probabili & veriſimili cauſa interpoſitam, eſt ipſo iure nulla, cap. 1. De appellat.

Collatio aliquorum beneficiorum poteſt pertinere ad Priorem & conuentum: quod intellige de beneficijs fundatis in ipſorum Eccleſiis, ibid.

Collatio beneficij facta excommunicato medio tempore quo appellauit, & ſic interim dum eſt in ſuſpenſo, an teneat excommunicatio, vel non, non valet, dd. reprob. gl. excommunicatio, in cap. paſtoralis, §. verum. De appellat.

Collatio Eccleſiæ alteri facta per legatum, & per Papam confirmata, non lædit ius diœceſani, cap. fi. De confirm. vtili vel inut.

Collatio beneficij facta indigno eſt ipſo iure nulla: & illa de-
3 uoluitur ad ſuperiorem, cap. cum in cunctis. De elect. dd. reprob. gl. ſuſpendatur, in cap. graue nimis. De præbend.

Collatio beneficij transfertur ad Capitulum, propter negligentiam Epiſcopi: ſecus propter culpam prælatorum, vt quia indigno contulit. gl. pe. in d. cap. graue.

Collatio beneficij iuris patronatus, ex quo incipit pertinere ad Eccleſiaſticam perſonam, ex donatione, vel alias, ſtatim, res ſortitur naturam aliorum beneficiorum, gl. 1. in cap. dilectus, 34. De præbend.

Collatio beneficiorum non eſt omnino in mera poteſtate ſuperioris: nam debet de ea diſtribuere, ſicut bonus pater familias, non habendo apud ſe acceptationem perſonarum, cap. ad decorem. De inſtitutio.

Collatio beneficij vel dignitatis poteſt dici donatio, & quædam liberalitas, cap. poſt electionem. De conceſſ. præbend.

Collatio facta, non ſeruata forma ſpeciali à iure inducta, eſt ipſo iure nulla, & deuoluitur poteſtas ad ſuperiorem ex negligentia, ac ſi nunquam fuiſſet facta, ibid.

Collatio poteſt appellari inſtitutio, gl. inſtitutione, ibidem.

Collatio cui competit, competit etiam facultas dandi corporalem poſſeſſionem, cap. ex parte, & ibi gl. diſtinctæ, eod.

Collatio beneficij facta ab Epiſcopo contra inhibitionem Papæ, eſt ipſo iure nulla, dd. reprob. gl. 1. in cap. conſtitutus, eodem.

Collatio beneficiorum ſimul ad capitulum & Epiſcopum de iure communi pertinet: & tunc per negligentiam in non conferendo, tranſit ad proximum ſuperiorem, cap. pen. eod.

Collatio beneficiorum quandoque pertinet ad ſolum capitulum, 4
ibidem.

Collatio præbendarum poteſt dici donatio, ibid.

Collatio non deuoluitur ad ſuperiorem, ex negligentia inferiorum, quando ſuperior doloſe procurauit illam negligentiam ibidem.

Collatio quæ nulla eſt, non impedit ſecundam, cap. 2. Ne ſede vacante.

Collatio facta a non habente poteſtatem conferendi, non præbet iuſtum colorem poſſidendi, etiamſi fuiſſet ſecuta confirmatio Papæ in forma communi, ibid.

Collatio beneficij occulta, licet ſit ſuſpecta, bene valet: dummodo aliàs legitime facta probetur, cap. 2. Vt Eccleſiaſt. benef. ſine dimin. confer.

Collatio beneficij occulta, eſt ſuſpecta, cap. 1. Vt Eccleſiaſt. benef. ſine dimin.

Collatio beneficij, quando eſt facta palam, præſumitur pro idoneitate perſonæ: & aſſerenti contrarium incumbit probandi onus, ibid.

in Collatione beneficiorum tria ſunt conſideranda, perſonæ idoneitas, modus Canonicus, & tempus competens, ibid.

Collatio ſeu conceſſio per patronum etiam clericum facta non habet vim præſentationis, cap. fi. de iure patron.

Collationis beneficij executio debet differri, ſi is cui facta eſt collatio, ſit ſuper criminibus publice infamatus, cap. accedens. De accuſat.

Collatio beneficij facta illi qui prius fuit excommunicatus, ſed 5
abſolutus tempore collationis, valet, cap. propoſuit, fi. De clerico excommunicat.

Collatio beneficij facta excommunicato excommunicatione minori, non valet, cap. ſi celebrat. eod.

Collationem beneficij habens non poteſt ſibi conferre, cap. 3. De excell. prælator.

Collationem beneficij habens Archidiaconus ſi non conferat illud, vel conferat indigno, poteſtas ordinandi deuoluitur ad ſuperiorem, ſcilicet ad Epiſcopum, ibid.

Collatio beneficij facta violantibus interdictum, vel excommunicatis, nulla eſt, gl. manes, in cap. fi. eod.

Collatio præbendarum ſeu Canonicatuum ſpectat in quibuſdam Eccleſijs ad ſolum capitulum vel conuentum: in quibuſdam communiter ad vtrumque, gl. ad eos, in cap. cum aliquibus. De reſcript. lib. 6.

ſub Collatione eadem ſi fuerint plures expectantes, habentes ſimiles gratias, ille prælatur qui prior fuerit in data, cap. quamuis, fi. eod.

Collatio præbendæ facta non concluditur per ſolam receptionem in Canonicum, cap. duobus, eod.

Collatio præbendæ non vacantis ſicut eſt prohibita, ita etiam eſt prohibita optatio, cap. cum in tua. De conſuetud. lib. 6.

Collatio ſeu prouiſio beneficij debet eſſe certa & pura: & non conditionalis, incerta, vel alternatiua, gl. incerta, in cap. 2. De elect. lib. 6.

Collatio beneficij vel prouiſio poteſt fieri ſub conditione, quæ de ſui natura ineſt, veluti, *confero tibi talem Eccleſiam, vel præbendam ſi vacat, vel ſi capax es*: talis enim non facitur conditionalem, gl. incerta, in d. cap. 2.

per Collationis viam quando proceditur, poſſunt opponi cri- 6
mina contra eum, cui facienda eſt collatio, cap. ſi forte. De elect. lib. 6.

Collatio beneficij iurati, facta minori 25. annorum, eſt ipſo iure nulla, cap. licet canon. 14. eod.

Collatio vel prouiſio facta non ſeruata forma *cap. fi. De elect. lib. 6.* hoc eſt ſine cauſæ cognitione, nec vocatione generali, valet, gl. fi. in cap. fi. eod.

Collatio legati per taciturnitatem prioris beneficij, vitiatur, cap. fi. De officio legati, lib. 6.

Collatio, ordinatio, electio, & præſentatio differunt inter ſe, cap. fi. De officio Ordin. lib. 6. gl. præſentetur, in cap. 2. Vt lite pendente, lib. 6.

Collatio beneficij quandoque ſpectat ſimul ad capitulum & Epiſcopum, cap.

copum, cap. à collatione. De appellat. lib. 6.

à Collatione capituli ad Epiſcopum recte poteſt appellari, ſi vt Canonicus interſuit capitulo: ſecus ſi vt Prælatus, ibid.

Collatio dicitur pertinere ſimul ad Epiſcopum, & capitulum, ſiue Epiſcopus interueniat vt Canonicus, ſiue vt prælatus in tali collatione, ibid.

in Collatione beneficiorum non eſt liberalitas: ſed in conferendo magis illi, quàm illi, gl. in penſione, in cap. quamuis. De præbend. lib. 6.

ex Collatione Canonicatus acquiritur ius, etiam ſine alia receptione in Canonicum, cap. cum cui 7. eod.

per Collationem ſolam præbendæ vacantis, videtur eſſe facta collatio Canonicatus, cap. ſi clericus, eod.

Collatio non tenet, ſi poſt gratiam mihi factam à Papa de Canonicatu & præbenda, Canonici hoc ignorantes, & ignorantes præbendam cuoſerunt poſt vacantem, cap. ſi poſtquam, 13. eod.

per Collationem Canonicatus acquirit ius ad rem, & non in re: quando præbenda vacat, ibid.

7 Collatio Canonicatus facta per Papam, ligat manus ordinarij collatoris, etiam ignoranter, ibid. cap. ſi beneficia, 20. eodem.

Collatio beneficij facta ſub conditione, *ſi vacat*, valet: quod verum eſt in Papa, cap. dudum, 14. eodem.

Collatio facta per executorem Apoſtolicum impetratom tenet, licet primus per alium fuerit alteri collata; etiamſi prius non caſſet colorem tenendi, quem alius habuerat, quoniam color primi ſuperuenit poſt impetrationem alterius, ibid.

Collatio differt à prouiſione, cap. cum in illis, §. illis vero. De præbend. lib. 6.

Collatio approbata per illum cui fit, attribuit ius in beneficio, etiam ante adeptam poſſeſſionem: ſed ſi non eſt acceptata, ſed ſuſpenſa, tribuit ius ad beneficium, cap. ſi tibi, 17. eod.

Collatio Canonicatus facta per Papam, non habet clauſulam anteferri, quando datur diſparitas in data: ſecus quando eſt æqualitas in data, cap. ſi Apoſtolicæ, 22. eod.

Collatio beneficij, poteſt fieri etiam non petenti, putà motu proprio, cap. ſi motu proprio, 23. eod.

Collatio beneficij facta à Papa motu proprio habenti plura beneficia, etiam non facta mentione illorum beneficiorum, valet: non tamen per hoc cenſetur cum eo diſpenſatum, quod poſſit retinere cum prioribus, ſi aliàs non poſſit, gl. 1. ibidem.

8 Collatio facta motu proprio Papæ pluribus beneficijs in eadem Eccleſia ſimul vacantibus, intelligitur facta de pinguiori: ſed ſi beneficia ſint æqualia, ad eum ſpectat electio, cui gratia eſt conceſſa, cap. ſi pluribus, eod.

Collatio facta ad petitionem alterius de pluribus beneficijs in eadem Eccleſia ſimul vacantibus, reſtringitur ad minus beneficium: ſi ſint æqualia, eligit qui aliàs conferebat: quo negligente, alius eligit, & etiam è contra, ibid.

per Collationem ſolam beneficij non acquirit quis poſſeſſionem eius, cap. licet Epiſcopus, 28. De præbend. lib. 6.

in Collatione beneficij, eodem tempore poſſunt concurrere tres poteſtates conferendi, cap. ſi à ſede, 31. eod.

Collatio Canonicatus & præbendæ, & receptio Canonicorum differunt inter ſe, cap. cum in Eccleſijs, 33. eod.

Collatio Canonicatuum & beneficiorum quandoque ſpectat ad ſolos Canonicos, ibid.

Collatio beneficij ſpecialis facta per Papam valet, licet non fecerit mentionem de poteſtate generali alteri tradita, cap. quamuis, 38. eod.

per Collationem Canonicatus factam ſub expectatione præbendæ, quæritur ius ad rem, non in re, cap. pe. De præbend. lib. 6.

Collatio beneficiorum quandoque poteſt ſpectare ad ſolum capitulum ſine Epiſcopo, cap. ſi. eod.

Collatio beneficiorum quandoque poteſt ſpectare ad ſingulares Prælatos Eccleſiæ, ibid.

Collatio beneficiorum poteſt quandoque ſpectare Canonico ſimplici Eccleſiæ: quandoque vero non, ibid.

Collatio Canonica dicitur illa, quæ eſt facta de beneficio vacan-
9 te, & per illum qui habet poteſtatem conferendi, cap. 1. De concef. præbend. lib. 6.

Collatio executoris facta ante collationem Ordinarij, valet: & illi præiudicat, licet Ordinarius ignoret, cap. 1. §. ex parte, eod.

Collatio & prouiſio idem eſt, cap. 4. De conceſſ. præbend. lib. 6

Collatio beneficiorum poteſt ſpectare etiam ad alios, quàm ad prælatos, cap. executor, 4. eod.

Collatio & receptio differunt inter ſe, cap. ſi à capitulo, eodem.

Collatio ſola facit acquirere ius in re, non autem alij actus præcedentes, etiamſi præcedat petitio, cap. ſi. §. ſane, eod.

Collatio præbendarum quandoque ſpectat ad Epiſcopum & capitulum communiter, cap. 1. Ne ſede vacante, lib. 6.

Collatio præbendarum ſi pertineat communiter ad Epiſcopum & capitulum, mortuo Epiſcopo, vel à collatione beneficiorum ſuſpenſo, poteſt capitulum præbendas vacantes conferre: & è conuerſo ſolus Epiſcopus poterit conferre, ſi capitulum à beneficiorum collatione ſuſpendi contigerit, vel ſingulariter omnes de capitulo ſint excommunicati, ibid.

Collatione præbendarum communiter ad Epiſcopum & capitulum pertinente, collatio præbendarum, vacante ſede, vel renunciatione, depoſitione, vel alio modo pertinet ad capitulum, d. cap. 1. & ibi gl. 1. & 3.

Collatione præbendarum ſpectante ad Epiſcopum, de conſilio 10
vel aſſenſu capituli, illo exiſtente inhabili, niſi ſit in mora, capitulum non poteſt conferre, d. cap. 1. §. cum vero.

Collationibus præbendarum Epiſcopi quandoque interuenit conſenſus, quandoque conſilium capituli, d. §. cum vero.

Collatio beneficiorum de iure, non pertinet ad inferiores prælatos diœceſis, ſed de iure ſpeciali ſic, d. cap. 1. §. ſi.

Collatio verbum, pro donatione ſumitur quandoque, cap. 1. §. verum. De iure patron. lib. 6.

Collatio, præſentatio, & inſtitutio differunt inter ſe, gl. 1. in reg. 1. De regul. iuris, lib. 6.

Collatio beneficij quando deuoluitur ad ſuperiorem, tunc ſuperior tenetur conferre illi perſonæ, cui prælatus negligens debebat conferre, clem. 1. De ſupplend. neglig. prælat.

Collatio beneficij facta à quolibet legato citra legatum Apoſtolicum, non facta mentione de beneficio, quod prius habebat is cui fit, valet, clem. 2. De officio Ordinar.

Collatio facta à Papa de beneficio aliud obtinenti non valet: niſi de illo quod obtinet, mentio ſpecialis fuerit facta, ibidem.

Collatio legati facta motu proprio tenet, etiamſi fiat habenti aliud beneficium, non facta mentione de illo, gl. facta, in clem. 2. De officio Ordinar.

Collatio facta ab Ordinario habenti aliud beneficium, non facta 11
mentione de illo, valet: quia ut naturalis & fauorabilis ampliandа eſt: quod ſecus eſt in collatione legatorum de latere, vel aliorum habentium ſpeciale mandatum, d. clem. 2. & ibi gl. quibuslibet, & gl. nolumus.

Collatio ſeu prouiſio facta proprio motu Papæ tacentis beneficia prouiſi quæcunique ſint vel quotcunique, valet, clem. ſi Romanus. De præbend.

Collatio beneficiorum ex negligentia, de Epiſcopo ad capitulum, & è conuerſo de vno ad alium deuoluitur, clem. ſi de beneficio, eod.

Collatio de beneficijs cauſa permutationis vacantibus, facta alijs quàm permutantibus, non tenet, clem. 1, De rerum permutat.

Collatio hoſpitalium de iure communi ſpectat ad Epiſcopum, niſi ad alium pertineat ex pacto appoſito in fundatione, vel ex conſuetudine præſcripta, vel ex priuilegio Sedis Apoſtolicæ, cap. quia contingit. De religioſ. domib.

Collationes quandoque fiunt alternis vicibus, gl. alternis, in clem. plures. De iure patron.

Collatio beneficij facta ab eo, qui non poterat conferre, pro non facta habetur, gl. facere, in extrau. execrabilis. Ioann. 22.

per Collationem ſolam canonicam, etiam ſine traditione, tribuitur ius in beneficio, gl. competat, ib.

Collatio verbalis, ſicut eſt titulus iure quæſitus abſque alia tra- 12
ditione in gratia iam facta: ita & in facienda mandatum verbale factum conferendo eſt titulus, cuius vigore competit imploratio officij mandatarij pro facienda collatione, qua facta aſſequitur quis ius in re: ante vero ius ad rem, licet non in re, gl. literas, in extrauag. ſedes Apoſtolica. Ioann. 22.

Collatio dignitatis facta à Papa alicui, cum clauſula, *non obſtante quod talia beneficia teneat, qualiacumque ſint*, etiamſi per electionem quis creetur in iſtis, ille poterit retinere illa, gl. perſonatus, in extrau. execrabilis. De præbend. inter comm.

in Collatione ſpiritualium poteſt apponi conditio honeſta & licita: putà, ſi curet de fidei articulis obſeruandis, gl. 1. in can. in ea ſynodo, diſt. 100.

Collationes quorumcumque beneficiorum, contra formam concordatorum inter ſedem Apoſtolicam & nationem Germanicam ſunt nullæ, & inualidæ: & qui hac ratione prouiſiones habuerint, pro malæ fidei poſſeſſoribus, & mere intruſis habeantur: & fructus perceptos & percipiendos nunquam faciant ſuos: & tenentur ad eorum reſtitutionem, extrauag. admonet nos, Clementis ſeptimi.

Collationes quorumcumque beneficiorum, iuxta formam concordatorum inter ſedem Apoſtolicam & nationem Germanicam validæ ſunt: & taliter prouiſis reſeruantur iura quæcumque in illis beneficijs, etiam agendi quandocumque, contra quoſcumque obtinentes dicta beneficia contra dictam formam, & intruſos in illis, ibid.

Reliqua in verbo; *Beneficium*, 16. *vſque ad* 21 *Canonicatus*. *Cardinalis*. 8. 11. 12. *Clericus*. 15. *Epiſcopus*. 109. *vſque* 114. *Concilium*. 1. *Conferre*. *Legatus*. 18. *vſque* 25. *Mandatum*. 9. *vſque* 14. *Prælatus*. 7.

COLLATOR beneficiorum non poteſt ſibi ipſi conferre, nec ſeipſum inſtituere, cap. ſi. De inſtit.

Collator non conferens intra ſex menſes à tempore vacationis, tranſit collatio ad ſuperiorem, gl. 2. in cap. 2. eod.

Collator beneficiorum ſi transferat omnimodam poteſtatem in alium, poteſt ab illo beneficium recipere, quia tunc ille confert iure

fert iure proprio: ſed ſi tranſtulit in alium, tanquam in commiſſarium ſuum, tunc non poteſt ab eo beneficium recipere, dd. reprob. gl. 1. in cap. ſi. eod.

Collatorem eundem grauare de duobus non intendit Papa, vbi pro ſecundo ſcribit cum clauſula, *ſi pro alio non eſt reſcriptum, qui huiuſmodi gratiam proſequatur*, etiam primo tempore datæ vel præſentationis ſecundi gratiam aſſecuri, cap. mandatum, 38. & ibi gl. 1. De reſcript.

Reliqua in verbo, Collatio. Epiſcopus, 109. vſque 113.

COLLECTA quando licite imponitur hominibus, vel Eccleſijs ratione & intuitu bonorum, debent perſonæ vel Eccleſiæ ſoluere, etiam pro rebus quæ habentur extra territorium imponentis collectam, cap. 1. De immunitat. Eccleſiarum lib. 6.

Collectæ & talliæ imponuntur perſonis reſpectu bonorum: & ſic illa non videntur onera realia, ſed perſonalia, habita tamen conſideratione ad bona, ibidem.

Collectæ ſeu talliæ non debent exigi ab Eccleſia, vel Eccleſiaſticis perſonis, clem. 1. De immunit. Eccleſ.

Collectas, tallias, & alia onera non debent laici exigere ab Eccleſiaſticis perſonis: & exigentes, & eis auxilium præſtantes, ſunt excommunicati: ſoluentes tamen Eccleſiaſticæ perſonæ, vel recipientes ab eis ſponte ſoluentibus nullam pœnam incurrunt, ſi ſoluant pro neceſſitate & vtilitate communi, vbi laicorum facultates ad id non ſuppetunt, extrauag. quod olim. De immunit. Eccleſ. inter commun.

Collectam imponere & exigere poteſt ſuperior ab Eccleſijs & clericis, pro procuratione legati, ſeu alijs oneribus, cap. quia plerique. De immunit. Eccleſ.

COLLECTORES ſi grauant Eccleſias, priuari debent officio, cap. ea quæ, 12. De cenſib.

Collectores decimarum deputantur per Papam, vel Reges, aut alios, quibus decimarum priuilegium datur, gl. collectores, in extrauag. ſuſcepti regiminis. Ioann. 22.

Collectores habentes à iure electionem fructuum beneficiorum, iuxta taxationem decimarum, aut reſiduum: ſi non eligant intra decem dies ſtatutos à iure, præiudicant regi, vel alij, qui eos propoſuit, vel deputauit ad id. ibid.

Collector exigens collectam pro oneribus publicis, non debet aliquam vtilitatem conſequi: quinimmo puniri debet, ſi plus exigat quam impendat, cap. quia plerique. De immunit. Eccleſ.

Reliqua in verbo, Cæcus. Contributio. Clericus. 70. 71. 72. Eccleſia. 99. 100. 101. Epiſcopus. 154. vſque 162. Prælatus. 10. Regalia.

COLLECTIVVM nomen, vel habens ſignificatum plurale, poteſt coniungi cum verbo pluralis numeri, cap. ſignificauerunt. De exceptin.

Collectiuo nonnunquam adiunguntur verba ſingularis numeri quandoque, cap. ſi capitulo, §. imò ſi. De conceſſ. præbend. lib. 6.

COLLEGA ſi non vult intereſſe actui fiendo per collegium, non eſt amplius requirendus, & ſimiliter exiens de collegio ante finitum negotium, cap. vbi periculum, §. ianæ. De elect. lib. 6.

COLLEGIATA Eccleſia cognoſcitur, vt quia ibi ſit rector, vt caput: & canonici, vt membra, gl. collegiata, in cap. ſtatutum. De elect. lib. 6.

Reliqua in verbo, Eccleſia. 51. 53. 54. 55.

1 **COLLEGIVM** vnum idemque non debet duplici iure cenſeri, gl. conſtitutum, in cap. cum omnis, §. ſtatuerunt. De conſtit.

Collegia inferiora ſubijciuntur iudicibus ſuperioribus, cap. ex literis. De conſtit.

Collegium doctorum poteſt aliquem doctorem ex cauſa priuare collegio, ibid.

Collegia duo, vel duo corpora quando conueniunt ad aliquid faciendum, non requiritur maior pars perſonarum, vt quia veniant ad id omnes de vno collegio, in quo erant plures quam in alio: ſed requiritur, quod maior pars ſit vtriuſque collegij, vel corporis, gl. plures, in cap. paſtoralis, 14. De reſcript.

Collegio, quod nondum eſt, non datur priuilegium, gl. ad futuras, in cap. ſi. De reſcript. gl. accuſari, in cap. pe. De deſponſat. impub.

Collegium faciunt duo vel tres, gl. pauciores, in cap. 2. De poſtulat. prælator.

de Collegio omnes præter vnum ſi fuerint mortui, vel inhabiles ad eligendum, tota capitularis poteſtas eligendi remanet penes illum vnum, ibid.

in Collegio quod agitur, ad hoc vt valeat, oporter quod duæ partes vocandorum ſint præſentes, & quod maior pars præſentium conſentiat, gl. pe. in cap. licet de vitanda. De elect.

2 Collegij vel capituli clerici omnes poſſunt dici fratres, propter dilectionem & charitatem, cap. coram, 35. eod.

de Collegio qui non eſt, ſi electionem petit caſſari, debet aſſignare cauſam ſuæ petitionis idoneam: aliàs repellitur, gl. 1. ad ſi. in cap. conſtitutis, 47. eodem.

Collegium accuſari poteſt, cap. de famulis. De ſeruis non ordinand.

Collegium ſine prælato non conuenit, neque conuenitur, gl. ſi. in cap. ſi. De procuratorib.

Collegij totius votum, vel factum, obligat collegium vel monaſterium, cap. cum dilectus. De his quæ vi metuſue.

in Collegijs duobus nemo poteſt eſſe, gl. malueris, in cap. præterea. De præbend.

Collegium vt ſit, requiritur quod ad minus ſint tres: ius tamen collegij retinetur etiam in vno, gl. in conuentuali, in cap. à nobis. De iure patron.

Collegij ius poteſt acquiri ex conſuetudine, cap. dilecta. De exceſſib. prælator.

Collegium conſtituere non poſſunt priuati homines regulariter: nec ſigna collegij habere, niſi eis aliter concedatur, ibidem.

de Collegio vno vel de vna ſocietate qui non ſunt, non dicuntur vnum corpus, gl. 1. ibid.

de Collegio vno vel ſocietate qui ſunt, conſtituunt vnum corpus: & poſſunt conſtituere vnum procuratorem, ibid.

Collegium eſſe deſinit, deficientibus perſonis collegij, gl. parochialis, in cap. licet canon. De elect. lib. 6. gl. collegiatas, in cap. ſtatutum. De elect. lib. 6. 3

Collegij ius remanet in vno ſolo, d. gl. collegiatus.

Collegium deſinit eſſe omnium Canonicorum morte, cap. ſi cui, 23. De elect. lib. 6.

Collegium ſi deſtruatur authoritate ſuperioris, tunc non habet locum, cap. ſtatutum, ibid.

Collegij, vel capituli maior pars regulariter ſufficit: fallit in electione Romani Pontificis, & in electione quæ concurrit cum poſtulatione, & in dando coadiutorem Epiſcopo dementi, quia in his caſibus requiruntur ad minus duæ partes collegij, vel capituli, gl. duæ ipſius, in cap. 1. De clerico ægrotant. lib. 6.

Collegij vel vniuerſitatis duæ partes debent eſſe præſentes, vt factum à capitulo vel collegio valeat, ib.

Collegium deſtruendi vnus modus eſt, vt non poſſint aliquem recipere de nouo: & ſic deficient in ſeipſos, cap. 1. §. confirmatos. De religioſ. domib. lib. 6.

Collegio deſtructo, vel aliquo de eis recedente, non diuiduntur bona collegij inter homines collegij, ibidem.

Collegium dicitur à colligendo, gl. collegium, in cap. 1. De vſuris, lib. 6.

Collegium Cardinalium non ſuccedit in poteſtate Papali, mortuo Papa: quod expreſſe in collegio Cardinalium de iure ſpeciali diſpoſitum eſt: ſecùs eſt in alijs collegijs, gl. non conſonam, in clem. ne Romani. De elect.

inter Collegij vel profeſſionis eiuſdem homines, multa licent, quæ non licent inter alios extraneos, gl. etiamſi, in clem. religioſus. De procurat.

Collegium vel populus conuocatur duobus modis, ſcilicet per pulſationem campanæ, vel per vocem præconis, clem. 2. De ſententia excomm.

in Collegijs duobus quis eſſe non poteſt, gl. quod vnus, in extrauag. execrabilis, Ioann. 22. gl. in duabus, in can. ſanctorum, diſt. 70.

Collegium nouum per ſe non debet quis inſtituere, gl. inueniat, in extrau. ſancta Romana. Ioann. 22.

in Collegio ſi diſcordant, ſtatur maiori parti, can. 1. diſt. 65.

Collegium Anglorum fuit erectum à Gregorio XIII. & conceſſa fuerunt ei multa priuilegia, & exemptiones, & fuit deputatus Cardinalis protector, qui habeat iuriſdictionem in cauſis ciuilibus & criminalibus collegialium, & officialium, extrauag. quoniam diuinæ, Gregorij XIII.

Reliqua in verbo, Actus. n. 4. Capitulum. 1. 11. Conuentus. Cœtus. Concordia. Corpus. Habitare, Nouum. 4.

COLLITIGANS debet petere ſubrogationem, infra menſem computandum à die obitus collitigantis: & infra illud tempus in impetratione præfertur omnibus, reg. de ſubrogandis collitigantibus, in reg. Cancell.

Reliqua in verbo, Subrogatus.

COLLOQVIA inhoneſta debent vitari, maxime in diuinis officijs, clem. 1. De celebrat. Miſſar.

Colloquia praua corrumpunt bonos mores, gl. colloquia, ibidem.

COLLVDENS in cauſa beneficiali, priuari debet beneficio, cap. audiuimus. De colluſione deteg.

Colludens, de colludio debet puniri pœna legibus conſtituta: & nihilominus iterum inquiritur de illis criminibus, gl. pe. in cap. ſi. eod.

Colludium non debet remanere impunitum, gl. 1. in cap. audiuimus, eod.

COLLVSIO, eſt inter actorem & reum latens & fraudulenta conuentio, gl. 1. ibid.

Colluſio eſt inter actorem & reum occulta & illicita pactio, per quam alter in iudicio ſe ſuperare permittit, gl. 1. in cap.

1. in cap. cum clerici . De cenſibus .

Colluſio mala non excuſatur authoritate Epiſcopi , quia nec ipſe poteſt imponere cenſum nouum , vel penſionem , gl. 2. ibidem .

Reliqua in verbo , Præuaricari .

COLONVS , lite pendente , debet ſoluere penſionem , gl. fi. in cap. querelam . De elect.

Colonus , cui locatio fuit facta ad longum tempus , ſi ceſſauerit à ſolutione penſionis per biennium , in re ſibi locata cadit à iure ſuo , & poteſt expelli à re conducta , gl. fi. in cap. 2. De dilation.

Colonus , propter vbertatem fructuum , non tenetur ſoluere maiorem penſionem ſeu mercedem , cap. propter ſterilitatem . De locato .

Colono propter modicum damnum ex ſterilitate , non remittitur penſio : nec ex magna , ſi in locatione id expreſſum ſit , gl. 1. ibid.

in Colono partiario non habet locum remiſſio propter ſterilitatem : quia cum domino lucrum & damnum partitur , ibidem .

Colonus partiarius , & etiam dominus , tenentur ſoluere decimam pro rata vtriuſque partis , cap. tua nobis , & ibi gl. licet dominus . De decimis .

Colonus Eccleſiæ non ſoluens penſionem per biennium ſtatim poteſt expelli , authoritate tamen iudicis : & idem eſt in colono fiſci , gl. per biennium , in can. 2. §. qui rem , 10. q. 2.

Colonus Eccleſiæ , licet tradat poſſeſſionem Eccleſiæ alij , non ideo perdit Eccleſia poſſeſſionem , gl. 2. in can. quiſquis , 12. q. 2.

Reliqua in verbo , Decima . 7. 8. Inquilinus . Conductor . Ruſticus .

COLORES quidam , etiam clericis ſæcularibus interdicti ſunt , ne dum regularibus , gl. nigri , in clem. ne in agro , §. ſtatuimus . De ſtatu Monachor.

Colores albus , niger , & brunus , & lana ſine tinctura haberi poſſunt , gl. coloris , ibid.

COLVMBA , quæ deſcendit in Baptiſmo Chriſti , vera fuit : nec prius , nec poſtea comparuit , ſed in ſuam materiam rediit , gl. 2. in can. ſi. De conſecrat. diſt. 3. & gl. antequam , in can. aliud . De conſecrat. diſt. 4.

Columba in aquam prius deſcenderat , antequam Chriſtus baptizaretur : poſtquam autem Chriſtus deſcendit , Spiritus Sanctus ſuper eum putandus eſt in eum veniens in illa columba apparuiſſe , gl. antequam , in d. can. aliud .

COMAM nutrire viro ignominia eſt : ſed mulieri , eſt gloria , gl. 1. in can. prohibitæ , diſt. 33.

Reliqua in verbo , Clericus . 108.

COMMEATVM parciſſime debet dare ille , qui præeſt ſibi ſubiectis , gl. fi. in can. 1. diſt. 72. & gl. oblatum , in cap. ſignificaſti . De elect.

COMEDERE licitum eſt de ſagimine , illis diebus quibus oua & caſeum licitum eſt comedere , gl. ſagimine , in can. fi. diſt. 82.

Comedere debent homines vt viuant , non viuere vt edant , gl. pe. in can. ne talis . De conſecrat. diſt. 4.

Comedens pluſquam debeat , non peccat mortaliter , gl. conſcientiam , in can. omnes , §. 1. 28. q. 1.

Comedere ante horam , in quocumque tempore , eſt prohibitum , can. quod dicitur , diſt. 41.

Reliqua in verbo , Abſtinere . Clericus . 15. 16. Sagimen . Ouum . Quadrageſima .

COMES dicitur , qui de Comitatu à principe eſt inueſtitus , gl. Marchio , in cap. fundamenta , §. numquid . De elect. lib. 6.

Comes non deſinit quis , eo quod factus ſit clericus , dd. reprob. gl. 1. in can. præſens , 20. q. 3.

Comites Palatini , nullo præuio examine , promouebant ad gradum doctoratus laicos & ſæculares , in qualibet facultate : & ideo reuocata fuit eis facultas concedendi lauream magiſtralem , vel doctoratus : & ab eis creati carent priuilegijs doctorum , extrauag. quamuis à ſede , Pij Quinti .

Reliqua in verbo , Barones . Dux . Marchio .

COMESTIONES dicuntur albergariæ , ſeu procurationes quas ſubditi ſolent præſtare , gl. 1. in cap. ad audientiam . De præſcript.

COMESSATIONES non ſolum Sacerdotibus , ſed etiam laicis ſunt noxiæ , in ſumma , diſt. 44.

Comeſſationes & ebrietates vitandæ ſunt , & ſi multitudo in hoc delinquat , legitime ſunt monendi vt deſiſtant , non puniendi , can. comeſſationes , diſt. 44.

Reliqua in verbo , Clericus . 15. 16.

COMITATVS dicitur diſtrictus alicuius ciuitatis , vbi eſt Epiſcopus , gl. comitibus , in can. prouinciæ , diſt. 99.

Comitatus & parochia idem ſunt , cap. pe. De præſcriptio .

Reliqua in verbo , Diœceſis . Territorium .

COMMATRES duas diuerſis temporibus poteſt quis habere in vxores , veluti Ioannes habet in vxorem Mariam , & illa habet ex alio filium , quem Magdalena ſuſcepit de ſacro fonte , & ſic iſta Magdalena efficitur commater Mariæ & non Ioannis , qui licite poterit mortua Maria , ducere Magdalenam in vxorem , cau. poſt vxoris , & ibi gl. 1. 30. q. 4.

Reliqua in verbo , Matrimonium . 39. Cognatio . Spirituale . Compatres .

COMMENDA Eccleſiæ valet , ſi fiat pro vtilitate & neceſſitate Eccleſiæ , cap. nemo , 15. De elect. lib. 6.

Commenda Eccleſiæ parochialis requirit ordinem Sacerdotalem & ætatem , ibid.

per Commendæ viam , prohibetur etiam habere plures Eccleſias parochiales , ſicut & prohibetur etiam habere in titulo , ac per viam principalis tituli , ibid.

Commenda durante , non vacat beneficium datum in commendam : quia titulus iſte eſt canonicus , ſicut & alij , gl. commendare , ibid.

in Commendam ad dandum beneficium debet vocari patronus & alij qui ex tali commenda læduntur : qui ſi fuerint contumaces , vlterius non audiuntur , ibid.

Commenda data non poteſt reuocari per Ordinarium , vel iterum conferri alicui , niſi ceſſet cauſa , ex qua facta fuit , d. gl. commendare .

Commendas duas habere non licet , ſicut nec duas intitulatas , gl. vnam , in d. cap. nemo .

Commenda non poteſt fieri ſine diſpenſatione , gl. neceſſitate , in add. ibid.

Commenda non expirat morte commendantis , gl. fi. ibid.

Commenda prima finita , quæ finitur ſex menſibus elapſis , non poterit Ordinarius iterum eam eidem , vel alteri commendare , etiam ex cauſa : ne perpetuo id fieret , gl. fi. ibid.

Commenda Eccleſiæ parochialis non poteſt fieri niſi Sacerdoti : ſed vicaria , vel rectoria ſic , gl. promouendis , in clem. 1. De officio vicarij .

Commendæ factæ de Eccleſijs parochialibus , Archiepiſcopalibus , Epiſcopalibus , & monaſterijs , ſunt cauſa multorum malorum : & ideo conceſſæ reuocandæ ſunt , extrauag. & ſupernæ . De præbend. inter commun.

Reliqua in verbo , Eccleſia . 78.

COMMENDARE , idem eſt quod deponere : qui enim deponit rem penes alium , poſſeſſionem intelligitur retinere : & quandocumque vult , poteſt depoſitum ſiue rem commendatam reuocare , gl. 1. in cap. ſi conſtiterit , 12. De accuſatio .

Commendare idem eſt quod deponere : quandoque accipitur pro verbali honore alicui impenſo : vt cum quis de aliquo laudatur , vel quando amicum commendo , vt ei verbalem honorem faciam , gl. commendare , in cap. nemo , 15. De elect. lib. 6.

Commendare quandoque idem eſt quod dare in cuſtodiam . ibidem .

Commendare poteſt Epiſcopus toto tempore , quo poteſt conferre , ſcilicet intra ſex menſes , ita quod ſi vltima die ſex menſium fiat commenda , durabit per ſex menſes , ibid.

Commendare poterit Epiſcopus etiam tranſacto tempore , quo potuit conferre , intellige dando ei cuſtodiendam , vel ſaluandam , donec ſuperior , ad quem per devolutionem ſpectat prouiſio , prouideat , ibid.

Commendare ſumitur multis modis , gl. commendatum , in cap. 2. De ſupplend. neglig. prælat.

Commendare idem eſt quod deponere , gl. commendare , in can. ius naturale , diſt. 1. gl. 1. in can. qui plures , 21. q. 1.

Commendare noſmetipſos poſſumus ex quo Dominus ſeipſum commendauit , cum Chriſti actio ſit noſtra inſtructa lectio , gl. 1. in can. tenere , diſt. 31.

Commendare ſe nemo debet , gl. 1. in can. quidam , 18. q. 2.

Commendare ex ſcientia certa rem vitioſam , etiam in genere , non eſt licitum : alioquin tenetur de dolo , gl. ſine commendatitiis , in can. duæ ſunt , 19. q. 2.

Commendandi animo dicta , non obligant , gl. commendare , in can. nemo , 15. De elect. lib. 6. gl. ſine commendatitiis , in can. duæ ſunt , 19. q. 2.

Commendandi ſui cauſa , non debet quis facere , quod alteri noceat , gl. commendare , ibid.

Commendandi cauſa dictum pro non dicto habetur : quod intellige verum , dum commendatio conſiſtit in genere : nam vbi conſiſtit ad ſpecialia , teneretur ex eo , quod commendando plus vendidit , niſi quod commendando dicit , ſit

in euidenti ,

in euidenti, gl. laudat. in can. ſaluator. §. 1. 1. q. 3.

Commendans rem in genere, non obligatur: ſecus ſi in ſpecie, gl. priuata, in can. duæ ſunt, 19. q. 2.

Reliqua in verbo, Cuſtodiam. Parochiales, 2. Commenda. Eccleſia. 78. Prælatus. 2.

COMMENDATARIVS non eſt Prælatus, ſed Prior, qui tantum habet legitimam adminiſtrationem, gl. commendare, in cap. nemo. De elect. lib. 6.

Commendatarius ad tempus eſt cuſtos & procurator, & ideo non facit fructus ſuos, ſed debet eos colligere, & gubernare & providere ſibi, & miniſtris: & quod ſupereſt in vtilitatem Eccleſiæ debet conuertere: ſed contrarium ſeruatur de iure, ibidem.

Commendatarius impetrans aliam Eccleſiam, debet de commendata facere mentionem, ibid.

Reliqua in verbo, Cuſtos. Prælatus. 2.

COMMENDATIO ſui ipſius, quandoque permittitur, gl. vaſa. in can. ecce, 23. q. 4.

COMMENDATAM vnam habere, & aliam intitulatam, licitum eſt, gl. vnam, in cap. nemo. De elect. lib. 6.

Commendatam Eccleſiam habens, non dicitur propriè eam poſſidere, cap. ſi conſtiterit, 12. De accuſat.

COMMENDATITIAS literas ad ordines, ſoli Epiſcopi in ſua diœceſi concedere poſſunt, cap. ſi Epiſcopus, 37. De præbend. lib. 6.

Reliqua in verbo, Dimiſſoriæ. Clericus. n. 33. 34. 35. Epiſcopus. 70. 71. Ordo. 30.

COMMINATIO proceſſus ad vlteriora, non habet vim peremptorii: niſi aliter exprimatur, cap. cum ex literis. De in integr. reſtitut.

COMMITTERE poſſumus quædam aliis, quæ nobis non poſſumus retinere, gl. 1. in cap. nouit. De iudicus.

Committi rectè poteſt generalitas cauſarum certis iudicibus: ſed non incertis iudicibus, quos impetrans duxerit eligendos, gl. multitudinem, in cap. ſedes Apoſtolica. De reſcript.

Committi non debet diuerſis iudicibus, vno & eodem tempore, cauſa poſſeſſionis & proprietatis: quia cauſæ continentia diuidi non debet gl. 3. in cap. 1. De ſequeſtr. poſſeſs.

Committere verbum quandoque idem eſt, quod conferre, clem. 1. De ſupplenda neglig. prælat.

Committere alicui vices ſuas, vel conſentire vt ille cognoſcat, paris ſunt: licet quandoque re vera ſint diuerſa, clem. 1. §. duo. & ibi gl. conſentium. De hæreticis.

Committendo cauſam, videtur commiſiſſe appellationem, gl. committendum, in cap. cum ex literis. De in integr. reſtitut.

Committendo negotium principale videtur conceſſiſſe etiam beneficium reſtitutionis, ibid

COMMISSIO generalis omnium negotiorum vni non debet fieri, quia eſt contra ſtylum curiæ Romanæ, gl. a. in cap. ad hæc 10. De reſcript.

Commiſſio, cum generalitate, incertis iudicibus quos impetrans duceret eligendos facta, non valet, gl. multitudinem, in cap. ſedes Apoſtolica. De reſcript.

Commiſſionis cauſæ appellatione non comprehenditur deciſio eiuſdem cauſæ, niſi exprimatur, cap. ſi. De officio Archidiac.

Commiſſio cauſæ quando fuit antea ſimpliciter facta, ſufficit quod in literis appellationis fiat mentio de proceſſu cauſæ, & de appellatione interpoſita, & de exceptione propoſita; & hoc quando appellatur à gravamine ante ſententiam: ſed quando appellatur à diffinitiua, ibi non eſt neceſſe dicere, *niſi appello à ſententia taliqua à tali iudice lata*, gl. ex certa, in cap. paſtoralis, §. præterea. De officio delegat.

Commiſſio quæ fit pluribus in ſolidum, cenſetur facta vni quoad effectum, cap. pe. & ibi gl. conſilio. De elect. lib. 6.

per Commiſſionem officii generaliter factam ab Epiſcopo, datur poteſtas cognoſcendi de cauſis, cap. licet. De officio vicarii, lib. 6.

per Commiſſionem vocis, quam quis habet in cauſa, videtur etiam commiſſa prolatio ſententiæ, cap. ſi delegatus, 8. De officio deleg. lib. 6.

Commiſſio ſi ſit facta alicui, vt aliquem alium liget, non poteſt eum abſoluere, can. peruenit, 7. q. 1.

Commiſſiones cauſarum factæ occaſione conceſſionum Apoſtolicarum de beneficiis Eccleſiaſticis, non valent, niſi literis expeditis, reg. non valeant commiſſiones cauſarum, in reg. Cancell.

in Commiſſionibus de iuſtitia, in cauſis in quibus concluſum exiſtat in poſterum concedendis, etiam ſi in eis fiat mentio de concluſione, nihil cenſetur commiſſum, niſi per commiſſionis huiuſmodi conceſſionem derogetur expreſſæ concluſioni, reg. ne fletur commiſſioni poſt conceſſionem, in reg. Cancell.

COMMISSA deciſione cauſæ, cenſetur commiſſa cognitio eiuſdem, cap. de cauſis, 4. De officio deleg.

Commiſſa ſimpliciter cauſa, poteſt delegatus citare contumacem, punire, & reliqua facere, quæ ſpectant ad cauſam, cap. præterea, eod.

Commiſſo vno videntur omnia commiſſa, ſine quibus illud vnum expediri non poteſt, ibid.

Commiſſa cauſa pluribus ſimpliciter, quilibet earum etiam collegæ delegare poſſunt, cap. quamvis ſimus, 6. eod.

Commiſſa cauſa vel ſententiæ cognitione videtur commiſſa ſententia, cap. ex literis. De in integr. reſtitut.

Commiſſa cognitione cauſæ, non cenſetur commiſſa deciſio: niſi ſpecialiter committatur, cap. cum ad ſedem. De reſtit. ſpoliat.

Commiſſa cauſa ſimpliciter & indeterminate, intelligitur commiſſum iudicium poſſeſſorium, & petitorium, cap. 1. & ibi gl. 3. De ſequeſtr. poſſeſſ.

Commiſſa cauſa poſſeſſoria & petitoria, ſi prius pronunciatur ſuper proprietate, dicitur iudex functus officio ſuo, & ſic non poteſt amplius agi de poſſeſſione, d. cap. 1. & ibi gl. 1.

Commiſſa cauſa poſſeſſoria alicui, non poteſt is cognoſcere de proprietate: quia cui commiſſa eſt tantum cauſa violentiæ, de proprietate cognoſcere non poteſt, gl. 3. ibid.

Commiſſa cauſa ad inſtantiam actoris ſuper poſſeſſione, & proprietate, poteſt actor ſuper alterutra inchoare iudicium: imò poteſt ſuſpendere iudicium proprietatis inceptum, & intrare iudicium proprietatis, cap. ſignificaverunt, 36. De teſtib.

Commiſſa cauſa principali, videtur commiſſa cauſa acceſſoria, cap. de prudentia. De donat. inter virum.

Commiſſum ſi ſit alicui expediendum aliquid certo loco, ex iuſta cauſa illud expedire poterit extra locum, cap. ſtatuimus. De officio deleg. lib. 6.

Reliqua in verbo, Delegare. Delegatio. Delegata. Officialis. 2. 3.

COMMODATVM ante vſum completum non revocatur, gl. cum rea, in cap. in cauſis, 30. De elect.

Commodatum communiter fit gratia recipientis tantum, licet quandoque fiat gratia concedentis: quandoque gratia vtriuſque, gl. in rub. De commodat.

Commodatum fit ad certum & determinatum vſum: nec eſt neceſſe, quod fiat mentio de tempore, cap. 1. De commodato.

Commodatum eſt beneficium, ibid.

Commodatum eſt alicuius rei ad aliquem ſpecialem vſum gratuito facta conceſſio, & non tranſlatio: & ideo dicitur conceſſio, & non tranſlatio: quia is qui commodat, retinet dominium & poſſeſſionem, gl. 1. in d. cap. 1.

Commodatum dicitur, quaſi veniens commodo datum: & ideo dicitur gratuito: quia ſi interueniat merces, tranſit in locationem, vel in contractum innominatum, *do vt des*, vel *facio vt facias*, ibid.

Commodatum differt à precario: quia precarium conceditur ſine præfinitione certi vſus, vnde quandocunque poteſt revocari precarium, ſicut & depoſitum: ſed commodatum conceditur ad certum vſum, quia ſtatim ſubijcitur vſus ad quem res commodatur, ibid.

Commodatum conſiſtit in rebus mobilibus, & ſe moventibus, & immobilibus, & incorporalibus, putà ſeruitute habitandi, & in iiſdem etiam rebus conſiſtit precarium, ibid.

Commodatum non poteſt conſtitui in eo, quod vſu conſumitur, niſi ad pompam, vt ditior appareat, ibidem.

Commodatum debet reſtitui ad priſtinam cauſam: aliàs commodatarius, quanti intereſt eius condemnatur, gl. 2. ibid.

Commodata res non videtur reddita, ſi reddatur deteriorata, gl. ſi. in cap. cum contra. De pignor.

Commodati contractus natura eſt, quod ſit gratuitus: quod ſi non ſit gratuitus, & pecunia recipiatur pro re commodata, deſinit eſſe commodatum, & in locationem tranſire videtur, gl. ſi. in cap. conqueſtus. De vſuris.

COMMODANS, ſi commodat rem ſuam, vt non faciat eam accipientis, ſed vt permittat ei vti re commodata, non poteſt revocare, niſi poſt vſum completum, gl. 1. in cap. ſi. De precariis.

Commodans ſciens vaſa vitioſa, tenetur contraria actione pro vino effuſo: ignorans tamen excuſatur, gl. poſt vſum, in cap. 1. De commodato.

COMMODATARIVS gratia ſui, tenetus etiam de leuiſſima culpa, cap. 1. De commodato.

Commodatarius gratia ſui, non tenetur de caſu fortuito, niſi acciderit culpa ſua, vel interueniat pactum, vel fuerit in mora, ibid.

contra Commodatarium non poteſt agi commodati, niſi poſt vſum expletum, cuius gratia res fuit commodata, ibid.

Commodatarius, cui equus commodatus fuit, vt eum duceret ad villam, ſi duxerit ad bellum, tenetur: quia ad alium vſum duxit, quàm dixit, gl. 1. ibid.

Commodatarius, qui gratia tantum ſui recipit rem, tenetur de dolo, & lata, & leui, & leuiſſima culpa: quia debet adhibere exactam diligentiam, qualem in rebus ſuis: imò non ſufficit talem adhibere, ſi alius diligentior cuſtodire potuit, gl. 1. in cap. 1. De commodato.

Commodatarius, cui gratia tantum commodantis datum eſt commodatum, tenetur tantum de dolo & lata culpa, ibidem.

Commodatarius , cui gratia vtriuſque , ſcilicet commodatarij & commodantis commodatum datum eſt , tenetur de dolo & lata culpa : ſed non de caſu fortuito , qui prævideri non poteſt , niſi aliud inducant culpa , pactum , & mora , ibid.

Commodatario poteſt imputari culpa , vt ſi rem ſibi commodatam remiſerit mihi per non idoneam perſonam : ſecus ſi per idoneam perſonam , licet contrarium euenerit , gl. 2. in d. cap. 1.

Commodatarius tenetur de caſibus fortuitis ex pacto : ita quod caſus fortuiti connumerentur ſpecialiter , ibid.

Commodatario imputatur mora , putà ſi moram fecit in reſtituendo : & intelligendum eſt etiam , ſi apud commodantem res fuiſſet eodem modo peritura , ibid.

Commodatarius ſi ſit in mora reddendi rem commodatam , & illa pereat poſt moram , etiam caſu fortuito , perijt periculo ipſius commodatarij , gl. 1. in reg. mora , 25. De reg. iuris , lib. 6.

Commodatarius , à quo ſurrepta eſt res commodata , ſi agat furti , & conſequatur pœnam à fure , non tenetur reſtituere pœnam ipſam domino , ne ſit damno tantummodo deditus , qui rem commodatam accepit : ſed liceat etiam lucrum ſperare , gl. 1. in reg. qui Prior. De reg. iur. lib. 6.

Commodatarius poteſt repetere rem commodatam à fure , quam reſtituere debet domino , gl. 1. in reg. dolo facit . De reg. iur. lib. 6.

Commodatarius & depoſitarius tenentur ad reſtitutionem de iure naturali , can. ius naturale , diſt. 1.

Commodatatius pœnam quam conſecutus eſt ex furto , non reſtituit domino : quia ſicut patiebatur damnum , ſic aſſequatur lucrum , gl. 1. in add. marg. in cap. accedentis . De præſcriptio .

Commodare poteſt is , qui poteſt obligare : poteſt etiam ei commodari , gl. 1. in cap. 1. De commodato .

Reliqua in verbo , Contractus . 7.

COMMODE viuere , & abſque penuria differunt , gl. abſque penuria , in cap. 1. De ſtatu regular. l. 6.

Commode licet quis non poſſit viuere , ſecundum ſuæ perſonæ qualitatem , cum centum : poteſt tamen eſſe quod viuat abſque penuria , cum viginti quinque , ibid.

Commode quando non poteſt Epiſcopus accedere ad Eccleſiam , dicitur non poſſe , gl. 2. in cap. fi. De priuileg. lib. 6.

Reliqua in verbo , Viuere .

COMMODVM cum incommodo debet compenſari , gl. fi. in cap. fi. De elect.

Commodum vel fructum non debet quis conſequi ex eo , quod nititur reprobare , cap. cum olim , & ibi gl. conſequi . De cenſib.

Commodum non debet quis habere ex ſuo dolo , gl. 1. in cap. ſi viuere , 34. De ſententia excommun.

Commodum non debet quis conſequi ex eo , quod impugnare niſus eſt , reg. ex eo . De reg. iuris , l. 6.

Commodum debet ſentire , qui ſentit onus : & è contra , reg. qui ſentit , 55. eod.

ad Commodum ſtatutum non debet trahi ad incommodum , clem. 1. in prior. De hæreticis .

Commodum non debemus conſequi ex eo , quod inuiti facimus , gl. fi. in can. quàm præpoſterum , 13. q. 2.

Commodum non debet ſentire quis , vnde pœnam debet ſuſtinere , cap. & ſi neceſſe . De donatio. inter virum .

Reliqua in verbo , Onus . Emolumentum . Malitia .

1 COMMVNICARE debemus mortuo , cui viuo communicauimus : fallit in furibus , latronibus , & his qui moriuntur in torneamentis , in raptoribus , & his qui ſeipſos interficiunt , & cuilibet quem conſtat deceſſiſſe in peccato mortali , cap. ex parte , & ibi gl. fi. & cap. ſacris . De ſepulturis .

Communicare excommunicato in crimine , non debent vxor , filij , mercenarij , & famuli obſtricti eius obſequio ; alias ſi communicarent in crimine , pro quo fuit excommunicatus , incurrunt in eamdem excommunicationem , gl. fi. in cap. inter alia , 31. De ſententia excommunicat.

Communicare non debet quis cum excommunicato donec per Eccleſiam fuerit abſolutus , etiam poſt præſtitum iuramentum de parendo mandatis Eccleſiæ , cap. quod in dubijs , 20. De ſententia excommunicat.

Communicare ſcienter nullus debet excommunicato nominatim , niſi fuerit de illis perſonis , quæ traduntur *in can. quoniam* , 11. *q.* 3. d. cap. quod in dubijs .

Communicare excommunicato tenentur illi , qui priùs erant obligati ad obſequium familiare : alij vero non tenentur de neceſſitate , licet interdum poſſint vrgente neceſſitate , cap. inter alia , 31. eod.

Communicare hæretico non eſt licitum : nam & quilibet hæreticus eſt excommunicatus , cap. ſi vere , 34. eod.

Communicare non debemus ei , cui Epiſcopus non communicat , intellige de publicis excommunicatis : ſed communicare poſſumus ei , quem ſolus Epiſcopus ſcit excommunicatum , & ſecreto non communicat ei can. 2. & ibi gl. fi. 6. q. 2.

Communicare non debemus his , quibus Papa eſt inimicus , can. ſi inimicus , 11. q. 3.

Communicare non debemus excommunicato , etiamſi non fuerit denunciatus , ibid. 2

Communicare poſſumus his , qui committunt peccatum mortale , propter quod ſentiunt ſe indignos communione corporis , & ſanguinis Chriſti , can. ad menſam §. 1. 11. q. 3.

Communicare poſſumus his , quibus iniungitur pœnitentia , vt vſque ad certum tempus à corpore Chriſti abſtineant , vt poſtea reconcilientur , ibid.

Communicare poſſumus excommunicatis, in neceſſitate , can. anteceſſor. 11. q. 3.

Communicare poſſunt excommunicatis , dummodo non in crimine , vxores , filij , ſervi , ancillæ , mancipia , ruſtici , & ſeruientes excommunicatorum , & eorum curiales , can. quoniam multos , 11. q. 3.

Communicare poſſumus excommunicatis , ex neceſſitate ; item ex ignorantia facti : item in eleemoſinis dandis , ibid.

Communicare poteſt familia excommunicatorum cum illis , ſine periculo excommunicationis , d. can. quoniam multos , & ibi gl. ex neceſſitate .

Communicare quibus viuis non poſſumus , nec eis mortuis , can. ſane , 24. q. 2. gl. 1. in cap. ad hæc . De priuileg.

Communicare excommunicato nemo debet , ante abſolutionem , quantumcumque dignitate exiſtat , cap. cum deſideres . De ſententia excommun.

Communicare cum excommunicato poteſt quis propter vtilitatem ſuam , & ne ille commodum habeat , gl. pœnam , in cap. cum deſideres . De ſententia excommunic.

Communicare cum excommunicato poteſt quis propter vtilitatem ipſius excommunicati , in his quæ pertinent ad ipſius ſalutem , ibid.

Communicare cum excommunicato poteſt quis propter eamdem legem , quæ eſt viro & vxori , ib.

Communicare poteſt cum excommunicato pater , filius , ancilla , mercenarius , & ſeruus , ibid.

COMMVNICANDVM non eſt ſemper in aſſumptione cibi , can. in mandatis , diſt. 43.

Communicandum non eſt cum infamato de excommunicatione , niſi ſe purget , vel abſoluatur ad cautelam , cap. cum deſideres . De ſententia excomm.

COMMVNICANS cum excommunicato , incurrit peccatum mortale , cap. ſacris . De ijs quæ vi. 1

Communicans cum excommunicato excommunicatione minori , incurrit peccatum mortale , ibid.

Communicans cum excommunicato per nutum , ſi non conſentit iniquitati illius , apud Deum nullum detrimentum animæ incurrit : ſed quoad Eccleſiam militantem contraxit vinculum excommunicationis , gl. violentia , in cap. cum dilectus , eodem .

Communicans excommunicato , ipſo iure eſt excommunicatus minori excommunicatione : qui ſi nolit deſiſtere , debet excommunicari maiori excommunicatione , cap. 2. & ibi gl. excommunicatum , & gl. pe. De clerico excommunicato .

Communicans viuo , & communicare poteſt ei mortuo , gl. 4. in cap. omnis vtriuſque . De pœnitent. & remiſſ.

Communicans cum excommunicato non incidit in excommunicationem , cap. cum deſideres . De ſententia excommunicat.

Communicans cum excommunicato ignoranter , non incidit in excommunicationem : niſi ignorantia eſſet craſſa , gl. pœnam , ibid.

Communicaos cum excommunicato incidit in maiorem excommunicationem , quando excommunicatus eſt à Romano Pontifice iudicialiter , & nominatim , & communicans ſit clericus , & ſciens eum eſſe excommunicatum à Papa , & ſponte , & nullo metu interpoſito , & quod in diuinis communicauiſſet , cap. ſignificauit , 18. eod. & gl. 1. in cap. ſtatuimus , eod.

Communicaos excommunicato regulariter incurrit excommunicationem minorem , hoc eſt priuatur participatione ſacramentorum , gl. 1. in d. cap. ſignificauit .

Communicans cum excommunicato , qui erat excommunicatus cum omnibus participantibus , incidit in excommunicationem maiorem , ibid. 2

Communicans cum excommunicato in crimine pro quo erat excommunicatus , eadem ſententia cum eo ligatur : veluti , excommunicatus eſt quis à Papa , & ſic ſuſpenſus eſt à diuinis : ſi celebrat poſt ſuſpenſionem , & communicauerit aliquis cum eo in illis diuinis , & ſic in eodem crimine incidit in eamdem excommunicationem , gl. 1. ibid.

Communicans cum excommunicato in crimine , dicitur ille qui dat auxilium , conſilium , vel fauorem , & in eamdem excommunicationem incidit , in quam principalis , cap. nuper , §. in primo , & ibi gl. magna. De ſententia excommunicat.

Communicans excommunicato ſcienter in crimine , excommunicatus eſt : & niſi difficultas impediat , debet abſolui ab excommunicatore , cum iuramento de parendo mandatis Eccleſiæ , ibid.

Communicans cum excommunicato extra crimen , veluti in oratione , oſculo , vel orando ſecum , aut comedendo , incidit in excommunicationem minorem , & per ſimplicem Sacerdotem poteſt reconciliari ſine iuramento , ibid.

Commu-

Communicans excommunicato in crimine, incidit in excommunicationem canonis, & non hominis, à qua abſolutio non poteſt fieri, niſi per excommunicatorem, vel eius ſuperiorem, dd. reprob. gl. magna, ibid.

Communicans excommunicato, ſi non ſit de perſonis exceptis, incurrit excommunicationem minorem: & ſi communicans non deſiſtat à participatione, excommunicandus eſt maiori, cap. quod in dubiis. De ſententia excommunicat.

3 Communicans excommunicato etiam extra crimen, incurrit ex participatione maiorem excommunicationem, ſi is fuit excommunicatus cum participantibus cum eo, ibid.

Communicans excommunicato in crimine, incurrit excommunicationem maiorem, gl. participatione, ibid.

Communicans excommunicato præſumptuoſe, excommunicandus eſt maiori excommunicatione, gl. innodandi, ibid.

Communicandi cum excommunicato habens neceſſitatem debet vitare eius communionem in quantum poteſt, cap. ſi vere, 34. eod.

Communicans excommunicato in eodem crimine damnabili, incidit in eamdem excommunicationem maiorem, cap. ſi concubinæ, 55. eod.

Communicans excommunicato in illo actu pro quo excommunicationem incurrit, non eſt excommunicatus, ſi ignoranter communicet, gl. & moniales, in clem. 1. De conſang. & affinit.

Communicans excommunicato ex ignorantia, vel ex neceſſitate vera, & non ſimulata vel affectata, non cenſetur excommunicatus: ſecus ſi aliter communicauerit, can. excellentiſſimus, 11. q. 3.

Communicantes excommunicatis ignorantes, & qui communicant cum illis, qui excommunicatis communicant, non incurrunt excommunicationem, can. quoniam multos, 11. q. 3.

Communicantes excommunicatis, pro modo peccati, maiori vel minori pœnitentiæ debent ſubijci, can. fin. 11. q. 3.

Communicans excommunicato eſt excommunicandus, ſi non deſiſtat, can. ſi. 11. q. 3.

Communicans excommunicato ex ignorantia, timore, vel neceſſitate, minori pœnitentiæ eſt ſubijciendus, ibid.

Communicans excommunicato ex negligentia, vel voluntate, maiori pœnitentiæ eſt ſubijciendus, ib.

Communicans excommunicato indiget abſolutione, ibid.

Communicans cum excommunicato à canone, etiam ante denunciationem eſt excommunicatus, gl. nominatim, in can. ſane, 24. q. 2.

Communicans ſcienter excommunicato, ſi monitus non deſiſtat, excommunicabitur, vel ſtatim incurrit minorem, can. ſi quis laicus, 11. q. 3.

Communicans palam ſeu occultè excommunicatis, contrahit pœnam excommunicationis, can. ſi quis frater, 11. q. 3.

Communicans excommunicato, à ſuo prælato eſt abſoluendus: imò poteſt abſolui à ſimplici Sacerdote, niſi communicet ei in crimine, gl. 2. in can. qui merito, 11. q. 3.

Communicans Papa cum excommunicato non ligatur, quia canon non ligat ipſum, ibid.

Communicans Epiſcopus excommunicato à ſimplici Sacerdote, iam ligatus eſt a canone, ibid.

Communicandum non eſt mortuis, quibus viuis non communicauimus, can. quicumque, 11. q. 3.

Communicandum non eſt communicanti excommunicato, cum participantibus, can. ſogo, 11. q. 3.

Communicans ſcienter cum excommunicatis, priuatus eſt communione corporis & ſanguinis Chriſti, donec fuerit abſolutus, can. qui verò, 11. q. 3.

Reliqua in verbo, Viuere. Excommunicatus. 25. vſque 23.

COMMVNIO creare ſolet materiam diſcordiæ, gl. religio, in cap. 1. Ne ſede vacante, gl. in mutuum, in can. nullus, 17. q. 4.

ad Communionem nemo compellitur, gl. induſtriam, in cap. cum M. De conſtit.

Communione Eccleſiaſtica repellere, idem eſt quod repellere à participatione corporis & ſanguinis Chriſti, gl. 2. in cap. 2. De conceſſ. præbend.

à Communione excommunicatorum debent abſtinere viatores, peregrini, & mercatores, niſi in articulo neceſſitatis, cap. inter alia. De ſententia excommunicat.

Communio cum excommunicatis licita eſt, ad eorum ſpiritualem correctionem, cap. reſponſo, 43. eod.

Communionem non habere inter homines, eſt grauis pœna, gl. induteſcat, in cap. ſtatuimus, 3. De ſententia excommunicat. lib. 6.

Communionem dare infirmis, videtur eſſe actus deputatus certo ordini, can. qui ſubrogandus, diſt. 50.

Communione quandoque priuatur quis vſque ad exitum vitæ ſuæ, ratione delicti, can. ſi quis voluntate, diſt. 50.

à Communione non debet quis repelli, niſi ſponte fuerit confeſſus, aut in iudicio accuſatus & conuictus, can. multi, 2. q. 1.

Communio denegari debet illi, quem eſſe impœnitentem conſtat, can. eus qui, 3. q. 10.

Communione ſacramentorum quis non debet priuari, niſi pro manifeſta cauſa peccati, ſcilicet mortalis, can. nemo Epiſcoporum, 11. q. 3.

à Communione improborum abſtinendum eſt, can. antecellus, 12. q. 3.

à Communione corporis Chriſti non debet quis ſuſpendi ante examinationem & criminis probationem, can. ſi. 15. q. 8.

Communio ſacratiſſimi corporis Domini dicitus conſortium diuinum, can. nonnulli, De pœniten. diſt. 2.

Communionem ſub vtraque ſpecie non eſſe præceptum à Domino, docet ſynodus Tridentina ſſ. 21. cap. 1.

Reliqua verbo, Excommunicatus. 25. vſque 23.

COMMVNE nullus poteſt dicere meum, gl. ad eaſdem, in cap. cum aliquibus, De reſcript. lib. 6. 1

Commune res dicitur eſſe omnium illorum, glo. domus, in cap. præſenti, de præbend. lib. 6.

Commune quod eſt omnibus vt ſingulis, ab omnibus debet approbari: commune quod eſt omnibus vt collegio, tunc ſufficit quod approbetur a maiori parte, reg. quod omnes, 29. & ibi gl. 2. de reg. iuris, lib. 6.

in Communi re potior eſt conditio poſsidentis, reg. in re communi, 56. De reg. iuris, lib. 6.

Commune vt vniuerſis non poteſt dici meum, vel proprium; commune vt ſingulis poteſt dici eſſe ſingulorum: licet tamen non propriè, gl. in communi, in extrauag. com inter nonnullos, Ioann. 22.

Communia ſunt omnia iure naturali ex inſtinctu, gl. alienum, in can. omnes, & can. ius naturale, diſt. 1.

Communia ſunt omnia tempore neceſsitatis, iure naturali: imò & iure Romano, tempore periculi maxime erant communia, gl. communia, in can. iur naturale, diſt. 1.

Communia erant omnia iure primæuo naturali, & hoc quantum ad demonſtrationes, quæ continentur ſub ea parte iuris naturalis, quod dicitur fas, can. dilectiſsimis, 12. qu. 1.

Communis vſus omnium, quæ ſunt in hoc mundo, omnibus hominibus debuit eſſe: ſed per iniquitatem, alius dixit hoc eſſe ſuum, & alius dixit illud: & ſic inter mortales facta eſt diuiſio, d. can. dilectiſsimis.

Communia ſunt omnia amicorum, & etiam coniuges, quoad vſum obſequij vel dilectionem, d. can. dilectiſsimis, & ibi gl. & coniuges.

Communes ſunt omnibus aer, & ſplendor ſolis: nam non poteſt diuidi aer, nec ſplendor ſolis, ibid.

Communis rerum poſſeſsio eſt dulciſsima, gl. 1. in d. can. dilectiſsimis, gl. 2. ibid. 2

de Communi re nul'us poteſt dicere hoc eſt meum, can. pen. §. 2. 12. q. 1.

Commune quod eſt pluribus vt vniuerſis, tunc quod commune eſt, non eſt meum: ſi vero ſit commune pluribus vt ſingulis, dicitur meum quoad diſpoſitionem partis meæ: ſed non eſt meum quoad diſpoſitionem partis ſocij: ſi vero quoad diſpoſitionem ſuper toto, ad id quod deſtinata eſt communis res, dicitur mea: ſed ad id quod non eſt deſtinata, non dicitur mea, dd. reprob. gl. hoc meum, in can. pen. §. 2. 12. qu. 1.

Communis id eſt media inter vtrumque, gl. quaſi, in cap. firmiter, De ſumma Trinitate.

Commune efficitur frumentum quod dominorum voluntate commiſcetur; & quodlibet granum fit commune: quo caſu datur actio communi diuidundo, vt diuidatur: quod ſi ſine dominorum voluntate commixtum ſit, tunc non fit commune, ſed vterque poteſt vendicare partem ſuam, gl. ſi. in can. moderamine, 16. qu. 1.

Communis vbi eſt cauſa, non refert cuius nomen exprimatur, gl. qui tradunt, in can. & hæc diximus, 16. qu 7.

Communi diuidundo iudicium non habet locum inter prædones, gl. 2. in can. ſi quis ad peccatum, 12. qu 4.

Communes res non ita diligenter tractantur, ſicut res propriæ: in quibus vnuſquiſque maiorem diligentiam adhibet, quam in communibus, gl. ſi. in can. vnbia, 12. q. 2.

Communis res omnium eſt, gl. ſingulos, in can. Epiſcopus qui, §. qui manumittitur, 12. qu. 2.

Communiter pertinere dicitur, quando æqualiter ius quælibet pars habet in actu, cap. 1. Ne ſede vacante, lib. 6.

Communiter poſſeſſa negliguntur, gl. in communi, in extrauag. quia quorundam, Ioann. 22. gl. religio, in cap. 1. Ne ſede vacante.

Reliqua in verbo, Applicari. Chriſtianus. 6. Clericus. 14. 23. 24. Reputatio.

COMMVNITAS quælibet poteſt dici vniuerſitas, cap. ſi. De procuratoribus.

Communitas dicitur mater diſcordiæ, can. illud, & ibi gl. 1. diſt. 72.

Reliqua in verbo, Vniuerſitas.

COMMVTATIO pœnæ adhibenda eſt quandoque habita conſideratione, vt illud quod vice commutationis præſtatur, in tantum vel amplius ſit Deo acceptum, gl. 2. in cap. 2. De voto.

in Commutatione omni debet conſiderari cauſa, quare fiat commutatio, gl. 3. ibid.

Commutationes vltimarum voluntatum non debent fieri niſi ex iuſta & neceſſaria cauſa, Concil. Triden. ſſ. 22. De refor. cap. 6.

Commutationes vltimarum voluntatum antequam executioni demandentur, debent Epiſcopi, tanquam ſedis Apoſtolicæ delegati, ſum-

gari, ſummariè & extraiudicialiter cognoſcere, nihil in precibus tacita veritate vel ſuggeſta falſitate fuiſſe narratum, ibid.

Reliqua in verbo, Papa. 55. vſque 61. Pœnitentia. 25.

COMPAGI dicuntur ſandalia ſeu caligæ Epiſcopales: & eſt maſculini generis, gl. pen. in can. nonnulli, §. fi. diſt. 93.

COMPARATIVVS poteſt exponi & capi pro poſitiuo: ſed hoc improprie, gl. lanus, in cap. auaritiæ, De elect. lib. 6. gl. 1. In can. coniuges, 27. q. 2.

Comparatiuum ponitur quandoque electiue, quandoque negatiue: veluti *minus*, id eſt non, glo. fi. in cap. conſilium. De celebrat. Miſſar.

Comparatiuus omnis præſupponit ſuum poſitiuum, cap. niſi cum, §. quippe, De renunciatione.

COMPARERE per non inſtructum ad cauſam, & non comparere, paria ſunt, cap. 1. De electione, lib. 6.

Comparere perſonaliter quis non tenetur regulariter, cap. quamuis, De officio Ordinar. lib. 6.

Comparere debet vtraque pars in termino dato alteri parti ad comparendum, ad inſtantiam alterius, cap. 1, De dolo & contum. lib. 6.

ad Comparendum perſonaliter non neceſsitatur quis niſi perſonaliter citetur, vt veniat, cap. fi. De maior. & obedi.

ad Comparendum per ſe vel per procuratorem, ſi cauſa ſit ardua, non tenetur is, qui infirmitate detentus eſt, cap. 2. De procuratoribus.

Comparere cuilibet licet per ſe, vel per procuratorem, gl. iudicem, in cap. 1. De iudicijs, lib. 6.

Comparere per interpoſitam perſonam quando alicui permittitur, debet ad hoc deputare idoneam perſonam, clem. dudum, §. ſtatuimus, De ſepult.

à Comparitione perſonali vbi quis propter legitimum impedimentum excuſatur, ceſſante illo impedimento, ad perſonaliter comparendum tenetur, cap. cupientes, §. inſuper, De electione, lib. 6.

Reliqua in verbo, Citatus, à num. 1. vſque ad num. 7. Contumax. Contumacia,

COMPATRES poſſunt eſſe monachi baptizando, ſed non leuando de ſacro fonte, gl. 2. in can. omnes, 30. q. 1.

Compatres duos poteſt vna habere in maritos diuerſis temporibus; quorum ſecundus, de ſacro fonte ſuſcepit filium primi mariti de alia vxore, gl. fi. in can. qui ſpiritualem, 30. q. 4.

COMPATERNITAS contrahitur inter me & Iudeam, cuius filium de ſacro fonte ſuſcepi: vnde cum illa ad fidem conuerſa non poſſum contrahere matrimonium, gl. 1. in can. 1. 30. qu. 1.

Compaternitas contrahitur inter me & patrem, qui ſuſcepit de ſacro fonte, licet ſit hæreticus, ibid.

Compaternitas contrahitur tantum in baptiſmo, & confirmatione, gl. pabulo, ibid.

Compaternitas quando præcedit copulam carnalem, licite poteſt quis habere duas commatres in vxorem diuerſis temporibus: quia per vnionem carnis ſequentem, non pertranſitur ad vnionem ſpiritus præcedentem, gl. fi. in ſumma, 30. q. 4.

Compaternitas ſi ſequatur carnalem copulam, in nullo caſu poteſt aliquis habere duas commatres, vel aliqua duos compatres, niſi quando filius tantum alterius ſuſcipitur de ſacro fonte, ibid.

Compaternitas viri porrigitur ad vxorem, gl. compatres, in can. ſi quis, 30. qu. 4.

Compaternitas contrahitur ex eo, quod vna caro ſit effectus cum ea, glo. caro, ibid.

Compaternitas contrahitur per coitum fornicarium; quia qui adhæret meretrici, vnum corpus efficitur cum ea, ibid.

Compaternitas contracta in baptiſmo & confirmatione impedit & dirimit matrimonium poſt contractum, cap. conſanguinei, 11, De re iudicat.

Compaternitas ex ſacro fonte ſcienter vel ignoranter ſuperueniens inter coniuges non diſſoluit coniugium, nec alter alteri debet debitum ſubtrahere, cap. 2. De cognatione ſpirituali.

Compaternitas efficax ad dirimendum matrimonium contrahitur inter patrem baptizati, & vxorem leuantis, prius ab eo cognitam, cap. Martinus, eod.

Compaternitas contracta per virum, tranſit ad eius vxorem prius cognitam; & è conuerſo, cùm ſint vna caro, d. cap. Martinus, & ibi gl. pe.

Compaternitas per catechiſmum contracta impedit matrimonium contrahendum; ſed contractum non dirimit, cap. contracto, eod.

Compaternitas contrahitur per catechiſmum, gl. fi. ibidem.

Compaternitas contrahitur in baptiſmo, & confirmatione, can. In catechiſmo, De conſecrat. diſt. 4.

Compaternitas contrahitur in catechiſmo: tamen illa non eſt tanti momenti, vt matrimonium diſſoluat, cum vix etiam impediat, d. cap. in catechiſmo, & ibi gl. 2.

Reliqua in verbo, Baptiſmus, n. 6. Commatres, Matrimonium, 39. Cognatio. Filius. 33.

COMPEDES ſunt cathenæ ſeu vincula circa pedes, gl. manicis, in clem. 1. §. 1, De hæreticis.

Reliqua in verbo, Vincula.

COMPETENS aliquid alicui de iure ſpeciali poteſt dici de iure ſpectare ad eum; nec vitiatur libellus, ſi illud non competat de iure communi, cap. licet cauſam, De probatio.

COMPENSATIO in iure admittitur, vbi ex parte actoris debitum eſt liquidum per confeſsionem rei, licet debitum non ſit liquidum, cap. cum Ioannes, De fide inſtrum.

Compenſatio admitti debet, vbi cauſa ex qua poſtulatur, eſt liquida: ſecus ſi non ſit liquida, gl. 1. ibid.

Compenſationem poteſt iudex admittere, licet pars hoc non petat, gl. fi. in cap. exceptionum, De exceptio.

Compenſatio regulariter admittitur: fallit in depoſito, in quo non admittitur compenſatio, cap. fi. De depoſito.

Compenſatio admittitur in contractibus, ſiue realibus, ſiue perſonalibus actionibus, ſi cauſa ſit liquida; etiamſi non liqueat in continenti, dummodo poſsit liquere intra duos menſes, gl. fi. ibid.

Compenſatio fit in pecunia, in pondere, & in quantitate, & non in ſpeciebus ad pecuniam, ibid.

Compenſatio poteſt admitti cum æſtimatione in pecunia; cum agitur in rem, & reſtitui non poſsit, ibid.

Compenſatio in delictis, & etiam in pœnis poteſt fieri, ibid.

Compenſatio non habet locum in delictis, cap. 1. De conuerſ. infideli.

Compenſatio non admittitur in vſuris, gl. 1. in cap. final. De vſuris.

Compenſatio de rebus priuatis ad publicas, non fit, cap. 1. §. ſolet, De teſtit. ſpoliat. lib. 6.

in Compenſatione venit, quod non venit in petitione: & è conuerſo, quod in compenſatione non venit, venit interdum in petitione: ſicut in depoſito, glo. 1. in reg. qui ad agendum, De reg. iuris, in 6.

Compenſatio non debet admitti in illicitis, gloſ compenſatione. in can. 1. 32. quæſt. 8.

Reliqua in verbo, Depoſitum, 3.

COMPENDIVM dicitur breue & vtile ſummarium, cap. 1. De ſchiſmaticis, lib. 6.

COMPILATIO Decretalium, ita recte & ordinate fieri debet, vt ordo temporum ipſarum, ex illarum compoſitione, & diſpoſitione clareſcat: primis in primo loco, poſterioribus in ſecundo ponendis, glo. per dilectum, in §. ſane, in procemio Decretal.

in Compilatione Decretalium nullum contrarium debet reperiri, gl. contrarietatem, in §. ſane; in procem. Decretal.

Compilatores Decretalium non ſolum debent eſſe glorioſi doctrina legum, ſed etiam experientia rerum, gloſ. per dilectum, ibidem.

COMPLERE debemus opere, id quod voce proteſtamur, gl. 1. in can. quam præpoſterum, 13. qu. 2

pro Completo habetur id, quod per voluntatem agere non ſtat, ne fiat, gl. imputaret, in can. ſecundum, 33. qu. 5.

COMPOSITIO multiplex eſt: proprie compoſitio eſt partis ad partes, & in rebus corporalibus: item compoſitio eſt proprietatis ad ſubiectum, vt rationabilitas in anima: item formæ ad ſubſtantiam, & ſubſtantiæ ad formam, gl. ſimplex, in cap. firmiter, De ſumma Trinitate. 1

Compoſitio ſeu pactum in ſpiritualibus cum laico factum contra Eccleſiaſticam libertatem, & iuri contrarium, tenet non etiam ſi factum ſit à toto Capitulo, cap. ſacroſancta, 51. De elect.

Compoſitionem ſuper iure Primatiæ, vnus ſolus qui intereſt, poterit impedire, cap. fi. De maior. & obed.

in Compoſitionis actu, etiam ſuper iure ſuperioritatis, non vocantur abſentes, ſed tantum præſentes, ibid.

Compoſitionem fieri nomine Collegij vnus ſolus de Collegio poteſt impedire, ibid.

in Compoſitionibus, ex quibus detrahitur aliquid iuri Eccleſiæ, vel dubium eſt an detrahatur, non ſufficit quod facit maior pars: ſed requiritur quod omnes præſentes conſentiant, ibid.

Compoſitioni legitimæ contradicens, ſi ſuccumbat in iure principali, condemnatur in expenſis, ibid.

Compoſitiones non ſunt licitæ, vt alicui relaxetur beneficium pro expenſis, quas fecit in perſequendo beneficio, cap. cum pridem, §. ille igitur, De pactis.

Compoſitio facta ſuper decimis licita eſt, & valet, gl. non duximus, ibid.

Compoſitio facta cum aſſenſu ſuperioris, valet & tenet, cap. 2. & ibi gl. 1. De tranſactio. 2

Compoſitio cum laicis ſuper decimis, vt minus ſoluant, facta cum authoritate Epiſcopi, valet, gl. fi. in d. cap. 2.

per Compoſitionem factam cum authoritate iudicis delegati, poteſt clericus ſe obligare ad ſoluendum aduerſario cenſum toto tempore vitæ ſuæ; licet Epiſcopus non conſenſerit, nec conſentire velit, cap. De cætero, eod.

Compoſitio iuri contraria non toleratur, nec valet; ſed iuri conſona valet, & tenet, gl. contraria, ibid.

Compoſitionis appellatione comprehenditur compromiſſum, cap. expoſitum, & ibi gl. compromiſit, De arbitris.

Compoſitio poteſt interuenire ſuper re ſpirituali, ſcilicet ſuper ſtatu Monaſterij, gl. fi. in cap. fi. De probatio.

Compo-

Compoſitionem vel tranſactionem inter Eccleſiam & laicos ſuper decimis factam, ſi Papa ex certa ſcientia confirmet, valet & tenet; etiamſi aliàs non valeret, cap. pe. & ibi gl. a. De confirmat. vtili.

Compoſitio amicabilis ſuper decimis & alijs rebus ſpiritualibus, rectè poteſt interuenire: ſed tranſactio ſuper decimis vel alio ſpirituali, vt aliquid temporale detur pro decimis, vel alio ſpirituali, non valet, gl. 1. & 2. ibid.

Compoſitio in ſpiritualibus rectè poteſt intercedere, maxime authoritate ſuperioris, cap. dilectus filius, De præbendis.

Compoſitio ſuper beneficio vel alio ſpirituali, vt valeat, non ſufficit quod ſit facta iudicis authoritate; niſi & confirmatio Papæ interueniat, gloſ. 3. in cap. niſi eſſent, 21. eod. dd. continuatum.

3 Compoſitio ſuper decimis non tollitur per priuilegium ſequens, ſi de illa mentionem non facit, cap. 3. De decimis.

Compoſitio ſuper decimis in futurum ſoluendis, poteſt interuenire inter clericos nomine ſuarum Eccleſiarum, ibid.

Compoſitio ſuper decimis prædiorum facta inter perſonas Eccleſiaſticas, ad hoc vt perpetuo ſit, debet interuenire authoritas Epiſcopi: alias erit perſonalis, & durabit in vita ſacerdotis, gl. pe. ibidem.

Compoſitio ſimpliciter & pure facta ſuper decimis prædiorum, debet extendi & intelligi de omnibus prædijs præſentibus, & futuris: vnde in eo comprehenduntur etiam prædicta poſtea acquiſita, gl. 1. ibid.

Compoſitio facta inter Eccleſias, quod decima non ſoluatur integre, ſed aliqua quota, putà vigeſima, valet, cap. dilectionem, & ibi gl. fi. eod.

Compoſitio poteſt fieri ſuper decimis inter perſonas Eccleſiaſticas, cap. ſuggeſtum, eod.

Compoſitio in decimis poteſt fieri per ſacerdotem Parochialem, & erit perſonalis talis compoſitio, nec extenditur ad eius ſucceſſorem, niſi fuerit confirmata per ſuperiorem, gl. pe. in cap. pe. De decimis.

Compoſitio poteſt fieri de iuribus Epiſcopalibus, cap. cum olim, 19. De cenſibus.

Compoſitio amicabilis poteſt interuenire ſuper re ſpirituali, & authoritate iudicis poteſt interuenire pecunia, gl. a. in can. eaque, 1. qu. 3.

Compoſitio non admittitur in denunciatione criminis, gl. 1. in can. ſi Primatea, 5. q. 2.

Compoſitio poteſt interuenire ſuper eo, quod loco procurationis poteſt exigi, can. inter cætera, 10. q. 3.

Componere poſſunt partes inter ſe, licet agatur de crimine, cap. quamuis, De offic. Ordinat.

Reliqua in verbo, Pallio. Spirituale.

COMPOSITVM ex diuerſis ſpeciebus non habens per ſe certam naturam, ſeu determinationem, quandoque recipit naturam vnius, quandoque alterius ex ſpeciebus, ex quibus componitur, cap. ſuper quæſtionum, §. ſi vero, De offic. delegat.

Compoſitum ex diuerſis aſſumit naturam ſimplicis dignioris, cap. 3. De conſecrat. Eccleſiæ.

1 COMPROMISSVM ſuper poteſtate eligendi, non poteſt fieri, niſi omnibus, & ſingulis canonicis conſentientibus, cap. in cauſis, De elect.

Compromiſſum de eligendo Prælatum, poteſt fieri in extraneum à collegio, cap. cauſam quæ, 8. eodem.

per Compromiſſum poteſt prouideri non ſolum dignitati Epiſcopali, ſed etiam inferioribus dignitatibus, cap. cum in iure, 33. eod.

Compromiſſum ſuper electione vt valeat, oportet quod omnes conſentiant: alias vno contradicente redditur nullum, cap. quia propter, & ibi gl. vice, eod. & cap. poſt translationem. De renunciat.

Compromiſſum factum ad certum tempus finitur lapſo illo tempore: niſi prorogetur de conſenſu partium, gl. prorogetur, in cap. de cauſis. De offic. delegat.

Compromiſſum melius eſt quod fiat in vnum, quàm in duos, propter naturalem hominum facilitatem ad diſſentiendum: quia ſere res ſine exitu eſt, gl. duobus, in cap. prudentiam, De offic. delegat.

Compromiſſum factum in duos valet; & ſi ſe non concordauerint, poteſt eos iudex cogere ad eligendam tertiam perſonam, cuius authoritati ſtetur, ibid.

Compromiſſum intra certum tempus poteſt fieri, cap. ſignificantibus, 38. eod.

Compromiſſum recipit formam à partibus compromittentibus, cap. vno delegatorum, eod.

Compromiſſum finitur per mortem litigatoris alterutrius; niſi in compromiſſo fiat mentio hæredis vtriuſque litigatoris, gl. a. ibidem.

Compromiſſum debet fieri ex libera voluntate compromittentium, cap. 1. De arbitris.

Compromiſſum, quod fiat in arbitros diſpari numero, eſt optimum conſilium: quia quando in numero pares ſunt, fere res eſt ſine exitu, propter naturalem hominum facilitatem ad diſſentiendum, ibid.

Compromiſſum factum ab exulante, & inopiam ſuam ſuſtinere non valente, valet mero iure; dummodo arbitrium non poſſit notari aliqua extrinſeca iniquitate, cap. 2. eod.

Compromiſſum poteſt fieri ſuper beneficio ſpirituali, dummodo fiat in clericos, & non in laicos, cap. 8. eod.

Compromiſſum vel arbitrium in numero pari valet, cap. 3. eodem.

in Compromiſſo vel arbitrio prohibetur interuenire iuramentum: ſi tamen interueniat, illud ſeruandum eſt; dummodo arbitrium ſit iuſtum & æquum, gloſ. ſacramentum, in cap. 2. eod.

Compromiſſum ſeu laudum poteſt per ſtipulationem, ſeu promiſſionem de laudo obſeruando confirmari, & etiam per fidei præſtationem, cap. cum tempore, eod.

Compromiſſum poteſt iurari ab vtraque parte: & iuramentum videtur veſtire compromiſſum, quod poteſt præciſe agi ad obſeruantiam laudi: nec eſt opus agere ad intereſſe, ibid.

Compromiſſum factum ſuper pluribus, quorum aliqua non dependebant à poteſtate compromittentium, non iuſicitur per expreſſionem inutilium, ſed remanet compromiſſum validum ſuper alijs, d. cap. cum tempore.

Compromiſſum firmatur ſtipulatione de ſeruando laudo, cap. cum olim, eod.

Compromiſſum factum in iudices delegatos valet, ibid.

Compromiſſum poteſt fieri ſuper electione rectoris, ſeu iure eligendi rectorem, ibid.

Compromiſſum expirat morte vnius ex compromittentibus, quandocumque ante ſententiam moriatur, etiam poſt concluſionem in cauſa, cap. ex parte, eod.

Compromiſſum firmatur ſola fidei præſtatione, d. cap. ex parte, & ibi gl. fi.

Compromiſſum poteſt fieri de iuribus Eccleſiæ, cap. expoſita, De arbitris,

Compromiſſum poteſt firmari datione obſidum, vt ſic dentur obſides in poteſtate arbitri, vel alterius detinendi, donec arbitrium ferendum, vigore compromiſſi habuerit effectum, ibidem,

Compromiſſum non valet, ſicut nec tranſactio ſuper eo, quod eſt indubitate ſententia ſopitum: niſi noua oriretur quæſtio per ſententiam non deciſa, cap. expoſita, & ibi gl. compromiſit.

Compromiſſum eſt quædam tranſactio, gl. compromiſit, ibid.

Compromiſſum & tranſactio æquiparantur: & vbi non poteſt tranſigi, neque poteſt fieri compromiſſum, gl. compromiſit, ibid. 4

Compromiſſum de incerta perſona in arbitrum aſſumenda, non tenet, cap. innotuit, eod.

Compromiſſum factum in duos vel plures, hoc adiecto, vt in caſu diſcordiæ eligatur tertius per eoſdem vel alios, valet, ibid.

Compromiſſum poteſt fieri ſuper cauſa delegata à Papa in fauorem partium, ibid.

Compromiſſum factum in vnum vel plures, vt ipſi per ſe cauſam definiant, vel per alios quos ipſi elegerint, valet, cap. pe. eod.

Compromiſſum poteſt fieri in legatum Papæ, etiam Cardinalem, ibid,

Compromiſſum non extenditur in compromittentium hæredes, ſi de ipſis ibi non caueatur, cap. fi. eod.

Compromiſſum ante ſententiam latam, finitur morte alterius compromittentium; vnde non tranſit ad hæredes compromittentium, niſi de eis ſit cautum in compromiſſo, tunc enim tranſit, ibid.

Compromiſſum non extenditur, niſi ad ea tantum, de quibus in compromiſſo expreſſe cauetur, nec ad alias perſonas, gl. a. ibid.

Compromiſſum ſoluitur per mortem vnius ex compromittentibus, etiamſi alterius tantum hæredis mentio fiat; ſecus ſi ex vtraque parte fuiſſet facta hæredum mentio: quia tunc non ſolueretur compromiſſum, & tranſiret ad hæredes, gl. 1. ibidem. 5

Compromiſſum ſoluitur per mortem alterius arbitrorum, ibid.

Compromiſſum per Prælatum ſuper iuribus Prælaturæ factum, tranſit in ſucceſſorem, licet de ſucceſſore expreſſe non caueatur in compromiſſo, cap. præſentata, 50. De teſtib.

Compromiſſum ſicut per mortem vnius arbitrorum, ita per abſentiam longam & diuturnam, expirat, d. cap. præſentata, & ibi gl. 1 & 2.

Compromiſſum poteſt fieri in perſonam clerici, de iuribus ipſius Eccleſiæ, cap. cum olim, iuncta ſuprascriptione. De præſcriptio.

Compromiſſum cum appoſitione pœnæ ſuper quantitate, etiam inter clericos licite fit, cap. ſuam, 9. De pœnis.

Compromiſſum ſi ſit in plures, ac eligant, per vnum eſt facienda electionis pronunciatio, ſicut quando proceditur per formam ſcrutinij: aliter electio facta non tenet. cap. ſicut, 21. & ibi gl. pe. De electione, lib. 6.

Compromiſſum poteſt fieri in vnum tantum, ſuper eligendo Prælatum, cap. ſicuti, 23. eod.

Compromiſſum de eligendo ſimpliciter, poteſt fieri in vnum tantum, cap. ſi compromiſſarius, eod.

Compromiſſum de eligendo ſimpliciter factum, ſuper actu limitato ad tempus, ipſis compromittentibus intelligitur factum, vt toto illo tempore duret, ibid.

Compromiſſum ſi fiat ſimpliciter, intelligitur eſſe factum, vt ſtetur iudicio maioris partis, cap. 1. De arbitris, lib. 6.

in Compromiſſo ſi ſit actum, quod non valeat ipſorum trium arbitro-

arbitrorum ſententia , niſi omnes concordent , tunc duo illorum non poterunt procedere : ſecus ſi ſimpliciter fuiſſent electi , ſine illa clauſula , gl. pro præſente , in cap. 2. De arbitris , lib. 6.

Compromiſſum quando eſt factum in tres arbitros ſimpliciter , de iure ciuili duo illorum ſine tertio , etiamſi requiſitus fuerit , non poſſunt procedere : de iure tamen canonico , poſſunt duo ſine tertio , d. cap. 2. & ibi gl. lex ciuilis , eod.

Compromiſſum ſi ſit in tres , vt deberent eligere , qui ſecedentes in partem , poſtea redierunt dicentes , quod concordarunt & commiſerunt vni electionem , & pronunciationem illius de quo concordauerunt , qui eligit Titium : alij duo reſiſtunt , dicentes , quod non de illo , ſed de Seio concordatum fuerat , credendum eſt magis illis duobus : conſilium tamen tutum erit , quod in ſimili actu compromiſſarij faciant tabellioni ſcribi inſtrumentum : qualiter deliberant & ordinant de tali eligendo , & committunt ſocio , vt eligat & pronunciet , gl. electione , in cap. cum ab vno . De re iudic. lib. 6.

Compromiſſum non extenditur ad hæredes , niſi exprimatur , gl. 1. in reg. priuilegium . De regul. iuris , lib. 6.

Compromiſſum factum à Prælato de rebus Eccleſiæ , finitur mortuo Prælato , qui compromiſit , gl. fi. in clem. fi. De Priorib.

Compromiſſo pendente , fatalium curſus dormit : & ſic finito compromiſſo , reaſſumit curſum ſuum , & computantur vltima tempora prioribus , clem. quamdiu . De appellat.

Reliqua in verbo , Arbiter . Arbitrium . Matrimonium . 6. 9. Hæres . 1. Patronus . 3. Pœna . 4.

COMPROMISSARII ad eligendum dati ſimpliciter , non poſſunt vnum de ſeipſis eligere , cap. fi. & ibi gl. 1. De ſortileg.

Compromiſſarijs poteſt arctari tempus ſatis breue , puta ad conſumptionem vnius candelæ , cap. cum in veteri , 53. De electione .

Compromiſſarius ad eligendum pronuncians poteſt vti verbo , *eligo* , vel verbo , *prouideo* , gl. compromiſſi , in cap. ſicut , 21. De elect. lib. 6.

Compromiſſarius , ſi ſecundum ſibi traditam metam (ſcrutatis & in ſcriptis redactis voluntatibus ſingulorum) eliget illum , in quem non maior pars Capituli , ſed plures aliorum comparatione conſenſerant ; non tenet electio , cum præter formam Concilij fuerit celebrata , cap. ſicut , 23. De elect. lib. 6.

Compromiſſarius ſi non eligit intra tempus ſtatutum à iure , poteſtas prouidendi Epiſcopum deuoluitur ad proximum ſuperiorem : ſi vero eligat , ſed indignum , indiſtincte redit ad compromittentes , niſi id ſcienter ratum habuerint , cap. ſi compromiſſarius , 37. eod.

Compromiſſarius ſi eligit idoneum infra tempus ſtatutum , ſed electus idoneus non conſenſit electioni , tunc poteſtas eligendi reuertitur ad compromittentes , ibid.

Compromiſſarius ſcienter eligens indignum , ab Eccleſiaſticis beneficijs triennio eſt ſuſpenſus , niſi id compromittentes ſcientes ratum habuerint ; & illa pœna ſuſpenſionis reſtringitur ad beneficia , quæ obtinet in Eccleſia offenſa , ibid.

Compromiſſarius Epiſcopus ſcienter ſi eligat indignum , non ſuſpenditur ob id à beneficijs Eccleſiaſticis , ibid.

Compromiſſarius datus ad eligendum , poteſt poſtulare , gl. eligendi , ibid.

Compromiſſarius datus ad eligendum , ſi dolo neglexerit eligere intra ſtatutum tempus à iure , ad proximum ſuperiorem deuoluitur poteſtas prouidendi , gl. negligenter , ibid.

Compromiſſarius ſi elegerit indignum , ſiue ſcienter , ſiue ignoranter , ad compromittentes reuertitur poteſtas eligendi , cap. ſi compromiſſarius , §. ſi vero , & ibi gl. ignoranter , eodem.

Compromiſſarius datus ad eligendum , ſi ſemel elegit , iterum eligere non poterit , gl. conſentire , in d. §. ſi vero .

Compromiſſarius datus ad eligendum , non poteſt eligere vnum nomine ſuo , & alium nomine Domini ex poteſtate legis ; ſi tamen habeat ſpeciale mandatum , hoc poteſt ex poteſtate hominis , gl. fi. in cap. is cui 22. De offic. deleg. lib. 6.

Compromiſſarius datus ad eligendum ſi eligat , & electus renuit conſentire , amplius non eliget ; quia functus eſt officio ſuo , gl. aliud , in cap. is qui. De Prioribus , lib. 6.

Compromiſſarij ex quo deliberarunt & conſenſerunt in aliquem , non poſſunt mutare voluntatem , quia tales vicem Capituli talis obtinent , gl. electione , in cap. cum ab vno . De re iudicat. lib. 6.

Compromiſſarius datus ad eligendum Abbatem ſi loquutus ſit in plurali , ratione dignitatis ; puta , *Nos N. Epiſcopus & compromiſſarius* , &c. valet electio ; nec nocet , quod ſit facta per verba pluralis numeri , gl. fi. ibid.

Reliqua in verbo , Arbiter .

COMPROMITTI poteſt in ſex , vel pauciores , in cap. cum in veteri , 53. De electione .

Compromitti non poteſt in cauſa matrimoniali , nec in cauſa liberali , nec in cauſa criminali , cap. pen. De in integr. reſtit.

Compromitti non poteſt de crimine famoſo , ſed bene de crimine quod nullo modo infamat : quia tunc non per omnia ſententia dici poteſt , gl. fi. ibid.

Compromitti non poteſt in mulierem ſingularem , tanquam in arbitratricem : ſed in mulierem habentem iuriſdictionem , de iure , vel conſuetudine recte poteſt compromitti , etiam ſuper rebus temporalibus Eccleſiæ , cap. dilecti . De arbitris .

Compromitti non poteſt in laicum de rebus Eccleſiaſticis , d. cap. dilecti , & ibi gl. reginam .

Compromitti poteſt in iudicem aliàs ordinarium , & valet laudum & compromiſſum , d. cap. dilecti .

Compromitti poteſt in iudicem ordinarium , tanquam in arbitratorem , dd. repr. gl. 1. ibid.

Compromitti poteſt in ordinarium iudicem , tanquam in arbitrum ; ipſe tamen ordinarius non poteſt iubere , vt partes in ſe compromittant , gl. 1. in cap. cum tempore . De arbitris .

Compromitti poteſt in infamem , gl. 1. in cap. contingit. eod.

Compromitti non poteſt in laicum de rebus ſpiritualibus etiam incidenter , d. cap. contingit , & ibi gl. 1.

Compromitti poteſt in laicum , de rebus mere ciuilibus , quibus nullum ſpirituale eſt annexum , d. gl. 1.

Compromitti non poteſt in laicum , de rebus tantum ſpiritualibus , etiam authoritate Epiſcopi , ſed bene authoritate Papæ , ibid.

Compromitti poteſt in clericum & laicum de rebus ſpiritualibus , authoritate Epiſcopi , ibid.

Compromitti poteſt in clericum & laicum de cauſa ſpirituali , authoritate iudicis cauſæ etiam delegati : & arbitrium ſi à partibus eſt receptum , debet à partibus executioni mandari : licet per generalem procuratorem fuerit factum compromiſſum , cap. per tuas . De arbitris .

Compromitti poteſt in iudicem ordinarium de iure canonico , cap. ex parte , & ibi gl. 1. eod.

Compromitti poteſt ſuper diſcordijs ortis ex ſententia , cap. expoſita , eod.

Compromitti poteſt in laicum de rebus ciuilibus , ſed non de ſpiritualibus , gl. compromiſit , ibid.

Compromitti poteſt in iudicem delegatum , retenta delegata poteſtate : & tunc iudex poterit vti delegata iuriſdictione , ſi expedierit , & etiam arbitraria , gl. 1. ibid.

Compromitti poteſt ſuper procuratione debita ratione viſitationis , cap. pe. eod.

Compromitti poteſt ſuper ſpiritualibus in Eccleſiaſticam perſonam , licet non poſſit tranſigi , d. cap. pe. & ibi gl. 1. & cap. præſentata , 50 De teſtib.

Compromitti poteſt in iudicem delegatum , de iure canonico partium conſenſu ; non aliàs , intellige retenta iuriſdictione delegata , cap. literas , & ibi gl. 1. De præſumpt.

Compromitti poteſt de crimine , quod non infamat , & etiam de crimine , quod infamat , ſi agatur ciuiliter : ſecus ſi criminaliter , gl. 1. & 2. ibid.

Compromitti poteſt in fœminam , tanquam in arbitratricem , ſed non tanquam in arbitram : quia hoc vltimum eſt virile officium , cap. Quintaualliſ , 23. De iureiur.

Compromitti poteſt in arbitros de rebus ſpiritualibus , cap. cum Apoſtolica . De his quæ fiunt à Prælat.

COMPROMITTENS quis in aliquem , quod ſtaret mandato eius , intelligitur de mandato honeſto , gl. 1. in cap. ex parte , 13. De officio deleg.

Compromittentes ſuper electione , tenentur recipere electum à compromiſſarijs , ſi idoneus fuerit , cap. cauſam quæ. 8. & cap. cum dilectus . De elect.

Compromittentes ſuper electione non tenentur recipere electum à compromiſſarijs , contra formam compromiſſi , d. cap. cum dilectus , 32. eod.

Compromittentes poſſunt ſtatuere terminum , & limitari ad tempus poteſtatem compromiſſariorum , cap. cum in veteri , 53. eod.

Compromittens non tenetur ad pœnam compromiſſi , in eo quod non pendet ab eius poteſtate , cap. ſignificantibus , & ibi gl. fi. De offic. deleg.

Compromittentes poſſunt iuramento ſe adſtringere ad obſeruantiam arbitrij , cap. 2. De arbitris .

Compromittentes non debent puniri pœna compromiſſarij , gl. 1. in reg. non debet , 22. De regulis iuris , lib. 6.

Reliqua in verbo , Alienare . n. 1. Laicus , 17.

COMPVRGATOR ſufficit , quod ſit toleratus ab Eccleſia , bonæ famæ , nec de crimine ſuſpectus condemnatus , cap. conſtitutus . De purgat. canon.

Compurgatores debent primò iurare ſecundum conſcientiam , & opinionem ſuam , quod credunt illum verum iuraſſe : ſecundo debent eſſe tolerati ab Eccleſia : tertio quòd ſint bonæ famæ : vltimo quod non ſint de criminibus condemnati , ibid.

Compurgatores , poſtquam ſunt ab Eccleſia tolerati , & ſic ſunt bonæ famæ , non poteſt eis obijci crimen , vt à purgatione repellantur , gl. pen. ibid.

Compurgatoribus ſi in modum exceptionis crimen fuerit probatum , poſſunt repelli eo prætextu , quod ſint ex crimine infamati , vel eorum opinio ſit grauata , gl. fi. ibid.

Compurgatorum numerus augetur propter magnitudinem criminis , de quo quis eſt infamatus , cap. inter ſollicitudines ,

nes , & ibi gl. quatuordecim , eodem.

Compurgatores debent habere notam conuerſationem purgandi , nedum de præſenti , ſed etiam de futuro , d. cap. inter ſolicitudines .

Compurgatorum numerus eſt arbitrarius ; ſed habito reſpectu ad criminis enormitatem , indicenda eſt purgatio quandoque cum pluribus , quandoque cum paucioribus ſecundum quod viſum fuerit imponenti , d. gl. quatuordecim , ibid.

Compurgatores debent eſſe vicini , & honeſti ; id eſt tolerati ab Eccleſia , nec ſint de crimine condemnati , cap. cum dilectus . eod.

Compurgatores non ſunt idonei , ſi factum ignorant , gl. 1. in cap. cum dilectus . De purgat. canon.

Compurgatores debent eſſe tales , qui tempore commiſſi delicti fuiſſent in loco , d. gl. 1. in add. marg.

Compurgatores debent eſſe vicini illius , quem purgant , & eiuſdem diœceſis , vel Prouinciæ , vt eum agnoſcant , cap. cum in iuuentute , eod.

Compurgatores debent iurare de credulitate , ſcilicet quod credunt veritatem dicere eum , qui purgatur , cap. de teſtibus , 13. eod.

Compurgatorum numerus , ad purgationem alicuius infamiæ , eſt arbitrarius , cap. quotiens , eod.

Compurgatores debent eſſe bonæ opinionis , ita quod non ſit veriſimile eos velle peierare , & ab Eccleſia tolerentur , & qui eius conuerſationem agnoſcant , gl. Religioſorum , ibid.

Compurgatores debent eſſe honeſti , & bonæ famæ , & notum habere eum , quem purgant : nec debent à iudice vel alio impediri , cap. cum P. eod.

Compurgatores debent habere notam vitam præteritam , & modernam eius quem purgant , gl. 2. ibid.

Reliqua in verbo , Purgatio .

CONATVS ſiue voluntas ſine effectu , non nocet , gl. fi. in cap. fi. De ſponſalib.

Conatus punitur in crimine aſſaſſinij , cap. 1. De homicid. lib. 6.

Conatus , ſeu voluntas delinquentis quandoque debet puniri , etiam ſine effectu , gl. fi. in cap. fi. De ſponſalib. cap. 2. & ibi gl. fi. De diuortijs , gl. ſed ambitionum , in can. ſaluator , §. 1. 1. q. 3.

Conatus non obeſt , vbi iniuria non habuit effectum , gl. fi. in cap. fi. De eo qui duxit in matrimonium quam polluit .

Conatus quandoque puniendus eſt in deteſtationem criminis , gl. fi. in can. nullus , 100. 1. q. 1. gl. conatur , in can. omnes , diſt. 22. & can. in nomine , diſt. 23.

Conatus vel voluntas regulariter punitur , can. ſi quis non dicam . De pœnitent. diſt. 1.

Conatus abſque opere , non debet tantum puniri , quantum ſi fuiſſet effectus ſequutus , gl. 1. in can. ſolicitatores . De pœnit. diſt 1.

Conatus ſolus , in maximis criminibus , ſine effectu punitur ; ſecus in minoribus , gl. 2. in can. ſi quis non dicam , 36. q. 2.

Reliqua in verbo , Affectus . Voluntas . Cogitatio . Aſſaſſini .

CONCEDO verbum , ex ſuo proprio ſignificatu non inducit tranſlationem dominij rei conceſſæ , cap. Paſtoralis . De donatio .

Concedere Eccleſiam cum omni iure ſuo aliud eſt , & aliud ſimpliciter dicere , concedo Eccleſiam noſtram , gl. temporaliter , ibid.

Conceduntur ſæpe non concedenda , propter importunitatem petentium , gl. 2. in cap. ſi aliquando . De ſententia excommunicat. cap. 1. De religi. dom. lib. 6.

Concedere facultatem aliud eſt , & aliud eſt præcipere , gl. concedimus , in cap. cum aliquibus . De reſcript. lib. 6.

per *Concedimus* verbum , indulgetur aliquid , quod eſt contra ius commune , cap. 1. De hæret. lib. 6.

Concedo verbum eſt generale , & accipitur ſecundum naturam contractus , cui adijcitur , gl. titulo , in cap. 2. De vſuris , lib. 6.

Concedere aliud eſt , & aliud conceſſum extendere , cap. 2. & ibi gl. extendi . De iniurijs , lib. 6.

Concedi non debet vna via , quod alia prohibetur , gl. 1. in cap. 2. De rerum permutat.

Concedere in decimo quinto vel decimo ſexto anno non cenſetur quis , eo quod prohibeat in decimo quarto anno , gl. 1. in cap. 3. De ætate & qualit.

Concedenda ſunt quædam cum inſtantia , & non aliàs ; vt pallium , gl. fi. in can. 2. diſt. 72.

Concedens adminiſtrationem , videtur permittere generaliter , quod ſpecialiter eſt conceſſurus : vnde non videtur concedere quòd donet , nec quòd in fraudem creditorum alienet , gl. 2. in reg. in generali , 81. De reg. iuris , lib. 6.

Reliqua in verbo , Importunitas .

1 **CONCESSIO** facta de Eccleſia , etiam ratione proprietatis ſine ſcriptura valet , cap. cum veniſſet . De reſtit. ſpoliat.

in Conceſſione liberæ poteſtatis eligendi aliquem , non venit vt eligat non idoneum ; imò ſemper reſtringitur ad idoneum , cap. cum olim . De arbitris.

Conceſſio facta ſemel per vnum Epiſcopum cum conſenſu Capituli non poteſt reuocari per ſucceſſorem , cap. cum veniſſent . De inſtituti.

Conceſſio perſonalis cum perſona finitur : ſed realis perpetua eſt , d. cap. cum veniſſent , & ibi gl. probatum .

in Conceſſione rei Eccleſiaſticæ ad tempus , taciturnitas habetur pro conſenſu : ſed in conceſſione perpetua , requiritur conſenſus expreſſus , & ſubſcriptio Canonicorum , gl. 1. in cap. 2. De his quæ fiunt à Prælato .

Conceſſio decimarum indefinite & ſimpliciter facta reſpicit etiam tempora futura , & generaliter intelligitur , cap. quia circa . De priuileg.

per Conceſſionem facultatis recipiendi in Canonicum , cum dirigitur eis ad quos ſpectat collatio , hoc eſt receptio in Canonicum , non dicitur grauata Eccleſia , gl. concedimus , in cap. cum aliquibus . De reſcript. lib. 6.

Conceſſiones ſeu indulgentiæ clericis à Bonifacio Papa , vel ſuis prædeceſſoribus , de percipiendis fructibus beneficiorum ſuorum in abſentia , ſunt reuocatæ , cap. fi. De reſcriptis , lib. 6.

Conceſſio facta ſub nomine Romani Pontificis videtur facta contemplatione dignitatis , & non contemplatione nominis proprii , cap. ne aliqui . De hæreticis , lib. 6.

Conceſſio principis intelligitur ſine alterius præiudicio , gl. proxime , in cap. tibi qui. De reſcript. lib. 6.

CONCESSVM intelligitur omne id , quod non reperitur prohibitum : quando quæritur de materia regulariter in ſuo 2
genere promiſſa : ſed quando quæritur de materia , quæ regulariter in ſuo genere eſt prohibita , & ſic de genere prohibitorum , tunc omnia intelliguntur prohibita , quæ non reperiuntur permiſſa , gl. non inueniuntur , in fi. & ibi add. marg. in cap. inter corporalia , §. ſed neque . De tranſlat. Epiſcopor.

Conceſſum ſub nomine proprio , in materia quæ talis eſt naturæ , vt tranſire debeat ad ſucceſſorem , intelligitur potius eſſe conceſſum dignitati , quam perſonæ , cap. 2. & cap. quanto . De tranſlat. Epiſcoporum .

Conceſſo quod maius eſt , videtur conceſſum quod minus eſt , gl. ad parem , in cap. fi. eod.

Conceſſa priuilegia gratioſe à Papa , non debent trahi in exemplum ab inferioribus , cap. cum in diſtribuendis . De tempore ordin.

Conceſſo vno ex prohibitis , vel reſeruatis , non fit extenſio ad alia prohibita , & reſeruata , cap. quod tranſlationem . De officio legat.

Conceſſum vni de iure communi , ad conſequentiam & in exemplum trahi poteſt à cæteris , & nulli debet denegari , gl. ad omnium , in cap. 1. De iurament. calumn.

Conceſſum vni per priuilegium , non debet extendi ad alios , ibidem .

Conceſſum vna via , alia denegatur , cap. ad noſtram , 20. De iureiur.

Conceſſo vno , videntur conceſſa omnia ſimilia , cap. cum inter , & ibi gl. legitima . De exceptio .

Conceſſo vno conceduntur & omnia , ſine quibus illud commode expediri non poteſt , cap. fi. eod.

Conceſſum de vno , de alio negatum videtur , gl. fi. in cap. de multa , 28. De præbend.

Conceſſum videtur in conceſſione generali , quod non eſt nominatim exceptum , gl. excepto , in cap. ex literis . De iure 3
patron.

Conceſſum videtur , quod non prohibetur , cap. cum apud 23. & ibi gl. fi. De ſponſal. gl. non retinens , in cap. nuper , 29. De ſententia excommun.

Conceſſum ex cauſa ſemel probata , ſiue vera , ſiue falſa , non reuocatur , gl. fi. in cap. quia circa . De conſang. & affin.

Conceſſum alicui de iure communi , omnibus videtur conceſſum : ſed conceſſum alicui de iure ſpeciali , alijs denegari debet , gl. 2. in cap. ſane . De priuileg.

Conceſſum à iure , non eſt neceſſe poſtulari à iudice , gl. licentia , in cap. 2. De tempore ordinat. lib. 6.

Conceſſum Primatibus , videtur etiam his qui ſub eis ſunt , eſſe conceſſum , gl. pe. in cap. pe. De priuileg. lib. 6.

Conceſſum alicui gratioſe non debet trahi ab alijs in exemplum , reg. quod alicui , 74. De reg. iur. lib. 6.

Conceſſum ob gratiam alicuius , non eſt in eius diſpendium retorquendum , reg. quod ob gratiam , 61. eod.

Conceſſo vno , ergo omnia ſimilia intelliguntur eſſe conceſſa , gl. alioquin , in can. denique , diſt. 4.

Conceſſum vni , non debet alteri denegari : & hoc quando conceditur ex ratione , vel à iure communi : ſecus ſi ex priuilegio , can. ad eius , & ibi gl. quod vni , diſt. 5.

Conceſſo vno de duobus , quæ ſunt eiuſdem iuris , alterum etiam conceditur , gl. poteſt , in can. ſicut Chriſtus , 75. 2. q. 1.

Conceſſo aliquo , conceſſum cenſetur eius cohærens , ibidem .

Conceſſa intelliguntur omnia de iure communi , niſi prohibita in certis caſibus inueniantur , gl. 2. in can. conſuluiſti , 2. q. 5.

Conceſſum alicui de iure communi , non debet denegari ſibi à iudice , can. cum accuſatur , 3. q. 3.

Reli-

Reliqua in verbo, Gratia. Gratioſa.

CONCENTOR dicitur, qui conſonat & concinit: qui vero non conſonat, nec concinit, nec concentor erit, can. electos, §. cantor. diſt. 22.

de **CONCEPTIONE** Beatæ Mariæ Virginis, publicis concionibus diſputare prohibitum eſt, extrauag. ſuper ſpecula, Pij Quinti.

de Conceptione Beatæ Mariæ Virginis pertinaciter concionantes vnam opinionem in conſpectu plebeculæ, incurrunt ſuſpenſionis pœnam, ibid.

ex Conceptione ſola boni explicandi non obligatur quis ad bonum conceptum exequendum, cap. 3. De voto.

Conceptionem Beatæ & Immaculatæ Virginis deuote celebrantibus eodem feſto, & eius Octaua intereſſentibus, tribuuntur indulgentiæ, quales conſequuntur Chriſti fideles in ſolemnitate corporis Chriſti, extrauag. cum præexcelſa, De reliquiis & vener. inter commun.

Conceptam fuiſſe Beatiſſimam Virginem cum peccato originali, quod nullus audeat in publicis concionibus, lectionibus, concluſionibus, ac alijs quibuſcumque actibus publicis aſſerere, ſub pœnis & cenſuris contentis in Sixti 4. & Pij 5. conſtitutionibus, & ſua, à contra facientibus ipſo facto incurrendis, declarauit Paulus Quintus, in generali congregatione Sacræ Romanæ ac vniuerſalis Inquiſitionis, anno 1617.

Conceptam non fuiſſe Beatam Virginem Mariam in peccato originali in publicis concionibus, lectionibus, concluſionibus, ac alijs quibuſcumque actibus publicis aſſerere licitum eſt, non impugnando contrariam opinionem, nec de ea aliquo modo agendo ſeu tractando, ibid.

ſuper Conceptione Beatæ Mariæ Virginis, extra caſus concionum, lectionum, concluſionum, & quorumcumque aliorum actuum publicorum: in reliquis omnibus conſtitutiones Sixti 4. & Pij 5. firmæ & illæſæ remanent, ibid.

Reliqua in verbo, Beatiſſimam.

CONCEPTI filij pro iam natis habentur, cum de eorum commodo tractatur, gl. filijs, in extrauag. execrabilis, Ioann. 22.

Conceptus ex libera & ſeruo non habet priuilegium filij decurionis, licet pater factus liber poſſit creari decurio, ibid.

Reliqua in verbo, Creatura. Maribus.

CONCERTATIO poteſt dici altercatio diſputationum, quæ fit inter doctores, cap. concertationi. De appellat. lib. 6.

Reliqua in verbo, Altercationes. Diſputatio.

1 **CONCILIVM** generale, vel ſynodus facit conſtitutionem, quamuiſque etiam citra materiam fidei, cap. 2. De election.

in Concilio generali edita lex poteſt publicari nomine Concilij, licet nulla mentio fiat de Papa: intellige tamen quod appellatione Concilij comprehenditur Papa, quia ſine Papa non poteſt fieri Concilium, ibid.

Concilia generalia non ſunt ſupra Papam, cap. ſignificaſti, 4. eod.

Concilia omnia per Romanæ Eccleſiæ authoritatem & facta ſunt, & robur acceperunt, ibid.

Concilia generalia quatuor, ſcilicet Nicænum, Conſtantinopolitanum, Epheſinum primum, & Chalcedonenſe, Eccleſia Catholica veneratur tanquam quatuor Euangelia, cap. poſt tranſlationem. De renunciat.

Concilium prouinciale habet poteſtatem etiam excommunicandi Epiſcopos eius prouinciæ, cap. 2. De iudicijs.

Concilij conſtitutionem ſolus Papa poteſt tollere, vel mutare, cap. cum ſecundum. De præbend.

Concilium Lateranenſe multa prouidentia prohibuit, vt nullus reciperet plures dignitates, vel plures Eccleſias parochiales, aut perſonatus, cap. de multa, 28. eod.

Concilium prouinciale poteſt à collatione beneficiorum ſuſpendere eos, qui poſt ſecundam correctionem conferunt beneficia indignis, & poteſt etiam prouideri, quod quis interim beneficia prouideat, & in illa ſuſpenſione ſolus Papa, vel Patriarcha poterit diſpenſare, cap. graue nimis, eod.

2 Concilium prouinciale habet iuriſdictionem ſuper omnes de prouincia: vnde & Prælatos ex proprio delicto poteſt ſuſpendere, ibid.

Concilium prouinciale debet fieri annuatim, & idem dicendum eſt de ſynodo Epiſcopali, d. cap. graue nimis, & cap. ſicut olim. De accuſat.

ad Concilia prouincialia debent vocari, & admitti Capitula Eccleſiarum cathedralium, cap. fi. De his quæ fiunt a Prælato.

Concilijs prouincialibus vel alijs clerici non debent intereſſe, niſi ſpecialiter mittentur: vel niſi ſpecialiter tractaretur de cauſa fidei, vel de matrimonio: quia cum tales cauſæ tangant eos, poſſunt intereſſe, gl. fi. ibid.

ad Concilia prouincialia non vocantur clerici inferiores, cum ſpecialiter tantum Capitula eſſe vocanda ſtatuatur, d. cap. fi.

in Concilijs poſſunt comparere Capitula per procuratores, ibid.

Concilium generale, poteſt dici Capitulum, cap. 3. De rebus Eccleſiæ non alien.

Concilium generale poteſt diffinire, & conſtitutionem edere: vnde conſtitutio edita in Concilio generali, neceſſario non concipitur in perſonam Papæ, ſed in perſonam concilij, d. cap. 3. iuncta ſuprateſcriptio.

Concilium ſeu Capitulum tam Monachorum, quam Canonicorum regularium, debet fieri de triennio in triennium, cap. ſingulis. De ſtatu Monach.

Concilij conſtitutio ſeu diffinitio editur ſub nomine totius Concilij, & non Papæ tantum, cap. 2. De ſponſalib. 3

Concilia prouincialia, item & ſynodalia ſingulis annis ſunt celebranda, cap. ſicut olim, 25. De accuſat.

in Concilijs ſunt ſtatuendæ perſonæ, quæ ſtatuta Concilij faciant obſeruari: & debent eſſe de eodem Epiſcopatu, honeſti & diſcreti, d. cap. ſicut olim, & ibi gl. ſtatuant.

Concilium prouinciale Epiſcoporum habet iuriſdictionem in totam prouinciam: vnde olim omnes cauſæ ibi agitabantur, cap. cum ſit. 16. De Iudæis.

Concilium generale habet iura principis, cap. ſuper quibuſdam, §. præterea. De verb. ſignif.

in Conciliorum conſtitutionibus Papa eſt ille, qui principaliter ſtatuit: & concilium habet ſe approbatiue, cap. vbi periculum, §. facta. De elect. lib. 6.

Concilium Lugdunenſe generale fuit anno 1274. à 1. Maij, vſque ad Auguſtum, gl. 1. in add. in cap. nemo. De elect. lib. 6.

Concilium aliud generale Lugdunenſe fecit Innocentius 4. anno 1245. ibid.

Concilium generale Vienenſe fuit celebratum anno 1311. & 1312. ibid.

Concilium generale Lateranenſe ſub Alexandro 3. fuit celebratum anno 1178. ibid.

Concilium generale Lateranenſe ſub Innocentio 3. fuit celebratum anno 1215. ibid. 4

Concilij vocatio ſpectat ad Papam, cap. ad Apoſtolicæ. De re iudicat. lib. 6.

de Concilio ſunt omnes Prælati, & ad illud vocari debent etiam omnes Reges & Principes, ibid.

Concilium generale non habet authoritatem contra Papam, ſed tantum aſſiſtit ſibi tanquam conſulens, ibid.

Concilia fieri exemptis & priuilegiatis non expedit, gl. inſtante, in clem. dudum. De ſepultur.

Concilium generale Vienenſe inchoauit anno 1311. Kalendis Octobris, & fuit finitum anno ſequenti, ſexto Aprilis: in quo præfuit Clemens Quintus, gl. pe. in clem. 1. De cenſib.

Concilium prouinciale maius eſt, quàm ſingulares Prælati prouinciæ, clem. 1. §. quod etiam. De ſententia excommun.

Concilium generale Lateranenſe dicitur celebratum ſub Innocentio 3. ſed celebratum ſub Alexandro, dicitur Lateranenſe non generale, gl. concilijs, in clem. 1. De immunit. Eccleſiæ.

Concilium generale non fit ſine Papa, gl. hanc, in extrauag. vnam ſanctam. De maior. & obed. inter commun.

Concilium cum litera C. differt à conſilio cum litera S. quia Concilium dicitur a con, & cilium, quadam ſimilitudine ciliorum: quia ſicut cilia iunguntur, cum oculi quieſcere cupiunt, ita quoque concorditer iunguntur homines in Concilio: ſed conſilium eſt, quod ex animi prouidentia alicui tribuitur: inde conſiliolum & conſiliarius, gl. fi. in extrauag. 1. De immunit. Eccleſi. inter commun.

Conciliorum ſtatuta quædam ſunt vniuerſalia, alia prouincialia, can. regula, diſt. 3.

Conciliorum prouincialium quædam celebrantur authoritate Papæ, præſente videlicet Legato Sanctæ Romanæ Eccleſiæ: alia authoritate Patriarcharum, vel Primatum, aut Metropolitanorum eiuſdem prouinciæ. ibid.

Concilium generale non poteſt facere Legatus generalis Romani Pontificis, niſi interueniat mandatum ſpeciale ipſius Pontificis, gl. Legato, in can. regula, diſt. 3. 5

Concilium prouinciale poteſt facere Legatus Romani Pontificis, cùm in prouincia ſibi decreta ſit ordinarius, & nullus ſit maior: tum ſi Archiepiſcopus poteſt, & ipſe Legatus poterit, dd. reſpon. d. gl. Legato.

Concilium Epiſcopale poteſt facere ſtatuta, can. omnia, diſt. 12.

Concilia generalia & eorum canones cœperunt à tempore Conſtantini, can. canones, diſt. 15.

Concilia fuerunt celebrata à tempore Clementis: ſed non ita generalia, vt à tempore Conſtantini, gl. 1. ibid.

Concilium Nicænum fuit celebratum ſub Conſtantino, à patribus conuenientibus de omni orbe terrarum, d. can. canones.

Concilia generalia quatuor ſunt, quæ totam principaliter fidem complectuntur, quaſi quatuor Euangelia, ibid.

Concilium generale primum fuit Nicænum 318. Epiſcoporum, in quo Arrianæ perfidiæ blaſphemia fuit condemnata, & diffiniuit per ſymbolum, ſubſtantialem Deo patri Dei filium, d. can. canones, cum duobus ſeqq. diſt. 15.

Concilium generale ſecundum Conſtantinopolitanum, Epiſcoporum 150. ſub Theodoſio ſeniore fuit congregatum, in quo fuit condemnatus Macedonius, negans Spiritum Sanctum eſſe Deum: & definiuit per ſymbolum, Spiritum Sanctum

ſum conſubſtantialem Patri & Filio , ibidem .

6 Concilium generale tertium fuit Epheſinum primum , Epiſcoporum 200. ſub Theodoſio iuniore congregatum , in quo fuit condemnatus Neſtorius aſſerens in Chriſto duas perſonas : & declarauit manere in Chriſto duas naturas , & vnam Domini noſtri Ieſu Chriſti perſonam , ibid.

Concilium generale quartum fuit Chalcedonenſe 630. Sacerdotum , ſcilicet Epiſcoporum , ſub Martiano Principe celebratum : in quo fuerunt condemnati Eutyches Abbas , aſſerens verbi Dei , & carnis vnam naturam , & eiuſdem defenſor Dioſcorus Epiſcopus Alexandrinus , & Neſtorius Epiſcopus , cum aliis hæreticis : & Concilium definiuit Deum ſic natum de Virgine , vt in eo ſubſtantiam & diuinæ & humanæ naturæ confiteamur , ibid.

Concilij nomen tractum eſt ex more Romano : tempore enim quo agebantur cauſæ , conueniebant in vnum , & communi intentione tractabant : vnde & Concilium à communi intentione dictum eſt , quaſi concilium , & conſilium quaſi conſidium , D. litera in literam L. tranſeunte , d. can. canones , §. modus .

Concilium non agunt , qui ſibimet diſſentiunt , quia non conſentiunt in vnum , ibid.

Concilia generalia quatuor , ſicut quatuor Euangelia ſunt ſeruanda , can. ſicut , diſt. 15.

Concilium non poteſt legem imponere Papæ , ibid.

Concilia generalia quatuor , ſcilicet Nicænum , Conſtantinopolitanum , Chalcedonenſe , & Epheſinum primum , poſt ſcripturas veteris & noui teſtamenti venerari , & ſuſcipi iubentur : & etiam alia Concilia , quæ deinceps à Sanctis Patribus inſtituta fuerunt , can. Sancta Romana , diſt. 15.

in Concilio generali conſtitutiones firmandi modus eſt , quod quilibet ex prælatis , qui ibi interfuerunt , debent ſe ſubſcribere illis , can. habeo , diſt. 16.

7 Concilia octo vniuerſalia authoritate Romani Pontificis ſunt confirmata , can. Sancta , diſt. 16.

Concilia vniuerſalia octo , quibus temporibus fuerunt celebrata , & numerus Prælatorum , qui interfuerunt , recenſentur in can. 9. & 10. diſt. 16.

Concilia diuerſa , quæ varijs in locis fuerunt celebrata , diuerſis temporibus referuntur , ibid.

Concilium poteſt fieri ſine præſentia Papæ , dum tamen interſit Legatus Papæ , habens ſpeciale mandatum , can. ſeptuaginta , diſt. 16.

ex Concilio Nicæno viginti tantum Capitula à Romana Eccleſia ſeruantur , reliqua neglectu defecerunt , can. viginti , diſt. 16.

Concilium Sardicenſe authoritate Apoſtolica recipitur , & eius decreta ſunt ſeruanda , can. quod dicitis , diſt. 16.

Conciliorum generalium congregandorum authoritas eſt penes ſedem Apoſtolicam , in ſumma , diſt. 17.

Concilia quædam ſunt vniuerſalia , quædam particularia , gl. 1. ibidem .

Concilia particularia quædam ſunt prouincialia , quædam Epiſcopalia , ibid.

Concilium vniuerſale eſt , quod à Papa , vel eius Legato cum omnibus Epiſcopis ſtatuitur : particulare ſiue prouinciale eſt , quod Metropolitanus , vel Primas facit cum Suffraganeis ſuis , ibid.

Concilium vniuerſale non debet fieri ſine Papæ authoritate : nec particulare ſine authoritate Metropolitani , vel Primatis : nec Epiſcopale ſine authoritate Epiſcopi , d. gl. 1.

8 Concilium poteſt facere Metropolitanus ſine authoritate Primatis , & Epiſcopale ſine authoritate Metropolitani , ibid.

Concilium generale non licet alicui congregare ſine authoritate Romani Pontificis , can. Synodum , diſt. 17.

ad Concilium generale non debent vocari niſi Epiſcopi , ibid.

Concilium generale nullum eſt validum , quod authoritate Romani Pontificis fulcitum non eſt , can. regula , diſt. 17.

Concilium generale non poteſt facere Legatus , niſi habeat ad hoc ſpeciale mandatum , gl. 1. ibid.

Concilium generale nulli licet conuocare , abſque licentia Sedis Apoſtolicæ , can. nec licuit , diſt. 17.

Concilium particulare non habet poteſtatem examinandi , an ſtatuta Concilij generalis ſint bona , vel mala : ſed id declarare , vel interpretari ſpectat ad Papam , ibid.

de Concilij generalis conſtitutionum validitate , vel interpretatione cum dubitatur , recurrendum eſt ad Papam , ibid.

Concilij generalis ſtatuta interpretari ſpectat ad ſolum Papam , d. can. nec licuit , diſt. 17.

Concilia generalia non poſſunt celebrari ſine Romani Pontificis licentia , can. multis , diſt. 18.

Concilia generalia abſque authoritate Papæ congregata ſunt nulla , can. Concilia , diſt. 17.

9 Concilium vniuerſale non debet congregari authoritate Imperatoris , ſed Papæ , ibid.

Concilium vniuerſale de hæreſi Papæ oppoſita cognoſcit : ſed Cardinales ante tempus de Papæ obedientia diſcedentes , tanquam ſchiſmatici deponuntur , niſi ex gratia reſtituantur , can. Concilia , §. hinc etiam , diſt. 17.

Concilium generale habet iuriſdictionem ſupra Papam in cauſa hæreſis ipſius , ibid.

in Concilij generalis actibus , quilibet Prælatus exiſtens de Concilio , debet ſe ſubſcribere actibus Concilij , ibid.

in Concilio non debent ſedere Prælati confuſe , ſed debent præferri digniores , id eſt ſecundum prioritatem receptionis ordinum , can. Epiſcopos , diſt. 17.

Concilia particularia Epiſcoporum , licet non valeant ad conſtituendum vel diffiniendum , habent tamen authoritatem imponendi & indicendi , quod aliàs ſtatutum eſt generaliter ſeu ſpecialiter , in ſumma , diſt. 18.

Concilia Epiſcoporum ſunt neceſſaria ad correctionem & exhortationem , ibid.

Concilium prouinciale bis in anno debet celebrari , & in eo debent decidi cauſæ prouinciæ , & ſi fuerit difficile eas decidi , referri debent ad Primatem , vel ad Papam , can. de Concilijs , diſt. 18.

Concilium prouinciale poteſt adiri per viam querelæ ab omnibus de prouincia , ibid.

Concilia Epiſcopalia debent celebrari primum ante dies quadrageſimæ , ſecundum circa tempus autumni , can. habeatur , diſt. 18. 10

Concilium Epiſcopale ad morum correctionem , & controuerſarum diſſolutionem , bis fieri debet in anno , can. propter , can. peruenit , can. quoniam , diſt. 18.

ad Concilium prouinciale debent accedere omnes presbyteri , & Diaconi prouinciæ , & omnes qui ſe læſos exiſtimant , ibid.

Concilia Epiſcopalia poteſt Epiſcopus quilibet facere , irrequiſito Metropolitano , gl. Concilia , in can. propter , diſt. 18.

Concilium congregatur præcipue ad morum correctionem , can. peruenit , diſt. 18.

Concilium , ſaltem ſemel in anno , celebrare negligens Metropolitanus debet puniri pœnis Canonicis , can. quoniam , diſt. 18.

in Concilijs diuerſis , Concilium quod eſt antiquius obtinet , ſi eſt potioris authoritatis , gl. 1. ibid.

ad Concilium portare dona vel munera non compelluntur preſbyteri , can. de eulogijs , diſt. 18.

Concilij prouincialis vel Epiſcopalis ſtatuta contra fidem , non ſunt ſeruanda , can. Epiſcopus , diſt. 18.

ad Concilium venire negligens , vel ante ipſum finitum diſcedens , vſque ad aliud Concilium communione priuatur , can. ſi quis , diſt. 18.

Concilium prouinciale non poſſunt celebrare Epiſcopi ſine Metropolitano , ſed Epiſcopale ſic , can. propter , & ibi gl. fi. diſt. 18.

ad Concilium prouinciale debent accedere omnes oppreſſi de prouincia , pro iuſtitia conſequenda , ibidem .

Concilium prouinciale cognoſcit de omnibus cauſis Eccleſiaſticis totius prouinciæ , ibid. 11

Concilium generale eſt illud , quod habet diſcutere & inquirere , an Papa ſit hæreticus , vel non can. nunc autem , diſt. 21.

Concilium vel Papa non poteſt diſponere contra Apoſtolum , can. de his , diſt. 28.

Concilium Nicænum , ex cauſa per Paphnutium aſſignata , non ſtatuit vt conſtituti in ſacris non poſſent vti matrimonio prius contracto , can. Nicæna , diſt. 31.

de Concilio quilibet poteſt ſurgere , & contradicere actui fiendo per Concilium , ibid.

Concilium prouinciale poteſt appellari Synodale Concilium , can. quorumdam , diſt. 34.

Concilium generale poteſt facere ſtatuta , per quæ fiat additio , vel interpretatio ad ſtatuta Apoſtolorum , can. cognoſcamus , & ibi gl. fi. diſt. 34.

in Conciliorum Canonibus contrarijs , illius Concilij ſententia magis teneri debet , cuius antiquior & potior extat authoritas , can. Domino Sancto , diſt. 50.

in Concilio geſta , dicuntur eſſe facta ex ſuggeſtione & inſtinctu Spiritus Sancti , can. ſi quis Diaconus , diſt. 50. can. ſi ille , 57. ibidem .

Concilij ſtatuta dicuntur eſſe compoſita ab omnibus Epiſcopis ibidem intereſſentibus , can. ſi quis Diaconus , diſt. 50.

in Concilio Nicæno interfuerunt 318. Epiſcopi , vel ſecundum Damaſum Papam 300. Epiſcopi , d. can. ſi quis Diaconus , & ibi gl. trecentorum . 12

in Concilio ſtatuta ſic ſiunt , quod vnus pronunciat ſtatutum , & alij reſpondent confirmando illud , can. magnus , diſt. 54.

de Concilij generalis numero dicuntur eſſe Epiſcopi , & Pontifices , can. ex antiquis , diſt. 50.

in Concilio generali , omnium quæ ſunt author dicitur Deus , can. præſenti , diſt. 54.

Concilium diſpenſat contra Apoſtolum in pœnis , gl. Apoſtolorum , in can. ſi. diſt. 82.

Concilium Chalcedonenſe fuit trecentorum triginta Epiſcoporum , can. ſaluator , §. 1. 1. q. 3.

Concilium non poteſt facere Legatus etiam Papæ , gl. 1. in can. ideo , 2. q. 6.

ad Concilium ſunt vocandi abſentes ad duodecim dietas , ſi ſine periculo poſſunt vocari : ſed hodie de hoc & de aliis ſtatur conſuetudini , gl. publicum , in can. ei qui , §. nominationes , 2. q. 6.

Concilium prouinciale iure ordinario cognoſcit de Primate ſiue Archiepiſcopo , gl. 2. in can. ſicut inquit , 2. q. 7.

Concilio prouinciali minor eſt Metropolitanus , quantum ad ſua negotia : ſed quantum ad aliorum negotia , eſt maior , ibid.

Concilium prouinciale cognoſcit de delicto Epiſcopi , can. ſi Epiſcopus , 3. q. 2.

13 Concilium generale abſque Papæ licentia congregari non poteſt, nec Epiſcopus deponi, vel maiores cauſæ terminari, can. dudum, 3. q. 6.

Concilium prouinciale poteſt diſpenſare, can. neminem. 3. q. 6.

Concilium generale poteſt congregari per Legatum Sedis Apoſtolicæ, can. diffinimus, iuncta ſupraſcriptione, 4. q. 1.

Concilij vniuerſalis appellatione poteſt comprehendi prouinciale, can. 1. 4. q. 5.

Concilium non poteſt congregari ſine authoritate Papæ, can. 2. 5. q. 4.

in Concilio debet ceſſare deriſio, & tumultus: & contrà facientes puniuntur, can. fi. 5. q. 4.

Concilium faciunt tres Epiſcopi, gl. 1. in can. 1. 15. q. 7.

à Concilio contra vnamquamque hæreſim ſemel ſtatutum non eſt retractandum, can. 2. 24. q. 1.

Concilia in cauſis decidendis præferuntur authoritatibus Sanctorum Patrum, can. fi. & ibi gl. 1. 36. q. 2.

Concilium Baſilienſe fuit ſecutus Pius Secundus in minoribus conſtitutus, & multa ſcripſit in eius fauorem, quæ poſteà aſſumptus in Pontificatum reuocauit, extrauag. in minoribus conſtitutus, Pij Secundi.

ad Concilium generale accedendi conceditur ſaluus conductus, & tuta itinerum ſecuritas, extrauag. Sacroſanctæ Romanæ. Iulij Secundi.

14 Concilium œcumenicum generale apud Lateranum, inductum fuit à Iulio Secundo contra Concilium Piſanum, & contra Turcas, Cyprum ſcilicet, Siciliam & Aegyptum, cum tota Paleſtina inuadentes, & pro reformatione Eccleſiæ, ibid.

in Concilio, qui non eſt de ordine Sanctiſſimorum Epiſcoporum, non poteſt immiſceri Eccleſiaſticis tractatibus, can. ſatis, diſt. 96.

Concilium generale ad pacem Chriſtianorum Principum firmandam, & reſtituendam antiquam Eccleſiæ Catholicæ Religionem, Mantuæ celebrandum indixit Paulus tertius; deinde mutato loco, Vincentiæ celebrandum deſignauit: & miſit tres legatus: & poſtea in Tridentina Ciuitate celebrandum decreuit, extrauag. initio noſtri, Pauli 3.

Concilium Tridentinum ex iuſta cauſa ſuſpenderat Paulus 3. vſque ad opportunius tempus declarandum per eum, extrau. etſi cunctis quidem, Pauli 3.

Concilium transferri de ciuitate Tridentina in aliam commodiorem, vel tutiorem Ciuitatem, decreuit Paulus 3. extrauag. regimini vniuerſalis, Pauli 3.

Concilium ſpatio biennij fuit celebratum Tridenti & Bononiæ: & decem ſeſſiones habitæ, octo priores Tridenti, & nona & decima Bononiæ ſunt habitæ, Concil. Trident. in dictis ſeſſionibus.

Concilium Tridentinum à Ciuitate Bononiæ ad Ciuitatem Tridentinam fuit reuocatum, & Prælati fuerunt moniti, vt aſſiſterent eius proſecutioni, extrauag. cum ad tollenda, Iulij 3.

Concilium, ſublata ſuſpenſione, quod proſequererat in Ciuitate Tridentina, & ibi celebrandum indixerat ac ſtatuerat Pius quartus, in extrauag. ad Eccleſiæ regimen, Pij 4.

15 Concilium Tridentinum fuit confirmatum per Pium Quartum, extrauag. Benedictus Deus & Pater Domini noſtri, Pij 4.

Concilij Tridentini decreta circa reformationem & iua poſitiuum, ligare cœperunt Kalendis Maij, anno 1563. extrauag. ſicut ad Sacrorum Conciliorum, Pij, 4.

Concilium generale fit, & celebrari debet ad laudem & gloriam Sanctæ & Indiuiduæ Trinitatis, Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, in Concil. Trident. ſſ. 1. cap. 1.

Concilia generalia fiunt & celebrantur ad incrementum & exaltationem fidei & Religionis Chriſtianæ, ad extirpationem hæreſum, & ad pacem & vnionem Eccleſiæ: ad reformationem Cleri & Populi Chriſtiani: ad depreſſionem & extinctionem hoſtium Chriſtiani nominis, Concil. Trid. ſſ. 2. cap. 1.

Concilium Sacrum Tridentinum fuit cœptum die 13. menſis Decembris, anno 1545. ibid.

Concilium Tridentinum fuit legitime congregatum, in eo præſidentibus tribus Legatis Apoſtolicæ Sedis, Concil. Trident. ſſ. 2. cap. 1.

Concilij generalis ſtatuta præiudicant ſtatuto Papæ, ſi contradicant, gl. maior. in can. legimus, diſt. 93.

Concilij Tridentini decreta ab hæreticis deprauari, aut contaminari principes fideles non debent permittere: imò quod ab his & ab omnibus recipiantur, & fideliter obſeruentur, debent facere, Conc. Trident. in decreto. De obſeruandis decretis, ſſ. 25.

ſuper Concilij decretis recipiendis aliqua difficultas ſi oriatur, quæ declarationem aut diffinitionem poſtulet, Romanus Pontifex debet conſuli, prout prouinciarum neceſſitatibus pro Dei gloria & Eccleſiæ tranquilitate expedierit, ibid.

Concilij Tridentini decreta vt inuiolabiliter obſeruarentur, ac illa executioni mandarentur, octo Cardinales deputauit Pius Quartus, quibus coniunctim vel diuiſim dedit poteſtatem, vt ſub pœnis excommunicationis, & alijs, facerent illa obſeruare, extrauag. alias nonnullas conſtitutiones, Pij 4.

Concilium dicitur perfectum, licet non adſit Primas, gl. & perfectum, in can. pe. diſt. 92.

Concilium integram & perfectum dicitur illud, cui Metropolitanus Epiſcopus interfuit, d. can. pe.

Reliqua in verbo Archiepiſcopus. n. 9. Synodus. Metropolitanus, 1. 2. 8.

à CONCIONIBVS popularibus debent ſecludi quæſtiones difficiliores, & ſubtiliores, & quæ ad ædificationem non faciunt: & ex quibus nulla fit pietatis acceſſio, Concil. Trident. in decreto. De Purgatorio, ſſ. 25.

in Concionibus non debent tractari incerta, & quæ falſi ſpecie laborant: ea vero quæ ad curioſitatem quandam, aut ſuperſtitionem ſpectant, vel turpe lucrum ſapiunt, tanquam ſcandala & fidelium offendicula, Epiſcopi debent prohibere, ibidem.

Concionatores proponentes in ſuis concionibus falſas propoſitiones, & ſcandaloſas, inquiſitorum iuriſdictioni ſubmittuntur, extrauag. in Apoſtolici, Pauli 3.

Reliqua in verbo, Prædicare. Prædicandi. Prædicatio. Prædicator.

CONCLAVE dici ſolet, quod pluribus clauibus clauditur, vel ad quod per plures claues itur, gl. conclaue, in add. in cap. vbi periculum, §. ſacro. De elect. lib. 6.

Conclaue vnum dicitur, vbi non datur aliqua diuiſio parietis, vel velaminis, d. cap. vbi periculum, §. ſacro.

Conclauis reformatio in electione Romani Pontificis, fuit facta à Pio 4. declarando eius formam & modum, extrauag. in eligendis Eccleſiarum Prælatis, Pij Quarti.

Reliqua in verbo, Cardinalis. n. 3. Electio. n. 17.

CONCLVSIO facta in principali, ſicut non parat præiudicium, quominus noua iura poſſint in appellationis cauſa produci: ita nec interlocutoria parat præiudicium, quominus vetera iura repeti poſſint, gl. emendati, in cap. à collatione. De appellat. lib. 6.

poſt Concluſionem in cauſa, regulariter non poteſt aliquis actus exerceri, vel aliquid iudicialiter produci, cap. auditis. De procuratorib.

Concluſione facta in cauſa, de iure communi non eſt licitum aliquam producere probationem: niſi ſit impetratum per literas regias, cap. auditis. De in integr. reſtit.

poſt Concluſionem & renunciationem in cauſa, nulla admittitur exceptio, allegatio, vel inſtrumentum, niſi euidens ratio moueat iudicem, gl. renunciationes, in cap. quoniam contra. De probat.

Concluſio in cauſa beneficiali, licet poſſit fieri: poteſt etiam omitti, gl. concluſionem, in clem. 1. De cauſa poſſeſſ. & propr.

Concluſio eſt neceſſaria in omnibus cauſis requirentibus figuram iudiciorum, gl. concluſione, in clem. ſæpe, §. fi. De verb. ſignif.

Concluſam in cauſa tunc dicitur, cum renunciatum eſt allegationibus & omnibus alijs probationibus, gl. concluſum, in cap. cum dilectus. De fide inſtr.

Reliqua in verbo, Cauſa.

CONCORDIA plena interuenire non dicitur, quando duæ tantum partes collegij concurrunt, cap. licet de vitanda, De elect.

ad Concordiam quod prouiſum eſt, non debet trahi ad noxam, gl. gratiam, in cap. inter corporalia, §. ſed neque. De translat. Epiſcop. & gl. fi. in cap. ſuggeſtum, 15. De appellat.

in Concordia dicitur fieri, quod fit ab omnibus: aliàs vno ſolo contradicente, non dicitur fieri in concordia; quod intellige quando ius ſignanter requirit actum fieri concorditer, gl. cœtus, gl. concorditer, in clem. ne Romani, §. eo tamen. De election.

Concorditer fieri dicitur illud, quod fit nemine diſcrepante: vnde quod fit à maiore parte, non dicitur fieri concorditer, cap. in cauſis, in primo. De election.

Concorditer fieri dicitur illud, quod fit ab omnibus, cap. cum in Eccleſijs. De maior. & obed.

Concorditer lata ſententia dicitur, quando lata eſt à maiori parte, gl. 1. in cap. 3. De re iudic.

Concorditer fieri quandoque dicitur illud, quod fit à maiori parte, niſi ex verbis aliud appareat: tunc enim omnimodo omnium & ſingulorum conſenſus requiritur, ibid.

Reliqua in verbo, Pax. 2. 3.

CONCORDATA & ordinata inter Fridericum Imperatorem, Principeſque nationis Germanicæ & Sedem Apoſtolicam continentur in extrauag. ad ſacram Petri, Nicolai Quinti.

CONCVBINA publica debet excommunicari, gl. fi. in cap. 2. De cohabit. clericor.

Concubinæ publicæ ſi fuerint excommunicatæ, & clerici concubinarij poſt excommunicationem latam communicantes concubinis in eodem crimine, incidunt in excommunicationem maiorem, cap. ſi concubinæ, 55. De ſententia excommun.

Concubina clerici, propter delictum concubinatus, poteſt excommu-

communicari per Eccleſiam, quantumcumque ſit laica, d. cap. ſi concubinæ.

Concubinæ clericorum ſunt ſubiectæ iudici Eccleſiaſtico, can. eos qui, diſt. 32.

Concubinam habens in ſacro ordine conſtitutus, ab officio ſuſpenditur, can. habuiſſe, diſt. 33.

Concubinam dimittendo, ſi aliam in vxorem ducat, propter hoc non eſt bigamus, nec peccat; imo admonendus vt hoc faciat, can. ancillam, 32. q. 2.

Concubinam habere licuit olim, permiſſione quadam comparatiua: nam in veritate ſemper fuit illud peccatum, gl. ſi. in can. meretrices, 32. q. 4.

ad Concubinam ſuam ſi quis iurauit non accedere, poteſt cum ea contrahere matrimonium, nec cenſetur periurus, gl. ſi. in can. quod quis, 35. q. 9.

Concubinas habere homines ſolutos eſt graue peccatum: ſed grauiſſimum & in ſacramenti matrimonij contemptum vxoratos in hoc damnationis ſtatu viuere, & audere eas quandoque etiam cum vxoribus alere, & retinere, Concil. Trident. ſſ. 24. De reform. matrim. cap. 8.

CONCVBINARIVS notorius ſuſpenſus eſt indirecta ſuſpenſione, vt careat ordinis executione, cap. pe. De bigamis.

Concubinarij ſi fuerint multi, non debet Prælatus omnes ſuſpendere, & excommunicare: ſed debet incipere à principalioribus, cap. 3. De cohabitat. cleric.

Concubinarij publici excommunicari debent, d. cap. 3. & ibi gl. ſi.

Concubinarij publici non ſunt admittendi ad aliorum peccata denuncianda, cum ſint etiam ſuſpenſi, cap. cum dilectus, & ibi gl. 2. De accuſat.

Concubinarius ordinatus ab eo qui ſecum poterat diſpenſare, deponitur, gl. 2. in cap. ſi. De ſchiſmaticis.

Concubinarius excluditur ab ordinibus Eccleſiaſticis, can ſi quis poſt, can. maritum, can. laici, diſt. 33.

Concubinarius repellitur à promotione dignitatis Epiſcopalis, can. qui in aliquo, diſt. 25.

Concubinarij, ſiue ſoluti, ſiue vxorati, ſi poſtquam fuerint ab Ordinario etiam ex officio ter admoniti, concubinas non eiecerint, & ſe ab earum conſuetudine non ſeiunxerint, ſunt excommunicandi: à qua non debent abſolui, donec re ipſa admonitioni paruerint, Concil. Trident. ſſ. 24. De reform. matrim. cap. 8.

Concubinarij, ſi in concubinatu per annum cenſuris neglectis permanſerint, contra eos ab Ordinario ſeuerè pro qualitate criminis debet procedi, ibid.

CONCVBINATVS poteſt eſſe notorius, ſine aliqua rei euidentia, cap. tua nos, De cohabita. cleric. & mulier.

Concubinatus inhabilitat laicum: ita vt de iure, in clericum non valeat ordinari, can. ſi quis de laicis, diſt. 34.

Reliqua in verbo, Clericus. 153. vſque 156. Fornicatio. Fornicarij. Iurans. 2. 15.

CONCVBITV etiam licito infectus, non ita exauditur à Deo, ſicut ille qui eſt mundus, & abſtinens, can. quoniam, diſt. 31.

Reliqua in verbo. Coniugatus.

CONCVPISCENTIA non eſt in culpa in corpore non conſentientis, can. ſi concupiſcentia, 15. q. 1.

Concupiſcentijs carnalibus non debet conſentire homo, ne cadat in lacum miſeriæ, & in lutum fecis, can. ita corporis, 32. q. 3.

ex Concupiſcentia omnia mala, id eſt ſeptem principalia vitia oriri poſſunt, ſcilicet ſuperbia, ira, auaritia, inuidia, accedia, gula, luxuria: non tamen propter hoc, ſingula vitia cuiuslibet generis, vt puta periurium, occidere, &c. oriuntur ex concupiſcentia, gl. oriantur, in cap. nam concupiſcentiam, De conſtit.

propter Concupiſcentiam primi parentis, omnia mala orta ſunt: ſi enim non concupiuiſſet, non peccauiſſemus, ibid.

Concupiſcentia ſicut facit puerum concupiſcibilem, & adultum concupiſcentem: ſic & ſuperbia facit puerum ſuperbilem, & adultum ſuperbientem, gl. pe. in can. 1. De pœnitent. diſt. 4.

Concupiſcentiam, hoc eſt fomitem, quandoque Apoſtolus appellat *peccatum*, non ex eo quod vere & proprie in renatis ſit peccatum: ſed quia ex peccato eſt, & ad peccatum inclinat; & contrarium ſentiens, anathema eſt, Concil. Trid. ſeſſ. 5. De peccato origin. cap. 2.

Reliqua in verbo, Ambitio. Aſpectus. Fornicatio. Lex. 2. Senſualitas.

CONCVPISCERE rem alterius non credebat Apoſtolus eſſe peccatum, antequam videret legem; ſed poſtquam inuenit in lege *non concupiſces*, credidit eſſe peccatum, cap. nam concupiſcentiam, & ibi gl. 2. De conſtit.

Reliqua in verbo, Ambitio.

CONCVSSOR, ſecundum canones punitur pœna quadrupli, & etiam ſecundum leges, gl. ſi. in can. militare, 23. q. 1.

CONCVSSIONIS crimen eſt, cum quis minatur alicui, niſi ita vel ita faciat, gl. ſi. in can. dilectus, 28. De ſimonia, & gl. 1. in can. concuſſionis, 128. 1. q. 1.

Concuſſionis crimen committens tenetur ad quadruplum, gl. officij, in clem. 2. De hæreticis, gl. ſi. in can. quoniam, diſt. 18.

Concuſſionis criminis pœna eſt quadruplum, cum ciuiliter agitur; ſed cum agitur criminaliter, punitur pro arbitrio iudicis, gl. 2. in can. iudicatum, diſt. 89.

Concuſſionis iudicium publicum non eſt: ſi tamen pecuniam accepit pro accuſatione innocentum, vel pro accuſando, vel non accuſando, ad quod gratis tenebatur, publicum crimen eſt; & tenetur pœna legis Corneliæ, can. concuſſionis, 128. 1. qu. 1.

CONDELEGATVS poteſt cognoſcere, an collega ſit ſuſpectus: vt ſic videat, an ſit iudex ſine illo ex culpæ vigore, gl. in cauſa, in cap. ſi contra, De officio deleg. lib. 6.

Condelegati adiunctio, non facta mentione de proceſſu & eius ſtatu, non valet vt ſurreptitia, cap. coram, 34. & ibi gl. 2. De officio deleg.

CONDEMNATIO non debet fieri, niſi quatenus petitum eſt, gl. cum integritate, in cap. cum M. De conſtit.

Condemnatio facta ſuper futuris expenſis, abſque alia determinatione, non valet, cap. auditis. De procur.

in Condemnatione illud tantum venit, quod in libello continetur, ſuper quo litis conteſtatio facta fuit: ſed & acceſſoria & connexa etiam veniunt: ſed non extranea, gl. id venire, in cap. cum Eccleſia, De cauſ. poſſeſſ.

Condemnatio expenſarum non debet fieri, niſi prius conſtet iudici de expenſis, ſaltem per iuramentum partis, ac præmiſſa taxatione ab ipſo iudice, qui æſtimat illas, & definit poſt iuramentum, gl. 2. in cap. pe. De eo qui mittitur in poſſeſſionem.

Condemnatio expenſarum debet fieri tempore præſtandæ cautionis, quo recuperat poſſeſſionem, ibid.

Condemnatio moderatur, & etiam actio formatur, pro qualitate perſonarum, gl. vel temporum, in can. & ſi illa, 1. q. 7.

ante Condemnationem iudicialem, quæ ſolum iuſte fertur in confeſſum vel in conuictum, peccator quamuis iam ſit à Deo diuiſus, euitari non debet ab homine, can. vnus ex nobis, 2. qu. 1.

Reliqua in verbo, Expenſæ. Damnari. Iudex. 78.

CONDEMNARI quis non debet, niſi conuictus, vel ſponte confeſſus: quod ſi fiat, ſententia eſt nulla, gl. ſi. in cap. Eccleſiæ, De conſtitutio.

Condemnari non debet quis de graui crimine, propter præſumptionem etiam vehementem, cap. literas, De præſumpt.

Condemnari poteſt quis de crimine quantumcumque graui ex præſumptione violenta, quæ ſatis oritur ex deficientia in purgatione, d. cap. literas, & ibi gl. pe.

Condemnari vt quis debeat, neceſſe eſt vt poſſideat tempore litis conteſtationis, & tempore quo ſententia fertur, cap. pe. & ibi gl. 2. De exceptio.

Condemnari non debet quis ſine cauſæ cognitione, niſi in notorijs, vbi iuris ordo non ſeruatur, cap. ad audientiam, De appellat.

Condemnari non debet quis ſine accuſatore, cap. 1. Vt Eccleſiaſtica beneficia.

Condemnare aliquem in pecunijs pro delicto, licitum eſt: dum tamen conuertatur in vſum pium, cap. 2. §. ſi autem, De officio Ordin. lib. 6.

Condemnari non debet quis de crimine, niſi primo fuerit conuictus vel confeſſus, cap. quamuis, De pœnis, lib. 6.

Condemnari nemo debet ſine iudiciario ordine in ſumma, 2. q. 1.

Condemnari non poteſt quis, niſi in teſtium examinatione fuerit obſeruatus iuris ordo, can. Primates, 2. q. 1.

Condemnari non debet quis, niſi ſit conuictus, can. notum ſit, 2. qo. 1.

Condemnari non debet quis ſuſpicionis arbitrio: nec ante verum & iuſtum iudicium, cap. primo, 2. q. 1.

Condemnari non debet quis, niſi probata veritate cauſæ, & ſeruato iuris ordine, ibid.

Condemnari nullus poteſt ſine accuſatore: niſi fuerit notorius criminoſus, can. de manifeſta, & ibi gl. 2. 2. q. 1.

Condemnare non poteſt iudex aliquem ſine accuſatore regulariter; fallit tamen in octo caſibus, gl. 2. ibid.

Condemnari non debet quis ſine præſentia accuſatoris, & defenſione data ab accuſato, can. non oportet, can. quia accuſare, & can. dignum, 3. q. 9.

Condemnare qui poteſt, poteſt & abſoluere, can. verbum Dei, De pœnitent. diſt. 1.

Condemnandus non eſt, qui ſua confeſſione, vel legitimis teſtibus non eſt conuictus, can. iudex, 2. q. 1.

Condemnandus non eſt quis, ſine legitimo accuſatore, etiamſi iudex ſciat eum deliquiſſe, can. nihil contra, 2. q. 1.

Condemnandus non eſt quis ab inimicis, & ſuſpectis, can. ſi, & ibi gl. 1. 3. q. 5.

Condemnandus non eſt quis de crimine improbato, niſi prius ſibi detur copia defenſionis, can. relatum, 5. q. 2.

Condemnare vel iudicare neminem debemus, ante veram iuſtamque probationem, can. pe. 30. q. 5.

Reliqua in verbo Abſoluere. Abſoluendi. Audire. Clericus. 132. vſque 144.

CONDEMNATORIA ſententia expenſarum facta per iudicem etiam de impedimento certificatum, tenet: licet de facili ſit reuocanda, cap. 2. De procurat.

CONDEMNATVS etiam pro modica iniuria, efficitur infamis, dd. reprob. gl. pe. in cap. cum te, 23. De re iudic.

Condemnatus in actione iniuriarum, infamis eſt: niſi iniuria ſit minima, d. cap. cum te.

Condemnatis ad ſoluendum debitum datur quadrimeſtre tempus poſt ſententiam latam, cap. quærenti, 26. De officio deleg.

Condemnati pro ſceleribus ſuis, ſuſpenſi, & decapitati, debent ſepeliri in Eccleſiaſtica ſepultura, cum ſolemnitate Miſſæ, & diuinorum Officiorum, dum modo ipſos pœnituerit: ſecus ſi non pœnituerint, gl. fi. in cap. ex parte, De ſepultur.

Condemnatum eum accipere debemus tantum, qui iure condemnatus eſt, ita vt ſententia teneat: & ſi nulla eſt ſententia, non dicitur condemnatus, gl. fi. in cap. fi. De ſponſalib.

Condemnatus iniuſte non cenſetur condemnatus apud Deum, cap. 2. De re iudic. lib. 6.

Condemnatus in actione perſonali, ſi non ſoluat infra quatuor menſes vt debuit, poſtea poterit iudex præcipere, vt ſoluat intra certum tempus: aliàs ſit excommunicatus, quia mora præceſſit, gl. mora. in cap. Romana, De ſententia excommun. lib. 6.

Condemnatus ex pluribus criminibus, ſi propter quædam appellat; ſi appellatio recipitur propter grauiora, pœna differtur: alias ſecus, can. poſt appellationem, §. ſi quis, 2. q. 6.

Condemnati ſi fuerint plures, & volunt appellare, libellus appellationis omnium nomina continebit: quod ſi vnus ex pluribus fuerit condemnatus, ſi vnum in libello non expreſſit, illi non nocebit, gl. ſi autem ibid.

Condemnatis pluribus vna ſententia, ſi vnus ſolus appellat: vel omnibus appellantibus, ſi vnus ſolus proſequitur appellationem, ſi idem ſit negotium & eadem cauſa defenſionis, illius victoria iure communi cæteris prodeſt: ſecus ſi iure ſpeciali, can. ei qui, §. quandoque, 2. q. 6.

Condemnatus iniuſte à terrena poteſtate, ſi patienter ferat, recipiet coronam à iudice ſuperiore, can. etſi ad tempus, 11. quæſt. 3.

Condemnati iniuſte ſententia excommunicationis poſſunt etiam poſt mortem reconciliari, can. fi. 24. q. 2.

Condemnatos à prædeceſſoribus, aliorum ſupplicationibus in priſtinum ſtatum poteſt Papa reformare, can. veniam, 35. q. 9.

Reliqua in verbo Sententia, 64. vſque 67 Confeſſus. Conuictus. Damnatus. Iudex. 78. Reus. 1.

1 **CONDITIO**, *ſi preces veritate nitantur*, in reſcriptis ſemper ſubintelligitur, etiamſi non apponatur, cap 2. & ibi gl. conditio, De reſcriptis.

Conditiones generales, *ſi Deus voluerit*, *ſi res in eodem ſtatu permanſerit*, & aliæ conditiones, quæ ipſo iure inſunt, ſubintelliguntur in iuramentis & alijs pactionibus, d. gl. conditio.

Conditio, *niſi redditus Eccleſiæ excreſcant in tantum*, &c. ſubintelligitur in ſtatuto etiam per Papam confirmato, de certo numero Canonicorum, gl. poſſunt ſufficere, in cap. cum M. De conſtit.

Conditio hæc, *ſi iuramentum fidelitatis præſtiteris*, poſita in conceſſione pallij, non eſt reprobanda: nec inducit ſimoniam: ſed oſtendit pallium non aliter eſſe dandum, gl. 2. in cap ſignificaſti. De elect.

Conditionem non habet hæc adiectio, *ſi ſatis dederit*, cum præſes prouinciæ tutorem facit: ſed illa adiectio commonet tutelam non aliter committendam, ibid.

Conditiones tacitæ non faciunt legatum conditionale, gl. 2. ibid. & gl. 2. in cap. quemadmodum, De iureiurand.

Conditionem de præſtando iuramento apponere poteſt ſuperior ante ſubditi confirmationem: ſed inferior non poteſt, niſi poſt electionem, ibid.

Conditiones, quæ ipſo iure inſunt, bene apponuntur & exprimuntur in traditione ſpiritualium, ſine aliquo vitio ſimoniæ, ibid.

Conditio iniqua non debet afferri alteri per alterum, gl. 1. in cap. fi. De poſtulando.

2 Conditionis euentus non trahitur retro in ſententia excommunicationis ad diem prolationis ipſius, cap. præterea, 40. De appellat.

Conditio turpis, quæ non eſt contra ſubſtantiam matrimonij, non impedit matrimonium, cap. 5. De condition. appoſ.

Conditio hæc in modum pœnæ adiecta, *ſi tecum non contraham, dabo tibi centum*, non valet, gl. 2. in cap. 3. eod.

Conditio appoſita ſuſpendit contractum vſque ad tempus conditionis exiſtentis, gl. fi. in cap. ſuper eo, eod.

Conditio hæc, *ſi te virginem inuenero, contraho matrimonium*, non impedit matrimonium, nec dirimit talis error. cap. pe. eod.

Conditio turpis & impoſſibilis appoſita in contractu matrimonij habetur pro non adiecta: niſi ſit contra ſubſtantiam matrimonij: quia tunc vitiat contractum, cap. fi. De condit. appoſit.

Conditio omnis contra ſubſtantiam actus vitiat ipſum actum, ibid.

Conditiones quædam illicitæ apponi poſſunt in matrimonio, quæ à iure admittuntur: puta, *ſi centum mihi dederis*, *ſi patri placuerit*, huiuſmodi conditiones honeſtæ ſunt, nec ſunt contra ſubſtantiam matrimonij: quia poſſunt eſſe cum illis, & ſine illis, gl. 1. ibid.

Conditio quædam honeſta eſt, quæ eſt de ſubſtantia matrimonij: vt ſi Chriſtianus dicat Iudææ, vel hæreticæ, *contraho tecum, ſi vis fieri Chriſtiana*: ſine iſta, non tenet matrimonium, ibid.

Conditiones quædam ſunt inhoneſtæ & turpes, quarum quædam ſunt contra ſubſtantiam matrimonij, ita vt illis appoſitis non teneat matrimonium, ibid.

Conditiones aliæ ſunt turpes & inhoneſtæ, aut impoſſibiles, vt ſi dicatur, *contraho tecum, ſi furtum feceris*, *ſi homicidium feceris*, & iſtæ ſunt turpes: idem eſt ſi ſit impoſſibilis, vt, *contraho tecum, ſi dederis mihi imperium*, ſi *cælum digito tetigeris*, & huiuſmodi conditiones non ſunt contra ſubſtantiam matrimonij, & tanquam turpes & impoſſibiles pro non adiectis habentur, ibid. 3

Conditio hæc, *contraho tecum matrimonium donec inueniam aliam*, eſt contra ſubſtantiam matrimonij, quod indiuiduum debet eſſe, gl. donec, ibid.

Conditio hæc, *ſi generationem prolis euites*, eſt contra bonum prolis, gl. ſi generationem, ibid.

Conditio impoſſibilis, vel turpis in teſtamento, pro non adiecta habetur, gl. pen. ibid.

ſub Conditione ſi primo prouideri mandetur, & ſecundus pure impetrans, priuſquam conditio veniat, à Papa vel executore ſuo Canonicatum obtineat, in aſſecutione præbendæ primo præfertur, cap. ſi pro te, 13. De reſcript. lib. 6.

Conditionis dies trahitur retro ad tempus obligationis, quando non eſt in poteſtate contrahentis primo ſub conditione, contractum conditionalem facere: poſtea pure contrahendo, reuocare: ſecus eſt in gratia conditionali facta à Papa, quia in eius poteſtate eſt eam gratiam conditionalem facere, & etiam in totum tollere ſi voluiſſet, gl. ſi ad id. ibid.

Conditio, quæ de ſui natura ineſt contractui, vel actui, ſi apponatur & exprimatur in contractu vel actu, reddit actum vel contractum conditionalem: ſed ſi non apponatur nec exprimatur, ſed relinquatur diſpoſitioni iuris ſic diſponentis, & petitur ſic fieri, non cenſetur conditionalis, dato quod ius ſub conditione diſponat, gl. incerta, & ibi add. in cap. 2. De elect. lib. 6. & ibi dd. 4

Conditio vel modus grauis, vel impoſſibilis in contractibus licet vitiet contractum, ſecus eſt in ſpiritualibus, in quibus reijcitur, vel inutilem reddit, gl. fi. in cap. 2. §. fi. Ne ſede vacante, lib. 6.

Conditio *ſi placuerit*, quando tacite intelligitur, etiam ſi non apponatur, tamen quando non exprimitur, contenſus purus remanet, gl. fi. in cap. 1. §. fi. De ſponſalib. lib. 6.

Conditiones tacitæ non faciunt obligationem conditionalem: tacitum tamen ſi exprimatur, facit rem conditionalem, ibid.

Conditio ſi volet, poſita in perſona legatarij, facit legatum conditionale, ibid.

Conditio habetur pro impleta, ſi per eum non ſtat, ad quem pertinet impleri, reg. cum non ſtat. 66. De reg. iur. lib. 6.

Conditio habetur pro impleta, cum ſtat per eum, id eſt per factum eius, vel impedimentum præſtitum ab eo, cuius contemplatione relictum eſt ſub conditione, gl. 1. ibid.

Conditio quæ de iure ineſt, non facit rem conditionalem, quamuis exprimatur, gl. ius ad rem. in extrauag. ſedes Apoſtolica, De officio deleg. inter communes. 5

ſub Conditione quando aliquid conceſſum eſt, non reſpicitur tempus conceſſionis ipſius, ſed conditionis exiſtentis, gl. conſitebuntur, in extrau. antiquorum, De pœnitent. & remiſſ. inter commun.

Conditio de futuro appoſita in ſententia, ſuſpendit ſententiam: ſed conditio de præſenti, vel de præterito, non ſuſpendit ſententiam, gl. 1. in cap. biduum, 2. q. 6.

Conditio affirmatiua & negatiua diuerſimode exponuntur, gl. 1. in can. 1. 5. q. 1.

Conditio affirmatiua, veluti, *ſi intrauerit Capitolium*, exponitur ſic: id eſt ſi cum primum potes intrare, intres: ſed conditio negatiua ſic exponitur, *ſi non intrauerit*, id eſt ſi cum primum deſinis poſſe intrare, niſi in caſu libertatis, gl. 2. ibid.

Conditiones impoſſibiles appoſitæ in contractibus, vitiant contractum: in vltimis voluntatibus habentur pro non adiectis, gl. noluit, in can. ſolet. 32. q. 2.

Conditiones generales intelliguntur in iuramentis: ſed ſpeciales, non niſi exprimantur, niſi vbi lex præſumit aliquid tacite agi inter contrahentes: tunc illud habetur pro expreſſo, gl. pe. in can. 1. 32. q. 8.

Conditiones aliquas ſpeciales quandoque lex ſubintelligit, veluti in ſtipulatione dotis, ſubintelligitur hæc, *ſi nuptiæ fuerint ſecutæ*, ibid.

Reliqua in verbo, Gratia. 1. Iuramentum. 30. Matrimonium. 35. 36. 37. Modus. Participium. Poſſidens. 2. Si.

CONDITIONALIS gratia non trahitur retro ad tempus conceſſionis, ſed vires aſſumit tantum à tempore, quo conditio extiterit, cap. ſi pro te, & ibi gl. ſi ad id. De reſcript. lib. 6.

Conditionalis diſpoſitio habet effectum ſtatim, adueniente conditione, cap. Abbate ſane, §. prælatus, & ibi gl. diſceptant. De re iudic.

Conditionalia ſponſalia vbi contrahuntur, non inducitur obligatio ante purificationem conditionis, cap. 1. §. fi. De ſponſ. lib. 6.

Conditionale decretum ante conditionis euentum, non afficit poteſtatem Ordinarij, vel alterius collatoris: ſecus quando acceptationi beneficij tempus adijcitur cum decreto, clem. 1. De conceſſ. præbend.

Conditionalis diſpoſitionis effectus ſuſpenditur in conditionis euentum, ibid.

Reliqua in verbo, Coactio. Gratia. 1. Niſi.

CONDVCTOR rem conductam locare poteſt, gl. locatio. in cap. inter dilectos. De fide inſtrum.

Conductor poteſt expelli à re conducta, ratione fraudis commiſſæ in re conducta, gl. fi. in cap. querelam, De iureiur.

Conductores rerum Eccleſiaſticarum ſi ſunt bonæ fidei, habent actionem contra locatores ad pretium repetendum: ſecus ſi ſint malæ fidei, niſi ſibi proſpexerint de euictione, gl. fi. in cap. audientiam. De rebus Eccleſiæ non alien.

Conductori, propter ſterilitatem grauem ſine culpa ſua contingentem, remittitur penſio pro rata: niſi poſſit cum vbertate præcedentis, vel ſequentis temporis compenſari, cap. propter ſterilitatem, De locato.

Conductor ſoli ad ſuperficiem ad non modicum tempus, habet rei vendicationem vtilem contra dominum: multo fortius habebit exceptionem contra eumdem, gl. 1. in reg. qui ad agendum, 72. De reg. iuris, lib. 6.

Conducens rem alienam ad longum tempus, ſi cadat à poſſeſſione rei, poteſt agere contra poſſeſſorem, non actione directa, ſed vtili, gl. 1. in reg. qui ad agendum, 71. De reg. iur. lib. 6. ſed & ſicut agere, ita & accipere contra Dominum poteſt, ibid.

Reliqua in verbo, Locator. Locare. Inquilinus.

CONFOEDERATIONES & conſpirationes in bonum, ſunt permiſſæ, gl. conuenticulas, in extrau. ſancta Romana, Ioannis 22.

Confœderationes & conſpirationes reprobantur, quando ſunt in malum, clem. Paſtoralis, De re iud.

Reliqua in verbo, Conſpiratores. Coniurationem. Eccleſia. 13.

Confeſſio in genere, num. 1. vſque ad num. 12.
Confeſſio extra ius, num. 14.
Confeſſio ſacramentalis, num. 15. vſque ad num. 19.

1 CONFESSIO facta per vnum ex duobus procuratoribus nocet domino, cap. 1. & ibi dd. De poſtul. prælat.

Confeſſio quando fit ſub eodem constructo, vel qualificato, poteſt aduerſarius recipere partem confeſſionis, quatenus facit pro ſe: & aliam partem confutare, ſeu repellere per rationes probabiles, ſeu per probationem, dd. d. loco.

Confeſſio aduocati nocet clientulo, gl. 2. in d. cap. 1. §. nos igitur.

Confeſſio procuratoris reuocata incontinenti non præiudicat domino, cap. ſcriptum, & ibi gl. 1. De elect.

Confeſſio procuratorum eligentium, non nocet electo: quando procurator eſt conſtitutus ab eligentibus. & quando fit de aliquo concernente perſonam electi, cap. dudum, 54. §. verum, De elect.

Confeſſio non præiudicat confitenti, ſi probat ſe erraſſe, d. cap. dudum, §. licet.

ex Confeſſione condemnatur quis, cap. in præſentia, De renunciat.

Confeſſio facta per metum non tenet, cap. cauſam matrimonij, 16. De officio deleg.

Confeſſio contra matrimonium facta, non tenet, ibid.

Confeſſio facta coram iudice incompetenti, non præiudicat confitenti, ibid.

Confeſſio mulieris facta à muliere præcedentibus cruciatibus & flagellis non valet, ibid.

2 Confeſſio inter alias perſonas facta, non nocet alij, gl. inter alias, in cap. veniens, De tranſact.

Confeſſio in præteritum, includit & fundat intentum in præſens, cap. præterea, 2. eod.

Confeſſio conuentus Eccleſiæ præiudicat Eccleſiæ, ibid.

Confeſſio ſi contineat diuerſos articulos ſeparate, poteſt pro parte acceptari, & pro parte reprobari: maxime vbi reprobatur non quoad factum, ſed quoad iuris effectum, id eſt quoad iuris validitatem, ibid.

Confeſſio per metum extorta non præiudicat, maxime in matrimonio, gl. 1. in cap. accedens. De procur.

Confeſſio & conuictio æquiparantur, can. nos in quemquam, 2. q. 1.

Confeſſio & alia acta facta coram iudice incapaci, ſunt nulla: & non ſufficiunt ad aliquem condemnandum, cap. & ſi clerici, De iudicijs.

Confeſſio facta ſuper crimine, vt plene præiudicet confitenti, oportet quod fiat in iudicio, & in præſentia ſui iudicis, ibid.

Confeſſione facta à clerico coram iudice ſæculari, ſi ob id grauata ſit multum eius opinio, debet talis clericus ſe purgare ex infamia orta ex tali confeſſione: & ſi defecerit in purgatione, debet puniri quaſi conuictus interpretatiue, gl. 1. ibid.

ex Confeſſione facta à clerico coram iudice ſæculari, non indicitur purgatio vigore ſuæ confeſſionis: ſed propter infamiam facti, quæ orta eſt ex tali confeſſione contra confitentem, ibid.

Confeſſio in iudicio facta valet, licet proceſſus ex aliquo extrinſeco defectu ſit nullus, cap. fi. De reſtit. ſpoliat.

Confeſſio proprie probatio non eſt, ſed eſt probationis reuelatio, gl. in rub. De confeſſis. 3

Confeſſio vbi adeſt, non eſt neceſſaria probatio, ibid.

Confeſſio vnius latronis contra alium auditur, gl. 2. in cap. 1. De confeſſis.

Confeſſio criminis facta coram non ſuo iudice, non præiudicat quantum ad pœnam & condemnationem: præiudicat tamen quantum ad præſumptionem, gl. 2. ibid.

Confeſſio facta per œconomum Eccleſiæ, nocet ipſi Eccleſiæ: poteſt tamen reuocari, ſi ante finitum negotium doceatur per errorem facti emanaſſe, cap. fi. eod.

Confeſſio vt præiudicet alicui, exiguntur plura, ſcilicet quod major 25. annorum ſit; & quod ſponte, non coactus; & quod ex certa ſcientia; & quod contra ſe confiteatur; & in iudicio, & coram ſuo iudice; & quod aduerſarius ſit præſens; & quod non ſit contra rerum naturam; & quod non ſit contrarius; & quod ſit facta de re litigioſa, gl. 1. ibid.

Confeſſio lata contra ius non tenet, & oportet quod non ſit contra rerum naturam: vt ſi confiteor me interfeciſſe hominem qui viuit, vel confiteor illum eſſe filium meum, qui eſt maioris ætatis, quam ego, vel ſi quis confiteatur factum, cuius nomine actio cum alio eſſe non poteſt, ibid.

Confeſſio facta in iure, aduerſario abſente, non præiudicat confitenti, ibid.

Confeſſio facta coram non ſuo iudice, non præiudicat confitenti, d. gl. 1. 4

Confeſſio facta pro ſe, non prodeſt confitenti, ibid.

contra Confeſſionem poteſt reſtitui minor. ibid.

Confesſio per errorem facta non nocet, ſi poteſt probare ſe erraſſe, ibid.

Confesſio ſyndici poteſt reuocari, gl. fi. ibid.

Confesſio aduocati reuocatur, ibid.

Confesſiones factæ poſt litis conteſtationem ad petitionem actoris vel iudicis, & etiam partis, poſſunt reuocari, ſi quis probauerit ſe erraſſe, gl. confesſiones, in cap. quoniam, De probat.

Confesſio licet emanauerit cum certa qualitate, nihilominus poteſt aduerſarius recipere confesſionem quatenus facit pro ſe, & reijcere qualitatem quatenus facit contra ſe: dummodo contra illam qualitatem ſit aliqua ſtricta præſumptio, cap. cum veniſſent, & ibi gl. probatum, De inſtitutio.

Confesſio debiti ſine cauſa non eſt obligatoria: ideo arctatur agens oſtendere cauſam, cap. ſi cautio. De inſtrum.

Confesſione debiti cauſa ſtatur ad præiudicium confitentis, niſi contrarium probetur, ibid.

Confesſioni alicuius ſtatur contra ſe: fallit in pecunia confeſſata, quia tunc poteſt opponi exceptio non numeratæ pecuniæ intra biennium: item fallit vbi ſtatur ſecundæ confesſioni, & non primæ, gl. pe. ibid.

Confesſioni primæ ſtandum eſt, quia quod ſua quiſque voce dilucide proteſtatus eſt, is eumdem caſum proprio teſtimonio infirmare non poteſt, gl. innocentes, in cap. 1. De exceptio.

Confesſio tacita habetur pro conteſtatione, gl. confesſus, in cap. cum venerabilis, eod. 5

Confesſio ſolius Prælati nocet Eccleſiæ, cum præſumptio eſt contra Eccleſiam, cap. ſi diligenti, De præſcript.

Confesſio procuratoris nocet domino, etiamſi Eccleſia ſit domina, & agatur de ſtatu Eccleſiæ ipſius, cap. ſuborta, 21. & ibi gl. 2. De re iudicat.

Confesſio ſola impedit appellationis interpoſitionem, quoad hoc, vt iudex à quo non teneatur illi deferre, cap. cum ſpeciali, 61. §. porro. De appell.

Confesſio ſola inducit notorium, ibid.

Confesſio prætextu erroris poteſt reuocari, non ſolum quando præiudicat ad merita cauſæ, ſed quando præiudicat ad proceſſum: vt quia inducit litis conteſtationem, tum reuocari debet eadem die, vel antequam fiat aliquis actus, qui ſolitus eſt fieri poſt litis conteſtationem, gl. eadem, ibid.

Confesſio prætextu erroris poteſt reuocari vſque ad ſententiam, probando errorem, d. gl. eadem die.

Confesſioni primæ vnius ſtandum eſt, niſi probet ſe erraſſe, gl. ſed gratiam, in cap. 1. Vt Eccleſi. benef.

Confesſio præiudicat confitenti, non aduerſario, gl. 1. in cap. cum olim, De rerum permutat.

Confesſio dicitur fieri in præſentia partis, etiamſi pars accidentaliter ibi fuerit reperta, quamquam ipſe confesſionem expreſſe non acceptauerit pro ſe, cap. 3. De ſucceſſio. ab inteſt. 6

Confesſio etiam declaratoria actus præteriti, requirit præſentiam partis ad ſui validitatem, licet fiat extra iudicium, ibid.

Confesſio facta in iudicio facit fidem in alio inter eaſdem perſonas, cap. 2. & ibi gl. ſponte, De capellis Monach.

Confesſio ad ſui eſſentiam non exigit validitatem proceſſus, ibid.

Confesſio erronea poteſt quandocumque ante ſententiam reuocari, dummodo probetur error. gl. 2. in cap. olim. De cenſib.

Con-

Confeſsio aduocati, ſicut etiam propria, præiudicat: niſi fuerit reuocata incontinenti, vel eadem die: & ſufficit ſimplex reuocatio, ibid.

Confeſsio vnius in alieno facto, nulla eſt, gl. 1. in cap. præterea, De ſponſalib.

Confeſsio coniugis contra matrimonium, valet: quando emanauit ab eo, qui ſtat pro matrimonio, gl. 2. in can. attellationis, De deſponſat. impub.

Confeſsioni alicuius regulariter ſtandum eſt: fallit in confeſsione coniugis, cui non ſtatur contra matrimonium, cap. ſuper eo, & ibi gl. 2. De eo qui cognouit conſang.

7 Confeſsioni coniugum, quantum ad thori ſeparationem propter adulterium, ſtandum eſt, gl. 2. ibid.

Confeſsioni coniugum ſimul cum fama ſtandum eſt, cum coniuges confitentur conſanguinitatem eſſe inter ſe, & fama publica confeſsioni coniugum conſentit, gl. 2. & fi. ibid.

Confeſsioni coniugum ſuper impotentia coeundi, plene non creditur: vnde requiritur alia probatio, vt poſsit ſequi ſeparationis ſententia, cap. 1. & ibi gl. fi. De frigidis & maleſic.

Confeſsio vtriuſque coniugum, vna cum ſeptima manu propinquorum, non ſufficit ad ſeparationem matrimonij, ſine cohabitatione triennij: imò & non ſufficit probatio virginitatis longo tempore habitæ, cap. fi. eod.

Confeſsioni coniugum contra matrimonium non eſt credendum, propter colluſionem, quam multi facerent, gl. in fraudem, ibid.

Confeſsio in crimine non præiudicat, niſi perſeueret: intellige de confeſsione quæ extorquetur per tormenta, quia poteſt reuocari, gl. 2. in cap. ex literis, De diuortijs.

Confeſsio ſi fiat ex deliberatione, & non ex calore iracundiæ, non videtur quod poſsit reuocari, ſi non poſsit probare errorem, ibid.

Confeſſio per coactionem extorta, non præiudicat, gl. ſine coactione, in cap. ſi conſtiterit, De accuſat.

Confeſſio etiam iurata recipit excuſationem & expoſitionem, cap. cum dilecti, 18. eod.

Confeſſio facta præcedente iuramento de dicendo plenam & meram veritatem, non recipit excuſationem ex poſt facto: ſed confeſſio facta præcedente iuramento de reſpondendo ad interrogata, recipit excuſationem quæ confeſſionem non perimit, ſed exponit, ibid.

8 Confeſſio etiam iurata poteſt extorqueri ad bonum & malum, ibid.

ex Confeſſione alicuius capitur illud, quod contra eum eſt: non autem quod pro eo elici poteſt, & hoc quando inſurgit contra illud præſumptio mala, ibid.

Confeſsiones, quæ ad malum & ad bonum poſſunt retorqueri, in humaniorem partem ſunt intelligendæ & interpretandæ, gl. valeant, ibid.

Confeſſio vnius ſuper eodem crimine, alteri non nocet, quamuis illa ſint connexa: ſed purgatio debet indici, propter infamiam inde ortam, can. ſignificaſti, 5. De adulter.

Confeſsioni mulieris ſtatur, cum agitur ad thori ſeparationem, cap. intelleximus, & ibi gl. ſponte, eod.

Confeſsioni mulieris creditur in præiudicium matrimonij ſpiritualis, quod non eſt in carnali, cap. pe. & ibi gl. pe. De raptoribus.

Confeſsioni viri & mulieris contra matrimonium carnale non ſtatur: quia ſæpe ad inuicem colluderent, & ſepararentur: ſed in matrimonio ſpirituali, ſi aliqua, de qua conſtat quod fuerit primo vxor ante ingreſſum monaſterij, confiteatur in iudicio, quod ante ingreſſum fuerit cognita à viro, debet ei reſtitui: quia eo inuito monaſterium intrare non poterat, gl. pe. in d. cap. pe.

9 Confeſsio in iure & conuictio æquiparantur, cap. illud, De exceſsib. prælator.

Confeſsio in ſcandalum alterius extra ius facta, clerico præiudicat. cap. quam ſit, & ibi gl. 1. De exceſsib. prælator.

Confeſsio de crimine facta extra iudicium, etiam de iure Canonico, non probat ipſum delictum, quoad pœnam ordinariam ipſius delicti infligendam, cap. quam ſit graue, eod.

ex Confeſsione ſola glorantis de delicto, non licet marito à ſe abijcere vxorem, ibid.

Confeſsio ſeu conſenſus metu extortus non valet, gl. extorto, in cap. cum olim, 14. De priuileg.

Confeſsio in iure facta præiudicat, cap. conſtitutus, & ibi gl. 1. De pœnis.

Confeſsio aſſerentis ſe non poſſe abſtinere à peccato, non eſt reſpuenda, ſed admittenda: abſolutio tamen non debet concedi, cum non ſit contritus: ſed ſalubris pœnitentia debet ei iniungi, vt abſtineat à peccato, cap. quod quidam. De pœnit. & remiſſ.

Confeſsioni in iure pro ſe factæ, non eſt ſtandum, cap. cum olim, De verb. ſignific.

Confeſsio reuocatur, quando errore facti quis fuit inductus ad confitendum: ſecus ſi facta ſuit errore iuris, cap. 2. De reſtit. in integr. lib 6.

10 Confeſsio probato errore poteſt reuocari antequam iudicium ſit finitum, & ſic videtur quod poſsit poſt concluſionem in cauſa, & ante ſententiam, ibid.

Confeſsio extra iudicium facta non nocet Eccleſiæ, gl. in iudicio, ibid.

Confeſsio in cauſa beneficiali facta per reum, non prodeſt actori, cap. 1. De eo qui mittitur in poſſeſsionem, lib. 6.

Confeſsio ſolius Prælati non habentis mandatum à Capitulo non nocet Eccleſiæ: ſecus ſi haberet mandatum à Capitulo: quia tunc eius confeſsio præiudicaret, gl. conuentum, & ibi add. in cap. 2. De teſtib. lib. 6.

Confeſsio minoris partis Capituli non nocet Eccleſiæ, d. gl. conuentum, & ibi add. & gl. ipſorum in add. ibid.

Confeſsio non inducit manifeſtum, vel notorium, cap. Romana, §. ſi autem, De appellat. lib. 6.

ex Confeſsione coram delegato inquirente ſuper certis criminibus deputato facta, punitur confitens, licet dicat ſe prius diffamatum non fuiſſe, vel inquiſitionis capitula non habuiſſe, cap. 2. De accuſat. lib. 6.

Confeſsio in criminali includit probationem etiam quoad pœnæ impoſitionem, licet ordo iudiciarius non fuerit obſeruatus, ibid.

ex Confeſsione efficitur notorium crimen, gl. 1. ibid.

Confeſsio facit manifeſtum, cap. venerabilibus, §. ſecus, De ſententia excommunicat. lib. 6.

in Confeſsionibus incertis, is qui confitetur incertum, cogitur certificare: alioquin accipietur, quod magis expediet aduerſario, gl. 1. in reg. contra eum, 57. De reg. iuris, lib. 6.

Confeſsio facta in inſtantia minus legitime promota, tranſit in notorium: & ſic defectus formæ inſtantiæ non vitiat confeſsionem, d. clem. conſtitutionem, §. illud vero, De elect. 11

Confeſsio Prælati nocet Eccleſiæ ſuæ, gl. fi. in can. ſubmittitur, diſt. 11. & can. omnes, diſt. 22.

Confeſsioni patris non ſtatur in foro contentioſo, contra matrimonium ſpirituale, can. quod interrogaſti, diſt. 27.

Confeſsio ſola facta in iudicio, non facit probationem contra confitentem, niſi tantum ad finem ſuper quo emanat confeſsio, & ad quem principaliter eſt inſtituta, gl. 2. in fi. in can. ex pœnitentibus, diſt. 50.

Confeſsio extra iudicium facta à clerico promouendo non punitur, ſed tantum repellit illum ab ordinando, ibid.

Confeſsio vnius nocet alteri propter cauſæ connexionem, ſed non niſi quoad præſumptionem: ſicut dictum vnius nocet alteri quoad præſumptionem, gl. 2. in can. fi. diſt. 59.

Confeſsio vt præiudicet confitenti, debet eſſe ſpontanea, can. non in quemquam, 2. q. 2.

ex Confeſsione ſpontanea facta in cauſa criminali, poteſt quis damnari, abſque alia perſeuerantia, can. iudex, 2. q. 1. & can. Primates.

Confeſsio vnius non nocet alijs, intellige quantum ad condemnationem: nocet tamen quantum ad præſumptionem, gl. fi. in can interrogatum, 2. q. 5. 12

Confeſsio ſola in criminali non nocet, neque etiam in ciuili, quin poſsit appellare, gl. & hoc in notorijs, in can. ei qui, §. nullus, 2 q. 6.

Confeſsio ſocij criminis, non præiudicat ſocio, can. neganda, 3. qu. 11.

Confeſsioni ſocij criminis non creditur, can. non eſt, 3. q. 11.

Confeſsio vnius regulariter alteri non præiudicat, gl. 1. in ſumma, 15. q. 3.

Confeſsio vnius latronis contra alium latronem ſocium admittitur: non tamen valet talis confeſsio ad conuincendum ſocium, niſi adſit aliqua præſumptio, gl. 2. in can. fi. 15. q. 5.

Confeſsio delinquentis præiudicat alteri, in tantum quod ei indicitur purgatio: quod verum eſt, ſi is laboret infamia: alias non gl. fi. ibid.

Confeſsio ab aduerſario numquam eſt extorquenda cruciatibus: ſed à iudice licite extorquetur confeſsio tormentis & quæſtionibus, gl. 2. in ſumma, 23. q. 6.

Confeſsio per metum, fraudem vel per vim extorta in ſcriptis non valet: & propter hoc, nullam infamiam, vel calumniam, vel præiudicium aliquod ſuſtinere quis debet, can. 1. 15. qu. 6.

Confeſsio omnis quæ fit ex neceſsitate, fidem non facit, ibid.

Confeſsio quam quis facit in inſtrumento, præiudicat ei, gl. conuicto, in can. fi. 32. q. 2.

Confeſsio facta metu, vel vi, nulli præiudicat, ibid.

Confeſsionem ſuam, maxime incontinenti, vel antequam ſit ſcripta, poteſt quis mutare, dummodo non fiat calumnioſe, gl. 1. in can. apud miſericordiam, 32. q. 1. 13

Confeſsio vel conſenſus ab aliquo contra ipſum extortus, non præiudicat illi, gl. 1. in can. notificaſti, 33. q. 5.

Reliqua in verbo, Chriſtianus. 3. Conſtare. Errare. Errantis. Error. Conſenſus. Extorſio. Probatio. Recognitio.

CONFESSIO extra ius facta quandoque valet: vt ſi quis confiteatur ſe debere ex certa cauſa, putà locationis, emptionis, vel alia conſimili cauſa: nam ſi probetur confeſsio iſta per teſtes, qui fuerunt præſentes in confeſsione, condemnabitur ex ea, gl. 1. in cap. fi. De confeſsis. 14

Confeſsio facta extra iudicium, adiecta cauſa, bene præiudicat ad probandum, gl. ſed ſi cautam, in cap. ſi cautio, De fide inſtrument.

Confeſsioni vel aſſertioni teſtatoris in vltimo vitæ articulo non ſtatur in præiudicium creditorum, licet præſumatur, quod verum dicat, gl. tam graue, in cap. literas, De præſumption.

Confeſſio facta extra ius præiudicat confitenti, cap. ſi diligenti, & ibi gl. 2. De præſcript.

Confeſſio extra iudicium non nocet confitenti, gl. in iudicio,

io cap. venerabilibus, §. ſecus, De ſententia excommunicat. lib. 6.

Confeſſio extra ius valet generaliter, vbi teſtes interſunt rogati, gl. audierunt, in can. teſtes, § 1. 3. q 9.

Confeſſio extra iudicium non præiudicat confitenti, niſi cauſa adijciatur; vt, *confiteor me tibi debere centum ex cauſa mutui*, ibid.

Confeſſio creditoria de ſolutione debiti ſibi facta, & confeſſio debitoria confitentis ſe debere probantur per teſtes, ſi ad hoc rogati interfuerint, non alias, can. teſtes, §. ſi debitum, & ibi gl. pro memoria, 3. q. 9.

per Confeſſionem extra iudicium factam non debet quis damnari, vel ſuſpendi: ſed tantum per teſtium legitimam probationem, aut ſpontaneam in iudicio factam confeſſionem, can. presbyter. 15. q. 5.

Confeſſio extra ius facta præiudicat confitenti, ſi perſiſtat in ea, cum ventum eſt ad iudicium, gl. conuicto, in can. ſi. 13. qu. 2.

15 Confeſſio in foro pœnitentiali debet eſſe lachrymabilis: lachrymæ enim ſunt ſignum contritionis interioris, cap. 1. De his qui filios occiderunt.

ex Confeſſione facta in foro pœnitentiali, non poteſt quis deponi: nec aliter inuitus ab officio coerceri, etiamſi confeſſio fuerit facta Epiſcopo, vel Papæ, cap. ex tuæ, De ſimonia.

Confeſſio non debet fieri per partes, cap. omnis vtriuſque, De pœnitent. & remiſ.

Confeſſionem alicuius audiens licite recipit aliquid à pœnitente, etiamſi illud reſtitutioni ſubiaceat, cap. cum voluntate, 54. §. 1. De ſentent. excomm.

Confeſſiones audire, & pœnitentias iniungere differunt, clem. dudum, §. ab olim, De ſepultur.

Confeſſio primo debet audiri, deinde debet imponi pœnitentia, deinde debet impartiri abſolutio pœnitenti, d. clem. dudum, §. ſtatuimus, & ibi gl. audire.

Confeſſio debet eſſe vera, pura, & non ficta, clem. 1. §. nos itaque, De reliq. & venerat.

Confeſſio facta religioſo, non eſt de neceſſitate iterum facienda proprio Sacerdoti, ſeu curato, gl. ſingulorum, in extrauag. ſedes Apoſtolica, De officio deleg. inter commun.

Confeſſio facta ſcienter extraneo Sacerdoti, non ligat, nec ſoluit, niſi tempore neceſſitatis: niſi prius obtenta licentia à proprio Sacerdote, gl. 1. in can. inferior. diſt. 21.

per Confeſſionem ſolam peccatorum non inducitur ſatisfactio, niſi fiat pœnitentia: poteſt tamen fieri reſtitutio in priſtinum gradum, facta confeſſione, licet nondum ſit ſatisfactum: dum tamen ſaltem partem pœnitentiæ fecerit, can. Domino ſancto, diſt. 50.

in Confeſſione, quam quis facit Sacerdoti de peccatis ſuis, ſunt præſentes Angeli Dei, can. de his, diſt. 50.

16 Confeſſio Sacerdotalis eſt neceſſaria ad hoc, vt quis liberetur à peccato, can. illi qui. 6. q. 1.

Confeſſio eſt maxima pars pœnitentiæ, gl. fi. in can. quod ſi. 27. qu. 1.

Confeſſio & ſatisfactio mundant, gl. alij, in can. omnia, De pœnitent. diſt. 1.

Confeſſio & contritio eſt duplex; vna interior, & alia exterior, gl. per Prophetam, ibid.

Confeſſio oris fit ſacerdoti, cordis vero fit Deo, gl. 2. in can. non poteſt, De pœnitent. diſt. 1.

Confeſſio animam à morte liberat. can. ecce nunc tempus, De pœniten. diſt. 1.

Confeſſio aperit paradiſum, & tribuit ſpem ſaluandi, ibid.

Confeſſio illa nos liberat à morte, quæ fit cum pœnitentia, ibid.

Confeſſio ſacramentalis, intellige ſaltem voto & propoſito, eſt de numero requiſitorum ad iuſtificationem, ibid.

Confeſſio eſt præcepti, gl. Euangelium, in can. agite, De pœniten. diſt. 1.

Confeſſio multum prodeſt ad peccati veniam impetrandam, can. ſerpens, diſt. 1.

17 Confeſſio ſacramentalis debet fieri perſonaliter, & non per procuratorem, nec per nuncium, neque per alium negotiorum geſtorem, neque per epiſtolam, can. quem pœnitet. De pœnitent. diſt. 1.

Confeſſio illa ſufficit, quæ primum Deo, deinde ſacerdoti offertur, can. quamuis, De pœnitentia, diſt. 1.

Confeſſionem faciendam ſoli Deo Græci tenent; ſed falſum eſt hoc, can. fi. De pœniten. diſt. 1.

Confeſſionem eſſe faciendam ſacerdotibus, tenet tota mater Eccleſia, ibid.

Confeſſione oris ſpeciali non indigent illi, qui non habent peccata niſi venialia, gl. perfectorum, ibidem.

Confeſſio oris fuit inſtituta in paradiſo, ſtatim poſt peccatum, dicente Domino ad Adam; *Adam vbi es?* & expreſſius ibi, *vbi eſt Abel frater tuus?* gl. 1. in ſumma, De pœnitent. diſt. 5.

Confeſſio de iure diuino inſtituta eſt, dd. reprob. gl. 1. in ſumma, De pœnitent. diſt. 5.

Confeſſio peccatorum debet fieri cum omnibus circumſtantijs, ibid.

Confeſſio debet eſſe integra, can. conſideret, §. cautus ſit, De pœniten. diſt. 5.

Confeſſionem non debet quis diuidere; vt diuerſa velit diuerſis ſacerdotibus manifeſtare, ibid.

Confeſſio debet fieri ſacerdoti; & ſuo, ſi fieri poteſt: ſi tamen fuerit intra Eccleſiam, qui ſciat ſoluere & ligare; aliàs ex iuſta cauſa cuicumque eſt facienda, puta ſi vrgeat neceſſitas, gl. 1. in ſumma, De pœniten. diſt. 6. 18

Confeſſio eſt facienda ſacerdoti diſcreto, & à crimine mundato; & hoc de conſilio: nam ſufficit confiteri proprio ſacerdoti licet minus docto, ibid.

Confeſſionem parochiani alterius parochiæ poteſt ſacerdos audire, & abſoluere de conſenſu ſui parochi, can. ſi. De pœnitentia, diſt. 6.

Confeſſio alieno ſacerdoti ſine licentia proprij facta eſt inutilis: & ipſo iure nulla, gl. pro ignorantia, ibid.

Confeſſio peccatorum integra à Domino fuit inſtituta, & omnibus poſt baptiſmum lapſis iure diuino eſt neceſſaria, Concil. Trid. ſſ. 14. cap. 5.

in Confeſſione ſunt exprimendæ circumſtantiæ illæ, quæ mutant ſpeciem peccati: quia ſine illis peccata ipſa, nec à pœnitentibus integre exponuntur, nec iudicibus innoteſcunt: & fieri non poteſt, vt de grauitate criminum recte cenſere poſſint, & pœnam, quam oportet, pro illis imponere pœnitentibus, Concil. Triden. ſſ. 14. cap. 5.

Confeſſionis difficultas ipſa, ac peccata detegendi verecundia, grauis videri poſſet, niſi leuaretur tot tantiſque commodis & conſolationibus: quæ omnibus accedentibus ad hoc Sacramentum confeſſionis, per abſolutionem certiſſime conferuntur, d. cap. 5. verſ. ipſa.

Confeſſio ſacramentalis ſecreta ſemper ab vniuerſis patribus eſt commendata: & illa ab initio Eccleſia vſa eſt, & nunc etiam vtitur, ibid. 19

Confeſſionis præceptum eſt à iure diuino inſtitutum: ſed quod illud impleretur ſaltem ſemel in anno ab omnibus & ſingulis cum ad annos diſcretionis perueniſſent, Lateranenſe Concilium ſtatuit; & in vniuerſa Eccleſia, cum ingenti animarum fidelium fructu, obſeruatur mos ille confitendi tempore Quadrageſimæ, d. cap. 5. ad ſi.

Confeſſionem ſi quis negauerit ſacramentum, vel inſtitutam, vel ad ſalutem neceſſariam eſſe iure diuino; aut dixerit, modum ſecretè confitendi ſoli ſacerdoti, quem Eccleſia Catholica ab initio ſemper obſeruauerit, & obſeruat alienum eſſe ab inſtitutione & mandato Chriſti, & inuentum eſſe humanum, anathema ſit, Concil. Trid. ſſ. 14. can. 6. De Sacramento pœnitent.

Confeſſionem omnium peccatorum, ſi quis dixerit, qualem Eccleſia ſeruat, eſſe impoſſibilem, & traditionem humanam à pijs abolendam, aut ad eam non teneri omnes & ſingulos vtriuſque ſexus Chriſti fideles, iuxta magni Concilij Lateranenſis conſtitutionem, ſemel in anno, & ob id ſuadendum eſſe Chriſti fidelibus, vt non confiteantur tempore Quadrageſimæ, anathema ſit, Concil. Triden. ſſ. 14. can. 8. De Sacramento pœnitentiæ.

ad Confeſſiones audiendas approbatio gratis debet dari, Concil. Trid. ſſ. 23. De reformat. cap. 15.

Reliqua in verbo, Abſolutio. n. 6. Sacerdos. 27. vſque 32. Diuidi. Epiſcopus. 117. 118. 119. Lachrymæ. Papa. 14. 18. Parochianus. Peccatum. 31. 32. Pœnitentes. Pœnitentia. Regularis. 7.

CONFESSARIUS poteſt diſpenſare circa canones pœnitentiales, diminuendo pœnam in eis decretam pœnitenti ſibi confeſſo, can. quem pœnitet. verſ. ipſi Sacerdotes. De pœnitent. diſt. 1.

Confeſſarius præter poteſtatem & iuriſdictionem debet habere etiam ſcientiam ligandi & ſoluendi, can. 1. De pœniten. diſt. 6.

Confeſſarius debet eſſe talis, qui non ſit ab Eccleſiæ vnitate diuiſus, can. 1. §. labore. De pœnitentia, diſt. 6.

Confeſſarius ſine crimine debet eſſe: confeſſio tamen ei facta qui eſt in crimine, vt plurimum valet, d. can. 1. §. Sacerdos.

à Confeſſario, id eſt presbytero parochiali exiſtente in peccato, ſi in neceſſitate parochianus ſuus petat pœnitentiam, debet conferri, & ſtatim poterit iniungere pœnitentiam, gl. iudicandus, in d. §. Sacerdos.

Confeſſarius omnis, qui in peccato mortali exiſtens confitentem abſoluit, mortaliter peccat, ibid.

Confeſſarius ſpiritualis iudex debet eſſe doctus, d. can. 1. §. caueat.

Confeſſarij interrogationes ſunt faciendæ ſapienter, & quaſi aſtute, ibid.

Confeſſarius debet habere octo conditiones: ſcilicet, vt ſit Dulcis, Affabilis, Suauis, Prudens, Diſcretus, Mitis, Pius, atque Benignus, d. can. 1. §. quibus cognitis.

Confeſſarius non tenetur reuelare peccata, quæ per confeſſionem didicit, etiamſi ipſius ſuperior ſub excommunicationis pœna iubeat, vt omnes his de rebus aliquid ſcientes, illud manifeſtent, gl. 1. in can. pen. De pœnitent. diſt. 6.

CONFESSOR poteſt pœnitentiam imponere, vt quis reſtituat male ablata, cap. accuſatus, §. de quæſtione. De hæreticis, lib. 6.

Confeſſorem ſine licentia ſuperioris poſſunt ſibi eligere Epiſcopi, & alij Prælati inferiores, cap. ſi. De pœniten. & remiſs.

Confeſ-

Confeſſor debet prius abſoluere confitentem, & poſtea ei imponere pœnitentiam, cap. ſi. De cenſibus, lib. 6.
Confeſſor, cui generaliter ab Epiſcopo date eſt poteſtas audiendi confeſſiones, & abſoluendi, non habet poteſtatem in caſibus reſeruatis ipſi Epiſcopo, cap. 2. De pœnitent. & remiſſio. lib. 6.
Confeſſoris generalis conceſſio non tangit Epiſcopo ſpecialiter reſeruata, ibid.
Confeſſorem non poteſt quis eligere, etiam prætexto conſuetudinis, ibid.
Confeſſorem eligendi poteſtatem habens debet eligere idoneum: ſi non eligit idoneum, eſt in culpa, ibid.
Confeſſorem eligendi facultatem poteſt Epiſcopus dare cuilibet de ſua diœceſi, d. cap. 2. & ibi gl. 2.
Confeſſor idoneus habet poteſtatem ſoluendi & ligandi in foro pœnitentiali, d. cap. 2.
Confeſſor idoneus dicitur, qui ſcit circumſtantias conſiderare, & diuerſis medicamentis vti ad ſanandum ægrotum, gl. 2. ibid.
Confeſſorem idoneum eligendi poteſtatem à iure habent Epiſcopi, Archiepiſcopi, & alij Eccleſiarum Prælati ſuperiores, & inferiores ab Epiſcopis exempti, quos ille poſſit abſoluere & ligare, gl. eligere, in d. cap. 2.
Confeſſor debet eſſe modeſtus, diſcretus, & peritus, ac probatus in vita & moribus, clem. dudum, §. ſtatuimus. De ſepultur.
Confeſſores non poſſunt deputari per prouincias, ſed ſolum per ciuitates & diœceſes, ibid.
Confeſſores, extra locum in quo ſunt deputati, non poſſunt audire confeſſiones, ibid.
Confeſſorum deputandorum numerus eſt arbitrarius, inſpecta paucitate vel multitudine populi, & cleri, ibid.
Confeſſores ad confeſſiones audiendas ſunt eligendi probati, & non probandi, gl. probatus, ibid.
Confeſſor ad confeſſiones audiendas ſex qualitates debet habere: debet eſſe ſufficiens, idoneus, vita probatus, diſcretus, modeſtus, atque peritus, clem. dudum, §. ſtatuimus, & ibi gl. ſufficientes. De ſepultur.
Confeſſor deputatus ad audiendas confeſſiones, ſi extra diœceſim exerceat, & audiat confeſſiones: vel non deputatus ſe ingerit confeſſionum officio, abſolutus ab eo, quoad Deum, tutus eſt, gl. auditurus, in d. clem. dudum, §. et deinde.
Confeſſores debent iniungere pœnitentiam pœnitentibus; vt omnia bona opera quæ fecerunt, & facturi ſunt, proſint eis in remiſſionem peccatorum, clem. 1. §. nos itaque. De reliq. & vener.
Confeſſor diſcretus eſt valde vtilis, gl. confitebuntur, in ſi. in extrauag. antiquorum. De pœnitent. & remiſ. inter communes.
Confeſſori diſcretiori confitendum, non eſt de præcepto vel neceſſitate, ſed ex conſilio & congruitate, ibid.

Reliqua in verbo, Epiſcopus. 103. *Peccatum.* 31. 32.

1 CONFESSVS in iure pro iudicato habetur, gl. ſi. in cap. per inquiſitionem. De electione, gl. confiteretur, in cap. dudum, §. licet, eod. gl. 2. in cap. 1. De eo qui mittitur in poſſeſſionem, gl. ex confeſſione, in cap. 2. De fideiuſſor. gl. 1. in cap. ſuper eo. De eo qui cogno. conſang. vxor.
Confeſſi in iure pro conuictis habentur, gl. ſi. in cap. in præſentia. De renunciat. gl. periurij, in cap. dilectus. De tempor. ordina. gl. 1. in cap. ſi. De ætat. & qualit. gl. pe. in cap. ex literis, & cap. præterea, 2. De tranſactio, gl. in iure in cap. at ſi clerici. De iudicijs
Confeſſo in actione perſonali ad ſoluendum debitum quod confeſſus eſt, datur quadrimeſtre tempus a die confeſſionis de iure: ſed de conſuetudine dantur decem dies ad ſoluendum debitum, quod confeſſus eſt, gl. quadrimeſtre, in cap. quærenti, 26. De offic. deleg.
Confeſſus in cauſa criminali non habetur pro condemnato: ſed omnino debet pronunciari ſententia, crimen commiſſum ab eo, ibid.
Confeſſus crimen non debet ſtatim ſententia executioni mandari: nec debet duci ad furcas, donec pronuncietur crimen commiſſum ab eo: ſed interim in vinculis debet teneri, ibidem.
Confeſſus non dicitur conuictus proprie, cum vt diuerſa ponantur, cap. at ſi clerici. De iudicijs.
Confeſſo de proprio crimine, regulariter non creditur ſuper crimine aliorum; niſi in crimine læſæ majeſtatis, gl. 2. in cap. 1. De confeſs.
Confeſſus in iure ſe ſimoniacum, ab officio & beneficio deponi debet, cap. 2. De confeſſ.
Confeſſus crimen ſi quis ſit in iudicio incidenter, poteſt iudex ordinarius nouum inchoando proceſſum, illum punire pœna ordinaria, ibid.
2 Confeſſus ſi ſit quis ſe ſeruum, talis confeſſio non nocet ei gl. 1. in cap. ſi. eod.
Confeſſus ſi ſit quis ſe mutuo recepiſſe pecuniam promiſſam, vel ex aliquo alio contractu antecedenti: & tunc ſtatur eius confeſſioni, quæ continetur in illa cautione cum cauſa, gl. ſed ſi cautam, in cap. ſi cautio. De fide inſtrum.
Confeſſus ſi ſit quis ſe debere decem ſine expreſſione cauſæ, & illa promittat, non poteſt is conueniri ex illa cautione, ibid.
Confeſſus ſi ſit quis, me abſente, ſe mihi debere decem ex cauſa expreſſa, talis confeſſio non nocet, ad inſtar ſtipulationis, ibid.
Confeſſus appellans non auditur, gl. 2. in cap. cum ſpeciali, §. porro. De appel.
Confeſſus in iure habetur pro conuicto, cap. cum olim, & ibi gl. 1. & 2. De rerum permut. gl. 2. in cap. literas. De celeb. Miſſar. cap. illud, 6. De exceſsib. Prælat. cap. ſi quis, & ibi gl. pe. De purgat. canon.
Confeſſus ſponte, & conuictus, pœna ordinaria eſt afficiendus: nec minuitur pœna propter ſpontaneam confeſſionem, dd. reprob. gl. in foro, in cap. de hoc. De ſimonia.
in Confeſſo ſponte mitius agitur, quàm cum conuicto, cap. ſi. & ibi gl. 1. De furtis, gl. mitius, in can. presbyteri, diſt. 50. gl. ſue ſponte, in can. in primis, §. de Epiſcopi, 2. q. 1.
Confeſſus occulte crimen Sacerdoti, non repellitur, dummodo ſit occultum, gl. pe. in cap. ſi quis. De purgat. canon.
Confeſſus in iure appellans non auditur; dummodo tamen ſit ita confeſſus, quod ſtandum ſit eius confeſſioni, non tormentorum formidine territus; & hoc tam in ciuili, quàm in criminali: niſi vellet allegare ſe ſic errore facti confeſſum; quo caſu recte poteſt appellare, vt ſuum corrigat errorem, gl. vel de quo, in cap. Romana, §. debet. De appell. 3
in Confeſſum nullæ ſunt iudicis partes, niſi vt ferat ſententiam, gl. 1. in cap. 1. De accuſat. lib. 6.
Confeſſi fratribus Prædicatoribus & Minoribus confeſſoribus, non tenentur iterum confiteri proprio Sacerdoti, gl. impertiri, in clem. dudum, §. dudum. De ſepultur.
Confeſſus fratri, habenti poteſtatem audiendi confeſſiones ab Epiſcopo, non tenetur iterum confiteri proprio Sacerdoti, gl. concedimus, in extrau. ſuper cathedram. De ſepultur. inter communes.
Confeſſi fratribus religioſis, habentibus licentiam generalem audiendi confeſſiones, non tenentur eadem peccata quæ confeſſi ſunt, iterum confiteri proprio Sacerdoti, extrauag. electionis. De hæreticis, lib. 6.
Confeſſus crimen metu probationum habetur pro conuicto: ſed ſi confeſſus ſit crimen, nulla examinatione præcedente, & ſine metu probationum, cum eo mitius agitur, gl. 1. in can. ſi quis, diſt. 24.
in Confeſſum nullæ ſunt iudicis partes, intellige quantum ad examinationem cauſæ: ſunt tamen aliquæ, quantum ad probationem cauſæ, gl. 2. in can. nos in quemquam, 2. q. 1.
Confeſſus vel cauſa dilationis appellans non auditur, can. quicumque, 2. q. 6.
Confeſſus in ciuili appellans, non auditur: ſecus eſt in confeſſo in criminali, gl. 2. ibid.
contra Confeſſum ſponte, mitius agitur quàm contra conuictum, can. ſi. 5. q. 1. can. non dicatis, 12. q. 1. can. facilius. De pœnitent. diſt. 1. can. ſi. diſt. 56.
Confeſſus de proprio delicto non poteſt teſtificari de alterius delicto, gl. 1. in ſumma, 15. q. 3.
Confeſſus laico, etiam tempore neceſſitatis, non poteſt abſolui ab eo, dd. reprob. gl. 1. in ſumma. De pœnitentia, diſt. 6.

Reliqua in verbo, Condemnatio. Conuictus. Condemnari.

CONFESSORIA datur ei, qui ſibi deberi ſeruitutem contendit, gl. quicquid, in can. cum Eccleſia. De cauſa poſſ. & propri.
Confeſſoria regulariter datur ei, qui non poſſidet, & contendit ſibi ſeruitutem deberi, gl. 2. in cap. examinata. De iudicijs.
Confeſſoria quandoque datur poſſidenti, ne inquietetur: vt quando quis eſt in quaſi poſſeſſione ſeruitutis, ne vicinus altius tollat domum ſuam: ſi ille vult altius ædificare, tunc per confeſſoriam poteſt vicinum prohibere ædificare, ibidem.
Confeſſoria in rem competit aſſerenti ſibi deberi ſeruitutem; negatiua illi, qui negat alteri fore debitam, gl. realis, in extrauag. ad conditorem. Ioannis, 22.
Confeſſoria & negatoria dicuntur reales actiones ab impoſitione talium nominum; non autem quia confeſſoria verbis affirmatiuis, negatoria verbis proponatur negatorijs; nam quandoque confeſſoria verbis negatiuis, negatiua vero verbis affirmatiuis proponi reperitur, vt in ſeruitute altius non tollendi, ibid.

Reliqua in verbo, Actio. n. 6. Negatoria.

CONFITERI poteſt quis non ſolum ea, de quibus habet veram ſcientiam & cognitionem, ſed etiam ea quæ firmiter credit, cap. firmiter. De ſumma Trinitat.
Confiteri videtur quis non negando, cap. 1. De poſtulat. Prælat.
Confiteri poteſt quis laico, tempore neceſſitatis, ſed ab eo non poteſt præſtari abſolutio; quia non habet claues Eccleſiæ, gl. præterquam, in cap. paſtoralis, §. præterea. De officio Ordinar.

Confi-

Confiteri debet quis ſolus ſua peccata ſuo Sacerdoti, gl. pe. in cap. venerabili, 52. De teſtib.

Confiteri dicitur quis tripliciter, ore, rei evidentia, & contumacia, gl. fi. in cap. nullus. De præſumpt.

Confiteri ſaltem ſemel in anno tenetur quilibet doli capax proprio Sacerdoti, vel de eius licentia alteri, cap. omnis. De pœnit. & remiſ.

Confiteri ſi quis voluerit alieno Sacerdoti iuſta de cauſa, debet poſtulare licentiam à proprio Sacerdote, & obtinere eam: aliàs alienus Sacerdos non poterit abſoluere, vel ligare eum, ibid.

Confiteri poteſt quis alieno Sacerdoti, quando ad id ſubeſt iuſta cauſa, vel quando petita licentia fuit obtenta, ibid.

Confiteri licitum eſt priuilegiatis ſine licentia proprij Sacerdotis, purà fratribus Prædicatoribus, & minoribus, dd. reprob. gl. alieno, ibid.

Confiteri tenetur quis proprio Sacerdoti, nec valet contraria conſuetudo, cap. 2. De pœnit. & remiſſ. lib. 6.

Confiteri poteſt quis peccata ſua cuicumque, petendo ab eo ſalubre animæ conſilium: ſed ille non poteſt ſoluere vel ligare, cum non habeat claues, gl. ligare, ibid.

Confiteri proprio Sacerdoti, licet quilibet teneatur ſemel in anno: illa tamen neceſſitas poſtea dilatata & ampliata eſt ad plures authoritate Pontificum, qui ad audiendas confeſſiones ſocios adiunxerunt & coadiutores ipſis Sacerdotibus dederunt, quales ſunt religioſi, qui ſimili poteſtate vtuntur in eis cum illis, gl. ſingulorum, in extrauag. ſedes Apoſtolica. De officio deleg. inter communes.

Confiteri proprio Sacerdoti ſemel in anno non tenentur illi, qui confeſſi ſunt proprio Epiſcopo, vel Archipresbytero, vel illi de quo per Pœnitentiarios Papæ dictum eſt in literis ſuis, quod poſſint ad triennium ſibi eligere confeſſorem idoneum, ibidem.

Confiteri non debemus hæreticis, ne inducant in deſperationem, gl. per manus, in can. præter hoc, §. hæc de malis, diſt. 32.

Confiteri poteſt quis per actus extrinſecos, abſque aliqua prolatione verborum, can. in capite, 64. diſt. 50.

Confitentur multi, priuſquam contritione condonentur, gl. 1. in can. conuertimini. De pœnitent. diſt. 1.

Confiteri primum Deo, deinde proprio Sacerdoti debemus, gl. Sacerdoti, ibid.

Confiteri debemus de præcepto, gl. præcepit, in can. conuertimini. De pœniten. diſt. 1.

Confiteri debet quis proprio Sacerdoti, gl. proprio in can. multiplex. De pœniten. diſt. 1.

Confiteri volens debet eligere confeſſorem ſcientem ſoluere vel ligare, can. quem pœnitet, & ibi gl. ſcientem. De pœniten. diſt. 1.

Confiteri pluribus vtile eſt, gl. facilius, ibid.

Confiteri publice peccata ſecreta, non ſunt cogendi pœnitentes, etiam vigore conſuetudinis, can. pe. & ibi gl. 3. De pœniten. diſt. 1.

Confiteri laico non tenentur, etiam tempore neceſſitatis, dd. reprob. gl. 1. in ſumma. De pœniten. diſt. 5.

Confiteri debet quis qualitatem criminis: hoc eſt ſpecies peccatorum ſunt confitendæ, can. conſideret. De pœniten. diſt. 5.

Confiteri licite poteſt parrochianus alteri Sacerdoti, proprio neglecto & omiſſo propter ignorantiam illius, can. fi. & ibi gl. pe. De pœnit. diſt. 6.

Confiteri publice peccata ſua non eſt mandatum aliquo præcepto divino: nec aliqua lege humana ſatis conſulte præciperetur, vt delicta præſertim ſecreta, publica confeſſione eſſent aperienda, Concil. Trid. ſſ. 14. cap. 5. ad fi.

CONFITENTI ſponte delictum parcendum eſt, ſi peccauit errore, vel ſimplicitate: ſecus ſi ex certa ſcientia & malignitate, cap. inter corporalia, §. ſane. De transla. Epiſcop.

Confitens proprium delictum non debet interrogari de alijs criminoſis, cap. 1. De confeſſis.

Confitenti proprium crimen non creditur contra eos, quos dicit fuiſſe criminis ſuggeſtores, d. cap. 1. & ibi gl. 2. vel participes, vel criminoſos: & hoc quantum ad conuincendum ex ſola ſua confeſſione: ſed bene quantum ad præſumendum: vnde ſi adſunt aliæ præſumptiones, valent: aliàs per ſe non ſufficerent, d. gl. 2.

Confitens proprium crimen ſi dicat aliquem etiam eſſe criminoſum, propter ſolam talem confeſſionem non indicitur ei purgatio talis criminis: niſi aliàs ſit infamatus de crimine, gl. fi. ibid.

Confitens vnum per conſequens confitetur & omne id, quod ſequitur ex illo, gl. confeſſus, in cap. cum venerabilis. De exceptio.

in Confitentem ſiue in ciuili, ſiue in criminali, nullæ ſunt iudicis partes: intellige in cognoſcendo: ſed bene ſunt aliquæ iudicis partes in pronunciando, gl. fi. in cap. cum olim. De rerum permut.

Confitenti turpitudinem ſuam, non creditur, gl. 1. in cap. præterea, 2. De ſponſal.

Confitenti in foro animæ, de omnibus creditur, etiamſi alleget turpitudinem, cap. tua nos, & ibi gl. qualiter. De ſponſalib.

Confitens non debet reuelare peccata aliena, ſed tantum ſua, cap. omnis vtriuſque. De pœniten. & remiſ.

Confitens per metum & coactionem ſe tenere aliquam hæreſin, peccat mortaliter: nec excuſat eum aliqua coactio: quia illa non eſt abſoluta: quod verum eſt, quod non excuſat à toto, ſed bene à tanto, can. 1. 15. q. 6.

Confitendi peccata licentiam dare pendet a ſuperioritate, cap. 2. De pœniten. & remiſſ. lib. 6.

ad Confitendum peccata non tenemur ſtatim cum admiſimus; & poſſumus differre vſque ad tempus pœnitentiæ deputatum ab Eccleſia: & tales differentes non peccant, etiamſi antea habuerint copiam Sacerdotis, dd. gl. 1. in ſumma, diſt. 5.

Confiteri delicta ſua publicè poteſt aliquis in vindictam ſuorum ſcelerum, & ſui humiliationem, & ob aliorum exemplum, & ob Eccleſiæ offenſæ ædificationem. Concil. Trid. ſſ. 14. cap. 5. ad fi.

Reliqua in verbo, Excipere, 2. Parochianus, 2. Peccatum. 31. 32. Ponens. Recognoſcere.

CONFERRE beneficium aliud eſt, & aliud aſſignare; cum vt diuerſa ponantur: quandoque tamen aſſignare ponitur pro conferre, cap. ſuſceptum, 6. De reſcript. lib. 6.

Conferre Eccleſiam, eſt conferre ipſam principalem dignitatem de Eccleſia, putà Epiſcopatum, Abbatiam, Prioratum, & ſimilia, gl. 1. in cap. pe. De officio deleg. lib. 6.

Conferre beneficium, & mandare conferri, ſunt diuerſa, gl. 1. in cap. cum cui. De præbend. lib. 6.

Conferre poſſunt dignitates & præbendas illi, ad quos collatio illarum pertinet; niſi Papa prius inſinuet illis, quod non conferant cum decreto, gl. quia cum illi, in cap. 1. §. ex parte. De conceſſ. præben. lib. 6.

Conferre debens cum conſilio Epiſcopi; eo mortuo, vel in remotis partibus exiſtente, poteſt conferre beneficia ſine illo, cap. 1. ſſ. fi. Ne ſede vacante, lib. 6.

Conferens ſcienter ignoranti præbendam, quam conferre non potuit; illa euicta, aliam quam poteſt tenetur conferre, cap. inter cætera. De præbend.

Conferens beneficium ſcienter indigno, ſine aliqua monitione, priuatur collatione ipſius beneficij, & deuoluitur ad ſuperiorem: ſed ſi præcedente bina monitione nihilominus conferat indignis, per ſententiam debet ſuſpendi à collatione beneficiorum omnium: & deuoluitur illa ad ſuperiorem, gl. 2. in cap. graue nimis, 29. De præbend.

Conferens beneficium non debet ſibi retinere fructus vel redditus, nec aliquam pàrtem ex redditibus, cap. 1. Vt Eccleſiaſt. benef. ſine.

Conferens beneficium conſanguineo propter conſanguinitatem, non committit ſimoniam, ſed tantum facit rem illicitam, dd. reprob. gl. carnalitatem, ibid.

Conferens ordinem vel beneficium per ſimoniam, deponendus eſt ordinatus: & prouiſus, quod taliter accepit, amittit: mediator vero huiuſmodi ſimoniæ, ſi fuerit clericus, deponitur: ſi laicus excommunicatur, can. ſi quis Epiſcopus, 8. 1. q. 1.

Conferens beneficium, quod non potuit conferre, tenetur conferre illud, quod potuit. can. præſentium, 7. q. 1.

inter Conferentem, & eum cui confertur, debet eſſe diſtincta perſona, gl. appetitur, in can. qui Epiſcopatum, 8. q. 1.

Conferendi præbendas & particularia beneficia poteſtas ſpectat ad Epiſcopum & capitulum communiter, & de iure, cap. fi. De ſuppl. negl.

Conferendi poteſtatem habens recte poteſt conferre beneficium nepoti, vel alij conſanguineo ſuo, niſi aliud canonicum ſibi obſiſtat, cap. dilecto, 25. De præbend.

Conferre ſibi ipſi non poteſt ille, qui habet poteſtatem conferendi, cap. fi. De inſtitu.

Conferendi poteſtatem habens poteſt de iure alteri tradere poteſtatem conferendi primum beneficium quod vacabit, cap. conſtitutus. De conceſſ. præbend.

in Conferendi poteſtate data, ſemper intelligitur clauſula, *dummodo canonice conferatur, & perſonæ idoneæ*, gl. 1. ibidem.

Conferendi poteſtatem habens ex conceſſione alicuius, ſi indigno conferat, nulla eſt collatio: & redit illa ad concedentem, qui iterum non poteſt illi concedere dictam poteſtatem, ibid.

Conferendi poteſtatem poſſunt dare Epiſcopus & Capitulum, ibidem.

Conferendi poteſtas, ſi pertineat ad Capitulum & Prælatum vt Prælatum, de vno ad alterum lapſu temporis non tranſit: ſecus ſi Prælatus interſit vt canonicus; quia tunc de Capitulo tranſit ad Prælatum, niſi dolum committat, cap. pe. eod.

in Conferendis beneficijs non debet attendi carnalitas, cap. 1. Vt Eccleſiaſt. benef. ſine dimi.

Conferendi beneficia poteſtas poteſt quæri ſtatuto particularis Eccleſiæ, vel conſuetudine, cap. 1. §. fi. Ne ſede vacante, lib. 6.

Reliqua in verbo, Adminiſtrator. n. 3. Aſſignare. Beneficium. 17. vſque 21. Capitulum, 12. 14. 15. Committere. Confirmare. Collatio. Legatus. 18. vſque 25. Prælatus, 7. 8.

CONFIDENTIAE, *vide verb. Beneficium, n. 66. 67. 68. 69. 70.*

CONFIRMARE electionem non poteſt ſuperior inuito electo, gl.

to, gl. 1. in cap. innotuit, 20. De electione.

Confirmare & dare non poteſt vna & eadem perſona; ſed requiritur quod ſint diuerſæ perſonæ, gl. confirmari, in cap. inter dilectos. De fide inſtru.

Confirmati non conſueuerunt à ſede Apoſtolica Epiſcopatus, licet ſint perpetui; nec Prioratus, etiamſi ſint perpetui, gl. pe. in cap. porrecta. De confirm. vtili.

Confirmare non eſt tantum, quantum conferre: quia qui confirmat non donat, ſed qui confert donat. gl. non poteſt, in cap. 1. De inſtitution.

Confirmans nihil donare cenſetur, gl. confirmatione, in cap. ex parte. De conſtitut.

Confirmans tenetur examinare diligenter, an electio fuerit rite facta, & electa perſona ad regimen animarum ſit idonea, cap. nihil, 44 & ibi gl. 1. De electione.

Confirmans quando innititur priori conceſſioni, ſi prima conceſſio ex aliquo vitio reperitur nulla, etiam illa confirmatio corruit, cap. inter dilectos, poſt med. De fide inſtrum.

Confirmator ſupplet de facto in cauſis electionum, gl. impugnar. in cap. 1. De elect. lib. 6.

Confirmans non donat, gl. forma communi, in cap. quia diuerſitatem. De conceſſio. præbend.

Confirmans aliquid, non dicitur aliquid nouum facere, can. præceptis, diſt. 12.

Confirmans, etiam nullo ſe opponente, debet inquirere de meritis eligentium, & de perſona electi, gl. impugnat. in cap. 1. De electione, lib. 6.

Confirmans Papa, in priuilegio vel reſcripto alicuius Eccleſiæ, priuilegia exemptionis vel alterius rei, quam habet in priuilegiis, eo ipſo habent robur illa priuilegia, licet non poſſint exhiberi, gl. deſunt, in can. ſi Romanorum, diſt. 19.

in Confirmandis iudicibus debet præcedere examinatio, & ita demum confirmabuntur, ſi ſint idonei aliis rite concurrentibus, gl. debitam, in extrauag. Eccleſiæ Romanæ, Ioannis 22.

Reliqua in verbo, Dare.

Confirmatio in genere, n. 1. vſque ad n. 7.
Confirmatio quatenus eſt Sacramentum, n. 8. & 9.

1 CONFIRMATIO domini Papæ facta ex certa ſcientia valet, vt de illo beneficio, quod de certa ſcientia confirmatur, poſtea directe an licite ſit acquiſitum, vel non, ſine nouo mandato non cognoſcatur, gl. confirmandum, in cap. cum acceſſiſſent. De conſtitutio.

Confirmatio Domini Papæ facta ex certa ſcientia, vt confirmet infirmum, valet, ibid.

Confirmatio Domini Papæ facta ex certa ſcientia, confirmatur, & ſupplet defectum ſolemnitatis omiſſæ, ibid.

Confirmatio Papæ, ſub hac forma fiat, *Confirmamus ſicut iuſte poſſides*, talis confirmatio nihil, vel parum operatur, ibid.

Confirmatio Papæ facit firmum, quod alias eſt infirmum, gl. ab Eccleſia, in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ, eod.

Confirmatio Papæ in forma communi impetrata, nihil noui tribuit, gl. confirmatione, in cap. ex parte. De conſtit.

per Confirmationes in forma communi impetratas, non intelligitur Papa derogare iuri alicuius, ibidem.

Confirmatio eſt neceſſitatis, licet electio à principio fuerit voluntatis, cap. 3. De electione.

Confirmatio electionis factæ de Abbate ſpectat de iure communi ad Epiſcopum loci, cap. cum monaſterium, eod.

ante Confirmationem appellatur quis electus, habita electione Collegii, cap. noſti 9. eod.

per Confirmationem ſolam poteſt quis ſe ingerere adminiſtrationi Prælaturæ, cap. qualiter, 17. eodem.

Confirmatio electi exigitur ad facultatem adminiſtrandi, ob reuerentiam ſuperioris, & ob alias cauſas, ibid.

ad Confirmationem ſeu prouiſionem Prælaturæ obtinendam, multum prodeſt habere electionem concordem, Principis aſſenſum, petitionem populi, & Suffraganeorum ſuffragia, cap. cum nobis, 19. De electione.

2 Confirmationem petere poteſt quis per interpoſitam perſonam, cap. nihil, 44. eod.

Confirmatio, tacita veritate, impetrata non valet, gl. expreſſa, in cap. dudum, §. licet, eod.

Confirmatio electi in Prælatum, habentis plura beneficia curata, vt valeat neceſſe eſt, quod Papa ex certa ſcientia confirmet omnia beneficia: alias non valet, ibid.

ad Confirmationem electionis non ſufficit, quod ſit facta à maiori parte Capituli, niſi & illa ſit ſanior, cap. Eccleſia, 57. eod.

per Confirmationis actum, electus in Archiepiſcopum recipit poteſtatem adminiſtrandi Epiſcopalia, cap. 1. De tranſlat. Epiſcoporum.

Confirmatio ad quem pertinet, ad eum pertinere debet reſignatio, vel renunciatio, gl. 2. in cap. ſi. De renunciatione.

in Confirmatione fienda per ſuperiorem ſufficit quod ſuperior dicat, *Ratificamus*, cap. 2. De pactis.

Confirmatio nihil iuris confert, vbi electio canonica non fuit; ſi tamen poſſeſſionem fuerit adeptus, & poſtmodum ſpoliatus, reſtitui debet, quamuis non fuerit electio canonica; dummodo non conſtet de inualiditate, gl. 1. in cap. cum ſuper. De cauſa poſſeſ. & propri.

Confirmatio alicuius ſententiæ facta etiam à Papa, corruit, caſſata illa ſententia, cap. ex parte, 7. De teſtib.

Confirmatione electionis caſſata ex defectu confirmantis, vel propter iudiciarium ordinem non ſeruatum, remanet electio in priſtino ſtatu, cap. ad probandum, 24. De re iudicata.

Confirmatio cauſæ cognitionem deſiderat, & ideo de plano 3
expediri non poteſt, gl. contra debitum iuris, in cap. quia
ſtoute. De appell.

Confirmatio & alia ſimilia non debent fieri, niſi præmiſſa diligenti examinatione tam perſonæ, quam de modo electionis, ibid.

Confirmatio & alia ſimilia non debent fieri ſine conſilio Capituli ſui, vel maioris partis, ibid.

Confirmatio ſuper re litigioſa, non valet, cap. 1. De confirmat. vtili vel inutili.

Confirmatio ex certa ſcientia facta per Papam præcludit manus Ordinariorum, vt amplius non poſſint cognoſcere ſuper re confirmata, ibid.

Confirmatio ſeu innouatio in forma communi impetrata nihil iuris noui tribuit, ſed ſolummodo vetus conſeruat; vnde per talem confirmationem non impeditur petitio alterius, nec iudicis cognitio, gl. 2. ibid.

Confirmatio in forma communi impetrata parum valet, niſi quia ſolet plus timeri, ibid.

Confirmatio ſi ſit facta in forma communi ſine cauſæ cognitione, non impeditur petitio alicuius, vel cognitio; ſed ſi confirmatio fiat de beneficio alicuius, vel de aliqua ſententia cum cauſæ cognitione, & hoc cognito Papa ex certa ſcientia confirmat ibi beneficium ſuum vel ſententiam latam. Si de eo poſtea ſuboriatur controuerſia, nullus poteſt iudicare ſine ſpeciali mandato Papæ, gl. ſi. ibidem.

Confirmatio obtenta per falſi ſuggeſtionem non valet, ibid.

ſuper Confirmationibus ex certa ſcientia factis à Papa nullus poteſt iudicare præter Papam, vel eius ſucceſſorem, cap. 2. & ibi gl. 1. eod.

Confirmationis literæ ſuper ſententia, à qua erat appellatum, non valent, ſi appellatus malitioſe præuenit appellantem: alias pendent, donec de appellatione cognoſcatur, cap. 3. De confirmat. vtili vel inutili.

Confirmatio ſeu priuilegium, quod religioſus impetrauit à Papa 4
ſuper temporali adminiſtratione ſui Prioratus, non valet, ſi
tacuit ſe regularem; ſed ſi expreſſit, præſumitur falſum,
quia Papa non conſueuit concedere, cap. ad noſtram, eod.

Confirmatio facta conditionaliter dicitur facta in forma communi, cap. examinata, eod.

Confirmatio ſub forma communi non impedit petitionem alterius, nec cognitionem iudicis, gl. 2. ibid.

in Confirmationibus appoſita hæc verba, *ſicut prouide latum fuerat*, etiam conditionaliter intelliguntur poſita: ſecus ſi ponantur in priuilegio; quia cum priuilegium ſit lex priuata, certum debet ibi poni, vt aliquid concedat priuilegium, alias eſſet inutile, gl. ſi. ibid.

In Confirmatione facta ex certa ſcientia, dictio *ſicut* ponitur cauſatiue; nec nocet, ſi verbum *confirmationis* præcedit tenorem confirmati, cap. pe. eod.

per Confirmationem in forma communi non tollitur ius alterius, cap. ſi. eod.

ante Confirmationem non debet quis adminiſtrare; quod ſi fecerit, debet eius electio caſſari, cap. cum iamdudum 18. & ibi gl. aliud. De præbend.

Confirmatio Principis æquipollet ſententiæ, gl. clauſula in cap. dilecto, eod.

Confirmatio ſtatuti non impedit illius retractationem, cum videatur facta fauore ſtatuentium: niſi in confirmatione fuerit appoſita clauſola, *decernentes irritum & inane*, ibid.

per Confirmationem in forma communi nihil iuris acquiritur, nec creatur nouum ius, cap. quia diuerſitatem, & ibi gl. in forma. De conceſ. præbend.

Confirmatio tria operatur, quia per confirmationem res fit 5
maioris authoritatis: & ſi fuerit minus valida, fit magis va-
lida per confirmationem, ſi ex certa ſcientia hoc fiat; item
quia nullus, præter authoritatem confirmantis, poteſt de illo
iudicare, ibidem.

Confirmatio in forma communi facta, etiam à Papa modicum operatur: ſecus quando eſt facta ex certa ſcientia, gl. 1. & 2. in cap. 2. Ne ſede vacante.

Confirmatio facta per Papam in forma communi, nullum præiudicium infert tertio, cap. dudum, 31. De decimis.

Confirmatio facta ex certa ſcientia à Papa, tribuit vigorem rei confirmatæ, licet ex ſe nulla fuiſſet, gl. conceſſionem, ibidem.

Confirmatio electi in Abbatem ſpectat ad Epiſcopum loci, cui ſubeſt ipſum Monaſterium, cap. ſicut ruis. De ſimonia.

Confirmatio ad quem pertinet, ad eum pertinet etiam examinatio proceſſus, & perſonæ, gl. 2. in cap. ſi. De ſortilegiis.

Confirmatio in forma communi non præiudicat in aliquo Epiſcopo loci in ſua iuriſdictione: & ſic parum valet talis confirmatio, gl. ſi. in cap. recepimus. De priuilegiis.

Confirmatio in forma communi obtenta regulariter nihil noui confert: quandoque tamen per confirmationem aliquid iuris accreſcit: quia tranſactio quæ erat perſonalis, per confirma-

tionem

tionem ſit realis, & perpetua, gl. 1. in cap. qui intentionem, 29. eod.

Confirmatio electionis, petita per amicum electi etiam ſine mandato poteſt rata haberi per electum, gl. petere, in cap. quam ſit. De electione, lib. 6. ſed rata haberi debet infra tres menſes, qui dantur ad petendam confirmationem tranſactis illis tribus menſibus, ratihabitio facta non proderit electo, ibid.

6 Confirmatio electionis eſt iuriſdictionis, cap. ſi Abbatem, 36. §. fi. De electione, lib. 6.

Confirmatione caſſata, vel caſſa nunciata propter iuriſdictionis defectum, vel ſolemnitatem omiſſam, non propter hoc electio caſſata dicetur, cap. ſi confirmationem, 38. eod.

Confirmationis caſſatio non inducit caſſationem electionis, ſi de cauſa caſſationis non apparet, d. cap. ſi confirmationem, & ibi gl. fi.

Confirmatione caſſata vitio electionis, clarum eſt electionem infirmari, ibid.

Confirmatio Epiſcopi debet præcedere, & poſtea conſecratio debet fieri, cap. prouida, 44. & ibi gl. conſecrationis, eod.

Confirmatio electionis facta vocatis his qui vocandi erant, & cum cauſæ cognitione, habet vim diffinitiuæ: hinc eſt quod reuocari non poteſt: & ſi appelletur, poteſt appellari vt à diffinitiua, gl. Inanes, in cap. fi. eod.

Confirmatio electionis, ſi fiat ſine cauſæ cognitione, & non vocatis vocandis, habet vim interlocutoriæ: ſed hodie non valet talis confirmatio ſine vocatione vocandorum, ibidem.

7 Confirmationis literæ non iuuant in re violenter poſſeſſa, gl. literas, in can. placuit, 16. q. 6. gl. violenti, in add. in cap. eum qui, 18. De præbend. lib. 6.

Confirmatio eſt quaſi iuris acquiſiti de electione corroboratiua declaratio, clem. Romani, §. nos eodem. De iureiur.

Confirmatio non corroborat electionem nullam, can. ſi. 9. q. 1.

Confirmatio Metropolitani ſpectat ad Papam, ibidem.

ante Confirmationem non dicitur quis adeptus beneficium, ſed agit & certat de obtinendo beneficio: ſed poſt confirmationem dicitur obtinuiſſe beneficium, cap. ſuper his. De accuſat.

per Confirmationem Papæ non datur ius nouum, gl. 2. in can. præceptis, diſt. 12.

Confirmatio Papæ, in caſu, quo quis etiam per ſe poteſt illud facere, nihilominus operatur tria: quia præſtat ipſi facto maiorem authoritatem: item ſi quid eſt inualidum, ſupplet eius defectum: item ſine eius licentia non poteſt retractari illud, quod ipſe confirmauit, gl. fi. in can. frater, 17. q. 4.

Confirmatio non præiudicat tranſactioni, gl. 1. in ſumma, 25. q. 2.

in Confirmatione iudicum conſuetudo attenditur, gl. conſueuerit, in extrauag. Eccleſiæ Romanæ, Ioannis 22.

Reliqua in verbo, Abſoluere. n. 2. Aſſenſus. Electio. à n. 1. vſque ad n. 35. Electus. Priuilegium. 39. Ratihabitio. 1. 2.

8 **CONFIRMATIO**, quæ etiam appellatur frontis chriſmatio, à ſolis Epiſcopis confertur, cap. 1. §. per frontis, & ibi gl. hanc. De ſacra vnctione.

Confirmationem conferre quòd poſſint presbyteri, conceſſit Gregorius Papa diſpenſatiue ad tempus, propter ſcandalum: aliàs ſimplex Sacerdos nihil poſſet conferre, gl. hanc, ibidem.

Confirmationis Sacramentum non debet iterari in eo, qui per errorem non chriſmate, ſed oleo fuit delinitus: ſed debet ei ſuppleri caute, quod incaute fuit prætermiſſum, cap. 1. De Sacram. non reiterand.

in Confirmatione in fronte duo interueniunt, ſcilicet oleum, & liquor balſami, ex quibus fit chriſma, ibid.

Confirmatio frontis inducit cognationem ſpiritualem, ſicut baptiſma, cap. 1. §. fi. De cognat. ſpirituali, lib. 6.

Confirmatio frontis à ſolo Epiſcopo fit, gl. frontis, ibid.

Confirmatio & chriſmatio frontis idem ſunt, d. §. fi.

ſine Confirmationis Sacramento non dicitur quis plene Chriſtianus, gl. frontis, ibid.

de Confirmationis Sacramenti ſubſtantia eſt, quod fiat in fronte, d. gl. frontis, in add.

in Confirmatione vnus tantum leuans vel ſuſcipiens debet interuenire: ſi tamen plures interuenerint, omnes cognationem ſpiritualem contrahunt, & erunt omnes compatres, cap. fi. & ibi gl. pe. eod.

Confirmationis Sacramentum, inter alia Sacramenta neceſſitatis, eſt vltimum, præter vnctionem infirmorum, gl. 1. in
9 can. 1. De conſecratione, diſt. 5.

Confirmationis Sacramentum, tanquam dignius, à ſolis Epiſcopis confertur, ibid.

Confirmationis Sacramentum ſi adulti contemnerent ſuſcipere, peccarent mortaliter: in puero tamen ſufficit Baptiſmus, gl. fi. ibidem.

Confirmatio victuris poſt baptiſmum eſt neceſſaria, vt confirmentur & roborentur ad agones mundi, contra vitia & peccata: vt poſſint Diabolo reſiſtere, can. 2. De conſecrat. diſt. 5.

Confirmationis Sacramentum traditur baptizato, vt roboretur per Spiritum Sanctum, ad prædicandum alijs, can. nouiſſime. De conſecratione, diſt. 5.

Confirmationem baptizatorum ſi quis dixerit otioſam cæremoniam eſſe, & non potius verum & proprium Sacramentum; aut olim nihil aliud fuiſſe quàm catecheſim quamdam, qua adoleſcentiæ proximi fidei ſuæ rationem coram Eccleſia exponebant, anathema ſit, Concil. Trident. ſſ. 7. De confirm. can. 1.

Confirmationis ſacro chriſmati virtutem aliquam tribuentes eſſe iniurios Spiritui Sancto ſi quis dixerit, anathema ſit, Concil. Trid. d. ſſ. 7. De confirmatione, can. 2.

Confirmationis Sanctæ ordinarium miniſtrum ſi quis dixerit, non eſſe ſolum Epiſcopum, ſed quemlibet ſimplicem Sacerdotem, anathema ſit, d. ſſ. 7. De confirmat. can. 3.

Reliqua in verbo, Baptiſmus, n. 11. Chriſma. 1. 2. Papa. 51.

CONFIRMATVS ante conſecrationem dicitur electus, cap. expoſita. De arbitris.

Confirmatus in prælatura tunc habet poteſtatem adminiſtrandi, cum non dubitatur de ſtribus ſuæ confirmationis, cap. cum olim. De dolo & contumacia.

Confirmatus in Epiſcopum poteſt alienare immobilia bona ſua, ſicut & conſecratus: dummodo ſeruet iuris ſolemnitates; cap. is cui. 42. De electione, lib. 6.

Confirmatus ſine vocatione vocandorum errans in facto, quando credidit vocationem factam, quæ facta non fuit; ſi adminiſtret, excuſatur à pœna ſtatuta à iure: ſecus ſi errauit in iure, cap. fi. De electione, lib. 6.

Confirmatus in Epiſcopum non Sacerdos non poteſt concedere indulgentias, gl. monere in add. in cap. 1. De pœniten. & remiſ. lib. 6.

Confirmatus poteſt amplius confirmari, gl. 1. in can. Engeltrudam, 3. q. 4.

Reliqua in verbo, Electus, per totum.

CONFISCATIO ipſo facto impoſita propter delictum, bonorum confiſcatorum dominium transfert in fiſcum abſque aliqua traditione, gl. confiſcata, in extrauag. dierum. Ioannis 22.

Confiſcatione bonorum ipſo facto impoſita à lege propter delictum, non debet delinquens de poſſeſſione bonorum deiici, per viam executionis vel occupationis bonorum, abſque aliqua ſententia declaratoria, quod crimen fuerit per illum commiſſum, gl. diſponant, ibid. Non tamen eſt neceſſaria ſententia hominis priuatoria: quia tunc ſtatim ſuccedit, & habet locum ſententia iuris, ibid.

Confiſcatione bonorum ipſo iure impoſita à lege propter delictum, fructus etiam medio tempore perceptos, id eſt ante ſententiam declaratoriam commiſſi criminis perceptos, tenetur reſtituere ſententia declaratoria lata; quos aliàs non teneretur, ibidem.

Confiſcationis pœna non poteſt imponi, ob crimen læſæ majeſtatis non ſubiectis, clem. paſtoralis, §. rurſus, & ibi gl. non ſubſint. De re iudicata.

Confiſcationis pœnam quandoque imponit Eccleſia, can. accuſatoribus, 3. q. 5.

per Confiſcationem bonorum non confiſcantur bona, quæ ab alijs tenentur; & ſic facta publicatione contra delinquentem in vna ciuitate, bona alibi ſita non publicantur, clem. paſtoralis, §. rurſus. De re iudicat.

Confiſcantur bona delinquentis ob crimen læſæ maieſtatis, clem. paſtoralis. De re iudicata.

Confiſcari non poſſunt res Eccleſiæ, gl. confiſcare, in can. in canonibus, 16. q. 1.

Confiſcabantur olim bona damnatorum; ſed hodie ſecus, ibid.

Confiſcantur bona percutientis Cardinalem, vel inſequentis eum hoſtiliter, cap. fi. De pœnis, lib. 6.

Reliqua in verbo, Bona. 2. 4. 5. 6. Hæreſis. 3. Monachus. 10.

CONFRATERNITATES doctrinæ ſunt erigendæ in ſingulis ciuitatibus, & diœceſibus; vt infantes & pueri in doctrina Chriſtiana inſtructi ſint, & à vitijs & erroribus retrahantur, & eis conceduntur indulgentiæ, extrauag. ex debito. Pij Quinti.

Confraternitati doctrinæ Chriſtianæ Indulgentiæ conceſſæ, ampliantur à Papa Gregorio XIII. extrauag. illius qui pro gregis: Gregor. XIII.

Confraternitati nominis Dei & iuramentorum, indulgentiæ multæ pro ſalute animarum ſunt conceſſæ, extrauag. alias per felicis, Gregorii XIII.

Confratres exemptorum, ſeu ipſorum oblati, qui in totum non ſe tranſtulerunt, iudicari poſſunt à locorum Ordinarijs, à quorum iuriſdictione non eximuntur, cap. 3. §. fi. De priuileg.

Confratres religioſorum exemptorum non ſunt conuerſi illorum, nec oblati; ſed aliquam remiſſionem conſequentur; & ita remanent de iuriſdictione Epiſcoporum, gl. pe. eod.

Confratres priuilegiatorum, niſi ſe ad eos tranſtulerint in totum, ad Epiſcopalia iura tenentur, cap. pe. eod.

Reliqua in verbo , Archiconfraternitas . Oblatus . Præcedentia .

CONFVGIENS ad Eccleſiam certus debet eſſe , quia eſt tutela refugij , gl. fi. in cap. cum Eccleſia . De immunit. Eccleſ.

Confugiens reus criminis ad Eccleſiam non debet violenter extrahi ab ea ; nec debet amplius prætextu criminis commiſſi damnari ad mortem , vel ad aliam pœnam corporalem : eſt tamen aliter legitime puniendus , cap. inter alia eod.

Confugiens ad Eccleſiam latro publicus , vel nocturnus depopulator agrorum , qui frequentat itinera , vel publicas ſtratas obſidet aggreſſionis inſidijs poteſt extrahi ab Eccleſia , ibid.

Confugiens ſeruus ad Eccleſiam , propter timorem domini ſui , reſtitui debet domino iuranti da eius impunitate , ibid.

Confugiens ad Eccleſiam etiam propter atrocitatem delicti , non debet priuari immunitate Eccleſiaſtica , ibidem .

Confugiens ad Eccleſiam licet non poſſit damnari ad corporis pœnam afflictiuam , poteſt tamen damnari pecuniariter , & aliter quàm in perſona , d. cap. inter alia , & ibi gl. puniendas .

Confugiens ad Eccleſiam , etiam non conſecratam , habet priuilegium immunitatis , ac ſi fuiſſet conſecrata , gl. 2. in cap. pen. De immunitate Eccleſiæ .

Confugiens malefactor ad Eccleſiam liberatur : ſed non ille qui recipit corpus Chriſti ; quia corpus Chriſti eſt cibus animæ , & non corporis : & ita animam liberat , & non corpus : vel eſt priuilegium Eccleſiæ , & non debet trahi ad conſequentiam , gl. 1. in can. quæſitum , 13. q. 2.

Confugientem ſeruum vel diſcipulum ad Eccleſiam nullus debet extrahere : quod ſi extraxerit , donec digne pœniteat , ſegregari debet ab Eccleſia , cui honorem non dedit , can. nullus , 19. 17. q. 4.

Confugiens ad Eccleſiam , ante ſecuritatem indemnitatis acceptam , non cogitur ab ea exire , vel ab eius atrio per triginta paſſus in toto circuitu , can. id conſtituimus , 17. q. 4.

Confugientes ad Eccleſiam defendere debet Eccleſia ; & hoc verum eſt ſiue ſint rei , ſiue non , gl. 2. in can. nos , 23. q. 5.

Reliqua in verbo , Immunitas . Eccleſia . 10.

CONFVSIONEM inducunt nimia ſimilitudo , contrarietas , ſuperfluitas , prolixitas , & diſperſa loquutio , §. ſane , in procœmio Decretalium .

CONGREGATIO quælibet licitam exercens profeſſionem , vel negotiationem , poteſt ſibi eligere aliquem ſuperiorem , gl. eligere , in extrauag. Sancta Romana . Ioannis , 22.

Congregatio Eccleſiaſtica ſeu Collegium Eccleſiaſticum debet ſibi Prælatum eligere ; & aliter adeptus Eccleſiam repellendus eſt , cap. 1. De electione .

ad Congregationem faciendam duo ſufficiunt : ſed ad collegium faciendum tres requiruntur ; quod verum eſt de iure ciuili : ſed de iure canonico ſufficiunt duo ad faciendum collegium , gl. 1. ibid.

Congregatio illicitè facta , conventiculum vocatur , can. multis , diſt. 18.

Congregationes priuatas faciens ſine conſenſu ſuperiorum , extrà vnionem Eccleſiæ , dicens apud ſe eſſe Eccleſiam , excommunicatus , can. ſi quis extra , diſt. 30.

Congregatio Regularium appellatur conuentus , can. ſi quis , diſt. 58.

Congregationes fratrum à regula aberrantes & devias ſolet Pontifex modo admonere , modo corripere , vel primis inſtitutis reſtituere , extrauag. quemadmodum , Pij Quinti .

Congregatio. ſeu vniuerſitas regularium appellatur conuentus ; ſæcularium clericorum appellatur Capitulum : tamen quandoque id confunditur , cap. 2. De teſtib. lib. 6.

Reliqua in verbo , Capitulum . 2. 13. Cœtus . Conuentus . Collegium . Confraternitates . Sotietas .

CONIECTVRA quod profuturum credidit , ſubſequens experientia nociuum oſtendit , extrauag. quia quorumdam , Ioann. 22.

Coniecturis in incertis eſt locus ; ſed non in certis , gl. peremptorio , in can. De illicita , 24. q. 3.

Reliqua in verbo , Certum.

CONIVGALIS vſus quandoque minus licitus eſt , gl. copulæ , in can. ſunt qui. De pœnitent. diſt. 1.

in Coniugali opera adeſt præſentia Spiritus Sancti quoad meritum , non quoad miraculum faciendum , gl. 2. in can. quærendum . De pœniten. diſt. 2.

Coniugale debitum non eſt redddendum in Eccleſia : nec Sacerdos coniugatus tempore canonis petere debitum , nec reddere debet , gl. fi. in can. pe. 33. q. 4.

Coniugalis copula prohibetur inter aſcendentes & deſcendentes , vſque in infinitum . In arbore conſanguinitatis , verſ. quarto .

Coniugalis prohibitio inter collaterales hodiè extenditur vſque ad quartum gradum incluſiue , ibidem .

Coniugalem ſtatum , ſi quis dixerit , anteponendum eſſe ſtatui virginitatis , vel cælibatus , & non eſſe melius ac beatius manere in virginitate , aut cælibatu , quàm iungi matrimonio , anathema ſit , Concil. Trid. De Sacram. matrimonii , ſſ. 24 can. 10.

Reliqua in verbo , Coitus . Copula .

CONIVGATVS , qui contraxit matrimonium cum vnica & virgine , ea mortua , poteſt promoveri ad ordines , cap. 2. & ibi gl. pe. De cleric. coniug. 1

Coniugatus poteſt promoveri ad ordines , ſi contraxit matrimonium cum vnica & virgine , dummodo conſentiente vxore promittat continentiam ; & pariter ad religionem tranſirent . ibidem .

Coniugatus , qui contraxit matrimonium cum ea quam corrupit , antequam duceret , poteſt promoveri ad ordines : quia cauſa impedimenti ceſſat : quia iſte non diuiſit carnem ſuam in plures , gl. fi. ibid.

Coniugatus dicitur immundus reſpectu diuinorum officiorum , cap. 3. & ibi gl. 2 eod.

Coniugatus non poteſt perfecte tendere in vitam contemplatiuam , cap. diuerſis , & ibi gl. 1. eodem .

Coniugati non ſolum tenentur ad debitum carnale , ſed ad mutuum auxilium , & obſequium , cap. 3. & ibi gl. 2. De conuerſ. coniug.

Coniugatus non eſt ordinandus ad ſacros ordines , niſi vxor continentiam promittat , cap. coniugatus , eod.

Coniugatus ſi fuerit ordinatus minoribus ordinibus , beneficijs debet priuari , gl 1. ibid.

Coniugatus ſicut non poteſt intrare monaſterium monachorum , vxore non promittente continentiam , vel non ingrediente monaſterium : ita nec ad Hieroſolimitanos hoſpitalarios tranſire poteſt , cap. vxoratus , eod.

Coniugatus faciens profeſſionem vxore conſentiente , licet numquam intrauerit monaſterium , ſi mortua coniuge cum alia contrahat , non valet matrimonium , & cogitur intrare monaſterium , cap. ex parte , & ibi gl. fi. eod.

Coniugatus poteſt ſe obligare religioni , etiam tempore infirmitatis , & exiſtens in domo ſua , ibidem . 2

Coniugatus intrans religionem , non habita vxoris licentia , ſi non reuocatur in vita mulieris , non poteſt poſt eius mortem ad ſæculum redire , cap. conſuluit , eod.

Coniugata intrans monaſterium , credens coniugem eſſe mortuum , eo reuerſo educitur è monaſterio , & reſtituitur coniugi , cap. placet , 12. eodem .

Coniugata intrans monaſterium , credens coniugem eſſe mortuum , etiam eo reuerſo non habet liberam poteſtatem exeundi de monaſterio ; & ſi de facto exeat , cogi debet redire , d. cap. placet , & ibi gl. in eius poteſtatem . De conuerſ. coniugat.

Coniugatus non poteſt intrare monaſterium , niſi & alter religionem intret : vel ſi remanens in ſæculo ſit eius ætatis , vt omni incontinentiæ ſuſpicione careat : vel ſi is perpetuam continentiam promittat , cap. ad Apoſtolicam , 13. eod.

per Coniugatum profeſſio facta ſine conſenſu vxoris valet , nec poteſt is cogi reſtitui ſibi ab vxore , ſi ipſa antea adulterium commiſit , cap. conſtitutus , eod.

Coniugatus intrans religionem cum conſenſu vxoris , habet annum probationis ad profitendum : nec tenetur breviori tempore profiteri , cap. veniens , 16. eod.

Coniugatus inuita vxore , & contra non poteſt vouere , gl. 1. in cap. accedens , 17. eod.

Coniugatus perſiſtens in adulterio poteſt excommunicari : niſi deſiſtens ab adulterio , ad vxorem redeat , cap. ſignificaſti . De eo qui duxit in matrimonium .

Coniugatus , ſi viuente prima , in facie Eccleſiæ contrahit cum ſecunda hoc ignorante , legitima erit eorum proles , cap. pe. Qui filij ſint legitimi .

Coniugatus regulariter repellitur à promotione ordinum , cap. fi. De tempore ordinatio , lib. 6.

ex Coniugatis duobus uno volente vovere , & altero prohibente , potior eſt cauſa prohibentis , gl. 1. in reg. in re communi , 56. De regul. iuris , lib. 6.

Coniugatus poteſt ordinari in clericum ſæcularem , dum tamen hoc faciat de conſenſu vxoris , & illa etiam profitente continentiam ſervaturam , can. de his , diſt. 28.

Coniugati non poſſunt ordinari in diaconos , niſi prius propoſito converſionis profiteantur caſtitatem , can. præterea , diſt. 28.

Coniugatos non poſſe obtinere vitam æternam dicens , excommunicatur , can. ſi quis nuptias , diſt. 30.

Coniugatus credens vxorem mortuam , ſi in Papam fuerit electus , & conſecratus : eius vxor ſi repetit eum , & ille neget vxorem , ſi ſit de hoc dubium , non eſt cogendus ſtare iudicio alicuius : imo poterit dicere , Dominus eſt qui me iudicat : ſi vero ſit certum , tenetur ei reddere debitum , niſi mulier induci poſſit ad continentiam , vel abrenunciabit Papatui , & ſatisfaciet vxori , gl. 1. in cao. ſi quis pecunia , diſt. 79.

Coniugati quicquid inter ſe immoderatum , immodeſtum ac ſordidum gerunt , explendæ libidinis cauſa , non eſt culpa nuptiarum , ſed hominum , can. quicquid , 32. q. 2.

Coniugatus quatuor de cauſis commiſcetur vxori ſuæ : cauſa pro-

lis , &

lis, & cauſa reddendi debitum, quibus caſibus non peccat, imo meretur: item cauſa incontinentiæ, cum ſcilicet eſt præuentus à voluptate; & tunc eſt veniale peccatum: & denique cauſa explendæ voluptatis, cum quis præuenit voluptatem vel cogitatione, vel vtendo calidis cibis, vt pluries eam cognoſcere poſſit, & tunc peccat etiam venialiter, gl. 2, ibid.

Coniugatus, ſi commiſceatur vxori in modum adulterij, peccat mortaliter, ibid.

Coniugatus, ſi cognoſcat vxorem contra naturam, peccat mortaliter; & grauius quàm ſi cum alia, ibid.

Coniugatorum coitus, qui fit cauſa incontinentiæ, non eſt fornicarius: ſic & coniunctio vxoris, quæ fit cauſa filiorum, non eſt fornicaria, cap. connubia, 32. q. 2.

Coniugatus, ſi ſolemniter egerit pœnitentiam, & continere non poſſit, ad coniugium priſtinum reuerti poteſt: donec fuerit in ætate, in qua melius continere poſſit, can. fi. & ibi gl. 1. 33. q. 2.

Reliqua in verbo, Clericus. 162. vſque 166. Caſtitas. Continens.

CONIVGIVM dictio ſumitur quandoque improprie, gl. coniugij in cap. 1. Vt lite non conteſtata.

Coniugium ſpirituale inter electum & Eccleſiam, contrahitur per conſenſum electi & eligentium, cap. cum inter, 21. De electione.

Coniugium habet multum fauoris, cap. tua nos. De conſang. & affinit.

in Coniugio conſtitutus ad ſacerdotium aſſumi non debet, niſi promiſſa caſtitate, can. aſſumi, diſt. 28.

Coniugia vouentium votum ſimplex non ſunt diſſoluenda, can. nuptiarum, 27. q. 1.

Coniugium facit pactio coniugalis, non virginitatis defloratio, can. cum initiatur, 27. q. 2.

Coniugium deſponſatione initiatur, commixtione perficitur, can. ſtatutum, §. fi. 27. q. 2.

Coniugium initiatum eſt inter ſponſum & ſponſam, ſed inter copulatos eſt coniugium ratum, ibidem & can. cum initiatur, 27. q. 2.

Coniugium ſiue matrimonium eſt inter infideles etiam, in ſumma, & ibi gl. 1. 28. q. 1.

Coniugia imparia dicuntur tribus modis; vno modo, quando fidelis contrahit cum infideli; alio modo, quando vnus liber & alius ſeruus; tertio modo, quando vnus maior & alter minor, gl. 1. in ſumma, 29. q. 1.

Coniugia clandeſtina fieri non debent; facta tamen tenent. can. aliter, 30. q. 5.

Coniugium nullum fiat ſine dote: & dos fiat iuxta poſſibilitatem, can. nullum, 30. q. 5.

Coniugia quæ clam fiunt, non negantur eſſe coniugia, nec diſſolui poſſunt, ſi vtriuſque confeſſione probari poſſunt, can. ſi quis diuinis, 30. q. 5.

Coniugium non rite appellatur, ſed magis adulterium, matrimonium quo non viro ſuo ſecundum præcepta Chriſti vxor iungitur, can. ſicut non omnes, 32. q. 2.

Coniugii prima inſtitutio in paradiſo facta eſt, vt eſſet immaculatus thorus, & honorabiles nuptiæ, ex quibus ſine ardore concupiſcentiæ conciperent, & ſine dolore parerent. can. ſicut. 32. q. 2.

Coniugij ſecunda inſtitutio fuit facta in paradiſo, etiam ſecundo poſt peccatum cauſa euitandæ fornicationis, d. can. ſicut, & ibi gl. facta.

Coniugium ſi fiat cauſa incontinentiæ, & non cauſa concubinatus, licitum eſt, can. concubinæ, 32. q. 2.

Coniugij vinculum non poteſt diſſolvi fornicatione, can. 1. 32. q. 7.

Coniugium quod ſemel initum eſt, diſſolui non poteſt, can. licite, 32. q. 7.

Coniugium licitum non negatur illi, cuius vxor cum ſuo fratre dormierat, intellige mortua illa, can. quædam, 32. q. 7.

Coniugia penitus interdicuntur iis, qui ſuas vxores occiderunt; exceptis adoleſcentibus, quibus indulgentibus conceditur, can. interfectores, 33. q. 2.

Coniugia licita propter lapſum iuvenilis incontinentiæ, non debent pœnitentibus negari, can. in adoleſcentia, 33. q. 2.

Coniugia licita, poſt pœnitentiam adoleſcentibus permittuntur, can. ſi quis cum duabus, 33. q. 2.

Coniugium non eſt ibi, vbi non eſt conſenſus vtriuſque, can. vbi non eſt, 30. q. 2.

Reliqua in verbo, Confeſſio. 6. 7. 8.

1 **CONIVNX** videtur ſpoliare coniugem, non ſolum ſi violenter eam de domo expellat, ſed etiam ſi propria temeritate ſe diuertit, quod ſufficit ad agendum de poſſeſſorio, cap. literas. De reſtit. ſpoliat.

Coniuges continere coguntur ſine culpa, ſed non ſine cauſa in multis caſibus; vt quia vnus coniugum lapſus ſit in hæreſim, vel ſi alter incidatur, vel ſi mulier impotens caſu reddatur ad reddendum debitum, vel ſi alter furioſus factus ſit, vel ſi in captiuitate teneatur, vel ſi vir incidat in caſum lepræ, gl. caſus multi, in cap. quoniam, §. porro. Vt lite non cont.

Coniuges etiam quoad thorum, & mutuam cohabitationem, ex cauſa leui & temeraria ſe ſeparare non poſſunt, etiam cum iuramenti interpoſitione, cap. tua nos, 24. De iureiur.

Coniuges poſſunt licite ſeparare domicilium, & cohabitationem ex cauſa ſeruandæ continentiæ; niſi ſint iuuenes & ſuſpecti de incontinentia: quo caſu iudex debet ex officio ſuo impedire ſeparationem, ibid.

Coniuges ſi iurauerint inter ſe numquam diuertere ab inuicem: nihilominus poſſunt diuertere, ſi velint intrare religionem: vel ſi ſubſit iuſta cauſa, putà conſanguinitas, gl. 2. ad fi. ibidem.

Coniuges religionem profitendo ab inuicem diuertere poſſunt: aliter ſi ſe abiurant, & non continent, illicitum eſt iuramentum, cap. veniens, 19. De regularibus.

Coniugum alter non poteſt ad religionem tranſire, altero remanente in ſæculo: niſi caſtitatem ſeruare promiſerit, cap. 1. De conuerſ. coniugat.

Coniugum alter ante matrimonium conſummatum, etiam alterò inuito, poteſt ingredi religionem, & remanens in ſæculo poteſt ad ſecunda vota tranſire, cap. 2. eod.

Coniugum alter, altero inuito, non poteſt intrare in religionem: & ſi intrauerit, debet reſtitui alteri coniugi, cap. 3. eod.

Coniugum alter, etiam altero inuito, poteſt emittere votum continentiæ: & ſibi præiudicat quoad hoc, vt ipſe non poſſit petere debitum, non tamen quoad hoc, vt reddere non teneatur, cap. 3. & ibi gl. 1.

Coniugum alter, altero inuito, ingreſſus monaſterium, & reſtitutus coniugi, mortuo deinde coniuge, licet ab Eccleſia non compellatur redire ad monaſterium, ipſe tamen peccat, ſi non implet quod vouit, ex quo impedimentum ceſſauit, d. cap. 3. & ibi gl. 2. 2

Coniugum alter non poteſt ad religionem tranſire ſine altero. Si tamen mulier tam ſenex ſit, vt ſuſpecta non ſit, & caſtitatem promiſerit, vir eius religionem ingredi poterit, cap. cum ſis, & ibi gl. 1. eod.

Coniugem poteſt compellere iudex Eccleſiaſticus ad mutuam cohabitationem per excommunicationem, cap. ex publico. De conuerſ. coniug.

Coniuges ſi profiteantur religionem, altero mortuo alter ad ſæculum redire non poteſt, cap. conſuluit, 10. eod.

Coniunx, quæ continentiam vouit, tenetur reddere debitum coniugi, licet ad tempus voto conſenſerit, cap. chariſſimus, eod.

Coniugum alter, altero ignorante ſi religionem profiteatur, reſtitutus propter hoc ei, illo mortuo ad monaſterium redire non cogitur: licet conſultius fecerit, ſi rediret ad monaſterium, cap. placet, 12. eod.

Coniuges ſeparati propter adulterium, nihilominus remanent coniuges, gl. fi. in cap. conſtitutus, eodem.

Coniunx poteſt altero coniuge inuito intrare religionem, poſtquam alter publicè adulterium commiſit, cap. veniens, 16. eod.

Coniuges, ſi ſe ad inuicem abſoluerunt, promittendo continentiam: ſi vterque, vel alter eorum religionem profiteatur, alter alterum repetere non poteſt, cap. dudum, 20. eod.

Coniunx ante copulam poteſt ingredi religionem etiam alterò inuito, cap. commiſſum, 16. De ſponſalib. 3

Coniugum alter expectare tenetur alterum, quouſque ſit certus de morte alterius, cap. in præſentia, 19. eod.

Coniuges, qui ſine legitima cauſa diuerterint, poteſt Eccleſia ex officio ſuo compellere ad redeundum in vnum, & ad tractandum ſe maritali affectione, cap. ad id quod, eod.

Coniuges propter lepram ſeparandi non ſunt à coniugio, & poſſunt contrahere matrimonium: & tenentur ſibi inuicem reddere debitum, cap. 2. De coniugio lepròſor.

Coniuges, ſi ignoranter filium ſuum lauauerint ex ſacro fonte, poſſunt mutuo ſibi debitum reddere & exigere: ſed alter ignoranter, alter vero ſcienter; is qui leuauit ignoranter poteſt exigere debitum & reddere; ſed qui ſciuit, non poteſt exigere, ſed reddere ſic, gl. debitum, in cap. 2. De cognat. ſpiritual.

Coniugum vnus ſi diſtat à communi ſtipite quarto gradu, & alius quinto; licite poſſunt copulari, cap. fi. De conſang. & affin.

Coniuges non tenentur ſpecifice iurare ſuper aliquo impedimento: ſed ſufficit quod generaliter dicant, quod nunquam potuerunt conſummare matrimonium, cap. laudabilem. De frigid. & maleficiatis.

Coniugis abſentia ſola, quantumcumque diuturna, non præſtat legitimam cauſam ſeparandi matrimonium, etiamſi vxor dicat ſe amplius non poſſe continere, cap. perlatum. Qui filij ſint legitimi.

Coniuges propter alterutrius crimen non ſeparantur, niſi ſpiritualiter fornicentur, & tunc durat etiam coniugium etiam eis ſeparatis, cap. 3. De diuortijs. 4

Coniunx poteſt compelli per ſententiam excommunicationis ad recipiendam vxorem incaute dimiſſam, cap. porro. De diuortijs.

Coniunx dubitans de morte coniugis, niſi prius certificetur, non debet contrahere; & ſi contraxit, reddat debitum; ſed non debet exigere: & ſi poſtmodum ſciat viuere primum, debet dimittere ſecundum, cap. 2. de ſecund. nuptijs.

Con-

Coniunx, de adulterio impetere non poteſt coniugem, ſi & ipſe conuincatur adulterium commiſiſſe, cap. intelleximus. de adulterijs.

Coniugum alteri, eo ipſo quod fornicetur, poteſt alius debitum denegare: quod verum eſt, ſi publice fornicetur; ſed ſi poſtea alter publicè fornicetur, alter recuperat ſeruitutem amiſſam ex delicto alterius: & ſic paria delicta mutua compenſatione tolluntur, gl. 1. in cap. tua fraternitas, eod.

Coniuna pendente cauſa adulterij, tenetur alteri reddere debitum, gl. 1. ibid.

Coniuna, ſi credat, ex cauſa probabili & diſcreta impedimentum matrimonij, poteſt reddere debitum, ſed non exigere: ſed ſi ex leui & temeraria cauſa, depoſita conſcientia, poteſt reddere & exigere, cap. inquiſitioni, 44. De ſententia excommunicat.

Coniunx ſi ſcit pro certo impedimentum matrimonij, non debet reddere debitum, ſed potius excommunicationem pati, ibidem.

Coniuges quoad carnalem copulam viciſſim ſibi ſunt debitores, gl. ſi. in extrauag. antiquæ. Ioannis 22.

in Coniugem recipere eam, quam quis prius in concubinam habuit, non eſt peccatum; & matrimonium eſt in Deo firmum, & ſtabile, can. inter cætera, 32. q. 4.

5 Coniuges appellantur à prima fide deſponſationis, quamuis adhuc ignoretur inter eos coniugalis concubitus, can. coniuges, 27. q. 2.

inter Coniuges eſt duplex fides, vna qua ei debet caſtitatem; ſecunda qua mutuam ei debet ſeruitutem, ſed hoc non niſi poſt duos menſes, gl. 2. ibid.

Coniugis verum nomen habuit Beata Maria à prima deſponſationis fide, quam non cognouerat Ioſeph, nec cogniturus fuerat: & fuit Pater Chriſti, & Maritus Matris Chriſti: ſed vtrumque fuit mente, non carne, can. coniuox, 27. q. 2.

Coniugum neuter ſine conſenſu alterius poteſt tranſire ad religionem: vterque tamen ſponſorum rectè, can. cum ſocietas, §. ſi. & ibi gl. ſi. 27. q. 2.

Coniugum vno intrante in monaſterium, poteſt alter in ſæculo remanere, dummodo in caſtitate viuat: non enim videtur cauſa prohibitionis niſi pollutio: cauſa ergo ceſſante, ceſſabit prohibitio: & ita ſenex poteſt remanere in ſæculo, gl. pollutione, in can. ſunt qui, 27. q. 2.

Coniuges commiſcendo augent merita; ſed non tamen, nec ita expedite vt continendo per votum, gl. 8. ibid.

Coniugum ſeparatio non ſit ſine Eccleſiæ authoritate, gl. 1. in can. ſi vir. 27. q. 2.

Coniuges appellantur ſponſæ conſuetudine ſcripturæ, ſpe futurorum, non effectu præſentium, can. inſtitutum, 27. q. 2.

Coniugum infidelium alter ſi ad ſidem conuertatur, & alter velit ſibi cohabitare: vel vult, ſed cum blaſphemia Chriſti: vel vt eum pertrahat in peccatum mortale: ſoluitur coniugium, & poteſt conuerſus contrahere cum alia, gl. 1. in ſumma, 28. q. 1.

6 Coniugum infidelium alter ſi conuertatur ad ſidem, & infidelis velit cohabitare fideli in pace, in electione fidelis eſt, an velit cohabitare, vel non; ſed tunc cum altero non poteſt eo viuente contrahere, ibid.

Coniugum infidelium alter, ſi ſecundum morem Gentilium dedit libellum repudij alteri coniugi, ſi poſtea vterque conuerſus ſit ad ſidem, compellitur eam recipere: ſed ſi propter fornicationem eam dimiſiſſet, non compellitur eam recipere, gl. 6. in can. ſi quis, 28. q. 2.

Coniugum alter ſi fuerit conuerſus ad ſidem, ſi infidelis voluerit cohabitare ei, ſidelis altero viuente non poterit matrimonium contrahere cum alio: ſed ſi infidelis nolit cohabitare fideli, tunc fidelis etiam infidelij viuente poterit contrahere, can. ſi. §. ſi. 28. q. 2.

Coniuox vterque ſi ad ſidem conuerſus fuerit, vel ſi vterque ab initio fuit fidelis, licet alter eorum à fide diſcedat, alter nullo modo poterit contrahere, d. §. ſi.

Coniuges ſibi communicant actiones, ſed non paſſiones, gl. pe. in can. qui ſpiritualem, 30. q. 4.

Coniugum vnus quæ agit, reliquus intelligitur agere, cùm ſint vna caro, ibid

Coniugum concubitus poteſt dici caſtitas, gl. 1. in can. quod ſi, 32. q. 1.

Coniugum debet eſſe vnum corpus, & vnus animus, can. de nepis, 32. q. 2.

Coniugum alter ſi adulteretur, adulterans tenetur reddere debitum alteri, gl. 1. in can. in coniugio, 32. q. 1.

7 Coniuna dicitur illa, quæ cauſa incontinentiæ ducitur, non ſecundum primam inſtitutionem matrimonij factam cauſa prolis tantum, & gratia multiplicandi generis humani, ſed ſecundum ſecundam inſtitutionem factam poſt peccatum cauſa fornicationis vitandæ: & vtraque inſtitutio facta eſt in Paradiſo, prima ante peccatum, ſecunda poſt. gl. 1. in ſumma, 32. q. 2.

Coniuges non dicuntur, ſed adulteri, illi qui non coniunguntur ſecundum præcepta Chriſti, can. ſicut, 32. q. 2.

Coniuges ſunt, qui cauſa ſolius incontinentiæ ſibimet inuicem copulantur, can. ſolet, 32. q. 2.

Coniuges non ſunt, qui eo animo ſunt coniuncti, vt prolis generationem impediant, gl. etſi in can. aliquando, 32. q. 2.

Coniunx attentans occidere ſuum coniugem, poteſt cogi ad teſtificandum ſeruus vtriuſque, can. ſi forte. De pœnitentia, diſt. 1.

Coniunx iuſtam cauſam diuertendi à coniuge habet, cuius ſuus vel ſua coniunx machinatur mortem, gl. ſi. ibid.

Coniuna tenetur ſemper reddere debitum, gl. 1. in ſumma, 33. q. 4.

Coniunx tempore orationis, de præcepto non debet cognoſcere coniugem, cauſa ſaturandæ libidinis; & cognoſcendo eam in eo tempore peccat mortaliter: de conſilio tamen tenetur abſtinere, vbi vult cognoſcere eam cauſa ſobolis, vel vitandæ fornicationis, d. gl. 1. ibid.

Coniuges vacare non poſſunt orationi, niſi ex communi conſenſu, can. Apoſtolus, 33. q. 4.

Coniuges debent ſe abſtinere de conſilio à coniugali opere, diebus Natalis Domini, ac alijs feſtiuitatibus, can. quotieſcumque, can. ſi cauſa, & ibi gl. conceptus, & can. Chriſtiana, & ibi gl. à licitis, 33. q. 4

Coniuges licet ſint pares quantum ad votum continentiæ: non tamen quantum ad votum abſtinentiæ, gl. 2. in can. manifeſtum, 33. q. 5. 8

Coniugum confeſſioni relinquitur, vbi nullus de eorum conſanguinitate iureiurando affirmat, can. ſi duo, 35. q. 6.

Coniuges non admittuntur, vbi turpitudinem allegant, nec familiares teſtes, gl. 2. ibid.

Coniuges non debent ſeparari, qui infra ſeptimam generationem ignoranter in matrimonio per multa annorum curricula ſunt inuenti, can. de gradibus, 35. q. 8.

Coniuges ſe inuicem cognoſcentes dicuntur ſeruare caſtitatem, can. Nicæna, diſt. 31.

Coniugum affectioni ſtatur & creditur, quod aliquis non ſit filius eorum: & è contra creditur eis aſſerentibus, quod aliquis ſit eorum filius, gl. 2. in cap. per tuas. De probatio.

Coniunx ante Sanctam Communionem debet abſtinere à propria vxore, tribus aut quatuor, aut octo diebus, quantum in ſe eſt, vt non exigat debitum: & hoc de conſilio, ſed non de præcepto, can. omnis homo, & ibi gl. 1. De conſecrat. diſt. 2.

Coniuges, ante benedictionem ſacerdotalem in templo ſuſcipiendam, non debent cohabitare in eadem domo. Concil. Trid. ſſ. 24. De reform. matri. cap. 1. vers. præterea.

Coniugibus benedictio ſacerdotalis in templo ſuſcipienda debet fieri a proprio parocho: neque ab alio ſacerdote debet fieri, niſi à parocho vel ab Ordinario licentia ad prædictam benedictionem faciendam concedatur ei. d. cap. 1. verſ. præterea.

Coniuges antequam contrahunt matrimonium, vel ſaltem triduo ante conſummationem matrimonij, vt ſua peccata diligenter confiteantur, & ad ſanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum piè accedant, hortatur Concil. Triden. d. cap. 1. in ſi.

Reliqua in verbo, Caſtitas. Mulier. Vxor.

CONIVNCTA perſona poteſt impetrare reſcriptum ad lites, etiam ſine mandato domini: licet ad id, ſi non fuiſſet coniuncta perſona, requireretur ſpeciale mandatum, cap. nonnulli, §. ſi. De reſcript.

Coniunctæ perſonæ, puta liberi, parentes, fratres & affines, & liberti agere poſſunt ſine mandato pro coniunctis perſonis: dummodo contraria voluntas non appareat, gl. perſonis, in cap. ex parte, 33. De reſcript.

Coniuncta perſona admittitur pro coniuncta ad agendum cum cautione de rato, cap. coram, 34. & ibi gl. 1. De officio deleg.

Coniuncta perſona etiam ſine mandato in ſpiritualibus auditur agens pro fratre: cauere tamen debet de rato, alias non obeſſet, gl. 1. in cap. cum pridem. De pactis.

Coniunctæ perſonæ ſatis dici poſſunt confratres eiuſdem Eccleſiæ, gl. 2. in cap. ſi. De poſtulando.

Coniuncta perſona poteſt pro coniuncta impetrare literas ſine mandato: dum tamen non appareat contraria voluntas, ibidem.

inter Coniunctas perſonas numerantur clerici, gl. 1. in cap. 2. De procurator.

Coniuncta perſona ſine mandato admittitur cum ſatiſdatione de rato, niſi conſtet de contraria voluntate domini: quandoque tamen admittitur etiam contra eius voluntatem, putà pro libertate, pro defenſione condemnati, ibid.

Coniuncta perſona admittitur pro coniuncta ad agendum: dummodo contraria voluntas non appareat, gl. 1. in cap. conſtitutus. De in integr. reſtitut.

Coniuncta perſona non admittitur pro coniuncta in cauſa reſtitutionis ad agendum: niſi conſtaret de voluntate ipſius, ibidem.

Coniuncta perſona repellitur, ſi aget contra voluntatem aliorum, gl. 2. in cap. cum olim, 34. De teſtibus.

inter Coniunctas perſonas naturale fœdus non permittit turpe aliquid ſuſpicari, cap. pe. De præſumption.

Coniunctarum perſonarum ſeparatio dura eſt, putà mariti ab vxore, filiorum à parentibus, gl. 1. in can. cum omnibus, diſt. 61.

Coniuncta quædam efficiuntur valida, quorum quodlibet per ſe ſeparatim eſt inualidum: veluti fama, & teſtimonium vnius teſtis, gl. poſſeſſionis, in can. pen. §. quod ſi mala, 26. q. 6.

CON.

CONIVNCTIO perſonæ ſupplet defectum mandati, in ſpectantibus ad coniunctam perſonam iure priuato: ſed in ſpectantibus iure publico, non, gl. imperante, in cap. 2. De poſtulando.
Coniunctio Eccleſiæ & clerici maior eſt, quàm Eccleſiæ ſubiectæ, cap. ſi. eod.
Coniunctio infidelium non eſt de fide: & ideo peccatum eſt, in ſumma, 28. q. 1.

Reliqua in verbo, Confeſſio. 9. 11. Mandatum. 15. Frater. 1. Maritus. 1.

CONIVRATIONEM facientes contra ſuum Epiſcopum, clerici quidem deponendi ſunt, & tradendi curiæ ſæculari vt puniantur: laici vero ſunt excommunicandi, & communione priuandi, gl. 1. in cap. ſi. De teſtibus cogend.
ad Coniurationem detegendam admitti poſſunt ſocij, & etiam iurati, gl. auctores, in cap. 1. De teſtibus, lib. 6.
Coniurationes per ſuperbiam, diabolo inſtigante dicuntur fieri, can. ſi quis clericorum, 11. q. 1.
Coniuratio probatur, aut per ſcripturam, aut per Sacramentum initum inter iurationem facientes, ibid.
de Coniuratione conuictus, nullis probationibus in contrarium inductis, ſcilicet quod bono zelo factum ſit, non excuſatur, ibid.
Coniuratio omnis ſi eſt occulta, eſt illicita, gl. 1. ib.
Coniurationes, quæ fiunt ſuper re licita, licitæ ſunt ad probandum malum & illicitum: ſed ſuper re illicita non tenent, ibid.
Coniuratio in licitis admittitur, putà ſubditorum contra Epiſcopum, vel principem hæreticum: ſed in illicitis non admittitur, gl. 1. in can. ſane, 16. q. 7.
Coniuratores deponuntur, ſi clerici fuerint: ſi laici, excommunicantur, can. coniurationum, 11. q. 1.
Coniurare, eſt ſimul, vel in vnum iurare, gl. canonicas, in can. 2. §. cæterum. De verb. ſignific. lib. 6.

Reliqua in verbo, Confœderationes. Confœderatores.

CONNEXA quando ſunt duo, prohibito vno, prohibitum eſt reliquum, gl. ſubrogari, in can. hæc quippe, 3. q. 6.
in Connexorum & cohærentium vno quod iuris eſt, idem iuris eſt in altero, gl. 2. in ſumma, & gl. neutram, in can. ſi quis obiecerit, 2. q. 3. gl. dicere, in can. quo iure, diſt. 8. cap. quanto. De iudicijs.
Connexorum vnum habens, & reliquum debet habere, gl. ſi. in cap. quia ſæpe, 15. De præbend. l. 6.
in Connexorum vtroque idem eſt iudicium, vbi alterum ſine altero eſſe non contingit: & vbi eadem eſt ratio in vtroque caſu: ſecus vbi eſt diuerſa ratio, gl. ſi. in cap. præterea, 5. De officio deleg.
Connexorum alterum ſuſcipiens, tenetur ad reliquum, gl. remoueantur, in cap. cum in cunctis, §. inferiora. De elect.
de Connexorum vno ſtatutum, extenditur ad aliud connexum, cap. translato. De conſtitut.
Connexitatis ratione quandoque aliquid admittitur, quod aliter non admitteretur, gl. ſi. in cap. tactis. De ſepulturis, gl. ſi. in can. nolite, 12. q. 3.
Connexitatis ratione aliquid quandoque permittitur, gl. ſubrogari, in can. hæc quippe, 3. q. 6.

Reliqua in verbo, Annexio.

CONNVBIA inter alienigenas fidei ſunt prohibita de iure gentium, can. ius gentium, diſt. 1.
Connubiorum appellatione poſſunt comprehendi etiam illegitima matrimonia, can. ſi gens, diſt. 56.
Connubij appellatione quandoque comprehenditur matrimonium carnali copula conſummatum, cap. Martinus, & ibi gl. pe. De cognat. ſpirit.
Connubia legitima carent peccato: non tamen datur præſentia Spiritus Sancti, tempore quo coniugales actus geruntur, quia per illos carneus efficitur totus, can. connubia, & ibi gl. 2. 32. q. 2.

Reliqua in verbo, Coniugium. Matrimonium.

1 **CONRADVS** filius Friderici quondam Imperatoris, & in Concilio Lugdunenſi damnati de hæreſi, ne eligeretur, vel nominaretur in Regem Romanorum, ab Alexandro 4. fuit conſtitutione ſua decretum, extrauag. firma prefecto. Alexandri 4.
CONSANGVINITAS probata poteſt etiam publicatis atteſtationibus improbari, gl. in hoc caſu, in cap. cum in tua, 44. De teſtib.
Conſanguinitatis omnes gradus prohibiti dicuntur prohibiti lege humana, & non diuina: pauci vero ſunt prohibiti lege diuina, cap. licet ex quadam, 47. eod.
ad Conſanguinitatem directe probandam non ſufficit, quod duo teſtes de auditu dicant de conſanguinitatis gradu ex vno latere, & alij duo teſtes ex alio latere: ſed oportet quod ſaltem duo teſtes dicant de conſanguinitate ex vtroque latere: ſi vero deponant de ſcientia, tunc ſufficeret, gl. gradus, ibid.
ad Conſanguinitatem probandam non eſt neceſſe incipere à primo ſtipite, idest à communi parente, à quo iſti deſcendunt: ſed ſatis eſt incipere à primo gradu, à fratribus vel ſororibus, cap. ſeries, 26. & ibi gl. 1. De teſtibus.
ex Conſanguinitate & proximitate quædam præſumuntur, quæ aliàs non præſumerentur, cap. tuam. De ætate & qualit.
in Conſanguinitatis computatione, incipiendum eſt ab ſtipite, vel à duobus fratribus, cap. tua nos. De conſang. & affinitat.
Conſanguinitas quandoque elidit ſuſpicionem, gl. carnalitatem, in cap. 1. Vt Eccleſiaſt. benef. ſine dim. & gl. ac fratribus, in can. pe. 10. q. 2.
Conſanguinitatis, vel affinitatis impedimentum ad matrimonium contrahendum, non extenditur hodie vltra quartum gradum, gl. pe. in cap. 2. De conſang. & affinit.
Conſanguinitas eſt vinculum perſonarum ab eodem ſtipite deſcendentium, carnali propagine contractum. In arbore conſang.
Conſanguinitas dicitur quaſi ſanguinis vnitas, ibid.
ad Conſanguinitatem probandam admittuntur parentes, & conſanguinei, in cauſa matrimoniali, cap. 3. & ibi pe. Qui matrimonium accuſ.
Conſanguinitas vltra ſecundum gradum non poteſt eſſe notoria: ſed fama poteſt eſſe publica, gl. pe. in cap. porro. De diuortijs. 2
Conſanguinitas extenditur vſque ad quartam generationem, gl. ad hæredes, in cap. pe. De pœnis.
Conſanguinitas intra quartum gradum impedit matrimonium contrahi, gl. conſanguinitatis, in cap. 2. De ſponſalib. lib. 6.
Conſanguinitas impedit & dirimit matrimonium, can. conſanguineorum, 3. q. 4.
Conſanguinitas non impedit matrimonium: ſed conſtitutio Eccleſiæ, gl. 1. in can. 2. 35. q. 1.
Conſanguinitatis copula præcepta fuit propter idolatriam fugiendam: & quæ fuit olim permiſſa cauſa miniſterij hodie eſt prohibita, can. 1. §. hac itaque, 35. q. 1.
Conſanguinitas eadem eſt obſeruanda in parentela propria, & coniugis, can. ſane, 35. q. 2.
Conſanguinitatis coniunctio vſque ad ſextum gradum prohibetur: & conſanguinitas vſque ad ſextum gradum ſtatuta fuit: vt ſicut ſex ætatibus mundi generatio & hominis ſtatus finitur, ita propinquitas generis tot gradibus terminetur, in ſumma, & can. 1. 35. q. 4.
Conſanguinitatis gradus computatur ſic, filius, & filia, qui ſunt frater & ſoror, ſit truncus: ex his procedunt nepos neptis, primus gradus: pronepos proneptis, ſecundus; abnepos abneptis, tertius; adnepos adneptis, quartus; trinepos trineptis, quintus; trinepotis filius trineptis filia, ſextus, can. ferrea, 35. q. 5.
Conſanguinitas eſt attinentia perſonarum ex eo proueniens, quia vna deſcendit ab altera: vel ambæ ab eadem in arbore conſanguinitatis, verſ. deinde, 35. q. 5. 3
Conſanguinitas eſt vinculum perſonarum ab eodem ſtipite deſcendentium, carnali propagine contractum, ibid.
Conſanguinitas dicitur quaſi ſanguinis vnitas, à con & ſanguine: quia de communi ſanguine deſcendunt, ibid.
in Conſanguinitatis cauſa non debent recipi peregrini, aduenæ, & alienigenæ, gl. 1. in can. conſanguineos, 35. q. 6.
de Conſanguinitate coniugum vbi non apparet teſtibus, relinquitur eorum confeſſioni, can. ſi duo, 35. q. 6.
Conſanguinitas non probatur per coniuges, niſi fama concurrat: nam ſine fama non ſufficit eorum confeſſio, gl. 1. & 2. ibid.
in Conſanguinitatis cauſa ſi adeſt præſumptio violenta cum fama, ſufficit, d. gl. 1. ibid.
in Conſanguinitatis cauſa poteſt quis ferre teſtimonium de his quæ recenter didicit, non poſt motam quæſtionem, gl. poſtmodum, in can. Epiſcopus, 35. q. 6.
de Conſanguinitate, teſtes quo modo debeant iurare, præſcribitur, in can. de parentela, 35. q. 6.
Conſanguinitatis & affinitatis eos tantum gradus, qui Leuitico exprimuntur, ſi quis dixerit poſſe impedire matrimonium contrahendum, & dirimere contractum, nec poſſe Eccleſiam in nonnullis illorum diſpenſare, aut conſtituere, vt plures impediant, vel dirimant: anathema ſit. Concil. Trid. ſſ. 24. De ſacramento matrimon. can. 3.

Reliqua in verbo, Coniunx. 3. 8. Gradus. Matrimonium. 30. 39. vſque 43. 44. vſque 54. Exceptio. 3. Teſtis. 43. 44. 45. Impedimentum. per totum. Linea. Maritus. 3.

CONSANGVINEVS vtriuſque partis litigantium, in cauſa ciuili admittitur ad teſtificandum, quia par cauſa affectionis ſuſpicionem fraudis excludit, gl. ſi. in can. conſanguinei, 3. q. 5. 1
Conſanguinei & familiares ac domeſtici contra extraneos non teſtificantur: inter ſe tamen admittuntur conſanguinei, ſi partes conſentiant, ibid.
Conſanguinei, ſiue remoti, ſiue propinqui, in teſtimonium admittuntur, licet non poſſint eſſe iudices: quia minor cauſa repellit iudicem, quàm teſtem, d. gl. ſi.
Conſanguinei ad teſtimonium non admittuntur in cauſa conſanguinei.

guinei : etiamſi tales appareant, qui veritatem gratiæ prapo-
nant, gl. 1. in ſumma, 3. q. 5.

Conſanguinei ad teſtimonium admittuntur in cauſa conſangui-
neorum, vbi agitur de conſanguinitate probanda, vel im-
probanda, ibid.

Conſanguinei contrahentes matrimonium incurrunt infamiam :
& vltra hoc hodie ſunt etiam excommunicati, cap. conſan-
guineorum, 3. q. 4.

Conſanguinei præferuntur in conſanguinitate probanda & com-
putanda, quia ipſi melius ſciunt ſuam genealogiam, quam
extranei, gl. ſuis, in cap licet ex quadam, 47. De
teſtib.

Conſanguineus pro conſanguineo non admittitur, in cauſa cri-
minali, gl. 2. in cap. cum dilecti, 18. De accuſat.

Conſanguineam ſuam ſi quis deſponſauerit, vel aliam cum
qua ipſe contrahere non poterat, & iden ſeperetur ab ea,
nullus de conſanguinitate ſua eam ducere poteſt, gl. 1. in
can. ſi quis, 27. q. 2.

2 Conſanguineorum coniunctiones ex cauſa neceſſitatis permiſſæ
fuerant : nam cum vnus vir ab initio, & vna mulier ex la-
tere eius formaretur, neceſſario fratres cum ſororibus copu-
labantur, in ſumma, 35. q. 1.

Conſanguineorum coniunctio tanto damnabilius vſurpatur, quan-
to minus neceſſaria probatur, ib.

Conſanguineas ducentes vxores, infamia notantur, gl. con-
iunctiones, in can. 2. 35. q. 2.

Conſanguineorum coniunctiones ſunt prohibitæ lege diuina, &
humana, d. can. 2.

Conſanguineam vel affinem, vſque ad ſeptimum gradum, non
licet alicui ducere vxorem, can. nullum, 35. q. 2. can. pro-
geniem, & can. nullı, ibid.

à Conſanguineis proprijs, vel vxoris, æqualiter debet quis ab-
ſtinere, can. æqualiter, 35. q. 2.

Conſanguinei & affines primi generis prohibentur coniungi iure
Canonico, vſque ad ſeptimum gradum : ſed poſtea hoc re-
ſtrictum fuit vſque ad quartum gradum. In arbore affinita-
tis, ad ſi. 33. q. 5.

3 Conſanguinei cum conſanguineis, & frater cum ſorore, ab ini-
tio propter neceſſitatem, recte poterant coniungi : poſtea cre-
ſcente humano genere, in Leuitico duodecim perſonæ tan-
tum copulari prohibebantur : deinde iure Canonico vſque ad
ſeptimum : poſtea vſque ad quartum gradum nuptias contra-
here prohibebantur. In arbore affinitatis, ad ſi. 35. q. 5.

Conſanguinei præferuntur extraneis, quando ſuper matrimonio
eſt quæſtio : quia ipſi melius poſſunt ſcire ſuam conſanguini-
tatem, cum chartis, cum teſtibus, cum recitatione maio-
rum, & alijs argumentis, gl. 1. in ſumma, 35. q. 6.

Conſanguinei quod admittantur ad teſtimonium, intellige cum
agitur tantum de conſanguinitate : nam ſi ſuper alio agere-
tur, non ſunt admittendi, ibid.

Conſanguinei admittuntur, imo præferuntur cæteris perſonis,
in cauſa conſanguinitatis, gl. 1. in can. conſanguineos,
35. q. 6.

Conſanguinei dicuntur propinqui, cap. quoties. De teſtibus.

Conſanguinei admittuntur in teſtem, ad probandam conſangui-
nitatem : imo illi præferuntur ad probandam eam, ibid.

in Conſanguineorum defectum admittuntur extranei ſeniores ad
conſanguinitatem probandam, ibidem.

*Reliqua in verbo, Abraham. Beneficiatus. n. 8. Conſan-
guinitas. Matrimonium. 44. vſque 54. Epiſco-
pus. 43. 48. 177. 179. Laicus. 3.
Teſtis. 43. 44. 45.*

1 **CONSCIENTIA** alicuius probatur per eius iuramentum,
cap. Paſtoralis. De exceptio.

contra Conſcientiam faciens, peccat mortaliter, cap. ſi. De
præſcriptio.

contra Conſcientiam veniens ædificat ad gehennam, cap. lite-
ras, verſ. ſane. De reſtit. ſpoliat. gl. conſcientia, in cap.
ad aures. De reſtit. ſpoliat.

Conſcientiam ſuam potius debet ſequi quis, quàm ſententiam
Eccleſiæ, d. cap. literas.

Conſcientia quamquam erronea & ſcrupuloſa, ſequenda eſt,
ſi non poteſt cum iure informari, cap. ad aures. De ætate
& qualitat.

Conſcientiæ eligentium ſunt examinandæ, ſicut conſcientia ac-
cuſatoris, gl. 1. in cap. dudum, 22. De electione.

Conſcientia debet eſſe informata iudicio rationis, & ſecundum
Deum : alias non excuſaret, cap. conſtitutus, 46 De ap-
pellat.

Conſcientiæ puritati non debet deeſſe iudicium rationis : vnde
ex conſcientia ſcrupuloſa non eſt quis commendandus,
ſed potius eſt reprehendendus, cap. & ſi quæſtiones, 18.
De ſimonia.

contra Conſcientiam nullus debet venire ; aliàs peccat mortali-
ter, cap. per tuas, 35. & ibi gl. 2. eod.

Conſcientia erronea deponenda eſt, ibid.

contra Conſcientiam non debet quis promoueri ab Epiſcopo,
quem credit ſimoniacum ; niſi prius eam deponat : quia qui
facit contra conſcientiam, ædificat ad gehennam, d. gl. 2.

de Conſcientia alicuius cum quæritur, ſtatur eius iuramento,
præcipue ſi eſt bonæ famæ, gl. ſi eſt ita, in cap. ex lite-
ris. De homicid.

in Conſcientia vel animo alicuius quando aliquid conſiſtit,
admittitur probatio per iuramentum, gl. 1. in cap. pe. De
crimine falſi.

de Conſcientia alicuius quando dubitatur, vel quæritur, ſoli
eius iuramento creditur, gl. pe. in cap. ſi vero. De ſen-
tentia excommunicat.

contra Conſcientiæ legem non eſt obediendum ſuperiori, etiam
Papæ, cap. inquiſitioni, 44. eod.

contra Conſcientiam temerariam non debet quis aliquid ope-
rari : ſed debet eam prius deponere ad conſilium prælati,
ibidem.

Conſcientia non regulata ratione inducit diſpendium ſalutis æter-
næ, cap. 2. De regular. lib. 6.

Conſcientiæ alicuius quandoque relinquitur, propter defectum 2
probationis, clem. 1. §. fane. De foro compet. & clem.
dudum, §. huiuſmodi. De ſepultur.

Conſcientia alicuius quandoque per Papam oneratur, gl. ve-
rum, in clem. exiui, §. ſi. De verb. ſign. extrauag. poſtu-
lati. De præbend. inter commun.

Conſcientiæ ſuæ relinquitur, quando quis eſt incorrigibilis : &
correctio non poteſt fieri ſine ſcandalo, can. denique, §.
de ipſa, diſt. 4.

Conſcientia ſola damnandos accuſabit, gl. dicturi, in can. ſi
quis Diaconus, diſt. 50.

Conſcientiam ſuam debet quis ſollicite inueſtigare, can. qui ſine
peccato, 3. q. 7.

Conſcientia vnumquemque indicat. can. pe. 8. q. 1.

Conſcientiæ ſuæ ſatisfacere ſufficit cuilibet, quoad Deum, can.
ſcienti, 22. q. 3.

Conſcientia ſola vnumquemque iudicat, damnat, & accuſat. d.
can. ſcienti. & can. inter verba, 11. q. 3.

Conſcientia quos iuſtificat, ipſi aliorum maledicta non timeant,
can. in cunctis, 21. q. 3.

Conſcientia nobis, & fama proximis eſt neceſſaria, can. non
ſunt audiendi, 11. q. 3.

Conſcientia ſola nobis ſufficit apud illos, qui parati ſunt ſolum
reprehendere : apud illos vero, qui parati ſunt imitari, ſola
conſcientia non ſufficit : ſequuntur enim non ſolum conſcien-
tia, ſed etiam bona fama, ibid.

Conſcientia noſtra ſufficit nobis : hoc verum eſt quantum ad
nos : ſed quantum ad alios, fama noſtra nobis eſt neceſſaria,
can. nolo, 12. q. 1.

Conſcientiæ erroneæ non ſatisfaciens mortaliter peccat, gl. 1.
in can. ſi quis ad peccatum, 22. q. 4.

Conſcientia dupliciter ſumitur ; quandoque dicitur conſcientia
delicti, quandoque dicitur morſus peccati, gl. conſcientia,
in can. illi Rex. De pœnitentia, diſt. 3.

Conſcientia ſola non ſufficit ſemper, ſed fama eſt neceſſaria :
quod verum eſt cum quis habitat tantum cum bonis, vel
etiam cum malis, qui parati ſunt imitari, gl. 2. in can. vi-
uemus. De conſecrat. diſt. 2.

Reliqua in verbo, Iuramentum, 5. 14. 25. 27 29.

CONSECRATIO Epiſcopi, quoad ſubſtantiam vinculi ſpi-
ritualis, nihil addit : ſed ex ſola confirmatione fit indiſſolubi-
le illud vinculum, cap. inter corporalia. De translat.
Epiſcop.

in Conſecratione recipienda ſeruanda eſt conſuetudo, cap. ni-
hil, 44. ad ſi. De elect.

de Conſecrationis ſubſtantia non eſt Miſſa, ſed propter ordina-
tionem Eccleſiæ, & reuerentiam Sacramenti, non debet fieri
conſecratio ſine Miſſa, gl. diuidatur, in cap. quod ſicut, 28.
§. ſuper eo. De electione.

Conſecrationes Epiſcoporum & Eccleſiarum, & confectio chriſ-
matis, & collatio ordinum debent fieri cum Miſſa : & ita or-
dinauit Eccleſia, propter virtutem & reuerentiam Sacramen-
torum & Ordinum : ſed id non eſt de forma ſubſtantiali :
nam etiam ſine Miſſa conſecrationes & collationes ordi-
num factæ valent ; licet punirentur ſic ordinatus & ordina-
ti, ibidem.

Conſecrationis Epiſcopi Miſſa finita, Epiſcopus nouiter conſe-
cratus, poteſt celebrare, & ordines minores conferre : ſed
non maiores, ibid.

Conſecratio virginum debet fieri diebus Dominicis, cap. 2. De
tempore ordinat.

de Conſecrationis ſubſtantia & forma exiguntur ſaltem tres
Epiſcopi, cap. ſi Archiepiſcopus, & cap. ſeq. & ibi gl.
ſine, eod.

in Conſecratione Suffraganei, neceſſario Archiepiſcopus non
adeſt, vt conſecrans : ſed vt iubens, vt conſecratio fiat,
ibidem.

Conſecratio Suffraganei non poteſt fieri abſque conſenſu Metro-
politani, ibid.

Conſecrationis actui aſſiſtentes omnes pariter in conſecratione
operantur, ibid.

in Conſecrationibus Epiſcoporum faciendis, debet attendi con-
ſuetudo Eccleſiæ Romanæ, in modo & forma conſecrandi :
& non valet conſuetudo, per quam alteratur illa forma,
cap. 1. De ſacra vnctione.

in Conſecratione Epiſcopi forma ſubſtantialis eſt, quod fiat
vnctio in capite, & manibus, ibid.

in Conſecratione Epiſcopi requiritur, quod adſint tres Epiſ-
copi, & quod vnus principaliter conſecret, & alij aſ- 3

ſiſtant

ſiſtent conſecranti, d. cap. 1. & ibi gl. aſſiſtentibus.
in Conſecratione Epiſcopi junguntur ei manus, dicendo: *Conſecrare & ſanctificare digneris Domine manus iſtas, per iſtam unctionem, & per noſtram benedictionem: ut quæcunque conſecraverint, conſecrentur: & quæcumque benedixerint, benedicantur, in nomine Domini*: & hæc forma etiam dicitur in benedictione presbyterorum, d. cap. 1. §. manus, & ibi gl. benedixerint, & can. generaliter, §. pen. 16. q. 1.
Conſecratio à non Catholico, non prodeſt quoad executionem, cap. quod ſedem. De officio Ordin.
Conſecrationis actus delegari poteſt, cap. cum olim. De dolo & contumac.
Conſecratio alia eſt Eccleſiæ, alia eſt altaris, gl. pe. in cap. 1. De conſecrat. Eccleſ.
Conſecrationes Eccleſiarum, vel altarium, quolibet die poſſunt fieri, cap. 2. & ibi gl. 1. eod.
ad Conſecrationem petendam dantur tres menſes, gl. pe. in cap. ſi electio. De elect. lib. 6.
Conſecrationem debet præcedere confirmatio, cap. provida, 44. eod.
Conſecratio nulla non vitiat electionem prius factam, gl. firmitatis, ibid.
3 Conſecratio Epiſcopi facta non præcedente confirmatione eſt nulla: intellige quoad executionem ordinis Epiſcopalis: ſed verus Epiſcopalis ordo collatus cenſetur illi, ex tali conſecratione, ibid.
in Conſecratione Epiſcopi imprimitur character, gl. firmitatis, & ibi add. marg. ibid.
Conſecratio nihil addit electo, & confirmato, quoad officium juriſdictionis, clem. 2. De reſcript.
Conſecratio ad Epiſcopatum jure poſitivo poteſt reddi nulla, cap. in pleriſque, & ibi gl. & populo. De electione.
de Conſecrationis Epiſcopi ſubſtantia non eſt liber. gl. 1. in can. Epiſcopus, diſt. 23.
Conſecratio rei animatæ, & inanimatæ eſt diverſa, gl. ſi. in can. frequens, diſt. 54.
Conſecrationis appellatione comprehenditur etiam ordinatio quorumcunque ordinum, can. pœnitentes, diſt. 55.
Conſecratio Epiſcopi debet fieri hora tertia, quia Spiritus Sanctus hora tertia in igneis linguis venit Apoſtolis: & quia illa hora Dominus crucifixus eſt, & illa hora Paulum & Barnabam conſecrarunt, gl. 3. in can. 1. diſt. 75.
Conſecratio Epiſcoporum differri non debet ultra tres menſes, à tempore confirmationis, can. 2. diſt. 75.
Conſecratio poteſt differri quandoque per totam vitam electi Epiſcopi, maxime confirmati: ut quia non reperitur idoneus in Eccleſia, niſi in minoribus ordinibus, gl. neceſſitas, ibid.
ex Conſecratione provenientia in ſuum ius nemo debet convertere vi vel munere, can. res Eccleſiæ, 1. q. 3.
4 Conſecratio altaris large ſumptum eſt Sacramentum, cum ſit ſacræ rei ſignum, & id pretio non debet fieri, can. ſi. & ibi gl. conſecrationis, 1. q. 3.
Conſecratio non poteſt appellari, quæ fit ab excommunicatis, intellige quoad executionem, can. 1. 9. q. 1.
Conſecratio rei inanimatæ alienæ tollit dominium: ſecus in re animata: nam ſi ſeruus alicuius ſuit conſecratus, bene reſtituitur domino ſuo, quia cum ſeruus ſit res animata, deliquit permittendo ſe ordinari: ſed res inanimata in nullo deliquit, can. comperimus, 24. q. 6.
Conſecratio chriſmatis, & puellarum, ad Epiſcopale officium, non ad Sacerdotale pertinet, can. 1. & 2. & ibi gl. 1. 26. q. 6.
Conſecratio Eccleſiarum, & Miſſarum celebratio, non debet fieri alibi, quam in ſacratis Domino locis, abſque magna neceſſitate in ſumma. De conſecrat. diſt. 1.
ad Conſecrationem Eccleſiæ non eſt de ſubſtantia, quod interueniat Miſſa; nam ſine ea poteſt conſecrari, gl. 2. in can. nunca. De conſecrat. diſt. 1.
Conſecratio Eccleſiæ differt a conſecratione Altaris, gl. 1. in can. Eccleſiæ, & gl. 2. in can. ſi motum. De conſecrat. diſt. 1.
Conſecratio altaris fieri debet, quando altare motatum eſt, ita quod formam per diminutionem vel augmentum amiſit: vel tabula ſuperior eſt fracta ultra medietatem, gl. 1. in d. can. ſi motum. De conſecrat. diſt. 1.
Conſecratio altaris debet fieri, quando eſt motatum in coniunctione menſæ, id eſt lapidis ſuperioris & ſtructuræ inferioris, ſed ſi altario fiat aliquod addimentum, non ob hoc execratur, ſed ſacrum erahit non ſacrum: dum tamen non mutetur multum coniunctio menſæ & ſtructuræ inferioris, ibidem.
5 Conſecratio Eccleſiæ maxime conſiſtit in vnctione exteriore, & coniunctione, & oppoſitione lapidum, gl. 1. in can. Eccleſia ſemel. De conſecratione, diſt. 1.
Conſecrationis corporis & ſanguinis Chriſti verbis ea vis eſt data, quod ad prolationem illorum verborum fiat tranſſubſtantiatio, gl. corpus, in can. timorem. De conſecrat. diſt. 2.
Conſecrationis verba licet ſucceſſiue proferantur, non tamen conſecratio fit ſucceſſiva, ſed in uno inſtanti corrumpitur panis, id eſt in ultimo inſtanti prolationis verborum, gl. 1. in can. ante benedictionem. De conſecrat. diſt. 2.

Conſecratio Epiſcopi, ſi extra curiam Romanam fiat, in Eccleſia ad quam promotus fuerit, aut in Provincia, ſi commode fieri poteſt, debet celebrari, Concil. Trident. ſſ. 23. De reform. cap. 2.

Reliqua in verbo, Altare. Archiepiſcopus. n. 10. 11. *Epiſcopus.* 67. *uſque* 74. *Eccleſia.* 122. *uſque* 130. *Tranſubſtantiatio.*

CONSECRARI dicitur Epiſcopus; ordinari verò dicitur clericus, cap. 2. §. diebus. De feriis.
Conſecrari poſſunt ſimul plura altaria, item & plures Epiſcopi cap. cum iis. De conſecrat. Eccleſiæ.
Conſecrari non debet Eccleſia, neque altare, eo quod tectum corruerit; ſi parietes remanſerunt illæſi, & menſa altaris non ſit enormiter tracta, cap. ligneis, 6. eod.
Conſecrare eſt cum alio ſacrare, gl. 1. in can. Epiſcopus, diſt. 23.
Conſecrare Epiſcopum non poteſt ſolus Epiſcopus, ibidem.
Conſecrandi verbum poteſt etiam congruere monialibus, can. ſanctimonialis, diſt. 23.
Conſecrandi verbum refertur non ſolum ad conſecrationem Epiſcoporum, ſed etiam ad inferiorum ordinationem, can. nulli, diſt. 54.
Conſecrare eſt ſimul ſacrare, can. pudenda, 24. q. 1.
Conſecrandi poteſtas non poteſt committi, niſi habenti poteſtatem conſecrandi, cap. quod ſedem. De officio Ordin.
Conſecrandi poteſtate poteſt Papa aliquem privare, ibid.
Conſecrans poteſt eſſe, quod ſit inferior conſecrato; ut quando Papa conſecratur à Cardinalibus Epiſcopis: & Metropolitanus à Suffraganeis, gl. funguntur, in can. in nomine, diſt. 23.

Reliqua in verbo, Alienum. Baſilica. Eccleſia. 122. *uſque* 130. *Epiſcopus.* 67. *uſque* 94.

CONSECRATVM ſemel Deo ad vſus profanos & humanos redita non debet, gl. ſi. in cap. pe De immun. Eccleſ.
Conſecrato oleo ſi miſceatur oleum non conſecratum totum ſit conſecratum, cap. 3. De conſecrat. Eccleſiæ.
Conſecrata ſemel re propria, vel aliena Deo, non poteſt amplius in vſus profanos converti, gl. 2. in reg. ſemel Deo, 51. De reg. iuris, lib. 6.
Conſecratus ordine ſacro ſeruus alienus Domino redditur, ſed res inanimata aliena conſecrata non: quia in rebus inanimatis nullus perpenditur dolus: cum etiam quia conſecratio eſt in ſuperficie: ſed in conſecratione hominis eſt in anima, gl. ſi. in can. frequens, diſt. 54.
Conſecratus ab eo, quem certum erat conſecrandi ius habere, iterum conſecrari non debet, can. 2. diſt. 68.
Conſecratus ab eo, quem non conſtat ius conſecrandi habuiſſe, iterum conſecrandus eſt: quia ſi ille conſecrandi ius non habuit, iſte ex olei effuſione nihil conſecrationis accepit: quod ſi ius conſecrandi habuit, in prima vnctione conſecrationem conſecutus eſt; in ſecunda non reiteratur conſecratio, ſed ſola vnctio, can. 2. diſt. 68.
Conſecrata res inanimata non reſtituitur domino: ſecus in re animata, can. Epiſcopus, 7. q. 2.
Conſecratum domino ad ius ſacerdotis ſpectat, & auferens, inuadens, vel rapiens ſacrilegus iudicatur: & ad ſatisfactionem per excommunicationem compellitur, can. nulli, 12. q. 1.
Conſecrata res aliena non debet reſtitui domino, nec poteſt fieri profana, gl. ſi. in can. Apoſtolicos, 12. q. 2. can. comperimus, 24. q. 6.
Conſecrata ſi fuerit res alicuius Eccleſiæ, illi Eccleſiæ eſt reſtituenda, gl. 1. in d. can. comperimus.
Conſecrata ſemel non debent redire ad vſus laicorum, gl. ſi. in can. ligna. De conſecrat. diſt. 1.
Conſecratus ſemel iterum conſecrari non debet, can. & ſi illa, §. breuiter, 1. q. 7.

Reliqua in verbo, Alienum. Altare. Dout. 3. *Eccleſia.* 122. *uſque* 130. *Metropolitanus.* 2. 3. 4. & *Sanguis.*

CONSENSVS omnium requiritur in actu, qui Eccleſiæ præiudicat: nec hoc caſu ſtatur maiori numero, cap. ſi. De maior. & obed. 6
Conſenſus per dolum aut metum extortus in aliquo actu non valet, gl. 2. in cap. petitio 32. De iureiur.
Conſenſus alicuius vbi requiritur in aliquo actu, ſufficit quod interueniat ex poſtfacto, cap. cura 12. De iure patro.
Conſenſus alicuius, quando requiritur in aliquo actu, poteſt præſtari per ſuperiorem, ſi ille ſine iuſta cauſa denegat conſentire, cap. nullus, 17. eod.
in Conſenſu eodem præſumitur quis perdurare, cap. maiores, §. item quæritur. De baptiſmo.
Conſenſus ſuperueniens, ſi ſit liber, purgat metum præcedentem, qui cadebat in conſtantem virum, cap. De muliere. De ſponſalib.

Conſenſus non habet locum, vbi metus vel coactio intercedit: & vbi aſſenſus vtriuſque requiritur, coactionis materia repellitur, cap. cum locum 14. eod.

Conſenſus ſolus ſufficit ad hoc, vt alter coniugum poſſit ingredi monaſterium, gl. fi. in cap. pe. De raptorib.

per Conſenſum ſubſequentem tollitur vitium præcedens ortum ex diſſenſu, cap. fi. eod.

Conſenſus alicuius vbi requiritur in actu, debet intelligi, ſi conſentire poteſt abſque licentia alterius, cap. quam ſit. §. niſi De electione lib. 6.

Conſenſus abſentis vbi requiritur, debet dari dilatio longior vel breuior, iuxta remotionem abſentis, ibid.

Conſenſus abſentis vbi requiritur, certo determinato tempore, pro forma, & ſecretè, non poteſt per literas abſentis præſtari: ſecus vbi non requiritur pro forma, nec occulte, cap. pe. §. fi. De electione, lib. 6.

2 Conſenſus alicuius aliquam poteſtatem habentis, vbi requiritur in actu, non ſufficit ſola præſentia illius alterum gerente actum: ſed oportet quod ſit præſens & mandet, cap. cum ab vno. De re iudicata, lib. 6.

Conſenſui nihil eſt tam contrarium, quàm error, cap. contra eum. De regul. iuris, lib. 6. gl. non aſſenſerit, in cap. concertationi. De appel. lib. 6.

Conſenſus vbi requiritur in aliquo actu, & præcedere, & ſequi poteſt, gl. ante omnia, in add. in clem. 1. De foro compet.

Conſenſus præſtitus ſub conditione non dicitur conſenſus, donec purificetur conditio; ſed potius incerta promiſſio reputatur, cap. 1. §. fi. De ſponſal. lib. 6.

de Conſenſu alicuius debens eligere non habet ita liberam poteſtatem, ſicut de conſilio, cap. 1. §. fi. Ne ſede vacante, lib. 6.

Conſenſus ſeu collaudatio, eſt multorum voluntas, ad quos res pertinet ſimul iuncta, gl. tractatus, in cap. 1. De reb. Eccleſiæ non alienendis, lib. 6.

Conſenſus Canonicorum non habitus in communi, ſuper alienatione rei communis pluribus, vt ſingulis, non interueniente tractatu, non valet; ſed ſi præceſſit tractatus, & poſtea deliberauerint alienare, licet ſingulariter conſentiant, valet talis conſenſus, gl. tractatus, ibid.

Conſenſus poteſt interuenire etiam poſt actum celebratum clem. 1. De rebus Eccleſiæ non alien.

Conſenſus tacitus non reclamantis, quandoque ſufficit, gl. non contradicenti, in clem. ſæpe, §. fi. De verb. ſignific.

3 Conſenſus expreſſus vbi requiritur, non ſufficit tacitus, gl. fi. in can. Diaconus, diſt. 27.

Conſenſus non eſt, niſi duret, gl. pe. in can. porro, diſt. 63.

Conſenſu aliquorum ſi quid fieri debet, eorum diſſenſu impeditur faciendum, & diſſoluitur factum, gl. pe. in can. fi. diſt. 63.

Conſenſus aliquorum in quocumque actu vel cauſa ſi requiratur, nihil refert an præſentes conſenſum exprimant, an abſentes per literas conſentiant, gl. 2. in can. Epiſcopi, diſt. 64.

in Conſenſu non exigitur verborum ſolemnitas, & licet hoc ſit verum in conſecratione, ſecus eſt in electione, niſi fieret electio per procuratorem, gl. 2. ibid.

Conſenſus communis aliquorum vbi deſideratur, nullatenus eis ſufficit ſingulariter ſignificare, niſi cum eis communi conſilio pertractetur, can. 2. §. quod ſi neceſſitas, 12. q. 2.

Conſenſus illicitus non habetur pro conſenſu, gl. 1. in can. placuit, 16 q. 6.

Conſenſus eſt duorum vel plurium ſenſus in idem: qui errat non ſentit, non ergo conſentit: id eſt non ſimul cum aliis ſentit. in ſumma, 29. q. 1.

Conſenſui nihil eſt tam contrarium, quàm error. gl. fi. ibidem.

Conſenſus interuenire non poteſt, niſi ab alterutra parte intelligatur id, quod inter eos agatur, in ſumma, 30 q. 2.

Reliqua in verba, Amor. Contradictio. Libero. Licentia. Matrimonium. 27. Oſculum. Tacens. Taciturnitas.

CONSENTIENS conſenſu negligentiæ, minus peccat, quam faciens: niſi forte negligentia foret nimis craſſa, vt in Prælato, gl. 2. in cap. 1. De officio delegat.

Conſentiens conſenſu conſilii minus punitur quàm faciens, plus tamen quam negligens, ibid.

Conſentiens conſenſu cooperationis eadem pœna punitur, qua faciens: & ſecundum hoc intelliguntur authoritates, quæ dicunt agentes, & conſentientes, pari pœna puniuntur, ibidem.

Conſentiens conſenſu authoritatis ſeu defenſionis magis peccat quàm faciens: & magis eſt puniendus, ibid.

Conſentiens donationi rei, videtur concedere ius quod habet in illa re; veluti patronus conſentiens donationi Epiſcopi videtur concedere ius patronatus, quod habet in Eccleſia donata, cap. paſtoralis. De donat.

Conſentiens delicto quandoque punitur vt faciens, gl. 1. in cap. ſi quis. De purgat. canon.

Conſentiens approbando, defendendo, patrocinando, vt conſanguinei ad inuicem matrimonium contrahant, non minus peccat, quàm ipſe contrahens; imò magis peccat, gl. 1. in can. conſanguineorum, 3. q. 4.

Conſentientes actui prohibito puniuntur, ac ſi eſſent conuicti, can. 2. 5. q. 1.

Conſentiens malo per cooperationem pari pœna cum agente punitur, ſi conſentiens malo, per defenſionem mali, à priori pœna eſt puniendus, can. qui conſentit. 11. q. 3.

Conſentiens pari pœna cum faciente puniendus eſt, in ſumma, 11. q. 3.

inter Conſentire, & non conſentire eſt medium, ſcilicet non diſſentire, cap. cupientes, §. fi. De elect. lib. 6.

Conſentire ore ſatis dicitur, qui per procuratorem conſentit, gl. 2. in cap. fi. De procurat. lib. 6.

Conſentire dicitur quis tribus modis, ſcilicet vt qui ad hoc cooperetur, vt in ſimonia, in inceſtu, in raptu virginis, in rapina, & in iniuſta ſententia: ſecundo modo dicitur conſentire ille, qui non corrigit, quos tenetur corrigere ex officio: tertio modo dicitur conſentire, cum defendit peccantem, vel quando ſua authoritate delinquitur; & talis magis eſt puniendus, quam ipſe faciens, gl. & conſentientem, in can. notum ſit. 2. q. 1.

Conſentire conuincitur, qui cum poſſit obuiare peruerſis, negligit, can. negligere, 2 q. 7.

Conſentire in matrimonium non poſſuntur cum ignoto ex toto & penitus; ſed bene cum eo, qui non eſt penitus ignotus, gl. vxor, in can. nec illud, 30. q. 5.

Reliqua in verbo, Agens. Tacens.

CONSERVATIO de ſe ſupponit conſeruati exiſtentiam abſque vſu conſumptibili facti, gl. aſſerit. in extrauag. cum inter nonullos. Ioann. 22.

CONSERVATORES, à manifeſtis iniuriis & violentiis defendere debent, cap. 1. De officio deleg. lib 6. 2

Conſeruatores non poſſunt extendere ſuam poteſtatem ad illa, quæ iudicialem cognitionem exigunt, ibid.

Conſeruatores dare non poteſt inferior à Papa, ibid.

Conſeruatores dicuntur iudices delegati, gl. 1. ibid.

Conſeruatores dici poſſunt Epiſcopi, qui debent conſeruare & defendere viduas, pupillos, & orfanos, & alias perſonas miſerabiles ab oppreſſionibus & iniuriis, ibid.

Conſeruatores interdum dantur, vt aliquos defendant contra latrones, vel prædones: interdum contra eos, qui eorum priuilegia infringunt: interdum latius, vt defendant ab iniuriis & offenſis: & in nullo dictorum caſuum habent iudicialem indaginem, ibidem.

Conſeruatores de manifeſtis ſolum iniuriis, & offenſis debent cognoſcere, & quæ ſunt notoria, & ita patentia, vt nulla probabili tergiuerſatione celari poſſint, ibid.

Conſeruator quando negatur offenſa notoria, poterit recipere probationes, an ſit notoria: & ſi inueniat factum notorium, procedet: aliàs deſiſtet, ibid.

Conſeruator non habet poteſtatem ſimpliciter defendendi iniuriam, ſed qualificatam notoriam, gl. 2. in cap. 1. De officio deleg. lib. 6. 2

Conſeruator debet vocare reum; & ſi confiteatur factum, procedet contra eum: ſi neget ſuper notorio, probationes recipiet: ſi autem confiteatur factum, ſed dicit ſe id iure ſuo feciſſe, tunc probationes recipiet ſuper notoria offenſa, & ſuper iure: & ſi videatur ſibi probabilis negatio, non procedet contra eum: aliàs punire debet eum, ibid.

Conſeruator recuſari non poteſt vt ſuſpectus, quia in notoriis non admittitur recuſatio, vel appellatio: & conſeruator non cognoſcit niſi de notoriis, ibid.

Conſeruator poteſt inuocare brachij ſæcularis auxilium, ibid.

Conſervator poteſt defendere non ſolum ab iniuria commiſſa, ſed etiam à committendo, gl. defendere, ibid.

Conſeruator poteſt prohibere, excommunicare, & punire paratos ad exercitium, & violentiam inferendam illis, quorum conſeruator eſt, ibidem.

Conſeruator in violentia commiſſa defendit per diſtrictionem Eccleſiaſticam, compellendo iniuriatores, vt ſatisfaciant læſo, & etiam inuocando brachium ſæculare, ibid.

Conſeruatores non debent ſe intromittere in his, quæ cauſæ cognitionem ſeu eius examinationem requirunt, vt quæ dubia ſunt, & in talibus ſe intromittentes incurrunt pœnam ſtatutam à iure, gl. fi. ibid.

Conſeruatores non poſſunt deputari ab alio, quàm à Papa, cap. 2. De officio deleg. lib. 6.

Conſeruatores, qui à manifeſtis iniurijs, & offenſis, ac violentijs defendant, non poſſunt deputari, niſi ſint Epiſcopi, vel eorum ſuperiores, aut Abbates, vel dignitates, vel perſonatus in cathedralibus, vel collegiatis Eccleſijs obtinentes, cap. fi. eod. 3

Conſeruator conſeruatoris ſibi deputati nullus debet eſſe, ibidem.

Conſeruatorem habere non debet quis illum, qui ſub iuriſdictione ipſius, vel dominio, vel diſtrictu Eccleſiaſtico, vel temporali conſiſtat, ibidem.

Conſeruatores extra ciuitatem vel diœceſim, in quibus fuerunt deputati, contra quoſcumque procedere, vel trahere extra vnam dietam à fine diœceſis non debent, ibid.

Conſeruatores non poſſunt committere vices ſuas, niſi expreſſe

preſſe in literis hoc ſibi ſit conceſſum : ſed nec tunc niſi infra ciuitatem vel diœceſim, in quibus deputati ſunt, & perſonis in dignitate conſtitutis à iure expreſſis, ibid.

Conſeruatores limites ſuæ poteſtatis ſibi traditæ non debent excedere, ibid.

Conſeruatores ſi de alijs quàm de manifeſtis iniurijs, & violentijs ſcienter ſe intromiſerint, ſeu ad alia quæ iudicialem indaginem exigunt, ſuam extenderint poteſtatem, eoipſo per vnum annum ſunt ſuſpenſi ab officio & beneficio, d. cap. fi. & ibi gl. officio.

Conſeruator, vt excederet fines mandati, ſi pars procurauit, incurrit ſententiam excommunicationis, à qua non poteſt abſolui, niſi prius ſatisfaciat aduerſæ parti de expenſis factis, ibidem.

4 Conſeruatorum quorumcumque officium, ipſo iure quoad non cœpta negotia, per obitum concedentis, expirat, ibid.

Conſeruatores poſſunt committere alijs citationes, & ſententiarum denunciationes, ibidem.

Conſeruatores, circa munera, expenſas, aſſeſſores, notarios, & perſonas teſtimonij cauſa vocandas, debent obſeruare quæ in delegatis iudicibus circa ea ſtatuta ſunt, d. cap. fi.

Conſeruator non poteſt eſſe canonicus Eccleſiæ cathedralis, gl. obtinentes, ibid.

Conſeruator non poteſt eſſe ille, qui eſt ſubiectus ei, contra quem datur, gl. conſeruator, ibidem.

Conſeruator, cuius poteſtas expirauit in non cœptis poſt mortem concedentis, ſi procedat in illis, proceſſus eſt nullus, gl. ipſo iure, ibidem.

Conſeruatores plures ſi fuerint dati, cœpto per eorum vnum negotio, perpetuatur iuriſdictio, etiam quoad omnes, gl. expirare, ibid.

Conſeruatoris poteſtas circa priuilegia, in quibus continentur gratiæ, expirat morte concedentis quoad non cœpta, ibidem.

Conſeruatores & delegati ſimplices, in multis differunt, gl. edita, ibid.

Conſeruator non poteſt eſſe canonicus Eccleſiæ cathedralis, ſed bene poteſt eſſe iudex delegatus, ibid.

Conſeruator non poſſum eſſe eius, qui eſt mihi conſeruator, ibidem.

Conſeruator eius, cui ſum ſubiectus Eccleſiaſtica vel temporali iuriſdictione, non poſſum eſſe, ibidem.

5 Conſeruator non poteſt ſubdelegare, niſi iuxta formam ſibi ſtatutam à iure, ibid.

Conſeruator excedens metas poteſtatis ſuæ, ſuſpenſus eſt ab officio, ibid.

Conſeruator vltra vnam dietam à finibus diœceſis, etiam conſenſu partium non poteſt trahere, & procedere, ibid.

Conſeruatores dantur ad futura, delegati non, d. gl. edita, in æd.

Conſeruatur faciens aliquid contra ſtatuta in d. cap. fi. eſt ipſo iure nullum, & irritum, d. cap. fi. & ibi gl. fi.

Conſeruatores priuilegiorum non debent ſe intromittere, niſi de manifeſtis iniurijs, gl. reuocamus, in cap. authoritate. De priuileg. lib. 6.

Conſeruatores ſunt iudices vniuerſitatum generalium, ac collegiorum doctorum ſeu ſcholarium, & regularium locorum, nec non hoſpitalium, & illorum locorum perſonarum, quæ à quocumque concilio in viridi ſuæ exemptionis obſeruantia remanere cenſentur Concil Trident. ſſ. 7. De reform. cap. 14. & in ſſ. 14. De reform. cap. 5.

Conſeruatores priuilegiorum non debent extendere ſuam iuriſdictionem ad caſum, ad quem priuilegia non ſe extendunt, ibidem.

Conſeruator poteſt eſſe Prior conuentualis, gl. delegatus in clem. 2. De reſcript.

Conſeruator ad hoc vt ſit quis, requiritur quod ſit Epiſcopus, vel Superior, aut Abbas, vel habens dignitatem vel perſonatum in Eccleſia cathedrali, vel collegiata, ibid.

6 Conſeruator poteſt eſſe Officialis Epiſcopi, ibid.

Conſeruatores iudices deputantur, vt eos pro quibus deputati ſunt, à moleſtijs & iniurijs tueantur, & defendant ; & in poſſeſſione, ſeu quaſi, bonorum, rerum, & iurium ſuorum manuteneant, & conſeruent ; neque ſuper illis eos moleſtari permittant, Concil. Trident. ſſ. 14. De refor. cap. 5.

Conſeruatoriæ literæ non proſunt familiaribus illorum, qui habent ſuos iudices conſeruatores, præterquam duobus duntaxat familiaribus, ſi tamen illi proprijs eius ſumptibus vixerint, d. cap. 5.

Conſeruatorem iudicem habens, ſi fuerit actor, apud eum in ciuilibus cauſis non poterit aliquem trahere in iudicium. Concil. Trident. ſſ. 14. De refor. cap. 5.

Conſeruatores iudices ; literas conſeruatorias in plæriſque contra concedentis mentem in reproborum ſenſum ſolent detorquere ; idcirco conſeruatoriæ literæ, quibuſcumque clauſulis impetratæ, ſuffragari & adiuuari non debent ad hoc, vt quis coram ſuo Epiſcopo, vel alio ſuperiore ordinario in criminalibus ſeu mixtis cauſis accuſari, & conueniri, & contra eum inquiri, & procedi non poſſit, d. cap. 5.

inter Conſeruatorem iudicem, & ordinarium, ſi fuerit controverſia ſuper competentia iuriſdictionis, in cauſa non debet procedi, donec per arbitros in forma iuris electos, ſuper ſuſpicione aut iuriſdictionis competentia fuerit iudicatum, ibid.

Conſeruatoribus iudicibus non licet habere tribunal erectum, ibidem.

Conſeruatoriarum literarum beneficio nemo debet eis vltra quinquennium gaudere, d. cap. 5.

Reliqua in verbo, Iudex. 1.

CONSILIARII & ſapientes aſſiſtentes principi dicuntur pars corporis ipſius principis : & ideo machinans in mortem talium, committit crimen læſæ maieſtatis, gl. 1. poſt caſus poſitionem, in cap. 1. De conſtit. lib. 6. & gl. 2. in principio, in cap. 1. De officio delegati, lib. 6.

Conſiliarius ad actum, vbi eſt particeps actus eligendi, vel agendi in ſubſidium, ibi ſufficit petere conſilium, licet non expectetur, cap. cum in veteri, 53. De electione.

Conſiliarij principis, vel ciuitatis, ſi non recte conſulant, perdunt nomen conſiliariorum, & appellantur deceptores, cap. quanto. De iureiurando.

Conſiliarij quandoque magis puniuntur, quàm facientes, gl. excommunicatos, in can. tanta, diſt. 86.

Reliqua in verbo, Conſilium.

CONSILIVM à pluribus exquirere in facto dubio, quandoque eſt vtile : quia facilius inuenitur, quod à pluribus ſapientibus & etiam inſipientibus quæritur, gl. 1. in cap. ad audientiam. De conſuetud. 1

cum Conſilio alicuius quod aliquid faciat ſi mandetur alicui, is tenetur expectare illius conſilium ; nec ſufficit tantum quod requirat illum, gl. conſenſu, in cap. cum conſuetudinis, eodem.

Conſilio alicuius quod aliquid fecerit, non excuſatur quis : quia debuit & potuit explorare apud ſemetipſum, an expediret ei tale conſilium : & ſi dubitabat, potuit conſulere peritiores : quare ſibi imputatur, gl. Diaboli, in cap. firmiter. De ſumma Trinitat.

Conſilium ſuum nemo poteſt mutare in alterius præiudicium, gl. diffidere, in cap. bonæ, 4. De poſtul. Prælat.

ex Conſilio nemo obligatur, gl. conſilio, in cap. ne pro defectu. De electione.

Conſilium alicuius quando de forma requiritur, non ſufficit conſilium requiri etiam congruo tempore, niſi ſit etiam expectatum, cap. cum in veteri, & ibi gl. expectatum. De electione.

Conſilium alicuius requirere ad aliquem actum, licet quis teneatur, non tamen tenetur illud ſequi, gl. expectatum, ibidem.

cum Conſilio alicuius & aſſenſu obtento quod debeat fieri electio, ſi mandatum ſit, tunc non valeret electio, niſi ſequerentur voluntatem Conſiliarij, ibidem.

de Conſilio alicuius ſi debet fieri electio, eligentes ſtatim atque incipiunt tractare, debent requirere eius conſilium, nec debent expectare quamdiu fixerunt animum ſuum, cap. cum in veteri. De electione.

Conſilium datum ſibi debet quis explorare apud ſe, an expediat ſibi ſequi tale conſilium, ibidem. 2

Conſilium ſibi perniciolum mutare ſapientis eſt, cap. pen. eodem.

Conſilium fraudulentum præſtans tenetur actione de dolo : & contra eum poteſt agi de dolo, quanti eius interfuit id factum non eſſe : quod verum eſt, ſi is fuiſſet ſoluendo, gl. conſilium, ibid. & gl. ductus, in cap. ſane, 7. De renunciat.

Conſilium reuerentiæ ſequendum eſt, ſed conſilium perfectionis non eſt imitandum, quale eſt illud, *ſi vis eſſe perfectus, vade & vende omnia quæ habes*, gl. fi. in cap. ad aures. De ætate & qualit.

Conſilium mutare non licet in alterius detrimentum, niſi in caſibus, in quibus iura pœnitentiam & variationem permittunt, gl. pœnitere, in cap. ab eo. De electione, & gl. ſed aliud, in can. Oſius, diſt. 61.

Conſilium duplex eſt, quoddam quod allicit ad delictum, & quoddam quod non allicit : & de vtroque tenetur conſulens ; ſed de primo plus, gl. conſiliarios, in clem. 1. De foro comp.

Conſilio aliquorum ſi quis tenetur eligere per compromiſſum, tenetur requirere eorum conſilium in tractatu electionis : non tamen adſtringitur ſequi, cap. cum olim. De arbitris.

Conſilium quærere tenetur quis plerumque : ſed non tenetur ſequi illud, gl. diſcordet, ibid.

Conſilio alicuius ſi quis tenetur facere aliquid, ſufficit quod requirat ab eo conſilium, & debito tempore ſpectet ; neque id ſequi arctatus, & debet requiri, quando actus eſt in fieri, d. cap. cum olim.

Conſilium ſanum dicitur, ſi quis reuocat quod malefecit, cap. cum ceſſante 60. De appellat. 3

de Conſilio alicuius debens gerere actum, non tenetur ſequi eius conſilium, cap. 1. De capell. monach.

Conſilium vel auxilium præſtantes conſpirantibus contra proprium Epiſcopum, debent deponi : & ſic debent priuari beneficio, cap. grauem, & ibi gl. fi. De exceſſ. Prælator.

Conſilium dans contra dominum ſuum, cui fidelitatem debet ſeruare, venit contra fidem promiſſam, & iuramentum fidelitatis, gl. conſilium, ibidem.

ex Conſilio regulariter tenetur quis in maleficijs ; ſed quoad

pœnæ quantitatem conſiderandum eſt, an aliàs erat facturus, vel non: vt primo caſu minus teneatur, quàm in ſecundo, gl. 2. in cap. nuper, §. in primo. De ſententia excommunicat.

Conſilium iuſtum vendere, licitum eſt, gl. competenti, in cap. ſtatutum, §. 7. De reſcript. lib. 6.

Conſilium quandoque tenetur quis requirere, ſed non ſequi, gl. lex ciuilis, in cap. 2. De arbitris lib. 6.

inter Conſilium & aſſenſum eſt magna differentia, gl. aſſenſu, in cap. 1. §. cum vero. Ne ſede vacante, lib. 6.

Conſilium alicuius vbi requiritur, poteſt actus ſine illo exerceri, ſi ille eſt mortuus, vel in remotis partibus, cap. 1. §. fi. eod.

Conſilium & conſenſus differunt: quandoque conſilium ponitur pro conſenſu, gl. cum conſilio, in d. §. fi.

Conſilium alicuius vbi requiritur, non eſt neceſſarius aſſenſus, cap. 1. §. poſtquam. De cenſibus lib. 6.

de Conſilio aliquorum quando quis debet aliquid facere, ſiue concordent, ſiue diſcordent, illud facere ad eum pertinet, gl. conſilio, ibid.

4 Conſilium mutare non poteſt quis in alterius præiudicium, reg. mutare, 33. De reg. iuris, lib. 6.

ex Conſilio nemo regulariter obligatur, dummodo fraudulentum non ſit, reg. nullus, 62. eodem.

Conſilium nullus tenetur ſequi; imo explorare & deliberare debet apud ſe ipſum, an ſibi expediat, necne, gl. 1. ibidem.

Conſilium fraudulentum ſi ſit, obligatur conſuleos ratione fraudis, ibid.

Conſilium circa contractum vel quaſi, ſi non ſit fraudulentum, non tenetur conſulens: ſi vero ſit fraudulentum, tunc tenetur actione de dolo ipſi, cui conſilium dedit, ibid.

Conſilium doloſe ſi quis mihi dederit, forte vt lucri ſui cauſa mutuarem debitori non idoneo, tenetur mihi actione de dolo, ibid.

Conſilium ſi quis dederit circa maleficium, tunc tenetur conſulens non illi, cui dedit, ſed illi contra quem conſilium dedit: nec tenetur tunc actione de dolo, ſed eius maleficij nomine: nam ſi conſuluit occidere, homicida eſt, ibidem.

Conſilium dans Titio, vt mihi iniuriam faceret, tenetur mihi iniuriarum actione, ibid.

Conſilium vbicumque cadit in nomen maleficii, conſulens non tenetur ipſi, cui dedit conſilium; tum, quia ſcire debebat, id ſibi non expedire; tum quia nullus ex ſua improbitate conſequitur actionem, ibid.

Conſilia multa vbi ſunt, ibi ſalus, gl. comprobatur in clem. 1. De ſententia excommunicat.

Conſilium vbi non eſt, diſſipantur cogitationes: & vbi ſunt plures conſiliarij, confirmantur, ibid.

5 Conſilio recto geſta, iure meritòque, effectu & firmitate dicuntur nixi, gl. deliberatione, in extrauag. execrabilis. Ioann. 22.

Conſilio alicuius quod quid debeat fieri quandoque dicitur; quandoque cum conſilio, quandoque de conſilio, quandoque quod ſine conſilio non poſſit fieri; quandoque de aſſenſu alicuius, gl. de ipſorum, ibidem.

Conſilium mutare in melius ſapientis eſt, gl. conſultius, in extrauag. quia in futurorum. Ioan. 22.

Conſilium ſalutare capere pro liberis eſt boni & pij patris, gl. paternæ, in extrauag. quorundam. Ioannis 22.

de Conſilio & aſſenſu vbi agendum eſt aliquid, non valet conſilium, niſi & aſſenſus ſpectetur, gl. conſilio, ibid.

Conſilium vbi datur, ibi non obedire illi, non eſt peccatum, cap. fi. 14. q. 1.

ex Conſilio punitur quis, gl. aut conſilio, in can. ſi quis viduam, diſt. 50.

Conſilium nudum, vel ſimplicem fauorem dans, vt Cardinalis percuteretur, vel detineretur in vinculis, puniri debet pœna arbitraria ad menſuram culpæ, d. 1. fi. §. illud. De pœnis, lib. 6.

Conſilium nudum, vel ſimplex favor, vel auxilium dicitur, ubicumque delictum per illud non augetur, gl. in ſimplici, ibid.

Conſilium nudum vel ſimplicem fauorem præbens, non punitur eadem pœna, qua punitur ipſe principalis faciens; ſed mitius iudicis arbitrio, d. §. illud, & ibi gl. ſimplici.

Conſilij ratione nemo peccat vel obligatur, dummodo non ſit fraudulentum: & vbi alias non erat facturus ille, cui conſulitur, gl. fi. in can. mihi autem, 22. q. 2.

in Conſiliorum geſtis quotieſcumque inuenitur diſcors ſententia, illius ſententia magis teneri debet, cuius antiquior & potior exiat authoritas, can. hoc ipſum, §. 1. in fine, 33. q. 2.

Conſilio bono eſt acquieſcendum: aliàs amittere debet dignitatem, exemplo Roboam, qui ſenioribus non acquievit; vel ad inſtar uxoris Loth, quæ conuerſa eſt in ſtatuam ſalis, gl. 2. in can. 1. diſt. 84.

ex Conſilio tenetur quis, veluti ex facto, can. ſi quis iratus, & ibi gl. fi. De pœnitentia, diſt. 1.

Reliqua in verbo, Auxilium. Mutare. Opem.

CONSOBRINI dicuntur quaſi conſororini: ſunt proprie duarum ſororum filij; ſobrini dicuntur conſobrinorum filij, gl. conſobrinæ, in can. de iniuſtis, 35. q. 2.

CONSORS eiuſdem litis poteſt agere pro conſorte ſine mandato, dummodo caueat de rato, gl. 1. in cap. cum M. De conſtitutis, & gl. 1. in cap. cum dilecti. De dolo & contumac. & gl. conſorte, in clem. religioſus. De procuratoribus.

Conſortes eiuſdem litis poſſunt eodem libello reum conuenire; & conſequenter totus iudiciarius proceſſus ſimul ſuper vtraque poteſt fundari, cap. in præſentia. De probatio.

in CONSPECTV fieri id dicitur, quod ſit in præſentia, cap. fi. De maiori, & obedi.

CONSPIRATORES non ſunt admittendi, ſed repellendi ſunt contra electum, quaſi inimici & ex odio facere præſumantur, gl. conſpirationem, in cap. exhibita. De iudicijs.

Conſpiratores ab agendo ſunt repellendi, ſicut à denunciatione, ſeu inquiſitione, d. gl. inquiſitionem, ibidem.

Conſpiratores ad teſtimonium non ſunt admittendi, ibidem & cap. cum I. & A. & ibi gl. conſpiratorum. De re iudic.

Conſpiratorum pœna eſt depoſitio, gl. canonicas, in cap. 2. §. cæterum. De verb. ſign. lib. 6.

Conſpiratores repelluntur ab accuſatione, & denunciatione, ac teſtimonio, contra eos, contra quos conſpirauerant, ibidem.

Conſpiratores aduerſus patres ſunt infames, can. infames, 6. q. 1.

Conſpiratores clerici proprio gradu amiſſo retruduntur in carcerem; cæteri verò excommunicandi ſunt, cap. conſpirationem, 11. q. 1.

Conſpiratores, & etiam eis conſentientes ſunt infames, gl. 1. ibidem.

Conſpirationis crimen eſt prohibitum ſecundum leges, gl. 1. ibidem.

Conſpirationis crimen eſt abominabile non ſolum Chriſtianis, ſed etiam Gentilibus, d. can. conſpirationem.

in Conſpirationis crimine punitur filius pro crimine patris, can. ſi quis, 6. q. 1.

Conſpirationis crimen repellit quem ab accuſando, can. conſpiratores, & ibi gl. 1. 3. q. 4.

Conſpiratio in bonam & malam partem ſumitur, gl. conſpirationem, in extrauag. dierum. Ioannis, 22.

Conſpiratio eſt grauiſſimum crimen; ita vt accuſatum à proprio gradu repellat, gl. inquiſitionem, in cap. exhibita. De iudicijs.

Conſpiratio proprie eſt confœderatio facta in præiudicium alicuius perſonæ, vel ipſius dignitatis, cap. petitio, 31. De iureiurando.

Conſpirare eſt ſimul vel in idem ſpirare, gl. canonicas, in cap. 2. §. cæterum. De verb. ſignific. lib. 6.

Reliqua in verbo, Confœderationes.
Coniurationem.

CONSTANTINVS Imperator contulit Eccleſijs libertatem, & Iudæos ſeruituti ſubiecit; poſtea Iulianus Imperator apoſtata dedit licentiam Iudæis ædificandi nouas ſynagogas, gl. 1. in cap. conſuluit. De Iudæis.

Conſtantinus Imperator legitur dixiſſe, ſi proprijs oculis viderem ſacerdotem Dei, aut aliquem monachum peccantem, chlamidem meam ſpoliarem, & coopertirem eum, ne videretur ab aliquo, can. in ſcripturis, diſt. 96.

Conſtantinus Imperator coronam & omnem regiam dignitatem in vrbe Romana & in Italia, & in partibus Occidentalibus, Pontificibus Romanis conceſſit, can. Conſtantinus, 1. & 2. diſt. 96.

Conſtantinus conceſſit Romanæ Eccleſiæ, vt Primatum inter omnes Eccleſias obtineret, in quo poſſeſſiones & inſignia dignitatis conceſſit, & tranſtulit ſe in partes Orientales, ibid.

Conſtantinus Imperator fuit primus Chriſtianus, qui dedit poteſtatem ſubditis ſuis, vt efficerentur Chriſtiani, & fabricarent Eccleſias, & dotarent eas, can. futuram, 12. q. 1.

Conſtantinus Imperator per beatum Sylveſtrum baptizatus, à contagio lepræ mundatus, Eccleſiam Lateranenſem conſtruxit in honorem Saluatoris, extrauag. vnigenitus. De pœnitent. & remiſſi. inter communes.

Conſtantinus fuit primus, qui dedit Chriſtianis facultatem libere congregandi, & celebrandi Concilia, can. canones, diſt. 15.

CONSTANTINOPOLIS ciuitas fuit capta à Venetis, & alijs Latinis, gl. ex neceſſitate, in cap. quanto. De conſuetu.

Conſtantinopolis dicitur nova Roma, quia Conſtantinus iuit illuc, cum alijs Romanis, & eam conſtituit, gl. 1. in can. Conſtantinopolitanæ, diſt. 22.

Conſtantinopolis antea appellabatur Byzantium, gl. Byzancenus, ibid.

Conſtantinopolitâna Eccleſia habet priuilegia ſimilia Eccleſiæ Romanæ, in quibuſdam; vt quia ad ipſam appellatur omiſſis medijs: item quia deponit Epiſcopum: & Imperator dicit, quod idem iuris habet in ſuis ſubditis, quod habet Papa in ſuis, can. renouantes, & ibi gl. 1. diſt. 22.

Conſtantinopolitana Eccleſia licet habeat in quibuſdam ſimilia priui-

priuilegia Eccleſiæ Romanæ, eſt tamen illi inferior, & ſecundum locum obtinet, ibidem.

Reliqua in verbo, Archiepiſcopus. n. 5.

CONSTARE iudici dicitur id, quod conſtat iudici legitima probatione, cap. prudentiam, §. ſexta. De officio deleg.

Conſtare dicitur tunc, quando ei conſtat parte præſente, vel abſente per contumaciam: & non dicitur conſtare iudici id, quod probatur parte non legitimè citata, vel non contumace, cap. conſultationibus, 10. De officio delegat.

Conſtare aliquid dicitur rei euidentia, vel confeſſione legitima, cap. intelleximus. De adulteriis.

1 CONSTITVTIO eſt, quam princeps fecit proprio motu, gl. conſtitutionis, in §. ſane, in proœmio Decret.

Conſtitutio principis, poſt duos menſes à tempore publicationis, omnes adſtringit, gl. Bononiæ, in principio proœmij Decretal.

de Conſtitutione extrauaganti probabiliter poteſt dubitari in iudiciis, §. fi. in proœmio. Decretal.

Conſtitutio vel lex debet eſſe ſimplex, gl. ſimpliciter, in cap. firmiter. De ſumma Trinitate.

Conſtitutio canonum ligat omnem creaturam, cap. 1. De conſtitut.

Conſtitutio reſpicit futura tantum, non præterita, ne ante prohibitionem ignorantes detrimentum patiantur, cap. 2. & ibi gl. futuris, eodem.

Conſtitutio, ex quo publice promulgata eſt & publicata, omnes tenentur ad ipſius obſeruantiam: & omnes ligat poſt duos menſes à tempore publicationis elapſos, gl. fi. ibid.

Conſtitutio neminem ligat, antequam ad ipſius notitiam perueniat, ibidem.

Conſtitutionis ſcientia præſumitur, poſt lapſos duos menſes à tempore publicationis, niſi quis probaret ſe extra prouinciam fuiſſe, tempore publicationis factæ in prouincia, ibidem.

Conſtitutionis ignorantiam allegans, ad probandam eius ignorantiam admitti poteſt, ibidem.

2 Conſtitutio certum quid prohibens, omnia prohibet, quæ ſequuntur ex illo, cap. nam concupiſcentiam, eodem.

Conſtitutiones decretorum ſingularibus opinionibus ſunt præferendæ, cap. ne innitaris, eodem.

Conſtitutio canonicorum, quæ non eſt omnibus communis, & per quam tollitur Eccleſiæ conſuetudo antiqua, non valet, cap. cum omnes, §. ſtatuerunt, eodem.

Conſtitutio debet eſſe iuſta, & honeſta, & communis omnibus; alias ſi non eſſet generalis, & communis omnibus, non valeret, d. §. ſtatuerunt.

Conſtitutio laicorum Eccleſiam ſeu eius bona non adſtringit, cap. quæ in Eccleſiarum, & ibi gl. 1. De conſtitut.

Conſtitutio ſedis Apoſtolicæ omnes adſtringit, cap. fi. eodem.

Conſtitutio nihil debet continere obſcurum, vel ambiguum, d. cap. fi. eodem.

Conſtitutio non ad præterita, ſed ad futura tantum debet extendi: niſi nominatim in eis de præteritis caueatur, d. cap. fi. & ibi gl. fi.

Conſtitutio iuris naturalis reſpicit non ſolum futura, ſed etiam præterita, gl. fi. ibidem.

Conſtitutiones, & leges futuris certum eſt dare formam negotiis, d. cap. fi.

per Conſtitutionem obſcuram in laqueum non debemus incidere, gl. 2. ibidem.

Conſtitutionem dubiam Papæ, nullus alius à Papa poteſt declarare, vel interpretari, gl. declaramus, ibidem.

Conſtitutio ad hoc vt liget contrauenientes ſufficit, quod ſolemniter edatur, aut publicè promulgetur: non autem eſt neceſſe, vt cuilibet ſigillatim nuncietur, cap. 1. & ibi gl. 2. De exceſſ. prælat.

3 Conſtitutio ligat ſcientes, non expectato lapſu duorum menſium, vel alterius temporis, ibidem.

Conſtitutio poſt duos menſes à publicatione ligat omnes, & nullus habet excuſationem, ſi vellet allegare ignorantiam, gl. ſolemniter, ibidem.

Conſtitutio pœnalis contra eligentes indignum extenditur contra poſtulantes indignum, d. cap. 1. & ibi gl. priuate.

Conſtitutiones ſeu canones in Concilio generali ita conduntur; vnus ex Prælatis Concilij proponit totam materiam conſtitutionis fiendæ, & interrogat totum Concilium, vtrum velit ſic ſtatuere; & Concilium ſi acquieſcat, habetur illud pro ſtatuto, cap. 2. De electione.

Conſtitutio trahitur ad præterita, quando per iura antiqua erat ad ipſum ſtatutum, gl. promouendis, in cap. cum in cunctis, §. inferiora, eodem.

Conſtitutio declaratoria trahitur ad præterita, cap. fi. De filijs presbyteror.

Conſtitutio eo quod dirigatur ad certum locum, & loquatur de certo loco, ſi materia eſt communis, non reſtringitur ad certum locum; imò generaliter intelligitur, cap. 1. De iuramento calum.

in Conſtitutionibus magis attendere debemus intentionem conſtituentis, quàm verba; ut ſi materia ſit vniuerſalis, licet loquatur localiter, debet intelligi vniuerſaliter, & non localiter, ibid.

Conſtitutio ſeu lex, aut ſtatutum quod non poteſt ſeruari abſque peccato mortali, ſeruari non debet, cap. fi. De præſcriptio.

Conſtitutio vel lex reſpicit tantum futura, cum de præteritis nihil dicit, gl. pen. ibidem.

Conſtitutio non debet edi, niſi producat magnum fructum, cap. de multa. De præbend. 4

Conſtitutio laici ſuper rebus Eccleſiæ, magis deſtitutio ſeu deſtructio, quàm conſtitutio dici debet, cap. fi. De rebus Eccleſiæ non alien.

Conſtitutio pœnalis habet locum non ſolum contra directe venientem contra iuris diſpoſitionem, ſed etiam contra ficte & indirecte venientem, cap. ad noſtram. De emptione, & vend.

Conſtitutio pœnalis vbi editur in fauorem vnius, non incidit contra faciens in pœnam: ſi ille in cuius fauorem agitur, conſenſit. cap. 1. De locato.

Conſtitutio vel lex, licet dirigat verba prohibitoria in perſonam, ſi tamen conſtitutio vel lex concernit principaliter fauorem prohibiti, tenet actos geſtus in contrarium: ſaltem quatenus obligatio quæritur Deo. cap. ad Apoſtolicam. De regular.

Conſtitutio edita ad moderationem non debet ita intelligi, vt inducat grauamen, & excedat curſum ſolitum. cap. cum Apoſtolus, §. fi. De cenſibus.

Conſtitutiones ad futura tantum extenduntur, niſi exprimatur in eis, quod extendatur ad præterita, gl. conſtitutionis, in cap. grauis, eodem.

Conſtitutio iuris antiqui declaratoria extenditur ad præterita, licet reperiat conſuetudinem in oppoſitum, cap. pen. De conſecrat. Eccleſ.

Conſtitutiones laicorum diſponentes quod clerici & Eccleſiæ debeant contribuere pro neceſſitatibus communibus ciuitatis, vel loci, ſunt ipſo iure nullæ, cap. aduerſus. De immunitate Eccleſiar.

Conſtitutio ex quo publice promulgata eſt & publicata, quilibet tenetur ad eius obſeruantiam poſt duos menſes; ſed ante non, gl. pe. in cap. fi. Ne clerici vel monachi.

Conſtitutiones ſummorum Pontificum, & Conciliorum, appellantur ſtatuta humana, cap. non debet. De conſang. & affinit. 5

Conſtitutiones Eccleſiæ non arctant niſi illos, qui ſubſunt Eccleſiæ directe: ſed indirecte bene compellantur, gl. conſtitutionibus, in cap. gaudemus. De diuortijs.

Conſtitutio iuris antiqui declaratoria addens nouam pœnam, reſpectu nouæ pœnæ non extenditur ad præterita, cap. quoniam, 40. De ſimonia.

Conſtitutiones principum debent intelligi ſecundum vulgarem modum loquendi, cap. 1. De torneamentis.

Conſtitutio retrotrahitur & extenditur ad præterita, quando ante conſtitutionem iure diuino, vel alio iure idem ipſum erat ſtatutum, d. cap. cum ea, & ibi gl. ſiue poſt.

Conſtitutio pœnalis, vbicumque dat modum executioni obligationis, concernit nedum obligationem poſtea contrahendam, ſed etiam iam contractam ante conſtitutionem, ibidem.

Conſtitutio puniens delinquentem ex dolo, non habet locum in lata culpa, cap. 4. De ſententia excommunicat.

Conſtitutiones intra duos menſes à tempore publicationis non ligant, ſed poſt eos, ſic gl. intra, in cap. nocuerint, 99. eodem.

Conſtitutio legati de ſoluenda tertia mortuariorum Epiſcopo, intelligi debet de his mortuarijs, in quibus de iure communi debetur, cap. ex parte. De verb. ſign.

Conſtitutio in iure accipitur dupliciter; vno modo ſtricte, prout differt ab aliis partibus iuris ſcripti, & tunc nihil aliud eſt, niſi id quod ſtatuit & ordinat princeps animo condendi legem, gl. in rub. De conſtitut. lib. 6. 6

Conſtitutio ſtricte ſumpta vt differt à plebiſcito, ſenatuſconſulto, & aliis partibus iuris ſcripti, eſt illud quod facit princeps animo condendi legem, vt ſubditi vtantur tam in ſcholis, quam in iudiciis, ibid.

Conſtitutio large accipitur pro omnibus partibus iuris ſcripti, ſiue ſit lex, ſiue plebiſcitum, ſenatuſconſultum, vel Principis placitum, edicta Prætorum, reſponſa prudentum, etiam ſiue ſit ius commune, ſiue particulare, vt ſunt ſtatuta Epiſcopi, & vniuerſitatis, vel collegij, vel alterius corporis approbati, ibid.

Conſtitutio dicitur à *con*, quod eſt ſimul, & *ſtatuo*, quaſi ſimul ſtatutio: & dicitur communis ſtatutio, quia lex debet eſſe communis & generalis omnibus, & non debet edi in fauorem illius vel illius, ibid.

Conſtitutio noua principis tollit primam contrariam, quamuis id non exprimat, cap. 1. De conſtit. lib. 6.

Conſtitutio noua principis, non tollit conſuetudines ſpeciales, & ſtatuta rationabilia, niſi id exprimat. ibidem.

Conſtitutio noua principis tollit ſtatutum Epiſcopi continens id quod ius commune, cum illud non ſit facti, nec conſiſtat in facto; imò ſit iuris, & conſiſtit in iure, gl. facti, in cap. 1. De conſtit. lib. 6.

Conſtitutio noua principis non tollit conſuetudinem vel ſtatutum, quæ ſingularia ſunt, & conſiſtunt in facto, & ſunt rationabilia; niſi expreſſe reuocet talem conſuetudinem, vel ſtatutum, ibid.

Conſtitutio Eccleſiæ militantis excommunicans, ligat etiam factum quantumcumque ſecretum, cap. vbi periculum, §. nulli. De electione, lib. 6. 7

Conſtitutio generalis cognoſcitur, cum edicti vocabulo nuncupatur, ſi mittatur venerabili cœtui; ſi præcipitur per omnes populos diuulgari ſcriptura publice procedente; ſi dicatur idem in ſimilibus obſeruandum; ſi lex vel canon appelletur generalis; ſi iubetur expreſſe ad omnes pertinere, gl. perpetuo, in cap. vt circa, eod.

Conſtitutio generaliter loquens debet intelligi generaliter, gl. appellari, ibid.

Conſtitutio d. cap. *vt circa*, habet locum etiam in appellationibus ad inferiores à Papa interpoſitis, ibidem.

Conſtitutio *vt circa* non habet locum hodie, niſi in appellationibus extra iudicium interpoſitis, ibidem.

Conſtitutio *licet canon* non habet locum in decanatu, & aliis dignitatibus, gl. parochialis, in cap. licet canon, 14. De electione, lib. 6.

Conſtitutio *licet canon* non habet locum in parochialibus, collegiatis, vel aſſumptis ad earum regimen, ibid.

8 Conſtitutio *licet canon* non habet locum in Eccleſia, quæ olim habuit parochianos, ſed nunc nullos habet; ſed ſi poſtea recipiat habere parochianos, tunc & incipiet dicta conſtitutio locum habere, quia facta eſt parochialis, ibid.

Conſtitutio *licet canon* habet locum in Eccleſia parochiali de nouo facta, ibid.

Conſtitutio quando loquitur de ordinatione negotij, vel contractus, vel de numero teſtium, vel de ſcriptura, vel alia ſolemnitate, decidi debet ſecundum ius, quod ante conſtitutionem erat, gl. de cætero, in d. cap. licet canon.

Conſtitutio quando loquitur circa ordinationem proceſſus, vel ſententiæ; tunc decidi debet ſecundum ius quod emanavit, ibid.

Conſtitutio *licet canon*, habet locum etiam in vicarijs perpetuis, quoad ætatem, & ſuſcipiendos ordines intra annum, gl. recta, ibid.

Conſtitutio *cupientes* non habet locum in electo in magiſtrum hoſpitalis Hieroſolimitani, vel Templariorum, gl. electi, in cap. cupientes, §. hac, eodem.

Conſtitutio inſtituentis Eccleſiæ adſtringit etiam occulta delicta, cap. fundamenta, §. quod ſi ſecus, de electione, lib. 6.

Conſtitutio *vt circa* habet locum non ſolum in appellationibus interiectis ad Papam, ſed etiam ad alios inferiores, gl. ad ſedem, in cap. is qui, 19. eodem.

Conſtitutio pœnalis loquens in vno caſu extenditur ad alium caſum ſimilem, & communiter parificatum, gl. fi. in cap. ſi poſtquam, 33. §. ſi vero, eodem.

9. Conſtitutio loquens per verba præſentis temporis non extenditur ad futura, cap. cum ex eo, 34. De electione, lib. 6.

Conſtitutio declarans aliam habet tantum locum in caſibus, in quibus procedit conſtitutio declarata, gl. 1. in cap. prior, 38. eod.

Conſtitutio *vt circa* habet locum etiam in monaſterijs monialium, cap. indemnitatibus, 43. §. porro, eodem.

Conſtitutio *indemnitatibus* locum habet in monialibus regulariter viuentibus, & in fœminis canonicis ſæcularibus, hoc excepto, quod non debeant niſi profeſſæ eligere, vel eligi; quod non poteſt ſibi vendicare locum in canonicis ſæcularibus, nec per hoc Papa approbat ſtatum dictarum canonicarum ſæcularium, cap. indemnitatibus, §. pe. eod.

Conſtitutio prorogata de vno genere perſonarum ad aliud, intelligitur prorogata tantum quoad illa, quæ ſunt proportionabilia illi generi, ad quod fit prorogatio, d. §. pen.

Conſtitutio vna, eo ipſo quod ſit deſcripta inter alias, intelligitur ius facere, cap. 1. De renunciat. lib. 6.

Conſtitutio *ſtatutum*, *De reſcript. lib. 6.* non habet locum in executoribus gratiarum beneficialium, quia committitur vni prouiſio per totam prouinciam: quod in iudicibus contentioſis non fit, ſed in rei dumtaxat diœceſi regulariter, dd. ad cap. is cui, 9. De offic. deleg. lib. 6.

Conſtitutio noua non trahitur ad præterita vel pendentia, niſi expreſſe in ea caueatur, cap. pe. §. volentes, De officio legati, lib. 6. cap. cum ſingulas de præbend. lib. 6.

Conſtitutionem *quia ſæpe* contra capitula, collegia, conuentus, vel ſingulares perſonas occupantes bona Eccleſiarum cathedralium, regularium, vel collegiatarum, habet etiam locum in dignitatibus, perſonatibus, Prioratibus, & alijs Eccleſijs: nec ei derogatur in aliquo, *cap. fi. De officio Ordinar. lib. 6.* d. cap. fin. §. vult.

10 Conſtitutio, *vt quæſtionibus*. *De arbitris, lib. 6.* non eſt ſeruanda in foro ſæculari, in locis quæ non ſunt in temporali iuriſdictione Eccleſiæ, gl. lex ciuilis, in d. cap. vt quæſtionibus. De arbitris, lib. 6.

Conſtitutionis cauſa ceſſante, ceſſare debet & conſtitutio, gl. in ipſis, in cap. 1. §. fi. De iuramento calumn. lib. 6.

Conſtitutio *quapropter* vbi non habet locum, neque habebit locum conſtitutio *cum ab vno*, gl. fi. in cap. cum ab vno. De re iudic. lib. 6.

Conſtitutio antiqui iuris declaratoria non trahitur ad præterita, quando habet in contrarium hactenus conſuetudinem obſeruatam, gl. receperit, in cap. 1. §. qui vero. De cleric. non reſid.

Conſtitutio antiqui iuris declaratoria licet trahitur ad præterita quoad diſpoſitionem iuris, non tamen trahitur quoad pœnam, quam conſtitutio de nouo imponit: quia quoad pœnam videtur noui iuris editoria, ibidem.

Conſtitutio noua non ligat poſt menſem à die promulgationis, ſed à die ſcientiæ, ibidem.

Conſtitutio Principis, ex quo fuerit publicata poſt duos menſes, omnes adſtringit, gl. peruenerit, ibidem.

Conſtitutio prohibens fieri commiſſionem non videtur prohibere dimiſſionem commiſſionum præcedentium, niſi aliud exprimatur, d. cap. cum ſingula, & ibi gl. prohibentes.

Conſtitutio contraria primæ non valet: niſi faciat mentionem de prima, cap. ſi Apoſtolica, 35. eodem.

Conſtitutio prouidens circa occurrentia ſede vacante, non inclu- 11
dit facta occurrentia ante, licet ſint pendentia: niſi aliud exprimatur, cap. ſi Apoſtolica, 35. De præbend. lib. 6

Conſtitutio noua ligat poſt duos menſes à tempore publicationis: poſtea vero non valebit allegare ignorantiam, gl. poſt tempus, §. dicebat, cap. 1. De conceſſ. præbend. lib. 6.

Conſtitutio noua Principis ſpeciali iure ligat poſt duos menſes: ſed mandatum, vel conſtitutio ab alio quàm à principe, poſt quod tempus liget, eſt arbitrarium: & ideo ſufficit, quod ſit publice promulgata, ad hoc vt omnes adſtringat, d. gl. poſt tempus, in add.

Conſtitutionis cauſa ceſſante, per hoc non videtur ceſſare diſpoſitio legis, ſi aliter non reuocetur, cap. 2. De conceſſ. præbend.

Conſtitutio, in qua non cauetur de præteritis, nec eſt veteris iuris declaratio, non extenditur ad præterita, gl. De cætero, ibid.

Conſtitutio imponens pœnam delinquenti, non includit ſcientes, & non denunciantes: niſi aliud conſtitutione exprimatur, cap. 2. §. contractus. De rebus Eccleſiæ non alien. lib. 6.

Conſtitutio ligat à tempore publicationis ſtatim, ſi detur notitia: alioquin poſt duos menſes à tempore publicationis, gl. hactenus, ibidem.

Conſtitutio exorbitans extenditur de ſtricta verbi ſignificatione ad latam, gl. beneficia, in cap. 1. De rerum permutat. lib. 6.

Conſtitutio imponens pœnam contrahentibus, includit contrahen- 12
tes in caſu permiſſo, qui tamen excedunt naturam contractus, cap. 2. §. ex contractibus. De reb. Eccleſ. lib. 6.

in Conſtitutionis principio, vbi ponitur verbum *declaramus*, dicitur de conſtitutione declaratoria, licet poſtea in aliqua parte ponatur verbum *ſtatuimus*, cap. ſtatuimus, in pr. iuncto, §. ſtatuimus. De decimis, lib. 6.

Conſtitutio noua imponens duriorem ſtatum perſonis, non videtur excludere perſonas iam receptas: niſi illud exprimatur in conſtitutione, cap. 1. De ſtatu regul. lib. 6.

Conſtitutio Papæ ligat omnes vbicumque ſint, ibidem.

ex Conſtitutione antiqua quandoque inducitur incommodum, ſed illa conſtitutio debet mutari, cap. fœlicis. De cenſib. lib. 6.

Conſtitutio limitans in certa parte, non intelligitur mutare illam in alijs partibus, de quibus non fit mentio in limitante, ibid.

Conſtitutio *ſuper ſpecula* prohibens obtinentes dignitatem, vel perſonatum audire leges vel phyſicam, non includit parochiales Eccleſias habentes, niſi ſint plebaniæ habentes ſub ſe capellas, in quibus clerici perpetuo inſtituantur, cap. 1. Ne clerici vel Monachi, lib. 6.

Conſtitutio fauorabilis amplianda eſt, gl. declaramus, ibid.

Conſtitutio non ligat ignorantes, gl. ſcienter, in cap. inquiſitionis, 18. De hæretic. lib. 6.

Conſtitutio ligat regulariter intra duos menſes à tempore publi- 13
cationis, & interdum augetur, interdum diminuitur, cap. 1. & ibi gl. tres. De vſuris, lib. 6.

Conſtitutio loquens per verba præſentis temporis, eſt canon latæ ſententiæ, gl. fi. in cap. 1. De iniurijs, lib. 6.

Conſtitutio aliud eſt, & aliud eſt ſententia, gl. ſententia, in cap. ſtatuimus. De ſententia excommunicat, lib. 6.

Conſtitutio non dicitur veteris iuris declaratoria, quando vtitur verbo *decernimus*, gl. decernimus, in cap. eos qui, 22. eod.

Conſtitutiones & ſtatuta, ſecundum varietatem temporum, expedit variare, cap. alma mater, & ibi gl. 1. eodem.

Conſtitutio Bonifacij numquam aut raro reuocat ius antiquum, niſi id exprimat; vnde non debemus eſſe faciles ad dicendum, per ſuas conſtitutiones vetera iura eſſe correcta, vbi id non exprimit, d. gl. 1.

Conſtitutionem *exijt qui ſeminat* gloſſantes, ſunt ipſo iure excommunicati, à qua abſolui non poſſunt niſi à Romano Pontifice, d. cap. exijt. De verb. ſignific. lib. 6.

Conſtitutiones noui iuris promulgatoriæ libri ſexti ligant poſt duos menſes à tempore publicationis, niſi aliud per eas caueatur, gl. anno, in data texti, lib. 6.

Conſtitutio pœnalis quandoque extenditur ex identitate rationis, clem. 1. & ibi gl. præſidentes. De reſcript.

Conſtitutio ſeu lex debet eſſe rationabilis, clem. 1. De elect.

Conſtitutionem editam à Papa non poteſt inferior à Papa, etiam cœtus Cardinalium corrigere, vel mutare, clem. ne Romani, eodem.

Conſtitutione maioris ſtante, minor quandoque contra illam diſpenſat, gl. diſpenſari, ibidem.

Conſtitutio *vt circa*, habet locum in appellationibus extraiudicialibus, gl. appellantem, in clem. conſtitutionem. De elect.

Conſtitutio *vt circa* declaratur in d. clem. conſtitutionem, & 14
ibi gl. inſuper.

Conſtitutio *vt circa* non habet locum, quando exceptiones, quæ opponuntur directe, concernunt ius Eccleſiæ, vel ius perſonæ opponentis, d. clem. conſtitutionem.

Conſtitutionem facere poſſunt nedum legati, ſed etiam Epiſcopi, quod non exiſtentes in ſacris non habeant vocem in Capitulo, gl. vt hi qui, in clem. 2. De ætate, & qualitat.

Conſtitutio reſpicit futura, niſi aliud dicatur, clem. diſpendioſam. De iudicijs.

Conſtitutio quando extenditur, non reſpicit pendentia per appellationem, niſi hoc exprimatur, etiam quando dat formam actui ſucceſſiuo, ibidem.

Conſtitutio noua non dat formam nouam in negotijs pendentibus per appellationem: niſi exprimatur, clem. 1. De ſequeſt. poſſeſſ. & fruct.

Conſtitutio *Romani*. *De iureiurando*, eſt iuris antiqui declaratoria,

ria, non noui iuris inductoria, clem. Romani, §. cæterum. De iureiurand.

Conſtitutionis ratio quando eſt antiqua, extenditur tunc conſtitutio etiam ad præterita, gl. cenſemus, in clem. 1. De conceſſ. præbend.

Conſtitutiones ſunt edendæ ad perpetuam rei memoriam, clem. dudum, in pr. De ſepultur.

Conſtitutio aliqua quando innouatur, tenor eius debet inſeri, ibid.

Conſtitutionis edendæ principalis finis eſt, vt edatur ad pacem, & quietem ſubditorum, ibidem.

Conſtitutio Papæ perpetua eſt, ibidem.

15 Conſtitutio iuris antiqui declaratoria, vel ſuper iam prohibito diſpoſitoria, non trahitur ad præterita, quoad nouæ pœnæ diſpoſitionem, can. quoniam, diſt. 47.

Conſtitutio noua diſponens id, quod ius antiquum, non trahitur ad præteritum, quando habet conſuetudinem retro approbatam, can. quoniam, diſt. 48.

Conſtitutionem mutat ratio temporis, gl. tempore, in can. ponderet, diſt. 50.

ex Conſtitutione edita, vbi ſequuntur magna ſcandala, pericula, & incommoda, debet reuocari, clem. 1. De immunit. Eccleſiar.

Conſtitutio *clericis laicos*. *De immunitate Eccleſ. lib. 6.* reuocata fuit per Clementem quintum, ibidem.

Conſtitutiones fiunt a Papa ad inſtantiam regum, ibidem.

Conſtitutionis *clericis laicos* edendæ cauſa paſſiua fuit Rex Franciæ: & idem Rex fuit cauſa actiua reuocationis illius, gl. 1. ibid.

Conſtitutio noua, imponens nouam pœnam, non tollit antiquas, clem. 1. De conſang. & affinit.

Conſtitutio non punit ignorantes contrauenientes: ſed ſcientes tantum: intellige ignorantes ignorantia facti probabili, & non affectata d. clem. 1. & ibi gl. ſcienter.

Conſtitutio Eccleſiæ militantis ligat crimina omnino occulta: non tamen Eccleſiæ tribunal nominatim de illis iudicat, gl. eo ipſo, in clem. 1. §. verum. De hæretic.

Conſtitutio, in qua cauetur quod ſtatim obliget, vel ex nunc, tunc ſtatim poſt publicationem, non expectato lapſu duorum menſium, ligat: non quoad hoc, vt contra facientes hoc ignorantes ſint obligati ad culpam: ſed quoad hoc, vt contra factum non valeat, clem. 1. & ibi gl. ex nunc, eodem.

16 Conſtitutio pœnalis, etiam in materia alias prohibita comprehendit tantum futura quoad pœnam, gl. de cætero, in clem. 1. De vſuris.

Conſtitutio quanto eſt expreſſior aut clarior, tanto eius ignorantia eſt improbabilis, clem. 1. §. ſi. De pœnis.

Conſtitutio noua trahi poteſt ad pendentia, ſi hoc exprimatur, clem. 2. De ſententia excommun.

in Conſtitutione pœna non adijcitur, ſed in ſanctione ſic, gl. conſtitutione, in add. marg. in clem. ſæpe. De verb. ſignif.

Conſtitutio pœnalis propter identitatem rationis eſt prorogabilis, gl. electis, in extrauag. ad onus. Ioann. 22.

Conſtitutio ſecunda primam reuocat, etiam non facta mentione de prima, gl. non obſtantibus, ibidem.

Conſtitutio in vno articulo reuocata, in aliis firma remanet, gl. volumus, ibidem.

Conſtitutio principis debet eſſe rationabilis, non iniqua, nec iuris alieni ſublatiua, gl. ſoluere, in extrauag. ſuſcepti regiminis, Ioann. 22.

Conſtitutio non videtur tollere conſuetudinem, vel ſtatutum pro alio inductum: niſi hoc ſpecialiter exprimat, ibidem.

Conſtitutio non ligat a tempore editionis, ne forte penitus ignorantes contra iura ligaret, gl. nunc, in extrauag. execrabilis, Ioann. 22.

Conſtitutio ligat à tempore notitiæ veræ vel interpretatiuæ, quæ accidit lapſis duobus menſibus à tempore publicationis eius: ex tunc enim fingit lex quemque habere notam conſtitutionem principis, nec ex tunc eſt probabilis ignorantia, gl. notitia, ibidem.

Conſtitutio principis quemcunque arctat etiam inuitum, ideoque omnis homo tenetur ad eius notitiam, gl. infringere, ibidem.

17 Conſtitutionem Papæ infringens, credens ipſum non potuiſſe facere conſtitutionem, eſt hæreticus, gl. pe. ibidem.

Conſtitutionem Papæ ſeruare contemnens, vel aliter infringens, credens tamen eum ipſum potuiſſe facere, non eſt per hoc cenſendus hæreticus, ſed grauiter peccat: & ſic pœnam depoſitionis meretur, ibidem.

Conſtitutionem principis tranſgrediens, ſecundum leges tenetur pœna ſacrilegij, ibidem.

Conſtitutionis publicatio fit ad tollendam omnis ignorantiæ excuſationem, vel ad tollendum omnis ſuſpicionis ſcrupulum, gl. publicæ, in extrau. ſi fratrum, Ioann. 22.

Conſtitutio principis debet eſſe clara, non obſcura: & non per ſignorum captiones, nec per compendioſa ænigmata: ſed per literarum conſequentiam eſt ſcribenda, & exemplificanda, & in contra facientem pœna falſi locum habet, gl. lucidas, in extrauag. quorumdam. Ioann. 22.

Conſtitutio principis facienda eſt non cum leuitate vel præcipitatione: ſed cum maturitate, gl. maturitate, ibidem.

Conſtitutio principis edita ex certa ratione, ſeu cauſa, non eſt extendenda ad illa, in quibus ceſſat illa ratio, ſeu cauſa, cum defectus cauſæ conſtitutionem faciat ceſſare, gl. nullus, in extrauag. ad conditorem. Ioann. 22.

18 Conſtitutio per verbum *declaramus* ſtatim ſequitur, quod videtur iuris antiqui declaratiua, non noui editiua, gl. deinceps, in extrau. cum inter nonnullas. Ioann. 22.

Conſtitutio iuris naturalis, id eſt diuini, etiam ad præterita trahitur, ibid.

Conſtitutionem ſuper fide facere, vel etiam aliquam declarationem ſuper ea, ad ſolum Papam & eius ſucceſſores ſpectat: vtpote, ad quos maiora Eccleſiæ negotia ſuperna diſpoſitione iuſſa ſunt referri, gl. quod falſum, in extrauag. quia quorumdam, Ioann. 22.

Conſtitutio pœnalis non eſt extendenda, gl. non præſumant in extrauag. iniunctæ, De elect. inter commun.

Conſtitutio principis licet contineat omnes nonobſtantias: per eam tamen non tolluntur ſpecialia priuilegia, ſtatuta, vel conſuetudines; quia nonobſtantiæ tendunt ad tollendam tantum ſurreptionem, non ad alia iura ſpecialia perimenda: niſi nominatim, ſpecialiter & expreſſe per illam tollantur, gl. immutari, in extrauag. ſedis Apoſtolicæ, De officio deleg. inter commun.

Conſtitutio *ſuper cathedram*, quæ nunc eſt in clem. dudum. De ſepultur. iubetur obſeruari à Ioanne Papa 22. in extrauag. frequentes, De iudicijs, inter commun. 19

Conſtitutio etiam pœnalis quandoque ampliatur ex identitate rationis, quaſi tunc non dicatur extenſio: quia quod eſt ea ratione, eſt & ea mente, gl. prorogamus, in extrauag. vas electionis, De cenſibus, inter commun.

Conſtitutio noua extenditur ad præterita, vbi id expreſſe cauetur, gl. attentatum, in extrauag. prouide, De ſentent. excomm. inter commun.

Conſtitutio, quæ extenditur ad præterita, non comprehendit deciſa per ſententiam, ibid.

Conſtitutio vel edictum eſt, quod tantum Rex vel Imperator conſtituit, vel edidit, can. conſtitutio, diſt. 2.

Conſtitutiones propriæ dicuntur principum, edicta vero prætorum: dicitur etiam edictum iudicis, vt eſt citatio, gl. 1. ibid.

Conſtitutionum alia eſt ciuilis, alia Eccleſiaſtica, in ſumma, diſt. 3.

Conſtitutio ciuilis appellatur forenſe vel ciuile ius, ibid.

Conſtitutio Eccleſiaſtica canonis nomine cenſetur, ibidem.

Conſtitutiones Eccleſiaſticæ varijs nominibus appellantur: quandoque appellatur canon, quandoque Decretum, quandoque Decretalis epiſtola, gl. 1. in ſumma, diſt. 3.

Conſtitutionis Eccleſiaſticæ appellatione veniunt etiam dogma, mandatum, interdictum, & ſanctio, gl. 1. in ſumma, diſt. 3.

Conſtitutionis ius cœpit à iuſtificationibus, quas Dominus tradidit Moyſi, in ſumma, diſt. 7. gl. 2. ibidem. 20

Conſtitutiones ſæculares à diuerſis, & tempore diuerſo cœperunt, d. gl. 1. & can. Moyſes, ibid.

Conſtitutiones Imperatorum ſuper rebus Eccleſiaſticis non valent, niſi poſtea confirmatæ fuerint ab Eccleſia, gl. leges, in can. quo iure, diſt. 8.

Conſtitutio iuri naturali vel diuino cedit, in ſumma, diſt. 9.

Conſtitutio Epiſcopi irrationabilis, vel contraria iuri diuino non valet, can. quis neſciat, diſt. 9.

Conſtitutio Epiſcopi quod non valet, licitum eſt diſputare, & oſtendere, dum tamen rationes contrariæ concludenter oſtendantur, ibid.

Conſtitutiones & ſtatuta Imperatorum debent ſubmitti legibus canonicis, can. certum eſt, diſt. 10.

Conſtitutiones contra canones & Decreta Pontificum Romanorum, & contra bonos mores, ſunt nullius momenti, can. conſtitutiones, diſt. 10.

contra Conſtitutionem mere poſitiuam poteſt ex cauſa legitima diſpenſari, & rigor relaxari, can. ſicut, diſt. 14.

Conſtitutiones factæ in ſecunda congregatione ſextæ Synodi, pro lege ſunt ſeruandæ, can. habeo, diſt. 16.

Conſtitutio dicitur dura & inconueniens, ſi aſſumptos ad ordines Eccleſiaſticos inducit ad deteriorem ſtatum, quam quem habent tempore promotionis, can. ante triennium, diſt. 31.

Conſtitutio Papæ eſt communis omnibus, & ab omnibus communiter eſt obſeruanda, can. communiter, diſt. 33. 21

Conſtitutiones duæ quando ſunt generales, ſemper poſterior præiudicat, gl. diſcors, in can. Domino ſancto, diſt. 50.

Conſtitutio quandoque extenditur ad præterita, gl. 1. in can. ex antiquis, diſt. 50.

Conſtitutiones quæ fiunt in concilio, debent fieri de aſſenſu illorum, qui ſunt in concilio, d. can. ex antiquis.

Conſtitutio noua diſponens id quod antiqua extenditur ad præterita, ibid.

Conſtitutio noua diſponens ſuper executione actus, extenditur ad actum, qui eſt de præterito: ſed habet executionem de futuro, can. generalis, diſt. 54.

Conſtitutio diſponens id quod ius antiquum, ſed addens pœnam, non trahitur ad præterita quoad pœnam, can. nullus, diſt. 55.

Conſtitutiones Gentilium circa ciuitates, ſunt authenticæ, gl. 1. in can. 1. diſt. 80.

Conſtitutio poſtquam eſt publice promulgata, quilibet tenetur eam ſcire, & ſecundum leges quidem, vſque ad duos menſes: ſed ſecundum canones, vſque ad ſex menſes, gl. non probatur, in can. propoſuiſti, diſt. 82.

Conſtitutio vel lex intra quod tempus liget ſubditos, illud tempus eſt arbitrarium, dd. reprob. d. gl. non probatur.

Conſtitutio neminem ligat, antequam ad eius notitiam perueniat, gl. pen. ibid.

Conſtitutio Imperatoris Honorij ſuper electione ſummi Pontificis nullius eſt momenti, in ſumma, diſt. 96.

Conſtitutio de Pſalmis, vel rebus Eccleſiæ, quantumcumque vtilis facta à laico, etiam in Synodo Epiſcoporum, & de-

con-

conniuentia eorum, non valet, ſi non ſit per ſedem Apoſtolicam confirmata, can. bene quidem, diſt. 96.

12 Conſuetionis cauſa ſublata, tollitur & conſtitutio ex eadem cauſa orta, gl. 1. in can. quod pro remedio, 1. q. 7.

Conſtitutio noua diſponens illud idem quod ius antiquum, non trahitur ad præterita, quando illud exprimitur in noua, vt reſpiciat tantum futura, can. ſuſpectus, 3. q. 3.

Conſtitutio noua, diſponens id ipſum quod prima, addit vinculum, can. eos qui, 3. q. 10.

Conſtitutio noua non trahitur ad præterita, can. ſi accuſatorum, 3. q. 10.

Conſtitutio loquens per verba præſentia, inducit canonem latæ ſententiæ, can. 2. 5. q. 1.

Conſtitutio Papæ generaliter eſt in toto orbe ſeruanda, can. relatum, 5. q. 2.

Conſtitutio non extenditur ad præterita, niſi exprimatur, can. ſic quidam, 10. q. 1.

Conſtitutio facta à ſublimioribus poteſtatibus, vt ſubditi ſoluant tributa, eſt ſeruanda, can. magnum, & ibi gl. 1. 11. q. 1.

Conſtitutio non ligat niſi à tempore ſcientiæ, gl. 1. in can. de laicis, 12. q. 2.

Conſtitutiones Synodi, quas vniuerſalis Eccleſiæ aſſenſus probauit, Romana ſedes ſeruare debet, can. confidimus, 25. q. 1.

Conſtitutiones diuinas, & Apoſtolicæ ſedis decreta temerare nulli licet, can. nulli, 25. q. 1.

Conſtitutiones & leges nouas condere ſemper licuiſſe Romano Pontifici non eſt dubium: intellige de his, quæ Euangeliſtæ & Prophetæ nihil dixerunt; de his vero quæ Dominus, vel eius Apoſtoli, & eos ſequentes ſancti Patres difinierunt, nullo modo poterit leges condere, can. ſunt quidam, 25. q. 1.

Conſtitutiones & ſtatuta ſua qui deſiderant ſeruari a ſuis ſucceſſoribus, ipſi etiam debent ſeruare conſtitutiones ſuorum prædeceſſorum, can. iuſtitiæ, 25. q. 1.

Conſtitutionem præuenientia non ſunt imitanda, gl. in legem, in can. dixit, 32. q. 4.

Reliqua in verbo, Synodus, Concilium, Epiſcopus, 174. 175. Statutum, Papa, 40. vſque 46. Populus, 1. 2. 4.

CONSTITVTA à Papa non ſunt mutanda, niſi cauſa vel conditio ſit incerta, can. Apoſtolicæ, 35. q. 9.

1 CONSVETVDO eſt ius quoddam moribus inſtitutum, quod pro lege ſuſcipitur, cum deficit lex, can. conſuetudo, diſt. 1. & gl. conſuetudo, in cap. 3. De conſuetud. lib. 6. gl. actibus, in cap. cæterum, 6. De teſtib. cogend.

Conſuetudo eſt optima legum interpres, gl. actibus, in cap. cæterum. De teſtib. cogend. gl. vltra duas, in cap. nonulli. De reſcript. cap. cum dilectus. De conſuetud.

Conſuetudo legem interpretatur, gl. pe. in cap. olim, 26. De verb. ſignific. gl. ſecundum, in can. erit autem lex, diſt. 4. gl. fi. in can. vtinam, diſt. 76. gl. fi. in can. ſicut, §. 1. 11. q. 1.

Conſuetudinis vſuſque longæui non eſt vilis authoritas, cap. cum conſuetudinis. De conſuetud. tamen non eſt vſque adeo valitura, vt rationem vincat, aut legem, can. conſuetudinis, diſt. 11.

Conſuetudo trahit originem ab vſu longæuo, tanquam à ſua materia remota, ibid.

Conſuetudo contra Eccleſiaſticam diſciplinam non valet, cap. cum inter. De conſuetud.

Conſuetudinis tranſgreſſor, vt tranſgreſſor legis, eſt puniendus, gl. conſtitutum, in cap. cum omnes, §. ſtatuerunt. De conſtit.

contra Conſuetudinem antiquam Eccleſiæ poteſt ex cauſa rationabili fieri nouum ſtatutum, cap. cum M. eod.

Conſuetudo vt valeat, debet eſſe rationabilis, & non contra vtilitatem Eccleſiæ, cap. 1. De conſuetud.

Conſuetudine poteſt introduci actus, ſiue ſolemnitas, per quam ſine apprehenſione reali transferatur poſſeſſio rei abſentis, cap. 2. eod.

Conſuetudo valet, per quam Eccleſia acquirit dominium, & poſſeſſionem rei ſine ſolemnitate legali, d. cap. 2. De conſuetud.

2 Conſuetudinis laudabilis tranſgreſſor, ita æque puniri debet ſicut tranſgreſſor legis, gl. conſuetudinis, ibidem.

Conſuetudo laudabilis ſeruanda eſt, ibidem.

Conſuetudo vicinarum ciuitatum ſeruatur in attribuendis honoribus nouæ dignitati: quæ ſi fuerit diuerſa, ſeruabitur magis rationabilis, & alij non præiudicans, cap. cum olim, 6. & ibi gl. in Anglicanis, eodem.

Conſuetudines quando ſunt variæ, debet ſeruari illa, quæ eſt magis rationabilis, & alij non præiudicans, ibidem.

Conſuetudo, per quam Prælatus ſine ſuperioris licentia poteſt dimittere prælaturam, etiamſi vellet tranſire ad aliam dignitatem, non valet, cap. cum venerabilis, 7. eodem.

Conſuetudo non excuſat quem à peccatis quoad Deum: imò fortius eum accuſat, cap. fi. eodem.

Conſuetudo valet, quod quandoque admittantur aliqui ad electionem, ad quos non pertinet de iure communi, vel qui ſunt de alio collegio, gl. rationabilis, ibidem.

Conſuetudo vt iuri communi præiudicet, requiritur quod ſit vſus quis illa conſuetudine: vel vicibus illis, quibus vſus eſt, eo animo, vt intendat ſiue credat ſe ius habere, vt in poſterum id faciat: aliàs non prodeſt, gl. legitime, ibid.

Conſuetudinem non inducunt ſolæ vices: quia non exemplis, ſed legibus iudicandum eſt, ibidem.

Conſuetudinem inducere non poteſt minor pars populi, ſicut nec minor pars poteſt facere legem, ibidem.

Conſuetudo illa præiudicat iuri, cuius memoria hominum non extat, ibidem. 3

Conſuetudo vt præiudicet, requiritur quod ſit tale ius, quod poſſit præſcribi: nam laici non poſſunt acquirere ſpiritualia ex præſcriptione ſeu conſuetudine, ibidem.

Conſuetudo vt præiudicet, non requiritur quod ſit obtenta in contradictorio iudicio, dd. reprob. d. gl. legitime.

Conſuetudo vt præiudicet iuri, requiritur quod non ſit contra ius naturale, ibidem.

Conſuetudo differt à præſcriptione: primo, quod in conſuetudine, etiam contra ius, non requiratur titulus; at in præſcriptione, requiratur. Secundo quia conſuetudo eſt circa mores, & reſpicit frequentiam actuum popularium, & ius publicum, quod alicui priuato non appropriatur: præſcriptio autem habet vnius cuiuſque actus, qui ſunt ad res vel iura acquirenda alicui priuato, dd. reprob. d. gl. legitime.

Conſuetudo non poteſt tollere ſubſtantialia electionis, cap. cum terra, 14. De elect.

Conſuetudo non poteſt tollere libertatem in actu eligendi, ibid.

Conſuetudine poteſt induci, vt poſt factam electionem in Eccleſia requiratur conſenſus principis, vel Patriarchæ, ibidem.

Conſuetudo eſt altera natura, gl. per rerum, in cap. bonæ, 23. eodem.

Conſuetudo diuturna, licet minus iuſta, præſtat probabilem cauſam dubitandi de validitate iuris contrarij, cap. cum cauſam, eodem.

Conſuetudine non poteſt introduci, vt in Eccleſia regulari ſtent collegialiter ſæculares, & regulares clerici, ibidem. 4

Conſuetudo generalis vnius prouinciæ debet extendi ad loca particularia ipſius prouinciæ: niſi ſit conſuetudo contra ius commune, cap. cum Eccleſia, 31. & ibi gl. 2. De elect.

Conſuetudo reddit aliquem inhabilem ad eligendum, d. gl. 2.

Conſuetudo poteſt concurrere cum iure communi, cap. venerabilem, 34. in princip. eodem.

Conſuetudinem inducit binus actus, gl. ex ſucceſſione, ibidem.

Conſuetudo, etiam cuius temporis non extat memoria, non poteſt reddere laicos capaces ſpiritualium, cap. Maſſana, 56. & ibi gl. fi. eodem.

Conſuetudinis appellatione intelligitur de præſcripta, cap. Cumana, 50. eodem.

Conſuetudo non valet, niſi ſit præſcripta, gl. iam præſcripta, ibid.

Conſuetudo facit, quod quis in abſentia poterit percipere fructus beneficij, gl. retinere, in cap. dudum, §. licet, eodem.

Conſuetudo generalis poteſt allegari ad deciſionem cauſæ vertentis in loco particulari, cap. in Geneſi, 55. eodem.

Conſuetudo praua amittit nomen conſuetudinis, & appellatur corruptela, cap. Maſſana, 56. eodem.

Conſuetudo generalis dicitur illa, quæ ſeruatur in vna prouincia, cap. ex tuarum. De authoritat. & vſu pallij.

Conſuetudo, quòd Archiepiſcopus extra ſuam prouinciam indiſcenter pallio vtatur, non valet: & potius corruptela, quam conſuetudo eſt dicenda, ibidem. 5

Conſuetudo non poteſt diſponere circa ea, quæ ſunt Papæ reſeruata, cap. 2. De tempore ordin.

Conſuetudine non poteſt introduci, quod diebus dedicationis Eccleſiæ, vel altaris, extra tempora ſtatuta celebrentur ordines, ibidem.

Conſuetudo excuſat in delictis, gl. antiqua, ibidem.

Conſuetudo ſeu multitudo excuſat à pœna temporali, quæ propter ſcandalum imponi non poteſt: ſed à pœna æterna non excuſat; imò amplius accuſat, ibidem.

Conſuetudo excuſat in his, quæ ſunt contra ius poſitiuum, dum tamen ſit rationabilis & præſcripta: in his vero quæ ſunt contra ius naturale, nullo modo excuſat, ibidem.

Conſuetudo, ea quæ licita ſunt, reddit illicita, gl. ad minores, in cap. 3. eodem.

Conſuetudinis alicuius obtentu non debet quis venire contra ſanctorum patrum conſtitutiones, cap. cum ſatis. De officio Archidiac.

ad Conſuetudinem aliarum Eccleſiarum recurrendum eſt, cap. fi. De officio Archidiac.

Conſuetudo debet obſeruari in vna Eccleſia, quæ obſeruatur in alijs Eccleſijs eiuſdem ordinis, cap. fi. De officio Archidiac. 6

Conſuetudo tribuit iuriſdictionem, gl. quæ Archidiaconi, ibid. & cap. duo ſimul. De officio Ordin.

ad Conſuetudinem concludendam in loco, ſufficit quod fiat probatio vniuerſalis conſuetudinis in eodem loco, vel locis conſimilibus, d. cap. fi. §. ideoque, & ibi gl. fi.

Conſuetudo quandoque concurrit cum diſpoſitione iuris communis, cap. niſi ſpecialis. De officio legat.

Conſuetudo ampliat poteſtatem ad reſeruata in priuilegium, & ad alia non conceſſa, cap. quod tranſlationem, eodem.

Conſuetudo vt valeat, oportet quod ſit rationabilis & præſcripta: aliàs conſuetudo non prodeſt, gl. conſuetudo, ibidem.

Conſuetudine vniuerſali remota, non tollitur conſuetudo particularis, per quam priuato ius quæſitum eſt, cap. irrefragabili, eodem.

Conſuetudo non dat Metropolitano maiorem iuriſdictionem in Suffraganeum, quàm dat ipſum ius, cap. dilecti. De maior. & obed.

Conſuetudo contra generalem Eccleſiæ conſuetudinem, non valet, gl. conſuetudinis, ibidem.

Conſuetudo ſeruatur, cum deficit lex, gl. æquitate, in cap. fi. De tranſact.

Con-

Conſuetudo eſt altera lex, & pro lege ſeruatur, cap. dilecti. De arbitris.

Conſuetudo tribuit iuriſdictionem, & quod plus eſt, perſonam inhabilem ad iudicandum habilitat inter alios ſubiectos, ibid.

7 Conſuetudo dat iuriſdictionem, & derogat iuri ſcripto, gl. conſuetudinem, ibid. & cap. nouit. De iudicijs.

Conſuetudo conueniendi clericos coram iudice ſeculari ſuper criminibus, non habet locum quantocumque tempore ſit præſcripta: quia eſt contra Eccleſiaſticam libertatem, & ſtatum Eccleſiæ, cap. clerici, & ibi gl. fi. De iudicijs.

Conſuetudo parificatur priuilegio, gl. conſuetudinem, in cap. nouit. De iudicijs.

Conſuetudo iuri communi præiudicat, ibid.

Conſuetudine poteſt induci, vt laicus conueniatur coram Eccleſiaſtico per clericum, etiamſi non agatur de re Eccleſiaſtica, vel de patrimonialibus ipſius Eccleſiæ, cap. ſi clericus, & ibi gl. fi. De foro compet.

Conſuetudines laicorum, quantumcumque indeterminate, & generaliter loquentes, non comprehendunt clericos in foro Eccleſiaſtico litigantes, cap. quod clericis, eodem.

Conſuetudo tribuens iuriſdictionem quoad vnum ſuperioritatis gradum, ſi facit iudicem in cauſa appellationis Epiſcopum, facit etiam iudicem Papam, cap. licet ex ſuſcepto, eod.

Conſuetudo tribuens iuriſdictionem in cauſa appellationis defert illam ſecundum qualitatem tribunalis, cui defertur: non ſecundum qualitatem à quo defertur, ibid.

Conſuetudo vel priuilegium derogat iuri communi, etiam in criminalibus, cap. cum contingat, eod.

Conſuetudo vel priuilegium dat iuriſdictionem, d. cap. cum contingat, & ibi gl. fi.

8 Conſuetudine iuriſdictionem ordinariam poſſunt acquirere domini ſuper familiam ſuam, ſicut magiſter ſuper diſcipulos ſuos, & Epiſcopus ſuper Canonicos ſuos, & pater ſuper filium ſuum: adeo quod ſi ſuſpectus fuerit dominus, petat actor aliquem ei aſſociari, vel quod eligantur arbitri, gl. fi. ibidem.

Conſuetudo tollens præſtationem iuramenti calumniæ non valet, cap. cæterum. De iuramen. calumn.

Conſuetudo obuians fini veritatis eruendæ, vt irrationabilis non tenet. ibid.

Conſuetudo, quæ eſt contraria legi, non eſt ſeruanda, d. cap. cæterum, & ibi gl. fi.

Conſuetudo poteſt ampliare & interpretari ius diuinum, cap. 2. De ferijs.

Conſuetudo ciuitatis poteſt inducere de nouo feſtum ad venerationem Deitatis, vel alicuius ſancti, etiam non intercedente authoritate ſedis Apoſtolicæ, cap. 2. & ibi gl. ante pen. eod.

Conſuetudo oportet quod ſit introducta ex tacita voluntate eius, cui præiudicat: & quod ſit præſcripta, gl. de conſuetudine, in cap. cum Eccleſia. De cauſa poſſeſſ.

Conſuetudinem inducunt tres actus, dummodo ſit legitime præſcripta, gl. tertio, ibid.

Conſuetudinem inducunt tres actus in criminibus, intellige non ad hoc, quod talis conſuetudo inducat permiſſionem: ſed ad grauandum delictum, ibid.

Conſuetudo dat iuriſdictionem, gl. 2. in cap. literas. De reſtit. ſpoliat.

Conſuetudo vnius loci ligat etiam clericos, quando eſt communis clericis & laicis, cap. pe. De eo qui mittitur in poſſeſſionem.

Conſuetudinem iuri contrariam allegans oneratur probare eius ra-
9 tionabilitatem, quæ eo ipſo quod ſit contra ius, præſumitur
irrationabilis: ibid.

Conſuetudo irrationabilis, præſertim contra ius diuinum, non valet, cap. 2 & ibi gl. fi. De probat.

Conſuetudo, ſine rationabili cauſa vltra plenam probationem exigens iuramentum, non valet, ibid.

Conſuetudo irrationabilis non præiudicat iuri ſcripto, gl. fi. ibid.

Conſuetudo contra ordinem iudiciorum, vel vbi conſuetudo introducta eſt per errorem, non valet, ibid.

Conſuetudo rationabilis & præſcripta præiudicat iuri ſcripto, ibid.

Conſuetudo inducens aliquem iurare vltra plenam probationem, reprobatur: quia ex quo ſemel iuratum eſt de calumnia à principio, ſaltem in cauſa ciuili, non eſt amplius iurandum, gl. fi. ibid.

Conſuetudo non valet contra iuris ordinem, cap. ad noſtram, eod.

Conſuetudo veritatis inueſtigandæ ad peccatum euitandum impeditiua, non valet, cap. ſeries, 26. De teſtibus.

Conſuetudo ſi iuri communi conſona ſit, non eſt neceſſe de illa fidem facere: quia iudex non tam ſecundum illam, quam ſecundum ius procedere videtur, cap. paſtoralis. De fide inſtrum.

Conſuetudo loci facit inſtrumentum authenticum, quod alias non eſſet, cap. cum dilectus, & ibi gl. pen. eod.

Conſuetudo diſponens circa ſolemnitates actus alicuius, & circa principi reſeruata, valet, ibid.

Conſuetudo dat alicui iuriſdictionem, qui alias habere non poteſt, gl. approbata, ibid.

Conſuetudo facit aliquem illegitimum, qui alias eſt legitimus
10 ad promotionem, ibid.

Conſuetudo præiudicat iuri, & licite iudicatur ſecundum conſuetudinem loci, gl. conſuetudinem, in cap. venientes. De iureiur.

Conſuetudini derogandum eſt, quæ abſque peccato mortali ſeruari non poteſt, cap. fi. De præſcr.

Conſuetudo vel ſtatutum laicorum adſtringit Eccleſias, ſi non ſit irrationabilis, cap. cum cauſa. De re iudicat.

Conſuetudinis vel vſus authoritas non eſt minima: nunquam tamen veritati aut legi præiudicat, niſi ſit rationabilis & legitime præſcripta, d. cap. cum cauſa, & ibi gl. fi.

Conſuetudo irrationabilis eſt, & non ſeruanda illa, per quam: quis emit à ſolo prælato Eccleſiæ, teneat venditio: licet pretium in Eccleſiæ vtilitatem verſum fuiſſe non probetur; quod eſt contra ius expreſſe, gl. 2. in d. cap. cum cauſa.

Conſuetudo non poteſt diminuere ſolemnitatem inductam in alienationibus rerum Eccleſiarum, ibid.

Conſuetudo, qua de ſeculari iudice appellatur ad Eccleſiaſticum, valet, cap. ſi duobus. De appell.

Conſuetudo ſecularium honeſtati obuia non eſt à clericis imitanda cap. ab omni. De vita & honeſtat.

Conſuetudo valet in foro ſeculari, vt detur iudici pro labore ſuo certa quantitas, puta x. vel 20. ſed hoc non poteſt induci in foro Eccleſiaſtico, ibid.

Conſuetudo de decima parte litis exigenda à iudice, eſt contra 11
leges, gl. 2 ibid.

Conſuetudo inhoneſta & turpis debet ab Eccleſia aboleri, cap. cum decorem, eod.

Conſuetudo turpis potius eſt corruptela, quàm conſuetudo, cap. cum decorem, & ibi gl. fi.

Conſuetudo poteſt facere, quod quis ſit ineligibilis, qui aliàs erat eligibilis, gl. fi. in cap. cum olim. De clericis coniug.

Conſuetudo poteſt facere, quod quis ſit inhabilis ad contrahendum matrimonium, qui alias eſt habilis, ib.

Conſuetudo poteſt arctare, vel ampliare iuriſdictionem, ibid.

Conſuetudo in electionibus multum conſideratur, ibidem.

Conſuetudo, quod ignobiles, & non eminentis ſcientiæ non admittantur in Canonicos in Eccleſijs cathedralibus, & alijs, non valet, cap. pe. & ibi gl. 1. De præbend.

Conſuetudo, vt Eccleſiaſtica beneficia recipiantur à non habentibus poteſtatem non valet, cap. ex frequentibus. De inſtitut.

Conſuetudo poteſt concurrere cum iure communi, & illud reddere fortius, cap. cum veniſſent, eod.

Conſuetudo, vt omittatur iuramentum calumniæ, non valet, cap. conſtitutus. De fideiuſſor.

Conſuetudo, quæ non eſt inimica canonibus, ſeruanda eſt, gl. 1. in cap. 3. De donat.

Conſuetudo loci dat iuriſdictionem: & liberiorem adminiſtratio- 12
nem bonorum Eccleſiæ tribuit prælato, gl. fi. ibid.

Conſuetudo, quod Abbatiſſa non debeat deferre habitum monachalem, non valet; nec vllus numerus annorum defendet eam, gl. 3. in cap. 2. De teſtament.

Conſuetudo generalis Eccleſiæ pro lege habenda eſt, cap. cum eſſes. De teſtament.

Conſuetudo poteſt ſuper eodem concurrere cum iure communi, vel diuino, ibid.

Conſuetudo contraria iuri diuino & humano non valet, ibid.

à Conſuetudine loci debent ſumere interpretationem, tàm iura communia, quam priuilegia generaliter loquentia, cap. certificatr. De ſepultur.

Conſuetudines prauas tollere in diœceſi ſua pertinet ad Epiſcopum, cap. pe. eod.

Conſuetudinis tranſgreſſor ita punitur, ſicut & tranſgreſſor legis: intellige de conſuetudine approbata & præſcripta, gl. fi. in cap. in aliquibus. De decimis.

Conſuetudo approbata & præſcripta attenditur in decimarum ſolutione, in baptiſmo, in matrimonio, & ſeruatur illa in his, ibid.

Conſuetudo generalis alicuius loci extenditur ad Eccleſiam particularem habentem illam qualitatem, quæ regulariter eſt in alijs Eccleſijs illius loci, cap. 2. De Capellis Monachor.

Conſuetudo aliarum Eccleſiarum ſeruari debet, gl. fi. in can. 13
Eccleſijs. De cenſib.

Conſuetudo eſt attendenda in procurationibus recipiendis, quando Epiſcopi viſitant diœceſim, cap. ſopitæ, 14. De cenſib.

Conſuetudo, quæ eſt contra ius naturale, non valet: nec poteſt præſcribi, cap. pe. De conſecr. Eccleſ.

Conſuetudo generalis Eccleſiæ ab omnibus eſt ſeruanda, cap. perniciofus, & ibi gl. 1. De celebrat. Miſſar.

Conſuetudo attenditur in ſacramento altaris, ſic & in baptiſmo, & in ipſa Miſſa, & in alijs diuinis officijs, conſuetudo Metropolitanæ Eccleſiæ obſeruari debet ab alijs ſuæ prouinciæ, gl. 1. ibid.

Conſuetudo quandoque attenditur in matrimonio, ib.

Conſuetudines quaſdam ſolus vſus approbauit; & ita ſolo vſu antiquorum patrum ponitur in ſacrificio altaris plus vini, quam aquæ, ibid.

Conſuetudo cuiuſque regionis ſeruanda eſt in ieiunijs, & celebratione feſtorum, cap. 2. & ibi gl. conſuetudine. De obſeruat. ieiun.

à Conſuetudine non eſt recedendum ſine magna cauſa, cùm ex hoc ſcandalum generetur: imò tanquam contemptores legum puniendi ſunt, qui contra faciunt, gl. conſuetudinem, ibid.

Conſuetudo generalis tanquam lex ſeruanda eſt, cap. fi. & ibi gl. pe. eod.

Conſuetudo vnius loci neceſſario non eſt ſeruanda in alio loco, cap. fi. De clandeſtin. deſponſat.

14 Conſuetudo, vbi concurrit cum iure communi, ſi ius commune tollitur per contrariam conſtitutionem, tollitur etiam conſuetudo per conſequentiam, niſi ſit talis conſuetudo, quæ ex omiſſione generet ſcandalum, cap. 1. De cognat. ſpiritual.

Conſuetudo poteſt inhabilitare perſonas, aliàs habiles ad contrahendum matrimonium, quando eſt talis quod ex eius omiſſione generaretur ſcandalum, ib.

Conſuetudo Eccleſiæ Metropolitanæ potius eſt ſeruanda, quàm aliarum, cap. ſuper eo, & ibi gl. 2. eod.

Conſuetudo Romanæ Eccleſiæ circa formam ſacramentorum eſt ſeruanda: & quælibet Eccleſia eam formam tenetur ſeruare, & credere prout tenet Eccleſia Romana, d. gl. 2.

Conſuetudo vicinorum locorum non eſt contemnenda: imo ſeruanda eſt, gl. pe. ibid.

Conſuetudo date poteſt alicui iuriſdictionem, gl. 1. in cap. 1. De conſang. & affinit.

Conſuetudo poteſt habiles inhabilitare ad matrimonium, cap. 3. eod.

Conſuetudo antiqua, quæ tamen non ſit à iure reprobata, ſeruanda eſt: præcipue propter ſcandalum, gl. pen. ibid.

Conſuetudo quantumlibet longa non poteſt perſonas illegitimas ad contrahendum matrimonium facere legitimas, gl. fin. ibid.

15 Conſuetudo nulla poteſt facere matrimonia inter conſanguineos licita, gl. fi. in cap. 3. De conſang. & affinitat.

Conſuetudo vbicumque rationabilis eſt, & poteſt ſeruari ſine peccato mortali, & ſine ſcandalo, iuri præiudicat, ibid.

Conſuetudo antiqua pro lege ſeruanda eſt, gl. 1. in cap. 3. Qui matrim. accuſare.

Conſuetudo de lucranda dote, vel donatione propter nuptias, ſoluto matrimonio, valet, cap. fi. De donat. inter vir.

Conſuetudo inducens ſimoniam, vel tolerans, eſt nulla, cap. non ſatis. De ſimonia.

Conſuetudo praua poteſt appellari lex mortis, cap. cum in Eccleſiæ, 9. eod.

Conſuetudo valet, vt aliquid temporale detur pro ſpirituali, gl. conſuetudine, ibid.

Conſuetudines malæ adinuentæ nullo tempore confirmantur, gl. pe. ibid.

Conſuetudo non excuſat in delictis, cap. in tantum, 36. eod. nec in his quæ de ſui natura ſunt mala, vt vendere ſacramenta: ſed in his quæ ſunt tantum contra ius poſitiuum, valet, gl. pe. in cap. ea quæ eod.

Conſuetudo attenditur in recipiendis muneribus circa ſpiritualia gl. 1. in cap. ſuam eod.

16 Conſuetudo exigendi aliquid pro conſecratione Epiſcoporum, vel benedictionibus Abbatum, eſt praua, nec excuſat; imo magis accuſat, cap. ſicut 38. & ibi gl. 1. eod.

Conſuetudo vbi eſt dandi aliquid temporale pro exequijs mortuorum, & alijs ſacramentis, nihilominus libere conferendum eſt: & ita non debet exigi aliqua cautio, cap. ad Apoſtolicam, eod.

Conſuetudo laudabilis ſeruanda eſt: & Epiſcopus loci poteſt facere illam obſeruari, ibid.

Conſuetudo dicitur praua, quæ à cupiditatis radice procedit, & decorem Eccleſiaſticæ honeſtatis confundit, cap. 3. De magiſtris.

Conſuetudo eſt prava & damnanda, ſecundum quam accuſator & accuſatus tenentur pugnare, vt ſic ex euentu belli appareat de innocentia, vel conuincatur de crimine illato, cap. 2. De clericis pugnan.

Conſuetudinis authoritate non debet quis vſurpare licentiam delinquendi, cap. inter dilectos, 11. De exceſſibus prælat.

Conſuetudo praua potius debet dici corruptela, quàm conſuetudo, ibid.

Conſuetudo præſcripta dat iuriſdictionem, gl. fi. in cap. accedentibus, 12. eod.

Conſuetudo vocem dubiam interpretatur, gl. fi. in cap. quia circa, 22. De priuileg.

Conſuetudo non inducitur per actus mere facultatis etiam quouis tempore continuatos, gl. 3. in cap. Abbate, 25. De verb. ſign.

Conſuetudinem probandi vnus modus licet ſit, quod fuerit ob-
17 tenta in contradictorio iudicio, non tamen requiritur de neceſſitate ſemper ad introducendam conſuetudinem, quod ſit obtenta in contradictorio iudicio, dd. reprob. gl. in contradictorio, ibid.

Conſuetudo, cuius non extat memoria, ius ſiue priuilegium inducit, & cum talis conſuetudo ius inducat, non eſt neceſſe titulum allegare, licet hinc requiratur quandoque in conſuetudine 30. annorum, gl. non extat, in cap. ſuper quibuſdam, 26. eod.

Conſuetudines localiter creari poſſunt, quia quælibet ciuitas vel caſtrum poteſt ſibi conſuetudinem inducere, cap. 1. De conſtit. lib. 6.

in Conſuetudine vel ſtatuto requiritur rationabilitas, d. cap. 1. De conſtit. lib. 6.

Conſuetudinem generalem bene tollit noua conſtitutio, principis, gl. ſingularium, ibid.

Conſuetudo quando dicatur rationabilis, iudicis arbitrio relinquendum eſt, gl. rationabilia, ibid.

Conſuetudinem illam tantum, quæ rationabilis ſit, defendit Eccleſia, ibid.

Conſuetudo vel ſtatutum præcedens legem, tollitur à lege, ſi princeps hoc intendit in condendo legem, gl. fi. ibid.

Conſuetudo non valet, vt quis habeat in eadem Eccleſia duas dignitates, perſonatus, vel officia, vel perſonatum & dignitatem, vel perſonatum & officium, cap. 1. & ibi gl. 1. De conſuet. lib. 6.

Conſuetudo, quando eſt legitima, inducit ius, ibid. 18

Conſuetudo irrationabilis, corruptela eſt, & longitudo temporis non prodeſt, ibid.

Conſuetudo, quod ab officiali Epiſcopi appelletur ad Epiſcopum, non valet, cap. 2. eod.

Conſuetudo vt valeat, oportet quod ſit Canonice præſcripta, cap. 3. eod.

Conſuetudo præſcripta valet, quod Epiſcopus in inquirendo, puniendo, & corrigendo ſubditorum exceſſus, ſui capituli conſilium non teneatur requirere, ibid.

Conſuetudo, quod antiquiores Canonici vacantes præbendas poſſint optare gradatim, valet: itaque non obſtante reſcripto Apoſtolico, quo mandabatur alicui prouideri de præbenda primo vacatura, poterit antiquior vacantem præbendam optare, & expectatis per viginti dies optare volentibus eidem executor prouidebit de non optata præbenda, cap. cum in tua, eod.

Conſuetudine ſtante, quod antiquiores Canonici vacantes præbendas poſſint optare gradatim, non poteſt antiquior optare præbendam vacantem in curia, quam Papa contulit, ibid.

Conſuetudo quando eſt rationabilis, & non contra ius, ſufficit ad eam firmandam ſpatium decem annorum, gl. conſuetudo, in cap. cum in tua, eod.

Conſuetudo, quod antiquior Cannnicus poſſit mutare domum, valet: licet quadraginta annorum curſu non ſit præſcripta, ibid.

Conſuetudo, quod antiquiores Canonici habeant optionem in præbenda vacante, innititur æquitati Canonicæ, quæ vult Canonicos antiquiores præferre, gl. antiquiores, ibid.

Conſuetudo, quod antiquiores ætate, vel maiores in ordine præferantur in opinione, valet, gl. antiquiores, ibid.

Conſuetudine ſtante, quod antiquior optare poſſit: ſi primus noluerit optare, optabit ſecundus: & nolente ſecundo, tertius; & ſic de ſingulis, gl. gradatim, ibid.

Conſuetudo eſt ius quoddam: itaque debitum de conſuetudine debetur de iure, gl. de iure, in cap. cum in tua. De conſuetud. lib. 6.

Conſuetudinis appellatione non intelligitur de præſcripta, gl. conſuetudo, ibid.

Conſuetudo quæ eſt rationabilis, & non contra ius, valet: & inducit vinculum, ſi fuerit obſeruata ſpatio decem annorum, ibid.

Conſuetudo optandi præbendas dicitur rationabilis & æqua, ibid.

Conſuetudo, qua vſurpari poſſunt bona Eccleſiarum, & ſic onerosa præſcribi non poteſt: ſed conſuetudo, quod quis habeat ius patronatus, cuſtodiam, vel gardiam, & ſimilia, bene valet, gl. antiqua, in cap. generali. De elect. lib. 6.

Conſuetudo regionis multum operatur, gl. commode, in cap. cupientes, §. hac generali, eod.

Conſuetudo præſcripta non cenſetur reuocata per nouam conſtitutionem, gl. indultum, in cap. cum nullus, §. inferiores. De tempore ordin. lib. 6.

Conſuetudo dat iuriſdictionem in caſibus à iure prohibitis, cap. 1. §. non ſic. De officio Ordin. lib. 6.

Conſuetudo, qua imagines ſanctorum in interdicto & ceſſatione à diuinis, vrticis & ſpinis ſupponebantur, tanquam deteſtabilis & horrenda, reprobatur: & contra-facientes grauiter puniri debent, cap. 2 eodem.

Conſuetudo tribuit iuriſdictionem, gl. ex conſuetudine, ibid. & 20
gl. fi. in cap. vt litigantes, eod. cap. 1. §. neque, & ibi gl. de conſuetud. De foro compet. lib. 6.

Conſuetudo dat iuriſdictionem, etiam quoad locum vbi debeat exerceri iuſtitia, cap. vt litigantes. De officio Ordin. lib. 6.

Conſuetudo poteſt inducere, vt Archiepiſcopus cauſas appellationum poſſit committere extra ſuam diœceſim. ſic & conſenſus diœceſani loci, & partium conſenſus poteſt id inducere, gl. pe. ibid.

Conſuetudo valet, quæ addit aliquam ſpeciem probationis iudicialem, ad illam primam, per quam non inducebatur plena probatio, vt erat iuramentum de veritate: ſecus, ſi conſuetudo vellet addere plenæ probationi aliam ſpeciem probationis, cap. 1. §. fi. De iuramento calumn. lib. 6.

Conſuetudo vel ſtatutum, quod prælatus vel Canonicus nouus iuret ſeruare conſuetudines, & ſtatuta valet, cap. 1. De iureiur. lib. 6.

Con-

Conſuetudo, quæ animabus eſt periculoſa, eſt extirpanda, gl. 1. in cap. 1. De præbend. lib. 6.

Conſuetudo diſponens id quod ius commune, addere poteſt vinculum, quando aliqua ſpeciali ratione iuuatur, cap. licet, 2. eod.

Conſuetudinis legitimitatem probare, vel improbare, ſpectat ad Papam, ibid.

Conſuetudo Romanæ Eccleſiæ, allegatur pro iure communi, gl. ſtatuimus, ibid.

de Conſuetudine ſpeciali, quandoque facit Papa ius commune, ibid.

21 Conſuetudinis appellatione intelligitur de præſcripta, cap. cum de beneficio, 7. eod.

Conſuetudo dat ius eligendi, item dat iuriſdictionem iudicandi, gl. pe. in cap. cum in Eccleſijs, eodem.

Conſuetudo ſicut dat iuriſdictionem, & ius eligendi prælatum, ſic & dat ius eligendi ſepulturam, gl. conſuetudo, in cap. pe. De ſepultur. lib. 6.

Conſuetudo reuocat ſtatuta, ſed non priuilegia, gl. conſuetudine, in cap. 1. De cappellis Monachor. lib. 6.

Conſuetudine poteſt iudex Eccleſiaſticus quærere iuriſdictionem in cauſis laicorum, cap. pe. De immunitat. Eccleſ. lib. 6.

Conſuetudines introductæ per hæreticos, non inducunt vinculum, quæ dicuntur peſſimæ, cap. filij. De hæretic. lib. 6.

Conſuetudine poteſt induci, quod quis in cauſa ſua, & in re propria poſſit ſibimet ius dicere, gl. punire, in cap. 1. De pœnis, lib. 6.

Conſuetudine non poteſt introduci, quod quis poſſit ſibi eligere confeſſorem abſque ſuperioris licentia, cap. 2. De pœnitent. & remiſſ. lib. 6.

Conſuetudo oneroſa Eccleſijs non valet, neque illa ex qua neruus Eccleſiaſticæ diſciplinæ frangitur, neque illa per quam venitur contra obedientiam principis, gl. conſuetudine, in cap. 2. eod.

Conſuetudo & priuilegium in multis parificantur, cap. Romana, & ibi gl. conſuetudine. De ſententia excommunic. lib. 6.

Conſuetudo, vt poſſit adiri ſuperior, omiſſo medio, valet: & etiam priuilegium, ibid.

22 Conſuetudo ſemel à lege reprobata poteſt adhuc induci, gl. conſuetudine, & ibi add. marg. in clem. ſtatutum. De elect.

Conſuetudine ſimpliciter damnata per legem, vel canonem, intelligitur damnata præterita, non futura, ibid.

Conſuetudo generalis quandoque transfunditur in ius, clem. ſi. De ætate & qualit.

Conſuetudo generalis Eccleſiæ poteſt operari, quod actus ſacramentales, ſeu ſacramentorum habilitas, faciat inhabiles ætate, ibid.

Conſuetudinis diſpoſitio poteſt cum iure conuenire, clem. Romani, §. dudum. De iureiur.

Conſuetudo de non reſidendis Monachis in prioratibus, vel adminiſtrationibus ſibi commiſſis, non valet, gl. conſuetudine, in clem. ne in agro, §. cæterum. De ſtatu Monachor.

Conſuetudo tollitur per ius commune, clem. quia contingit. §. pe. De religioſ. domib.

Conſuetudo contra Canones dicitur abuſus, clem. 2. De pœnitent. & remiſſ.

Conſuetudo, quod laici habeant ius percipiendi fructus beneficij, Eccleſiis eſt oneroſa: & ſic inualida, gl. vel perſonis, in extrauag. ſuſcepti regiminis. Ioannis 22.

Conſuetudo animarum ſaluti contraria, eſt reprobanda, extrauag. ſuper gentes. De conſuetud. inter commun.

23 Conſuetudo etiam immemorialis non prodeſt in delictis, gl. memoria, in extrauag. debent. De officio Ordinar. inter commun.

Conſuetudo quæ à iure reprobatur, non valet, ibid.

Conſuetudo dat iuriſdictionem, non ſolum perſonis conſtitutis in dignitate, ſed etiam priuatis; non tamen poteſt dare talibus poteſtatem excommunicandi, ſeu degradandi, nec capiendi clericos, ſeu corporaliter puniendi, gl. de conſuetudine, in extrauag. execrabilis. De præbend. inter commun.

Conſuetudo diuerſa nomina habet, quandoque dicitur præſcripta, quandoque antiqua, quandoque longa, quandoque vetuſta, quandoque diuturna, quandoque inueterata, quandoque vetus, quandoque perpetua, gl. conſueuit, in extrauag. ſuſcepti. Ne ſede vacante, inter commun.

ex Conſuetudine antiqua idem eſt, quod à tempore cuius non extat memoria in contrarium, & talis conſuetudo habetur iure conſtituti, ibid.

Conſuetudo dicitur ius vtentium moribus approbatum, extrau. 2. De empt. & vend. inter communes.

Conſuetudo, qua tenditur ad rerum abuſum, eſt reprobata, gl. improbandæ, in extrau. deteſtandæ. De ſepultur. inter commun.

Conſuetudo pauca crimina reſeruat Epiſcopis, extrauag. inter cunctas, §. incendiarios. De priuileg. inter commun.

Conſuetudinem inducunt duæ vices in criminalibus: ſed in aliis non tres, ſed quatuor actus inducunt, gl. 1. in can. mos eſt, diſt. 1.

Conſuetudo dicitur, quod in communi vſu eſt, ibid.

Conſuetudo eſt partim redacta in ſcriptis, partim moribus vtentium tantum eſt reſeruata. Quæ in ſcriptis redacta eſt, conſtitutio, ſiue ius vocatur: quæ vero in ſcriptis redacta non eſt, generali nomine conſuetudo appellatur, ibid.

Conſuetudo, vt aliquid inducatur, non ſufficiunt plures vices, 24 niſi inſtitutum ſit, quod illud amodo ſeruatur pro conſuetudine: nam poteſt eſſe, quod gratia vel tollerantia hoc ſæpius ſit permiſſum, gl. 1. ibidem.

ad Conſuetudinem tunc recurrendum eſt, cum deficit lex, gl. 2. in can. conſuetudo, diſt. 1.

ſecundum Conſuetudinem iudicandum non eſt, vbi ius contrarium præcipit, ibid.

Conſuetudo rationabilis & præſcripta iuri ſcripto præiudicat: etiamſi alia non interueniant, ibid.

Conſuetudo non refert, an ſcriptura ratione conſiſtat, quando & legem ratio commendat, can. conſuetudo, diſt. 1.

Conſuetudo rationabilis & præſcripta tollit legem etiam ſine ſcientia principis, gl. abrogatæ, in can. iſtis, diſt. 4.

Conſuetudo excuſat peccatum, quantum ad pœnam infligendam per Eccleſiam, & hoc propter ſcandalum euitandum: ſed non excuſat quantum ad pœnam gehennæ, vel etiam quantum ad pœnam temporalium purgatorii: nec etiam quantum ad pœnam pœnitentiæ imponendæ, gl. conſuetudine, in can. denique diſt. 4

Conſuetudo incœpit à Cain: conſtitutio vero à Moyſe: vnde ius conſuetudinarium videtur antiquius iure conſtitutionis, can. non eſt, §. ius vero, & ibi gl. 1. diſt. 6.

Conſuetudo iuri diuino non contraria ab omnibus ſeruanda eſt: contraria vero iuri diuino, non eſt ſeruanda, ſed potius eſt obtemperandum iuri diuino, can. quæ contra, diſt. 8.

Conſuetudines & leges ciuitatis ſunt ſeruandæ, in quantum nihil diſponunt contra Deum, ibid.

Conſuetudo quælibet vel quælibet lex, maxime vbi editur à 25 populo, habet in ſe incluſum tacitum pactum, ibid.

Conſuetudo praua, non minus quam pernicioſa corruptela, eſt abiicienda & vitanda, can. mala, diſt. 8.

Conſuetudines prauæ niſi euelluntur, à ſubditis tanquam leges & tanquam priuilegia aſſumuntur, ibidem.

Conſuetudo dicitur habere vim priuilegii, & ſic conſuetudo poteſt inducere priuilegium, ibid.

Conſuetudo non facit licitum quod eſt illicitum, intellige quando eſt contra Deum, vel peccatum nutrit, gl. 1. ibid.

Conſuetudo etiam minus rationabilis inducit ius, ibidem.

Conſuetudo honeſta inducit priuilegium, ibid.

Conſuetudo iuri diuino, rationi naturali, vt veritati non præiudicat, neque iis præponi debet, can. veritate, diſt. 8. can. conſuetudo, eod.

Conſuetudo quandoque præualet legi, gl. ſi. ibid.

Conſuetudo quælibet, quantumuis vetuſta & vulgata, veritati omnino eſt poſtponenda, can. ſi conſuetudinem, diſt. 8.

Conſuetudo, quando cedit veritati, quaſi contra Deum eſt, ibid.

Conſuetudo vetuſta, quæ ſine peccato & ſcandalo ſeruari poteſt, eſt ſeruanda, gl. ſi. ibid.

Conſuetudo conſona veritati valet; contraria autem ei, non can. fruſtra, diſt. 8.

Conſuetudinis ratione ſit eligibilis perſona, quæ aliàs eſt ineli- 26 gibilis: item ratione conſuetudinis coguntur aliqui eligere de aliena Eccleſia: item ratione conſuetudinis poteſt eligi Epiſcopus in præpoſitum, gl. 1. ibid.

Conſuetudinis ratione eligit minor Eccleſia cum cathedrali: item ratione conſuetudinis ſolus Abbas ſine conſenſu fratrum confert ſtipendia, ibidem.

Conſuetudo præualet in ſacramento baptiſmi, item in matrimonio reſpicitur conſuetudo, & etiam in continentia clericorum, ibid.

Conſuetudo, ad hoc vt præiudicet iuri, requiritur quod ſit præſcripta, & quod obtinuerit in contradictorio iudicio populi, & quod eo animo fiat, vt credant ſe ius habere, & in poſterum illud intendant facere, alioquin talis vſus non dicitur vſus: item quòd illa res ſit præſcriptibilis, & quod dici poſſit antiqua, & approbata: & etiam debet continere naturalem æquitatem, & quod ſit de ſcientia principis inducta: non tamen de tolerantia: & quod non ſit inducta per errorem, & quod maior pars populi conſueuerit illa conſuetudine vti, d. gl. 1.

Conſuetudo, quæ hominum memoriam excedit, præiudicat iuri: nam illud loco conſtituti habetur, ibidem.

Conſuetudo ſine veritate eſt vetuſtas erroris, neque eſt tenenda quantocumque tempore fuerit obſeruata, can. conſuetudo, diſt. 8.

Conſuetudo praua ſuccumbit legi, gl. 1. in ſumma, & can. 27 vſus, diſt. 11.

Conſuetudo quædam eſt generalis, quædam ſpecialis, d. gl. 1.

Conſuetudo ſpecialis vel particularis eſt illa, quæ homines alicuius loci adſtringit: & in eo loco habet legis vigorem, niſi ſit oneroſa, vel niſi præbeat occaſionem malignandi: tunc enim reiicitur, ibidem.

Conſuetudo præiudicat conſtitutioni, imò & legi, etiam ſine ſcientia principis, vel conſenſu: dum modo ſit rationabilis, & præſcripta, dd. reprob. d. gl. 1.

Conſuetudo generalis eſt, quæ vniuerſaliter conſenſu omnium eſt ap-

eſt approbata, & omnes adſtringit, & hæc tanquam lex ſeruanda eſt, ibid.

Conſuetudo nulla poteſt impedire, quin ſtatuta à Papa inconcuſſe ſeruentur; niſi talis ſit conſuetudo, quæ poſſit præiudicare iuri, can. conſequens, & ibi gl. fi. diſt. 11.

à Conſuetudine Eccleſiæ Romanæ non licet membris diſſentire, can. nolite, diſt. 11.

Conſuetudo inferiorum Eccleſiarum non præiudicat inſtitutis & conſtitutionibus Apoſtolicæ ſedis, ibidem.

Conſuetudo Eccleſiæ Romanæ facit ius, ibid.

Conſuetudinem Eccleſiæ Romanæ non ſemper tenemur ſeruare, niſi ipſa præcipiat eam eſſe ſeruandam; multa enim Eccleſia Romana ſeruat, quæ aliæ non ſeruant, gl. fi. ibid.

28 Conſuetudo illa non valet, quæ rationi vel legi contraria eſt, can. conſuetudinis, diſt. 11.

Conſuetudo illa demum inuiolabilis eſt, quæ nec ſacris Canonibus, nec humanis legibus obuiat, can. Eccleſiaſticarum, diſt. 11.

Conſuetudo, quod fiat crucis ſignum, non prouenit ex ſcriptura; ſed ex vſu & ritu Chriſtianorum, & Eccleſiæ, ibid.

Conſuetudo laudabilis eſt, quæ nihil fidei contrarium vſurpat. can. conſuetudinem, diſt. 11.

Conſuetudo, quæ eſt præter ius diuinum, valet, can. in his, diſt. 11.

Conſuetudinis tranſgreſſor, ſicut & tranſgreſſor legis, puniri debet, d. can. in his, & ibi gl. fi.

Conſuetudinarium ius diuerſum datur ad varietatem locorum, can. Catholica, diſt. 11.

Conſuetudines particulares particulariter ligant, & non vniuerſaliter, ibid.

29 Conſuetudo vniuerſalis Eccleſiæ habuit originem à ſanctis Apoſtolis, can. palam, diſt. 11.

Conſuetudines confirmantur conſenſu populi, ibid.

à Conſuetudine Eccleſiæ Romanæ non debemus deuiare, can. quia neſciat, diſt. 11.

Conſuetudinem Eccleſiæ Metropolitanæ debent obſeruare omnes Eccleſiæ, niſi ſint monaſteria, gl. 1. in ſumma, diſt. 12.

à Conſuetudine Eccleſiæ Romanæ, cum diſcretione, hoc eſt ratione, deuiare poſſumus, gl. 1. ibid.

Conſuetudo, cui Canonica authoritas non obſiſtit, ſeruanda eſt, can. ſcit ſancta, diſt. 12.

Conſuetudines, quæ fidei non officiunt, vt à maioribus traditæ ſunt, obſeruari debent, can. illud, diſt. 12.

Conſuetudo aliquid diſponens contra fidem, non valet, ibid.

Conſuetudo licet inducatur à populo, non tamen poteſt induci à ſuperiori, ibid.

Conſuetudo contraria tollit aliam contrariam conſuetudinem eiuſdem loci, ibid.

Conſuetudo vnius Eccleſiæ non ſubuertitur propter contrarias conſuetudines aliarum Eccleſiarum, gl. contrario, ibid.

contra Conſuetudinem factum reuocari oportet, can. conſuetudo, diſt. 12.

ad Conſuetudinem inducendam duo requiruntur, ſcilicet diuturnitas temporis, & ratio; debet enim eſſe longa, & rationabilis, ibid.

30 Conſuetudo quæ non eſt contra ius, inducitur ſpatio decem annorum: ſed contra ius requiritur ſpatium 40. annorum, gl. fi. ibid.

Conſuetudo immota manet, quæ contra fidem Catholicam nihil vſurpare dignoſcitur, can. nos conſuetudinem, diſt. 12.

Conſuetudo detrahens fidei Catholicæ, potius eſt dicenda corruptela, quàm conſuetudo, ibid.

Conſuetudines quæ ſunt, negari non debent, can. quemadmodum, diſt. 12.

Conſuetudo locum commendat, non locus conſuetudinem, can. nouit. diſt. 12.

Conſuetudines locorum particularium licitæ, ſeruandæ ſunt, & non ſemper Romanæ, ibid.

Conſuetudo mala loci, non ideo eſt comprobanda, quia locus eſt bonus, d. can. nouit. & ibi gl. fi.

Conſuetudines generales vniuerſalis Eccleſiæ ſunt ſeruandæ, quia præſumuntur ab Epiſcopis, & generalibus Concilijs traditæ, can. illa, diſt. 12.

Conſuetudines particulares, in particularibus Eccleſijs ſunt ſeruandæ, ibid.

Conſuetudines aliorum rumpere, eſt ſcandalum, d. can. illa, diſt. 12.

Conſuetudinem loci ſeruare debet quis: itaque ſi Romæ ieiunetur ſabbatum, & tu ibi ieiunare teneris: ſi vero fueris Mediolani, & ibi non ieiunetur, neque teneris ieiunare, ibid.

Conſuetudinem eſſe iuſtam, & ex iuſta cauſa proceſſiſſe præſumendum, niſi probetur contrarium, gl. 1. ibid.

Conſuetudines oneroſæ, quæ nec authoritatibus ſcripturarum, nec Concilijs Epiſcoporum, nec vniuerſalis Eccleſiæ conſuetudine comprobantur, ſunt reſecandæ & abolendæ, can. omnia, diſt. 12.

31 Conſuetudo particularis contra generalem non valet, niſi probetur rationabilis, ibid.

ex Conſuetudinis multiplicitate dicitur quis ſubijci ſeruituti, ibid.

Conſuetudo Eccleſiæ Romanæ in modo efficiendi, debet ſeruari per omnes Eccleſias inferiores, can. denique, diſt. 21.

in Conſuetudinibus iniuſtis extirpandis requiritur acceleratio, can. ſacratas, diſt. 23.

Conſuetudo poteſt inducere, vt quis conſtitutus in minoribus teneatur continere, & matrimonium non poſſit contrahere, can. placuit, diſt. 32.

Conſuetudine non poteſt induci, quod acolytus vxoratus poſſit obtinere beneficium in titulum, gl. fi. ibidem.

Conſuetudo inducit priuilegium, gl. antiquitas, in can. quia per ambitiones, diſt. 64.

Conſuetudo antiqua non excuſat, gl. priuilegij, in can. quia aliquanti, diſt. 82.

Conſuetudo generalis eſt ſequenda, gl. maior, in can. legimus, diſt. 93.

Conſuetudo Eccleſiarum poteſt eſſe vniformis, gl. omnium, in can. contra. diſt. 100.

Conſuetudo Eccleſiarum quando non eſt vniformis, conſuetudo aliarum Eccleſiarum non derogat conſuetudini iſtius, ibid.

Conſuetudinis prætextu nihil poteſt peti, nec dari pro præbenda Eccleſiaſtica, vel promotione, vel pro quolibet ſacramento, putà oleo ſancto, chriſmate, vel pro conſecratione altaris, vel Eccleſiæ, nec ante, nec poſt: niſi hoc à iure reperiatur expreſſum, gl. pe. in can. fi. 1. q. 3.

Conſuetudo etiam longe, non excuſat ſimoniam, gl. pe. in can. 32
fi. 1. q. 3.

Conſuetudo dat iuriſdictionem, gl. 1. in can. nemo Epiſcopus, 2. q. 1. gl. conſuetudo, in can. conqueſtus, 9. q. 3. gl. non ab alio, in can. de perſona, 11. q. 1.

Conſuetudo, quæ promiſcue ſeruatur per laicos & clericos, ligat etiam clericos, can. de accuſationibus, 3. q. 5.

Conſuetudine poteſt induci, quod leges, quæ non ſunt contrariæ Canonibus, ſeruentur in foro Canonico, ibid.

Conſuetudo ſeu diuturnitas temporis multa tribuit, gl. conſuetudo, in can. conqueſtus, 9. q. 3.

Conſuetudinis ratione poteſt aliquid peti, quod aliàs non poſſit peti, ibid.

Conſuetudinis antiquæ ordo ſeruandus eſt, can. decernimus, 10. q. 1.

Conſuetudo in ordinibus fiendis eſt ſeruanda; aliàs non tenet ordinatio, can. iſtud eſt, 11. q. 1.

Conſuetudo praua, per quam tollitur facultas diſtribuendi nouos redditus, eſt extirpanda, can. cognouimus, 12. q. 2.

Conſuetudo dat priuilegium, gl. conſuetudine, in can. placuit, 16. q. 3.

Conſuetudo annuas præſtationes inducere poteſt; item poteſt dare priuilegium & iuriſdictionem, & dat etiam ius eligendi, gl. 2. in can. ſeruitium 18. q. 2.

Conſuetudo inducit ſeruitutem, item obligat ſicut ius ſcriptum, ibid.

ex Conſuetudine ſola, licet eſſet præſcripta, numquam aliquod ius dicitur acquiſitum; niſi forte ſit antiqua, cujus initij memoria non eſſet; ſed ſolummodo commodum, & ius poſſeſſionis quæſitum eſt ex conſuetudine, ibid.

ex Conſuetudine præſcripta ſpatio quadraginta annorum, & bona fide, ius & poſſeſſio acquiritur, ib.

ad Conſuetudinem probandam multa requiruntur, vnde potius eſt allegenda præſcriptio, quàm conſuetudo præſcripta, ibid.

Conſuetudo particularis valet, can. pudenda, & ibi gl. conſue- 33
tudinem, 24. q. 1.

Conſuetudo Eccleſiæ Romanæ ſeruanda eſt, gl. vſus, in can. vir. 33. q. 4. & gl. fi. in can. baſilica. De conſecrat. diſt 1.

Conſuetudo inferens grauamen Eccleſijs, vel eis oneroſa, non tenet, & eſt tollenda iudicis officio, cap. 1. De conſuetud.

Conſuetudo, quæ obuiat Canonicis inſtitutis, nullius eſt momenti, cap. ad audientiam, 3. & ibi gl. 3. eodem.

Conſuetudo, quod in cauſis Eccleſiaſticis dictum populi pro ſententia habeatur, non valet, d. cap. ad audientiam.

Conſuetudo inimica Canonibus, præſumitur prima fronte irrationabilis, ibid. & cap. cum venerabilis, eod.

Conſuetudo non poteſt operari, vt clericus non Epiſcopus poſſit exercere ea, quæ ſunt reſeruata ordini Epiſcopali, cap. quanto, eod.

Conſuetudo, per quam interdicti ſententia violatur, non valet, cap. cum inter 5. eod.

Conſuetudo irrationabilis amittit nomen conſuetudinis, & 34
appellatur corruptela, cap. cum venerabilis, 7. De conſuetud.

Conſuetudo rationabilis, quæ iuri communi præiudicat, oportet quod ſit præſcripta; aliàs non præiudicat, cap. cum dilectus, & ibi gl. fi. eod.

Conſuetudo, per quam quis inducitur ad peccandum, vel ad diſſipandum bona propria, non valet, cap. pe. & ibi gl. fi. eod.

Conſuetudo non derogat iuri naturali vel diuino, cuius tranſgreſſio peccatum inducit, cap. fi. eod.

Conſuetudo non derogat iuri poſitiuo, niſi ſit rationabilis & legitime præſcripta, ibid.

Conſuetudo nulla præualet contra ius naturale, etiamſi omnes homines de mundo contra facerent, gl. naturali iuri, d. cap. fi.

Conſuetudo contra ius diuinum etiam in moralibus, cuius tranſgreſſio peccatum non inducit, valet; veluti poteſt conſuetudine induci caſus, in quo naturali ratione permiſſum ſit alicui occidere, dd. ad d. cap. fin.

Conſuetudo non præiudicat iuri poſitiuo generaliter, ſed præiudicat iuri in eo loco tantum, in quo viget conſuetudo, gl. non ſit, ibid.

Conſuetudo particularis quamuis non ſit vilis, non tamen præiudicat iuri poſitiuo, niſi fuerit rationabilis & legitime præſcripta, d. gl. non ſit ea, & gl. fi. ibidem.

Conſuetudo rationabilis quæ dicatur, relinquendum eſt iudicis arbitrio, qui debet inſpicere an conſuetudinis finis ſit bonus, vel malus, contra ius, vel præter ius, & an ex aliqua ratione fuerit inducta, & an ius approbet ſimilem conſuetudinem, vel reprobet, gl. rationabilia, in cap. 1. De conſtit. in 6. dd. repr. gl. rationabilis, in cap. fi. De conſuet.

35 Conſuetudo rationabilis eſt illa, quæ cum aliqua cauſa & colore inchoatur, continuatur, & perficitur ab vniuerſo, vel à maiori parte populi, dd. reprob. gl. rationabilis, in d. cap. fi. De conſuetud.

Conſuetudo irrationabilis dicitur, quæ improbatur à iure, & quæ eſt oneroſa, ibid.

Conſuetudo irrationabilis dicitur illa, quæ eſt contra Eccleſiaſticæ diſciplinæ neruum, vel contra libertatem Eccleſiæ, ibid.

Conſuetudo, quòd abſentes non vocentur ad electionem, valet, ſi legitime fuerit præſcripta, ibid.

Conſuetudo, quod capitulum tantum eligat Canonicos ſibi, & alios inferiores prælatos, irrequiſito Epiſcopo, valet, ſi fuerit præſcripta, ibid.

Conſuetudo contra canones ac iura ſpiritualia non minori tempore præſcribitur, quàm 40. annorum, gl. legitime, ibid.

Conſuetudo, per quam collegium ad alterius voluntatem tenetur ſibi eligere prælatum, non valet, cap. cum terra, 14. De elect.

Conſuetudo contra libertatem Eccleſiaſticam non valet. d. cap. cum terra, & ibi gl. conſuetudinis.

Conſuetudo, quæ non eſt rationabilis, imò eſt contra decus Eccleſiæ, non eſt præſcriptibilis, gl. 2. in cap. cum Eccleſia, eod.

Conſuetudo, quæ eſt inſtitutioni Eccleſiaſticæ inimica, improbanda eſt, cap. 2. De tempore ordinat.

Reliqua in verbo, Antiquitas. Canonicus, n. 8. Immemor. Iuramentum, 18. 19. Obſeruantia.

CONSVETVM fieri eſt faciendum, cap. ad hæc, 12. & ibi gl. 1. De ſententia excommun.

Conſuetum fieri multum attenditur, clem. dudum, §. huiuſmodi. De ſepultur.

Conſueta male non firmantur tempore, gl. memoria, in extrau. debent. De officio Ordin. inter comm.

Reliqua in verbo, Aſſuetum. Solitum.

CONSVLERE mihi etiam poſſum cum damno alterius, gl. fi. in cap. niſi ſpecialis. De author. & vſu pallij, gl. ſemetipſo, in can. ſi non licet. 23. q. 5.

Conſulendo petitiores ſi quis ſcire potuit, & non conſuluit, imputatur ei, gl. fi. in clem. 1. §. fi. De conceſſ. præbend.

Conſulere ſibi poteſt cum alterius iniuria, dum tamen non faciat eo propoſito, vt alij noceat: ſed tantum vt ſibi proſit. can. primum, gl. cum alterius, 22. q. 2.

Conſulendum nemini eſt cum alterius iactura, gl. 1. in can. ſi. diſt. 99. & gl. 1. in can. Eccleſiæ, 16. q. 1. gl. 1. in cap. fi. De poſtuland. & clem. 1. §. quibus. De priuileg.

ad Conſulendum vel conſentiendum vbi plures ſunt electi, valet quicquid facit maior pars, niſi minor fuerit contempta, cap. cum in veteri. De elect.

Conſulens ſeruo vt fugiat, vel furtum faciat, tenetur furti vel ſerui corrupti, gl. 1. in reg. nullus. De reg. iuris, lib. 6.

Conſulens conſulendo non obligatur, ſed mandator mandando ſic, ibid.

Conſulens fraudulenter obligatur ei, contra quem conſuluit, non ei cui conſilium dedit. clem. 1. & ibi gl. diebus. De foro compet.

Conſulens plus punitur quandoque quàm faciens, gl. 1. in can. qui aliorum, 24. q. 3. gl. fi. in can. mihi autem, 22. q. 2. gl. potius, in can. cum homo, 23. q. 5.

Conſultor homicidij, homicida eſt, etiamſi ſuis manibus non occidat. can. periculoſe. De pœnit. diſt. 1.

Conſulere ſanitati alterius dicitur ille, qui conſulit ei, vt abſtineat à delictis, gl. fi. in can. quod ad nos, diſt. 47.

Reliqua in verbo, Conſilium.

CONSVLTATIO quandoque ſumitur pro ſupplicatione, gl. 1. in cap. ex tua. De filijs presbyter.

Conſultationi reſpondendo intelligitur reſponſionem eſſe ius commune, ibid.

ad Conſultationem iudicum ſicut reſpondet Papa, ita & ad conſultationem arbitrorum, cap. cum Apoſtolica. De his quæ fiunt à Prælat.

Conſultatio debet fieri de caſu dubitabili, can. quis neſciat. diſt. 11. 5.

Reliqua in verbo, Reſpondere. Reſponſio, Reſponſum. Supplicationem.

CONTEMNERE ille dicitur, qui iuſta cauſa non ſubſiſtente, non vult parere mandatis iuris, vel iudicis, cap. cupientes, §. quod ſi per viginti. De electione, lib. 6.

Contemnere non dicitur, qui non interpellatur, gl. contempſerint, in d. cap. cupientes, §. ſi vero.

inter Contemnere, & negligere, quandoque non eſt differentia; quandoque tamen eſt, gl. contempſerint, in d. §. quod ſi.

Contemnere aliud eſt, & aliud eſt non parere, can. quis autem, & ibi gl. diſt. 10.

Contemnere dicuntur illi, qui pluries correcti cum obſtinatione delicta committunt, can. nec licuit, diſt. 17.

Contemnere dicitur ille, qui denegat obſeruare præcepta ſuperioris, can. nullus, diſt. 55.

Contemnere propria perfectionis amore licitum eſt, & expedit, & eſt perfectorum, can. aliud. 12. q. 1.

Contemnens legem dicitur contemnere condentem illam, can. certum eſt, diſt. 10.

Contemnens & ſubterfugiens quandoque æquiparantur, cap. prudentiam, §. adijcimus. De offic. deleg.

Contemnere dicitur, qui ſæpe monitus non vult ab actu illicito deſiſtere, cap. cum non ab homine. De iudicijs.

Reliqua in verbo, Præceptum, Obedientia. Obedire. Obediendum.

CONTEMPTUS in electione inducit caſſationem: & plus nocet, quàm multorum contradictio, gl. contemptu, in cap. ex eo 32. De elect. lib. 6.

de Contemptu agere non poteſt ille, qui non habet poteſtatem dandi vocem, d. cap. ex eo, & ibi gl. in tua.

ob Contemptum ligatur quis, clem. 1. De ſepultur.

Contemptus vnius plus nocet, quàm contradictio plurium, in his quæ in capitulo, vel collegio geruntur, gl. 1. in can. factus eſt, 7. q. 1.

Contemptus quanto maior eſt, tanto maius ſcelus committitur, gl. fi. in can. non afferamus, 74. q. 1.

ex Contemptus quantitate, metitur Deus quantitatem reatus, gl. 1. in cap. cum quidam. De iureiur.

Reliqua in verbo, Electio, n. 37. vſque 45.

CONTEMPLATIONIS otium potius deſiderandum eſt, quàm dignitas Epiſcopalis: pro vtilitate tamen multorum præponenda eſt dignitas Epiſcopalis, can. qui Epiſcopatum, 8. q. 1.

Reliqua in verbo, Vita.

CONTENDERE nec nudi, nec inimicis inermes nos opponere debemus, gl. non cogerentur, in cap. 2. De ordin. cogend.

CONTENTIO, hoc eſt altercatio inordinata, ſemper eſt peccatum ſaltem veniale, can. ſi quis ſemel. De pœnitent. diſt. 2.

Contentioſus, & rixoſus, vel murmurans Monachus, per Abbatem iuxta modum culpæ corripi debet, can. ſi quis Monachus, diſt. 90.

Reliqua in verbo, Altercationes.

CONTENTVS quiſque ſit ſuis terminis, nec vltra menſuram ſui iuris affectet augeri, gl. fi. in cap. 2. De renunciat. lib. 6.

CONTESTARI, idem eſt quod ſimul teſtari; & ideo reus, quando confitetur poſt libelli oblationem, cum actore ſimul teſtatur ſuper re petita, & dicitur litem conteſtari, gl. per reſponſionem, in cap. dudum, §. verum. De electiõn.

Reliqua in verbo, Litis, Conteſtatio.

CONTIGVA dicuntur, quorum extrema ſe contingunt; & quorum terminus eſt vnus, gl. contiguum, in cap. 1. De conſecrat. Eccleſiæ vel altar. lib. 6. & gl. contiguis, in cap. ſi ciuitas. De ſent. excomm. lib. 6.

Reliqua in verbo, Connexa. Annexa.

CONTINERE nullum cogit Eccleſia: ſed in ordine quem dat, poteſt imponere legem, quam vult; & ſic continentiam, ſicut quilibet alius in traditione rei ſuæ, gl. 2. in can. nullum, diſt. 28.

Continere difficile eſt, nec ideo minus delictum eſt; & licet illud ſit naturale non tamen excuſat, gl. fi. in can. quia ſanctitas, diſt. 50. & gl. 2. in cap. fi. De purgat. canon.

CONTINENS pro contento, & è conuerſo quandoque ponitur, gl. 1. in cap. 1. De parochijs, & cap. 1. De depoſito,

Continentis appellatione non continetur contentum, quando exprimitur cauſa, quæ non eſt omnibus adaptabilis, cap. ſi ſententia. De ſententia excommuni. lib. 6.

Conti-

Continens dicitur ille etiam qui cognoſcit vxorem ſuam, gl. 2. in can. conuiuia, diſt. 44.

Continentem quem non eſſe probatur eo ipſo, quod probatur illum filios habere, can. priuſquam, diſt. 28.

in Continentibus ædificijs qui demorantur, Rurnæ morati dicuntur, gl. 2. in can. nullus inuitis, diſt. 6.

Continentes plus placent Deo, quàm coniugati; quia non expedit homini ad regna cœleſtia tendenti accipere vxorem, gl. fi. in cap. firmiter. De ſumma. Trinit.

Continentiam difficile ſeruat ille, qui illicito ſe concubitu contaminare non metuit, gl. frequentius, in cap. pe. De præſump. & gl. 1. in cap. 3. De clericis coniug. gl. aſſueta, in extrauag. dierum, Ioann. 22.

Continentia vel caſtitate nihil eſt melius, gl. fi. in cap. ad monaſterium. De ſtatu monachorum.

Continentia vel caſtitas cùm ſit pretioſior omnibus rebus, homo qui eam vouit, nullam commutationem poteſt dare pro anima ſua, gl. fi. in cap. cum ad monaſterium. De ſtatu monach.

Continentiæ annexio ad ſacros ordines fuit inducta ex conſtitutionibus Eccleſiæ, & ſtante conſtitutione Eccleſiæ quis aſſumens ſacrum ordinem, ex voto obligatur; quia approbando ſacrum ordinem, & eum ſuſcipiendo, videtur conſentire omnibus conſequutis ad ſacrum ordinem, cum quilibet iura ſcire teneatur, gl. notum, in cap. cum olim. De clericis coniug.

Continentia inuito non debet iudici, gl. in poſterum, in clem. 2. De ætate, & qualit.

ad Continentiam hortari alios non poteſt ille, qui eam non ſeruat, can. vna tantum, diſt. 26.

Continentiæ lex eadem eſt altaris miniſtris, quæ eſt Epiſcopis, aut presbyteris, can. lex continentiæ, diſt. 31.

Continentia non debet eſſe niſi voluntaria, gl. 1. in can. vbi ita, diſt. 74.

Continentia eſt difficilior in virginibus, quàm in viduis, gl. fi. in can. viduas, 27. q. 1.

Continentiæ votum violantes ſunt peiores adulteris, can. meliore, 27. q. 1.

Continentiæ votum mulieri non licet ſuſcipere, niſi & eamdem vitam vir eius elegerit, can. ſcripſit, 27. q. 2.

Continentia per coniuges promiſſa, ſi alter fornicetur, non poteſt altera ab eo debitum petere, ſed Eccleſia coget debitum reddere, gl. fi. in can. noſſe, 30. q. 1.

Continentia quandoque imperatur ratione delicti, vt in pœnitentibus, vxoricidis, & inceſtuoſis, gl. 1. in can. pen. 32. q. 1.

Continentia eſt duplex, vna eſt neceſſaria, veluti ſenio, ſectione, vel naturali frigiditate: alia eſt voluntaria, quæ eſt bona, gl. fi. in can. ſicut, 32. q. 5.

Continentia cauſæ diuidi non debet, gl. 2. in cap. fi. De iudicijs.

Continentia ædificia, vel ſuburbia, quæ dicantur appellatione ciuitatis contineri, relinquendum eſt iudicis arbitrio, gl. continentibus, in cap. ſi ciuitas. De ſentent. excommun. lib. 6.

Reliqua in verbo, *Cauſa*. 3. 5. *Clericus*. 160. 161. *Coniux*. *n*. 1. *Caſtitas*. *Incontinens*.

CONTINVATIO facit vnum de duobus, & coniungit illa, gl. 2. in cap. literas. De tempor. ordinat.

CONTINVE dictio importat factum continuum, licet habuerit aliquod modicum interuallum, cap. cum cauſam, 27. De electione.

Continuè & aſſiduè fieri dicitur illud, quod fit horis congruis & debitis, in principio proœmij, lib. 6.

Continuè fieri dicitur illud, quod habet interuallum, cap. fi. De verb. ſign. lib. 6.

Continuè manere in loco dicitur ille, qui abeſt à loco ad modicum tempus, animo redeundi, ibid.

Continua ſeruitus dicitur, ſed & aqua quotidiana dicitur continua: & fluuius dicitur continuus, licet quandoque exareſcat, gl. pe. ibid.

Continuo & ſtatim dicitur fieri id, quod fit ſine temporis interuallo, can. quoniam, diſt. 48.

Continuum dicitur aliquid, etiamſi ſit aliquod interuallum, gl. 2. in can. ſint. De conſecrat. diſt. 5.

Reliqua in verbo, *Aſſiduitas*. *Aſſiduum*. *Semper*.

1 **CONTRACTVS** poſſunt fieri qualibet hora diei, vel noctis, cap. conſuluit, & ibi gl. incipiat. De officio deleg.

Contractus innominati, *do vt des*, *do vt facias*, vel *facio vt facias*, vel *facio vt des*, non habent locum in beneficijs ſpiritualibus; quia pure & ſine aliquo pacto renunciandum eſt illi, gl. quod ex conſenſu, in cap. cum inter, 16. De electione.

ad Contractus validitatem initi cum Eccleſia ſufficit vtilitatem vel neceſſitatem Eccleſiæ ſubſiſtere in cauſa mouente contractum, licet deficiat vtilitas in pretij quantitate; datur tamen reſtitutio propter deprecationem, cap. 1. De integ. reſtit.

Contractus licet ſit ex læſione retractabilis, ex eo quando contrahens reſtitutioni ſubijciatur, non dicitur contrahens in mala fide, ibid.

in Contractu minoris, ſi iuris ſolemnitas non ſeruatur, nullus eſt contractus in præiudicium minoris, & idem eſt in contractu Eccleſiæ, cap. conſtitutus, eodem.

in Contractu minoris, ſi iuris ſolemnitas interuenit, valet contractus: ſi tamen læſus ſit minor, vel Eccleſia, ſubuenitur eis per beneficium reſtitutionis in integrum, ibid.

Contractus aſſignationis reddituum Eccleſiæ ad certum tempus non valet, abſque debita ſolemnitate, etiamſi arbitrorum ſententia vel compoſitione adiudicetur, cap. 3. De arbitris.

Contractus vel quemlibet actum roborat & firmat interuentus honorabilium perſonarum, vt iudicis, & aliarum perſonarum in dignitate conſtitutarum, ibid.

Contractus factus per prædeceſſorem, tranſit in ſucceſſorem, cum ſuis qualitatibus, cap. dilecti. De foro comp.

Contractus bonæ fidei non dicuntur, quia in eis tantum ſeruari debeat bona fides; nam etiam in contractibus ſtricti iuris, & in quocumque contractu interuenire debet, gl. bonæ fidei, in cap. cum venerabilis. De exceptio.

Contractus ſtricti iuris dicuntur, quia in eis non venit, niſi quod ſtricte exigit natura actionis, ibid.

in Contractibus ſtricti iuris non veniunt vſuræ ex mora, niſi ſpecialiter ſint promiſſæ: in contractibus bonæ fidei veniunt vſuræ ex mora, ibid.

Contractus factus à minore non habente curatorem eſt nullus; & ſine aliqua reſtitutione reuocatur, quatenus de facto proceſſit, gl. vacante, in cap. 1. Ne ſede vacante.

Contractus precariæ, vel locationis vſque ad quinquennium, lapſo quinquennio videtur renouari ex taciturnitate ad ſecundum quinquennium, gl. fi. in cap. 1. De precario.

Contractus cenſetur initus ſecundum conſuetudinem loci, ibid.

Contractus irrationabiliter factus per Prælatum, non obligat ſucceſſorem, quo minus poſſit reuocare: imò debet contra venire, cap. 2. eod.

Contractus irrationabiliter factus nomine Eccleſiæ, poteſt à rectore Eccleſiæ vallari pœnæ appoſitione, ibid.

Contractus vbi non valet, nec pœna poſtea appoſita valet, d. cap. 2. & ibi gl. pe.

Contractus vbi valet, & etiam pœna poſtea appoſita valet, d. gl. pe.

Contractus quando fit gratia vnius tantum, venit etiam culpa leuiſſima, cap. 1. De commodato.

Contractus dependens ex voluntate vnius dumtaxat poteſt diſſolui quandocumque, cap. fi. De depoſito.

Contractus ex conuentione partium legem accipiunt, & ſeruari 3
debent, niſi improbatum ſit à iure, gl. 2. ibid.

in Contractu quolibet exigitur bona fides, gl. fi. in cap. cum dilecti. De emptione & venditione.

Contractus quandoque etiamſi non teneat, nihilominus poteſt agi ex eo, gl. fi. ibid.

in Contractibus bonæ fidei multa veniunt, de quibus nec eſt dictum, nec cogitatum, gl. fi. in cap. pe. eodem.

Contractus reſolutio poteſt conferri in voluntatem emptoris; licet contractus ſubſtantialia non poſſunt ab initio conferri in voluntatem vnius ex contrahentibus, cap. illo vos. De pignor.

in Contractus alicuius ſpecie dignoſcenda magis debent attendi pacta in eo appoſita, quàm nuda verba ipſius contractus: vnde licet verba innuent contractum emptionis, tamen propter pacta appoſita, conuenientia magis pignori, poteſt iudicari contractus pignoratitius, ibid.

Contractum eſſe ſimulatum poteſt allegare heres contrahentis, licet defunctus tacuerit tempore vitæ ſuæ, ibid.

Contractus an ſit vſurarius vel non, quando eſt dubium, præſumitur ex qualitate perſonæ contrahentis: vt ſi conſueuit facere contractus vſurarios, præſumitur etiam vſurarius, d. cap. illo nos, & ibi gl. fi.

Contractus in quo pœna apponitur, quæ excedit legitimum modum vſurarum, præſumitur appoſita illa in fraudem vſurarum, ibid.

Contractus dicitur omnino purus, & ſine omni conditione, ex quo non fuit certa conditio expreſſa, cap. 2. De ſponſal.

Contractus non vitiatur, ſi contrahens loquatur in tertia perſona, intelligendo tamen de ſe ipſo, cap. tua nos, 25. eod.

Contractus multi dicuntur claudicare, & ex vna parte poſſunt tenere, & ex altera non: vt ſi pupillus contrahat cum minore ſine tutoris authoritate, gl. fi. in cap. de illis, 8. De ſponſal. impub.

Contractus matrimonij non poteſt claudicare, quia matrimonium 4
non poteſt conſtare niſi ex duorum conſenſu: & ita contractis ſponſalibus à pubere cum impubere, pubes tenetur expectare, non ratione matrimonij, ſed ratione promiſſionis, ibid.

Contractus ſubſtantia vbi confertur in arbitrium certæ perſonæ, non valet contractus; niſi ille arbitrabitur, gl. 2. in cap. ſuper eo. De condit. appoſ.

Contractum aliàs illicitum non excuſat nominis mutatio, vel variatio temporis in ſoluendo, cap. in tantum, 36. De ſimon.

Contractus duo ſunt, qui de ſui natura volunt eſſe gratuiti, ſcilicet mutuum, & commodatum, gl. fi. in cap. conqueſtus. De vſuris.

Contractus vbi eſt dubius, an contineat in ſe peccatum vel non, debemus potius abſtinere à tali contractu, cap. in ciuitate, eod.

in Contractibus ſi ſit appoſita clauſula, *quod pœna ſoluta contractus ſit in ſua firmitate*, toties pœna ſolui debet, quoties contra contractum venerit, gl. 1. in cap. 1. De pœnis.

contra Contractum ſi vterque contrahentium venerit, vterque poteſt exigere pœnam ad inuicem promiſſam, ex conuentione, cap. conſtitutus, eod.

in Contractu licite poteſt apponi pœna, & etiam exigi de iure canonico, ibid.

Con,

Contractus etiam qui ſine communione explicari non poteſt, non diſſoluitur ſeu impeditur per excommunicationem ſuperuenientem in eum, qui tenetur aliquid præſtare non excommunicato, cap. ſi vere, 34. De ſenten. excommun.

Contractus puberis, qui aliàs non tenet, ſi iurauerit, tenet, & validus eſt ſecundum leges, gl. ſeruari, in cap. quamuis pactum. De pactis, lib. 6.

Contractus omnes qui conſenſu contrahuntur, inter abſentes contrahi poſſunt, gl. 1. in cap. fi. De procuratoribus, lib. 6.

5 Contractus non eo loco intelligitur factus, quo negotium geſtum eſt, ſed quo pecunia eſt ſoluenda, cap. 1. §. nec etiam. De foro comp. lib. 6.

Contractus ratione non compellitur viator reſpondere in loco contractus, etiam antequam inde diſcedat, ibid.

Contractus ratione non poteſt quis in loco contractos conueniri, niſi ibi reperiatur, d. cap. 1. §. contrahentes.

de Contractibus iuratis inter laicos cognoſcere, mixta iuriſdictio eſt: pertinet enim ſæcularibus pro ſubiecto ex iure communi, & ex pacto: Eccleſiaſticis vero pro materia ex vinculo iuramenti; & erit locus præuentioni, gl. fi. in cap. fi. eod.

Contractus aliàs inualidus confirmatur ex ſolo conſenſu, ſcilicet per adiectionem iuramenti contrahentis, cap. licet mulieres. De iureiura. lib. 6.

Contractus geſti per Prælatum depoſitum, nomine dignitatis, ſunt nulli; etiamſi ignoret ſe depoſitum, cap. 1. §. dicebat. De conceſſ. præb. lib. 6.

Contractus perpetuus, vel temporalis ad non modicum tempus, æquiparantur, cap. 2. De rebus Eccleſ. non alien. lib. 6.

Contractus appellatione poteſt comprehendi recognitio, ſeu confeſſio quam quis facit de tenendo rem ab aliquo, d. cap. 2. §. contractus.

Contractus vbi non valet reſpectu inhabilitatis contrahentis, & funditus poteſtate carentis, non valet etiam iuramentum, vel pœnæ adiectio: ſecus ſi funditus non caret poteſtate, d. §. contractus.

Contractum & iuramentum præſtitum ſuper illo, poteſt Papa ex cauſa annullare, ibid.

6 Contractus facti contra prohibitionem legis non tribuit cauſam præſcribendi, ibid.

Contractus ex conuentione partium legem accipiunt, gl. lege, in d. cap. 2. §. ex contractibus, reg. contractus, 85. De reg. iuris, lib. 6.

in Contractu ſi lex vel pactum appoſitum fuerit, illud ſeruari debet; alias fieri debet, quod exigit natura contractus, d. gl. lege.

Contractus non debent celebrari in Eccleſia; & qui faciunt, peccant; ipſi tamen contractus facti tenent, cap. 2. & ibi gl. proceſſus. De immon. Eccleſ. lib. 6.

Contractus ab initio ſunt voluntares, gl. 2. in reg. nemo poteſt. D reg. iuris, lib. 6.

Contractus ſi non valet, nec acceſſorium, gl. 1. in reg. acceſſorium, 42. eod.

in Contractibus quando conſtat de conſenſu partium, ſtatur illi: ſi vero de diſſenſu, nihil valet contractus: ſi vero eſt dubium, ſi ſecundum vnum intellectum poteſt valere, debet valere ſecundum quem valere poteſt: ſi vero ſecundum vtrumque intellectum poteſt valere, tunc debet valere ſecundum quod eſt veriſimilius: quod ſi dubitetur etiam quod ſit veriſimilius, tunc ſtamus contra eum, qui apertius legem dicere potuit, gl. 1. in reg. contra eum, 57. eod.

in Contractu ſi vna pars dolum committat, contra eum in caſu dubio fieri debet interpretatio: quod ſi vterque dolum committat, tunc recurrendum eſt ad communem ſignificationem, ibid.

Contractus ſunt duplices, quidam ſunt vtro citroque obligatorij, vt emptio & venditio: quidam ex vna parte, vt eſt donatio, gl. contractibus, in extrauag. prouide. De ſentent. excommun. inter comm.

Contractus ex quo non tenet, nec confirmatio contractus per iuramentum tenet, gl. iuramentorum, ibid.

Contractum vitiare non ſolent ea, quæ abundant, gl. 1. in can. habet, 2. q. 5.

7 Contractum Eccleſiæ cum prædeceſſore factum approbare, vel improbare eſt in optione ſucceſſoris, ſecundum quod ſibi videtur expedire, can. precariæ, 10. q. 2.

Contractus tenet quandoque, licet pactum appoſitum in contractu contra naturam contractus, non teneat, gl. 1. in can. ſic quidam, 10. q. 1.

Contractus duo ſunt, qui de ſui natura gratuiti ſunt, mutuum ſcilicet & commodatum. Et quidem mutuum omnimodo gratuitum eſſe debet, alioquin degenerat in vſuram, gl. 1. in ſumma, 14. q. 3.

in Contractu commodati ſi quid recipiatur, id quidem vſuram non facit, ſed commodatum in aliam contractus ſpeciem transformat. Et vero in commodato, aut pro ipſa re, aut pro vſu rei quid accipitur; pecunia videlicet, aut alia res: ſi pro ipſa re pecunia recipiatur, fit emptio: ſi alia res recipiatur, fit contractus permutationis. Quod ſi pro vſu rei pecunia accipitur, tranſit in contractum locationis: ſi res alia, erit contractus innominatus *do vt des*, vel *do vt facias*; & iſti contractus ſunt liciti laicis etiam cauſa negotiationis, d. gl. 1.

Contractus dolo initus nullus eſt ipſo iure, gl. 2. in can. fi. 20. q. 3.

Contractus dolo initus in ſpiritualibus tenet; ſed contractus metu initus non tenet, & hoc ſecundum canones: ſed ſecundum leges: contrarium eſt tam eo iure dolo initus contractus eſt nullus, ſed metu initus contractus tenet, licet reſcindatur per actionem quod metus cauſa, ibid.

Contractus, qui fiunt cum hominibus, ſi ſeruandi ſunt; multo magis contractus qui initur cum Deo, can. viduas, 27. q. 1.

Contractus ſiue bonæ fidei, ſiue ſtricti iuris, ſunt ſeruandi; quia in nullo debet interuenire dolus, gl. contractus, ibid.

Contractus omnes, qui cum conſenſu contrahuntur, poſſunt celebrari inter abſentes, dum tamen hoc agatur, gl. vxor. in can. nec illud, 30. q. 5.

Reliqua in verbo, Compenſatio. Conditio. Dolus. Iudicium. 3. 4. 5.

CONTRADICTIO plus valet quandoque quàm abſentia, gl. 1. in can. quis aut. diſt. 54.

Contradictionem impedit diuerſitas caſuum; ſicut dicitur diuerſum tempus impedire contradictionem, gl. ſuſpendatur, in cap. nihil. De electione.

Contradici poteſt in his, quæ publice facta ſunt, gl. populo, in can. licet ergo, 8. q. 1.

non Contradicere ſapit medium inter conſenſum & diſſenſum, gl. non contradicentibus, in clem. ſæpe. De verb. ſign.

Reliqua in verbo, Calumniari.

CONTRAHENS in propria perſona, efficaciter obligatur, licet doloſe mutaverit ſibi nomen, cap. tua nos. De ſponſalibus.

Contrahentibus ſe inuicem decipere licitum eſt, intellige vſque ad dimidiam, ſed non vltra, gl. deceptionis, in cap. cum cauſa, 42. De teſtib.

inter Contrahentes licet multa verba hinc inde proceſſerint, ſi tamen tempore inſtrumenti illa verba non fuerint per omnia replicata, illud videtur fuiſſe actum ſolum, quod reperitur ſcriptum, cap. pen. De conuerſ. coniug.

Contrahentes debent habere iuſtas menſuras & pondera, gl. libramine, in cap. 1. De re iudi. lib. 6.

Contraxiſſe quis videtur eo loco, vbi ſe ſoluere obligavit, gl. reſpondere, in cap. 1. §. nec etiam. De foro comp. lib. 6.

Contrahendum multa impediunt, quæ non dirimunt iam contractum, gl. fi. in cap. ſuper eo. 22. De teſtib.

Reliqua in verbo, Deceptis.

CONTRARIETAS nulla debet eſſe in iure, gl. contrarietatem in §. ſane, in proœm. Decretal.

Contrarietas non datur circa diuerſa, cap. poſt tranſactionem, §. quamquam. De renunciat.

Contrarietas non cadit inter illa, quorum vnum ad aliud venit ſuppletiue, vel declaratiue, cap. ſuper quæſtionum, §. ſi vero. De officio deleg.

Contrarietas in iudicijs repellitur, cap. ſi à ſubdelegato. De officio deleg. lib. 6.

Contrarietas vera non inuenitur in ſacra pagina, gl. minime, in can. ſi enim. De pœnit. diſt. 2.

Contrarietate canonum data, ſeruari debet ſtilus curiæ Romanæ, cap. illud. De præſcriptio.

Reliqua in verbo, Canones. 5.

CONTRARIA petens non eſt audiendus, gl. 2. in cap. querelam. De electione.

Contraria allegans non eſt audiendus, cap. imputari, & ibi gl. fi. De fide inſtru. gl. fi. in cap. ſolicitudinem, 54. De appella. cap. 1. & ibi gl. contrarietatem. Vt Eccleſiaſt. benefi. gl. oſtendebat. in cap. cum olim. De cenſibus procurat. & exact. gl. contraria, in can. quod autem, 23. q. 7. gl. quæ tanquam, in can. geſta, diſt. 74.

Contraria dicens, tanquam ſuſpectus repellitur, cap. literas. De præſumpt.

Contrariorum vnum ſi eſt bonum, reliquum eſt malum, gl. contrarium, in cap. ea te credimus, 22. De iureiur. quandoque tamen vtrumque contrariorum bonum eſt, vt nubere, & non nubere, gl. 1. in cap. intellecto, 33. eod.

Contraria reſpondens eſt ſuſpectus de falſitate, cap. Vt Eccleſiaſtica beneficia ſine dimin.

Contraria duo in eodem ſubiecto eſſe non poſſunt, cap. maiores, §. item quæritur. De baptiſmo, gl. falſitas, in can. cum humilitatis, 22. q. 2. can. quia radix. De pœniten. diſt. 2.

Contrarium actum primo faciens, de quo eſt certificatus, videtur à primo recedere, cap. 1. De conſtit. lib. 6.

Contraria in iudicijs, agendo quis non poteſt opponere, licet in excipiendo poſſit, gl. fi. in cap. ſi à ſubdelegato, 14. De officio deleg. lib. 6.

Contrariorum eadem eſt diſciplina, cap. 1. §. ſolet. De reſtit. ſpoliat. lib. 6.

de Contrarijs vnum eligendo alteri renunciare videtur, gl. clericalis, in cap. 1. De clericis coniug. lib. 6.

Contraria allegans, ſi ex principio ſunt contraria, ſed ad vnum finem tendunt, tunc proponi poſſunt in eadem inſtantia, &

& vnum non præiudicat alteri : ſi vero ad finem contrarium tendunt, tunc ſimul, vel in eadem inſtantia non proponuntur, gl. 1. in reg. nullus, 20. De regu. iur. lib. 6.

Contraria contrarijs purgantur, gl. dicendi, in clem. fi. De pœnis, can. imitare, 6. q. 1. gl. conualuiſſe, in can. legimus. De conſecra. diſt. 5.

Contrariorum non eſt eadem diſciplina, vbi verba & mens reſiſtunt, gl. obſeruare, in clem. 1. De ſeotent. excommunicat.

Contraria duo diuerſo reſpectu poſſunt concurrere in eodem ſubiecto reſpectu diuerſæ qualitatis; quia homo poteſt eſſe captus & liber. can. pentandum eſt, diſt. 6.

in Contrariorum vno idem iuris eſt, quod in alio, can. inferior, & ibi gl. hinc, diſt. 21.

Contraria duo diuerſis reſpectibus poſſunt eſſe bona; veluti tacere & loqui ſunt contraria, & vtrumque eſt bonum, diuerſo reſpectu, can. ſit rector. diſt. 43

Contraria contrarijs opponuntur, gl. fi. in can. 1. 1. q. 1.

Contrarium vnum ex duobus quando commendatur, aliud vituperatur, gl. ex aduerſo, in can. ſciendum, 8. q. 1.

Contraria duo ſi inter ſe non conueniunt, nec eorum contraria inter ſe conuenient. can. 2. 24. q. 1.

Reliqua in verbo, Allegans.
Argumentum. 2. 3. 5. 6.
Proteſtatio.

CONTRECTANS ſæpius rem non dicitur committere diuerſa furta, gl. 1. in can. ſanitare, 6. q. 1.

Reliqua in verbo, Furtum.

CONTRIBVTIO facienda eſt in oneribus iuxta facultates, clem. 1. De magiſtris.

Contributio fit, quando mercium iactus fit in mare, gl. 2. in cap. in noſtra. De iniuriis.

Contributionem fieri æquum eſt, propter bonum pacis & concordiæ, ne forte hac occaſione concordia non ſeruetur, ibid.

Reliqua in verbo, Collecta.
Eccleſia. 99. 100. 101.

CONTRITIO eſt virtus, per quam deletur peccatum, quoad Deum, gl. peccati, in reg. peccati, 5. De reg. iur. lib. 6.

Contritio confitentis tanta poteſt eſſe, quod nedum culpa, ſed & pœna prorſus tollatur; ſed quia hoc eſt dubium apud homines, miniſter Dei præſertim vicarius Chriſti, & ſucceſſor Petri, illam pœnam certis de cauſis, vt in voto vltra marino, & quibuſdam alijs, commutat in certos actus ſatisfactorios, gl. & confeſſis, in extrauag. antiquorum. De pœniten. & remiſ. inter communes.

ſine Contritione cordis, venia nulli eſt danda, gl. fi. in can. ſi is qui. 23. q. 5.

Contritione deletur peccatum, ſi confeſſio non contemnatur, cum adhiberi poteſt: aliàs primum peccatum imputatur, gl. 2. in ſumma. De pœnitentia, diſt. 1.

Contritio non requirit, vt eam ſtatim confeſſio ſequatur, nec quam primum facultas eam faciendi adſit: ſed debito tempore, dd. reprob. gl. opere, in can. magna. De pœniten. diſt. 1.

Contritione non ſemper ante confeſſionem delentur peccata, can. omnis qui non diligit. verſ. non ergo. De pœnitentia, diſt. 1.

Contritio licet interdum deleat peccatum ſine actuali confeſſione, non tamen ſine confitendi voto, d. can. omnis §. alij, & ibi gl. teſtantur.

Contritus non eſt ille, qui confiteri contemnit, gl. 2. in ſumma, & gl. 1. in cap. ſacrificium. De pœnitentia diſt. 1.

Contritio habet primum locum inter actus pœnitentis. Concil. Triden. ſſ. 14. cap. 4.

Contritio eſt animi dolor, ac deteſtatio de peccato commiſſo, cum propoſito non peccandi de cætero, ibid.

Contritionis motus fuit neceſſarius quouis tempore ad impetrandam veniam peccatorum; & in homine poſt baptiſmum lapſo, ita demum præparat ad remiſſionem peccatorum, ſi cum fiducia diuinæ miſericordiæ, & voto præſtandi reliqua, coniunctus ſit: quæ ad rite ſuſcipiendum ſacramentum pœnitentiæ requiruntur. Concil. Triden. d. cap. 4.

Contritio continet non ſolum ceſſationem à peccato, & vitæ nouæ propoſitum, & inchoationem, ſed etiam & veteris odium, ibid.

Contritionem quamuis aliquando contingat eſſe charitate perfectam, hominemque Deo reconciliare, priuſquam ſacramentum pœnitentiæ actu ſuſcipiatur: ipſa tamen reconciliatio ipſi contritioni, ſine ſacramenti pœnitentiæ voto, quod in illa includitur, non eſt adſcribenda, ibid.

Contritio imperfecta dicitur attritio. Concil. Trid. d. ſſ. 14. cap. 4.

Contritio imperfecta, quæ vel ex turpitudinis peccati conſideratione, vel ex gehennæ & pœnarum metu communiter concipitur, ſi voluntatem peccandi excludat cum ſpe veniæ, non ſolum non facit hominem hypocritam, & magis peccatorem, verum etiam eſt donum Dei, & Spiritus Sancti impulſus, non adhuc tamen inhabitantis, ſed tantum mouentis, quo pœnitens adiutus viam ſibi ad iuſtitiam parat, ibid.

Contritio imperfecta, ſine ſacramento pœnitentiæ non poteſt per ſe perducere peccatorem ad iuſtificationem: diſponit tamen eum ad Dei gratiam, in ſacramento pœnitentiæ impetrandam, d. cap. 4.

Contritio eſt dolor liber, & voluntarius, & non coactus, nec extortus, ibid.

Contritionem ſi quis dixerit illam, quæ paratur per diſcuſſionem, collectionem, & deteſtationem peccatorum, qua quis recogitat annos ſuos in amaritudine animæ ſuæ, ponderando peccatorum ſuorum grauitatem, multitudinem, fœditatem, amiſſionem æternæ beatitudinis, & æternæ damnationis incurſum, cum propoſito melioris vitæ, non eſſe verum & vtilem dolorem, nec præparare ad gratiam, ſed facere hominem hypochritam, & magis peccatorem: demum illam eſſe dolorem coactum, & non liberum & voluntarium, anathema ſit. Concil. Trid. De ſacramento pœniten. ſſ. 14. can. 5.

Reliqua in verbo, Confeſſio. 15. vſque 19.
Sacerdos. 27. vſque 31. Pœnitens.
Pœnitere. Pœnitentia. Peccatum.
33. 34. 35. vſque 42.

CONTROVERSIA dicitur fieri, ſi opponatur exceptio præiudicialis, can. prius §. ſi de hereditate, 3. q. 11.

Reliqua in verbo, Cauſa. n. 3.
vſque 10. Lis.

CONTVMACIA duplex eſt, vna in non veniendo, alia non parendo, cap. de cauſis, §. 1. De officio deleg. 1

Contumaciæ pœna certa quando reperitur à iure ſtatuta, illa eſt ſtatuenda & imponenda: ſed ſi certa non reperitur ſtatuta, tunc arbitraria eſt, d. cap. de cauſis, §. 1.

ob Contumaciam communione priuatus, ſi ſatisfactionem congruam exhibeat, reſtitutionem debet obtinere, cap. ex literis. De conſtit.

ob Contumaciam procuratoris non punitur dominus, gl. ſingulares, in cap. bonæ, 23. De electione.

ob Contumaciam procuratoris, dominus non poteſt excommunicari, ſi dominus ignorauit, ibid.

ob Contumaciam quandoque punitur quis pœna ſuſpenſionis, cap. cum bonæ. De ætate & qualit.

Contumaciæ præſumptio eliditur per præſumptionem & probationem etiam minus plenam, gl. ad plenum, in cap. ex literis. De in integ. reſtitutione.

Contumacia creſcente, debet etiam creſcere pœna. gl. pe. in cap. at ſi clerici, §. de adulterijs. De iudicijs, cap. quam. §. fi. & ibi gl. alteram. Vt lite non conteſtata.

Contumacia vera vbi exigitur, contumacia prioris non nocet domino, niſi ſciuerit procuratoris contumaciam, cap. 1. Vt lite non conteſt.

ob Contumaciam ſuam puniendus eſt quis, vt quia ipſe principalis ſit contumax, gl. fi. ibid.

Contumacia procuratoris, domino ſcienti & non purganti nocet, quia intelligitur ratam habere contumaciam ſui procuratoris, vnde poteſt excommunicari, aut aliàs puniri, quia alienam culpam facit propriam per conſenſum, ibid.

Contumacia nuda in non comparendo eſt excommunicatione digna, cap. 2. Vt lite non conteſtata.

ob Contumaciam rei poteſt iudex rem petitam ſequeſtrare, & ipſum contumacem condemnare in expenſis, quas propter ipſius contumaciam vel doloſam exceptionem fecit actor. cap. 2. De dolo & contum.

Contumacia multis modis committitur, quandoque attenditur reſpectu non venientis, quandoque reſpectu non reſtituentis: quandoque reſpectu non reſpondentis, vel obſcure reſpondentis, quod idem eſt ac ſi non reſponderet: quandoque reſpectu non iurantis: quandoque reſpectu recedentis infecto negotio: quandoque reſpectu non exhibentis, gl. in d. cap. 2. 2

Contumacia dicitur etiam reſpectu non defendentis; item reſpectu impedientis, ne citatio peruenire poſſit ad ipſum: item reſpectu minus inſtructi comparentis, d. gl. 1. in addit. marg.

Contumacia actoris maior eſt, quàm rei, cap. cauſam quæ, & ibi gl. ad dominum, eod.

in Contumaciam incidit ille, qui venit & ſine licentia iudicis receſſit, cap. prout, eod.

Contumacia commiſſa poſt litis conteſtationem, grauior videtur, quam commiſſa ante: patet hoc ex pœnarum impoſitione, ibid.

Contumacia creſcente debet etiam creſcere pœna, gl. in excommunicationis, in cap. veritatis, eod.

pro Contumacia rei annotantur bona, & expectatur per annum: & poſtea deuoluuntur ad fiſcum, nec ſuper bonis auditur ſuper crimine, gl. probatum, ibidem.

Contumacia ſeu delictum non debet afferre commodum, cap. pe. eod.

Contu-

Contumacia procuratoris nocet domino, vt condemnetur in expenſis, cap. ſæpe contingit. De appellat.

ex Contumacia Abbatis & conuentus, condemnatur monaſterium in expenſis, cap. Nicolao. 64. eod.

3 Contumacia omnis aduerſus præſidem, capite punienda eſt, gl. depoſuiſſe, in cap. grauem. De exceſſibus Prælator.

à Contumacia excuſatur impeditus ex iuſta cauſa, cap. cupientes, §. quod ſi. De electione, lib. 6.

ob Contumaciam continuatam grauior pœna eſt imponenda, cap. 2. De officio deleg. lib. 6.

Contumacia non comparentis in termino, non poteſt accuſari poſt terminum, niſi forte iſte accuſans compareat in termino, cap. 1. De dolo & contum. lib. 6.

pro Contumacia qualibet, etiam ante peremptorium, reus condemnatur in expenſis, licet ſolum poſt peremptorium poſſit excommunicari, vel miſſionem pati, gl. 1. ibid.

Contumacia actoris compenſatur cum contumacia rei, gl. venienti, ibid.

Contumacia maior reputatur illius, qui interrogatus à iudice vt reſpondeat poſitionibus, & ab eo iuſſus, non vult reſpondere, quàm illius qui citatus per nuncium, vel per literas, etiam hoc expreſſo, venire non vult, gl. iuſſus, in cap. 2. De confeſſis, lib. 6.

ob Contumaciam ſolam excommunicatur quis ab homine, gl. contumacia, in cap. 1. De exceptio. lib. 6.

Contumacia vera non dicitur, ſed præſumpta, licet citatus non comparuerit, cap. venerabilibus, §. porro. De ſenten. excommunicat. lib. 6.

Contumacia actoris magis punitur, quàm rei, gl. 1. in reg. cum qui certus. De reg. iuris lib. 6.

Contumacia triplex eſt, ſcilicet euidens, vera, præſumpta ſeu ficta, gl. manifeſte, verſ. & aduerte, in clem. 1. De dolo & contum.

Contumacem facit quandoque partis requiſitio etiam vnica, gl. factum, in clem. religioſi. De decimis.

4 Contumacia facit cumulari pœnam, gl. ſecundo, in extrauag. cum ad ſacroſanctæ. Ioannis 22.

poſt Contumaciam ſi quis eſſet infamis, non retineret Eccleſiaſticam dignitatem, gl. tot ſcriptis, in can. Honoratus, diſt. 74.

pro Contumacia cum aliquis punitur, iſte ordo eſt ſeruandus, vt poſt admonitionem ſuſpendatur, 2. excommunicetur, 3. deponatur, 4. curiæ tradatur: ſed cum pro crimine punitur quis, tunc primo deponitur, poſtea excommunicatur, gl. pe. ibid.

Contumacia quælibet digna eſt excommunicatione, imò tanto maior videtur contumacia, quanto ex re minori conſurgit, gl. videbatur, in can. duo ſunt, diſt. 96.

in Contumacia perſiſtentibus iudices ſemper debent ſe oſtendere ſeueri, gl. rebellibus, in cap. præcepimus. De ſtatu monach. ſed humiliatis & pœnitentibus venia non eſt deneganda, gl. 1. in can. habet, 2. q. 5.

Contumacia non comparentis poteſt accuſari poſt terminum aſſignatum, etiam lapſum poſt multos dies, can. ſi. §. ſi. 3. q. 3.

ob Contumaciam ſolam in non veniendo ad iudicium, non poteſt quis priuari dignitate ſua, can. multum, 3. q. 6.

Contumacia ſola non ſufficit ad condemnationem criminis, & pendente conſultatione non debet iudex ante reſponſionem procedere, ibid.

Contumaciæ pœna eſt grauiſſima: ergo grauiſſimum peccatum eſt, gl. 1. in ſumma, 4. q. 1.

ex Contumacia non poteſt quis damnari capitaliter, ibidem.

ob Contumaciam in non comparendo, poteſt contumax excommunicari, ſine alia citatione vel monitione, can. 1. 4. q. 5.

Contumacis in non corrigendo peccato eſt hæreſis: & contumax dicitur infidelis, gl. à fide, in can. ſi Papa, diſt. 40.

Contumaciter abſens ſi fuerit reus, nec dimiſit procuratorem, tunc lite non conteſtata, mittitur actor in poſſeſſionem cauſa rei ſeruandæ: ſed ſi actor iudicio cœpto ſe abſentauerit, tunc lite non conteſtata poſſunt recipi teſtes, & ferri ſententia, cap. cauſam quæ, & ibi gl. ad domum. De dolo & contum.

Contumaciter abſens habetur pro præſente, can. abſens, 3. q. 9.

Reliqua in verbo, Ceſſante.

1 **CONTVMAX** appellans non auditur, gl. 1. in cap. 1. De reſcript.

Contumacibus ſi non obeſſet contemptus & inobedientia, nihil obedientia prodeſſe videretur humilibus, cap. 1. §. nos igitur. De poſtul. Prælator.

Contumax iudicari non debet is, qui citatus non fuit, cap. venerabilem, 34. in princip. De elect.

Contumax coram vno iudice poteſt de contumacia puniri ab alio iudice, de mandato primi, cap. cum bonæ. De ætate & qualit.

Contumax ſi ſit reus, mittitur actor in poſſeſſionem cauſa rei ſeruandæ, ſi ſit res in qua miſſio poteſt fieri: aliàs reus excommunicabitur, gl. certa, in cap. de cauſis, §. 1. De officio deleg.

Contumax punitur duobus modis, vel per miſſionem in poſſeſſionem, vel per excommunicationem, cap. paſtoralis, §. præterea. De officio ordin.

Contumax poteſt dici malitioſe ſe abſentans etiam non citatus, cap. inter quatuor. De maior. & obed.

Contumax cenſetur ad finem condemnationis expenſarum is, qui ad primam citationem non comparuit, cap. 2. & ibi gl. rationibus. De procurat.

Contumax eo quod non venit, condemnatur in expenſis, d. cap. 2.

Contumax reputatur non ſolum non veniens, ſed etiam veniens, & illicentiatus recedens, antequam ſit id pro quo agitur expeditum, non legitimo conſtituto procuratore, cap. conſtitutus. De procuratoribus.

Contumax condemnari poteſt in expenſis abſque alia citatione, ibid.

Contumacem ſe non eſſe poteſt quis probare per iuramentum vnius, gl. ad plenum, in cap. ex literis. De integr. reſtit.

Contumax in non comparendo, vel non reſpondendo excommunicari poteſt: beneficio tamen privari non debet, cap. 1. De iudicijs. 2

Contumax poteſt mulctari ex antiqua contumacia, abſque noua citatione ad actum mulctæ imponendæ, ibid.

Contumax ſi fuerit reus lite non conteſtata, ſi fieri poteſt, mittitur actor in poſſeſſionem cauſa rei ſeruandæ: aliàs reus excommunicabitur, gl. propter contumaciam, in cap. 2. & cap. tuæ fraternitatis. Vt lite non conteſtata.

Contumax pluribus modis dicitur quis, d. cap. tuæ fraternitatis, & ibi gl. 1.

Contumacis pœna ordinaria in actione reali eſt miſſio in poſſeſſionem rei petitæ, d. cap. tuæ.

Contumax dicitur quis tripliciter, ſcilicet vel is qui peremptorie citatus non comparuit: item qui malicioſe ſeipſum occultauit: item qui impedit, ne citatio poſſit ad eum peruenire, gl. impedit, in cap. quando frequenter, §. porro, eod.

contra Contumacem quandoque proceditur per miſſionem in poſſeſſionem: quandoque per excommunicationem, & alijs etiam remedijs, cap. 1. & ibi gl. 1. De dolo & contum.

Contumax eſt, qui cum debet parere, non paret, gl. 1. in cap. prout. De dolo & contum.

Contumax non videtur ille, qui ſi præſens eſſet, non compelleretur reſpondere, ibid.

Contumax ſi poſtea comparet, ſufficit quod præſtet iuratoriam cautionem de ſtando iuri, niſi fuerit excommunicatus, vel data poſſeſſione, gl. 2. ibid.

Contumax poſtea comparens, & iurans de ſtando iuri, non obſtante iuramento de iudicio, ſiſti poteſt ex iuſta cauſa appellare, nec in pœnam incideret, ſi eſſet appoſita, d. gl. 2.

contra Contumacem ſiue in actione reali, ſiue in perſonali, iudex poteſt procedere per miſſionem in poſſeſſionem, vel per excommunicationem: poteſt enim imponere illam, quæ magis timeatur, gl. ſi. in cap. prout. De dolo & contum.

Contumax condemnatur in expenſis, à tempore contumaciæ, cap. cum dilecti, eod. 3

Contumax non debet eſſe melioris conditionis, quam obediens, cap. pe. eod.

contra Contumacem duobus modis proceditur: vno modo per miſſionem in poſſeſſionem, 2. per excommunicationem: & vbi vna pœna illarum ponitur, altera non indicitur, niſi expreſſe imponatur: imò cum vna non timetur, poteſt altera imponi, gl. 2. ibid.

contra Contumaciter abſentem ſi proceditur per viam inquiſitionis, etiam lite non conteſtata, poſſunt teſtes recipi, & ſententia diffinitiua ferri, etiam per viam depoſitionis, ſi hoc meretur delictum, cap. veritatis, eod.

Contumacis rei annotantur bona, ſed his tamen expectatur per annum, & poſtea deuoluuntur ad filium, nec ſuper bonis auditur, ſed ſuper crimine, gl. probatum, ibid.

Contumax etiamſi non compareat in termino, non condemnatur in expenſis, quoniam ſi comparuiſſet, iudices fuiſſent impediti, gl. ſi. in cap. ſi. eod.

Contumax non debet pati miſſionem, ſi apparet procurator, vel amicus, qui velit eum defendere, cap. ſi. De eo qui mittitur in poſſeſſionem.

Contumax licet non appellet, tamen per viam querelæ ſubuenitur ei allegando iniuſtum grauamen ſibi à parte inflictum, vt circa conſeruationem fructuum rei, in quam facta eſt miſſio, cap. 2. De ſequeſtrat. poſſeſſ. & fruct.

Contumax non debet excommunicari, vel actor non debet mitti in poſſeſſionem, niſi poſt trinam citationem, vel vnam peremptoriam: & ſi ad primam non veniat, condemnabitur alteri parti in expenſis, in ſecunda citatione, cùm venerit, gl. dilationes, in cap. quoniam contra. De probat.

Contumax ad ſententiam audiendam de novo citari debet, cap. cum olim. De teſtib. 4

Contumax appellans non auditur, gl. ſi. in cap. inter monaſterium. De re iudicat.

Contumax priuatur poſſeſſione, vt tædio affectus veniat reſponſurus, gl. 1. in cap. de illa. De diuort.

vt Contumax condemnatur ille, qui neque defendit, neque

exhibet, gl. pe. in cap. excommunicamus, §. ſi. De hæreticis.

Contumax non videtur ſtatim, qui vocem præconis non exaudit, gl. perquiſitus, in cap. ex litteris. De exceſſibus Prælator.

Contumacibus poteſt imponi pœna hæc, vt interdicatur colonis & inquilinis eorum reſpondere eis de poſſeſſionum redditibus: & quòd nemo audeat colere agros ſeu poſſeſſiones eorum, cap. grauem, 53. De ſententia excommunicat.

Contumax reus non condemnatur actori contumaci, gl. venienti, in cap. 2. De dolo & contum. l. 6.

Contumax in vno actu iudicij, ad alios actus iudicij citari debet, quando citatio fuit facta ad vnum actum tantum, gl. non teneris, in cap. 2. eod.

Contumax licet ſit quis in vno actu iudicij, non propterea proteſtari videtur, quòd in alijs actibus iudicij, velit eſſe contumax: quod intellige, quando citatio fuit facta ad vnum tantum actum, in quo fuit contumax: ſed ſi citatio fuit facta ad totam cauſam, tunc ſine alia citatione poteſt procedi ad vlteriora, & ad ſententiam, d. gl. non teneris, & ibi add.

Contumax habetur pro confeſſo, cap. 2. De confeſſis, lib. 6.

vt Contumax puniatur recedens à iudicio ſine licentia iudicis, ibid.

Contumax dicitur iniuriam facere tribus, ſcilicet iudici, parti & iuri, cap. 1. § quod ſi. De appell. lib. 6.

5 Contumacium conditio non debet eſſe melior, quàm obedientium, gl. exiſtere, in cap. cum qui, 18. De præbend. lib 6.

Contumax in vno actu, non citatur ad alium actum faciendum, quando habet annexitatem neceſſariam cum actu præcedenti, cap. ſi capitulo, §. imo ſi, eod.

contra Contumacem inducitur præſumptio, vt ſit culpabilis in eo, ſuper quo citatur, cap. contumacia. 7. De hæreticis, lib. 6.

Contumax dicitur ille, qui non paret mandato iudicis, vel ſe abſentat à iudicio, ibid.

Contumax habetur pro confeſſo, ſi perdurat in contumacia per tempus, ibid.

Contumax eſt duplex, præſumptus, & manifeſtus, cap. venerabilibus, §. porro. De ſentent. excomm. lib. 6.

Contumax præſumptus dicitur ille, qui citatus non comparet: manifeſtus vero dicitur ille, qui in iudicio dixit iudici, quod non compareret: & ideo non eſt amplius citandus, ibid.

Contumax reputari non debet ille, qui in itinere captus, ſiue à iudice, ſiue a priuato, in termino comparere non potuit: ita tamen quod captus à iudice non condemnatur ad expenſas: ſed captus à priuato condemnatur in expenſis, ad quas ipſe habet regreſſum contra capientem, d. §. porro, & ibi gl. captus.

Contumax reputatur, qui in itinere captus ſui procuratione, vel dolo, in termino comparere nequiuit, gl. captus, ibid.

Contumax non reputatur ille, qui iuſto impedimento detentus, puta valetudine, tempeſtate, vi fluminis, in termino comparere nequiuit, gl. impedimento, ibid.

Contumax manifeſtus eſt, qui confitetur ſe contumacem: vel aliàs de contumacia conſtat: vt quia in iudicio prædixerat ſe non comparituram: & iſti non debet abſolutio excommunicationis dari, niſi prius ſatisfaciat de expenſis, & dederit cautionem de ſtando iudicio, d. cap. venerabilibus, §. ſecus. De ſententia excommunicat. lib. 6.

6 Contumax manifeſtus non dicitur ille, qui extra iudicium dixit ſe non compariturum, gl. in iudicio, ibid.

Contumax verus dicitur ille, qui nuncio citanti dixit ſe nolle venire: & nuncius deinde iudici retulit, ibid.

Contumax apertè dicitur quia in non veniendo, ex quo citatus fuit abſens, gl. abſentem, in clem. 2. De dolo & contum.

Contumax in non veniendo, non poteſt appellare: ſed contumax in non parendo, poteſt appellare, gl. manifeſtè, verſ. & aduerte, ibid.

Contumax verus dicitur, qui inuentus eſt perſonaliter, etiamſi nihil dixit: ſed fictus contumax dicitur, qui non fuit inuentus perſonaliter, ſed ad domum citatus eſt, d. gl. manifeſtè, verſ. ſed circa.

Contumax verus non auditur appellans, ſed fictus ſic, gl. manifeſte, verſ. fictum, & verſ. item ſciendum, ibid.

Contumax verus dicitur ille, qui cognouit ſe citatum, licet perſonaliter non fuerit citatus, ſeu inuentus per nuncium: fictus vero dicitur, qui non fuit inuentus, nec recognouit ſe citatum: quia ſi iudicialiter conſtaret quod cognouiſſet peremptorium, licet non fuiſſet inuentus, dicitur verus contumax: ſi autem id iudicialiter non conſtaret, tunc quia ex præſumptione non habemus iudicare, dicendus eſt fictus, d. gl. manifeſte, verſ ſed circa.

Contumax & inobediens committit peccatum mortale, & ob id poteſt excommunicari, & etiam meretur deponi ex tranſgreſſione ſtatuti, vel præcepti, gl. contumax, in extrau. quia quorundam. Ioann. 22.

Contumax poteſt excommunicari, & contra eum ſententia diffinitiua ferri, gl. perſonaliter, in extrau. rem non nouam. De dolo & contum. inter comm.

Contumax pariter dicitur nullo modo veniens, & veniens, ſed diſcedens ſine iudicis licentia, vel ante, can. ſi quis, diſt. 18.

Contumax non dicitur quis ante trinam citationem, quantum ad excommunicationem, vel miſſionem in poſſeſſionem: 7
puniri tamen debet in expenſis, ſi in prima citatione non venit, gl. tot ſcriptis, in can. Honoratus, diſt. 74.

Contumax nolens obedire iudicibus communione priuari debet, can. non ita, §. ſi. & can quiſquis, 2. q. 6.

Contumax verus appellans non auditur, niſi venerit iudice ſedente pro tribunali, can. ei qui, §. ſunt etiam, & ibi gl. per contumaciam, 3. q. 6.

contra Contumacem abſentem poteſt ferri ſententia, can. caueant, 3. q. 9.

Contumax contra quem proceditur ſuper diuerſis delictis, quorum aliqua ſunt probata, videtur haberi pro confeſſo ſuper alijs non probatis, ex ſola contumacia; & ſufficit probare vnum de criminibus obiectum contra eum, ibid.

Contumax habetur pro confeſſo vel conuicto, can. decernimus, 3. q. 9. can. quicumque, 11. q. 3.

Contumax pro prima citatione non punitur, can. præſenti, 5. q. 2.

Contumax non comparendo excommunicatur, can. rurſus, 11. q. 3.

Contumax reus eſt excommunicandus, cum talis eſt cauſa quòd actor non poſſit mitti in poſſeſſionem, gl. 2. in can. quicumque, 11. q. 3.

Contumax in non veniendo, aut in non parendo, aut in recedendo ſine licentia iudicis non finito iudicio, excommunicari poteſt, can. certum, 11. q. 3.

Contumacem poteſt iudex excommunicare; ſed aliter punire non poterit, gl. ſi. in can. ſtatuimus, 16 q. 1.

contra Contumacem poteſt iurare in infinitum, gl. ſi. in can. Dominus, 23. q. 2

Contumax hæreticus eſt iudicandus, gl. ſi. in can. omnibus, 24. q. 1.

Contumaces, vbi continuatur contumacia, poſſunt pluribus pœnis puniri & grauari, can. præcipue, 5. q. 2.

Reliqua in verbo, Abſens. n. 5. vſque 18. Actor. n. 3. 4. Aliud. Citatio. 6. Citatus. 2 4 6. Febris. Miſſio. Reus. 3. 4. 7. Suſpendi.

CONTVMELIA, quæ in religionem diuinam committitur, in omnium fertur iniuriam, gl. contumeliam, in extrauag. copioſus, Ioan. 22.

Contumeliam probans, quam de aliquo dixit, non punitur de iniuria, can. 2. 5. q. 1.

Contumeliam illatam ſuſtinere pro cæleſtium rerum defenſione, meritorium eſt, can. omnes, diſt. 47

Reliqua in verbo, Iniuria. Conuitium.

CONVENIRI poteſt quis ratione rei, in loco vbi eſt ſita res; ſed in actione perſonali, poteſt conueniri vbicumque habet domicilium, gl. domicilium, in cap. dilectus. De reſcript.

Conueniri poteſt quis in loco contractus, ratione contractus, ſi ibi inueniatur: ſed ſi ibi non inuenitur, poteſt citari etiam exiſtens extra territorium, quoad miſſionem ſiendam in bonis, quæ ſunt in loco contractus, gl. 2. in cap. ſi. De foro compet.

Conueniri poteſt in loco contractus exiſtens contra locum contractus: & poterit ibi comparere ſi velit: inuitus tamen non cogitur, nec iudex loci in quo reperitur, tenetur regulariter remittere contrahentem ad iudicem loci, vbi contraxit, dd. rep. ob d. gl. 2.

Conueniri poteſt quis in loco, vbi ſoluere promiſit, ibidem.

Conueniri non poteſt quis coram non ſuo iudice, can. leges Eccleſiaſticæ, 3. q. 6

Conueniri debet reus, clericus ſiue laicus, in ciuili ſiue in criminali, in ſuo foro, can. clericus ſiue, 11. q. 1.

Conueniri poteſt reus, vbicumque inuenitur: ſed legiſtæ dicunt, quod quis ſortitur forum, aut ratione rei petitæ, vel ratione contractus, vel criminis, gl. 2. in can. quiſquam, 24. q. 2.

Conueniendus eſt quilibet regulariter coram ſuo iudice, alioquin pœnam patitur actor: fallit ratione poſſeſſionis, vel ratione contractus, vel ratione criminis: nam conuenitur quia vel vbi deliquit, vel vbi inuenitur, vel vbi domicilium habet, & in alijs caſibus, gl. 1. in ſumma, 3. q. 6.

CONVENTIO ne dolus præſtetur, appoſita in contractu, non valet, gl. 2. in reg. contractus. De regul. iur. lib 6.

Conuentio inter Epiſcopum diœceſanum & fundatricem Eccleſiæ, inita de oblationibus & obuentionibus in feſto ipſius Eccleſiæ, ſeruanda eſt, ibid.

ex Conuentione honeſta, & non contra bonos mores contractus legem accipiunt, ibid.

Conuentio idem eſt quod pactum. cap. 2. De pactis.

Conuentio inualida per conſenſum ſuperioris validatur, ibid.

Conuentio ſeu pactum, in his quæ de ſui natura ſunt ſimoniaca, veluti vendere ſacramentum, & ſimilia, ſimoniam inducunt: & Papæ authoritas non excuſat, gl. illicitæ, in cap. cum pridem. De pactis.

Conuentio ſeu pactum, in his quæ per conſtitutionem Eccleſiæ ſimoniam inducunt, non inducunt ſimoniam, ſi Papæ authoritas in illis interueniat, quia in talibus poteſt Papa diſpenſare, ibid.

Con-

Digitized by Google

Conuentionis & reconuentionis cauſæ coram vno & eodem iudice debent fieri, gl. 2. ad med. in cap. fi. De iudicijs.

Conuentio & reconuentio ſimul procedere debent, cap. 1. De mutuis petitio.

Conuentio & reconuentio ſimul ſunt tractandæ: & non valet ſententia ſuper una, niſi & ſuper alia in eadem inſtantia feratur: & vna ſententia dici poteſt, quando vna immediate poſt aliam fertur: licet re vera ſint duæ ſententiæ, gl. eadem in cap. 2. De ordine cognit.

Conuentio cui prohibetur, prohibetur & reconuentio, cap. cum inter, & ibi gl. legitima. De exceptio.

Conuentionis & reconuentionis cauſa coram eodem iudice in eodem negotio tractari debent, can. 1. §. cuius, 3. q. 8.

Conueniri debet quis eadem lege, qua ius ſibi tribui poſtulat, gl. 1. in cap. 1. De mutuis petitio.

Reliqua in verbo, Agere. Citatio. Clericus. 81. uſque 93. Pactum. Reconuentio. Domicilium.

CONVENTICVLA ad malum facere prohibetur: ad bonum autem congregationes facere, permittitur, gl. conuenticulas, in extrauag. ſancta Romana. Ioannis 22.

Reliqua in verbo, Coniurationem. Congregatio. Laicus. 2.

CONVENTVALIS Eccleſia dicitur, ex quo duo vel tres ſunt in Collegio: tamen in vno retinetur ius Collegij, gl. in conuentuali, cap. nobis. De iure patr.

Conuentuales Religioſi dicuntur ſocij Prioris loci, cap. cum nullus, §. Religioſi. De tempor. ordin. l. 6.

Reliqua in verbo, Eccleſia. 55.

Conuentus, id eſt Monaſterium. n. 1.

Conuentus, id eſt citatus. n. 2.

1 CONVENTVS & Capitulum ſunt ſynonima, cap. innotuit, 20. De electione.

Conuentus non poteſt agere vel conueniri ſine conſenſu Prælati, pro rebus communibus, vel pro his quæ principaliter pertinent ad ipſum conuentum: vt quia ſint bona diſcreta, gl. debeant, in cap. edoceri, 21. De reſcript.

Conuentus vacante ſede, non poteſt agere nec conueniri ſine Prælato, ibid.

Conuentus ſi egerit vel conueniatur, ſine Prælati conſenſu, vel ſede vacante, poteſt Prælatus geſta per conuentum ſine ſuo conſenſu, ratificare, ibid.

Conuentus poteſt litigare cum Prælato, ſine curatore, dd. reprob. gl. debeant, ibid.

per Conuentum ſolum poteſt fieri impetratio reſcripti, licet ſolus conuentus non poſſit agere, cap. cauſam quæ. De iudicijs.

Conuentus appellatione comprehenditur congregatio regularium, cap. ſi religioſus, 27. §. quia vero. De electione, lib 6.

Conuentui quis debet præeſſe de iure communi per viam electionis; de conſuetudine tamen quandoque ſecus, clem. De 2. De reſcript.

Conuentus mortuo Abbate, per ſyndicum agere poteſt, & conueniri de iuribus quæ pertinent ad conuentum, vel ſimul ad conuentum & Abbatem: ſecus in his quæ ſeparatim pertinent ad Abbatem tantum, gl. reuocari, in clem. fi. De procuratorib.

Conuentus dicitur religioſorum, in clem. 1. De rebus Eccleſ.

Conuentus & capitulum ſunt diuerſa, clem. 1. verſ. quibus. De magiſtr.

Conuentus dicitur quandoque principium, clem. 2. eod.

Conuentus appellatione comprehendi poteſt congregatio clericorum ſæcularium, can. de concilijs, & can. quoniam, diſt. 18. can. 1. §. iudices, 3. q. 8.

Conuentus appellatione comprehenditur congregatio mixta clericorum ſæcularium, & regularium, can. decernimus, diſt. 18.

Conuentus clericorum appellatur Concilium, gl. 2. in can. 1. 6. q. 2.

Conuentus, quem facit Epiſcopus cum clericis ſuis, dicitur Concilium, gl. fi. in can. quando, diſt. 38.

Reliqua in verbo, Capitulum, 2. 11. 14. Congregatio. Cœtus. Collegium.

CONVENTVS coram vno iudice, vigore vnius reſcripti, non poteſt conueniri coram alio vigore alterius reſcripti, & ſi conueniatur poteſt excipere, quod non tenetur ibi reſpondere: quod verum eſt, niſi in ſecundo fiat mentio de primo, cap. ex tenore. De reſcriptis.

Conuentus idem ſignificat quod commonitus, cap. 1. & ibi gl. conuentus. De accuſat.

Conuentus actione reali, ſi fuerit contumax, actor mittitur in poſſeſſionem rei petitæ cauſa rei ſeruandæ; & ſi contumax venerit intra annum à tempore interlocutoriæ latæ, recuperat poſſeſſionem: poſt annum non recuperat, ſed auditur de proprietate, gl. fi. in cap. querenti. De officio deleg.

Conuentus in curia Romana non habet facultatem declinandi forum, licet poſſit ex cauſa reuocare domum, cap. fi. De foro comp.

Conuentus coram vno iudice competenti, tenetur perſiſtere vſque ad finem cauſæ, etiamſi mutauerit forum; quia præuentus eſt per hanc conuentionem, gl. 1. in cap. propoſuiſſe. eod.

Conuentus ſi ſit quis actione reali, purà reiuenditione; tunc exprimenda eſt res quæ petitur, & vtrum petatur tota, aut pars; item duos vicinos proximos illius fundi ad minus debet deſignare: aliàs reus deliberare non poſſet, nec iudex debet ſententiam ferre ſuper incerto, gl. 1. in cap. 2. De libelli oblatione.

Conuentus ſi ſit reus edita actione ſibi per iudicem vel executorem, reo poſtulante actor tenetur litem perficere: ſed ſi reus non ſit prædicto modo conuentus, licitum eſt actori deſiſtere, gl. 1. ad fi. in d. cap. 2.

Conuentus nomine alterius debet dominum in iudicio nominare, cap. quoniam frequenter, §. in alijs. Vt lite non conteſtat.

Conuentus actione reali ille qui poſſidet ſiue mobilia ſiue immobilia nomine alieno, debet nominare in iudicio dominum, vt liberetur: ſi tamen habet ius in re, non prodeſt dominum nominare, quia ratione iuris ſui poteſt conueniri, & tenetur ſe defendere, d. §. in alijs, & ibi gl. rebus.

Conuentus actione reali ille, qui poſſidet rem nomine alieno, debet nominare dominum ante libelli oblationem, vel antequam reſpondeat, vel intra quod tempus eſt in iudicis arbitrio, gl. ſtatim, ibid. 3

Conuentus actione reali ille qui poſſidet nomine alieno, debet nominare dominum, cui & ipſe debet denunciare, ſed eſſet tutum conſilium, quod actor denunciet, vel faciat iudicem denunciare, gl. perducendo, & ibi add. marg. ibid.

Conuentus actione reali ille qui poſſidet nomine alieno, ſi dominum nominauerit, & denunciauerit ei, per eam denunciationem interrumpitur præſcriptio poſſeſſoris, d. §. in alijs, & ibi gl. conteſtata.

Conuentus reus actione reali, ſi fuerit abſens, lite conteſtata, contumaciter, ſi liquet de cauſa, vel poteſt liquere, quia teſtes recepti ſunt, & inſtrumenta producta, & confeſſiones factæ, vel poſſunt recipi, tunc proceditur ad ſententiam diffinitiuam, ſecundum merita cauſæ abſoluendo vel condemnando, gl. fi. in cap. prout. De dolo & contum.

Conuentus actione reali, ſi lite conteſtata fuerit contumax, ſi non liquet de cauſa, nec liquere poteſt, quia actor nullos teſtes produxit, vel inſtrumenta, per quæ poſſit probari de iure ſuo, tunc adiudicari debet tantum poſſeſſio actori, ſalua quæſtione proprietatis abſenti, & erit ſtatim verus poſſeſſor, d. gl. fi.

Conuentus poſſidens nomine alieno, domino in iudicio nominato, & facta denunciatione, & ipſo legitime citato, ſi non venerit; tunc adiudicatur poſſeſſio ipſi actori, ſalua quæſtione proprietatis abſenti, ibid.

Conuentus actione reali lite non conteſtata ſi fuerit abſens contumaciter, tunc actor mittitur in poſſeſſionem cauſa rei ſeruandæ, & tunc reus veniens intra annum poterit recuperare poſſeſſionem, reſtitutis expenſis, & præſtita cautione de iudicio ſiſti; anno elapſo veniens non auditur, niſi ſuper proprietate, ibid.

Conuentus reus actione perſonali, ſi fuerit abſens contumaciter, tunc actor mittitur in poſſeſſionem bonorum ipſius rei, pro modo debiti declarati in libello; ſi vero ſit cauſa talis, quod actor non poſſit mitti in poſſeſſionem, debet reus excommunicari, ibid.

Conuentus ſi non comparet, excuſari poteſt propter breuitatem termini ſibi aſſignati ad veniendum, & diſcrimen viarum, cap. cum dilecti, eod.

Conuentus coram non ſuo iudice, debet allegare priuilegium fori, nec ei præiudicatur id quod facit coram eo, gl. 2. in cap. vt debitus. De appel.

Conuentus actione mandati poterit reconuenire actorem contraria actione mandati: alias non, gl. in eodem in cap. 2. §. cuius, 3. q. 8.

Conuentus pro ſocio, non accuſat conuenientem, cap. prius, §. item qui confitetur, 3. q. 11.

Reliqua in verbo, Citatus.

CONVERSATIO quæ in adoleſcentia, præſumitur in ſenectute, cap. 3. De præſumptio.

Conuerſatio præſtat alicui teſtimonium, gl. teſtemque, in can. Valentinianus, diſt. 63.

de Conuerſatione alicuius debet inquiri ab illis, cum quibus moratur: nam per actus ſequentes præſumitur de præteritis: & è conuerſo, cap. 1. & ibi gl. actibus. De clericis peregrinis.

Conuerſatus in loco præſumitur ſcire conſuetudines & ſtatuta loci, can. nouit. diſt. 12.

Reliqua in verbo, Adoleſcentes. Mos.

ad CONVERSIONEM aliquis pretio non eſt inuitandus, nec ab his qui ad conuerſionem accedunt, aliquid eſt exigendum, can. quam pio, 1. q. 2.

Conuerſio dicitur, quaſi cordis vndique verſio, can. conuertimini. De pœniten. diſt. 1.

poſt Conuerſionem redire ad negotium non licet, quod ſine peccato agi non poteſt, can. pe. De pœniten. diſt. 5.

9 CONVERSVS ſeu reuerſus ad fidem, incidens in manifeſtum peccatum, præſumitur relapſus, vel non plene conuerſus: ad condemnationem tamen non ſufficit hoc, cap. literas. De præſumptio.

Conuerſus, antequam recipiat ordines, non poteſt eſſe canonicus, nec beneficiatus, dd. reprob. gl. fi. in cap. 2. De inſtitut.

Conuerſi differunt à monachis, licet conuerſi profiteantur regulam; quia conuerſi dicuntur, qui obtulerunt ſe & ſua mutando habitum; ſunt tamen ſæculares, quia non promouentur ad ordines: monachi tamen mutant habitum, & ad Ordines promouentur. Abbas Panormitanus ad cap. non eſt. De regularib.

Conuerſum alicuius religionis percutiens incidit in excommunicationem canonis *ſi quis ſuadente*, cap. non dubium, & ibi gl. 1. & 2. De ſentent. excommun.

Conuerſi, qui tradiderunt ſe & ſua diuino obſequio, ſiue in ſæculari, ſiue in regulari Eccleſia, iam cenſentur Eccleſiaſticæ perſonæ; & ex toto tranſlati ſunt in forum Eccleſiæ, vnde habent immunitatem Eccleſiaſticam, gl. 1. ibid.

Conuerſi eodem priuilegio gaudent, quo & monachi, quorum, ſunt conuerſi, cap. Parochianos, eod.

Conuerſus alicuius religionis gaudet priuilegio canonis, *ſi quis ſuadente*, cap. ex tenore, 10. De ſenten. excommunicat.

Conuerſi laici, in hoſpitalibus & pijs locis vbi ſunt, bene eligunt ſibi priorem, rectorem, magiſtrum, vel maſſarium: gl. pe. in cap. ex eo, §. fi. De elect. l. 6.

Conuerſi laici de iure communi non admittuntur ad electionem: de iure tamen ſpeciali locorum, ordinum, vel perſonarum, vel præſcripta conſuetudine recte poſſunt admitti, gl. fi. ibid.

Conuerſus, cum ſit Eccleſiaſtica perſona, recte poteſt præſcribere ius eligendi, ibid.

Conuerſorum appellatione poſſunt comprehendi illi, qui ſunt in religione, ad probationem regulæ, cap. 3. De regularib. lib. 6.

Conuerſi & perpetuo oblati monaſterio debent gaudere priuilegio conceſſo monaſterio, cap. per exemptionem. De priuileg. lib. 6.

Conuerſus ad fidem non poteſt promoueri ad dignitatem abſque diſpenſatione, can. nos conſuetudinem, diſt. 12.

Conuerſis pauperibus dabant Apoſtoli alimenta, gl. alimento, in can. 2. 1. q. 1.

Conuerſi omnes dicuntur Eccleſiaſticæ perſonæ, gl. 1. in can. duo ſunt, 12. q. 3. & gl. 2. in can. vt lex, 27. q. 1.

Conuerſi debent habere habitum illorum, cum quibus conuerſantur, ibid.

Conuerſorum quidam profitentur, quidam non, ibid.

Conuerſi hoc eſt Deo deuoti, qui non profitentur, non tenentur continere, ibid.

Conuerſi nullo modo debent tonſurari, priuſquam biennium in conuerſione compleuerint, vt hoc ſpatio vita moreſque eorum comprobentur; nequis eorum, aut non ſit contentus eo quod voluit: aut ratum non habeat quod elegit, can. monaſterijs, 19. q. 3.

Conuerſi, qui profeſſi non fuerint, matrimonium contrahere non prohibentur, gl. atque conuerſi, ibid.

Conuerſi ſi tranſeant ad Eccleſiam regularem, eo ipſo quod ſunt conuerſi, intelliguntur vouiſſe, & renunciaſſe proprijs: ſecus ſi ad Eccleſiam ſæcularem tranſeant, cum nec alij clerici intelligantur vouiſſe, niſi ſint in maioribus ordinibus, nec renunciaſſe proprijs, in quocumque ordine ſint, niſi ſic dicant, *do me & mea huic Eccleſiæ*, gl. profeſſi, ibid.

Conuerſus dicitur factus ſeruus monaſterij, d. gl. profeſſi, & ibi add. marg.

Conuerſus à verſo differt; quoniam verti dicitur ille, qui partem peccatorum relinquit: conuerti vero, qui omnia peccata relinquit, & omnino vertitur, can. ſi. §. quod quamuis. De pœniten. diſt. 6.

Conuerti ad Deum dicitur, qui omnino vertitur: cuius opus, vox & cogitatio ita mortificationi ſe dat, ſicut prius ſeruierat peccato, cau. quis aliquando, §. 1. De pœniten. diſt. 1.

Reliqua in verbo, Ingredient. Laicus. 1. Monachus. 2.

CONVINCENDI modi ſunt quatuor, ſcilicet iure, inſtrumentis, teſtibus, aut facti euidentia; item & iuris interpretatione, vt ſæpius citatum eſſe reum; aut violentia ſuſpicione, ſeu præſumptione, gl. 1. in can. nos in quemquam, 2. q. 1.

Reliqua in verbo, Conuictus.

CONVITIVM, ſeu detractio tanto magis eſt deteſtabilior & atrocior, quanto coram pluribus fit, cap. 1. De maledi.

Conuitia perditorum non debent mouere nos à via rectitudinis, can. quod ad nos, diſt. 47.

Conuitium non eſt habendum pro accuſatione: ſed tamen conuicianti debet aſſignari terminus deliberandi, num. conſulto, an. ex iracundia conuitium dixerit, can. ſi quis iratus, 2. q. 3.

Conuitium non habetur pro accuſatione, ſed pro iniuria, gl. 2. ibid.

Conuitium Epiſcopo ſæpe & cum deliberatione clericus dicens debet deponi, ac curiæ tradi, ibid.

Conuitium iterans non videtur ex iracundia, ſed ex deliberatione dixiſſe, gl. iterare, ibid.

Conuitium probans, quod quis improperauit alicui extra iudicium, non punitur iniuriarum, can. 1. §. q. 1.

Reliqua in verbo, Iniuria. Contumelia.

CONVICTVS vel contumax poteſt quis eſſe, ſine citatione, cap. inter quatuor. De maior. & obedi.

Conuicti durius ſunt puniendi, quàm confeſſi in iure, gl. 2. in add. marg. De exceſſib. Prælat.

Conuictus & confeſſus debitor Reipub. non poteſt appellare, can. ei qui, §. nulli, 2. q. 6.

pro Conuictio minori ſpatio quàm anno, nullus habetur: in minori autem ſpatio poteſt beneficio priuari, can. rurſus, 11. q. 3.

Conuictus ſuper nullitate tituli beneficialis compellitur reſtituere omnia, quæ tenet occaſione illius beneficij, cap. dilecto, 25. De præbend.

Reliqua in verbo, Condemnatio. Condemnari. Confeſſio. n. 11. Confeſſus. Pœna. 4.

CONVICTVS, id eſt communis victus, à con & vino dicitur, gl. conuictu, in cap. pe. De verb. ſign. l. 6.

Reliqua in verbo, Conuincendi. Confeſſus.

CONVIVIA etiam pauperum non licet in Eccleſijs facere, vel lectus ad iacendum habere, can. non oportet, 2. diſt. 42.

in Conuiuijs qui ſunt, non debent mittere ad domum ſuam aliquod ferculum, can. non oportet, 1. diſt. 42.

Conuiuia ex charitate, in quibus vita abſentium non reprehenditur, nec inanes fabulæ recitantur, permittuntur, can. conuiuia, diſt. 44.

in Conuiuijs prohibita eſt recitatio fabularum ſæcularium, ibid.

Conuiuia celebrare prohibentur Chriſtiani, ex ſymbolis, can. non oportet, diſt. 44

In Conuiuijs ſacerdotum debet aliquid de ſcriptura diuina legi, cau. pro reuerentia, diſt. 44

Conuiuia tam Iudæorum, quàm Gentilium, debent clerici & etiam laici vitare, can. omnes, & ibi gl. 1. 28. q. 3.

Conuiuia olim fiebant in veſtibulo templi, cap. 1. De decimis.

Conuiuium Domini eſt vnitas corporis Chriſti, non ſolum in ſacramento altaris, ſed etiam in vinculo pacis, can. ipſa pietas, 23. q. 4.

Reliqua in verbo, Clericus, 15. 110. Presbyter. 7. 19.

COPVLA &, appoſita tempori, à quo probatur poſſeſſio, denotat continuationem poſſeſſionis ab illo tempore vſque ad tempus præfinitum: ſecus vbi copula non apponitur, cap. licet cau. m. De probat.

Copula omnis coniugalis reſtricta eſt vſque ad quartum gradum, ad ſimilitudinem quatuor humorum, vel elementorum corporis humani, gl. 1. verſ. modus, in princip. prooemij. Decretal.

Copula ſacerdotalis, vel conſanguineorum, in veteri teſtamento permittebatur, quæ hodie penitus eſt interdicta, can. ſors, 26. q. 2.

Copula carnalis probatur per violentam præſumptionem, cap. ex literis. De præſumptio.

Copula carnalis ſequens voluntaria purgat metum præcedentem, & conualidat matrimonium, ſaltem vt ex tunc, cap. veniens & ibi gl. 2. De ſponſal.

Copula carnalis habita cum ſponſa ſeptem annorum, dirimit matrimonium poſtea contractum cum eius conſanguinea, cap. fraternitati. De eo qui cognouit, conſang.

Copula carnalis contra Eccleſiæ traditiones eſt peccatum mortale, clem. ſi: verſ. ſeptimo. De hæret.

Copulam habens cum aliqua, hoc propoſito quod nolit ſtare legitime cum ea, & hoc paratus ſit probare, non eſt audiendus, gl. 1. in can. quod interrogaſti, diſt. 27.

Copula quælibet carnalis habita cum muliere non ſua, ſiue ordinario, ſiue extraordinario modo, eſt damnabilis, & peccatum mortiferum, gl. modo, in can. conſideret. De pœniten. diſt. 3.

Copula carnalis cum vxore ſua extra vas, eſt letifera, ibid.

Copula carnalis non probatur per ſolam famam, nec per ſolum teſtimonium de auditu, nec per ſola adminicula, ſed hæc ſimul iuncta probant. cap. præterea. De teſtib.

Copula carnalis probatur per teſtimonium de viſu, vt quia viderunt ſolum cum ſola amplexantes in latebris, vel in lecto, d. cap. præterea, & ibi gl. 1. Reliq

Reliqua in verbo, Cohabitare. Coitus, Coniugalis. Coniugatus.

COPVLATIVA facit rem copulatam copulare principaliter, & non acceſſorie: ſecus tamen eſt in dictione *cum* gl. pe. in cap. quetelam, 5. De ſimon.

Copulatiua dictio quandoque reſoluitur in diſiunctiuam, gl. illa, vel ea, in cap. is qui, 19. De elect. lib. 6.

Copulatiue proponere, vel diſiunctiue idem eſt, cum vtrobique ſufficit alterum probare, ibid.

Copulatiua *&*, de ſui natura coniungit diuerſa; interdum operatur diſiunctiuam *vel*, gl. vel electio, & gl. taxata, in extrauag. ſuſcepti. Ioann. 22.

Copulatiua de ſui natura omnium copulatorum exiſtentiam expoſcit, gl. taxata, ibid.

Copulatiua requirit concurſum copulatorum, gl. vel diviſim, in extrauag. ad conditorem. Ioann. 22.

Copulatiue natura eſt, quod vtraque pars ſit vera; & natura diſiunctiue eſt, quod ſufficiat altera pars: quandoque tamen improprianiur, vt copulatiua reſoluatur in diſiunctiuam, & contra diſiunctiua in copulatiuam, ſi natura materiæ ſubiectæ hoc importat, gl. 1. in cap. 2. de reſcrip.

Copulatiue quando duo mandantur, quorum neutrum per ſe ſufficiat; ſi vtrumque probetur, ſufficit ad remotionem, vt ſi talis ſit filius ſacerdotis, & in ſacerdotio genitus, iſta duo ſufficiunt, ſi probentur, ibid.

Copulatiue quando duo mandantur, quorum alterum per ſe ſufficit ad remotionem alicuius, ſufficit ſi alterum probetur, licet copulatiue illa duo mandentur, & copulatiua *&* pro diſiunctiua ponitur tunc, ibid.

Reliqua in verbo, Alternativa, Et, Aut, Siue.

COR affirmare debet, quod os affirmat: & quod os negat, & cor debet negare, gl. 3. in cap. etſi Chriſtus, 26. De iureiur.

Cor & non opus à Deo conſideratur, gl. fi. in cap. ad naturam. De decimis.

Cor perfuſum ingenti, vel magno gaudio; ſtillat per oculos dulces lachrymas, clem. 1. De reliquijs & vener.

Corde non maledicentes, ſed ore labiorum immunditiam contrahunt, can. qui negligunt, 24. q. 3.

Cor omne patet Deo, & omnis loquitur voluntas, gl. ſoli Deo, in can. Diaconi, 22. diſt. 93.

Reliqua in verbo, Deus.

CORAM capitulo poteſt obijci electo, quidquid poſſet coram Epiſcopo, gl. fi. in cap. cum olim. De maiori, & obedi.

Coram aliquo fieri dicitur, quod fit eo ſciente, & intelligente, licet non conſentiente, gl. coram in cap. vt circa. De electione, lib. 6.

Coram aliquo fieri tunc dicitur, cum id fit eo præſente, & intelligente, licet aliàs nolente: vnde coram demente vel infante, vel dormiente fieri dici non poteſt, gl. coram in auth. execrabilis. Ioann. 22.

Reliqua in verbo, Præſens.

1 **CORRECTIO** clericorum non ſpectat ad Epiſcopum ratione iniuriæ ſibi illatæ, gl. delegatus, in cap. irrefragabili, § cæterum. De officio Ordi.

contra Correctionem, & morum reformationem nulla conſuetudo poteſt allegari, d. cap. irrefragabili, eod.

à Correctione exceſſuum, & morum reformatione, appellari poteſt, ſi in talibus modus excedatur: alias autem ſecus, d. cap. irrefragabili, & ibi gl. 3.

Correctionis impeditiva conſuetudo licet non valeat, valet tamen in quantum eſt poteſtatis translatiua, d. cap. irrefragabilj.

Correctio peccati præciſa permittitur Eccleſiæ, quando peccatum eſt publicum, cap. nouit. De iudicijs.

Correctionis peccati finis eſt, vt quis à vitio retrahatur ad virtutem, ibi.

contra Correctionem non debet quis aliquod ſuffragium quærere, gl. fi. in cap. cum ex officij. De præſcript.

Correctionis appellatione continetur & inquiſitio, cap. cum I. & A. De re iudi.

à Correctione legitima appellari non poteſt, niſi modus excedatur, cap. 3. & ibi gl. fi. De appellat.

Correctio monachorum ſpectat ad Abbatem ſolum, d. cap. 3. iuncta ſupraſcription.

à Correctione non admittitur appellatio, nec recuſatio, gl. fi. ibid.

à Correctione ſuperiorum, & Prælatorum appellari non poteſt, niſi modum exceſſerint, cap. cum ſpeciali, §. porro, eod.

2 Correctionis ſaltem medicina debet compellere eos, quos ad vitæ decora domeſticæ laudis exempla non reuocant, gl. pœna, in cap. cum decorem. De vita & honeſtat.

Correctio canonica ſecundum veritatem Euangelicam occulta ad omnes pertinet: ſed manifeſta ad Prælatos & alios habentes poteſtatem, gl. quiſque, in cap. cum ex iniuncto. De hæreticis.

ad Correctionem quilibet tenetur, intellige de occulta correctione, ſeu reprehenſione: ſed corripere, manifeſte pertinet ad Prælatos, vel ad habentes poteſtatem in eos, ibid.

Correctio iuriuum eſt vitanda, cap. conſtitutio, 41. & ibi gl. fi. De electione, lib. 6.

Correctio quandoque ſpectat ad eum, qui non eſt Ordinarius, quod intellige ob negligentiam Ordinarij, clem. 1. §. ne igitur. De celebr. miſſar.

Correctio, ſeu increpatio nimia nec correctionem recipit, nec ſalutem; & leniter caſtigatus de facili reuerentiam exhibet caſtiganti, gl. ſalubriter, in extrauag. ſi fratrum. Ioannis 22.

Correctio ac increpatio ſuperioris, nimia aſperitate nec correctionem, nec ſalutem recipit, gl. & mites, in extrauag. quorundam, §. fi. Ioann. 22.

in Correctione delictorum potiùs eſt ſeruanda beneuolentia, quàm ſeueritas, can. licet, diſt. 45.

Correctionis cauſa licitum eſt ſuperiori percutere ſubditum, can. Epiſcopum, & ibi gl. 1. diſt. 45.

Correctio exceſſiua culpæ & delicti potius eſt inductiva obſtinationis, quàm emendationis, can cum beatus, diſt. 45.

Correctionem verborum, ſed temperatam, habent pater, mater, dominus, paterfamilias, magiſter, maritus: vnde ſi pater verberat filium clericum in minoribus conſtitutum, non eſt excommunicatus: & idem eſt de alijs propinquis, vel de his, qui familiam habent, gl. 1. ibid. 3

in Correctione delictorum leuitas cum ſeueritate miſcenda eſt, can. diſciplina, diſt. 45.

Correctio cum fiet, ex charitate fiat, non ex odio, can. odio, diſt. 85.

ad Correctionem tenuis probatio & ſcientia ſufficit, imò ſufficit vnus teſtis, quoad ſcientiam medicinalem animæ, gl. ſæculari, in can. multi, 2. q. 1.

Correctio fraterna habet locum in peccato taliter occulto, quod ſcitur à multis, & poteſt ab aliquibus probari: & vocantur teſtes ad illam, vt probetur admonitio facta: quia niſi præceſſiſſet admonitio, accuſari non poſſit, gl. 1. in cap. niſi peccaverit, 2. q 1.

Correctio fraterna de peccato iam facto eſt mandata omnibus, qui ſunt poſiti in magiſtratu, ſiue ſint clerici, ſiue laici: de peccato tamen adhuc faciendo omnibus eſt præceptum, ibid.

Correctio fraterna quoad Prælatos eſt præceptum, quoad ſubditum eſt conſilium, ibid.

ad Correctionem fraternam quilibet admittitur, dum tamen bono zelo denunciet: & licet infames & irregulares admittantur, non tamen criminoſi, gl. 1. ibid.

ad Correctionem fraternam non admittuntur criminoſi. quando cum tales non correxerint ſua crimina, credendum eſt quod malo zelo denunciant crimina aliorum, ibid.

Correctio occulta eſt præcepti, gl. Epiſcopo, in can. duo iſta, 23. q. 4.

Correctionis debitæ ordo eſt, ut primo debeat Prælatus ſubditum arguere, ideſt reprehendere: ſecundo increpare, id eſt comminari, tertio ſuſpendere, & interdum ligare, id eſt excommunicare, cap. qualiter & quando, 24. De accuſat.

Reliqua in verbo, Appellare, num. 8 Appellatio, 44 45. Clericus, 12. Viſitatio, Viſitator, Peccator, Prælatus, 61. vſque 65. Criminoſus, 4. Epiſcopus, 163. vſque 170. Monachus, 29. Regularis 1. 2.

CORRECTVM te fuiſſe quomodo gaudebis, niſi doleas te fuiſſe peruerſum? gl. fi. in cap. 2. De electione, & gl. 2. in cap. 1. Qui clerici vel vouentes matrim.

Correctus non dicitur ille, qui fingit ſe bonum extrinſece, & intrinſece eſt malus, can. quod interrogaſti, diſt. 27.

Correctis ſolet ſedes Apoſtolica veniam dare, can. pe. 11. q. 3.

Reliqua in Verbo, Viſitatus.

CORRIGERE aliud eſt, & aliud eſt reformare, cap. irrefragabili. De officio ordinar. 1

Corrigere non erubeſcimus, dicit Imperator, quæ prius diximus, nec ab alijs corrigi expectare volumus, gl. pe. in cap. pe. De officio Ordinarij, gl. corrigere, in cap. qualiter & quando. De accuſat.

Corrigere aliquem de peccato pertinet ad Papam, cap. nouit. De iudicijs.

Corrigere ſubditos non poteſt Epiſcopus ſine conſilio capituli, cap. quanto. De his quæ fiunt à Præl.

Corrigere aliud eſt, & aliud eſt detrahere, & aliud eſt addere, §. ſane, in procem. lib. 6.

Corrigere aliud eſt, & aliud modificare, & aliud mutare, & aliud addere, & aliud detrahere, & aliud diſpenſare, clem. ne Romani. De electione.

Corrigere, & corripere differunt, gl. corrigere, in clem. 2. De hæreticis.

Corrigere proximum quilibet tenetur ex debito, à peccato committendo, & etiam de commiſſo, ſi eſt reiterabile, gl. approbari, in extrau. ſi fratrum. Ioann. 22.

Corrigere à peccato commiſſo non reiterabili tenetur ex præcepto

cepto ille, qui ſupra eos habet iuriſdictionem, vel correctionem à iure permiſſam: cæteri autem non tenentur corrigere, gl. approbari, in d. extrauag. ſi fratrum.

Corrigere ſuum errorem non debet pudere principem, qui præpoſitus eſt ad corrigendum errores aliorum, gl. eadem, in extrauag., quia quorumdam. Ioann. 22.

Corrigendi verbum quandoque ſumitur pro correctione, quæ fit verbis tantum, & non cum impoſitione pœnæ, can. quorumdam, diſt. 34.

Corrigendi verbum potius refertur ad verbalem correctionem delicti, quàm ad actualem impoſitionem pœnitentiæ, cap. licet plerumque, diſt. 45.

Corriguntur multi, vt Petrus; multi tolerantur, vt Iudas; multi neſciunt, donec veniat Deus, qui illuminabit abſcondita tenebrarum, can. multi, 2. q. 1.

Corrigere ſua prius debent, qui aliorum delicta punire volunt, can. qui ſine peccato, 3. q. 7.

Corrigere debemus primum noſmetipſos, deinde proximos: can. poſtulatus, 3. q. 7.

Corrigere delinquentes aliter debent Prælati, & aliter ſocij: Prælatus corrigit increpando, & verberando; ſocius vero admonendo, & reprobando factum eius, gl. ſi. in can. tolerandi, 23. q. 4.

Corrigere alium quilibet tenetur occulte, can. duo iſta, 23. q. 4.

in Corrigendo quando aliqui modum exceſſerunt, officiatis, hoc eſt qui ratione officij corrigerunt, facilius parcitur, quàm alijs, gl. 2. in can. quando neceſſitas, diſt. 86.

Corrigendi ſunt à principibus illi, quos Eccleſia non valet corrigere, can. iſtud eſt, 21. q. 2.

in Corrigendi poteſtate venit & poteſtas reformandi, cap. licet. De officio Ordin.

Corrigendi poteſtas quando de iure communi, vel de iure ſpeciali pertinet ad Epiſcopum, & capitulum ſimul, tunc per negligentiam capituli non deuoluitur ad Epiſcopum, ſed ad Archiepiſcopum: quia cum Epiſcopus ſit negligens, non poteſt capitulum ſupplere ipſius negligentiam, gl. per capitulum, in cap. irrefragabili, eod.

Corrigendi poteſtas quando principaliter pertinet ad capitulum, tunc ſi Epiſcopus nullo modo intereſt in capitulo, poteſtas deuoluitur ad Epiſcopum propter negligentiam capituli, ibid.

3 Corrigendi ius cum pertinet ad capitulum de conſuetudine in Eccleſiis cathedralib., quando ipſi de capitulo ſunt negligentes, ius transfertur ad Epiſcopum: & Epiſcopus nihilominus de eorumdem conſilio debet corrigere: quia licet perdiderunt ius corrigendi, non perdiderunt ius commune, quo debent cum Epiſcopo in talibus intereſſe, ibid.

Corrigens debet habere Deum præ oculis in correctione, d. cap. irrefragabili.

Corrigens alios debet prius corrigere ſe & ſuos, gl. prius, in cap. 1. De cenſib. lib. 6.

Corrigens ſuperior ſubditum, in correctione dicitur medicus, cap. 1. De ſententia excommun. lib. 6.

Corrigens multum, offendit: & ſibi diceret, *noli eſſe nimium iuſtus*, gl. ſanguinem, in can. denique, diſt. 4.

Corrigens & caſtigans aliquem non ſemper cenſetur odio habere illum: imò dicitur diligere, can. non omnis qui parcit, 5. q. 5.

Corrigens alios, primo debet ipſe eſſe talis, quòd non poſſit increpari ab alio, can. pe. 2. q. 1.

Corrigens dum plus iuſto iraſcitur, id eſt quam iuſtitia exigat: in crimen adducitur, & plus aliquando peccat, quàm ſit peccatum illius, quem corrigit, can. ita ſæpe, 22. q. 3.

Corrigere iura, quod Papa velit, non debemus in dubio interpretari: niſi aliud expreſſe appareat, aut exprimat, cap. Eccleſia, 57. De elect.

Corrigere familiam & domeſticos non ſolum patribus, ſed etiam propinquis eſt permiſſum, gl. de familia, in cap. cum voluntate, §. ſi. De ſententia excommun.

Reliqua in verbo, Reformare. Viſitare. Error. Peccans. 2. Peccator. 3. Corripere. Emenda. Exponens. Factum. 1. Præſcriptio. 2.

CORINTHII erant auari, gl. ſi. in can. iam nunc 28. q. 1.

CORONA eſt ſignum & præmium virtutis & victoriæ, can. ius militare, diſt. 1.

Corona reſpicit proprie circulum capillorum: tonſura vero partem ſuperiorem, quam clericam dicimus, gl. & tonſuram, in clem. 2. De vita & honeſtat.

Reliqua in verbo, Tonſura.

CORRIPERE poteſt pater filium ſuum, prælatus ſubditum & occulte & publice: ſed filius patrem, vel ſubditus prælatum, non poteſt corripere publice: ſed bene occulte, gl. quiſque, in cap. cum ex iniuncto. De hæretic.

Corripi debent ſubditi à ſuis præpoſitis, pro diuerſitate culparum, can. corripiantur, 24. q. 3.

Corripere aliquem recte poteſt, qui in ſimile delictum corruit, gl. 1. in cap. cum cauſis. De teſtib.

in Corripiendo ſi quis modum exceſſerit, non à ſubditis, ſed à Deo veniam petere debet, can. facientis, & can. quando, diſt. 86.

Correctio criminum clericorum non ſpectat in diœceſi, de iure, ad inferiorem Epiſcopo, can. contumaces, diſt. 50.

Corripiendo filium quamuis aſpere, non amittitur paternus amor: ſit tamen, quod nolet, vt doleat, qui etiam inuitus videtur dolore ſanandus, can. non vos, 23. q. 5.

Reliqua in verbo, Corrigere.

Corpus in genere, n. 2. uſque ad n. 4.
Corpus Chriſti & eius ſumptionem, n. 5. uſque ad n. 11.

in CORPVS ſuum ſæuire nemini licet, cum nemo ſit membrorum ſuorum dominus, gl. ſi. in cap. 4. De corpore vitiat. non ordin. 1

Corporis incompoſitio inæqualitatem mentis indicat, gl. grauitas, in cap. cum in cunctis, 7. De electione.

Corpora duo vbi ſimul vniuntur ad actum explicandum, non vt diuerſæ vniuerſitates: ſed vt faciant vnum corpus, computantur voces per capita, non ſecundum corpora. Abbas Panormit. ad cap. ſcriptum eſt, ibid. totque tunc temporis, De elect.

ad Corporis macerationem ſequitur ſublimatio ſpiritus: & contra ad ſanitatem & robur corporis ſequitur depreſſio ſpiritus, cap. 2. de renunc.

Corporis vitium impediens, quem à promotione ordinum dicitur, quando eſt tale, quod ſcandalum generat in ſolemniter celebrando, vel in actu ſolemniter celebrandi, cap. 1. De corpore vitiatis ordin.

Corporis deformitas ad promouendum an ſit ſcandaloſa, relinquitur arbitrio promouentis, cap. 2., & ibi gl. ſi. eod.

vt Corpus materiali, ſic anima ſpirituali cibo nutritur, cap. inter cætera. De officio Ordinar.

Corporis moderatam curam habere licitum eſt ad exercitium virtutum, gl. medico, in cap. etſi Chriſtus. De iureiur.

Corporis compoſitio qualitatem indicat mentis, gl. ſi. in cap. ſi. De cuſtodia Euchariſt. can. clericus, diſt. 41.

in Corpore humano ſunt quatuor humores, qui conſtant ex quatuor elementis, cap. non debet. De conſanguinit. & affinitat.

Corpora humata effodiens tenetur ſepulchri violati: & cum ad hoc ſit actio in factum, non infamat, gl. pe. in cap. ſicut Iudæi de Iudæis.

Corpora Chriſtianorum olim in campis ſepeliebantur; ſed poſtea Eccleſia diſpoſuit, et ſepelirentur in cœmeterijs, gl. pe. in cap. 2. De torneamentis. 2

Corpus dicitur multis modis: quandoque omnes fideles poſſunt appellari vnum corpus, ſiue vna Eccleſia, per fidem & charitatem, vel perfectionem gratiæ, gl. 1. in cap. dilecta De exceſſibus Prælat.

Corpus vnum dicitur etiam collegium, vel vniuerſitas, cuius Prælatus dicitur caput: & tale corpus poteſt habere ſigillum authenticum, & arcam communem, ibid.

Corpus vnum etiam dicitur, quod vno clauditur ſpiritu: vt lignum, homo, animal, ibid.

Corpus etiam dicitur illud, quod habet partes integrales ſeu cohærentes, vt domus, ibid.

Corpus etiam dicitur, quod habet diſtantes partes, vt grex, populus, collegium, ibid.

Corpus, quod habet partes integrales, vt domum, ſi quis petierit, & ſuccubuerit, poterit poſtea aliquid de domo diſſoluta, putà cæmenta, vel lignum petere; neque obſtabit exceptio rei iudicatæ, ibid.

Corpus, quod habet partes diſtantes, ſi quis petat, putà gregem, & ſuccubuit: ſi poſtea aliquod caput de grege, quod fuit petat, ibi obſtat exceptio; ſi vero non erat, ibi non obſtat ei, ibid.

Corpus vnum facit Epiſcopus cum capitulo: cuius corporis caput eſt ipſe Epiſcopus: ſed cum clero ciuitatis, vel diœceſis, non dicitur facere vnum corpus, ibid.

Corporis appellatione includuntur ædificia in corpore incluſa: velut appellatione ciuitatis, & ſuburbia, cap. ſi ciuitas. De ſententia excommunic. lib. 6. 3

Corporis incompoſitio mentis incompoſitionem inducit, gl. vilibus, in extrau. quorumdam, Ioann. 22.

Corpus humanum non recipit æſtimationem, gl. improbanda, in extrauag. deteſtandæ. De ſepultur. inter commun.

Corpus humanum non debet maculari, nec defigurari, gl. ipſo facto, ibid.

Corpus humanum, propter iuſtitiam exercendam, varijs pœnis ſubijcitur, ſecundum qualitates delictorum: quandoque quis decapitatur: quandoque manus amputatur: quandoque oculi eruuntur: quandoque virilia amputantur: & hæc vt pœna illorum ſit metus aliorum, ibid.

Corpus humanum, etiam poſt mortem, non recipit æſtimationem, ibid.

Corpore vitiatus, etiam poſtquam fuerit ordinatus, inhabilis eſt ad adminiſtrandum, can. hinc eſt, diſt. 49.

Corporis integritas, vel continentia eſt res magis voti, quam præcepti, gl. 1. in can. vbi iſta, diſt. 74.

in Corpore vno ſicut ſunt multa membra, & omnia membra non habent vnum actum; ita in Eccleſiæ corpore ſunt multa membra, & in hoc corpore ſpirituali conferendum eſt hoc officium vni, & aliud alij, can. ſinguli, diſt. 89.

Corporum qualitas non poteſt manere in vno ſtatu, gl. ſi. in can. ſi. diſt. 89.

in

4 in Corpore luere debet ille, qui non habet in ære, can. fraternitas, 12. q. 2.

Corpus non poteſt corrumpi, niſi prius corruptus fuerit animus, can. non poteſt, 32. q. 5.

Corpus non eſt homo, gl. quia pars in can. charitas eſt, §. corpus. De pœnitent. diſt. 2.

Corpus eſt animæ veſtimentum, gl. veſtitu, in can. ſi enim, § eligat. De pœnitent. diſt. 2.

Corpus, quando eſt traditum perpetuæ ſepulturæ, non poteſt transferri ad alium locum, niſi neceſſitas immineat: ſufficit tamen tunc præſidis provinciæ authoritas, id aſt Epiſcopi, gl. a. in can. corpora. De conſecrat. diſt. 1.

Corpus, quando non eſt traditum perpetuæ ſepulturæ, bene poteſt transferri ſine authoritate alicuius ad alium locum, ibid.

in Corpore humano quatuor humores ſunt, ad inſtar quatuor elementorum, gl. 1. in can. non oportet. De conſecrat. diſt. 2.

Corpora craſſa & obeſa, quæ creſcendi menſuram impleuerint, niſi cito ablatione ſanguinis minuantur, in paralyſim, & peſſima morborum genera erumpunt, can. ne tales. De conſecrat. diſt. 5.

Corporum natura non poteſt in vno ſtatu manere: ſed aut ſemper creſcunt, aut decreſcunt: nec poteſt viuere anima, niſi creſcendi capax ſit, can. ne tales. De conſecrat. diſt. 4.

Reliqua in verbo, Aere. Anima. n. 2. Vitiatus. Creatura. Debilitas. Defunctorum.

5 CORPVS Chriſti accipere ab hæretico, etiam ex neceſſitate, non licet: ſed bene poteſt quis ſacramentum baptiſmi recipere etiam ab hæretico, dum modo conferatur in forma Eccleſiæ, gl. ſi. in cap. quamin. De conſuetud.

Corpus Chriſti ieiunus ſumere debet: & non eſt ieiunus, qui oblationem ſeu perfuſionem accepit: ideoque vino perfundere Sacerdos non debet, cùm in die Natalis, vel alias ob aliquam cauſam liceret ſecundam Miſſam celebrare, cap. ex parte, & ibi gl. ſ. De celebrat. Miſſar.

de Corpore phantaſtico ſanguis exire non poteſt, cap. in quadam, eod.

Corpus Chriſti exhiberi debet Chriſtifidelibus, in feſtiuitatibus continentis, & in mortis articulo, cap. Deus, qui. De pœnitent. & remiſs.

Corporis Dominici aſſumptio ſpiritualiter nos reficit, clem. 1. De reliquiis & venerat.

Corpus Domini non reficit corpus, nec carnem: ſed mentem & animam, ibid.

Corpus Domini non conſumitur, nec tranſmutatur, ſeu transformatur in edentem: ſed potius, ſi recipitur digne, recipiens, illi conformatur, ibid.

Corpus Domini cum ſumimus, mortem Domini annunciamus, d. clem. 1. & ibi gl. annunciamus.

Corpus Domini recipiens non trahit ad ſe corpus Chriſti, ſed ipſe ſumens trahitur ab illo, & conformatur ei, ſcilicet per gratiam quam ſuſcipit, ibid.

in Corporis Chriſti eleuatione quilibet debet ei facere reuerentiam, clem. ſ. verſ. octauo, eod.

Corpus Chriſti ſumere tempore determinato, tenentur omnes quantumcumque perfecti, & ipſum adorare, d. clem. ſ., & ibi gl. octauo.

Corpus Chriſti ſumere, & ſpiritualiter manducare, qua ratione tenetur quis, eadem ratione tenetur ipſum adorare, etiam latriæ adoratione, ibid.

Corpus Chriſti licet quis poſſit ſumere, tamen quandoque bene facit ex reuerentia abſtinendo ſe, can. ad eius, § ſi. diſt. 5.

6 Corpus Chriſti quandoque appellatur pœnitentiæ benedictio, can. ſi vero, 56. diſt. 50.

Corpus Chriſti excedit alia ſacramenta, quoad reuerentiam & ſanctitatem, gl. quid melius, in can. multi, 84. 1. q. 1.

Corpus Chriſti non conſecratur, quia & prius corpus ſacratiſſimum erat: nec panis, quia ibi deſinit eſſe panis ſtatim, gl. qui prece, ibid.

Corpus Chriſti, & verbum Chriſti æque ſeruandum eſt, can. interrogo. 89. 1. q. 1.

Corpus Chriſti, ſi conficiatur de pane, in quo eſt piper, piper non conuertitur in corpus Chriſti: ſed reliquum tantum conuertitur in corpus Chriſti, gl. ſi. in can. in ſacramento. De conſecrat. diſt. 2.

Corpus Chriſti à laicis ter olim in anno ſuſcipiebatur: hodie tamen ſaltem ſemel in anno debet ſuſcipi, gl. 1. in can. per acta. De conſecr. diſt. 2.

Corpus Chriſti poſt conſecrationem ab omnibus ſuſcipiebatur antiquitus: poſtea hoc fuit relictum arbitrio cuiuslibet: hodie ſemel in anno ſaltem à laicis debet ſuſcipi, ibid.

Corpus & ſanguinem debet ſumere conficiens, & non alterum ſine altero: ſed infirmus, vel ſanus laicus, vel clericus non conficiens, poteſt ſuſcipere corpus Domini ſine vino, gl. aut integra, in can. comperimus. De conſecrat. diſt. 2.

in Corpus Domini quod tranſubſtantietur vinum, non eſt credenda hæc propoſitio: nec iſta, quod panis tranſubſtantietur in ſanguinem, gl. pe. ibid.

Corpus Chriſti ſine ſanguine non ſumitur, nec ſanguis ſine corpore: ſiue ſpeciem panis quis ſumat, ſiue ſpeciem vini, d. gl. pe.

Corpus Chriſti aſſumere volens, debet proponere firmiter abſtinere à quolibet peccato mortali: & qui non fuerit in tali propoſito, numquam debet accipere corpus Chriſti, gl. mens, in can. quotidie. De conſecrat. diſt. 2. 7

Corpus Chriſti non poteſt confici, ſi farina, non cum aqua, ſed cum aliquo liquore admiſceatur, gl. calix, in can. 2. De conſecr. diſt. 2.

ex Corpore Chriſti tres partes olim fiebant: quarum vna ponebatur in calice, quæ ſignificat corpus Chriſti, quod iam reſurrexerit: altera comeſſa ſignificat corpus Domini, dum fuit in vita præſenti: & tertia in altari remanebat vſque ad finem Miſſæ, ſignificans corpus Chriſti dum fuit in ſepulchro, can. triforme. De conſecrat. diſt. 2.

ex Corpore Chriſti tres partes hodie etiam fiunt: ſed illarum duæ partes ſiccæ comeduntur: prima ſicca pro animabus ſanctorum ad laudem Dei; altera ſicca, pro animabus, quæ ſunt in purgatorio: tertia vero ponitur in calice, pro his qui ſunt in peccato viuentes, gl. ſi. ibid.

Corpus & ſanguis Chriſti ſunt ſacramenta veritatis Eccleſiæ, gl. ſacramenta, in can. tribus. De conſecrat. diſt. 2.

Corpus Chriſti eſt ſacramentum, & res ſacramenti, ibidem.

Corpus Chriſti non debet reſeruari ad opus conſecrantium; ſed bene ad opus morientium, gl. reſeruentur, ibid.

Corpus Domini exiſtentes in ſceleribus ſi ſumant, credentes ſibi proficere, ex hoc inficiuntur, & non mundantur, can. qui ſcelerate. De conſecrat. diſt. 2.

Corpus Domini indigne ſumentes damnationem non ſalutem acquirunt, can. timorem. De conſecrat. diſt. 2.

Corpus Chriſti nemo potuit conficere ante reſurrectionem Chriſti, niſi Chriſtus: quia data fuit forma, vt poſt reſurrectionem hoc fieret per illud, *Hoc facite in meam commemorationem*, gl. corpus, ibid.

de Corpore & ſanguinis Chriſti veritate nulli licet ambigere, in can. quibus. De conſecrat. diſt. 2.

Corpus & ſanguis Chriſti, non natura, ſed conſecratione nobis conficitur, can. panis. De conſecrat. diſt. 2. 8

Corpus & ſanguis Chriſti eſt poſt conſecrationem, quod ante conſecrationem erat panis & vinum, can. ante benedictionem. De conſecrat. diſt. 2.

de Corpore Chriſti non fiunt partes, gl. dentibus, in can. ego Berengarius. De conſecrat. diſt. 2.

Corpus & ſanguis Chriſti de pane & vino fit verbo & virtute Dei, vt voluit Deus, can. forte. De conſecrat. diſt. 2.

Corpus & ſanguis Chriſti ſub aliis ſpecie ſumitur, & non ſub ſua viſibiliter, tribus præcipue de cauſis: ne ſcilicet adſit horror carnis & ſanguinis, vt fides haberet meritum; & ne ridiculum fieret paganis, d. can. forte, & ibi gl. hoc dicerent.

Corpus & ſanguis Chriſti ſumitur magis ſub ſpeciebus panis & vini: quia iſtæ duæ ſpecies ſunt magis amicæ humanæ naturæ: & quia quemadmodum corpus principaliter his duobus cibis nutritur, ita principaliter anima illo cibo ſcilicet corpore & ſanguine Chriſti paſcitur, d. gl. hoc dicerent.

Corpus Chriſti per partes non diuiditur, gl. caro, in can. prima. De conſecrat. diſt. 2.

Corpus Chriſti duobus modis ſumitur: vno modo ſacramentaliter, quod competit bonis & malis: alio modo ſpiritualiter, cum per fidem & dilectionem cooperantem accipitur, & hoc eſt tantum bonorum, can. quod eſt, & ibi gl. inuiſibilis, & can. hoc eſt. De conſecrat. diſt. 2.

Corpus Chriſti non digeritur vt cæteri cibi, qui in ſtomacho digeruntur; vel non deſcendit in ſtomachum, ſicut illi cibus corporalis; vel non tranſit in ſuſtentationem corporis, ſicut alij cibi: eſt enim cibus animæ, non corporis: ſpecies tamen bene vadunt in corpus, can. non iſte panis, & ibi gl. 2. De conſecrat. diſt. 2.

Corpus Chriſti poteſt quis pranſus conficere, licet fieri non debeat: quia de ſubſtantia non eſt ieiunium: alias non conficeret, gl. ſeruatur, in can. liquido. De conſecrat. diſt. 2.

Corporis Chriſti ſacramentum non debemus accipere, niſi ieiuni, d. can. liquido. 9

Corpus Chriſti non fulcit corpus, ſed animæ ſubſtantiam, can. non iſte. De conſecrat. diſt. 2.

Corporis Chriſti ſpecies, quando deſcendit in ſtomachum, deſinit ibi eſſe corpus Chriſti, & tamdiu eſt ibi ſacramentum, quamdiu eſt corpus Chriſti, gl. 2. ibid.

Corpus glorificatum lædi non poteſt, gl. per partes, in can. qui manducant. De conſecrat. diſt. 2.

Corpus & ſanguinem Chriſti inuiſibiliter Spiritus Sanctus ſanctificat, can. corpus. De conſecrat. diſt. 2.

Corpus Domini, quod ex pane & vino conficitur in memoriam mortis Chriſti, recte ſumitur ad ſalutem: quod quando conficitur ab homine, virtus Dei inuiſibiliter operatur, can. corpus. De conſecrat. diſt. 2.

Corpus Chriſti efficitur per conſecrationem panis & vini, can. non omnis. De conſecrat. diſt. 2.

Corpus Chriſti magis ſpiritualiter, quàm corporaliter debemus accipere, can. panem. De conſecrat. diſt. 2.

Corpus Chriſti quotidie ſumimus, quia quotidie egemus, vt iterum.

remittantur nobis peccata : licet enim per baptiſmum ſublata ſunt, tamen propter ſomitem originalis peccati, quotidie peccamus, ſaltem venialiter; tum etiam vt poſteris noſtris notificemus mortem Domini, & qualiter dilexerit nos, can. iteratur, & ibi gl. s. De conſecrat. diſt. 2.

Corporis & ſanguinis Chriſti ſacramentum celebratur non ſolum ſub figura, ſed etiam in veritate : ait enim Chriſtus, *Caro mea vera eſt cibus, & ſanguis meus vere eſt potus*, can. vtrum. De conſecr. diſt. 2.

Corpus ipſum Chriſti non dividitur per partes; ſed ſacramentum per partes bene diuiditur. can. qui manducat. & ibi gl. pe. De conſecrat. diſt. 2.

10 Corpus & ſanguinem Chriſti ſecundum ſe, quod in ara crucis obtulit, nulli licet edere : ſed bene de hoſtia quæ in Chriſti commemorationem fit mirabiliter, can. De hac conſecrat. diſt. 2.

Corpus Chriſti, in ſingulis portionibus, ſinguli totum accipiunt, can. ſinguli. De conſecrat. diſt. 2.

Corpus Chriſti totum eſt, vbi eſt aliqua pars eius : ſicut de manna dicitur, quod æqualiter habuerunt, qui inæqualiter collegerunt, can. vbi pars. De conſecrat. diſt. 2.

Corpus Chriſti non circumſcribitur loco : quia non eſt tantus locus, quin in minori eſſe poſſit, gl. 2. in can. vbi pars. De conſecrat. diſt. 2.

In Corpore Chriſti non eſt æſtimanda ſic quantitas, vt ſub minori quantitate minus ſit corpus Chriſti, & ſub maiore maius : quia vbicumque eſt pars, ſiue dicas pars ſpeciei, totum corpus eſt; ſiue pars corporis Chriſti, id eſt pes, vel manus, totum corpus eſt : non tamen dicendum eſt, quod omnia membra ſint mixta, & vbi caput, ibi pes, vel manus mixta : ſed vbi pars, ibi totum; quia non maiorem locum occupat totum, quàm pars & è conuerſo, cum ſit quaſi ſpirituale, ibid.

Corpus Chriſti quod ſumitur, figura eſt, dum panis & vinum videtur extra; veritas autem, dum corpus & ſanguis Chriſti in veritate interius creditur, can. corpus. De conſecr. diſt. 2.

Corpus Dei eſt corpus ſpirituale, & corpus Chriſti eſt corpus diuini ſpiritus, can. cum illo. De conſecrat. diſt. 2.

11 Corpus Chriſti, quod eſt Eccleſia, diſtinguitur à corpore Chriſti ſumpto de virgine : nam Eccleſia dicitur corpus Chriſti ſpirituale, quia ſecundum quod eſt Deus, ei vnitur, gl. ſi. ibid.

Corpus Chriſti, quod ex virgine ſumptum eſt, à fidelibus accipitur, can. corporeum. De conſecrat. diſt. 2.

Corpus Chriſti olim ſignificatum per manna nunc eſt res magni miraculi, ſcilicet corpus natum de virgine, ibidem.

Corpus Domini ſi quis non cuſtodierit bene, & mus, vel aliud animal comederit, debet pœnitere quadraginta diebus : ſed ſi in Eccleſiis perdiderit illud, aut pars eius ceciderit, & non fuerit inuenta, debet pœnitere triginta diebus, can. qui bene. De conſecrat. diſt. 2.

Corpus Domini ſi mus ſumat, ſtatim deſinit eſſe ſacramentum, ex quo ab eo tangitur, gl. edirauerit, in can. acceſſerunt, & gl. 1. in d. can. qui bene.

Corpus Domini non deſinit eſſe ſacramentum ea eo, quod mus tranſeat per illud, gl. 1. in d. can. qui bene.

Corpus Chriſti non datur parvulis, gl. ſi. in can. ſi qui apud. De conſecrat. diſt. 4.

Corpore & ſanguine participat, qui per baptiſmum membrum eius efficitur, can. nulli. De conſecrat. diſt. 4.

Corporis Chriſti ſumptio ſignificat futuram corporum reſurrectionem, quam Deus ſua virtute faciet, ſine omni miniſterio : ſed ſumptio ſanguinis ſignificat redemptionem peccatorum, quæ fit interceſſionibus aliorum, gl. 1. in can. peruenit, diſt. 93.

Reliqua in verbo, Euchariſtia. Chriſtus. 14. vſque 38. Conſecratio. 5. Vinum.

CORPORALIA facilius deſtruuntur, quàm deſtruantur : ſpiritualia vero facilius conſtruuntur, quàm deſtruantur, cap. inter corporalia. De tranſlat. Epiſcoporum.

Corporalia debent eſſe linea : quia ſicut linum tonſionibus multis ad candorem deducitur, ſic & Chriſtus preſſuris multis peruenit ad gloriam, gl. ſi. in can. conſulto. De conſecrat. diſt. 1.

Reliqua in verbo, Spiritualia. Labandum.

CORRVMPERE aduerſarium ſuum in ſanguinis cauſa, licitum eſt cuilibet, gl. criminali, in cap. 1. De iuramento calumn.

Corrumpere aliquem iudicem pro vita conſeruande, licitum eſt reo, *gl.* decepti, in can. inter cætera, 22. q. 4.

Corrumpens iudicem, inquiſitorem, vel teſtem, poteſt puniri officio iudicis pœna extraordinaria, gl. pe. in cap. ſi. De colluſ. deteg.

Corrumpens delatorem in omnibus cauſis, præterquam in cauſa ſanguinis, ex Turpiliano habetur pro conuicto, can. ſi quem, §. præuaricator, e. q. 3.

Corrumpentes vitam moreſque bonorum, ſunt deteriores, quam hi, qui aliorum ſubſtantias rapiunt, can. facta, 9. q. 3.

Reliqua in verbo, Iudex. n. 82. 83. 84.

CORRVPTIO carnis ad reatum imputari non debet, vel ad damnationem æternam; obeſt tamen quoad laureolam, gl. s. in can. reuers, 32. q. 5.

Corrupta non poteſt virginitatem hortari, nec poteſt præeſſe virginibus, gl. rationabilis, in clem. attendentes. De ſtatu Monachor.

Reliqua in verbo, Virgo. 1. 2. 5.

CRAPVLA dicitur, quantum ad ſuperfluitatem ciborum; & dicitur crapula, quaſi cruda epola, gl. a. in cap. à crapula. De vita & honeſtat. cleric.

propter Crapulam multi obierunt : & qui abſtinens eſt, adjiciet vitæ, gl. 1. in add. in d. cap. a crapula.

Reliqua in verbo, Clericus. 100. Ebrietas.

de CRASTINO non eſt cogitandum, can. habebat, 12. q. 1.

CREATA ſunt omnia ſimul, can. firmiter, & ibi gl. ſimul. De ſumma Triniat. & fide Catholic.

CREATVRA omnis ſub vitio eſt, gl. ſui prodigia, in proœmio Decretal.

Creatura non habet quid pro meritis reſpondeat creatori, cap. cum creatura. De celebr. Miſſar.

Creatura quælibet dicitur eſſe Dei, can. vndecumque, diſt. 56.

Creatura non formatur in eodem inſtanti in vtero matris : ſed paulatim deducitur in corpus; & poſtea diſtinguitur in membra, can. nalci, diſt. 56.

Creatio corporis & animæ omnium creaturarum procedit à Deo, ibid.

Reliqua in verbo, Deus. 2.

CREDERE debemus firmiter, & ſimpliciter confiteri, quod vnus ſolus eſt verus Deus, æternus, immenſus, & incommutabilis, & incomprehenſibilis, omnipotens, & ineffabilis, pater, & filius, & ſpiritus ſanctus, tres perſonæ, & vna eſſentia, ſubſtantia, ſeu natura ſimplex omnino, cap. firmiter. De ſumma Trinitat.

Credere verbum ponitur quandoque pro ſcire, gl. & ſe, in add. marg. in can. is qui, 19. De elect. lib. 6.

Credi debet magis indigente notis, quam extraneis ignotis, gl. parrochia. in cap. 2. De vſuris, lib. 6.

per *Credimus* verbum reſpondere poteſt in iure, cap. ſi clericos, 15. De ſententia excommunic. lib. 6. & can. quia ſanctitas, diſt. 50.

Credere corde non ſufficit quoad ſalutem, niſi etiam operibus adimpleat, can. pſalmiſta, diſt. 23.

Credere debet corde quis idem, quod exprimit ore, ibidem.

Credere non tenetur quis ſtatim etiam bono viro, gl. ſi. in can. ſi quis præpoſtera, 27 diſt. 50.

Credi non debet melius alicui, quia ſigna & miracula faciat : cùm illa ſint communia bonis & malis, gl. 2. in can. Spiritus ſanctus, 58. 2. q. 5.

Credere de facili ſecundum verba alterius partis, non debet iudex in præiudicium alterius partis, gl. s. in can. ſi. 22. q. 4.

Credere parum dicitur, qui incipit credere, gl. incredulitatem, in can. cum ſanctam. De pœnitent. diſt. 2.

Credere nihil aliud eſt, quam fidem habere, can. nihil eſt. De conſecrat. diſt. 4. & gl. pe. in can. mater. De pœnitent. diſt. 4.

Credendum non eſt viro quantumcomque probo, niſi dictum ſuum probet authoritate, vel ratione, can. Domino ſancto, diſt. 50.

Credendum non eſt ſemper ſancto viro, gl. a. in can. ſi ii qui, 12. q. 3.

Credendi nimia facilitas in iudice vituperatur, gl. 1. in can. ſi. 22. q. 4.

Credentium præmium, eſt vita æterna : pœna vero non credentium, eſt gehenna perpetua, gl. 1. in ſi. in rub. De ſumma Trinitat.

Reliqua in verbo, Aſſerens. Aſſertiones. Deus. 5. 2. Fides. 4. vſque 13. Catholica. Articulus.

CREDITOR onerosus non eſt audiendus, nec debitor delicatus, gl. 1. in cap. vt præteritis, 45. De electione.

Creditor poteſt conuenire debitorem, non ſolum vt ſoluat, ſed etiam ad lucrum ceſſans, & ad damnum emergens, cap. P. & G. & ibi gl. s. De officio deleg.

Creditor non poſſidet pignus, gl. ſi. in cap. quoniam frequenter, §. ſi. Vt lite non conteſtat.

Creditor nullo tempore præſcribit rem ſibi obligatam pignori, ibid.

Creditores cogi debent ratione peccati, ad relaxanda iuramenta, ſuper vſuris ſibi ſoluendis, præſtita, cap. s. & ibi gl. 1. De iureiur.

Creditor, qui ſuſcipit iuramentum de vſuris ſibi ſoluendis,

pec-

Digitized by Google

peccat: & ideo ratione peccati cogitur relaxare iuramentum: ſed quantum ad iurantem, nullum peccatum committit, & ideo ſolvere cogitur, niſi fuerit ſibi relatum iuramentum, ibid.

Creditor ante omnia deducit expenſas, quas fecit in re pignorata, cap. ad noſtram. De iureiur.

Creditor non tenetur recipere partem debiti, & hoc intellige verum, ſi debitor totum confiteatur: aliàs ſecus, gl. pen. ibid.

Creditor recipiens liberum hominem in pignus, cadit à credito, & aliam tantam quantitatem debitori debet perſolvere, & verberibus ſubijci, gl. 2. in cap. ex reſcripto, 9. de iureiur.

2 Creditor vtendo pignore, peccat, gl. fi. in cap. cum Bartholdus, 18. De re iudicand.

Creditor, vel is qui ab eo cauſam habet, ſi tot fructus percepit ex pignore, quod ſatisfactum ſit ſorti, debet pignus reſtituere creditori, cap. cum contra. De pignor.

Creditor poteſt rem ſibi pignoratam alteri pignori dare, ibid.

Creditor licite vendit fructus, quos percepit ex re pignorata: ſed pretium accedit in ſolutionem ſortis, ibid.

Creditor tenetur ad fructus, non ſolum quos percepit de re pignorata: ſed etiam ad eos quos potuit percipere, & ex negligentia ſua non percepit, gl. 2. ibidem.

Creditor primus non poteſt in plus obligare pignus ſecundo creditori, quàm ei fuerat obligatum, gl. pe. ibidem.

Creditor qui pignus deteriorauit, tenetur pignoratitia debitori, gl. fi. ibid.

Creditor debitore non ſolvente, poteſt eum vel eius fideiuſſorem, quem velit, conuenire iure canonico, gl. 2. in cap. peruenire. De iureiur.

Creditor, ſi data pecunia poſſeſſionem in pignus accepit, & ſortem ſuam deductis expenſis de fructibus iam percepit, vel aliquid minus percepit, eo recepto libere debet reſtituere poſſeſſionem debitori, cap. 1. De vſuris.

Creditor, ſi non reſtituit poſſeſſionem pignoratam, poſtquam ſibi ſatisfactum ſit ex fructibus, vel ſi reſtat aliquid, & eo oblato non vult reſtituere, excommunicari poteſt, ibid.

3 Creditor etiam laicus compelli poteſt ad reſtitutionem vſurarum per Eccleſiam, ibid.

Creditor habens proprietatem rei pignoratæ, non tenetur computare fructus in ſortem, quaſi conſolidetur tunc proprietas cum vſufructu, cap. conqueſtus. De vſuris.

Creditori habenti deprauatam intentionem, vt quia aliàs ipſe non fuiſſet mutuaturus, niſi inde ſperaſſet aliquid conſequi, non prodeſt debitoris libere donatio facta ei occaſione mutui, cap. conſuluit, eodem.

Creditor recipiens ſortem poſt terminum videtur renunciaſſe pœnæ, niſi fuiſſet proteſtatus, quòd intendebat etiam petere pœnam, gl. 2. in cap. ſuam. De pœnis.

Creditori ſatisfactum intelligitur, quomodocumque ſatisfiat, gl. meliorem, in cap. cum in tua. De conſuetud. lib. 6.

in Creditoris optione erat olim, quem vellet conuenire, an debitorem, an fideiuſſorem: ſed hodie non eſt in eius optione, gl. obligaueras, in cap. fi. De foro compet.

Creditor poteſt pignus diſtrahere, quamuis eius dominium non habeat, gl. poſſunt, in can. 2. 2. q. 2. gl. 1. in reg. nemo poteſt, 79. De regul. iur. lib. 6.

4 Creditori non licet ſibi pignus eddicere, can. conſtitutum, 7. q. 1.

Creditor Eccleſiæ ſpeciali iure oneretur in tribus, primò quod ſibi inuito ſoluitur aliud pro alio: item datur ſibi res mediocris Eccleſiæ in ſolutum, licet optima dari deberet: item tenetur probare pecuniam fuiſſe verſam in Eccleſiæ vtilitatem: item & ei adimitur decima pars æſtimationis, gl. in ſolutum, in can. 2. § hoc ius, 10 q. 2.

Creditori ſufficit probare Eccleſiam indiguiſſe eo tempore, quo pecuniam Eccleſiæ credidit, ne nimie ſubtilitas ei in perniciem vertatur: aliàs nullus inueniretur, qui cum Eccleſia vellet contrahere, gl. probat, ibid.

Creditor, qui accepit rem Eccleſiæ in pignus citra formam legis, tenetur illam reſtituere, & ius crediti amittit, d. cap. 2. §. qui vero.

Creditor frumentum pro tanta pecunia debet recipere, quantum valuit tempore ſolutionis pecuniæ: ſed non ſit præfixum tempus, tunc æſtimatur quantum valet tempore, quo res petitur, gl. fi. in can. ſi quis clericus, 14. q. 4.

Creditor dominium rei ſibi obligatæ, poſt biennium in alium dicitur transferre, quod tamen dominium non habet, gl. 1. in can. Romanus. De conſecrat. diſt. 4.

Creditrix dotalis præfertur quibuſdam creditoribus etiam anterioribus, non tamen filijs ex primo matrimonio, qui agunt de dote materna, gl. 1. in cap. hi qui, 12. De præbend. lib. 6. & gl. 2. in fi. in reg. qui prior, 54. De regul. iur. lib. 6.

Reliqua in verbo, Debitor. Debitum. Pactum, & Pignus.

CREDVLVS nimis non debet quis eſſe, gl. fi. in can. ſi quis præpoſtera, 27 diſt. 50. can. Paulum, & ibi gl. 2. 2. q. 3. & gl. 2. in can. quam magnum, 23. q. 4.

5 CRIMEN per exceptionem probatum, non ſolum repellit pro illa vice, ſed denotat perſonam, vt amplius promoueri non poſſit ſuper eo, & ibi gl. 1. De elect.

Crimen in modum exceptionis probatum in vno iudicio, præiudicat in alio, licet ita probatum non infamet, ſed grauet eius opinionem, gl. recuſatus, in cap. cum inter. De elect.

Crimina quædam ſunt, quæ impediunt executionem ordinis, vel officij, poſt peractam pœnitentiam: quædam vero quæ non impediunt, cap. niſi cum pridem, §. propter, & ibi gl. ſed dumtaxat. De renunciat.

ſine Crimine nemo viuit, d. §. propter.

Crimen iteratum grauius puniri debet, maxime præcedente monitione, cap. graue nimis. De præb.

Crimina irregularitatem inducentia, non priuant quem ipſo iure, beneficio, licet inducant poteſtatem priuandi, cap. niſi cum pridem, §. propter. De renunciat.

Crimina, quæ poſt peractam pœnitentiam impediunt executionem ordinis, ſunt ſimonia & homicidium, gl. ſed duntaxat, ibid.

inter Crimina, quæ poſt peractam pœnitentiam impediunt executionem ordinis, connumeratur omne peccatum, quod ipſo iure irrogat infamiam: quia licet culpa per pœnitentiam tollatur, infamia tamen non aboletur, ibid.

in Criminibus quæ poſt pœnitentiam impediunt executionem ordinis, aut beneficij retentionem, debet Epiſcopus petere licentiam cedendi Eccleſiæ ſuæ, ibid.

in Criminibus, in quibus poteſt Epiſcopus pœnitere remanendo in officio ſuo, non tenetur petere ceſſionem Eccleſiæ ſuæ, ibid.

Crimen quodlibet non inducit irregularitatem, gl. culpæ, ibid. 2

Crimen omne notorium inducit irregularitatem, vt ſaltem non poſſit ad Epiſcopatum aſſumi, cap. poſt tranſlationem, §. quamquam. De renunciat.

Crimina enormia dummodo ſint occulta, non inducunt irregularitatem, vel ſuſpenſionem, nec diſpenſatione egent, exceptis homicidio, & ſimonia, dd. reprob. gl. magna, in cap. ex tenore. De tempor. ordin.

Crimina enormia manifeſta communiter egent diſpenſatione, & hoc propter ſcandalum populi, dd. reprob. d. gl. magna.

per Crimen adulterij, periurij, homicidij, vel falſi teſtimonij, perditur bonum rectæ conſcientiæ, cap. fi. eod.

in Criminibus occultis valde neceſſaria eſt diſpenſatio non propter depoſitionem vitandam, ſed vt licite ſuum officium exequatur, quod aliter non poteſt: quia de eo ſuper quo diſpenſatum eſt, non poteſt poſtea accuſari: alioquin poſſet etiam poſt peractam pœnitentiam, gl. pe. in cap. fi. eod.

Crimina occulta vindictam non habent, & ita propter crimina occulta non punitur quis, ibid.

Crimina enormia impediunt executionem ordinis, etiam peracta pœnitentia: niſi fuerit diſpenſatum, cap. 2. De corpore vitiat. ordin.

de Crimine ubi agitur ciuiliter, vel mixtim, non eſt neceſſaria inſcriptio, licet libellus ſit ſolemniter formandus, cap. tua. De procurat.

Crimina quædam ſunt depoſitione digna, quædam ſuſpenſione, cap. at ſi clerici, verſ. ſi vero. De iudicijs.

in Crimine non admittitur reconuentio, gl. non tenet, ibidem.

in Criminibus, in quibus pœna incipit à crimine, ſic procedetur, quod ſi crimen ſit tale quod inducat ſuſpenſionem, primo debet ſuſpendi, vel ſi inducat depoſitionem, debet deponi: & ſi fuerit corrigibilis, non proceditur amplius: ſi vero fuerit incorrigibilis, ſeruari debet quod dicitur in cap. *cum non ab homine*, vt tunc demum tradatur curiæ ſæculari, cum Eccleſia non habeat vltra quid faciat, gl. fi. in cap. cum non ab homine, eod.

in Criminibus, in quibus pœna incipit à contumacia, primo debet ſuſpendi, poſtea creſcente contumacia excommunicari, deinde deponi, & vltimo debet tradi curiæ ſæculari, ibid. 3

Crimen vſurarum, ſimoniæ, periurij, adulterij, & ſimilia pertinent ad iudicem Eccleſiaſticum, & coram eo debent accuſari, gl. fi. in cap. cum ſit generale. De foro compet.

de Criminibus clericorum in ſua diœceſi commiſſis, ſolus Epiſcopus cognoſcit de iure communi, niſi conſuetudo, vel priuilegium ſit contrarium, cap. cum contingat. De foro compet.

Crimina non remanere impunita, vtilitati publicæ intereſt, gl. inſtitutio, in cap. 2. De ordine cognitio, gl. 2. in cap. cum clamor. De teſtib.

Crimen regulariter non repellit quem ab agendo, quia etiam crimino ſus eſt audiendus pro iure ſuo, cap. item cum quis. De reſtit. ſpoliat.

Criminis cauſa ſeparata eſt à poſſeſſionis cauſa: & ideo agenti interdicto recuperandæ, non obſtat exceptio criminis, d. cap. item cum quis, & ibi gl. fi.

in Crimine purgari poteſt mora, gl. expectatus, in cap. cum dilecti. De dolo & contum.

de Crimine in modum denunciationis quando agitur contra reum contumacem, poſſunt recipi teſtes, & ſententia diffinitiua ferri, cap. veritatis, eodem.

de Crimine infamatus debet ſe purgare, cap. 1. De confeſſis.

Crimen conſtare dicitur, cum conſtat legitimis & euidentiſſimis probationibus, & luce clarioribus, vel per propriam confeſſionem in iudicio factam, vel per rei euidentiam, gl. 1. ibid.

de Crimine contingente cauſam principalem, ſi conſtat contra aliquem, per eius confeſſionem punitur pœna ordinaria; etiamſi directe contra eum non agatur, cap. 2. eod.

4 Crimina vndecumque claruerint, punienda ſunt, gl. 1. ibid. & gl. ſe adſtrinxit, in cap. licet cauſam. De probatio.

de Crimine ciuiliter agi dicitur, licet agatur & veniat imponenda pœna priuationis beneficii propter crimen, gl. per interpoſitam, in cap. ex patre. De teſtibus.

in Crimine detentus non poteſt alium denunciare, vel accuſare, gl. 1. in cap. perſonas. De teſtib.

de Crimine emendatus non remanet omnino integer, vnde non reſtituitur priſtinæ præſumptioni naturæ, qua quilibet præſumitur bonus, cap. teſtimonium 54. eod.

de Crimine conuictus, vel confeſſus repellitur à teſtimonio in criminali, ſi egit pœnitentiam, ſed non in ciuili: ſed ſi non egit pœnitentiam, & perſeueret in crimine, repellitur etiam in ciuili, gl. confeſſus, ibid.

de Crimine condemnatus in iudicio, repellitur à teſtimonio in cauſa criminali, etiamſi egerit pœnitentiam: nec eſt neceſſe, vt amplius conuincatur: nec admittitur ad purgationem alicuius, ibid.

de Crimine emendatus quod ſit quis, ſatis probatur per Sacerdotem ſuum, qui de ipſo debet teſtimonium perhibere, gl. in hoc caſu, ibid.

de Crimine emendatus dicitur, cum de illo egit pœnitentiam, d. cap. teſtimonium.

Criminis ſocius admittitur in teſtem ad detegendam conſpirationem: immò tenetur illam conſpirationem manifeſtare, & denunciare, gl. fi. in cap. ſi. de teſtibus cogend.

in Crimine læſæ Maieſtatis tria ſunt ſpecialia, primum quod quilibet tenetur ad accuſationem huius criminis: ſecundum, condemnatus non appellat; tertium, quia punitur ille, in cuius domo falſa moneta cuditur, licet illud ignoret, gl. 1. in cap. quando, 18. De iureiur.

5 Crimina leuia non deijciunt ordinatos, ſed imponitur eis pro illis pœnitentia vnius anni, gl. 1. in cap. ſicut noſtris. De iureiur.

Crimina non habent remiſſionem veniæ, niſi ſemel commiſſa ſint, gl. 2. in cap. monaſterio. De vita & honeſtat.

Crimina quædam ſunt occulta, quædam notoria, cap. veſtra. De cohabit. clericorum.

Crimen notorium eſt, de quo quis canonice condemnatur; & occultum dicitur, quod ab Eccleſia toleratur, ibid.

Crimina morte delinquentium regulariter extinguuntur, gl. ſucceſſores, in cap. cum ſecundum. De præbend.

Crimen confeſſatum per viam exceptionis, etiam in iudicio ciuili puniendum eſt, gl. non extitit, in cap. cum ſuper. De conceſs. præbend.

Crimen vel iniuria conſideratur ex perſona, & augetur crimen ex dignitate perſonæ, gl. 1. in cap. ſi. De conſecrat. Eccleſiæ.

Crimina ſemel punita, iterum in vltionem venire non debent, gl. iterans, in cap. literas. De celebrat. Miſſar.

de Crimine quilibet compelli poteſt ad ſatisfaciendum, gl. fi. in cap. ad audientiam. De ſponſalib.

Crimen non ſolum iam commiſſum, ſed etiam committendum tenetur quis denunciare, cap. pe. & ibi gl. denunciari. De deſponſat. impub.

Crimina tanto ſunt grauiora, quanto diutius infœlicem animam detinent alligatam, cap. cum Eccleſia. De ſimonia, cap. non debet. De conſang. & affinitat.

6 de Crimine, ſi aliquis accuſatur, denunciatur, vel inquiritur, ſtatim eius opinio grauatur: & interim non debet promoueri, niſi poſt annum, cap. omnipotens, 4. & ibi gl. 1. De accuſat.

Crimina ſemel dimiſſa, iterum vindicari non debent, ſi ſint talia, in quibus iudex potuit diſpenſare, cap. de his, 6. & ibi gl. 1. eod.

Criminis euidentia non indiget accuſatore: ſed iudex procedit nemine accuſante, cap. euidentia, 9. eodem.

Crimen in modum exceptionis per calumniam obijciens punitur pœna arbitraria, cap. ſuper his, 16. eodem.

de Criminibus occultis non eſt facienda inquiſitio, cap. qualiter & quando, 17. eod.

Crimen probatum per modum inquiſitionis, regulariter pœna ordinaria non punitur, cap. inquiſitionis, 21. eod.

Crimen probatum per modum inquiſitionis, ſi impedit ordinis executionem, fit depoſitio, ſicut in accuſatione: ſed ſi impedit tantum beneficii retentionem, fit priuatio à beneficio, nec poterit iudex hanc pœnam moderare, ibid.

Crimen ſi in modum inquiſitionis probatum etiam poſt peractam pœnitentiam impedit executionem ordinis, & retentionem beneficij: ob id punitur quis, ſicut in accuſationis iudicio: alias pœna erit arbitraria, ibid.

de Crimine conuictus per viam inquiſitionis, mitius punitur, quàm conuictus per viam accuſationis, ibidem.

de Crimine de quo non conſtat, niſi per famam & teſtium credulitatem, non debet quis puniri, & per dicta paucorum non debet quis apud iudicem infamatus reputari, d. cap. inquiſitionis, §. quæſiuiſti.

Crimina vt probentur, non ſufficit fama iuncta cum credul- 7
itate teſtium iuratorum, ibid.

Criminum exceptio poſſeſſionem Prælati non retardat, niſi fuerit de his infamatus, cap. accedens, eodem.

in Criminibus proceditur per viam denunciationis, inquiſitionis, & accuſationis: & in notorijs proceditur etiam puniendo, item per viam exceptionis, cap. qualiter & quoniam, §. ad corrigendos, & ibi gl. forma eod.

de Crimine ſi agatur in modum accuſationis, & probetur crimen, deponitur reus: quia hic eſt effectus accuſationis: nam criminalis accuſatio, ad capitis diminutionem, id eſt degradationem intenditur, d. gl. forma.

de Crimine cum agitur per inquiſitionem, alia pœna imponitur; ſcilicet arbitraria: quia ſi per inquiſitionem probetur ſimonia, vel homicidium, non deponitur, quia non eſt actum ad hoc, ibid.

de Crimine quando agitur per viam denunciationis, ſicut variæ ſunt denunciationes, ita varius poteſt eſſe ordo: quia ſi agitur per denunciationem Euangelicam, imponitur pœnitentia; ſi agitur per denunciationem iudicialem, compellitur quis ad ſatisfactionem, ibid.

Crimina omnia, reſpectu ſimoniæ, pro nihilo reputantur, gl, 8
in rub. De ſimonia.

in Crimine læſæ Maieſtatis admittuntur omnes teſtes indifferenter, etiam criminoſi, cap. licet Heli. De ſimonia.

Crimina læſæ Maieſtatis & ſimoniæ non æquiparantur per omnia, ibid.

de Crimine vbi agitur in modum accuſationis, non debet præcedere admonitio: ſed vbi de crimine agitur ciuiliter ad pœnitentiam, debet præcedere admonitio, gl. inſcriptio, ibid.

de Crimine vbi agitur ad pœnam excommunicationis, debet præcedere admonitio, ibid.

de Crimine vbi agitur per viam inquiſitionis, non eſt neceſſaria inquiſitio: ſed ſufficit ſola fama, vel clamor, ibid.

Crimina ſimoniæ, vel hæreſis parificantur quantum ad accuſationem, & teſtimonium, gl. indifferenter, ibidem.

Crimen ſimoniæ eſt maius, quàm crimen hæreſis, & infamis efficitur quis ex illo: & maius eſt omnibus aliis criminibus, ibid.

in Crimine hæreſis quilibet admittitur ad accuſandum & teſtificandum, & multo melius in crimine ſimoniæ, ibid.

in Crimine læſæ Maieſtatis capite quis punitur, amittuntur iura paternorum ſepulchrorum, nec ſunt lugendi, gl. alia pœna, ibid.

in Crimine ſimoniæ punitur quis cum nota infamiæ, ibid. 9

Crimina probantur per teſtes, & non per accuſatores: vnde non omnes qui admittuntur ad accuſandum, debent admitti ad teſtificandum, gl. diſtinguendum, ibid.

de Crimine iam commiſſo ſoli prælati tenentur corripere: ſed à peccato committendo quilibet tenetur corripere occulte, gl. 1. in cap. 2. de hæret.

Crimina morte extinguntur, & crimen extinctum dicitur cum pœna, gl. fi. in cap. ſi quis Epiſcopus, eod.

de Crimine hæreſis, etiam poſt mortem alicuius poteſt accuſari in ipſius criminis deteſtationem, & ne Eccleſia oret pro eo, quia non fuit accuſatus in vita, d. gl. fi.

de Crimine hæreſis cognoſcunt Epiſcopi tam contra clericos, quàm contra laicos etiam exemptos, cap. ad abolendam. De hæreticis.

de Crimine hæreſis cognitio & iuriſdictio eſt Epiſcopi etiam contra laicum, quia eſt crimen mere Eccleſiaſticum, ibid.

in Crimine hæreſis non parcitur filijs hæreticorum, circa bona paterna, ſed in totum priuantur bonis paternis, cap. vergentis, eod.

in Crimine læſæ Maieſtatis bona delinquentium confiſcantur, licet habeant filios; & ſic in odium criminis filij eorum etiam puniuntur quoad bona, gl. pe. ibid.

ob Crimen ſi bona alicuius contumacis fuerint annotata, & intra annum non venit, bona deuoluuntur ad fiſcum: ſed quoad crimen, non obeſt quin poſt annum poſſit probare ſuam innocentiam, gl. condemnentur, in cap. excommunicamus, 13. §. qui autem. De hæreticis.

Crimen augetur per dignitatem, gl. exerceatur, in d. cap. 10
excommunicamus, §. credentes.

Crimen probatur per indicia, gl. fi. ibid.

Crimen publicum impedit promotionem ad ordines: ſecus ſi ſit occultum, cap. 2. de apoſtat.

Crimen acolythi, qui rebaptizanti præbuit miniſterium, ſi eſt occultum, promoueri poteſt: ſecus ſi publicum, niſi eum eo intrante religionem diſpenſetur, ibid.

in Criminibus admittitur compenſatio, cap. intelleximus, & ibi gl. ſponte. De adulterijs.

de Crimine ibi puniri quis debet, vbi deliquit, cap. 1. De raptoribus.

Criminis indagatio acerrima ibi eſt facienda, vbi pœna eſt grauiſſima: & vbi ciuiliter agitur, mitius eſt agendum, gl. deprehenſi, in cap. ad falſariorum. De crimine falſi.

Crimen omne ſecundum canones quaſi publicum cenſetur, vnde per tranſactionem, ſeu gratiam recedere non licet: quod ſi fecerint inter ſe gratiam, vel aliquam colluſionem, iterum inquiritur de crimine: iudex tamen ſi de illo crimine poſſet diſpenſare, præſtare poteſt authoritatem, ſi voluerint inter ſe gratiam facere, cap. 1. De colluſi. deteg.

Cri-

Crimina vndecumque claruerint, punienda ſunt, gl. fi. in cap. 2. eod. & gl. 1. in cap. quam ſit graue. De exceſſib. Prælat.

Crimina ſemel dimiſſa, iterum in vltionem venire non patiuntur, gl. fi. in cap. fi. De colluſione deteg.

11 Crimen omne irregularitatem inducens, eſt depoſitione dignum, cap. latores. De clerico excomm.

ob Crimen perditur nomen dignitatis, gl. fi. in cap. 1. De purgat. canon.

Crimina quæ quis poteſt corrigere, ſi non corrigit, ipſe dicitur committere, gl. 1. in can. ſi quis eod.

Crimen ſi per modum inquiſitionis non potuit plene probari, reus non eſt ſimpliciter abſoluendus: ſed ſi remaneret infamia, vel ſcandalum, ſeu vehemens ſuſpicio, poteſt compelli ad ſe purgandum, cap. inter ſolicitudines, eod.

Criminum duæ ſpecies ſeparatæ poſſunt oriri ex eodem facto, putà inceſtus & adulterium, cap. cum dilectus, eod.

Crimen fornicationis, adulterij, aut inceſtus poteſt eſſe adeo notorium, vt iuſtificationi locus non ſit, vnde abſque alia indagine poteſt iudex procedere ad impoſitionem pœnæ, ibid.

in Crimine notorio poſſunt laici deponere contra clericos, ibid.

Crimen augetur ex perſona, gl. fi. in cap. cum non ab homine. De ſententia excommunicat.

Crimina morte extinguuntur, niſi in hæreſi, vbi agi poteſt poſt mortem propter bona, vel contra perſonam & bona, gl. mortuos, in cap. à nobis, 28. eod.

Crimina quod impunita non remaneant, pertinet ad publicam vtilitatem, cap. vt famæ, 35. & ibi gl. impunita, eod.

Crimina puniri debent, ne quiſquam ad maleficia proſiliat, d. gl. impunita.

12 Crimina morte extinguuntur, niſi in quibuſdam caſibus, gl. extinguuntur, in cap. ſi gratioſe. De reſcript. lib. 6. gl. finita, in cap. 2. Vt lite pendente, gl. extincto, in cap. accuſatus, §. in eo. De hæreticis, lib. 6. gl. non poteſt, in can. quorumdam, diſt. 23.

de Crimine poteſt agi ciuiliter, & criminaliter, cap. 1. De teſtib. lib. 6.

Criminis authores, in deteſtationem criminis, admitti poſſunt in teſtes, cùm interdum per alios conuinci non poſſint, gl. authores, ibid.

Crimen probari poteſt per inſtrumentum, gl. datis, in cap. fi. De iureiur. lib. 6. cap. 2. §. vtrum. De verb. ſign. lib. 6.

Crimina notoria non egent examinatione, cap. 2. §. ſane. De cenſib. lib. 6.

Crimina notoria puniuntur abſque ordine iudiciario, ibidem.

Crimen læſæ Maieſtatis diuinæ eſt maius quam crimen læſæ Maieſtatis humanæ, quia in illo æterna Maieſtas offenditur, gl. filij, in cap. 2. §. hæretici. De hæreticis, lib. 6.

in Crimine læſæ Maieſtatis diuinæ, vel humanæ, etiam poſt mortem delinquentis cognoſcitur, & fertur ſententia condemnatoria, quoad bona, vſque ad 40. annos: poſtea vero abdicari non poterunt, etiam ab eorum ſucceſſoribus, qui eorum bona tanto tempore poſſederunt bona fide, gl. poſt mortem, & ibi add. in cap. accuſatus, §. in eo, eod.

in Criminibus grauibus, vt eſt hæreſis, debet procedi cum maiori cautela, cap. vt officium, §. verum, eod.

Crimen læſæ Maieſtatis committitur pluribus modis, ſcilicet ex confederatione cum iniurijs, item ex conſpiratione in offenſam Imperatoris, item ex tractatu, vel ordinatione, vt ciuitates imperio ſubiectæ rebellentur: item ex occupatione illarum ciuitatum electis officialibus imperij: item vbi aliqua in offenſam & iniuriam imperij per ſubditum ordinantur, clem. paſtoralis. De re iudicat.

13 Crimen læſæ Maieſtatis dicitur committere, qui ciuitates obedientes principi facit eſſe rebelles ei, ibid.

Crimen læſæ Maieſtatis committit, qui præſtitit ſubſidium criminoſo, ibid.

Crimen læſæ Maieſtatis committitur, ſi fiat iniuria officialibus principis, ibid.

ſuper Crimine, quando debeat procedi tanquam notorio vtile eſt iudici declarare quod eſt notorium, d. clem. paſtoralis, & ibi gl. declarata.

Crimen læſæ Maieſtatis non poteſt committere non ſubiectus, d. clem. paſtoralis, §. rurſus, & ibi gl. non ſubſuit.

Crimen quantumcumque occultum ligatur per conſtitutionem Eccleſiæ militantis, quoad pœnam ſuſpenſionis, & excommunicationis, gl. eo ipſo, in clem. 1. §. verum. De hæretic.

Crimina niſi ſemel commiſſa non habent veniæ remiſſionem, gl. ſecundo in extrauag. cum ad ſacroſanctæ, Ioann. 22.

Crimina tollerantur quandoque ſcandali ratione, vel ratione multitudinis, gl. venia, in can. denique, diſt. 4.

de Crimine alicuius melius poteſt inquiri in loco, vbi conuerſatus eſt, gl. vt in eadem, in can. illud, diſt. 23.

ſine Crimine debet eſſe Epiſcopus: interpretatur ſine criminali peccato, vel criminali infamia: vnde legitur, crimen eſt querela, id eſt peccatum accuſatione & damnatione dignum, can. vnum, §. oportet, diſt. 25.

14 Criminis appellatione comprehenditur mortale & veniale peccatum, d. can. vnum, §. nomine.

Daoyz Canon. Tom. I.

Criminis appellatione comprehenditur infamia ſurgens ex crimine damnationis digno, ibid.

Crimen licet tollatur per baptiſmum, non tamen tollitur exceptio competens ex crimine, gl. fi. in can. deinde, diſt. 26.

Crimen licet tollatur per pœnitentiam, non tamen tollitur exceptio competens ex crimine, ibid.

ex Crimine non imponitur pœna depoſitionis, niſi ſequatur contumacia, can. nulli, diſt. 44.

in Crimine quantum ad pœnam etiam depoſitionis imponendam, ſufficiunt duo vel tres teſtes, can. quoniam, diſt. 48.

pro Crimine commiſſo ante baptiſmum non deponitur quis, gl. tempore, ibid.

Crimen ciuiliter probatum depoſitionem inducit, gl. pe. ibid.

Crimine irretitus ad regimen Eccleſiæ aſſumi non debet, in ſumma, §. ſolicite, diſt. 49.

Crimina mediocria occulta, poſt pœnitentiam non impediunt in ſuſceptis miniſtrare ordinibus, & ad ſuperiores aſcendere, gl. 1. in ſumma, diſt. 50.

Crimina & peccata maxima, & enormia etiam occulta impediunt in ſuſceptis ordinibus adminiſtrare, & ad ſuperiores aſcendere, ibid. 15

Crimen ſeu peccatum omne mortale ante præſentiam facit, ne homo poſſit in ſuſceptis adminiſtrare, vel ad ſuperiorem aſcendere, ibid.

Crimen omne mediocre, & manifeſtum, & notorium facit hominem irregularem, & ſic in ſuſceptis ordinibus impedit adminiſtrare, ibid.

Crimen graue vel notorium committens poſtquam ordinatus eſt, ab officio deponitur, can. qui ſimul, diſt. 50.

Crimen capitale committens Epiſcopus, presbyter, aut Diaconus, deponitur ab officij honore, & in monaſterio ad pœnitentiam reluditur, can. ſi Epiſcopus, diſt. 50.

Crimen vbi eſt maius, ibi pœna maior debet imponi, can. quia ſanctitas, diſt. 50.

Crimen quodlibet capitale publicum, propter quod ſcandalum fit in populo, eſt depoſitione dignum, can. de his, diſt. 50.

Crimen contrahitur, ſi voluntas nocendi intercedat: ſed ea quæ ex improuiſo caſu accidunt, fato plerumque, non noxæ ſunt imputanda, can. frater, 46. diſt. 50.

Crimen debet prodere ille, qui ordinandus eſt, ſi illud impedit ordinis executionem, etiam poſt peractam pœnitentiam, gl. 1. in can. ex pœnitentia, diſt. 50.

Crimen quando eſt notorium, & non ſit tale quod impediat ordinis executionem poſt pœnitentiam, tunc ordinandus debet reſpondere interrogatus de tali crimine, ibid.

de Crimine de quo eſt infamatus ordinandus tenetur reſpondere an ſit criminoſus: ſed ſi non ſit de crimine infamatus, non tenetur ſe prodere: quia tunc peracta pœnitentia poterit in ordine miniſtrare, ibid.

Crimen depoſitione dignum dicitur; quando ſeruus doloſe dicit ſe liberum, vt ordinetur, can. de ſervorum, diſt. 54. 16

Crimen licet repellat quem ab ordinibus, non tamen repellit à profeſſione Monachali, can. multos, diſt. 54.

Criminis improperatio facta illi, qui in veritate criminoſus eſt, non videtur iniurioſa, quando fit ad finem, vt ille ſe corrigat de peccato, can. ſi gens, diſt. 56.

Crimen ſimoniæ, & læſæ Maieſtatis æquiualent, & æquis paſſibus ambulant, gl. petruleiir, in can. ſi quis Papa, diſt. 79.

in Criminis ſimoniæ accuſatione omnes perſonæ admittuntur, quæ admittuntur in crimine læſæ Maieſtatis: & ſicut in vno admittuntur ſocij initæ factionis contra ſe, ſimiliter & in crimine ſimoniæ, ibid.

in Crimine ſimoniæ quis de ſe confeſſus audiri debet contra ſocium criminis, ibid.

in Crimine læſæ Maieſtatis, ſi ſocius criminis probat crimen, remuneratur, & non punitur, ibid.

Crimen eſt graue peccatum accuſatione & damnatione digniſſimum, can. 1. diſt. 81.

pro Crimine in quo quis eſt incorrigibilis, deponi debet, non tamen debet ſtatim deponi pro prima contumacia: illud enim non eſt crimen, gl. damnatione, ibid.

Crimen quodlibet dicitur Eccleſiaſticum, gl. fi. in can. eos, qui, diſt. 87.

ſuper Crimine iniuriarum, vel alio crimine, quando agitur ciuiliter inter partes, recte poteſt fieri compoſitio, & quilibet poteſt remittere: ſed quando agitur criminaliter, non poteſt, gl. 1. in can. 1. diſt. 90.

Crimina occulta, quæ probari non poſſunt, non habent vindictam, gl. & cooperirem, in can. ſcripturis, diſt. 96. 17

de Criminibus manifeſtis cogimur accuſare, præmiſſa tamen admonitione, gl. fi. in can. ſcripturis, diſt. 96.

à Crimine non excuſat mos ſeu conſuetudo, gl. 2. in can. reperitur, 7. 1. q. 1.

in Crimine notorio fornicationis, & ſimoniæ, committentes illud, ipſo iure ſunt ſuſpenſi, gl. anathematis, ibid.

Crimen commiſſum eo ſceleratius eſt, quòd durius punitur, quandoque non: vt quando grauius punitur ob frequentiam criminum, gl. durior, in can. cito turpem, 1. q. 1.

Crimen alicuius quandoque nocet innocenti, gl. verum, in can. fertur, 28. 1. q. 1.

Crimen alterius non nocet innocenti, gl. læderet, in can. multi, 84. 1. q. 1.
Crimen publicum dicitur, ad cuius accuſationem quilibet de populo admittitur, niſi ſit infamis, gl. 2. in can. concuſſionis, 128. 1. q. 1.
Crimen præteritum non imputatur filio ignoranti, in ſumma 1. q. 4.
Crimen alienum neſcientem non maculat, can. nullius, & can. ſeq. 1. q. 4.
18 Crimen ſuum quandoque maculat, gl. 1. ibid.
Crimen paternum, vel pœna paterna, nullam maculam poteſt infligere filio, can. crimen, 1. q. 4.
Crimina omnia, ad comparationem ſimoniacæ hæreſis, pro nihilo reputantur, can. ſi. 1. q. 7.
Crimen omne non inducit depoſitionem, gl. & genus, in can. in primis, 2. q. 1.
Crimen probatum per viam ciuilis actionis, inducit priuationem beneficij, gl. modus probationis, ibid.
Crimen exceptum non debet probari ordinariè, ſed extraordinariè, ibid.
ſuper Crimine non poteſt ſæpius agi, gl. non poteſt, in can. prohibentur, §. ab alio, 2. q. 1.
Crimen fraudatæ annonæ ponitur inter exceptuata crimina, gl. ad annonam, ibid.
in Crimine fraudatæ annonæ non tenetur quis inſcribere, ibid.
Crimen vbicumque coram quocumque in modum exceptionis probatur, cogetur ad pœnitentiam, gl. ſæculare, in can. multi, 2. q. 1.
Crimen quando eſt notum iudici, & alijs per euidentiam facti, poteſt tunc iudex illum punire, cap. pe. §. quando, 2. q. 1.
Criminis obiectio facta ab irato, non habetur pro accuſatione, ſed pro conuicio, niſi poſtea reſipiſciens id per ſcripturam probare voluerit, can. ſi quis iratus, 2. q. 3.
19 Crimen nullum ſecundum canones irrogat pœnam ſanguinis, gl. in omnibus, in can. ſi quem, §. præuaricator, 2. q. 3.
Crimen omne ſecundum canones publicum eſt, ib.
Crimen obijciens, ſcribat ſe probaturum: & qui non probauerit quod obijciet, pœnam talionis pati debet, can. qui crimen, 2. q. 8.
Crimen notorium non obſtat petenti reſtitutionem, gl. & ſi manifeſta, in can. ſi. 3. q. 5.
Crimen vbi admittitur, ibi cauſa ventiletur, can. 1. & can. ſi. 3. q. 6.
de Crimine cognoſcit & damnat iudex loci, in quo quis deliquit: poteſt tamen tranſmittere eum puniendum, cum literis ſuis ad ſuæ prouinciæ iudicem: quod tamen non facit, niſi ex cauſa, gl. 1. in d. cap. 1.
Crimen omne mortale, ſecundum canones, infamat, gl. infamia, in can. infames, §. porro, 3. q. 7.
Criminis vltionem appetere non eſt prohibitum, quando illud eſt ratione publici intereſſe: ſecus ſi ratione vindictæ priuatæ illud fieret, can. qui ſine peccato, 3. q. 7.
poſt Criminis probationem debet aſſignari terminus accuſato ad ſe defendendum, can. non oportet, 3. q. 8.
Crimen vbi eſt commiſſum, ibi debet puniri: niſi Papa aliud diſponat, can. habetur, 3. q. 9.
20 Crimen publicum dicitur, de quo ſolemniter & publice poteſt accuſari quis, gl. ſi. in can. ſi. 5. q. 3.
Crimen indicans bono zelo illi, cui poteſt prodeſſe, & non obeſſe, non eſt maleuolus: item & accuſans, ſi præmonuerit eum quem accuſat, vel ſi crimen propoſitum vult probare, non dicitur maleuolus, gl. 1. in ſumma, 5. q. 5.
Crimen proponens ſi non proſequatur, puniendus eſt tanquam proditor, ibid.
Crimen alterius non debet quis prodere, can. ſi. 5. q. 5.
Crimen quo quis eſt aliqualiter infamatus, ſi probari non poteſt, fit abſolutio ab obſeruatione iudicij: ſed poſtea admitti poteſt accuſatio, can. Epiphanium, & ibi gl. 1. 5. q. 6.
Crimina excepta dicuntur crimen læſæ Maieſtatis, perduellionis, quod eſt ſpecies criminis læſæ Maieſtatis, crimen hæreſis, crimen ſimoniæ, crimen ſacrilegij, crimen fraudati cenſus, vel annonæ: inter hæc crimen ſimoniæ in Eccleſia magis frequentatur, gl. 1. in ſumma, 6. ante q. 1.
Crimina omnia non ſunt vindicanda in hoc ſæculo, ſed manifeſta tantum: quia occulta quæ probari non poſſunt, Dei iudicio punienda reſeruantur, can. ſi omnia, 6. q. 2.
Crimen omne infamat ſecundum canones, can. infames, & ibi gl. fures, 6. q. 1.
21 Crimen committens in parte corporis, in toto videtur committere, can. ſi. quis, 6. q. 1.
in Crimine læſæ Maieſtatis, nemo priuilegio cuiuslibet dignitatis, à tormentis excuſatur, can. ſi. 6. q. 1.
Crimen alicuius quod probari non poteſt, non poteſt Epiſcopus publicare, nec ipſum accuſare, nec in ipſum ſententiam proferre: ſed debet eum corrigere ſecreto: & ſi correctus communioni ſe ingerit, ei ſecreto præcipiet, vt ſecum non communicet: quod ſi fecerit, Epiſcopus non propter hoc ei negabit communionem in publico: ſed ſolùm à communione remouebit eum in ſecreto, can. 2. & ibi gl. 1. 6. q. 2.
Crimina occulta non habent vindictam, gl. ſi. in can. pe. 8. q. 1.
in Crimine læſæ Maieſtatis, qualicumque dignitate ſit præditus, nullo priuilegio poteſt ſe tueri à tortura, ſiue ſit actor, ſiue reus, ſiue accuſator, gl. 1. in ſumma, 15. q. 6.
de Crimine quocumque modo agatur, ſemper accuſator punitur, vt calumniator, gl. 2. in ſumma, 15. q. 7.
Crimen commiſſum à clerico ante ordinationem, ſi ſit tale quod non inducit depoſitionem, ſi quidem confeſſus ſit illud in pœnitentia, non abſtinebit ab officio: & idem ſi confiteretur illud extra ius, quia talis confeſſio ei non præiudicat, gl. 1. in ſumma, 15. q. 8.
Crimen commiſſum à clerico ante ordinationem, ſi ſit tale quod non inducit depoſitionem, acta pœnitentia remanet in ordine ſuo, ibid.
Crimen quod inducit depoſitionem, ſi confiteatur quis in iure à ſe commiſſum, ante ordinationem deponitur ab officio Sacerdotali: retinebit tamen nomen presbyteri, & omne inferius officium: & hoc cum illud ſponte confeſſus fuerit, d. gl. 1.
Crimen quod inducit depoſitionem, ſi quis timore probationum in iure confeſſus ſit à ſe commiſſum, tunc ſiue ante, 22
ſiue poſt ordinationem ſuam illud commiſit, irreparabiliter deponitur, ibid.
Crimen quod inducit depoſitionem, ſi quis in iure ſponte confeſſus ſit à ſe commiſſum, poſt ordinationem debet ſuſpendi ad tempus, ad agendam pœnitentiam: ſed poſtea reſtituitur ex diſpenſatione, ibid.
Crimen nullum inducit depoſitionem, niſi ſpecialiter à canone excipiatur, d. gl. 1.
Crimen perſequens, vt hominem liberet, non eſt iniquus, ſed humanus, can. non eſt iniquus, 23. q. 5.
Crimina non debent remanere impunita, gl. 1. in can. reum, 17. q. 4.
Crimina quæ quis cum poteſt emendare, non corrigit, ipſe videtur committere, can. præterea, 23. q. 8.
Crimen punire pro Deo, non eſt crudelitas, ſed pietas, can. legi, 23. q. 8.
Crimina varia, varijs pœnis ſunt afficienda, can. non afferamus, 24. q. 1.
Crimen publicum dicitur, de quo ſolemniter & publice poteſt quis accuſari, gl. ſi. in can. ſi. 5. q. 3.
Crimina ſecreta ſunt corrigenda ſecretè, can. 2. & ibi gl. 1. 6. q. 2.
Crimen Eccleſiaſticum ſecundum canones ab Eccleſiaſtico debet puniri: ſed non ſecundum leges, can. ſi quis cum clerico, 11. q. 1.
Crimina de aliquo propoſita cirn credens reus eſt, & pariſicatur illi, qui falſum teſtimonium de aliquo profert, ex 23
certa ſcientia mentiendo ad læſionem proximi, can. non ſolum, 11. q. 3.
Crimina aliorum abhorrens, cùm illa etiam ipſe committat, valde increpandus eſt, can. abijt Iudas, 11. q. 3.
Crimina quorumlibet, ipſis criminoſis confiteri nolentibus, vndecumque claruerint, legitimo modo ſunt punienda, can. ecce, 24. q. 5.
Crimen aliquod etiamſi in modum exceptionis fuerit probatum, poteſt talis puniri, niſi corrigatur, gl. 1. ibidem.
Crimen augetur per dignitatem criminoſi, can. nulli fas, & ibi gl. ſi. 25. q. 1.
de Crimine ſi aliquis ſatisfecerit, vel inde egerit pœnitentiam, amplius non poteſt accuſari, licet ſit publicum crimen, gl. 2. in can. quicumque, 26. q. 5.
Crimina palam facta ſunt grauiora occultis, gl. tolerabilior, 32. q. 4.
ob Crimina nefanda inducuntur fames, peſtilentiæ, & terræ motus, gl. pe. in can. in eo, 32. q. 4.
in Criminibus ſpecialis conceſſio canonis eſt neceſſaria quoad culpæ immunitatem, vnde cum dicatur, *non occides*, nec ſpecialiter excipiatur pater, vel maritus, quod poſſit occidere adulteram, & ſic occidendo peccant; imò hoc interdicitur, gl. 1. in can. inter hæc, 33. q. 2.
Crimina extinguuntur morte, niſi quis ratione bonorum agere 24
velit, can. poſt mortem, 33. q. 2.
Crimen quadruplex eſt, ſcilicet factum, dictum, ſcriptum & conſultum, can. aut facta. De pœnitent. diſt. 1.
Crimina commiſſa facto dicto, ſcripto, vel conſulto, conſideranda ſunt ſeptem modis: cauſa, perſona, loco, tempore, qualitate, quantitate, & euentu, ibidem.
in Crimine cauſa conſideratur, vt in verberibus, quæ à magiſtro illata vel à parente, ſunt impunita: ſed puniuntur, cum quis per iram ab extraneo pulſatur, ibidem.
in Crimine dupliciter conſideratur perſona; ſcilicet eius qui fecerit, & eius qui paſſus eſt, ibid.
in Crimine conſideratur locus: nam poteſt eſſe quod idem crimen ſit furtum vel ſacrilegium, propter locum: conſideratur & tempus, quod diſcernit furem diurnum à nocturno, ibid.
Crimen qualitate vel atrocius, vel leuius eſt, vt furta manifeſta à non manifeſtis, expilationes à furtis diſcerni ſolent, ibid.
in Crimine quantitas diſcernit furem ab abigeo: conſideratur etiam euentus, vt à clementiſſimo factum, ibid.
Crimen tribus modis poteſt obijci, denunciando, excipiendo, & accuſando, cap. ſuper his. De accuſat. 25
de Crimine poteſt agi etiam per viam inquiſitionis, gl. 1. ibid.

Cri-

Crimen ſemel confeſſum Sacerdoti, ſemper debemus Deo confiteri, non voce, ſed corde, gl. purgantur, can. quis aliquando, §. non tibi. De pœniteut. diſt. 1.

Crimina quædam nullis ſacrificiis mundabantur, gl. non relinquitur, can. inter hæc, 2. De pœn. diſt. 3.

Crimen omne cum ſuo effectu eſt deſtendum, gl. cuicumque, in can. conſideret, §. defleat. De pœnitent. diſt. 5.

Crimina aliena iudicaturus debet eſſe immunis à crimine, can. 2. §. Sacerdos. De pœnitent. diſt. 6.

Crimina improbanda obiicientes debent excommunicari ab Epiſcopo, can. accuſatores, diſt. 46.

Crimen non debet quis obiicere alteri, ſi illud probare non poſſit, ibid.

Crimen ſuum commodis alienis impendere, & exercere eſt indecens, can. ſicut non ſuo, diſt. 46.

Criminum grauiorum abſolutionem Romani Pontifices peculiari ſuo iudicio ſibi reſeruarunt. Concil. Trident. ſſ. 14. cap. 7.

Crimina nulla ſunt reſeruata in articulo mortis, d. cap. 7.

Reliqua in verbo, Accuſare per tot. Accuſans. Accuſatus. Baptiſmus, n. 20 uſque 25. Calumniari. Compurgator. Concuſſionis. Condemnari. Confeſſio per totum. Confitentis. Conſiliarij. Delictum. Suſpenſio. Suſpenſus. Irregularis. Irregularitas. Teſtes, 56. uſque 60. Clericus, 132. uſque 144. Inquiſitio. Læſio. Maleficium. Notorium, 5. Peculatus. Socius.

1 CRIMINALES cauſæ infra biennium terminandæ ſunt: quandoque tamen iudex poteſt illud tempus coarctare, videlicet infra quinquaginta dies, gl. 1. in cap. de cauſis. De officio deleg.

in Criminalibus, de iure inſcriptio eſt neceſſaria, quando criminaliter agitur ad pœnam talionis, cap. tum. De procurat.

in Criminali cauſa, ad pœnam criminalem, etiam ex parte actoris, non interuenit procurator, & hoc propter pœnam talionis, ibid.

in Criminali libello tria requiruntur inter cætera, ſcilicet nomen, locus, & tempus delicti, ibid.

Criminales cauſæ maiores iudices requirunt, gl. ſi. in cap. pe. De in integr. reſtit.

in Criminali cauſa non admittitur unus pro alio, quia quilibet poteſt agere pro ſe, & ſic ius eſt diuiduum, gl. 2. in cap. cum dilecti. De dolo & contum.

in Criminali cauſa admittitur quis allegans excuſationem, cap. veniens, 15. De accuſat.

Criminalis quæſtio non dicitur, cùm diſputatur de crimine obiecto per viam exceptionis, etiamſi exceptio deiiciat ab obtento ratione connexitatis cum iure futuro. Panormitanus ad cap. ſuper his, 16. eod.

Criminales cauſis de iure canonico poſſunt delegari, etiam quoad pœnam mortis, per ordinarium inferiorem à principe, cap. ſi. & ibi gl. 1. Ne clerici vel Monach. lib. 6.

in Criminali cauſa regulariter per ſe debet quis agere, non per procuratorem, gl. 2. in reg. poteſt quis, 68. De reg. iur. lib. 6.

Criminalis cauſa rectè poteſt ſubdelegari, gl. 2. in clem. 1. De officio deleg.

in Criminali cauſa, receptio teſtium ſi fuerit delegata à principe, non poteſt ſubdelegari, quia teſtes in cauſa criminali debent exhiberi coram iudice, ibid.

2 Criminale iudicium ſolum dicitur, cum accuſatio fit in ſcriptis coram ſuo iudice, & alij ſunt accuſatores, alij teſtes, non iurati, non viles, non leui, nec propter paupertatem ſuſpecti, reo proferente & copiam defenſionis habente, & iudices in ſcriptis ſententiam proferentes, can. in primis, 2. q. 1.

in Criminalibus requiruntur probationes apertiſſimæ, can. ſciant. 2. q. 8.

ad Criminalem cauſam vocatus debet habere præparatorias inducias, non minores ſex menſibus, nec maiores decem & octo, can. 1. & 2. 3. q. 2.

in Criminali cauſa poteſt unus conſocius procurare cauſam aliorum, gl. de expulſis, in can. hæc quippe, 3. q. 6.

Criminaliter agens, ſiue obtinuerit, ſiue ſuccubuerit, poterit poſtea agere ciuiliter, gl. 2. in ſumma, 3. q. 10.

Criminalis quæſtio contra agentem ciuiliter per reum intentata prius eſt determinanda, can. non eſt, §. ciuili, 3. q. 11.

Criminalis quæſtionis accumulatio præiudicat ciuili, ita vt illam ſuſpendat, ibid.

Criminalis cauſa cenſetur maior ciuili, ibid.

Criminalem cauſam ſecundum leges non poteſt iudex delegare, etiamſi non poſſet adeſſe: ſecus ſecundum canones, gl. ſi. in can. illud, 23. q. 4.

Criminalem cauſam paſſim poteſt princeps delegare, ibid.

Reliqua in verbo, Cauſa, n. 11. 18. 19. 10. Compromitti. Delegare. Epiſcopus, 120. uſque 126. Quæſtio.

1 CRIMINATIO Prælati debet tractari coram illis, quorum intereſt, cap. 3. De accuſat.

CRIMINOSVS penitus debet abiurare crimen, id eſt renunciare cum iuramento, cap. quis diligentia, 5. De elect.

Criminoſi, à perſecutione ſui iuris non repelluntur, niſi ſint excommunicati maiori excommunicatione, gl. 1. in cap. illa quotidiana, eod.

Criminoſi quamuis ſit grauiter pro crimine puniendi, quandoque tamen vtiliter ſunt tolerandi, cap. niſi cum pridem, §. propter. De renunciat.

Criminoſus crimine notorio, non poteſt retento beneficio dignam agere pœnitentiam, cap. poſt tranſlationem, §. item ſi quis, eod.

Criminoſus impeditur quoad ordinis ſuſcepti executionem, ſi crimen eſt enorme & manifeſtum, & inducat irregularitatem ſtrictam, in qua ſolus Papa diſpenſat, vel latam, in qua ſoli Epiſcopi diſpenſant, vel quæ inducunt ſuſpenſionem quoad ſe, & quoad alios, vel quæ impediunt ordinis executionem poſt peractam pœnitentiam quoad ſe, & quoad alios, & impediunt aſcenſum quoad ſuperiores ordines, & prælati debent inhibere, & ſubiecti debent tales vitare: alias peccant, & hoc habito reſpectu ad ius naturale, quod conſiſtit in lege & in Euangelio, dd. reprob. gl. magna, in cap. 3. De tempor. ordinat.

Criminoſus occultus infectus delicto enormi etiam probabili, ſi diſpenſetur, non debet prohiberi aſcendere ad ſuperiores, habito reſpectu ad ius naturale, quod conſiſtit in Euangelio, dd. reprob. d. gl. magna.

Criminoſus delicto mediocri, videlicet quod non inducit irregularitatem, nec natura delicti ſuſpenſionem, ſi ſit manifeſtum delictum, eſt ſuſpenſus ab executione ordinis ſuſcepti propter ſcandalum futurum, & debet cum eo diſpenſari, vt miniſtrare poſſit: fallit ſi ſit occultum delictum, nam tunc libere poteſt miniſtrare peracta pœnitentia abſque diſpenſatione, habito reſpectu ad ius naturale, quod conſiſtit in Euangelio, dd. reprob. d. gl. magna.

Criminoſus delicto enormi, habito reſpectu ad ius poſitiuum, impeditur promoueri ad nouos ordines, & etiam quoad executionem ordinis ſuſcepti, acta vel non acta pœnitentia, vbi illud delictum inducit ſtrictam irregularitatem, & ſic manifeſtum, dd. reprob. d. gl. magna. 2

Criminoſus delicto grauiori omnino occulto, habito reſpectu ad legem promotionis publicam, prout eſt informata ex lege poſitiua, non poteſt promoueri niſi diſpenſetur, dd. reprob. d. gl. magna.

Criminoſus delicto graui, non omnino occulto, inducente ſuſpenſionem, ſi conſtat in iudicio mixto de delicto, vt quando confeſſio fit coram iudice promouente, occulte iudex poteſt prohibere ne promoueatur: non tamen impeditur, ne in ſuſceptis miniſtret, dd. reprob. d. gl. magna.

Criminoſus occultus præter homicidam, poſt pœnitentiam in ſuſceptis miniſtrat, & ad ſuperiores aſcendit: ante pœnitentiam monetur, vt etiam in ſuſceptis non miniſtret, cap. ſi. eod.

Criminoſus delicto adulterij, periurij, vel falſi teſtimonij, poſt pœnitentiam in ſuſceptis miniſtrat, & ad ſuperiores aſcendit, ante pœnitentiam monetur, vt in ſuſceptis non miniſtret, d. cap. ſi. & ibi gl. homicidij, & gl. monendi.

Criminoſus vel irregularis toleratus in officio Sacerdotali ſi eligatur ad dignitatem, putà ad Epiſcopatum, poteſt excipi contra eum ab illis, qui eum tolerarunt, gl. 2. in cap. accepimus. De ætate & qualitat.

Criminoſus vel irregularis, etiamſi toleretur in officio Sacerdotali, nihilominus ex officio ſuo poteſt ſuperior inquirere de talibus, ibid.

Criminoſus, ob vnicum delictum, ſi aliàs eſt virtute præditus, omnino eſt diligendus, cap. niſi ſpecialis. De officio legat.

Criminoſis non eſt credendum contra alios, gl. 2. in cap. teſtimonium, 54. De teſtib.

Criminoſus non poteſt accuſare criminoſum, ibid. 3

Criminoſus dignus eſt vt egeat, gl. ſi. in cap. tua. De clerico ægrot.

Criminoſum debet comitare non dignitas, ſed pœna. gl. 2. in cap. ex tranſmiſſa, 23. De decimis.

Criminoſi non admittuntur ad denunciationem criminum, gl. perſona, in cap. cum in tua, 27. De ſponſalib. cap. cum dilectus. De accuſat.

Criminoſus, de cuius crimine conſtat in iudicio, ſi petat reſtitutionem propter iudiciarium ordinem non ſeruatum, non eſt audiendus: ſed eum tanquam notorium criminoſum debet ſuperior de nouo priuare, cap. ad petitionem, 22. eod.

Criminoſus petens reſtitutionem beneficij, non auditur, ſi de eius crimine notorie conſtat, non ſolum notorietate facti, ſed etiam iuris, ibid.

Criminoſus toties eſt puniendus, quoties delictum iterat, cap. 1. de pœnis.

Criminoſi deprehenſi, ita quod factum ſit notorium per euidentiam facti, ſtatim condemnari poſſunt, gl. 1. in cap. diſcretionis, eod.

Criminoſus etiam minimo ordine prohibetur ordinari, gl. ad præpoſituram, in can. 1. diſt. 81.

Criminoſus ſi ordinatus fuerit, deponi debet, etiamſi poſtea prodiderit crimen ſuum, can. ſi qui. diſt. 81.

Criminoſus eſt inhabilis ad teſtificandum, quando teſtes debent eſſe innocentes, can. iudex, 2. q. 1. 4

Criminoſus vitandus non eſt ab homine, iudiciali ſententia ex eius confeſſione aut legitima probatione prolata non damnatus, licet à Deo ſit reprobatus, can. vnus ex vobis, 2. q. 1.

Criminoſus notorius ſine examinatione punitur, can. ſi. 2. q. 1.

Criminoſus debet ibi puniri, vbi domicilium habet, aut vbi reperitur; ſed ſi crimen eſt grauius, remittitur ad iudicem vbi deliquit: ſi eſt leuius, ibi poteſt puniri, gl. e. in can. 1. 3. q. 6.

Criminoſi poſſunt iudicare ex officio ſuo, ſed non ex vitæ merito, gl. 2. in ſumma, 3. q. 7.

Criminoſum alium quis corrigere non poteſt, niſi primo ſeipſum corrigat, can. qui ſine peccato, 3. q. 7.

Criminoſus iudicare non debet, can. iudicet, 3. q. 7.

Criminoſum iudicare non debet quis, niſi primo de ſuo delicto ſe purget, can. poſtulatus, 3. q. 7.

Criminoſus alterius criminis iudex eſſe non poterit: & ſeipſum condemnat, dum in alterius crimen ſententiam profert, can. ſi. 3. q. 7.

Criminoſus poteſt iudicare, intellige quamdiu ab Eccleſia toleratur, d. can. ſi. §. 1.

Criminoſus non repellitur ab agendo ratione proprij, & priuati intereſſe, can. ſi accuſatorum, 3. q. 10.

5 Criminoſus repellitur à teſtimonio, etiamſi nondum ſit lata ſententia, gl. in vinculis, in can. ſi teſtes omnes, §. lege Iulia, 4. q. 2.

Criminoſus quandoque admittitur ad accuſandum, licet non proſequatur ſuam, vel ſuorum iniuriam, gl. poterit, in can. e. 5. q. 1.

Criminoſi admittuntur ad accuſandum in criminibus exceptis; ſed cum tortura, & non alias, gl. t. in ſumma, 6 q. 1.

Criminoſus poteſt compelli inuitus pœnitentiam agere, can. ille qui, 6. q. 1.

Criminoſi & excommunicati ſunt infames; & non poſſunt accuſare quouſque emendati, & abſoluti fuerint, ibid.

Criminoſi laici, vel infames, vel illi qui non ſunt, nec eſſe poſſunt eiuſdem ordinis, Epiſcopos accuſare non poſſunt, can. beatus, 6. q. 1.

Criminoſus occultus à ſcientibus debet euitari occulte, ſed non publice: nec poſſunt eum accuſare, cum non habeant teſtes ad probandum, can. 2. & ibi gl. r. 6. q. 2.

Criminoſus poſt pœnitentiam poteſt admitti in teſtem, licet manifeſtum fuerit eius crimen; quod verum eſt in ciuili, ſed non in criminali, gl. ſi. in can. præcepit, 32. q. 5.

Criminoſus aliquis non poteſt denunciare crimen alterius, niſi de crimine pœniteat. in ſumma, 32. q. 6.

Criminoſus contra criminoſum non debet admitti, gl. 2. in can. notificamus, 35. q. 6.

Criminoſus poſt quantamcumque pœnitentiam poteſt accuſari, & criminaliter puniri in foro contentioſo, gl. ſi. in cap. gaudemus. De diuortijs.

Criminoſus non poteſt accuſare aliquem, gl. 1. in cap. 1. De accuſat.

Criminoſus criminoſum poteſt quandoque accuſare, gl. ſi. in cap. nulli, 5. eod.

Criminoſum publice & notoriè miniſtrare ſancto altari, aut ſacris intereſſe, non debent permittere Epiſcopi. Concil. Triden. in decreto. De obſeruandis in celebratione Miſſæ, ſſ. 22.

Reliqua in verbo, Accuſare, n. 1. 2. Accuſandum. Clericus; 132. vſque 144. Contumacia, e. Delinquens. Teſtis, 59. vſque 66. Malefactor. Pœna.

CRVDELITAS zelus iuſtitiæ; tenacitas, parcitas; effuſio, largitas; remiſſio, pietas vult videri: item moderatio vocatur ignauia, & pro cauto timidus accipitur: in his, magno periculo erramus, gl. 1. in add. marg. in cap. ſicut in vno, 14. De hæreticis.

Crudelitatis multi ſunt gradus: quia quædam eſt ex probabili & certa cauſa, alia ex incerta & leui cauſa, cap. inquiſitioni, 44. De ſenten. excommun.

Crudelem iudicem putat latro ſuſpenſus patibulo, can. non eſt, 23. q. 5.

Crudelis non eſt, qui crudeles iugulat: ſed crudelis ideo vocatur, quia videtur eſſe crudelis patientibus, d. can. non eſt, 23. q. 5.

Reliqua in verbo, Immanis.

CRVX Chriſti habuit quatuor genera lignorum, ſcilicet cedrum in ſtipite, palmam in palo per longum, cupreſſum in ligno ex tranſuerſo, oliuam in tabula ſuper crucem, in qua erat breuis, gl. cruci, in clem. 1. De ſumma Trinit.

Crucem depictam erigi videmus in ſingulis Eccleſijs, in memoriam paſſionis Chriſti; celebramus etiam inuentionem crucis, ibid.

Crux, quæ erat ſupplicium latronum, nunc tranſit ad frontes Imperatorum, ibidem.

Crucis mortem elegit Chriſtus, vt in illa pendens in aere ſe inter Deum & homines mediatorem oſtenderet: item vt damna quæ obuenerant per lignum primis parentibus vetitum, per lignum crucis reſtauraret: item vt Diabolum, qui per lignum vincebat, per lignum ſuperaret: item vt euidenter oſtenderet pro quibus reſtaurandis patiebatur, videlicet pro ſuperis Angelorum ruinis ſupplendis, pro iuſtis de limbo educendis, pro amicis colligendis, & adiuuandis, & pro inimicis reconciliandis, ibid.

Crucis delatio quandoque eſt ſignum peregrinationis, cap. magnæ, 7. De voto.

Crux dicitur à cruciatu, can. nulli dubium, 3. q. 1.

Crucis ſignum, quod fit in ſacramento altaris ſuper panem, & calicem, non eſt è iure ſcripto, ſed ex vſu & Eccleſiæ conſuetudine, can. Eccleſiaſticarum, diſt. 11.

Crucis ſignaculum debere fieri in fronte, & in alijs membris, docet canonica ſcriptura: ſed non ſcriptura veteris & noui teſtamenti, gl. ſcriptura, ibid.

Crucis ſignum videtur traxiſſe originem ex veteri teſtamento: quia cum Angelus deberet occidere primogenita Aegypti, præceptum eſt filijs Iſrael linire ſanguine agni, ad modum Tau literæ, quæ eſt ad modum crucis; & Iacob cancellatis manibus benedixit filijs; & legitur in Ezechiele, quod Dominus ad eum dicit, ſigne Tau in frontibus dolentium & gementium: ſed illud fuit in figura præceptum, ibid.

Crucis Domini noſtri Ieſu Chriſti titulus fuit inuentus in Eccleſia Sanctæ crucis in Hieruſalem de vrbe, in altiore parte teſtudinis dictæ Eccleſiæ. Conceſſæ ſunt multæ indulgentiæ viſitantibus dictam Eccleſiam, extrau. admirabile. Alexand. 6.

Reliqua in verbo, Chriſtus, n. 10. Hæreticus, 13. Ieſus.

CRVCESIGNATI ad fugandas hæreſes habent eadem priuilegia, quæ habent crucesignati pro terra ſancta, extrauag. malitia ex omnibus. Innocentij 4.

Crucesignati in defenſionem fidei & hæreticorum odium, & repulſionem, poſſunt abſolui à caſibus reſeruatis; item cum clericis ſic aſſumentibus characterem Crucis ob dictam cauſam diſpenſari poteſt cum irregularitatibus, quas celebrando diuina ligati ſententijs canonis contraxerunt, ibid.

Crucesignatorum ſocietas & inſtitutio aduerſus hæreticos, tam eorum priuilegia, indulgentiæ, & prærogatiuæ à diuerſis pontificibus conceſſæ, confirmantur à Pio Quinto, extrauag. ſacroſanctæ Romanæ, Pij Quinti.

Crucesignati ad exterminationem hæreticorum, gaudent priuilegio conceſſo crucesignatis in ſubſidium terræ Sanctæ, cap. excommunicamus, 13. §. Catholicæ. De hæreticis.

Reliqua in verbo, Cruciatam. Hæreticus, 13.

CRVCIATAM indixit Calixtus tertius contra hoſtes noſtræ fidei, ita quod crucesignatis in defenſionem fidei, & hæreticorum, & infidelium odium, conceſſa ſunt multa priuilegia, extrauag. iniunctum nobis. Calixti Tertij.

Reliqua in verbo, Crucesignati.

CVCVLLA eſt habitus monachorum nigrorum, longus, & amplus, non habens manicas: ſed floccus eſt habitus eorumdem monachorum habens manicas longas & amplas, clem. ne in agro, §. ſtatuimus. De ſtatu monachor.

Reliqua in verbo, Monachus, 25. 26.

CVIVS in agendo quis obſeruat iudicium, ipſum in eodem negotio habere contra ſe iudicem non dedignetur, gl. 2. in cap. ſi. De iudicijs.

CVLPA ſua venienti ad egeſtatem ſubueniri non debet, gl. ad inopiam, in cap. quæ in Eccleſiarum. De conſtitutr. 1

ſine Culpa quis quandoque punitur; cauſa tamen ſubeſt propter proximitatem vitij, quod purgabitur per interpoſitam perſonam, gl. 2. in cap. pe. De electione.

Culpæ quando incipit à contumacia, tunc committens culpam in non veniendo excommunicari debet: ſed ſi incipit à crimine, tunc debet deponi, gl. 2. in cap. 2. De teſtib. cogen.

Culpa compenſari debet culpa, gl. indignum, in cap. ad decorem. De inſtitut.

Culpa lata prope dolus eſt; & alibi dicitur, lata culpa dolo comparetur, gl. 2. in cap. ſi. De depoſito.

ob Culpam tenetur quis ad omnia illa, quæ ſequuntur ex illa culpa, gl. ſi. in cap. 1. De cuſtodia reorum.

Culpam timere ibi, vbi culpa minime reperitur, eſt bonarum mentium, cap. 2. De obſeruat. ieiunior, gl. ſi. in cap. ſi. De his qui filios occid.

Culpa mea ſi ret inciderim in metum, nihilominus excuſor propter metum, gl. ſi. in cap. veniens, 25. De ſponſalib.

Culpa vnius cedit locum alterius, cap. plerumque. De donation. inter virum & vxor.

Culpa & reatus quandoque ponuntur vt diuerſe, cap. 3. De accuſat.

Culpa caret, qui prohibere non potuit, ſecus ſi prohibere potuit, & non prohibuit, gl. potuit, in cap. ſicut dignum, §. illi etiam. De homicidi.

Culpa leuiſſima facit hominem irregularem, gl. 2. in cap. ſignificaſti. De homicidio. 2

Culpa maior vbi eſt, ibi debet eſſe maior vindicta, cap. fi. & ibi gl. vindicandum De exceſſibus Prælat.

ex Culpa ſola ſeu negligentia tenetur quis ad ſatisfactionem domini, etiam de iure canonico, quantumcumque non habuit voluntatem damnificandi, cap. fi. De iniurijs.

Culpam intervenire neceſſe eſt, ad hoc vt teneatur, qui damnum dedit, ſeu iniuriam irrogauit: alioquin non tenetur, gl. 1. in cap. fi. De iniurijs,

de Culpa non tenetur ille, qui ad ſui defenſionem, & incontinenti, & eodem modo damnum dedit: & quandoque quis tenetur etiam de leuiſſima culpa, ibid.

à Culpa excuſatur ille, qui alterius impulſu, vel violentia ventorum damnum dedit, ibid.

Culpa eſt ſe immiſcere rei ad ſe non pertinenti, gl. fi. in cap. 3. De ſenten. excommunicat. & can. fi. 10. q. 1.

Culpa aggrauatur ex perſona iniuriati, gl. 1. in cap. relatum, 37. eod.

Culpa differt ab exceſſu, cap. 8. De præſcriptio, lib. 6.

ſine Culpa exiſtentes debent etiam eſſe ſine pœna, gl. ſine culpa, in cap. ſi beneficia. De prabend. lib. 6.

in Culpa qui eſt, debet etiam eſſe in pœna, cap. ſi Epiſcopus, & ibi gl. in culpa, eod.

3 Culpa ſua ſi quis incidit in caſum, propter quem poſtea facere non potuit, quod per eum fuerat faciendum, ſibi eſt imputandum: quia regulariter quis tenetur de caſu, qui ſequitur culpam, gl. 2. in reg. imputari, 41. De reg. iuris, lib. 6.

Culpa vbi non eſt, ibi timoratæ conſcientiæ ſolent timere, quæ in via Dei quodcumque demum expaueſcunt, clem. exiui. De verb. ſign.

Culpa vbi non eſt, nec pœna debet infligi, gl. non præſumant, in extrauag. iniunctæ. De electione, inter communes.

Culpa remanente, non dimittitur pœna, gl. confitebuntur, in extrauag. antiquorum. De pœniten. & remiſ. inter communes.

Culpa poteſt deleri lachrymis, & contritione, can. teſtamentum, diſt. 6.

Culpa eſt cauſa ſubiectionis, nam non peccantes legi non ſubijciuntur, gl. fi. in can. De Conſtantinopolitanæ, diſt. 22.

Culpæ quædam ſunt, in quibus eſt culpa relaxare vindictam, can. qui ſunt, diſt. 28.

Culpa lata in lege Cornelia non venit, gl. alienos, in can. quantum, diſt. 50.

Culpa, vel negligentia poteſt imputari illi, ex cuius opere, etiam licito ſequitur homicidium, can. hi qui, diſt. 50.

4 ſine Culpa multoties quis punitur: ſed non ſine cauſa, gl. 1. in can. ſatis peruerſum, diſt. 56.

Culpa non aliena, ſed ſua propria, deijcit aliquem ab eo gradu, quo fungitur, d. can. ſatis.

Culpa & dolus, licet non poſſit purgari proceſſu temporis quoad præſentem caſum; purgatur tamen per Eccleſiæ diſpenſationem, gl. multiplices, in can. cum turpem 16. 1. q. 1.

Culpa eſt, quod à delegante potuit prauideri, & non eſt prouiſum, gl. 1. in can. conſuluiſti, 2. q. 5.

à Culpa per pecuniam ſpes redimendi ſe facit quod quis culpam non timet, can. pauper, 12. q. 3.

ſine Culpa ſæpe punitur quis temporaliter, ſed non ſine cauſa, gl. 1. in can. illud, 22. q. 3.

Culpa tolerabilior eſt, ſi lateat, gl. fi. in can. certe, 32. q. 1.

Culpa non neceſſitate, ſed voluntate reum conſtringit, can. aliquos, 25. q. 1.

ad Culpam nemo trahitur, niſi ductus propria voluntate, can. non eſt, 15. q. 1.

5 Culpam in ſe eſſe recognoſcendo non peccat, dum modo hoc credat verum eſſe, quod dicit: ſed ſpecialiter dicendo aliquod peccatum de ſe, cuius contrarium eſt verum, mortaliter peccat, gl. 1. in can. cum humilitatis, 22. q. 2.

Culpa ſemel dimiſſa recidiuo dolore iterum ad animum reuocari non debet, can. ſi is qui, 23. q. 4.

à Culpa immunis eſt Dictator, cum legum authoritas exercetur in improbos, can. illud, 23. q. 4.

Culpa ſi fuerit longa, pœnitentia debet eſſe longa, gl. 1. in can. productior. De pœniten. diſt. 3.

Culpa leuis eſt, quæ temporaliter punitur, reſpectu illiuſque æternaliter, gl. culpa, in can. quærat. De pœnit. diſt. 3.

Culpa mea quod accidit, imputatur mihi, gl. 1. in can. quando. De conſecrat. diſt. 4.

Culpa non communicatur ſic per alterius voluntatem, quemadmodum communicatur gratia per Spiritus Sancti vnitatem, can. queris. De conſecr. diſt. 4.

Culpam à Domino nunquam remitti, quin vniuerſa etiam pœna condonetur, eſt falſum omnino: & à Dei verbo alienum. Concil. Triden. ſſ 14. cap. 8. in fi.

Culpoſo imputantur omnia, quæ proueniunt immediate à culpa; ſed non ea quæ proueniunt non immediate ex culpa ſua, ſed ex pœna ſeu ſententia d.i. reprob. gl. ſuſpenſus, in cap. quia diuerſitatem. De conceſſ. præben.

Reliqua in verbo, Commodatarius. Diligentia. Latere.

C V L T V M diuinum augmentare, deſiderium eſt: & debet eſſe cuiuslibet fidelis, & potiſſimum Chriſti Vicarij, gl. augmentum, in extrauag. ſedes Apoſtolica, Ioannis 22.

circa Cultus diuini venerationem, varias ordinationes edidit Pius Quintus, extrauag. cum primum Apoſtolatus. Pij Quinti.

Reliqua in verbo, Diuinus. Eccleſia, 34. 35. 36. Latria.

C V M V L A T I O petitorij, ſicut contra agentem non admittitur in poſſeſſorio ab alia parte ſuper eadem re, ita nec contra petitionem executionis in poſſeſſorio, cap. fi. De iudicijs,

Reliqua in verbo, Articulus. Petitorum. Poſſeſſorium, 9.

C V P I D I T A S effrenata, dicitur ſui prodiga, pacis æmula, mater litium, & materia iurgiorum, in proœmio Decretal. in princ.

Cupiditas quotidie ita noua litigia generat, vt niſi iuſtitia conatus eius ſua virtute reprimeret, & quæſtiones eius implicitas explicaret, abuſus litigatorum extingueret fœdus humani generis: & concordia exularet extra terminos mundi, dato ſibi libello repudij, ibid.

Cupiditas eſt radix omnium malorum, gl. cupiditas, ibid. & gl. 1. in cap. 3. De magiſtris, gl. cupiditatem, in cap. fi. De electione, lib. 6. gl. 1. in cap. 2. De conceſſ. prebend. lib. 6. gl. cupiditas, in extrauag. prodiens, Ioann. 22. can. bonorum, diſt. 47.

Cupiditas eſt radix omnium malorum: hoc comprehendit genera ſingulorum, non ſingula generum: hoc eſt, non eſt aliquod genus mali, quod quandoque non poſſit oriri ex cupiditate, gl. oriantur, in cap. nam concupiſcentiam. De conſtitut.

Cupiditati mens alligata cito deuiat à vero, gl. 1. in cap. 2. De conceſſ. preb. lib. 6.

Cupiditati nec ſocietas vnquam, nec finis aderit, can. ſicut hi. diſt. 57. gl. inſatiabilis, in extrauag. execrabilis, Ioan. 22.

Cupiditatis vitium eſt vitandum, cum ſit animarum deuoratiuum, gl. vitium, in d. extrau. execrabilis.

Cupiditas lucrorum ad multa nefaria impellit, extrauag. in delictorum. De dilatio, inter commun.

Cupiditas omnibus, præſertim religioſis mendicantibus, eſt præcludenda, extrauag. viam ambitioſæ. De regula, inter communes.

Cupiditatem à ſe qui non abſcindit, bonorum authori inhærere non valet, can. bonorum, diſt. 47.

à Cupidate debet abſtinere quilibet fidelis, can. virum, diſt. 47.

Cupidus facile deuiat à veritate, gl. 1. ibid.

Cupidi ordinari prohibentur ab Apoſtolo, quia tales à iuſto facile deuiant, in ſumma, diſt. 47.

Cupidus qui eſt, non eſt prodigus, gl. ſui prodiga, in proœmio Decretal.

Reliqua in verbo, Ambitioſus. Auaritia. Auarus. Charitas, 5. Deſiderata.

C V S T O S Eccleſiæ eſt ſub Archidiacono, & ad eius officium pertinet cuſtodire ea, quæ Eccleſiæ competunt, cap. 1. De officio cuſtod.

Cuſtos Eccleſiæ ad mandatum Archidiaconi tenetur pulſare tintinabulum ad horas canonicas: & ornamenta altaris, & cuncta vtenſilia Eccleſiæ cuſtodire, ibid.

Cuſtos Eccleſiæ debet eſſe peruigil circa lampades & laternas, in accendendo & extinguendo, ne nimis ardendo oleum depereat, & ne nimis incendendo Eccleſia fiat obſcurior, ibid.

Cuſtos Eccleſiæ, ſi in ſuo officio fuerit negligens, debet corrigi per Archidiaconum, ibid.

Cuſtos Eccleſiæ debet eſſe ſollicitus de omni ornamento Eccleſiæ, & de luminarijs, & de incenſo, cap. 1. eod.

Cuſtos Eccleſiæ, panem & vinum omni tempore debet habere præparatum ad Miſſam, ibid.

Cuſtos Eccleſiæ, per ſingulas horas canonicas, ſignum ex conſenſu Archidiaconi debet ſonare; & omnes oblationes, ſeu eleemoſynas aut decimas diuidere inter fratres, cum eiuſdem conſenſu abſente Epiſcopo, ibid.

Cuſtos carceris tenetur de carcerato qui aufugit, niſi probet caſu, ruina, vel incendio aufugiſſe, gl. 1. in cap. pe. extra. De regul. iuris.

Cuſtodes carcerum debent iurare primum, de adhibenda diligentia, quod non loquentur incarceratis in ſecreto: & quod prouiſionem carceratorum non diminuent. clem. 1. §. porro. De hæreticis.

Reliqua in verbo, Commendatarius. Sacriſta.

C V S T O D I A M rei habens tenetur, ſi eam negligenter deſtrui patiatur, cap. generali, 23. De electione, lib. 6.

Cuſtodiam redituum & fructuum Eccleſiæ quod quis habeat, poteſt conſuetudine quæri: ſub illa tamen conſuetudine non includuntur omnia prouenientia ex bonis Eccleſiæ, ibid.

Cuſto-

Cuſtodiam Eccleſiæ vacantis habens ex fundatione, vel antiqua conſuetudine, non poteſt capere fructus, qui nondum venerunt ad maturitatem, ibid.

Cuſtodiam habens, debet cuſtodire fructus, & non conſumere: habebit tamen, quamdiu cuſtodiæ operam dat, moderata cibaria, gl. redditus, ibid.

Cuſtodiam Eccleſiæ vacantis habens ex antiquo, vel quia erat patronus ex fundatione, tenetur fructus ſeruare futuro ſucceſſori, ibid.

Cuſtodiam Eccleſiæ vacantis habens ex antiquo non poteſt ſyluam, tempore vacationis non cæduam, ſecare, ibid.

Cuſtodia bonorum vacantium Eccleſiarum, in Eccleſiis etiam inferioribus à cathedralibus, ſpectat ad capitulum illius Eccleſiæ, cap. cupientes, §. ad hæc. De electione lib. 6.

Cuſtodia pomarii, collectis pomis deſeritur, gl. pomarij, in can. iudices, 23. 2. q. 1.

Cuſtodiæ aduerſarij quandoque quis committitur, can. imprimis, §. de Epiſcopi, 2. q. 1.

in Cuſtodia ſeu in carcere detentus, ſeu vinculatus ex hoc ſolo non dicitur pati corporalem læſionem, cap. nuper, 29. De ſenten. excommunic.

Reliqua in verbo, Carcer. Cimeliaroba. Commenda. Commendare.

1 C V R A animarum dupliciter capitur: nam quædam eſt cura fori pœnitentialis, & tunc propriè dicitur cura: alia eſt fori contentioſi, quæ verſatur circa iuriſdictionis ſpiritualis exercitium, vt in excommunicando, interdicendo, & abſoluendo, cap. dudum, 54 §. verum. De electione.

Curam animarum habens, ſi eligatur ad conſimilem, habita confirmatione & adminiſtratione, ipſo iure vacat prima, gl. ad quem, in can. cum in cunctis, eod.

ad Curam animarum non debet inſtitui indignus ſcientia, moribus, & ætate, cap. eam te. De ætate & qualit.

Curam animarum committere pertinet ad Epiſcopum, non obſtante conſuetudine, quæ non ſit præſcripta, cap. cum ſatis. De officio Archid.

Cura animarum, de iure communi, non pertinet ad Archidiaconum: ſed bene de conſuetudine præſcripta, gl. pen. & vlt. ibid.

Curam animarum in diuerſis Eccleſijs habens non poteſt eſſe vicarius in alienis, cap. 1. De officio vicarij.

Curam animarum vel prælationem, aut vicariam habens, ſi aliam conſimilem recipiat, prima ipſo iure vacat, gl. 1. ibidem.

Curam vel dignitatem habentes debent deſeruire Eccleſijs in propria perſona, & non per vicarios & ſubſtitutos, cap. clericos, & ibi gl. 2. eod.

Curam animarum habens debet fieri ſacerdos, gl. declaramus, in cap. 2. Ne clerici vel monachi ſæcul. lib. 6.

Curam animarum habens tenetur prædicare: & ſic debet eſſe ſacerdos, ibid.

Cura animarum poteſt eſſe fori pœnitentialis, & fori iudicialis, clem. 1. De officio vicarij, gl. quæ alias, & gl. animarum, in extrauag. execrabilis. De præben. inter communes.

2 Curæ animarum officium eſt ars artium, gl. officium, in clem. dudum, §. ſtatuimus. De ſepulturis.

Curam animarum in ſolidum poſſunt habere plures in eadem Eccleſia, vno ſub alio exiſtenti, gl. vicarios, in extrauag. execrabilis. Ioann. 22.

Curam animarum poteſt conferre vniuerſitas, gl. pe. in can. nullus, 16. q. 7.

ad Curam animarum electus debet primo promoueri ad ordinem Sacerdotij: alias ipſo iure priuatur, niſi in duobus caſibus, gl. presbyteros, in cap. fi. Ne clerici vel monachi ſæcul.

Curæ officium, quoad audiendas confeſſiones, eſt ſalubre, clem. dudum, §. ac deinde. De ſepulturis.

Curam animarum gerentes, tenentur frequenter inter Miſſarum celebrationem, vel per ſe vel per alios, ex his quæ in Miſſa leguntur, aliquid exponere, & inter cætera, ſanctiſſimi ſacrificij Miſſæ myſterium aliquod declarare, diebus præſertim dominicis & feſtis, Concil. Triden. ſſ. 22. cap. 8.

ad Curam animarum nemo debet promoueri, niſi attigerit 25. annum, & ſit verſatus in clericali ordine doctrina ad ſuum munus exercendum & exequendum neceſſaria, ac morum integritate commendetur, Concil. Triden. ſſ. 24. De refor. cap. 12.

ad Curam animarum prouiſi, tenentur à die adeptæ poſſeſſionis, ad minus intra duos menſes, in manibus ipſius Epiſcopi, vel eo impedito, coram generali eius Vicario, ſeu Officiali, orthodoxæ ſuæ fidei publicam facere profeſſionem, & in obedientia Romanæ Eccleſiæ ſe permanſuros ſpondere ac iurare, ibid.

Reliqua in verbo, Anima, n. 3. Archidiaconus, n. 2. 3. Curatus. Sacerdos, 27. vſque 32. Epiſcopus, 117. 118. 119. Confeſſio, 15. vſque, 19.

C V R A T I O omnis, vel inquiſitio, quæ à diuinis & magis, vel ab ipſis dæmonibus, in idolorum cultura expetitur, potius eſt dicenda mors quàm vita: & qui ea ſectantur, ſi ſe non correxerint, ad æternam perditionem tendunt, can. qui ſine, 26. q. 2.

C V R A T O R datur poſt quartum decimum annum, vſque ad vigeſimum quintum: tutor vero datur pupillo intra quartum decimum annum, gl. curatores, in cap. 2. De obligatis ad ratiocinia.

Curator furioſi, tempore furoris adminiſtrat, & ceſſante furore ceſſat, gl. quod non intelligitur, in cap. coram, 34. De officio deleg.

de Curatore ad lites dando vbi agitur, ille iudex eſt competens ad dandum, coram quo cauſa illa eſt tractanda, cap. fi. §. ſi vero. De iudicijs, lib. 6.

Curator differt à procuratore: nam curator dicitur ille qui datus eſt principaliter minori ſeptennio à iudice in cauſis ſpiritualibus: ſed procurator dicitur ille, qui conſtituitur à domino, & litigante de authoritate iudicis, quando eſt minor 14. annorum, maior vero ſeptennio, d. cap. fi. §. delegatus.

Curatoris datio facta à delegato non durat, niſi in cauſis coram ipſo ventilandis. ibid.

Curatoris nomen comprehendit ſub ſe etiam tutorem in pœnalibus, vbi eſt eadem ratio, gl. vicariatus, in extrauag. ſi fratrum. Ioannis 22.

Curator datur adoleſcenti, & interdum maiori furioſo, vel prodigo, vel his ſimilibus; datur etiam bonis, & ad cauſas & ad lites, gl. tutorum, in clem. quia contingit, §. vt autem. De religioſ. domibus.

Curatoris appellatione comprehenditur etiam tutor, can. magnus, diſt. 54

Curator datur cauſa cognita dicenti ſe dementem, gl. fi. in can. acceſſerunt. De conſecrat. diſt. 2.

Reliqua in verbo, Tutor.

C V R A T V S quilibet habet iuriſdictionem ad finem correctionis peccati, cap. 2. De officio Ordinar, 1

Curatus non poteſt repellere à communione occultum peccatorem, ſi ipſam petat, d. cap. 2. & ibi gl. fi.

Curati habentes curam animarum tenentur præſtare iuramentum obedientiæ, vel ad faciendam ſcripturam, pro ea, gl. 1. in cap. 3. De maior, & obed.

Curati debent alios regere, & paſcere: & ideo dicuntur paſtores, gl. 1. in cap. cum in illis, 16. De præbend. lib. 6.

in Curatis ſolus Papa diſpenſat: hoc eſt quod quis plura curata habere poſſit, gl. 2. in cap. non poteſt, eod.

Curata duo ſicut ſimul retinere non eſt poſſibile, quando iuſto modo acquiruntur: ita etiam non eſt poſſibile, quando iniuſto modo, cap. cum qui, eod.

ad Curatum beneficium promotus, debet infra annum ad ordines promoueri, licet Eccleſia nullos redditus eo anno habeat, vt quia chaſmate perierint, vel fructus illius anni ſint reſeruati ad ſoluenda debita ipſius Eccleſiæ, gl. fi. in cap. ſi tibi conceſſo, 16. eod.

Curato beneficio ſecundo adepto effectualiter, primum conſimile eius poſſeſſore irrequiſito conferri poteſt: non tamen poteſt dari eius poſſeſſio, cap. licet Epiſcopus, eod.

in Curatis beneficijs, & in eorum impetrationibus maior idoneitas requiritur, quàm in ſacerdotalibus præbendis, gloſ. nondum, in cap. ei cui præuideri, 29. eod.

Curati & Epiſcopi habent regimen gregis ſui, id eſt populi, clem. dudum, in princip. De ſepultur. 2

Curati debent audire confeſſiones, clem. dudum, §. huiuſmodi. De ſepultur.

Curati, cum miniſtrant ſacramenta, non debent fraudari beneficijs neceſſarijs: fraudarentur enim, ſi ad onera vocati, repellerentur à mercede, ibid.

ad Curatos ſpectat prædicare, & conferre ſacramenta, ibid.

Curati Parochiales, debent benigne, fauorabiliter, & propriè tractare fratres Prædicatores, & Minores, ibid.

Curatus nondum Sacerdos, vt quia ſit infra annum, vel diſpenſatum ſit cum eo, poteſt ſuis Parochianis dare licentiam alibi ſacramenta recipiendi, gl. presbyteri, in clem. 2. De priuileg.

Curatus, ſi habeat vicarium, poteſt vicarius dare licentiam Parochiano alibi Sacramenta recipiendi, gloſ. presbyteri, ibidem.

Curati vt plurimum non ſunt ita literati, vt religioſi, gl. ſingulorum, in extrauag. ſedes Apoſtolica. De officio deleg. inter communes.

Curatus non poteſt dici quis habens Eccleſiam ruralem, licet decimas & primitias percipiat, nullam tamen curam animarum inibi exercet, vel quia non ſunt inibi Parochiani, vel quia ſi ſint, forte ſoperuenerunt ibi aliqui bordalarii, vel quia forte ab antiquo ſunt ibi pauci ignes; cura tamen animarum illorum per vicarios presbyteros ab antiquo exercetur, & oblationes & ſimilia ibi ſoluunt, quod poteſt fieri de iure, gl. de conſuetudine, in extrau. execrabilis. De præbend. inter communes.

Curati dici non poſſunt religioſi, licet decimas & primitias alicuius parochiæ percipiant ex aliquo titulo iuſto, ibid. 3

Curati, quibus animarum cura commiſſa eſt, præcepto diuino tenentur agnoſcere oues ſuas, pro his ſacrificium offerre, verbique diuini prædicatione, Sacramentorum admi-

niſtra-

niſtratione, ac bonorum omnium exemplo paſcere, pauperum aliarûmque miſerabilium perſonarum curam paternam gerere, & in cætera munia ſua paſtoralia incumbere. Concil. Triden. ſſ. 23. De refor. cap. 1.

Curati diuinorum præceptorum memores, factique forma gregis in iudicio, & veritate debent paſcere & regere, ibidem.

Curati, & alij curam animarum habentes, ſi à ſuis Eccleſijs abſuerint contra decreta Concilij, præter pœnas contra non reſidentes impoſitas ſub Paulo 3. peccant mortaliter; & pro rata temporis abſentiæ, fructus ſuos non faciunt, nec tuta conſcientia eos ſibi detinere poſſunt: ſed tenentur, fabricæ Eccleſiæ, vel pauperibus loci erogare, omni conuentione vel compoſitione pro fructibus malè perceptis prohibita. Concil. Triden. ſſ. 23. De refor. cap. 1. verſ. eadem omnino.

Curati, & alij curam animarum habentes, ſi abeſſe eos à ſuis Eccleſijs contigerit, cauſa prius per Epiſcopum cognita, & probata, vicarium idoneum ab ipſo Ordinario approbandum, cum debita mercedis aſſignatione relinquere debent, d. cap. 1. verſ. eadem omnino.

Curati, & alij curam animarum habentes diſcedendi licentiam ab ordinarijs in ſcriptis gratiſque concedendam, vltra bimeſtre tempus, niſi ex graui cauſa non debent obtinere, d. cap. 1. verſ. eadem omnino.

Curati, & alij curam animarum habentes, à ſuis Eccleſijs abſentes, citati per edictum etiam non perſonaliter, ſi fuerint contumaces, poſſunt Ordinarij, per cenſuras Eccleſiaſticas, & ſequeſtrationem: & ſubtractionem fructuum, aliaque iuris remedia, etiam vſque ad priuationem compellere: nec executio hæc quolibet priuilegio, vel appellatione poteſt ſuſpendi, ibid.

Reliqua in verbo, Annus, n. 2. Archidiaconatum. Confeſſarius. Confeſſorem. Confiteri. Sacerdos, 27. vſque 31. Dignitas, 2. Duo, 4 Religioſus, 30. Reſidere. Reſidentia. Parochialis.

CVRIA Romana dicitur, vbi eſt ſedes Apoſtolica, cap. præſenti, 34. De præbend. lib. 6.

Curiæ nomine tantum locus vbi curia habitat, cum ſuis ſuburbijs intelligitur, in his qui nondum intrauerunt curiam, vel illicentiati receſſerunt, gl. recedentes, ibid.

In Curia vacare idem eſt quod apud ſedem Apoſtolicam, gl. in curia, in cap. ſtatutum. De præbend. lib. 6.

Curiæ adſtrictus fideiubere non poteſt, gl. 1. in cap. quod quibuſdam. De fideiuſſor.

Reliqua in verbo, Auditor. Romanus, 2. Stilus.

CVRIALES puniuntur, vbi inueniuntur, niſi ſint in armata militia; quia tunc conueniuntur ſub magiſtro militum, niſi habeant priuilegium Imperiale, gl. priuilegij, in cap. tuarum De priuil.

Curialium obligatio non ſoluitur per mortem Papæ: quando illi dicantur curiales, qui primo erant, cap. præſenti, §. idem. De præbend. lib. 6.

Curiales non ſunt peregrinantes, qui ad acquirendam indulgentiam Iubilæi, debent triginta diebus viſitare baſilicas Petri & Pauli Apoſtolorum, ſicut & ipſi Romani, gloſ. fatenſes, in extrauag. antiquorum. De pœnit. & remiſ. inter communes.

Curiales, aut poſt baptiſmum militantes, vel in foro decertantes prohibentur ordinari, in ſumma, diſt. 51.

Curiales ideo non promouentur ad ordines, quia frequenter contrahunt irregularitatem ex officio ſuo, vel quia multum moleſtatur Eccleſia, cum tales repeiuntur: tum quia præſumitur contra eos, quod non cauſa religionis ordinentur, ſed vt fugiant ratiocinia, gl. 1. in ſumma, diſt. 51.

Curiales largè dicuntur omnes, qui ſunt obligati aliquo modo curiæ, ſiue milites, ſiue aduocati forenſes, ſiue iudices, ſiue officiati, ſiue hiſtriones ſint; & iſti prohibentur à promotione ordinum, ibid.

Curialis omnis non prohibetur à promotione ordinum originaliter propter inhabilitatem perſonæ: ſed prohibetur propter repetitionem perſonæ, quæ quandoque ei fit, can. deſignata, diſt. 51.

Curialem in clericum ordinatum poteſt repetere Imperator, can. præterea, diſt. 51.

Curiales, & militiæ ſæculari vel officio publico adſtricti ad clerum vel regularem vitam non ſunt recipiendi, niſi abſoluti prius fuerint ab obligatione; & tunc triennio ſunt probandi in regula, can. legem, diſt. 53.

Curiales principis ſi petunt ad clerum vel regimen Eccleſiæ promoueri, debent à principe poſtulari, & non eligi, can. principali, diſt. 63.

Reliqua in verbo, Delinquens, 1. 4. Domicilium, 3.

CVRIOSITAS eſt circa ſuperflua inanis inueſtigatio, ſcilicet cùm quis inueſtigat ea, quæ ab eo inueſtiganda non ſunt, can. quieſcamus, diſt. 42.

Curioſitas reprobatur, gl. quamuis, in clem. exiui, §. quamuis. De verb. ſig.

Curioſitas pernicioſa à iure reprobatur, cap. 1. De poſtul. Prælator, lib. 6.

Curioſitas nimia eſt reprobata, cap. 1. De renunciat. lib. 6. clem. Romani, §. cæterum, & ibi gl. curioſitatis. De iure iur.

CVRIOSVS dicitur, qui maiores curas exhibere vult, quàm res exigat, gl. 1. in d. cap. 1. De renun. lib. 6.

Curioſus dicitur ille, qui diſputat de iis quæ non ſunt diſputanda, cap. Abbate, §. præfatus, & ibi gl. diſceptant. De re iud. lib. 6.

Curioſus non debet quis eſſe, vbi non expedit, & inducit perniciem, gl. 1. in cap. 1. De poſtulat. prælat. lib. 6.

Curioſi non ſemper debemus eſſe: nam multa ſunt examinanda, gl. 1. in can. quieſcamus, diſt. 42.

Reliqua in verbo, Diligentia. Solicitudo.

CVRRERE in vanum dicitur ille, qui non perſeuerat vſque in finem curſus, gl. fi. in can. omnes. De conſecrat. diſt. 1.

Currens licet labatur, ſi viriliter poſtea inſiſtat, lapſus præteritus ei nullatenus imputatur, gl. ſancti, in can. ille rex. De pœnitent. diſt. 3.

Currit velociter fruſtra, qui prius quàm ad metas perueniat, deficit, gl. fi. in cap. 1. De renunciatione.

CYPRIANVS quod fuerit appellatus aliquis Papa, non reperitur in chronicis, gl. fi. in can. ſi quis presbyter, diſt. 50.

D.

DALMATICIS olim vti non licebat Epiſcopis, nec diaconis abſque Apoſtolica licentia; hodie vero diaconi indiſtinctè vtuntur dalmatica, can. communis, & ibi gl. fi. diſt. 23.

DAMNARI non debet quis, niſi ex crimine ſuo: & ſic quoad pœnam etiam æternam, quis non punitur ex crimine alieno, can. quoad vos, diſt. 47.

Damnandi poſſunt habere veram iuſtitiam ſecundum præſcientiam, donec viuunt, & non ſolo nomine, licet non ſint habituri vitam æternam, can. hanc ſocietatem. De pœnitentia. diſt. 4

Damnandus ita damnabitur pro ſequenti peccato, ſicut damnaretur, ſi prima peccata non fuiſſent dimiſſa, ſcilicet æternaliter; ſed non punietur in tantum, gl. exitit, in can. qui recedit, § 1. De pœnitentia, diſt. 4.

DAMNATVS etiam crimine famoſo, ſi appellauerit, non habetur infamis, ex quo appellationem ſuam proſequitur, gl. 1 in cap. fi. De teſtib.

Damnatus pendente appellatione non dicitur damnatus, ibid.

Damnatorum bona tranſeunt in hæredem, non in fiſcum; fallit in crimine læſæ maieſtatis, & in crimine hæreſis, & in alijs, gl. damnentur, in cap. fi. De pœnis.

Damnatis ad mortem ſepultura dari debet, gl. pœnitentiæ, in clem. 1. De pœnitent. & remiſ.

Damnatis ad mortem non debet denegari Euchariſtia, ibid.

Damnatis ad mortem petentibus id, pœnitentia debet concedi, nec valet conſuetudo contraria, d. clem. 1.

Damnatio in metallum, & etiam ſeruo pœnæ, poſſunt alimenta relinqui, licet alia ſubtrahantur, gl. ſuſpenſi, in extrauag. iniunctæ. De electione, inter communes.

Damnati in die iudicij non reſurgent, intellige de reſurrectione beata, can. in nomine Domini, diſt. 23.

Damnatus de crimine, ad militiam recipi non debet, gl. fi. in can. ſi lapſis, diſt. 50.

Damnatorum bona regulariter reſeruantur filijs, fallit in crimine hæreſis, & ſimoniæ, gloſ. fiſco, in can. ſi quis, 6. q. 1.

Reliqua in verbo, Condemnatio. Condemnari. Condemnatus.

DAMNVM non debet quis inde ſuſtinere, vnde meruit gratiam reportare, cap. ſane, & gl. 2. in cap. veniens. De renunciati, & gl. vtilitati, in cap. fi. De dilatio, gl. indemnem, in cap. fi. De foro comp. lib. 6.

pro Damno quocumque illato poteſt recurri ad iudicem Eccleſiaſticum, vt excommunicet eum, qui damnum intulit, licet probare non poſſit determinate quis intulerit illud, cap. 2. De officio Ordinar.

Damna & intereſſe probari debent per teſtes, & ideo vtile eſſet certam ſummam adijcere, gl. fi. in cap. dilecti. De foro comp.

ad Damnum ſeu pœnam, perpetuo agi poteſt ſecundum canones, quia nulla conditio temporis opponi poteſt, gl. fi. in cap. 2. De reſti. ſpoliat.

Damni occaſionem dans, damnum dediſſe videtur, gl. 1 in cap. ſignificaſti. De diuortijs, gl. 1. in cap. dediſſe. De homicid. & ideo tenetur, niſi daret operam rei licitæ, & adhibuit diligentiam quam potuit; quo caſu non tenetur de his quæ inde ſequentur, gl. dederunt, in cap. ſicut nobis 9. De teſtib. cap. 1. & ibi gl. fi. De cuſtodia Euchariſtiæ.

Damno duplici non debet quis affici, gl. 2. in cap. ad audientiam, 15. De cleri. non reſiden.

Damnum ab iniurijs multum differt; vnde iuramentum factum ſuper uno non extenditur ad aliud, gl. 3. in cap. in noſtra, ſſ. De iniurijs.

3 Damnum quoddam dicitur circa rem, putà ſubtraxiſti inſtrumenta, quibus poſſeſſio Eccleſiæ firmatur, vel alterius tenoris ad illud damnum, quod contingit propter abſentiam inſtrumentorum, gl. 3. ibidem.

Damnum quoddam eſt extra rem, putà debui tibi frumentum, & quia non dedi tibi illud ſuo tempore, familia tua fame perijt, illud damnum non conſequeris, ſed pretium frumenti vel vini, ibid.

Damnum dans, ſeu irrogans iniuriam, ad hoc ut teneatur, neceſſe eſt culpam intervenire; alioquin non tenetur: unde infantes & furioſi non tenentur, ſi damnum dederint; quia iudicium animi non habent, gl. 3. in cap. ſi. eod.

Damnum dans, vel iniuriam irrogans, verum etiam & qui opem tulit, tenetur; putà ſi unus tenuit, & alius interuenit, ille qui tenuit, quaſi cauſam mortis dedit, actione in factum tenetur, gl. 2. ib.

Damnum dans, vel iniuriam irrogans, vel opem dans per culpam, aut imperitiam, vel negligentiam, tenetur de damno dato, gl. imperitia, ibid.

de Damno dato conuentus, ſi negauerit, & probatum fuerit, condemnatur in duplum, gl. ignorantia, ibid.

Damnum quando dat liber homo, habet locum actio legis Aquiliæ; ſed ſi dedit animal, vel quadrupes, habet locum actio de pauperie: ſi vero dederit ſeruus, habet locum actio noxalis: quo caſu poteſt dari ſeruus pro noxa, gl. animalia, ibidem.

Damnum paſſus debet contribuere cum alijs ciuibus ad emendam, gl. ſi. in add. in cap. cum non deceat. De electione, lib. 6.

Damni & iniuriæ petitiones diverſæ ſunt: nam damni petitio ſuper diminutione patrimonij competit: actio vero iniuriarum competit ad vindictam. & una non impedit aliam, gl. damnis, in cap. 2. De officio Ordin. lib. 6.

3 Damna debent taxari arbitrio iudicis, vel ſuperioris, ibid.

Damni occaſionem dans, tenetur ſatisfacere, d. cap. 2. § ſi autem.

cum Damno alterius non licet in incerto vagari, gl. ſpeciem, in cap. 1. §. ſi quis. De exceptio. lib. 6.

Damnum danti non dimittitur peccatum, niſi reſtituat damnum ei, qui paſſus eſt, gl. ſi. in reg. peccatum. De reg. iuris. lib. 6.

Damnum dans, & etiam eius heres tenentur ad reſtitutionem damni, etiamſi nihil peruenerit ex maleficio, ſecundum canones: ſecus vero ſecundum leges, ibidem.

Damnum quod quis ſua culpa ſentit, ſibi debet imputari, non alijs, reg. damnum, 85 eod.

Damnum vitandum eſt, gl. diſpendio, in extrauag. ſuſcepti. Ioannis, 23.

Damnum vel malum ne poſſit euenire, per humanam cuſtodiam quis conſequi non poteſt, gl. obuiare, in extrauag. ſi fratrum. Ioann. 22

Damno duplici non debet quis punire, gl. 2 in can. cum percuſſio, 7. q. 1.

Damni occaſionem dans, non ſemper dicitur damnum dediſſe, gl. bona, in can. de occidendis, 23 q. 5.

Damni dans cauſam damnum dediſſe videtur, gl. ſi. in can. ſi tu, 27. q. 2. gl. 3. in can. de 31. q. 1.

Reliqua in verbo, Animalia. Bos. Intereſſe. Diſpendium. Equus, Iactura. Ignis. Noxam.

1 DARE ius ſuum nemo debet compelli, gl. vice omnium, in cap. quia propter. De electione.

Dare poteſt quis quandoque quod non habet, cap 1. & ibi gl. 2. De ſuppl. neglig. Prælat. gl. 3. in cap duobus, 56. De ſenten. excommun gl. nondum, in cap. 1. De officio Ordin.

Dare non poteſt quis quod non habet: & ſi dederit, pro non dato habetur, gl. ſi. in cap. 1 & gl. 3. in cap. 2. De ordinat. ab Epiſcopo qui renunc. & can. duæ ſunt, diſt. 45.

Dare habenti nihil aliud eſt, quam perdere, gl. ſi. in cap. referente. De præben.

Dare beatius eſt quàm accipere, gl. 3 in cap. 1. De donatio. & in cap. cum Marthæ. De celebr. Miſſa gl. non petenti, in cap. etſi quæſtiones. De ſimonia. gl neceſſitas, in extrauag. cum ad ſacroſanctam Ioann. 22 can. prædicator. 16. q 1.

Dare etiam in ſpiritualibus non eſt prohibitum, ſed affectio facit illud turpe. quando ſcilicet aliquis ex pacto, vel ex taxatione, quæ habet vim pacti: & ideo repeti poteſt, gl. 3. in add. in reg. in pari delicto 65 De reg. iuris, lib. 6.

Dare alteri non poteſt, quod quis per ſe non habet, can. preſbyterum, diſt. 58.

Dare interdum dicitur, id eſt datum oſtendere, gl. 3. in can. in Synodo, diſt. 63.

Dare & confirmare poteſt idem, non eodem reſpectu, ſed diverſis reſpectibus, ibidem.

Dari & confirmari ſimul quandoque poteſt aliquid, gl. 1. in can. ego Ludouicus, diſt. 63.

Dari non debet alicui aliquid, vnde alij ſcrupuloſo corde moveantur, gl. ratione, in can. ſi. diſt. 74.

Dare hiſtrionibus cauſa vanæ gloriæ, pro exercitio ſui vitij, immane peccatum eſt; ſed dare illis in neceſſitate, & cauſa neceſſitatis, non eſt peccatum, gl. talibus, in can. donare, diſt. 86.

Dare meretricibus & venatoribus cibum ſi quidem pro exercitio ſui vitij prohibitum eſt: in his enim vitium fouendum non eſt: ſed natura ſuſtentanda eſt, & eius cauſa dare licitum eſt, ibid. 3

Dare non poteſt quis quod non habet: fallit in creditore pignus vendente, gl. poſſunt, in can. 1. & can. ventum, 1. q. 2.

Dare nihil poteſt ille, qui nihil habet, gl. dare, in can. Daibertum, 1. q. 7.

Dare vel donare poteſt quis in vita aliquid, quod in morte non poteſt legare, vel aliàs relinquere, can. quia Ioannes, 12. q. 5.

Dari poteſt res aliqua in perpetuum Eccleſiæ, monaſterijs, & pijs locis, gl. 1. in can. poſſeſſionis, 16. q. 1.

Dare id, ad quod non tenetur quis, maius eſt, quàm permittere vti datis, ad quod quilibet tenetur, gl. quod maius, in can. viſis, 16. q. 2.

Dare & donare differunt: nam donum dicitur, quod aliquis ex libertate dat, & ex certa ſcientia: vnde Epiſcopus non dicitur donare præbendas, ſed dare, gl. inuitus, in can. ſi. 25. q. 6.

Dare poteſt quis quandocumque, quod non habet: regulariter tamen non, gl 2. in cap. Romanus, & can. quomodo, in princ. De conſecr. diſt. 4.

Dans propter præſentem pudorem, perdit rem & meritum rei, gl. 2 in cap 1 De donatio.

Inter Dantem & accipientem debet eſſe differentia, gl. valeat, in cap. ſi. De officio archipresb. gl. 1. in cap. debitum. De baptiſmo, gl. 1. in cap. 3. De exceſſibus Prælator.

Dans poteſtatem exercendi actum non intelligitur dediſſe maiorem, quàm ipſe haberet, cap. 1. §. ex parte. De conceſſ. præben. lib. 6.

Dantes & recipientes æqualiter puniuntur quandoque, extrauag. diuina. De priuileg inter communes.

Dando placet homo, accipiendo diſplicet, gl beatius, in cap. cum Marthæ. De celebrat. Miſſar.

in Dando quod maius eſt, ſi facilis eſt charitas, facilior debet eſſe in concedendo quod minus eſt, can. viſis, 16. q 2.

Datio omnis & remiſſio, vel promiſſio de non repetendis rebus Eccleſiæ, pro alicuius electione fienda, vel facta, non impugnanda reprobatur, & damnabilis eſt, can. talia, 8. q. 3.

Datorem hilarem diligit Deus, gl. 2. in cap. 1. De donat.

Reliqua verbo, Auferre. Donare. Confirmare.

DATA reſcripti diligenter eſt attendenda, quando quæritur de validitate & ſubreptione reſcripti, cap. eam te, 7. & ibi gl. datam. De reſcript.

Data in litteris ad beneficia attenditur, cap. ex parte, 12. De officio deleg.

Datæ tempus ſicut inſpicitur quoad ſecundum impetrantem à Papa, ſic etiam inſpicitur quoad illum qui poſtmodum recipitur à capitulo, etiam ignoranter, gl 3. in cap ſi poſtquam 13. De præben. l. 6.

in Data prior præfertur poſteriori, cap. quia ſæpe, 15. eod.

Datæ tempus inſpicimus, quantum ad vim priuilegij comprehenſiuam, cap. 2. De decimis. lib. 6.

Datæ tempus inſpicimus quoad ſtatum impetrantis, gl. poſt datam, in clem. ſi. De reſcriptis.

Datæ tempus inſpicitur in litteris ad beneficia vacatura, an tunc extent, & ſint erecta. ibid.

in Data ſuper vacaturis, vel certo modo vacaturis, ſi duo concurrant, præfertur ille, qui motu proprio habet gratiam alteri ita non habenti, & graduatus non graduato: aut inter graduatos magis graduatus: & inter graduatos æqualiter, prius graduatus, reg. concurrentibus in data, in reg. Cancell.

Reliqua in verbo, Tempus 7. Indictio. Prioritas.

DATVM ab eo, qui de iure dare non poteſt, pro non dato habetur, gl. ſi. in cap. nobis. 9 De electione, gl. 1. in cap. quamto. De conſuet. gl. intra ſex. in cap. 2. De conceſſ. præbend. cap. quod autem, in fine, & ibi gl. ſi. De iure patron. gl. dare, in can. Daibertum, 1. q 7.

Datum omne optimum, & omne donum perfectum, deſurſum eſt, gl. Apoſtolicam, in can. ſi ex uno. De pœnitent. diſt. 4.

Datum intelligitur perſonæ, cum ſimpliciter datur perſonæ, gl. 1. in can. poſſeſſiones, 16. q 1.

Datum Eccleſiæ intelligitur perpetuo datum, quia cum res alicui data intelligatur data uſque ad mortem hominis, & Eccleſia non poſſit mori, ſemper intelligitur perpetuo eſſe datum, quod Eccleſiæ datur, ibid.

Datus ſi fuerit Eccleſiæ uſus rei, non proprietas, Eccleſia vtitur illa re, vſque ad centum annos, quia hæc ætas eſt longæui hominis, ibid.

Datum non intelligitur, quod euinci poteſt, gl. denarium, in can. ſi. diſt. 82.

Reliqua

Reliqua in verbo. Donare, n. 3.

DAVID pugnavit cum Goliath, & ſic fuit duellum, hoc eſt bellum inter duos: ergo & alijs eſt conceſſum, id negandum eſt, quia illud fuit factum inſtinctu Spiritus ſancti, gl. 2. in cap. 1. De purgat. vulgari.

David prohibitus fuit ſacrificare, quia vir ſanguinum fuit, gl. Dauid, in can. ſi poſt ordinationem, diſt. 50.

David etiam poſt pœnitentiam, non eſt permiſſus ædificare templum, can. 2. §. pro peccato, & ibi gl. & quod dixerit, 1. q. 7.

Dauid ſumens ſingulare certamen cum Goliath non peccauit, cum inſtinctu Spiritus ſancti id fecit: ſicut & Samſon, & alij, gl. 1. in can. monomachiam, 2. q. 5.

David interpretatur manu fortis, id eſt Chriſtus, qui fortiter debellauit aereas poteſtates. Vrias, lux mea Deus, & ſignificat Diabolum, qui transfert ſe in Angelum lucis: & etiam lucidus creatus fuit, quem etiam Deus ſuperauit. Bethſabee interpretatur puteus ſeptimus, & ſignificat Eccleſiam Gentilium, quæ hauſit dona ſeptiformis gratiæ, & Chriſto copulata eſt, gl. fi. in can. ſi qua fuerit, 32. q. 1.

Dauid eo quod per ſuperbiam numerauerit populum, perierunt viginti quatuor millia hominum, gl. prohibitus, in can. 2. De conſecr. diſt. 1.

Dauid re vera fuit homicida, iuxta illud *Saul percuſſit mille, & Dauid decem millia*, ibid.

DE præpoſitio auget, veluti deproperet, id eſt valde properet, gl. depraperet, in cap. 1. De appel. l. 6.

De præpoſitio quandoque auget, & quandoque privat, gl. deſerviens, in can. Epiſcopus, diſt. 33.

DEBEO verbum eſt neceſſitatis, licet quandoque ſit honeſtatis, clem. attendentes, & ibi gl. debeant. De ſtatu monach. & gl. 2. in can. propoſuit, 24. De appellat. & gl. 1. in can. 1. 25. q. 5.

Debere eſt habere aliquid de alio, gl. 1. in reg. nemo poteſt. De reg. iuris, lib. 6.

Debere ſeu debitorem eſſe, eſt gravamen, clem. 2. De magiſtr.

Debuit verbum ſumitur quandoque pro debet, gl. 1. in can. omni tempore. De conſecrat. diſt. 4.

Reliqua in verbo, Poſſum.

1 **DEBITOR** poteſt recuperare pignora ſua quandocumque venerit, dummodo non ſint diſtracta, gl. fi. in cap. quoniam frequenter, §. fi. Vt lite non conteſtata.

ob Debitoris impotentiam in non ſolvendo, actio redditur inefficax in effectu, & differtur donec debitor fuerit ſolvendo, cap. olim, 16. De reſt. ſpol.

Debitor ſi vſuras promiſſas & ſolutas non repetere iurauit, nihilominus poterit denunciare Eccleſiæ: & ſic compelletur creditor reſtituere vſuras quaſi indirecte, officio iudicis: vel relaxare iuramentum compelletur, gl. 2. in cap. 2. De iureiuran.

Debitor ſi vſuras ſoluere iurauit, creditor, antequam ſibi ſoluantur vſuræ, poteſt cogi deſiſtere ab exactione illarum, ibid.

Debitores, ſi iurauerint ſoluere vſuras promiſſas, cogendi ſunt illas ſoluere: & ſolutis vſuris, creditores compelluntur reſtituere illas, per cenſuras Eccleſiaſticas, cap. debitores, eod.

Debitores ad ſoluendas vſuras, in quibus ſe obligauerant, cogi non debent, ibid.

Debitor habet actionem ad repetendum vſuras iam ſolutas: non tamen habet exceptionem ad eas non ſolvendas, ad vitandum periurium, gl. 2. ibidem.

Debitor, qui iurauit creditori ſe nullum grauamen ſuper re pignorata inferre, donec ſoluerit debitum, non auditur repetens pignus, volendo compenſare fructus in ſortem: ſed debet prius debitum integraliter ſoluere, & poſtea rem cum fructibus inde perceptis expoſcere, cap. ad noſtram, 7 eod.

Debitor agens ad relaxationem pignorum, quaſi ſit ſatiſfactum ſorti ex fructibus pignorum, debet probare quantitatem ſortis & fructuum, cap. ex litteris, eod.

2 Debitor ſi paſſus ſit creditorem experiri de proprietate pignoris, & ſuccubuit: debitori obſtabit res iudicata, ſi poſtea agere velit: vel è conuerſo, ſi creditor paſſus ſit debitorem agere, gl. 2. in cap. pen. De re iudicat.

Debitor bonis cedens, non debet detineri, ſed poteſt ire quo vult, gl. 1. in cap. 2. De pignor.

Debitor poteſt agere contra creditorem pro pignore, licet ſecum non contraxerit, cap. cum contra, eod.

Debitor, qui ſub pacto legis commiſſoriæ pignoravit rem ſuam, & iurauit non conuenire, ſi impeditus intra ſtatutum diem non redemit, poterit poſt diem redimere, cap. ſignificante, eod.

Debitor principalis, quamdiu impeditur fideiuſſor, non moleſtatur: niſi fideiuſſor renunciauerit *auth. præſente, cap. De fideiuſ.* gl. 2. in cap. peruenit. De fideiuſ.

Debitor cogi poteſt per diſtrictionem canonicam, à fideiuſſione abſoluere fideiuſſorem, qui à creditoribus moleſtatur, cap. conſtitutus, eod.

Debitor principalis, ſi incipiat diſſipare bona ſua, poteſt eius fideiuſſor agere contra illum, vt liberet ſe à fideiuſſione, cap. fi. eod.

Debitor poteſt excommunicari ad petitionem creditorum, pro non ſatisfactione debiti, cap. ad aures, 24. De ſimonia.

Debitor excommunicatus pro debito, donec ſatisfecerit, eget abſolutione etiam poſt ſatisfactionem: ſecus eſt in ſuſpenſione, ſi ſit promulgata, ibid.

Debitor vel alius excommunicatus, poſt ſatisfactionem poteſt dare aliquid temporale pro abſolutione, ſi in abſolutione dilata ſibi immineat præiudicium, vt quia ſperatur eligi; vel præſcriptio currit, niſi agat: ſed ſi non ſubeſt aliquod periculum, nihil temporale debet dare pro abſolutione, dd. reprob. gl. 2. ib. 3

Debitor ſi de voluntate creditoris pignus diſtrahit; ſi iterum res illa diſtracta ad ipſum debitorem deuenerit, non renaſcitur hypothecaria, quam habebat à principio, gl. cum talis, in cap. quamuis. De reſcript. lib. 6.

Debitor debens decem, ſi ab eo petantur viginti, non debet in totum negare, imo ſub pœna peccati mortalis tenetur partem, quam debet, propria aſſertione fateri, licet negando totum non incidat in periurium, dd. reprob. gl. abſque rationabili, in cap. De confeſſis, lib. 6.

Debitor ex contractu, ſi fuerit inops, ſufficit ſi bonis cedat: ſed debitor ex maleficio, ſi fuerit inops, caſtigatur verberibus, gl. peccatum, in reg. peccatum. De regul. iuris, lib. 6.

Debitor propter inopiam excuſatur cedendo bonis, etiamſi culpa ſua in eam inciderit, gl. 1. in reg. imputari, 41. eod.

Debitor promittens equum vel decem ſcuta alicui, non poteſt iſta petere equum & decem ſcuta: ſed debet eſſe contentus altero illorum, relicta electione debitori, gl. 1. in reg. alternatiuis, 7. De reg. iuris, l. 6.

Debitor delicatus effugitor, & onetoſus creditor non reperitur, extrauag. debent. De officio Ordin. inter communes. 4

à Debitore non eſt extorquendum totum quod habet: ſed habenda eſt ratio, ne egeat, gl. fi. in can. ſtudeat, diſt. 50.

Debitor olim ſi non erat ſoluendo, dabatur creditoribus ad puniendum ipſum; hodie autem ſi aliquis conuenitur ex maleficio, & non eſt ſoluendo, puniri poteſt, & hoc caſu non eſt ei ſubuenendum, nec redimenda eſt pœna eius: quia eius pœna pretio remitti prohibetur, gl. & propter debitum, in can. non ſatis, diſt. 86.

Debitor ex contractu non eſt cruciandus, ſed ſufficit, quod cedat bonis: tenetur tamen ad debitum perſoluendum, ſi peruenit poſt ad pinguiorem fortunam, ib.

Debitor Reipub. vel rei priuatæ Imperatoris, conuictus non appellat. can. ei qui. §. nulli. 2 q. 6.

Debitores qui ſoluendo non ſunt, ſemper ſunt verberandi pro debito, ſi debitum ſit ex maleficio, & conueniantur ex maleficio: ſed ſi conueniantur ratione contractus alicuius, tunc ſufficit cedere bonis, gl. cruciatus, in can. 2. 14. q. 6.

Debitor vel eius hæredes non poſſunt ſe defendere contra creditorem, niſi quadraginta annis, gl. creditores, in can. placuit, 16. q. 3.

Debitor non cogitur ſeruire creditori, gl. 2. in can. ſi. 36. qu. 2.

Debitor in diem, ante diem ſoluendo, non liberatur, quando dies appoſitus fuit in fauorem creditoris; ſecus ſi dies appoſitus fuit fauore debitoris: quia tunc licitum eſt ei ante diem ſoluere, & tunc plus ſoluit cum ante diem ſoluit. gl. 2. in can. ſolent. De conſecr. diſt. 1.

Reliqua in verbo, Creditor. Fideiuſſor. Pignus.

DEBITUM fruſtra petit is, qui, quod debet, non impendit, gl. fi. in cap. ſignificaſti, 4. De electione, gl. 1. in cap. 1. De mutuis petitio, gl. 2. in reg. fruſtra, 75. De reg. iuris, lib. 6. gl. in can. eſto, diſt. 95. gl. 2. in can. ſi ducturi, 32. q. 6.

Debitum non cenſetur remiſſum ex reſtitutione pignoris: ſed ex reſtitutione chirographi cenſetur remiſſum: quia ille, cui fit reſtitutio, debet inde habere vtilitatem; ex chirographi autem reſtitutione nullam vtilitatem ſentiret, ſi debitum non intelligeretur remiſſum: ſed ex pignore ſic, quia poteſt vel pignora, gl. fi. in cap. pe. Vt lite pendente.

Debitum ſolutum non repetitur: ſed & indebitum, ſi ſcienter ſoluatur, non repetitur, quia donari videtur, gl. 2. in cap. debitores. De iureiuran.

ob Debitum alienum poteſt terra eius interdici, cap. ex reſcripto, 9. De iureiuran.

Debitum ex voto, ſi ad vnicam menſuram ſolui ſolet, ad illam in poſterum ſolui debebit: ſed ſi ad diuerſas ſolui ſolet, liberatur ſoluens etiam ad minorem, cap. ex parte, 18. De cenſibus.

Debitum contractum in quantitate, debet ſolui ſecundum monetam, quæ erat tempore contracti debiti: vel ſi non reperiatur, ſoluenda eſt eius æſtimatio, cap. olim, 20. & cap. pen. eod.

Debitum vbi ex pluribus cauſis debetur, vna cauſa remiſſa

ex alia petitio reſtat, gl. propter, in cap. maiores, §. ſe adhuc. De baptiſmo.

Debitum non remittitur, ſed augetur, ſi alij ſoluatur, quod alij ex debito eſt ſoluendum: & hoc intellige, ſi ille, cui eſt debitum, inueniatur: aliàs ſufficit, imo tenetur pauperibus erogare; & nihilominus eſt pœna imponenda, propter peccatum, quod ipſe contraxerat, contrectando res alienas inuitis dominis, gl. non tamen, in cap. ſicut dignum, §. eos inſuper. De humicidio.

Debitum probatum per litteras committentis, vel per inſtrumentum publicum, ſtatim meretur executionem, cap. 2. De foro comp. lib. 6.

Debitum dicitur illud quod exigitur ab inuito, gl. debitas, in cap. religioſi. De decimis.

Debitum præſumitur quid ex tempore, gl. 2. in can. illa, diſt. 12.

Debiti ſolutio contracti in ſcriptis probari debet per teſtes ad hoc rogatos, aliàs non, can, teſtes, §. ſi debitum, & ibi gl. pro memoria. 3. q 9

Debitum repetere licitum eſt, ſed non cum ſcandalo, gl. ſi. in can aliud. De pœnit, diſt. 1.

Reliqua in verbo, Clericus. 170. 171. Compenſatio. Creditor, Remittere. Indebitum, Pignus.

DEBILITAS corporis poteſt procedere vel ex infirmitate, vel ex ſenectute, cap, niſi cum pridem, §. alia vero. De renunc.

ex Debilitate corporis non ſequitur debilitas cordis, & intellectus, & ſpiritus; ſed potius augmentatio, ibid.

Reliqua in verbo, Corpus. Infirmitas.

DECANVS eſt de capitulo, & eſt honorabilior pars capituli, cap. cum inter, 18. & ibi gl. 1. De electione.

Decanus habet primam vocem in capitulo, cap. auditis, 29. De electione.

Decani & præpoſiti habent annexum ordinem presbyteratus, adeo quod ſi non fiant presbyteri, priuantur decanatu, cap. 1. De ætat. & qualit.

Decani appellatione comprehenditur Archipresbyter, cap. ad hæc, §. Archipresbyter. De officio Archidia.

Decani rurales debent per Epiſcopum & Archidiaconum inſtitui ſeu deſtitui ſimul, ſi eorum vices communiter gerant, d. cap. ad hæc, §. ſi.

Decani officium quod ſit, ex conſuetudine colligitur, gl. officio, in cap. ex parte. De clericis non reſid.

Decanus tenetur ad reſidentiam; aliàs priuatur decanatu, d. cap. ex parte, & ibi gl. officio.

Decani dictio idem ſignificat, quod archipresbyteri rurales, qui ſpiritualem habent iuriſdictionem, gl. 1. in cap. 1. Ne Prælati vices.

Decanus, vel alius inferior Epiſcopo poteſt habere iuriſdictionem ordinariam, vel poteſtatem fulminandi cenſuram ex conſuetudine, vel ſtatuto: aliàs ſecus, gl. 3. in cap. dilecto. De ſentent excommunicat. lib. 6

Decanus ruralis, qui in parte diœceſis ad tempus gerit vices Epiſcopi, qui etiam Officialis foraneus dici poteſt, non poteſt eſſe delegatus Papæ, gl. foraneo, in clem. 2 De reſcript.

Decanus alius eſt, & alius archipresbyter, gl. archipresbyteri, in can. in capite, 63 diſt. 50.

Reliqua in verbo, Archipresbyter. Archipresbyteratus. Electio 2. Præpoſitus.

DECEDENS ab inteſtato ſepelitur in ſepulchro maiorum, cap. 1. De ſepultur.

Decedens in peccato rapinæ rei Eccleſiaſticæ, non debet admitti ad pœnitentiam, nec debet ſepeliri in cemiterio ſacro, cap. 2. De raptor. & gl. 2. in cap. 2. De vſuris.

pro Decedentibus in peccato mortali, non eſt orandum, gl. 1. in cap. 2 De furtis.

Decedens multo tempore poſt vulnus illatum, puta poſt octo menſes à tempore vulneris illati, non cenſetur deceſſiſſe ex vulnere, cap. 3. De clerico percuſſore.

Reliqua in verbo, Cadere.

DECENTIA reſpiciunt honeſtatem, gl. decet, in cap. 2. De officio delegat. lib. 6.

DECEPTIS non decipientibus iura ſubueniunt, gl. ſuſtinere, in cap. ſane. De renunciat. cap. cum vniuerſorum, De rerum perm. cap. inter dilectos. De donatio.

Deceptus venditor pretio vltra dimidiam iuſti pretii poteſt agere, vt reſtituatur ſibi res, vel vt ſuppleatur pretium, cap. cum dilecti. De empt. & vend.

Deceptus minus dimidio iuſti pretii, non poteſt agere ad aliquid, quia licitum eſt contrahentibus ſe inuicem decipere, vſque ad dimidium iuſti pretij, gl. ſi. ib.

Deceptus in quantitate, & etiam citra dimidium rei debitæ, poteſt agere iure communi ad ſupplementum: ſecus ſi deceptio vltra dimidium iuſti pretij interueniret in aliquo contractu: quia tunc iure communi non datur remedium, cap. per tuas. De donatio.

Deceptus in quantitate rei, poterit agere ad ſupplementum, etiam ſi deceptio ſit citra dimidiam rei, niſi fuiſſet appoſitus terminus ad menſurandam rem illam, quia tunc vltra terminum non audiretur: item niſi qui rem accepit, renunciauerit de quantitate, gl. inuenerunt, ibidem.

Deceptus ſi fuerit quis in pretio vſque ad dimidium iuſti pretij, toleratur talis deceptio, ibid.

Deceptores ſemper veniunt ad decipiendum ſub ſpecie boni, cap. non magnopere. Ne cler. vel mon.

Deceptio quandoque permittitur, gl. 1. in can. dominus, 23. q. 2.

Decipere vel decipi nihil intereſt, in his quæ ſpectant ad animæ ſalutem, gl. eademque, in can. quamuis, diſt. 38.

Decipi in contractibus non eſt peccatum, gl. non multum, in can. ſi cupis, 16. q. 1.

Decipere aliquem non eſt licitum artificioſo mendacio, nec ſimplici verbo, can. nec artificioſo, 22. q. 2.

Reliqua in verbo, Contrahens. Eccleſia, 90. vſque 96. Fallere. Illuſio.

DECERNIMVS verbum in conſtitutione declaratoria non facit, quod non ſit ius declaratorium, cap. conſtitutionem, 9. De ſent. excomm. lib. 6.

Decernimus verbum inducit ius nouum, clem. 1. & ibi gl. per appellationem. De cauſa poſſeſſ. & propr. & clem. 2. in verb. decernimus. De appel. & clem. 2. & ibi gl. decernimus. De prebend.

Reliqua in verbo, Statuo.

DECESSORES, anteceſſores, vel predeceſſores idem ſignificant, gl. deceſſorum, in extrauag. execrabilis, Ioannis, 22.

DECET verbum reſpicit honeſtatem, gl. decet, in clem. 1. De exceſſib. Prælat.

DECAETERO dictio refertur ad tempus futurum, cap. cum qui. De dolo & contum. lib. 6. & gl. deinceps, in extrau. cum inter nonnullos. Ioann. 22. gl. multorum diſt. 32. & can. quamuis. diſt. 48.

Decima in genere, à n. 1. vſque ad n. 14.

De quibus rebus debeatur, & quoad deductionem ſumptuum, n. 14. 15. & 16.

Cui debeant ſolui, & à quibus debeant recipi, 17. vſque 21.

Quo iure debeantur, n. 22.

Quoad Decimam beneficiorum, n. 23. vſque ad n. 27.

Quoad decimam laicis conceſſam, ac ab eis detentam, n. 28. vſque ad n. 30.

Quoad præſcriptionem decimarum, n. 31.

Quoad priuilegium non decimandi, n. 32.

DECIMA dicitur ſanctuarium Dei: & ſic eſt ius mere ſpirituale, cap. ad hæc. De decimis.

Decima eſt quid ſpirituale, hoc eſt ius decimandi eſt ſpirituale, cap. 2. De iuramento calum.

Decimæ non ſoluuntur ex mera liberalitate dominorum prædiorum, ſed tanquam debitæ poſſunt exigi, cap. parochianos, 14. & ibi gl. ſi. De decimis.

Decimarum quatuor genera ſoluebantur, ideo olim bonis omnibus abundabant; nunc nec una bene ſoluitur: ideo homines ad decimarum ſolutionem ſunt exhortandi, gl. decimarum, in cap. 1. De decimis, lib. 6.

ob Decimarum non ſolutionem, dominus locuſtas non increpat, nec plagas amovet: & tollit fiſcus, quod non accipit Chriſtus, ibid.

Decimas bene ſoluentium remuneratio eſt quadruplex, ſcilicet fructuum vbertas, corporis ſanitas, remiſſio peccatorum, & acquiſitio cœleſtium præmiorum, gl. aliatum, in add. ibid.

Decimæ & primitiæ dicuntur Dei, gl. partem, in can cleros, in princip. diſt. 21. & gl. 2 in cap. moderamine, 16. q 1.

Decimæ appellantur non ſolum ipſa iura, ſed etiam proventus, gl. 1. in can. quia ſacerdotii, 10. q 1.

Decimas poteſt Eccleſia vendicare, gl. 2. in can. moderamine, 16. q. 1.

Decimarum dominium eſt pœnes Eccleſiam, licet decima nondum ſit ei tradita, ibid. 2

ſuper Decimis quemlibet poſſeſſorem Eccleſia poteſt conveniri, ibid.

Decima eſt ſoluenda integre de omnibus, vndecumque, cap. veniens. De tranſactio.

Decimæ quando aliquo tempore non fuerunt ſolutæ, debet peti æſtimatio de præteritis, & in futurum, quod reus condemnetur ad ſolutionem decimarum, ibid.

Decimæ ſine animarum periculo detineri non poſſunt, gl. conceſſione, in cap. cauſam quæ. De præſcript.

Decimarum fructus bene poſſunt vendi, & locari; ſed non ipſum ius decimandi, gl. ſe in cap. ſi. De rerum permut.

Decimæ debent ſolui integraliter; aliàs non dicuntur ſolui, cap. 1. & cap. commiſſum, De decimis.

Decimarum tria genera ſoluebant laici in veteri lege: primo ſoluebant Leuiticæ tribui, hoc eſt clericis: & hæc ſtat hodie

in ſuo

in ſuo robore, 2. genus decimarum recondebatur pro tempore viſitationis templi, ſed hodie non reconduntur, ſed loco illarum ſucceſſerunt oblationes, quas hodie laici faciunt clericis, 3. genus recondebatur pro pauperibus, quorum loco hodie ſucceſſerunt eleemoſynæ, d. cap. 1.

Decimas non accipiebant Leuitæ à Leuitis, quibus ſpiritualia non miniſtrabant, gl. 2. in cap. 2. eod.

Decimas ſoluendi obligationem non debet alterare mutatio qualitatis loci, cap. commiſſum, eod.

3 Decima pars fructuum debet ſolui, habito reſpectu ad totum, non autem habet locum in ſoluenda decima diuiſio legalis: vt totum diuidatur in duodecim: ſed debetur decima totius. Panormitanus ad cap. cum homines, 7. eod.

ſuper Decimis præteritis compelluntur laici ſatisfactionem impendere, ibid.

Decimam ſoluens tardius quàm debuit, peccat, gl. pe. ibid.

Decimam non ſoluens ſtatim collectis fructibus dicitur in mora; vnde periculum illarum ad eum ſpectat, niſi ſacerdos tunc recipere noluiſſet: ſi tamen poſtea recipere voluit, rurſus ſoluere debens incipit eſſe in mora, & ad eum ſpectabit periculum, gl. pe. ibid.

Decimarum onus eſt annexum ipſis prædijs, cap. de terris, & ibi gl. 1. eod.

ſuper Decimis recte poteſt fieri compromiſſum in arbitros: intellige in clericos, & non in laicos, cap. cum Apoſtolica. De his quæ fiunt à Prælat.

Decimæ, quæ debentur à perſona Eccleſiaſtica, poſſunt ex conuentione vel compoſitione non integraliter non ſolui, & ſine peccato, cap. 3. De decimis.

Decimæ ſunt cibus in domo Domini, gl. 2. in cap. quamuis, 17. De decimis.

Decimæ non tranſeunt ad hæredes, ibid.

Decimæ dantur intuitu diuini obſequij, ibid.

4 Decimas, quas quis iniuſte detinet, ſi non reſtituit Eccleſiæ, ad quam ſpectant, Chriſtiana ſepultura priuari debet, gl. 2. in cap. non eſt, & gl. fi. in cap. cum ſint, eod.

Decimæ perſonales dicuntur, quæ potius contemplatione perſonæ ſoluuntur, vt putà de negotiatione, artificio, & de militia, gl. 2. in cap. ad Apoſtolicæ. De decimis.

de Decimis perſonalibus ante ſolutionem illarum, debent deduci expenſæ, quod ſecus eſt in prædialibus, ibid.

Decimam non ſoluens, ad decimam partem reuocari meretur, & in fame & in penuria erit maledictus, gl. 2. in cap. non eſt, eod.

Decimæ, quæ dantur ratione prædiorum, iuſte recipiuntur ab Eccleſia, & à quocumque inuaſore, ex quo non dantur ratione perſonæ: Eccleſia enim ſuum recipit, gl. 1. in cap. ex tranſmiſſa, 13. eod.

Decimas ſoluere quilibet tenetur, niſi ab earum præſtatione ſpecialiter ſit exemptus, cap. à nobis, 24. eodem.

Decimas ſoluere tenetur locator, ſeu conductor poſſeſſionum, niſi ſe immunem eſſe oſtendat, ibid.

Decimæ ſunt tributa egentium animarum: & eas in ſignum vniuerſalis dominii ſibi dari præcepit Deus, gl. 2. ibid

Decima, quæ debetur Eccleſiæ, comparatur tributo, cap. tua nobis, 26. eod.

5 Decimæ ſunt in dominio Eccleſiæ, ibid.

ad Decimas ſoluendas, tàm prædiales, quàm perſonales, laici poſſunt compelli, appellatione remota, ibid.

Decimæ poſſunt peti reiuendicatione, tenendo opinionem quòd Eccleſia ſit domina decimarum, etiam ante traditionem: poteſt etiam agi actione perſonali ſcilicet condictione ex lege diuina, ſeu canonica contra eum, qui debebat ſoluere, gl. 1. ibidem.

Decimas perſonales non tenetur quis præſtare clerico notorie ſimoniaco, ne talis nutriatur in peccato ſuo: non tamen debet, lucrifacere ille qui tenebatur præſtare illas: ſed debet illas conuertere in vtilitatem Eccleſiæ, cum conſenſu diœceſani dd. reprob. gl. prætexto, ibid.

Decimas admoniti non ſoluentes debent excommunicari, gl. fi. ibid.

in Decimis parochialium Eccleſiarum, non debet habere Epiſcopus aliquam portionem, gl. de iure, in cap. cum contingat, 29. De decimis

Decimæ, ex quo alicui Eccleſiæ conceduntur per priuilegium, conceduntur etiam decimæ noualium, quæ poſtea inſurgunt, gl. pe. ibid

Decimæ debent ſolui integraliter, & non ſoluens integre, peccat mortaliter, cap. in aliquibus, 32. eodem.

Decimarum onus ſequitur ipſam rem, gl. 1. ibid.

Decimas petere poteſt Eccleſia à quocumque poſſeſſore, ibid.

in Decimarum ſolutione attenditur loci conſuetudo, gl. fi. in d. cap. in aliquibus, §. fi.

6 Decimæ prius ſunt ſoluendæ, quàm cenſus, ſeu tributa: & ſi prius illa ſoluantur, poſtea decimari debent, cap. cum non ſit, 33. eod.

pro Decimarum ſolutione poteſt laicus excommunicari, item & coarctari perſonaliter, cap. poſtulaſti, 20. De homicidio.

Decimarum Epiſcopalium remiſſio debet fieri ab Epiſcopo de conſenſu capituli, ex cauſa neceſſitatis, vtilitatis, vel pietatis: ſed ſi facta eſſet in enorme detrimentum, poſſet reuocari, gl. canonicos, in cap. quia circa, 23. De priuilegijs.

Decimas & alia iura debita vt perſoluat populus, debet exhortari in prædicationibus, collationibus, diſpenſationibus, & confeſſionibus, cap. 1. & ibi gl. vel alibi. De decimis, lib. 6.

ad Decimarum præſtationem coguntur non ſoluentes per cenſuram Eccleſiaſticam, clem. diſpendioſam. De iudicijs.

in Decimarum cauſa procedi debet ſimpliciter, & de plano, ſine ſtrepitu & figura iudicij: quod intellige verum de decimis, quæ debentur iure diuino; ſecus vero in cauſis decimarum, quæ debentur ex pollicitatione vel pacto, d. clem. diſpendioſam, & ibi gl. decimis.

ad Decimas tenentur clerici pro patrimonialibus, ſed non pro dote Eccleſiæ, gl. præſtationem, ibid.

ad Decimas tenentur religioſi præterquam noualium, quæ proprijs manibus incolunt, niſi ſint Ciſtercienſes; quia illi non tenentur ad decimas laborum, proprijs manibus vel ſumptibus executorum ibid.

contra Decimas non ſoluentes fieri ſolet monitio generalis, fulminans excommunicationis ſententiam: & poſt huiuſmodi monitionem, petit Eccleſia vel rector non ſoluentes denunciari, gl. præmoniti, ibid.

Decimas non ſoluentes, etiam appellatione remota, coerceri debent ad eas ſoluendas, & contra pertinaces poteſt inuocari brachium ſæculare, d. clem. diſpendioſam, & ibi gl. coerceri.

Decimæ prædiales debent ſolui integre ſine deductione ſeminis, 7
vel ſumptuum: ſecus in perſonalibus, gl. præſtationem, ibid.

ad Decimarum præſtationem tenentur omnes laici, niſi doceant ſe priuilegiatos. gl. tenentur, ibid.

Decima debet ſolui Eccleſiæ de terris religioſorum, quas proprijs manibus non excolunt, clem. religioſi. De decimis.

Decima regulariter debet ſolui etiam de noualibus, ibid.

Decimam debent ſoluere coloni partiarij, & cenſuales priuilegiatorum ſimpliciter ſuper decimis non ſoluendis, gl. excolendas, ibid.

Decima integra non poteſt exigi à ruſtico, cuius ſedes eſt deſtructa, gl. in totum, in extrauag. ſuſcepti. Ne ſede vacante, inter communes.

Decimas & oblationes ſoluere nolentes, ſunt excommunicandi, gl. 3. in can. propter hoc, diſt. 32.

Decimæ ſunt tributa egentium animarum, gl. quoties, in can. ei qui, §. quoties, 2. q. 6

Decimas tenetur dare quis, quantumcumque ſit pauper, & quod ei non ſufficiant ſua; nec prætextu cuiuſcumque paupertatis poteſt liberari à præſtatione decimarum, gl. fi. in can. quia tua, 12. q. 1.

Decimæ lege veteri dabantur quatuor modis, primo de omnibus bonis, quæ habebat populus, decimam dabat Leuitis: 2. de reſiduis nouem portionibus ſumebant decimam: item de reſiduis portionibus ſumebant decimam, & reſeruabant ad vſum pauperum & pupillorum: item decimabant reſiduas partes, & ipſam deferebant in templum: adhuc etiam dabatur quarta decima: hodie nec vna bene datur, gl. ſeruus, in can. Eccleſias, §. his ita, 13. q. 1.

de Decima illa, quam populus offerebat Leuitis, ſumebant Leuitæ partem decimam, & offerebant eam ſummo ſacerdoti, & inde fiebant panes propoſitionis, d. gl. ſeruus.

Decimæ pecorum dandæ ſunt de grege, vbi grex paſtus eſt, 8
& vbi concepit, non vbi moratur, gl. paſcit, ibid.

Decima quæ debetur ex voto, non deſinit eſſe prioris domini, niſi ſit ſegregata ab alijs bonis: ſecus eſt in decima, quæ debetur ex iure, gl. 2. in can. moderamine, 16. q. 1.

Decima quæ debetur ex iure, licet nondum ſit ſegregata, nihilominus eſt Eccleſiæ, ibid.

Decimæ peti poſſunt per actionem confeſſoriam, quia ius præſtandi decimam eſt ſeruitus quædam: vel verius peti poſſunt conditione ex canone, vel officio iudicis, ibid.

Decimas auferre priori Eccleſiæ non poteſt quis ex prædijs quæ alicui dare delegauit, can. ſi quis laicus, 16. q. 1.

Decima à priori Eccleſia poteſt peti, ex quocumque prædio vendito, vel alienato: non obſtante pacto in contrarium inito inter contrahentes, inter quos etiam non valet dictum pactum, d. can. ſi quis laicus, & ibi gl. fi.

pro Decima prædiorum venditorum, tam venditor, quam emptor conueniri poſſunt, ſi emptor habuit partem fructuum, & venditor etiam accepit partem fructuum, d. gl. fi.

nec Decimis, nec vlla alia poſſeſſione priuari debent antiquiores Eccleſiæ, ita vt nouis oratorijs tribuantur, ibid.

Decimas ſuas quælibet Eccleſia ruralis debet diuidere in quatuor partes: vt vna ſit Eccleſiæ baptiſmalis, alia pauperum, alia ſit fabricæ, quarta capellanorum, licet hodie Epiſcopi omnia occupent, gl. 1. in can. quicumque, 16. q. 1.

Decimæ ſunt perſoluendæ à colonis partiarijs pro ea portione quam ipſi percipiunt, & domini eorum pro ea portione quam ipſi percipiunt, gl. 2. in can. quæſiti ſunt, 16. q. 1.

Decimæ perſoluendæ ſunt à colono penſionario, ſiue ille 9
ſeruiat pro penſione, ſiue domino det certam penſionem: quia antequam aliqua penſio detur, res eſt decimanda, ibidem.

Decimas vel oblationes extra Epiſcopi conſcientiam volens quis tenere, priuari debet communione, can. ſtatuimus, 16. q. 1.

Decimas

Decimas poteſt Epiſcopus auferre vni Eccleſiæ, & dare alteri, gl. 2. ibid.

Decimæ debent diſtribui iuxta Epiſcopi diſtributionem, can. in ſacris, 16. q. 1.

Decimas & primitias non ſoluens ſacerdotibus, reus eſt apud Deum, can. reuertimini, 16 q. 1.

Decimæ à ruſticis in horrea ad ipſius Eccleſias debent deferri, & non ſunt colligendæ à clericis, vel eorum nunciis in agris, d. can. reuertimini, §. vt autem ſciatis, & ibi gl. in horrea.

ex Decimarum non ſolutione veniunt penuriæ, fames & alia mala, ibid.

Decimæ ſunt præſtandæ, cum fructus colliguntur: imò ſi ager bis det fructus in anno, toties ſunt dandæ decimæ, gl. annus, ibid.

Decimæ perſonales ſunt præſtandæ in fine anni, propter minima lucra: quia inconueniens eſſet, quod ſcriptor, vel aliquis negotiator, ſingulis diebus deberet decimam partem lucri dare Eccleſiæ: quia talis ſolutio incommoditatem habet; & propter hanc rationem, videtur idem eſſe dicendum de caſeo & de lacte, d. gl. annus,

Decimæ & primitiæ dicuntur poſſeſſiones Sacerdotum, vnde reiuendicatio debet intentari pro eis, gl. & ſuas, ibid.

10 Decimæ ſunt tributa egentium animarum, can. decimæ, 16. q. 1.

Decimas ſoluens non ſolum abundantiam fructuum recipiet, ſed etiam ſanitatem corporis & animæ conſequetur, ibid.

Decimas tardius dare ſi peccatum eſt, quanto peius peccatum eſt, non dediſſe? ibid.

Decimæ ſunt ſoluendæ de militia, de negotio, & de artificio, ibid.

Decimas præſtans & ſoluens promeretur terrena, & cœleſtia præmia, d. can. decimæ, 16 q. 1.

Decimas ſi tu non dederis Deo, tu ad decimam reuoceris, & dabis impio militi, quod non vis dare Sacerdoti, ibid.

Decimæ ex debito requiruntur, & qui eas dare noluerint, res alienas inuadunt, ibid.

Decimam dare etiam de nouem partibus ſtudeat, qui ſibimet pretium comparare, aut peccatorum deſiderat indulgentiam promereri, ibid.

Decimæ ſunt tributa debita animabus egentibus diuina gratia, gl. 1. ibid.

Decimæ dantur egentibus clericis; non tamen ideo minus dandæ ſunt etſi diuites ſint: non enim intuitu perſonarum dantur Eccleſiis, ibid.

in Decimis non admittitur compenſatio: & ſi quis appellat vt eas retineat, non auditur, cùm illa ſint tributa, ibid.

11 Decima debetur de negotiatione, dum modo ſit licita, gl. negotio, ibid.

Decima recte petitur à fure, vel raptore, non ratione negotiationis ſuæ, cum illa ſit reprobata; ſed quia inuenitur in poſſeſſione, ibid.

Decima ſequitur quemlibet poſſeſſorem, ſiue Iudæum, ſiue excommunicatum, ibid.

pro Decimis petendis actio perſonalis competit, gl. ex debito, in can. decimæ, 16. q. 1.

Decimæ ante ſeparationem ſunt Eccleſiæ, gl. alienas, ibid.

Decimas, & oblationes, cunctaque remedia concedere cum conſenſu Epiſcopi, & de iure ſuo in dominum illorum transferre, liberum eſt Monachis & viris religioſis, & ſpiritualibus, can. ſi. 16. q. 1.

Decimas, & oblationes, & earum vſum habere non licet laicis: & ſi aliquando fuerint ab eis detentæ, & Epiſcopo loci conſentiente tranſierint in vſum Monachorum, conſtabunt eis omnia firmitate perpetua, ibid.

Decimas dare omnino non negligat aliquis, quas ipſe Deus dare conſtituit, can. admonemus, 16. q. 2.

Decimam, debitam qui ſubtrahit Deo, timendum eſt, ne ei Deus auferat neceſſaria, ibid.

Decimæ & oblationes quæcumque, ſiue viuorum, ſeu mortuorum, Eccleſijs Dei fideliter reddi debent à laicis, can. præcipimus, 16. q. 2.

12 Decimæ debent eſſe in poteſtate Epiſcopi, ita vt omnibus clericis iuſte diſtribuat, nec cuiquam perſonæ honorabilius exhibeat, ne alij propter hoc ſcrupuloſo corde moueantur: ſed ſint omnia communia, can. 1. 16. q. 7.

Decimas laici non ſolum debent dare, ſed etiam ad domum debent deferre, gl. 2. ibid.

Decimæ communicari debent capellis, gl. ſi. ibid.

Decimæ quota conſuetudine poteſt diminui, ſi fuerit approbata à Papa: & intelligitur approbata eo ipſo quod non reprobetur, gl. ſi. in cap. in aliquibus, §. ſi. De decimis, & ibi dd.

Decimas dare fideliter dicitur ille, qui omnium ſuorum decimas ſoluit, can. quicumque. 16. q. 7.

Decimas ſi quis integre non ſoluit, poſt modum emendet, & ſoluat ad plenum de omnibus fructibus & negotiatione, ibid.

Decimas ſi quis diu non ſoluit, nec modo poſſit ſoluere, niſi vendat omnia quæ habet, tenetur omnia ſua vendere, ſed Eccleſia debet ei dimittere vnde viuat, cum hoc idem eſſet ei datura, gl. 1. ibid.

Decimas Sacerdotibus tertio moniti dare nolentes, ſunt excommunicandi, can. omnes decimæ, 16. q. 7.

Decimæ non ſunt redimendæ à populo, can. decimas quas, 6. q. 7.

Decimas eo quia maiores noſtri dabant Deo, abundabant omnibus bonis: ſed cum nunc talis deuotio diſceſſit, acceſſit indictio fiſci; & ita tollit fiſcus, quod non capit Chriſtus, can. maiores, 16. q. 7. 13

Decimæ iuxta Decreta ſanctorum Patrum quadripartito diuiduntur, quarum vna pars Epiſcopis, ſecunda clericis, tertia fabricis reſtaurandis, & quarta pauperibus eſt aſſignata, in ſumma, 25. q. 1.

Decimas Eccleſiis obuenientes variis artibus ſubtrahere, aut ab aliis ſoluendas occupare, & in rem ſuam vertere, non eſt ferendus quis. Concil. Trident. ſſ. 25. De reformat, cap. 12.

Decimarum ſolutio debita eſt Deo, & qui eas dare noluerit, aut dantes impediunt, dicuntur inuadere res alienas, ibidem.

Decimas integre tenentur ſoluere illi, ad quos illarum ſolutio ſpectat, cathedrali Eccleſiæ, aut quibuſcumque Eccleſijs, vel perſonis, quibus legitime debentur, d. cap. 12.

Decimas ſubtrahentes aut impedientes dare, debent excommunicari, nec ſunt abſoluendi, niſi plena reſtitutione facta, ibid.

Reliqua in verbo, Agricola. Cauſa. n. 6. Clericus. 70. 71. 72. Collectores. Conceſſio. Locare. Religioſus. 1. 3. Monachus. 35. 36. Regularis. 5. Religioſus. 32. 33.

DECIMAE debentur de omnibus quæ poſſidentur, cap. pe. De præſcript. 14

Decima ſoluitur de paſcuis, & de domibus, intellige de pretio, cap. commiſſum. De decimis.

ad Decimas ſoluendas de prouentibus molendinorum, piſcariarum, de fæno, & lana, per excommunicationem cogi debent, cap. peruenit, eod.

Decima eſt ſoluenda de blado, & vino, & alijs rebus, d. cap. peruenit, eod.

Decimas debet fidelis ſoluere de omnibus quæ acquirit, ibid.

Decimas debet quis ſoluere de apibus, & de omni fructu licite acquiſito, ſiue de animalibus, ſiue intuitu prædiorum, ſiue intuitu perſonæ, cap. nuncius, 5. & ibi gl. 1. eod.

Decima fructuum, ſtatim cum collecti ſunt, ſolui debet, non deductis expenſis, cap. cum homines, 7. eod.

Decima ſoluenda eſt, nullis deductis expenſis, de omnibus ſatis, & plantatis, & de omnibus fructibus poſſeſſionum, & animalium, & de omnibus fructibus ratione prædiorum prouenientibus, gl. 2. ibid.

Decima ſoluenda eſt, deductis expenſis, de his omnibus quæ ex negotiatione & artificio proueniunt, ibid.

Decimæ ſunt ſoluendæ de omni fructu prædij, cap. ex parte, 21. De decimis.

Decimæ, qua ratione ſoluuntur de vno ſemine, & de alio ſolui debent, ſiue eodem tempore, ſiue diuerſo eiuſdem anni, gl. 1. ibid. 15

Decimæ debent ſolui de omnibus fructibus arborum, & etiam de fœno, & de lana, gl. 2. ibid.

Decimæ prædiales ſolui debent non deductis expenſis, & non deducto ſemine, cap. tua nobis, 26. & cap. non eſt, & gl. ſi. in cap. ex parte, 21. eod.

Decima ſoluenda eſt de vino, grano, fructibus arborum, de pecoribus, hortis, negotiatione, & etiam de ipſa militia, de venatione, & de omnibus bonis, d. cap. non eſt, eod. & can. quicumque, 16. q. 1.

Decima ſoluenda eſt de militia, id eſt de ſtipendio quod datur militibus, cap. non eſt. De decimis.

Decima ſoluenda eſt de feris capris in venatione, item de piſcatione, & de aucupatione, ibid.

Decima ſolui debet de redditibus etiam molendini ad ventum, cap. ex tranſmiſſa, 23. De decimis.

Decimas ſoluere tenetur omnis fidelis de omnibus quæ licite poteſt acquirere, ibid.

Decima non debet ſolui de illicite acquiſitis, ibid.

Decimam ſoluere poſſunt meretrix, hiſtrio, & ſimoniacus, & qui de mammona iniquitatis viuunt, id eſt per ſollicitudinem temporalem acquirunt, quia in his dominium transfertur, & non competit repetitio, gl. 1. ibid.

Decimam à meretrice non debet recipere Sacerdos, ne videatur ei impunitatem præſtare, ibid.

Decimæ debentur de cunctis prouentibus, cap. tua nobis, 26. eod. 16

Decimam ſoluere debet negotiator de lucro, deductis expenſis, quas facit de pecunia decimata, cap. paſtoralis, 28. eod.

Decima ſolui debet de fructibus, non deductis expenſis factis pro fructibus habendis, vel pro reſtauranda re, d. cap. paſtoralis, & ibi gl. credimus.

Decimam de hæreditate paterna non tenetur filius ſoluere, neque extranei tenentur de immobilibus, quæ ſibi titulo legati, vel inſtitutionis relicta ſunt, gl. quaſi de lucro, ibidem.

Decimam ſoluere tenetur doctor de collecta, aduocatus de aduocatione, & mercenarius, de mercede, ibid.

Decimæ

Decimæ minutæ appellantur, partus animalium, & de pullis, & hortis, & aliis ſimilibus, gl. 1. in cap. cum in tua, 30. eod.

Decima ſolui debet de prædijs dotalibus Eccleſiæ, illis Eccleſiis quibus prius ſoluebatur, cap. pe. De decimis.

Decimas omnium bonorum noſtrorum Deo dare tenemur, can. quadrageſima, in fi. De conſecrat. diſt. 5.

Decima non debetur de quibuſdam fructibus, gl. conſueuit, in extrauag. ſuſcepti. Ne ſede vacante inter commun.

Decima debetur à quolibet de lucro ſuo, per quaſcumque manus ambulauerit, gl. negotio, in can. decimæ, 16. q. 1.

Decimæ debentur ex omnibus, quæ ex lucratiua cauſa habentur, vt ex donatione, ex legato, vel ſi extraneus inſtituitur in teſtamento: ſecus ſi quis ab inteſtato ſuccedit, quia tali debetur hæreditas iure naturæ, vnde potius eſt debitum, quàm lucrum, d. gl. negotio.

Decimam præſtare tenetur doctor de collecta, aduocatus de aduocatione, mercenarius de eo, quod meretur, quia de omni artificio ſunt dandæ decimæ, ibid.

Decima debet ſolui, non ſolum de fructibus terræ, ſeu frumento, & vino; ſed etiam de omni redditu proueniente ex terra, cap. 1. De decimis.

Reliqua in verbo, Clericus. 70. & n. 25. 26. 27. Fructus.

17 DECIMAE prædiales dari debent illi Epiſcopo, in cuius territorio ſita ſunt prædia: aliæ autem decimæ præſtari debent, vbi quis audit diuinum officium, proportionabiliter diuidendo, ſi audiuit in pluribus, gl. 1. in cap. omnes. De maioritat. & obed.

Decimæ dantur in recompenſationem oneris ſacramentorum, & debentur Eccleſiæ, à qua recipiuntur ſacramenta, cap. veniens. De tranſact.

Decimarum perceptio ſpectat ad Epiſcopum de iure communi, can. pe. De præſcript.

Decimas poſſunt percipere Monachi, infra parochiam ſeu diœceſim, ibid.

Decimæ prædiales regulariter præſtari debent illi Eccleſiæ, in cuius parochia ſita ſunt prædia, cap. fi. & ibi gl. fi. De parochiis, & gl. 2. in cap. cum ſint, & cap. ab Apoſtolicæ, & ibi gl. 2. & fi. De decimis, & gl. in ſumma, 13. q. 1.

Decimæ perſonales illi Eccleſiæ debent dari, in qua diuina officia audiuntur, gl. fi in cap. fi. De parochiis, & gl. 2. in d. cap. cum ſint, & d. cap. ad Apoſtolicæ, & ibi gl. 2. & fi. & d. gl. in ſumma, 13. q. 1.

in Decimarum ſolutione conſuetudo eſt præcipue inſpicienda, gl. fi. in cap. fi. De parochiis.

Decimæ ſolui debent ratione domicilii, ſi ita ſit conſuetudo, quando quis inhabitat in ciuitate, & habet prædia extra, quæ non ſunt in parochia alicuius, ſed ſita in terminis ciuitatis, d. gl. fi.

Decimæ perſonales debentur in loco domicilii: ſed prædiales in loco vbi ſita ſunt prædia: niſi conſuetudo aliud habeat, d. cap. fi.

18 Decimas ſoluere debent inferiores Sacerdotes maioribus, gl. 1. in cap. 2. De decimis.

Decimæ noualium debentur Eccleſiæ, in cuius parochia ſurgunt: ſi vero non ſunt in certa parochia, debentur diœceſano, qui poteſt retinere ſibi, vel alteri Eccleſiæ concedere, cap. quoniam, 13. eod.

Decimæ noualium ex inſula, in qua nulla eſt parochia, iudicari debent eſſe eius prouinciæ, cui adhæret, gl. 1. ibid.

Decimarum perceptio de iure communi pertinet ad parochiales Eccleſias, gl. 2. ibid.

Decimæ & tributa ſoluuntur ratione prædiorum, & non ratione perſonarum; vnde ſolui debent vbi ſita ſunt prædia, & non vbi coloni recipiunt ſpiritualia, niſi conſuetudo aliud inducat, gl. eidem, ibidem.

Decimæ dari debent eis, à quibus ſpiritualia recipiuntur, gl. 2. in cap. quamuis. De decimis.

Decimæ an ſolui debeant Eccleſiæ, in cuius parochia ſita ſunt prædia, an Eccleſiæ vbi colonus audit diuina, & ſibi adminiſtrantur ſacramenta, ſtatur conſuetudini loci, cap. cum ſint, 18. eod.

in Decimis ſoluendis inſpicitur maxime conſuetudo: intellige ſi conſuetudo ſit præſcripta; aliàs non, gl. pe. ibid.

Decimæ perſonales debentur illi Eccleſiæ, vbi quis percipit ſacramenta, licet alibi lucrum contigerit; ſed in prædiali decima ſtatur conſuetudini, ſi colonus in aliena parochia prædia ſita coluit, cap. ad Apoſtolicæ, & ibi gl. 2. eod.

Decimæ animalium etiam inter prædiales iudicantur; & ideo vbi paſcuntur continuè, ibi debent ſolui decimæ, d. gl. 2.

Decimæ animalium diuiduntur æqualiter inter duas parochias, quando per medietatem anni, in territorio vnius Eccleſiæ, & per aliam medietatem anni, in territorio alterius animalia paſcuntur: & eodem modo diuiduntur, ſi continue interdiu paſcantur in vno loco vel territorio, & continue in alio iaceant nocte, ibid.

Decimæ perſonales, & oblationes debent diuidi inter duas 19
Eccleſias, ſi quis iaceat in vna parochia, & in alia latem habeat, ibid.

Decimas ſoluere debet quis, non cui voluerit Eccleſiæ, vel pauperibus, ſed illi Eccleſiæ cui debentur, nec ab hoc excuſatur propter malitiam clericorum, cap. tua nobis, 26. De decimis.

Decimæ ſoluuntur Deo, in ſignum vniuerſalis dominii, vt Deus cognoſcatur dominus omnium quæ ſunt in terra, & ipſius terræ, ibid.

Decimæ debentur clericis, pro cultu diuino, ibid.

Decimarum perceptio de iure communi pertinet ad Eccleſias parochiales, vnde decimæ noualium, quæ fiunt in parochiis earumdem Eccleſiarum, ad ipſos debent pertinere, cap. cum contingat, 28. & ibi gl. de iure communi. De decimis.

Decimæ prædiorum quæ non ſunt in alicuius parochia, ſed ſita in diœceſi Epiſcopi, de iure communi pertinent ad Epiſcopum, cum in his habeat de iure communi fundatam intentionem, cap. dudum, 31. & ibi gl. 1. eod.

Decimæ debentur Eccleſiæ parochiali, vbi prædia ſita ſunt, etiam religioſis perſonis, cap. ſi terra. De priuileg.

Decimæ prædiales de iure ſpectant ad Eccleſiam ſimplicem parochialem, licet non ſit baptiſmalis, cap. ad decimas. De reſtit. ſpoliat. lib. 6. & cap. 1. & ibi gl. fi. De rebus Eccleſiæ non alien. lib. 6.

Decimas ſoluere parochialibus Eccleſiis poſſunt diœceſani compellere religioſos exemptos, ſi non agatur de rebus exemptis, cap. 2. §. diœceſani. De Decimis, lib. 6.

Decimæ prædiales ſoluuntur ſecundum conſuetudinem loco- 20
rum, in ſumma, & ibi gl. 1. 13. q. 1.

Decimæ prædiales, nouæ illi Eccleſiæ ſunt ſoluendæ, in cuius parochia ſita ſunt prædia; quod ſi parochia non ſit limitata, in arbitrio Epiſcopi eſt, cui Eccleſiæ dari debeant noualium decimæ, d. gl. 1. in ſumma, 13. q. 1.

Decimæ in dubio Eccleſijs matricibus, potiùs quam capellis dari debent, ibid.

Decimæ in parte remota, ac in dubio potius dandæ ſunt Eccleſiis, vbi frequentius audiunt diuina, ib.

Decimæ ſunt conſtitutæ à Deo per Moyſem, vt perſoluerentur à populo filiis Leui, pro miniſterio, in quo deſeruiebant ei in tabernaculo, can. Eccleſias, §. his itaque, 13. q. 1.

Decimas non accipiebant filii Leui, niſi ab eis, pro quibus offerebant preces & ſacrificia, d. cap. Eccleſias, §. his itaque.

Decimæ ſemper ſunt ſoluendæ Eccleſiis baptiſmalibus, non capellis, gl. 1. in can. quicumque, & can. de decimis, 16. q. 1.

Decimæ perſonales ibi ſunt ſoluendæ, vbi ſacramenta percipiuntur: ſed prædiales Eccleſiis, ſub cuius territorio ſunt prædia, gl. fi. in can. queſti ſunt, 16 q. 1.

Decimas à populo debent percipere Sacerdotes, & Leuitæ, can. decimas, 16. q. 1.

Decimas volens quis dare extra baptiſmalem Eccleſiam, præter conſcientiam Epiſcopi, vel eius cui huiuſmodi officia commiſſa ſunt, communione priuatur, can. ſtatuimus, 16. q. 1.

Decimæ prædiales ſoluendæ ſunt Eccleſiis baptiſmalibus: ſed 21
decimæ perſonales ſunt ſoluendæ Eccleſiis parochialibus, gl. 2. ibid.

Decimas non debent dare laici propriis baſilicis, vel Eccleſiis pro ſuo libitu, ſed debent dare illis Eccleſiis, ubi baptiſmum & prædicationem, & manus impoſitionem, & alia Chriſti ſacramenta percipiunt, ibid.

Decimas & oblationes qui diſpenſare voluerint, præter Epiſcopi conſcientiam, anathema ſit, can. in canonibus, 16. q. 1.

Decimas & oblationes alterius Eccleſiæ volens accipere, vel dare alteri præter Epiſcopi conſcientiam, debet excommunicari, ibid.

Decimas & primitias dari præcipit Deus non laicis, ſed clericis, qui in ſorte Domini ſunt electi, can. pe. §. pe. 16. q. 3.

Decimas à quibuſcumque perſonis receptas, ſi non reddierint Eccleſiæ, cui competunt, incurrunt pœnam æternæ damnationis. can. 1. 16. q. 7.

Decimas & primitias debent habere tantum clerici ad ſuam ſuſtentationem, ibid.

Decimæ perſonales debent ſolui Eccleſiæ, in qua recipit quis ſacramenta, gl. 1. in can. quicumque, 16. q. 7.

Decimæ Deo & Sacerdotibus Dei ſunt ſoluendæ, ut ſoluit Abraham, & promiſit Iacob, can. decimas Deo, 16. q. 7

Decimæ dantur Epiſcopo, ut eas diuidat, gl. 2. in can. religentes, 23. q. 5.

Decimæ noualium ſpectant tantum ad illum, in cuius Territorio ſunt; ſed ſi noualia fuerint in nullius parochia, poteſt Epiſcopus aſſignare illas Eccleſiæ cui voluerit, gl. nulli, in can. fi. §. fi. 25. q. 2.

Decimarum quarta pertinet ad Epiſcopum, hoc eſt de decimis perceptis ab Eccleſia, recipit quartam de iure communi, non de conſuetudine, gl. decimationum, & ibi add. marg. in cap. conquerente. De officio Ordin. & ibi dd. cap. cum olim, 19. De cenſibus.

Reliqua

Reliqua in verbo , Clericus 70. 71. 72. Collectores. Eccleſia, 56. 57. 119. vſque 129. Nouale. Hoſpitalia.

DECIMAE debentur diuina conſtitutione, gl. 2. in cap. nobis, 24. & in cap. tua, 25. De decim.

22 Decimæ hodie neceſſario ſoluendæ ſunt , quæ lege diuina, & conſuetudine loci debentur , can. in aliquibus, §. fi. eod.

Decimæ, quæ veteri teſtamento debebantur, & in nouo teſtamento debentur etiam hodie , ibid.

Decimæ hodie ſunt in præcepto, ex diſpoſitione legis diuinæ, d. §. fi.

Decimas Deus reſeruauit ſibi in ſignum vniuerſalis dominij , cap. cum non ſit, 33. & ibi gl. 1. eod. quarum rerum vſum conceſſit Dominus clericis, gl. 2. in cap. cauſa, 13. De verb. ſignificat,

Decimæ, intuitu diuini officij tantum ſunt debitæ iure diuino, gl. pe. in cap. pe. eod.

Decimæ tam prædiales, quam perſonales debentur indiſtinctè iure diuino : quota vero, ſeu partis aſſignatio eſt de iure humano, gl. decimarum , in cap. 1. De decimis , lib. 6.

Decimæ & primitiæ ſunt ſub præcepto , can. propter hoc , diſt. 32.

Reliqua in verbo , Clericus , 70. 71.

23 DECIMA beneficiorum alicui conceſſa ſibi debetur ſecundum taxationem, & de moneta currente : nec poſſunt collectores propter hoc diſtrahere , vel occupare ornamenta, libros, vel quæ alia diuinis officiis deputata, clem. ſi beneficiorum. De decimis .

Decima beneficiorum etiam reperitur, nedum aliarum rerum, ibidem .

Decimas beneficiorum ſæpe imponit Papa ſibi , vel aliis ſoluendas, ex cauſa, & ad tempus , gl. ſi beneficiorum, ibid.

ſub Decima beneficiorum ſoluenda non includitur decima redditus, & prouentuum hoſpitalium, xenodochiorum, & aliorum locorum piorum ſimilium , ibid.

ſub Decima beneficiorum ſoluenda comprehenditur etiam decima redditVuum Eccleſiaſticorum deputatorum ad fabricam Eccleſiarum : ſed de eleemoſynis , & oblationibus quæ dantur ad opus fabricæ, non debetur , ibid.

ad Decimam beneficiorum conceſſam tenentur illi qui habent Prioratus, domos, grangias, penſiones vel redditus à monaſteriis vel Eccleſiis in beneficium, vel ex mera gratia : ſed non tenentur illi , qui habent illa ex contractu conductionis ad firmam, vel emptionis fructuum, vel pro mercede, vel pro remuneratione ſui laboris, quo caſu illi, quorum eſt proprietas, illa decimare debebunt , ibid.

Decima beneficiorum conceſſa , debetur etiam decima de minutiſſimis oblationibus, quas recipiunt Eccleſiaſticæ perſonæ, ratione Eccleſiarum pro ſepulturis , & pro dandis pœnitentiis, & de quotidianis diſtributionibus, quæ ſolum dantur intereſſentibus horis , ibid.

24 Decima beneficiorum conceſſa , debetur etiam decima de capellis, vel beneficiis altarium, quia conſtat illa eſſe beneficia Eccleſiaſtica, ibid.

Decima beneficiorum ſæpe in regno Franciæ conceditur , gl. cuius, ibid.

Decima beneficiorum ſolui debet in pecunia, gl. monetam , ibidem .

Decima beneficiorum, in quibuſdam partibus eſt decima taxationis beneficiorum factæ de mandato Papæ , ita vt ſi beneficium ſit taxatum in centum , ſoluet decem tantum : nec plus ſoluet, etiamſi valeret mille : nec minus , etiamſi valeret tantum quinquaginta , gl. taxationem , in clem. religioſi. De decimis

Decima beneficiorum in multis partibus , in quibus nulla eſt taxatio beneficiorum , ſolui debet prout plus vel minus recipit beneficiatus : & ſic ſecundum quantitatem fructuum plus vel minus ſoluitur , ibid.

In Decima beneficiorum ſoluenda deducuntur expenſæ factæ pro fructibus , & ſine quibus fructus haberi non poterant, quod non eſt in communibus decimis , ibid.

Decimam beneficiorum collector non poteſt facere ſoluere in alia moneta , quam in currenti , in illis partibus: quod ſi duæ monetæ currant , ſoluentis erit electio , gl. currentem , ibid.

Decimam beneficiorum non ſoluentes cogi non debent per ſæculare brachium , niſi non ſoluentium tanta fuerit rebellio , quod propter Eccleſiaſticæ cenſuræ contemptum inuocandum ſit contra eos brachium ſæculare , gl. fi. ibid.

Decimarum beneficiorum collectores non debent valuas monaſteriorum per violentias frangere : nec poſſunt ornamenta Eccleſiarum pro decimis exportare , gl. exportantur , in clem. ad noſtrum. De cenſibus.

à Decima Papæ ſunt liberi omnes illi fructus , qui ſpectant ad locum , qui non cadit in nomen beneficii : vt quia in vſus quotidianos miſerabilium perſonarum debent expendi , gl. ſolent , in extrauag. ſuſcepti. Ioann. 22.

à Decima Papæ ſunt liberi fructus , qui dantur pro diſtributionibus quotidianis , vel pro quibus non poſſet exigi canonica portio , ibid.

Decimarum beneficialium collectores habent compulſionem ad eas exigendas , gl. collectores , in extrauag. ſuſcepti . Ne ſede vacante , inter comm. 25

Decimam beneficiorum , pro Eccleſiæ Romanæ neceſſitatibus , ac pro perſecutione guerræ contra hoſtes . poteſt Papa exigere de Eccleſiis , & Eccleſiaſticis perſonis , extrauag. 1. De decimis , inter commun.

Decima non debet ſolui de redditibus & prouentibus leproſoriarum domorum Dei , & hoſpitalium pauperum , qui in vſus leproſorum , infirmorum , & pauperum conuertuntur , ibid.

Decimam non tenentur ſoluere moniales , & aliæ regulares perſonæ , quarum redditus adeo ſunt tenues , quod de illis non poſſunt ſuſtentari : ſed pro habendo vitæ ſuſtentationem neceſſe habent publice mendicari , ibid.

Decimam non tenentur præſtare clerici ſæculares , quorum Eccleſiaſtici redditus annui non excedunt ſummam ſeptem florenorum auri : habens tamen plura beneficia , quorum vnum per ſe acceptum , dictam ſummam ſeptem florenorum non attingit , ſimul tamen collecti , ſummam prædictam excedant , de omnibus & ſingulis decimam tenentur perſoluere , ibid.

Decima non debet exigi de pitanciis Monachorum , nec de his quæ relinquuntur Eccleſiis , vt ex eis perpetui emantur redditus , nec de xeniis liberaliter factis Prælatis , & aliis Eccleſiaſticis perſonis , ib.

Decima non debet ſolui de ſyluis & nemoribus , quæ non conſueuerunt vendi , niſi aliquid de illis venditum fuerit durante decima , ibid.

Decima debet ſolui de furnis & molendinis : item de oblationibus ſiue nubentium , ſiue pro exequiis mortuorum, & de emendis quæ ab excommunicatis recipiuntur : item de legatis relictis , non intuitu perſonarum , ſed ratione Eccleſiarum & officiorum , ibidem. 26

pro Decima beneficiorum exigenda, poteſt fieri compulſio per cenſuras Eccleſiaſticas, prout illi , cui hoc commiſſum eſt , viſum fuerit expedire , & proferatur excommunicatio generaliter vel ſpecialiter in eos, qui contra ſolutionem decimæ, vel ſuorum prouentuum æſtimationem , fraudem fecerit , ibidem .

Decimæ ſolutio debet fieri non ex ipſis rebus, quæ percipiuntur de ipſis prouentibus , ſed in pecunia numerata, ibid.

Decima debet ſolui illis, qui ad hoc fuerint deputati , ibid.

in Decimæ ſolutione rector parochialis poterit deducere ſalarium , quod dat vni vel duobus , aut pluribus capellanis , quos conducit, eo quod propter multitudinem parochianorum, ipſe reſidendo perſonaliter in eadem Eccleſia ſolus non ſufficit ipſi curæ, ibid.

Decimam debet ſoluere quis, de unoquoque beneficio in ciuitate, vel diœceſi, in qua illud fuerit , ibidem .

Decima non debet ſolui de oblationibus , ſeu eleemoſynis datis ad opus fabricæ, ibid.

Decima non debet ſolui de oblationibus, quæ colliguntur interdum per laicos, qui conſortiales dicuntur : interdum per clericos, quæ ad opus conſortii reducuntur , & offeruntur , ut luminaria in Eccleſia , cruces, & calices fiant, & reparentur, & etiam ex illis ſubueniatur pauperibus , & ſepeliantur corpora pauperum defunctorum , ibid.

Decimam perſoluere tenentur Prælati, & clerici exules , cuiuſcumque conditionis, aut dignitatis exiſtant , de ſuis prouentibus Eccleſiaſticis , ibid. 27

de Decima non deducuntur expenſæ factæ pro foſſatis, & pro terris, vt vberiores fructus producant, nec quæ fiunt in reparandis & conſeruandis ædificiis molendinariorum, domorum, apothecarum, ibidem.

Decima debet ſolui de diſtributionibus quotidianis , quæ dantur in horis canonicis, præſentibus, ibid.

ad Decimæ collectionem deputati cum illis qui debent ſoluere decimam, non poſſunt conuenire de aliqua certa ſumma perſoluenda pro decima, ibid.

Decima debet ſolui de fructibus arborum, & hortorum , ibid.

Decima ſolui debet de his quæ uſu , & eſu animalium conſumuntur , ſi ſint Eccleſiarum , deductis expenſis neceſſariis , quæ fiunt pro cuſtodia : ſecus ſi ſint perſonarum , ibid.

Decima ſuper emolumentis officiorum Romanæ curiæ pro bello contra Turcas , fuit impoſita à Pio ſecundo , extrauag. quoniam, Pij ſecundi.

Decimæ ſex fuerunt impoſitæ ſuper fructibus & penſionibus beneficiorum totius Italiæ , præterquam dominii Venetorum , pro præſidio contra Turcas : & ad id deputati fuerunt collectores, & eis conceſſæ fuerunt facultates ad eas, extrauag. Chriſtiana Reſpublica , Pij quinti.

Decimas impoſitas pro præſidio contra Turcas non ſoluentes variis pœnis puniuntur , ibid.

Decimæ & aliarum impoſitiones reuocantur , reg. reuocatio decimarum, ſubſidiorum & impoſitionum , in reg. Cancell.

Decimas hodie non poſſunt Epiſcopi concedere laicis in feudum , cap. cauſam quæ . De præſcript. 28

Decimarum ius , cum ſit ſpirituale , non cadit in laicum ,ibid. & ideo in illis præſcriptio non currit , gl. fin. in cap. ſi diligenti, eodem.

Decimarum priuilegium reges non poſſunt concedere, gl. 2. in cap. pe. eod.

Decimas quas habent laici ab antiquo ab Eccleſia, poſſunt donare

nare

naſe ipſi Eccleſiæ de conſenſu Epiſcopi, cap. cum Apoſtolica. De his quæ fiunt à Prælat.

Decimæ licet fuerint conceſſæ laicis in feudum, nihilominus dicuntur ab eis male detineri, ibid.

Decimas poſſidere non poſſunt laici: toleratur tamen Eccleſia eas, quas antiquitus habuerunt in feudum, gl. tenetur, ibid.

Decimas quas detinet quis ſine aliquo titulo, tenetur eas reſtituere Eccleſiæ, ad quam ſpectat, ibid.

Decimas ſine titulo detinens laicus peccat mortaliter: & tenetur reſtituere illas, d. cap. cum Apoſtolica, & ibi gl. monendos.

Decima laico iure hæreditario concedi non poteſt, cap. ad hæc. De decimis.

Decimæ & oblationes Eccleſiæ, laicis concedi non poſſunt: & Prælatus contra faciens eſt puniendus, cap. quamuis, 17. eodem.

Decimæ non poſſunt poſſideri à laicis, nec in eos cadere poſſunt, ſicut nec ius eligendi, gl. 2. in cap. quamuis, eod.

Decimarum fructus poſſunt laicis concedi ex cauſa, ad tempus vitæ ſuæ: ſed non in feudum, ibid.

29 Decimas percipiendi ius, quod eſt mere ſpirituale, non poteſt laicis in feudum dari, vel concedi ad tempus vitæ ſuæ, ibid.

Decimæ hodie non poſſunt dari in feudum, cap. à nobis, 24. eodem.

Decimas qui non poteſt de iure poſſidere, minus poterit illas concedere, gl. 2. in cap. tua nos, 25. De decimis.

Decimæ noualium non pertinent ad laicum, qui habet decimas in feudum, d. cap. tua nos, §. nec occaſione, & ibi gl. fin.

Decimas & Eccleſias non poſſunt laici, etiamſi ſint reges, donare: nec ex eorum titulo præſtatur cauſa præſcribendi, cap. dudum, 31. eod.

Decimæ à laicis detentæ non debent recipi in pignus ab alio, quàm ab eo, ad quem de iure ſpectant, cap. ſi. & ibi gl. 1. eodem.

in Decimis nouis non habet locum ſucceſſio, ſed in decimis quæ ab antiquo ſunt conceſſæ in feudum, ſuccedunt hæredes, gl. 3. ibidem.

Decimas, & ſpiritualia, interdum de facto poſſident laici, gl. 1. in reg. ſine poſſeſſione. De regul. iur. lib. 6.

Decimarum perceptio quandoque conceditur regibus, vel aliis, gl. decimæ, in extrauag. ſuſcepti, Ioann. 22.

Decimæ, hoc eſt res ipſæ poſſunt dari in feudum: ſed non tranſibunt ad hæredem: vnde ſecundum quod feudum propriè accipitur, non poſſunt dari in feudum, gl. pen. in can. peruenit, 1. q. 3.

30 Decimæ ſi dentur laicis in feudum, & aliqua noualia creſcunt: decimæ noualium non accreſcunt eis, ſed Eccleſiis, ibid.

Decimæ poſſunt laicis concedi ad tempus, ſed non in perpetuum, gl. 1. in can. quia Sacerdotes, 10. q. 1.

Decimarum fructus poſſunt concedi laicis ad tempus & uſque ad finem vitæ ipſorum, gl. non licere, in can. ſi. 16. q. 1.

Decimarum licet non fuerit capax laicus, tamen facit locum capaci, gl. Epiſcopo, ibid.

Decimas, ſeu primitias ſiue cum titulo, ſiue ſine titulo ſi poſſederit laicus, nullo temporis præſcriptione tutus eſſe poterit, can. pe. § quas actiones, 16. q. 3.

in Decimis & primitiis nullum ius habet laicus, nec habere poteſt, gl. decimationum, in d. can. pe. §. pe.

Decimæ nullius cuiuſquam priuilegio laicis concedi poſſunt, ne diuinis mandatis authoritas humana præiudicium inferat, d. §. pen.

Decimas & Eccleſias poſſidere non poſſunt laici, Epiſcoporum vel ſua authoritate, in ſumma, & ibi gl. 1. & can. 1. 16. q. 7.

Decimas & Eccleſias ſi dederint Epiſcopi laicis beneficio, vel pretio, domum orationis faciunt domum negotiationis, & ſpeluncam latronum, vnde æterno verbere à Deo flagellabuntur, ibid.

Decimas malè à laicis poſſeſſas, cum conſenſu Epiſcopi poſſunt Monachi recipere de manu ipſorum laicorum: & eas tenere, can. inuentum, §. ſi. & can. ſeq. 16. q. 7.

Decimæ veteres licet ſint conceſſæ non laicis, non ideo videntur conceſſæ nouæ, gl. ſi. in can. cognouimus, 12. q. 2.

Reliqua in verbo, Laicus, 12. 13. 14 vſque 20.
Priuilegium, 8. 9. 10. 18. 19. 24.
Religioſi, 32. 33.

31 DECIMAE in parochia alterius præſcribi non poſſunt, ne fines parochiarum, vel Epiſcopatuum confundantur, cap. cum ſint. 28. De decimis.

in Decimis perſoluendis conſuetudo attenditur, ſi illa fuerit præſcripta, gl. pe. ibid.

Decimæ quæ ſunt intrà limites alterius Epiſcopatus non adhærentes limiti, bene poſſunt præſcribi: dummodo præſcribentes habuerint titulum, ex quo habent cauſam præſcribendi, gl. ſi. ibid.

Decimæ in limite Epiſcopatus alterius poſitæ, & limiti adhærentes, non poſſunt præſcribi: & idem dicendum eſt in limite alterius parochiæ, ibid.

Decimas qui præſcripſit in aliena parochia, non cenſetur præſcripſiſſe decimas noualium, quæ poſtea inſurgunt, & ita non habebit decimas noualium, cap. cum contingat, 29. eod.

Decima omnium fructuum vnius prædij, debetur ei qui decimas præſcripſit ibi: ſed ad aliud prædium præſcriptio non extenditur, cap. cum in tua, eod.

Decimas præſcribere non poſſunt Monachi Ciſtercienſes, & alij Monachi non habentes populum, nec hoſpitalarij, nec templarij, niſi oſtenderint titulum, qui eis daret iuſtam cauſam præſcribendi, gl. pe. in cap. pe. eod.

Decimæ præſcribuntur ſpatio 40 annorum, etiam contra Eccleſiam, cap. accedentibus. De priuileg.

Decimas licet quis præſcripſerit, non videtur præſcripſiſſe noualia poſtea inſurgentia, gl. 1. in reg. odia. De regul. iuris, lib. 6.

Decimas non ſoluendi ius, à clerico nomine Eccleſiæ ſuæ poteſt præſcribi, ut contra Epiſcopum, gl. triennalis, in ſumma, 13. q. u

Decimarum præſcriptio licet non ſit continua, tamen cauſa percipiendi (hoc eſt præceptum domini, quod perpetuum & continuum eſt) eſt perpetua & naturalis, vel ipſum ius percipiendi eſt continuum, quod ſufficit ad præſcriptionem illarum, ibid

Decimæ præſcribi poſſunt, etiamſi dicantur illa eſſe tributa, gl. 1. in can. decimæ, 16. q. 1.

Decimas, ſicut non poteſt laicus præſcribere, ſic nec in quantitate, gl. 2. in can. quicumque, 16. q. 7.

in Decimæ quantitate licet non currat præſcriptio, tamen currit in quantitate cathedratici, ibid.

in Decimis clericus poteſt præſcribere, ſed non in cathedratico, ibid.

Reliqua in verbo, Laicus. 15. 16 Eccleſia,
119 120 121.

DECIMAS retinet quis ſibi, ſi habeat priuilegium exemptionis à præſtatione ipſarum, vel ſi habeat decimas in feudum ab antiquo, gl. ſi. in cap. à nobis. De decimis. 32

à Decimarum præſtatione eximere non poteſt aliquem imperialis conceſſio, ſub quacumque forma facta, cap. tua, 26. eodem

ſuper Decimis, quas quis poſſidebat iure ſuo, ſi aliquis impetrauerit priuilegium, non faciens mentionem de poſſeſſione alterius, non valet: quia abſorbet ius alterius, gl. 1. in cap. dudum. De priuileg.

Decimæ in feudum receptæ per laicos ante Lateranenſe Concilium à religioſis, & per eos recognitæ in feudum non poſſunt ipſis religioſis concedi, ſine diœceſanorum conſenſu, cap. 2 § fine. De decimis, lib. 6.

Decimas concedere in feudum laicis, poſt Concilium Lateranenſe eſt prohibitum, ibid.

Decimæ nouales non accreſcunt laicis habentibus decimas in feudum, gl. 1 in reg. odia. De regul. iur. lib. 6.

ad Decimarum præſtationem tenentur omnes laici, niſi doceant ſe priuilegiatos, gl. tenentur, in clem. diſpendioſam. De iudiciis.

Decimas dare quilibet tenentur, niſi oſtendat ſe exemptum eſſe, & ſecundum hodierna iura, etiam Ciſtercienſes, & alij regulares tenentur dare decimam de omnibus prædijs ſuis, quę de nouo acquirunt, ſiue propriis manibus illa colant, ſiue non, gl. de his, in can. cunctis, 16. q. 1.

Decimas dare non tenentur clerici de prædiis Eccleſiæ, ſed bene de propriis prædiis, ibid.

à Decimis non ſunt exempti leproſi, niſi tantummodo in hortis, & in animalibus ſuis. ibid.

Decimas de proprijs laboribus, ſeu nutrimentis non tenentur ſoluere Monachi, & clerici communiter viuentes, can. decimas, 16. q. 1.

Reliqua in verbo, Laicus, 27.

DECIMATIO poſſeſſionum, reſpectu fructuum ad dominum pertinentium, non excludit decimationem reſpectu partis fructuum, cap. veniens. De tranſact.

DECIMABILES non ſunt omnes fructus, gl. in illis, in extrauag. ſuſcepti. Ne ſede vacante, inter commun.

Decimabiles fructus recte poſſunt dari laico, ſed ipſum ius decimale non poteſt dari: nam aliud eſt ius, aliud vero ipſa res, gl. pe. in can. peruenit, 1. q. 3.

Decimandi ius ſpirituale eſt, & ideo non recipit æſtimationem, gl. pe. in cap. ſi. De rerum permut.

ſuper Decimandi modo licite poſſunt fieri compoſitiones; non tamen quod in totum non debeantur, gl. compoſitiones, in clem. ad noſtram. De cenſib.

Decimandi ius ſpirituale non habent leproſi, & templarij: ſed tantum ſunt liberi à præſtatione decimarum: nam ſi prædium, de quo ipſi non præſtant decimas, deuoluitur ad Eccleſiam, vel ad priuatum, ſtatim Eccleſia vtitur iure ſuo, & priuatus ſoluit decimas, gl. decimationum, in can. pe. §. pe. 16. q. 3.

Reliqua in verbo, Leproſi.

DECISIO caſus ex noua cauſa ubi ſit in primo gradu, eadem cauſa deciduntur caſus occurrentes in ſecundo, cæteris gradibus ſequentibus, cap. ſi beneficia, 20. De præbend. lib. 6.

ad Deciſionem dubij probandam ſuffiet validare deciſionem duplici argomento, vel ratione, cap. ex eo, 32. De electione. lib. 6.

Deciſa & ordinata rationabiliter non expedit mutari, can. 2. 35. q. 9.

Deciſa & ordinata utiliter à prædeceſſoribus debent à ſucceſſoribus roborari, can. loci noſtri, 35. q. 9.

Deciſus caſus per conſtitutionem Papæ, non eſt amplius deducendus in dubium, cap. 1. De tenuoc.

Reliqua in verbo, Authoritas. Cognitionem. Commiſſio. Commiſſa. Deſinitum. Cauſa, 4.

DECLARANS non dicitur aliquid de nouo facere, in princip. procemij, lib. 6.

Declarare verbum non facit ius nouum, ſed vetus declarat, gl. declaramus, in cap. quia ſæpe. De præbend. lib. 6. clem. ſi Romanus, & ibi gl. pe. De præbend.

Declaramus verbum, & verbum *ſtatuimus* ſuper eodem diſpoſito ſe compatiuntur, & ſic verbum *ſtatuimus* non facit ſemper diſpoſitionem noui iuris; ſicut è conuerſo, verbum *declaramus* ſemper non denotat declarationem iuris antiqui, cap. 1. De clerico ægrotante, lib. 6.

Declaramus, ſtatuimus & ordinamus, differunt inter ſe clem. exiui, §. nos volentes. & ibi gl. demum. De verb. ſignific.

Declaratio dubiorum literarum Apoſtolicarum ſpectat ad Papam, cap. quia ſæpe. De præbend. lib. 6

Declarationis effectus eſt, quòd tollit dubium, quod erat in diſpoſitione præcedenti: & ſic declarans nihil addit, cap. conſtitutionem. De ſententia excommunic. lib. 6.

Reliqua in verbo, Nouum. Cenſemus. Exponens.

DECLINARE Iudicium ſui Epiſcopi non poteſt quis ſine cauſa, vel confugere ad Metropolitanum prætermiſſo Epiſcopo, cap. ſcitote, 6. q. 3.

Reliqua in verbo, Exceptio. 16. uſque 20.

DECOCTORES obtinentes alternatiuas, ſeu dilationes, debent deferre birretum viride, extrauag. poſtquam eo. Pij 5.

Decoctores fraudulenti non debent admitti ad ceſſionem bonorum: ſed ultimo ſupplicio plecti debent, ibid.

Reliqua in verbo, Debitum. a Ceſſio.

DECRETVM ipſo iure eſt nullum, quod eſt datum de ea re, quæ adhuc in controuerſia non eſt, gl. ad futuras, in cap. ſi. De reſcript.

Decreti appellatione comprehenditur etiam conſtitutio generalis, cap. quam ſit. De elect. lib. 6.

Decretum Papæ afficit ignorantes, cap. ſi eo tempore, 53. eod. & cap. 1. §. dicebat. De conceſſ. præbend. lib. 6. gl. attentari, in clem. 1. De conceſſ. præbend.

Decretum Papæ ligat etiam ignorantes, vt geſtum contra illud ſit nullum ipſo iure, cap. pe. & ibi gl. pe. in add. De præbend. lib. 6.

Decretum emanans ſuper re incerta, non imprimit vires ſuas, cap. 1. § ex parte. De conceſſ. præb. lib. 6.

Decretum irritans vbi non apponitur, ſæpe locum habet regula, *multa fieri prohibentur, facta tamen tenent*, gl. reſcriptum, ibidem.

Decretum irritans contra factum ligat ſtatim, niſi ex voluntate concedentis decretum aliud appareat, ibid.

Decreti appellatione poteſt comprehendi etiam ius commune, cap. 2. eod. & cap. Epiſcoporum. De priuileg. lib. 6.

Decretum Papæ appoſitum in literis afficit manus ordinarij collatoris, cap. ſi ſoli 6. §. niſi nos, De conceſſ. præbend. lib. 6.

Decretum Iudicis in alienationibus rerum Eccleſiaſticarum, eſt ſententia, qua iudex contractum futurum iuſtum fore decernit, authoritatem ſuam interponendo, vel aliquem in poſſeſſionem mittendo, vel mittendum declarando: & interponitur ante contractum, gl. tractatus, in cap. 1. De rebus Eccleſiæ non alienan. lib. 6.

Decreti clauſula irritat contra factum: quod verum eſt: etiamſi contra fiat ignorantes, clem. 2. & ibi gl. attentari. De conceſſ. præbend.

Decretum appoſitum in gratia conditionali non afficit ante conditionis euentum: & ſic decretum regulatur ſecundum naturam gratiæ principalis, ibidem.

Decreti clauſula appoſita diſpoſitioni conditionali, effectum habet ante conditionis exiſtentiam, d. clem. 2.

Decretum principis irritans factum in contrarium, reddit illud nullum, nec eſt opus irritatione, extrauag. Eccleſiæ, & ibi gl. decernentes, & gl. irritum. Ioann. 22.

Decretum dicitur, quod Papa ſtatuit de conſilio Cardinalium ſuorum ad nullius conſultationem. gl. 1. in ſumma, diſt. 3.

Decreta Romanorum Pontificum habent vim perpetuam canonum, etiamſi in libris canonum non ſint ſcripta, can. ſi Romanorum, diſt. 19

Decreta Romanorum Pontificum non habentes nec obſeruantes ſunt corrigendi, can. ſi decreta, diſt. 20.

Decreta quandoque inſeruntur quædam, quæ non faciunt ad propoſitum principale, gl. multa, in can. ieiunium quarti, diſt. 76.

Decreta Apoſtolicæ ſedis temperari debent pro temporum neceſſitate, can. neceſſaria, 1. q. 7.

Decretum Gratiani fuit compoſitum & editum, docente Iacobo Bononienſi in legibus, & Alexandro in Theologia, qui fuit poſtea Papa Alexander tertius, & fuit anno 1150 gl. milleſimo, in can. poſt appellationem, §. ſi quis, 2. q. 6.

Decreta ſanctorum canonum nemo magis quam Apoſtolicus ſeruare debet in ſumma, 25. q. 1.

Decreta Apoſtolicæ inſtitutionis nulla præſumptione violari debent, can. inſtitutionis, 25. q. 2.

Reliqua in verbo, Papa. 9. 15. & per totum.

DECRETALES Gregorij noni ab omnibus recipi debent, in princip. procemij Decretalium.

Decretalium compilationem omnes debent obſeruare, gl. Bononiæ, ibid.

Decretales ideo dirigentur ſcholaribus commorantibus Bononiæ, potiùs quàm alibi commorantibus, licet ipſi etiam teneantur eas obſeruare, quia Bononiæ eſt ſtudium communius, & generalibus præcipuè in utroque iure, ibid.

Decretalis epiſtola eſt, quando reſpondet ad conſultationem, gl. conſtitutiones, §. ſane, in procemio Decretal.

in Decretalium compilatione nullum contrarium reperiri debet, gl. contrarietatem, in §. ſane, in procem. Decretal.

Decretales Gregorij noni continent ius commune & vt vti debent in ſcholis & in iudicijs, § ſi & ibi gl. ſi. in procem. Decret.

Decretales omnes emanatæ ante compilationem Decretalium, quæ non ſunt inſertæ in ea, reſecatæ ſunt, vel tanquam ſuperfluæ, vel tanquam contrariæ, ibid.

Decretalibus emanatis ante compilationem, & in ea non inſertis, ſi quis velit vti, & illas legere, debet excommunicari; cum faciat contra mandatum principis, ibid.

de Decretali extrauaganti, in iudicijs probabiliter dubitari poteſt, d. §. ſi. & §. ſane, in procem. lib. 6.

Decretalis, *quia propter* habet locum in electionibus Epiſcoporum & inferiorum Prælatorum, qui præſunt collegio, & per quorum mortem Eccleſia dicitur viduata, in alijs non, gl. 1. in cap. ſicut cum 22. De electione, lib. 6

Decretalis *licet canon* non habet locum in collegiatis parochialibus Eccleſijs, & aſſumptis ad ipſarum regimen, cap. ſtatutum. 22. eod.

Decretalis *licet canon* habet locum qualitercumque ſit prouiſum de parochiali Eccleſia, ſiue per viam electionis, prouiſionis, vel præſentationis; nam verbum illud *aſſumuntur*, congruit cuilibet modo, per quem ſit prouiſio, ibid.

Decretalis *cupientes*, requirit non ſolum quod electus veniat ad Apoſtolicam, ſed quod vſque ad finem negotium proſequatur; & habet locum etiam cum appellatur à confirmatione, vel prouiſione, cap. ſi poſtquam, 33. §. ſi vero electus, eod.

Decretalis *vt circa*, ſolum in appellationibus extraiudicialibus locum habet: in iudicialibus autem antiqua iura ſeruanda ſunt, cap. conſtitutio, 41. eodem.

Decretales debent congruere titulis, clem. ſæpe, De verb. ſignific.

Decretales Epiſtolæ dicuntur, quas ſtatuit Papa ſolus, vel cum Cardinalibus ad conſultationem alicuius, gl. 1. in ſumma, diſt. 3.

Decretales Epiſtolæ, quas beatiſſimi Papæ, diuerſis temporibus ab vrbe Romana, pro diuerſorum patrum conſultatione dederunt, ſunt ſeruandæ, etiamſi inter canones non habeantur, can. ſi Romanorum. diſt. 19.

Decretales Epiſtolæ connumerantur inter canonicas ſcripturas, can. in canonicis, diſt. 19.

Reliqua in verbo, Canones. Conſtitutiones, Statuta. Epiſtola. Extrauagantes.

DECVRIONEM non facit ſola perceptio ſalarij, gl. receperunt, in cap. cum M. Ferrarienſis. De conſtitut.

Decurionem legitime non creatum, ſi quis velit dicere, non auditur, niſi intra legitimum tempus contradicat, gl. grauatum, in cap. concertationi. De appellat. lib. 6

Decurionatus dicitur dignitas, gl. maioris, in cap. ſedes Apoſtolica, 15. De reſcript.

Reliqua in verbo, Minor. 16.

DEFECTVS aliquis licet fuerit in conferendo ſacramento, non tamen reiteratur quod legitime factum eſt, ſed ſuppletur defectus, cap. ſi. De ſacrament. non reiterand

Defectum pati in ætate maius eſt quàm pati defectum in ordinibus, gl. 1. in cap. 1. De ætat. & qualitat. lib. 6.

Defectus ſuppletio per principem, in ſententia, vel contractu, refertur ad effectus iure poſitiuo inductos, non autem refertur ad effectus naturales, vel à iure naturali inductos, clem. paſtoralis, §. cæterum. De re iudic.

Digitized by Google

Defectus omnes quos patimur, ſurrexerunt ex defectu primi parentis, can. ad eius, in fi. diſt. 5.

Defectus vnius, quòd per alium ſuppleatur, iura prouident. can. ſcripſit, & can. pontifices, 7. q. 1.

Defectum inferioris, id eſt Metropolitani, ſupplet ſuperior, ideſt Papa, can. 2. 8. q. 3.

Defectus in genere, quando petitur ſuppleri, literæ non ſunt concedendæ, niſi in petitione defectus exprimatur, vel perficiat vt petitur, ſupplicatio fuerit ſignata, reg. De ſupplend. defectibus, in regul. Cancell.

Reliqua in verbo, Supplere. Ætas. 2.

DEFENDERE me qui debet, non debet me impugnare, gl. 2. in cap. fi. De conſtit. & cap. 1. & ibi gl. ti. De natis ex liber. ventu.

Defendere verbum, ponitur quandoque pro agere, gl. 1. in cap. pe. De re iudic.

Defendere ſe, & violentiam repellere licitum eſt: ſed viciſci non licet, gl. 1. in cap. pe. De clerico percuſſor.

Defendere ſe cuilibet licet, ſeruato moderamine inculpatæ tutelæ, gl. interemtem, in cap. 3. De ſententia excommunicat.

Defendere alium qui poteſt, debet ſaltem clamare, & ſi non defendat, peccat, gl. 2. in cap. quanta, 47. eodem.

Defendere proximum ſuum tenetur quilibet, ab iniuria ei illata, cap. dilecto. De ſententia excommunicat. lib. 6.

Defendere negligens proximum ſuum iniuriarum videtur eſſe particeps criminis, & fouere ipſum iniuriantem, ibid.

Defendere licitum eſt non ſolum perſonam, ſed etiam bona, gl. bonis, ibid.

Defendere vicinum ſuum, vel amicum ſuum quilibet tenetur: & multo fortius ſeipſum, gl. vicino, ibidem.

Defendere ſe quocumque modo licitum eſt, dummodo corporalis læſio non inferatur, ibid.

Defendere aliquem qui tenetur contra alios, multo fortius contra ſe, gl. fi. in can. nulli. diſt. 19. gl. maxime, in can. canonibus, 16. q. 1.

Defendere aliquem facto licet alicui, quod verbo non licet, gl. factis, in can. primum, 22. q. 2.

Defendere debet quilibet ſalutem hominum corporalem dummodo hoc faciat ſine mendacio, vel peccato, can. faciat, 22. q. 2.

Defendere tenetur quilibet ius ſuum, gl. 1. in can. Maximianus, 23. q. 3.

Defendere alium cuilibet licet, ſi vult: vnde recte poteſt quis recipere pecuniam pro defenſione alicuius, nec tenetur eam reſtituere, gl. 2. in can. non inferenda, 23. q. 3.

Defendere dominum ſuum vel ſocium non licet alicui, ſed tantum ſeipſum licet, gl. 1. in can. cum à Iudæis, 23. q. 8.

DEFENSIO eadem competit ſeruo, quæ competit libero, gl. 1, in cap. cum inter. De exceptio.

Defenſionibus pluribus vti nemo prohibetur, cap. cum parati, 19. De appellatio.

Defenſionis licitæ modum excedens, tenetur de homicidio ſequuto, cum aliter poſſet euadere, cap. ſuſcepimus, & ibi gl. 1. De homicid.

Defenſio debet fieri cum moderamine inculpatæ tutelæ, cap. ſignificaſti, eod.

ad Defenſionis ſubſidium inuentum non debet retorqueri in depreſſionis diſpendium, cap. in quibuſdam, De pœnis.

Defenſionis modum excedenti, conſideratis circumſtantijs, arbitraria pœnitentia eſt iniungenda, cap. 3. De pœnitent. & remiſſ.

Defenſionis appellatione non comprehenditur exceptio peremptoria, cap. 1. De litis conteſt. l. 6.

Defenſio aliud eſt, & aliud exceptio peremptoria, d. cap. 1. & ibi gl. 2.

Defenſio omnis non concernit cognitionem principalis negotij, ſed tantum illa, quæ perimit principale intentum agentis, ibid.

Defenſiones proprie dicuntur, quæ ipſo iure actiones tollunt; vt ſolutio & acceptilatio: item renunciatio poteſt dici defenſio, gl. 2. ibid.

Defenſionem tollere vt non intenduntur iura, ita nec volunt auferri inſtrumenta defenſioni neceſſaria, cap. 1. verſ. illum. De reſtit. ſpoliat. lib. 6.

Defenſio & repulſio violentiæ eſt permiſſa etiam cum violentia, per omnes leges, cap. dilecto. De ſententia excommunicat. lib. 6.

pro Defenſione bonorum patrimonialium poteſt Prælatus Eccleſiæ vti iuriſdictione ſpirituali contra ipſum moleſtantem, ibid.

pro Defenſione bonorum non licet ſic ſæuire, ſicut pro defenſione perſonæ, gl. 1. ibid.

Defenſione duplici poteſt quis vti, dum modo non ſint contrariæ, ſed ſibi ſint mutuum ſubſidium præſtantes, gl. vtrumque, ibid.

Defenſio eſt iuris naturalis, can. ius naturale, diſt. 1.

Defenſio cuilibet etiam clerico eſt permiſſa, gl. fugiens, in ſumma, 23. q. 3.

Defenſionem poſtulare poſſunt Catholici aduerſus hæreticos Eccleſiam Dei perſequentes, can. noſtri, 23. q. 3.

pro Defenſione Chriſtianorum, ac fidei veritate moriens cœleſte regnum conſequetur à Deo in præmium, can. omni timore, 23. q. 8.

DEFENSOR alicuius abſentis, id facere debet, quod dominus in lite faceret, & cauere idonee, id eſt, iudicatum ſolui: & appellare tenetur, ſi contra ipſum pronuncietur, gl. fi. in cap. fi. De eo qui mittitur in poſſeſſ.

Defenſores dicuntur aduocati ſeu procuratores, gl. 1. in cap. ſi quis presbyterorum. De rebus Eccleſiæ non alien.

Defenſor ciuitatis poteſt de cauſis inferiorum, pretermiſſis magiſtratibus municipalibus, cognoſcere, gl. canonica, in cap. 1. De officio Ordin. l. 6.

Defenſor ſeu authorizator delicti grauius punitur quam agens, gl. defenſauerit, in clem. 1. De pœnis.

Defenſor dicitur etiam ille, qui poſt delictum defendit; putà impediendo ne delinquens ad manus iudicis veniat examinandus, vel puniendus, vel ne fiat executio: & talis fautor tenetur in caſu, d. clem. 1. ibidem

ſine Defenſoribus nihil poteſt attentari in præiudicium Eccleſiæ gl. defenſorum, in extrauag. execrabilis. Ioann. 22.

Defenſor idoneus nemo poteſt eſſe ſine ſatisdatione, in aliena re, gl. litem, in can. non ſolent, 4. q. 6.

Defenſor ciuitatis eligi debet de ipſa ciuitate, gl. fi. in can. ſi quis ſuadente, §. fi. 17. q. 4.

Defendens ſocios à latronibus eſt plenus iuſtitia, can. fortitudo, 23. q. 3.

Defendentes ſchiſmaticos, vel adhærentes, pari pœna puniuntur, can. in nomine Domini, diſt. 23.

Defendens aliquem delinquentem ne lædatur à priuato, nedum tertio, ſed illo offenſo, vel eius conſanguineis vendicare volentibus, non punitur; cum illa ſit iniuria, ad quam etiam propulſandam à ſocio tenetur quis, gl. defenſauerit, in clem. 1. De pœnis.

Defendens ſe ex propoſito, ſi non excedat modum, non tenetur: nec dicitur excommunicatus, qui excedendo modum non ex propoſito repercutit clericum, gl. tutelæ, in cap. ſignificaſti. De homic.

Reliqua in verbo. Afferens. Clericus, 125. vſque 129. Conſentiens. Conſeruatores. Vis. Eccleſia, 12. Experiri. Laicus.

DEFINIRE, vel determinare non licet alicui, quod canon non definit, vel determinat: intelligo non licere iniuſte, & male contra rationem & contra canonem, gl. 2. in can. ſi. 31. q. 1.

Definimus verbum inducit ius nouum, clem. 1. De ſequeſtr. poſſeſſ. & fruct.

DEFINITIO vera debet eſſe conuertibilis cum ſuo deffinito, gl. 1. verſ. ſed non, in rub. De ſumma Trinitat.

Reliqua in verbo, Auditor. Cognitionem.

DEFINITVM quod non eſt à ſanctis patribus, nec nos definire debemus: & quod Apoſtolus non definiuit, nec nos debemus definire, gl. 1. in cap. cum ſint, 18. De decimis, gl. ſuperſtitioſis, in cap. inter corporalia, §. ſed neque. De translat. Epiſcopor.

Deffinita & decreta rationabiliter in nullo debent violari, can. cum pie. 25. q. 2.

Reliqua in verbo, Deciſio, Diffiniri.

DEFORMITAS impedit ordinandum, cum ſuſpendat ordinatum, & hoc melius poteſt perpendi, quàm ſtatuto aliquo poſſit exprimi, gl. fi. in cap. 2. De clerico ægrotante.

Deformes quemadmodum ſunt homines in corporibus, ita ſunt difformes in animis, cap. quia diverſitatem. De conceſſ. præbend.

Reliqua in verbo, Ordo, 40. 41. Vitiatus. Corpus, 1. 3.

DEFVNCTORVM vota adimpleri debent, cap. ſi hæredes, 6. De teſtam.

Defuncti corpus poteſt largo modo vindicari ab Eccleſia, vbi de iure debeat ſepeliri, & reſtituendum eſt corpus cum omnibus oblationibus ibi factis, cap. 3. De ſepultur.

ex Defuncti maleficio tenetur hæredes, licet ex maleficio nihil ad eos peruenit, cap. fi. De ſepultur.

Defunctis proſunt multa ſuffragia, cap. fi. eod.

pro Defuncto, hæres, etiam laicus, ad ſatisfaciendum rectè poteſt cogi, ibid.

Defunctorum quatuor ſunt ſpecies: quidam valde boni, vt illi qui deceſſerunt ſine aliquo peccato mortali, & veniali: alii valde mali, qui deceſſerunt cum multis peccatis mortalibus: alii mediocriter boni qui deceſſerunt cum aliquo peccato veniali ſine mortali: alii mediocriter mali, qui deceſſerunt cum multis venialibus peccatis, gl. nec, cap. cum Marthæ, §. fi. De celebrat. Miſſar.

Defunctorum animæ quatuor modis ſoluuntur, aut orationibus, aut ſacrificiis Sacerdotum, aut precibus ſanctorum, aut ieiuniis & eleemoſynis cognatorum: & quia neſcimus quibus proſunt, pro omnibus ſunt facienda, niſi pro his quos conſtat deceſſiſſe in peccato mortali, gl. 1. in cap. cum creatura, eod. & can. animæ, 13. q. 2.

Defuncto abſoluto à presbytero & non valente ſatisfacere propter caſum mortis, hæredes eius poſſunt compelli ad ſatisfaciendum, cap. in litteris. De raptorib.

Defunctorum nomina à Papa proferuntur ſine aliquo titulo, putà *quondam Antonius*: at viuentium nomina cum aliquo elogio, veluti, *chariſſimum in Chriſto filium Antonium*, gl. in paſtoralis. De re iudic.

Defunctorum corpora exuoterantes, & ea immaniter decoquentes, vt oſſa à carnibus ſeparata ferant ſepelienda in terram ſuam, ipſo facto ſunt excommunicati, vtraque deteſtandæ. De ſepulturis, inter commun.

Defunctorum inteſtina per inciſionem corporis non debent extrahi, ut forſan corpus per aliquot dies cuſtodiatur ſuper terram, ad expectandam defuncti amicos; in magnis tamen viris hoc eſt tolerabile, gl. exenterant, ibid.

Defunctorum corpora debent tradi ſepulturæ Eccleſiaſticæ, & fieri ſerotinum conuocatis amicis, ne contingat p fectio, ibid.

Defunctorum corpora poſſunt condiri aromatibus, d. gl. exenterant, & gl. Catholicæ, ibid.

Defuncti voluntas, qua mandat reliquias ſuas poſt mortem ſuam in mare proiici, improba eſt, gl. ipſo facto, ibid.

Defunctorum voluntas authoritate Epiſcopi executioni mandatur, gl. fi. in can. Silueſter, 31. q. 2.

Defunctorum bona ſecundum eorum iudicium in eleemoſynis ſunt erroganda, vel ſucceſſori reſeruanda, can. de laicis, 12, q. 2.

Defunctis proſunt tria opera viuorum, ſcilicet ſacrificium altaris, oratio, & eleemoſyna: & quia neſcimus pro quibus debeant fieri, pro omnibus regeneratis generaliter orare debemus, can. non æſtimemus, 13. q. 2.

pro Defunctis conſanguineis ſpecialius & cum maiori diligentia oramus, ibid.

Defuncto non prodeſt ad ſalutem ſeruitium impenſum corpori defuncti, ſed eſt ſolatium viuorum, ibid.

Defuncto prodeſt ſi ſepeliatur apud Eccleſias martyrum, quia patrocinio martyrum commendatur, ibid.

pro Defunctis Catholicis poteſt quis offerre oblationes, & presbyter pro illis intercedere, & proſunt eis eorum orationes, & oblationes, can. pro obeuntibus, 13. q. 2.

pro Defunctis impiis mortuis, quamuis Chriſtianis, non licet orare, ibid.

pro Defunctis curatio funeris, conditio ſepulturæ, & pompa exequiarum magis ſunt viuorum ſolatia, quam ſubſidia mortuorum, can. animæ, 13. q. 2.

Defuncti ante diem iudicii iuuantur ſacrificiis, & eleemoſynis, can. tempus, 13. q. 2.

pro Defunctis valde bonis, ſacrificia altaris & eleemoſynæ, quæ offeruntur, ſunt gratiarum actiones; ſed pro non valde malis propitiationes ſunt: pro valde malis, nulla ſunt adiumenta eis, ſed ſunt viuorum conſolationes, d. can. tempus, 13. q. 2.

in Defunctorum officiis, obſeruatio tertii, ſeptimi, triceſimi, & quadrageſimi diei, ſumpſit exordium ex veteri lege, can. quia alii, 13. q. 2.

Defuncti mali neſciunt quæ hic aguntur, niſi quod eis ſcire permittitur, gl. ſciant, in can. qui diuina, 13. q. 2.

Defuncti boni ſi adhuc ſunt in igne purgatorii, cum adhuc non fruantur viſione Dei, neſciunt quæ hic aguntur, ibid. & can. fatendum, 12. q. 2.

Defuncti boni, qui fruuntur viſione Dei, ſciunt quæ hic aguntur, gl. ſciant, ibid.

contra Defuncti hæredem poteſt agi ciuiliter de quocumque crimine, propter damna illata reſarciendu, gl. 1. in ſumma, 24. q. 2.

pro Defunctis oratio debet fieri in omnibus Miſſis, can. pe. & ibi gl. 4. De conſecrat. diſt. 5.

Reliqua in verbo, Anniverſarium, Corpus. 4. Sepeliri. Sepultura. Voluntas. Epiſcopus, 47. 48. Hæres per totum. Oratio, 1. Occidens.

DEGRADATIO presbyteri debet fieri à ſuo Epiſcopo, adiunctis ſibi aliis ſex Epiſcopis, gl. 1. in cap. 2. De clerico excommunicat.

per Degradationem non poteſt auferri character impreſſus in anima, ibid.

Degradationis pœna imponitur propter accuſationem ciuilem, ſeruo manumiſſo ad ordines, qui operas ſpirituales promiſſas tempore manumiſſionis præſtare non vult, cap. nullus, & ibi gl. 2. De ſeruis non ordinan.

Degradatio actualis poteſt fieri pro delicto graui, & pernicioſo exemplo, cap. nouimus, 27. De verb. ſignific.

in Degradatione presbyteri pro crimine hæreſeos ſex Epiſcopi, in degradatione Diaconi, vel Subdiaconi tres Epiſcopi debent interuenire, gl. 1. in cap. 1. De hæretic. lib. 6.

pro Degradatione clerici difficile eſt conuocare numerum Epiſcoporum: ideo ſolus Epiſcopus diœceſanus conuocatis Abbatibus & aliis Prælatis & religioſis, ac literatis perſonis, ſolus poteſt degradare, d. cap. 1. De hæretic. lib. 6.

in Degradatione clerici, pro aliis criminibus quàm hæreſeos facienda, debent ſeruari iura antiqua, & in crimine hæreſeos ſpeciali iure introductum eſt, quod ſolus Epiſcopus poſſit degradare, gl. pro hæreſi, ibid.

Degradatio duplex eſt, verbalis & actualis, cap. degradatio. De pœnis, lib. 6.

Degradatio verbalis, ſeu depoſitio ab ordinibus vel gradibus Eccleſiaſticis eſt à proprio Epiſcopo, ſibi aſſiſtente certo numero Epiſcoporum definito canonibus facienda, ibid.

Degradatio actualis fit, vt exauthoratio eius qui armatæ militiæ deſerit, cui militaria detrahuntur inſignia, ſiuque à militia remotus à caſtris reiicitur, priuatus conſortio & priuilegio militari, ibidem.

Degradatio actualis clerici vel Sacerdotis fit ita: comparet clericus vel Sacerdos indutus veſtibus, ac ſi deberet in officio ſuo miniſtrare, coram Epiſcopo: cui Epiſcopus ſingula, ſiue ſint veſtes, calix, liber & omnia, quæ in ordinatione fuerunt ſibi tradita, aufert deſcendendo vſque ad primam veſtem, quæ datur in collatione tonſuræ: & poſtea debet tondi caput, ne veſtigium tonſuræ remaneat, ibid.

Degradatio verbum in genere ſumptum poteſt comprehendere degradationem & depoſitionem, ibid.

in Degradatione presbyteri Epiſcopus eius adiunget ſex Epiſcopos: in degradatione vero Diaconi, vel Subdiaconi, tres Epiſcopos adiunget, gl. 1. ibid.

in Degradatione clerici in ſacris ſecundum canones certus numerus Epiſcoporum requirebatur: ſed quia tot conuenire erat difficile, & ob id debita iuris executio differebatur, ideo ſtatuit Concilium Trident. quod Epiſcopus per ſe, vel eius vicarium generalem, contra clericum etiam in ſacris crimınoſum poſſit procedere ad verbalem degradationem, hoc eſt ad depoſitionem, Concil. Trid. ſſ. 13. De reform. cap. 4.

ad Degradationem actualem clerici criminoſi, etiam in ſacris poteſt Epiſcopus per ſe ipſum procedere, adhibitis totidem Abbatibus, quot Epiſcopi ante Concilium requirebantur: vel totidem aliis perſonis in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutis, ibidem.

DEGRADARI poteſt presbyter propter delictum ſchiſmatis; quod intellige, quando eſt incorrigibilis, cap. 2. De ſacram. non iteran.

Degradari ab ordinibus poteſt non ſolum presbyter, ſed etiam inferior clericus, cap. 2. De clerico excommunicato.

Degradari verbum ponitur pro ſuſpendere: quando verba congruunt magis ſuſpenſioni, quam degradationi, gl. 2. in can. clericus maledicus, diſt. 46.

Degradatus presbyter celebrando conficit, cap. 2. De ſacram. non iterand.

Degradati presbyteri, ſi celebrauerint in indumentis Sacerdotalibus, illa indumenta non debent propter hoc iterum benedici: nec debent reconſecrari altaria, in quibus celebrauerant, ibid.

Degradatus ab ordine Eccleſiaſtico non eſt excommunicatus: imo nec celebrans incidit ipſo facto in excommunicationem: ſed debet excommunicari monitione præmiſſa, gl. 1. in cap. 2. De clerico excommunicato.

Degradatus ſeu depoſitus celebrans Miſſam bene conficit: nec Papa poteſt ei auferre illam virtutem, ibidem.

Degradatus celebrans excommunicari debet, quia facit rem prohibitum, ibid.

Degradatus aliquo ordine ſacro inſignitus, tenetur dicere ſecreto horas canonicas; intellige omiſſo illo verſiculo, Dominus vobiſcum, gl. 2. ibid.

Degradatus actualiter non gaudet priuilegio canonis, *ſi quis ſuadente*, licet talis degradatus habeat characterem, & conficiat cum ordinem retineat: priuilegium vero canonis *ſi quis ſuadente* poteſt tolli, gl. fi. in cap. degradatio. De pœnis.

Reliqua in verbo, Clericus. 145. vſque 150.

DEIERARE toties dicitur quis, quoties venit contra diſpoſitionem iuratum à ſe, cap. ad Apoſtolicæ, §. ſed licet. De re iud. lib. 6.

Deierare non dicitur ille, qui ex iuſta cauſa deſerit iuramentum, cap. 3. & ibi gl. 1. De iureiur.

Deierans ſcienter periurus eſt, gl. fi. in cap. quanto, eodem.

Reliqua in verbo, Periurium. Periurus.

DEIICI nemo dicitur, niſi qui poſſeſſionem habet, gl. 2. in can. ſanctorum, 16. q. 7.

Deieciſſe vi non præſumitur quis, licet ipſe poſſideret, & aduerſarius probaſſet ſe expulſum, gl. vel procurauit, in cap. inter dilectos. De exceſſibus Prælat.

Reliqua

Reliqua in verbo, Spolians, Spoliator.

DEINCEPS verbum refertur ad futurum, non ad præteritum, gl. deinceps, in extrauag. cum inter nonnullos. Ioann. 22.

DELATOR idem eſt, quod accuſator, qui deſiſtens ab accuſatione punitur in quinque libris auri, gl. delatorem, in can. ſi. §. præuaricator, 2. q. 3.

Delatori calumnioſo conſciſſo lingua capulari debet, conuicto vero caput amputari, can. delatori, 5. q. 6.

Delatores ſunt, qui liuidia produnt alios, ibid.

Delator fidelis, ſi propter eius delationem quis fuit proſcriptus, vel interfectus, priuatur communione vſque ad finem vitæ, quo tempore permittitur ei accipere, can. delator, 5. q. 6.

Delator fidelis, in cauſa leuiori, infra quinquennium accipere poterit communionem, ibid.

Reliqua in verbo, Accuſator.

DELECTATIO carnis, ratione reſiſtente & conſenſu, non inducit peccatum, can. ſed pensandum, diſt. 6.

Delectationes rerum ſecularium ſunt inuentæ à diabolo, non à Deo, can, præterea, diſt. 51.

Reliqua in verbo, Libido. Concupiſcentia.

DELEGARE nihil poteſt hodie iudex appellationis ſecundum leges: ſed bene ſecundum canones, gl. alij delegare, in cap. ſuper quæſtionum, 17. De officio delegat.

Delegari non poſſunt cauſæ criminales, niſi à principe, in d. gl. alij delegare.

Delegari poteſt eadem cauſa Epiſcopo, & eius vicario: ita quod vicarius ſit collega Epiſcopi in cauſa commiſſa, cap. inſinuante, 25. eod.

Delegari ſolent cauſæ à ſede Apoſtolica potius duobus, quàm vni, & tribus quàm duobus, cap. prudentiam, 21. eod.

Delegari cauſa non debet, niſi ex neceſſitate, cap. paſtoralis, 28. eod.

Delegari poteſt cauſa appellationis per inferiorem à principe, cap. ex literis. De in integ. reſtit.

Delegari poſſunt ea, quæ competunt iure magiſtratus: ſed non omnia quæ delegantur ſpecialiter, competunt iure magiſtratus, gl. 2. in cap. pe. eod.

Delegari poteſt ſpecialiter meri imperij cognitio, quando contingit præſidem abeſſe, ibid.

Delegari non poſſunt ea, quæ officio iudicis, cauſa cognita, expediuntur, ibid.

Delegari poteſt teſtium receptio, cap. ſi qui teſtium. 8. De teſtibus.

Delegari poteſt inquiſitio tenoris alicuius ſcripturæ, cap. dilecta. De confirm. vtili vel inutili.

Delegari poſſunt cauſæ criminales clericis, de iure canonico, cap. in Archiepiſcopatu. De raptor.

Delegari poſſunt hodie omnia præter vltimum ſupplicium, aut membri abſciſſionem, gl. ſi. ibid.

Delegari debent cauſæ ab Apoſtolica ſede, vel eius Legato dignitatem obtinentibus, vel Canonicatum Eccleſiæ cathedralis: nec tractari debent, niſi in ciuitatibus, vel locis inſignibus, cap. ſtatutum. De reſcript. lib. 6.

Delegari poteſt audientia alicuius articuli, vel mera executio cuilibet clerico, gl. cauſæ, ibid.

Delegari non poſſunt ſecundum leges ea, quæ cauſæ cognitionem requirunt, gl. 1. in cap. licet. De officio vicarij, lib. 6.

Delegare poteſt cauſam Ordinarius, vel delegatus principis, duobus, cum clauſula, *quod ſi ambo intereſſe non poſſint, alter eorum in cauſa procedat*, gl. à ſede Apoſtolica, in add. in cap. ſi eontra, 4. De officio delegat. lib. 6.

Delegari iuriſdictio in ſolidum dicitur, cum delegatur ita, quod quilibet eorum in ſolidum, & per ſe iudicare, & exequi poſſit: vel ſi dicatur, quod alter alterum non expectet, vel non requirat, gl. conſimili, & ibi add. in cap. cum plures, eod.

Delegandi poteſtas ſeu ſubdelegandi reſtringitur ad perſonas idoneas, cap. 3. De officio delegat.

Deleganda eſt cauſa non ſuſpectis, cap. paſtoralis, §. ſi. eodem.

Delegando alicui cauſam non videtur Papa eligere induſtriam perſonæ, ſed potius intendit prouidere negotio, quod decidendum committit, cap. ſi. eodem.

Deleganda non eſt cauſa niſi perito & exercitato, gl. ſi. in cap. 3. De conſang. & affinitat.

Delegabile eſt nudum miniſterium per Ordinarium, cap. ſi. De officio Ordinar.

Delegans alteri cauſam, etiam aliquo ſibi retento, dicitur vices ſuas committere, cap. 3. De officio deleg.

Delegans poteſt delegatum ſuſpectum reuocare, & alium ſubdelegare, cap. cauſam quæ, eod.

Delegantis morte non expirat iuriſdictio delegati, coram quo erat lis conteſtata, cap. relatum, eod.

Delegans certam cauſam videtur in dubio delegaſſe nomine perſonæ, & non nomine dignitatis, cap. relatum, 9. De officio deleg.

Delegans ſuperior cauſam iam inferiori commiſſam alteri decidendam, videtur iuriſdictionem à primo delegato reuocare, cap. paſtoralis, §. præterea, eod.

Delegans vices ſuas, poſtea non poteſt reuocare, nec alii committere: & qui contra facit nihil agit, cap. venerabili, & ibi gl. conſilio, eod.

Delegans licet non ſoleat de honeſtate reuocare cauſam delegatam, ſi tamen delegatus ſit negligens, recte poterit eam reuocare ad ſe, cap. pe. De iurament. calum.

Delegans aliter debet iudicare, quàm delegatus, gloſ. 1. in can. ſæpe, 23. q. 8.

Reliqua in verbo, Cauſa, n. 21. vſque 24. Committere. Commiſſio. Commiſſa. Criminales. Papa, 51 52. Iniuria, 2. Merum. Officialis, 2.

DELEGATA ſi fuerit cauſa pluribus cum clauſula, *quatenus vos, vel duo, vel vnus veſtrum*, quilibet ex delegatis recipit iuriſdictionem in ſolidum: tamen ſi vnus cauſam occupauit, alij non poſſunt ipſum impedire: niſi occupans differret malicioſe procedere, cap. cum plures, 9. De officio deleg. lib. 6.

Delegata cauſa, videntur omnia delegata, ſine quibus cauſa expediri non poteſt, gl. ventilandæ, in cap. ſi. De iudiciis.

Delegata cauſa alicui ipſum ſequitur, nec tranſit ad ſucceſſorem, gl. debetea, in cap. cum te. De reſcript.

Delegata cauſa decidenda infra certum tempus, expirat iuriſdictio per lapſum temporis: niſi partes prorogent, cap. de cauſis. De officio deleg.

Delegata cauſa Archidiacono Pariſienſi, vbi ſunt plures Archidiaconi eiuſdem nominis, ſi vnus ſit principalior, & retinet nomen Eccleſiæ, illi intelligitur delegata cauſa: ſed ſi omnes Archidiaconi eſſent æque principales, ſi non conſtat de mente delegantis, delegatio eſt nulla propter incertitudinem, dd. reprob. gl. 2. in cap. quoniam Abbas. De officio deleg.

Delegata quæſtione à Papa ſuper iure præſentandi, appellatione remota, & ſub ea forma, vt delegatus ad præſentationem eius ad quem viderit pertinere, ordinet Eccleſiam, per hoc non debet inſtituere, ſed pronunciare: & is ad quem pertinet, inſtituet: & ſi iuri ſuo detrahitur, licite appellat, cap. ſuper eo, 15. eod.

Delegata ſi ſit cauſa duobus ſimpliciter, ſententia vnius non tenet, cap. cauſam matrimonij, ad. eodem.

Delegata ſi ſit cauſa tribus, cum clauſula, *quod ſi non omnes, duo veſtrum*, &c. niſi prius appareat de impotentia tertij, duo procedere non poſſunt, & ſi procedunt, nihil agunt, cap. prudentiam, 21. eodem.

Delegata iuriſdictio ad perſonas non expreſſas in reſcripto, etiam de ipſarum conſenſu prorogari non poteſt, cap. P. & G. eod.

Delegata iuriſdictio expirat mortuo vno ex delegatis ſimpliciter datis, niſi aliud in delegatione fuiſſet expreſſum, cap. vno delegatorum, eod.

Delegata poteſtas ſpecialis concurrere poteſt cum poteſtate generali legationis: & ſic commiſſum in genere, poteſt committi in ſpecie, cap. tum ex literis. De in integr. reſtit.

Delegata & arbitraria poteſtate poteſt quis vti ſimul, cap. niſi eſſent, & ibi gl. 2. De præbend.

Reliqua in verbo, Commiſſa. Iudex, 42. 43.

DELEGATIO, vel commiſſio generalis omnium negotiorum fieri non debet: quia per eam abſorberetur iuriſdictio Ordinarij, quod fieri non debet, gl. elegerint, in cap. ad hæc iumus, De reſcript.

in Delegatione, in qua viliores & minores perſonæ, vel res deſignantur, non includuntur perſonæ, vel res maiores expreſſis, ſed pares, vel minores, cap. ſedes Apoſtolica, 15. eod.

Delegatio facta dignitati, non expreſſo nomine perſonæ, tranſit ad ſucceſſorem, cap. quoniam Abbas. De officio deleg.

Delegatio quandoque fit expreſſo nomine proprio, quandoque expreſſo nomine appellatiuo, ibid.

Delegatio hodie quibus perſonis debeat fieri, vide gl. 1. in cap. cum te conſulente, eod.

Delegatio cauſæ tunc dicitur facta ex certa ſcientia, quando in literis appellationis ab interlocutoria fit mentio de proceſſu cauſæ, & de appellatione interpoſita, & de exceptione propoſita: ſed quando appellatur à diffinitiua, ibi non eſt neceſſe dicere, niſi, *appello ab iniqua ſententia à tali iudice lata*, gl. ex certa, in cap. paſtoralis, §. præterea, eod.

Delegatio cauſæ inter laicos, ad petitionem miſerabilis perſonæ non pauperis, non eſt nulla: ſed pendet validitas ex negligentia, vel non negligentia iudicis ordinarij, cap. ſignificantibus, 38. eodem.

Delegatio recipit formam à delegante, cap. vno delegatorum, 42. eod.

Delegatio cauſæ eſt onus dignitatis: dignitas vero cui fit delegatio, eſt honor, cap. paſtoralis, §. præterea. De officio Ordinar.

Delega-

Digitized by Google

Delegatio facta per Papam ad petitionem miſerabilis perſonæ non oppreſſæ, nec pauperis, contra laicum, non habet incontinenti effectum, ſed demum date negligentia iudicis ſæcularis, cap. ex tenore, & ibi gl. fi. De foro compet.

Delegatio poteſt fieri alternatiue, cap. cum plures, 9. De officio deleg. lib. 6.

Delegatio facta dignitati nomine proprio expreſſo, eo mortuo in eius ſucceſſorem non tranſit, gl. non expreſſo, in cap. ſi is cui, 9. eod.

Delegatio ſi ſit facta dignitati non expreſſo nomine proprio, ſucceſſor cognoſcit, etiamſi prædeceſſori, qui erat tempore datæ, præſentatum non fuerit reſcriptum, gl. non in totum. in add. ibid.

Delegatio iuris, & delegatio Papæ, æquiparentur quoad ſubdelegationem, gl. iure, in cap. vt litigantes. De officio Ordin. lib. 6.

Delegationem à ſe factam vt recipiat, nemo poteſt compellere illum, qui non ſit ſibi ſubiectus ratione iuriſdictionis, cap. 3. §. neque. De foro comp. lib. 6.

Delegationis reſcriptum ſi partes viderunt, & approbaverunt, & poſtea fuit reductum in publicam formam per tabellionem, poterit iudex delegatus, etiam amiſſo reſcripto procedere, gl. 2. in can. nobiliſſimus. diſt. 97.

Reliqua in verbo, Cauſa, et. vſque 24. Commiſſio generalis. 2. Mandatum. Iudex. 42. 43. Officialis. 2.

Delegatus in genere à n. 1. vſque ad n. 12.
Quoad perpetuationem & expirationem iuriſdictionis, n. 13. 14.
Quoad ſubdelegationem, n. 15. vſque ad n. 21.
Quoad delegatum Papæ, vel principis, n. 22. 23. 24.
Quoad fines mandati, & ad quæ extendatur ad abſolutionem ab excommunicatione, n. 25. 26.
Quoad pœnam, & mulctam imponendam, n. 27.
Quoad executionem ſententiæ ſuæ, n. 28.
Quoad plures delegatos, n. 29. vſque ad n. 33.
Quoad recuſationem & remotionem delegati. n. 34. 35.

6 DELEGATVS iuriſdictionem recipit abſque aliqua cauſæ, quoad exercitium poteſtatis cenſuræ, in contumaces ſuæ iuriſdictionis. cap. 1. De officio delegat.

Delegati iuriſdictio extenditur non ſolùm ad partes, ſed etiam ad extraneos iuriſdictioni non ſubiectos, quando ex facto eorum turbatur ipſius iuriſdictio, ibid.

Delegatus poteſt dici executor litterarum Apoſtolicarum, ſeu reſcriptorum, in quantum exequitur, id eſt ad finem deducit ius partis, cap. 2. eodem.

Delegatus ex ſola ſimplici commiſſione cauſæ recipit poteſtatem cognoſcendi, iudicandi, & exequendi, cap. ſignificaſti, 7. & ibi gl. 2. eod.

Delegatus poteſt mittere in poſſeſſionem, gl. fi. ibidem.

Delegatus datus etiam ad dicio, reo abſente non per contumaciam, non reſtituet actorem, licet probare velit poſſeſſionem, & deiectionem, cap. conſultationibus, eod.

Delegatus eſt ſuperior illis, contra quos cauſa eſt delegata, cap. ſane. 23. De officio deleg.

Delegatus eſt maior Ordinario, quoad illam cauſam, d. cap. ſane, & ibi, gl. terminandam.

Delegatus debet ſeruare formam iuris, & exceptiones rationabiles admittere, vbi contraria voluntas Papæ non appareret, cap. ex parte, 23. eodem.

8 Delegatus, cui facta fuerat commiſſio, expreſſo nomine dignitatis, ſi moritur, debet de nouo reſcriptum præſentari eius ſucceſſori, licet non ſit neceſſarium, cap. quoniam Abbas, eod.

Delegatus ſuper quæſtione iuris patronatus inter patronos Eccleſiæ, ad patroni declarati præſentationem non poteſt prouidere, nec in poſſeſſionem deducere, cap. ſuper eo 15. eod.

Delegatus recipit poteſtatem cognoſcendi, ne dum inter partes, ſed etiam inter tertios comparentes pro eorum intereſſe: & talis tertius pro ſuo intereſſe poteſt appellare, d. cap. ſuper eo.

Delegatus datus vt de cauſa cognoſcat tantum, non poteſt cognoſcere ad teſtium examinationem, nec ad ſententiam, in cap. cum te conſulente, 28. & ibi gl. 2. eod.

Delegati iuriſdictio non probatur ſine ſcriptura, gl. in ſcriptis, in cap. 2. §. poſtquam. De cenſibus, lib. 6.

Delegatum debet mouere eadem ratio, quæ mouet delegantem, gl. 3. in cap. 2. & gl. fi. in cap. mandatum, 39. De reſcript. gl. fi. in cap. fi. De præbend.

Delegatus per generalem clauſulam poſitam in reſcripto, *contra talem & quoſdam alios ſuper hoc, & aliis rebus exprimendis per impetrantem*, ante perſonarum vel rerum expreſſionem ſuper perſonis & rebus exprimendis habet iuriſdictionem in habitu, ſed non in actu, cap. paſtoralis, §. quoniam, 3. eodem.

Delegatus debet ſe regulare ſecundum voluntatem delegantis, vt ea ratio quæ mouet delegantem, debeat mouere ipſum delegatum, cap. ſuper literis, eod.

Delegato quando aliquid principaliter mandatur, illud tanquam principale & primo tractandum eſt; cætera vero ſecundario tanquam acceſſoria ſubſequenter ſunt expedienda; ſed quando plura principaliter committuntur, non refert quod illorum primo tractetur, niſi forſan vnum ſe naturæ ſui præcedat, gl. tranſponentes, in cap. cum dilecta, 22. eodem.

à Delegato ſi aliquid mandatur Ordinario, is debet humiliter exequi; ſed ſi alius delegatus per alias literas poſt executionem mandat contrarium, vel ſi ante executionem innotuerit Ordinario, inter ambos delegatos eſſe contentionem de iuriſdictione, faciat ſibi vtrarumque literarum Apoſtolicarum copiam exhiberi, non ut cognoſcat iuriſdictionaliter, ſed vt ſe informet, an per ſecundas reuocentur primæ: & ſi primæ reuocentur, exequetur ſecundum mandatum; ſi verò non reuocentur, vel de hoc dubitet, non exequitur ſecundum mandatum, donec contentio de iuriſdictione terminetur, cap. cum contingat, 24. eodem.

Delegatus remittens cauſam ad delegatum, poteſt præfigere partibus terminum, intra quem debeant comparere coram eo, cap. dudum, 22. De elect. 3

Delegati duo, tertio abſente, & non ſe excuſante, vel non committente vices ſuas illis, non poſſunt procedere in cauſa; ſi vero ſe excuſaſſet, rectè poterant procedere, ſi in mandatis eret clauſula, *quod ſi non omnes* &c. gl. duo iudices, in cap. veniens. De renunciatione.

Delegatus, qui debet accedere ad aliquem locum, in quo debet procedere in cauſa, à principio debet habere expenſas à partibus, gl. oſtenderit, in cap. prudentiam. De officio delegat.

Delegatus non tenetur exequi delegationem ſibi iniunctam per Papam cum graui damno rerum ſuarum, d. cap. prudentiam, §. adiicimus, & ibi gl. cum poſſit.

Delegatus, qui ſine cauſa non exequitur delegationem etiam Papæ, grauiſſime eſt arguendus: non tamen debet puniri, cum per hoc non præiudicetur partibus, quia eis procedere poſſunt, d. §. adiicimus, & ibi gl. arguendus.

Delegatus inferior dignitate dari non debet partibus, inter quas cauſa committitur; & ita Archiepiſcoporum cauſa committitur Archiepiſcopis, cap. cum cauſa, 22. eod.

Delegati iuriſdictionem & poteſtatem impedit litteris acceptio, vel tranſmiſſio nuncij ad ſedem Apoſtolicam, ante notitiam literarum ſuper cauſa alij ſpecialiter commiſſas: ſecus ſi poſt præſentationem aut notitiam literarum: hodie tamen miſſio nuncij nihil operatur, quantum ad impediendum proceſſum inchoati coram quocumque iudice, d. cap. cum cauſa, 22. & ibi gl. 3.

Delegatus vnus ſupplere poteſt negligentiam alterius delegati, gl. 3. ibid.

Delegatus poteſt ferre ſententiam vltimo die termini ſibi præfixi, gl. ex tunc, in cap. conſuluit, eod.

Delegato non creditur, niſi delegationem probet, cap. cum in iure peritus, 31. eod.

Delegatus poteſt præcipere Ordinario, vt exequatur factum ſuum, ibid. 4

Delegatus ſi pronunciauerit ſe non habere iuriſdictionem, ipſam etiam de conſenſu partium non reaſſumit, cap. ſignificantibus, 38. eod.

Delegatus dicitur iuriſdictioni præeſſe, licet ipſam non habeat in propria perſona radicatam, cap. P. & G. 40. eod.

Delegatus poteſt dari à quocumque maior 20. annorum, cap. cum vigeſimum, 41. eod.

Delegatus maior decem & octo annorum poteſt dari, dummodo conſenſus partium interueniat: minor tamen 18. annorum non poteſt dari niſi à principe, ibid.

Delegatus ad nudum miniſterium habet iuriſdictionem & poteſtatem excommunicandi eos, qui impediunt executionem ſui miniſterii, gl. commiſſum, in cap. fi. §. ſi eod.

Delegatus ſpecialis, quantum ad illam cauſam, maiorem poteſtatem habet quàm legatus, vel delegatus generalis Papæ, cap. 2. & ibi gl. non poteſt. De officio legati.

Delegatus non poteſt compellere legatum ad exequendam ſuam ſententiam; poteſt tamen ſupplicare, vt exequatur ſententiam à ſe latam, gl. fi. ibidem.

Delegatus tenetur accedere ad locum teſtium, vel pro eorum receptione tranſmittere, cap. ſignificauit. De officio Ordina.

Delegatus perdit iuriſdictionem, ſi ſit negligens, vel doloſus in procedendo, vel ſi ex culpa eius foueatur peccatum, gl. fi. ibid. 5

Delegatus datus ſuper exceſſibus contra Epiſcopum poteſt eum in exigentibus exceſſibus ab Epiſcopatu remouere, cap. in noſtra. De procuratoribus.

Delegati ab Ordinarijs non habentibus adminiſtrationem, non poſſunt cognoſcere de cauſa reſtitutionis principaliter intentanda, cap. pe. De in integr. reſtitu.

Delegatus cauſæ poteſt cohortari, vt compromiſſum fiat de re ſpirituali inter clericum & laicum, cap. per tuas. De arbitr.

Delegatus datus ad exequendum, vel ad compellendos arbitros, poteſt arbitrium executioni mandare, aut eos compellere, vt procedant facto compromiſſo; aliàs Ordinarius debet compellere arbitrum vt procedat, gl. fi. ibid.

Delegatus non obſtante lapſu triennij in cauſa ſibi commiſſa, procedere poteſt, cap. venerabilis. De iudicijs.

Delegatus non poteſt trahere partes vltra duas dietas à prouincia, virtute ſuæ commiſſionis; licet habeat iuriſdictionem

nem extra prouinciam, cap. ſi. iuncta ſupraſcriptione, eodem.

Delegatus licet ſit alterius diœceſis, quàm vbi moratur; poteſt nihilominus cognoſcere in loco habitationis, dummodo in reſcripto fiat mentio de mora, ibid.

Delegatus iudex debet inſerere tenorem reſcripti in literis citatorijs, cap. 2. De dilatio.

Delegatus non poteſt iubere partes coram ſe perſonaliter comparere, niſi id in reſcripto contineatur: niſi in quibuſdam caſibus notatis in cap. iuris eſſe. De iudicijs, lib. 6, gl. 2. in cap. ſi. De dilation, & gl. reſponſalem, in cap. cum dilecti. De dolo & contum.

6 Delegati poſſunt ſtatuere partibus peremptorium, vt cauſam inſtructam tranſmittant ad audiendam ſententiam, cap. cum olim, 34. De teſtibus.

Delegatus iudex, ante litem conteſtatam, circa negotium principale nihil poteſt facere, gl. ſuper his, in cap. ſignificante. De appellat.

in Delegatum iudicem poteſt compromitti, cap. niſi eſſent, & ibi gl. 2. De preben.

Delegatus ad cauſam matrimonij, ſi ferat ſententiam diuortij, pronunciare debet dotem reſtitui, cap. de prudentia. De donat. inter virum.

Delegatus non tenetur audire purgationem, quam Ordinarius pendente cauſa coram ſe indixit: imò videtur quod cauſam debeat perdere, gl. ſi. in cap. cum dilectus. De purgat. canon.

à Delegato actus geſtus non dicitur geſtus authoritate ſua, ſed delegantis, cap. cum aliquibus, De reſcript. lib. 6.

Delegatus extra locum commiſſionis nec partes citare, nec cauſam cognoſcere poteſt, ſine expreſſo partium conſenſu: nec ſufficit vnius illarum, cap. ſtatutum etiam in nullo, & ibi gl. expreſſus, eod.

Delegatus non ſolum tenetur citare ad locum non remotum vltra vnam dietam: ſed etiam tenetur non citare extra locum, in quo deputatus eſt, gl. deputatus, in d. cap. ſtatutum, §. in nullo, eod.

Delegatus ſi citet partes ad locum vltra vnam dietam remotum, non tenentur ire; & citatio eſt ipſo iure irritat & ſi ob hoc proceſſerit in cauſa, non tenet proceſſus, gl. citet, ibid.

Delegatus nihil debet à partibus recipere, niſi eſculenta, & poculenta libere oblata, quæ paucis diebus poſſint conſumi: vel moderatas expenſas ſi non ſunt pauperes, quando pro neceſſitate vel vtilitate, non malitioſe extra domicilium peregeret, d. cap. ſtatutum, §. inſuper.

7 Delegatus non tenetur exire domicilium proprium ſuis expenſis, pro cauſa ſibi commiſſa, ibid.

Delegatus non debet recipere munus etiam valoris vnius denarij, niſi eſculentum & poculentum, gl. niſi forſan, ibid. idque modicum, quod paucis diebus, id eſt arbitrio boni viri conſumi poſſit, puta duobus vel tribus diebus, habita conſideratione perſonarum dantis, & ipſius iudicis recipientis, & expenſarum conſuetarum qualitate, gl. paucis, ibidem.

Delegatus, qui propter cauſam ſibi commiſſam eſt extra domicilium, poteſt petere moderatas expenſas, d. § inſuper, & ibi gl. propter, & gl. moderatas.

Delegatus ſi propter cauſam ſibi commiſſam eſt extra domicilium, & petat expenſas, in illis non ſunt computandæ, vel compenſandæ expenſæ, quas domi eſſet facturus, d. §. inſuper, & ibi gl. moderatas.

Delegatus Ordinarij ad vniuerſitatem cauſarum, nullas expenſas debet habere: imo Ordinarius debet ei prouidere. ibid.

Delegatus Ordinarij ad ſpecialem cauſam, nullas expenſas debet habere, ſi Ordinarius ei malitioſe commiſit: ſi non malitioſe, tunc expenſas habebit, ſi ſit extra domicilium ſuum propter cauſam, ibid.

Delegatus non ſolum exigere aliquod munus ab inuito, ſed à volenta etiam recipere prohibetur gl. recipere, ibid.

Delegatus ſecundum leges habet ſportulas, ſcilicet duos aureos in principio, & duos in fine; & hoc ſi cauſa ſit maior centum aureorum; alioquin delegatus etiam à principe nihil habebit, gl. qualitercumque, ibid.

8 Delegatus de iure canonico nomine ſportularum nihil debet recipere, d. cap ſtatutum, §. inſuper, & ibi gl. qualitercumque. De reſcript. lib. 6.

Delegatus niſi indigeat, non debet aſſumere aſſeſſorem; aliàs de ſuo illi prouideat, d. cap. ſtatutum, §. aſſeſſorem.

Delegatus, ſi eget aſſeſſore, debet aſſumere non ſuſpectum partibus cum moderato ſalario à partibus ſoluendo, ibid.

Delegatus, qui non eſt peritus vt conuenit, poteſt aſſumere aſſeſſorem, ad aduerſa puncta cauſæ rimanda: vel quando varijs ſuis negotijs, vel infirmitate corporis impeditur, gl. indigeat, ibid.

Delegatus iudex dicens ſe indigere aſſeſſore, non poteſt pars in eo contradicere, etiamſi is ſit doctor peritus, gl. reliquatur, ibid.

Delegatus taxare debet ſalarium notariorum, nec debet participare cum ipſis, vel aſſeſſoribus in ſalario, d. cap. ſtatutum, §. notarium.

Delegatus debet ſibi aſſumere notarios, qui conſcribant acta iudicij, ſeu negotij, ibid.

Delegatus debet habere notarium, vt fideliter acta iudicij conſcribat, d. §. notarium, & ibi gl. notarium.

Delegatus recipiens aliquid contra prohibitionem iuris, tenetur reſtituere, non obſtante remiſſione dantis, d. cap. ſtatutum, §. ſi quid.

Delegatus non debet vocare teſtes, niſi ſtata cauſæ requirente; & producens debet illis adminiſtrare expenſas in veniendo, ſtando, & redeundo, d. cap. ſtatutum, §. pe. eod. 9

Delegatus debet eſſe certus, & habere iuriſdictionem, gl. 1. in cap. tibi qui 14. eod.

Delegatus iudex, dato quod non ſeruet formam iuris, tenet nihilominus excommunicatio ab eo lata, licet ipſe ſit puniendus, gl. ſi. in cap. 1. De officio deleg. lib. 6.

Delegatus præuenire non poteſt diligentiam delegantis, gl. proponatur, in cap. iudex. De officio deleg. lib. 6.

Delegatus Papæ, cui commiſſum eſt negotium expediendum certo loco, poterit ex iuſta cauſa expedire extra locum deputatum, cap. ſtatutum, 13. eodem.

Delegatus Ordinarij vel alterius inferioris à principe, cui commiſſum eſt negotium expediendum certo loco; non poterit expedire illud etiam ex iuſta cauſa extra locum deputatum, gl. Apoſtolica, ibid.

Delegatus inferioris à principe, cui commiſſum eſt negotium expediendum certo loco, ſi in illo loco non poteſt expedire, debet inſinuare Ordinario deleganti, qui de hac ſua deliberatione prouideat; vel expreſſe committendo eidem, quod poſſit exequi extra locum, vel alio modo. ibid.

Delegatus multipliciter poteſt dici non habere iuriſdictionem, vt ſi reſcriptum ſit impetratum ab excommunicato: vel ſi ipſe delegatus ſubdelegans ſit excommunicatus, non eſt talis, qualem requirit conſtitutio: vel reſcriptum ſit impetratum per ſurreptionem; vel eſt ſeruus, vel infamis: vel non eſt ætatis idoneæ: vel ſi primus delegans reuocauerat delegatum: vel alia ſimilia, gl. in alijs caſibus, in cap. ſi à ſubdelegato, eod.

Delegatus non dicitur habere iuriſdictionem, ſi ſit hæreticus, & ideo ſententia per eum lata non tenet. gl. in alijs, in add. ibidem.

Delegatus poteſt cognoſcere an ſua ſit iuriſdictio, quando contra eum propoſita eſt exceptio, per quam negatur habere iuriſdictionem, & ſuper ea poteſt pronunciare, gl. ſi. ibid. 10

Delegatum ſibi ſubditum poteſt quis imperiare, ſaluo iure recuſationis, gl. vel temporale, in cap. ſi eod.

Delegatus non poteſt trahere partes vltra vnam dietam à fine diœceſis, niſi conſenſu partium, gl. non præſumant, ibid.

Delegatus Archiepiſcopi non debet excommunicare Suffraganeum, gl 1. in cap. 1. De officio, Ordin. lib. 6.

de Delegato diſpoſitum à iure non ſemper procedit in procuratore, cap. is qui. De procuratoribus, lib. 6.

Delegati non poſſunt terminum ſibi datum prorogare, niſi ambæ partes conſentiant, gl. ad kalendas, in cap. 2. De teſtibus, lib. 6.

Delegatus non poteſt inuocare brachium ſæculare, ſi hoc non habeat in mandatis, cap. vt officium, §. denique. De hæreticis, lib. 6.

Delegatus poteſt Eccleſiam interdicere, cap. Epiſcoporum, & ibi gl. delegatus. De priuilegiis, lib. 6.

Delegati iudices poſſunt proferre ſententiam interdicti, cap. ſtatutum, 13. De ſentent. excommun. lib. 6

Delegati iudices poſſunt interdicere, ſuſpendere, vel excommunicare participantes cum excommunicatis ab eis. ibid. 11

Delegatus vnius ſpecialis ad vnam cauſam, cognoſcit de illa, & non legatus generalis, gl. 1. in reg. generi, 34. De reg. iuris lib. 6.

Delegatus cognoſcit de cauſa, de qua proprio nomine non potuit cognoſcere, gl. 1. in reg. quod alicui, 67. eod.

Delegatus iudex proprie dicitur is, qui mandatam ſibi iuriſdictionem vice delegantis exercet, gl. iudices, in extrauag. ſedes Apoſtolica. De officio delegati. lib. 6.

ex Delegatis vnus non poteſt compellere alios delegatos ad procedendum in cauſa delegata, can. ſtudeat, diſt. 50.

Delegati iudices, licet non poſſint dari inepti omnino etiam illi, qui eliguntur à parte; tamen ſi dantur aliqui delegati certi cum poteſtate, vt ſibi poſſint alios aſſociare, valet tale reſcriptum, ibidem.

Delegatus non habet plus iuris, quàm ipſe delegans, ſiue par ſit alias delegatus, ſiue maior: quandoque tamen habet minus, qui ex delegatione cognoſcit, quam qui ex iure ſuo, gl. authoritas, in can. 1. diſt. 94.

Delegatus poteſt probare mandatum ſine literis, gl. 2. in can. nobiliſſimus, diſt. 97.

Delegato iudicis non ſufficit probare amiſſionem reſcripti, niſi oſtendat authenticum, ibid.

Delegati iudicium dicitur alienum, can. ſi. §. ei autem, 3. q. 3.

Delegatus ſi fuerit datus, vt infra triginta dies cauſam terminet, non poteſt procedere in diebus feriatibus quia licet literæ pereant, lis tamen ſalua manet coram alio iudice, gl. ſi. in can. placita, 15. q. 4. 12

Delegatus, cui commiſſa eſt cauſa infra certum tempus decidenda, poteſt vltimo puncto termini ſententiam ferre: ſed non poteſt exequi eam eo tempore, in quo non potuit ferre ſententiam, gl. ſi in can. ſi homo, 17. q. 1.

à Delegati grauamine appellatur ad delegantem, cap. ſuper queſtionem, § ſi. De officio deleg.

à Delega-

à Delegato procedente cum ſubdelegatis duobus non in totum, ad Papam, non ad condelegatos debet appellari, cap. ſi duo ex tribus, eod. lib 6.

Delegatus Papæ ſi ſubdelegat non in totum, facit gradum: ita quod de eius ſubdelegato, ad ipſum ſubdelegantem debet appellari, cap. ſi duo, & ibi gl. De officio deleg. lib. 6.

à Delegato vno ex tribus delegatis ſi fuerit appellatum, non debet appellari ad duos delegatos, ſed ad Papam, ibid.

Delegati duo ex tribus cum clauſula, *quod ſi non omnes*, ſi commiſerint, tertius ſe excuſat ne committeret: ab illis duobus ſubdelegatis ad delegatos ſubdelegantes debet appellari, & non ad primum delegantem, gl. cum delegati, ibid.

Delegatus reſeruans ſibi aliquid iuriſdictionis facit gradum quoad appellationem inter ſe & ſubdelegatum, cap. ſi delegatus, 8. eod.

Delegatus ſi in totum ſubdeleget indiſtinctè, ab eo ad primum delegantem debet appellari, & non ad delegatum ſubdelegantem: ſed quando delegatus aliquid retinuit, appellari debet ad ipſum delegatum ſubdelegantem, gl. non in totum, in cap. ſi is cui, 9. eod.

Reliqua in verbo, Appellare, n. 18. an. Appellans. n. 3. Auditor. Commiſſa. Compromittere. Conjuratores. Iudex, 40 vſque 49. Sententia, 4. 5.

13 **DELEGATI** iuriſdictio perpetuatur per conuentionem, gl. non conuenit, in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ. De conſtitut.

Delegati iuriſdictio, ſola citatione facta ante mortem delegantis perpetuatur, ita quod per mortem ipſius delegantis præmiſſa citatione non expirat, gl. 2. in cap. relatum, 19. De officio deleg.

Delegati iuriſdictio morte delegantis non expirat, ſi coram eo ante mortem delegantis ſuit lis conteſtata, d. cap. relatum.

Delegati iuriſdictio non expirat morte delegantis re integra, quando erat princeps is qui delegauit, gl. a. in add. marg. ibidem.

Delegatus ſi citauit ante mortem delegantis, perpetuata dicitur iuriſdictio, cap. gratum 20. eodem.

Delegati iuriſdictio ut perpetuetur, neceſſe eſt quod negotium commiſſum ſit ad minus quaſi cœptum, d. cap. gratum, & ibi gl. 2.

Delegatis pluribus cauſis per vnum reſcriptum, per citationem factam in vna cauſa perpetuatur iuriſdictio ſuper aliis, quæ ſunt connexæ illi cauſæ: ſed non perpetuatur ſuper aliis, quæ ſunt ſeparatæ, nec habent aliquam connexionem cum ea, dd. reprob. gl. re integra, in cap. licet, 30. eod.

Delegati iuriſdictio expirat circumſtantiis poſt ſententiam executioni mandatam, cap. in literis. De officio deleg.

Delegati iuriſdictio ſi expirat in termino peremptorio partibus aſſignato poſt congruam horam termini, iudex non expectabit contumacem; ſi non expirat, poteſt expectare in diem alteram, & iterum citare, ſi vult, cap. conſuluit, 24. eod.

Delegatus per ſolam ſententiam latam non eſt functus officio ſuo, ſed adhuc retinet iuriſdictionem reſpectu poteſtatis exequendæ, cap. quærenti, 26 eod.

14 Delegati iuriſdictio ad exequendum commenſuratur cum tempore executionis differendæ, & durat anno, ibid.

Delegatus poſt latam ſententiam, & eam executioni mandatam, vlterius non poteſt ſe impedire, ſi victus inquietat victorem: poſtquam paruit ſententiæ, & victor aliquo tempore poſſedit pacifice: ſed ſi victus non paruit executioni, vel paruit, ſed illico turbavit victorem in poſſeſſione, delegatus tunc poteſt exercere iuriſdictionem ſuam, quia non videtur executus, ex quo incontinenti fuit turbata, dd. reprob. gl. ad integrum, ibid.

ad Delegatum ſpectant in cognoſcendo ea quæ accidunt ante ſententiam: ſed poſt ſententiam, nullam cognitionem aſſumere debet. cùm iam non habeat niſi meram executionem: vnde non valet, ſi cognoſcere vellet vt iudex, d. gl. ad integrum.

Delegatus poſt ſententiam ſuam executioni mandatam ſaltem vſque ad annum, poteſt compeſcere contradictores, & qui non patiuntur victorem quiete poſſidere, etiam generaliter excommunicando illos, non tamen aſſumendo aliquam cognitionem: quia cognitio eorum quæ accidunt poſt ſententiam delegati, pertinet ad iudicem ordinarium, ibid.

Delegati iuriſdictio re integra morte mandatoris expirat, cap. licet vndique, 30 De officio deleg. cap. cum ex literis. De in integ. reſtitutione.

Delegatus ſi ſubdeleget vſque ad beneplacitum ſuæ voluntatis, delegato mortuo expirat iuriſdictio, quamuis ſit æquius non expirare per mortem delegati, gl. pe in cap. ſi delegatus, 8. De officio deleg. lib. 6.

Delegatus & procurator diuerſimode cauſam occupant: nam delegatus perpetuat iuriſdictionem, qualitercumque exerceat, etiamſi lis nondum ſit conteſtata coram eo: procurator tamen dicitur occupare cauſam per litis conteſtationem, vt ſit melior eius conditio, gl. inchoante, in cap. cum plures, eodem.

Reliqua in verbo, Iuriſdictio, 17. vſque, 20.

15 **DELEGATVS** quando cauſam ſubdelegit, debet ſemper nulla cauſa ſubdelegandi ſubeſſe, gl. 2. in cap. 3. De officio deleg.

Delegatus Papæ ſubdelegando, reſeruato ſibi conſilio, videtur ſibi tanquam viro diſcreto conſilium reſeruaſſe, non tanquam iudici, gl. conſulere, ibidem.

Delegatus ſubdelegando totalem ſuam iuriſdictionem, illam non perdit; ſed poteſt reaſſumere, vbi ſubdelegatus exequi non poteſt, cap. ſignificaſti, & ibi gl. 2. eod.

Delegatus Papæ poteſt ſubdelegare cauſam vni, vel pluribus, & clericis ſed non laicis, vbi eſt ſpiritualis, cap. cum te conſulente, & ibi gl. a. eod.

Delegatus Papæ poteſt principium, medium & finem coniunctim vel diuiſim ſubdelegare, cap. ſuper quæſtionum, 27. eodem.

Delegatus etiam principis non poteſt ſubdelegare cauſam *appellatione remota*, ibid.

Delegatus inferioris à principe poteſt committere, & ſubdelegare aliquem articulum, ſaltem non iuriſdictionalem cauſæ ſibi commiſſæ, ibid.

Delegatus vnus poteſt loco ſui plures ſubdelegare, ibid.

Delegatus Papæ poteſt in totum iuriſdictionem ſibi commiſſam alteri ſubdelegare, poteſt etiam pro parte: ſed primo caſu non remanet iudex, ſed bene ſecundo caſu, cap. ſuper quæſtionum, §. porro, eod.

Delegatus Papæ non poteſt committere licentiam ſeu facultatem iudicis dandi, licet illud ſit de iuriſdictione, gl. tranſfert, ibid. 16

Delegatus Papæ non poteſt committere *appellatione remota*, ibid. & cap. ſuper quæſtionum, §. ſi. vero, eodem.

Delegatus principis poteſt ſubdelegare totam cauſam retenta ſibi executione ſententiæ: quia illud eſt de ſua iuriſdictione, & ita a ſubdelegato ad delegatum poteſt appellari, d. § porro.

Delegatus principis quando committit totam cauſam, tunc appellatur à ſubdelegato ad primum delegantem, non ad ſubdelegantem: ſed ſi non commiſit totam cauſam, tunc indiſtinctè appellatur ad ipſum ſubdelegantem, & non ad delegantem primum, gl. tranſfert. in fine, & gl. ſi cauſa, ibidem.

Delegatus principis poteſt ſubdelegare condelegato vices ſuas, cap. ſuper quæſtionum, §. ſi vero. De officio deleg.

Delegatus ſolus Papæ vel principis poteſt ſubdelegare: ſed ſubdelegatus delegati Papæ non. d. §. ſi vero, & ibi gl. delegare.

Delegatus principis ſimpliciter committens vices ſuas videtur totum commiſiſſe, gl. vices ſuas, ibidem.

Delegatus principis ſimpliciter vices ſuas committendo dicitur officio ſuo functus, ibid.

Delegatus inferioris à principe, ad vniuerſitatem cauſarum poteſt ſubdelegare, gl. delegare, ibid.

Delegatus principis, etiam inuitis partibus, poteſt alij cauſam ſubdelegare, cum id habeat à lege, gl. ſi non poſſunt, ibidem.

Delegatus, qui in totum vices ſuas commiſit alicui, non poteſt reuocare ſubdelegatum, ſi ſubdelegatus cœpit vti iuriſdictione: ſecus ſi ſit res integra, & nondum cœpit vti iuriſdictione, d. gl. non poteſt, verſ. ſed quæritur. 17

Delegatus, qui partem iuriſdictionis ſibi retinuit, poteſt reuocare ſubdelegatum, cui aliam partem commiſit, ibid.

Delegatus ſi partem iuriſdictionis ſubdelegauit ad Papam, & non ad condelegatos, vel ipſum ſubdelegantem, debet appellari, ibid.

Delegatus Papæ ſi ſubdelegat non in totum, pars à ſubdelegato non poteſt appellare, ex eo quod datus ſit ſine ſuo conſenſu: poteſt tamen recuſare oſtendendo iuſtam cauſam coram delegato, & tunc delegatus definiet: à quo appellatur ad Papam, ſi nolit recuſationem admittere, d. cap. ſuper quæſtionum, §. ſi. De officio deleg.

Delegatus non neceſſitatur ad ſubdelegandam executionem de partium voluntate, ibid.

Delegatus Papæ, niſi malitiosè ſe excuſet, ſubdelegatum compellet ad cauſam recipiendam: in compellendo autem deferet ſuæ dignitati, & perſonæ, cap. paſtoralis, 28. eod.

Delegatus principis ſubdelegare poteſt, ibid. & d. cap. paſtoralis. §. ſi.

Delegatus principis habet poteſtatem ſubdelegandi à lege, & ſic in potentia ſubdelegandi videtur habere iuriſdictionem ordinariam, ibid.

Delegatus ab alio, quàm à principe non habet poteſtatem ſubdelegandi, ibid.

Delegatus principis poteſt ſubdelegare, etiamſi faciat animo ſe exonerandi, & malitioſe, ita quod non ſit ſuſpenſus: ſed eo caſu non poteſt compellere ſubdelegatum ad ſuſcipiendam iuriſdictionem, d. cap. paſtoralis, & ibi gloſ. exonerare.

Delegatus poteſt ſubdelegare etiam ſuperioribus, d. cap. paſtoralis. 18

Delegatus Papæ, quemcumque etiam non ſuppoſitum ſuæ iuriſdictioni, poteſt compellere ad ſuſcipiendam delegationem, d. cap. paſtoralis, 28. & ibi gl. renitentem.

Delegatus Papæ hodie non poteſt ſubdelegare, niſi illis perſonis quibus Papa delegat, de quibus in *cap. ſtatutum. De reſcript. lib. 6.* gl. ſuperioribus, ibid.

Delegatus Papæ ſicut poteſt committere totam cauſam, ita poteſt citationem: & per hoc contumaciam acceptare, cap. paſtoralis, §. item cum totum, eod.

Delegatus poteſt committere cauſam *appellatione remota*, in odium illius, qui procurauit, ne delegatus ſtatuta die procederet, d. cap. paſtoralis, §. fi. & ibi gl. fi.

Delegatus ſubdelegare poteſt authoritate ſuperioris *appellatione remota*, cap. cum B. 35. De officio deleg.

Delegatus quandoque ſubdelegat authoritate poteſtatis à delegante commiſſa, ibid.

Delegatus in cauſa dationis coadiutoris poteſt delegare: & ſic in prouiſione Eccleſiæ de Prælato, cap. venerabili, & ibi gl. conſilio, eod.

Delegatus, qui in totum vices ſuas ſubdelegauit, functus eſt officio ſuo, vt non poſſit reuocare ſubdelegatum, ſi ſubdelegatus vti cœperit, ibid.

Delegatus grauatus infirmitate corporali poteſt alij vices ſuas committere, ibid.

19 Delegatus ſimpliciter committens vices ſuas, non poteſt eas reuocare, poſtquam ſubdelegatus vti cœperit ſua iuriſdictione, gl. vices, ibid.

Delegatus committens ſimpliciter vices ſuas, omnia cenſetur commiſiſſe, quæ poterat ſuper illo negotio, ibid

Delegatus Papæ ſubdelegare poteſt, licet datus ſit ex officio, vel de partium conſenſu, vel cum clauſula prælectionis, videlicet *quod ſi non omnes, tu cum alio exequaris*, cap. ſi. eodem.

Delegatus à principe, recipit poteſtatem ſubdelgandi à iure, ibidem.

Delegatus cum clauſula, *quod negotium perſonaliter exequatur*, poteſt nihilominus partium conſenſu ſubdelegare, niſi Papa mandauerit ſibi fieri inquiſitionem, vel prouideri Eccleſijs de Prælatis, vel alijs miniſtris, in quibus non poteſt ſubdelegare; quia ad illa eius induſtria fuit electa, d. cap. fi. §. tu autem, & ibi gl. vt perſonaliter.

Delegatus non poteſt ſubdelegare cauſam, ad quam expediendam fuit electa induſtria perſonæ delegati à delegante ad commodum publicum, d. gl. vt perſonaliter, & gl. inquiſitionem, ibid.

Delegatus ad nudum miniſterium exequendum non poteſt ſubdelegare; fallit in legato ſedis Apoſtolicæ, d. cap. fi. §. fi.

Delegatus, cui committitur vt prædicet crucem, excommunicet aliquos, vel abſoluat, vel diſpenſet cum irregularibus, vel iniungat pœnitentias, non poteſt hoc officium alij delegare, niſi fuerit ſedis Apoſtolicæ legatus, d. §. fi.

Delegatus principis, etiam in cauſa matrimoniali, poteſt ſubdelegare alteri vices ſuas, cap. ex literis. De in integ. reſtitutione.

20 Delegatus principis habens poteſtatem cognoſcendi habet etiam poteſtatem ſubdelegandi, cap 3 De foro comp.

Delegatus, cui aliquod negotium perſonaliter commiſſum eſt, alij committere non poteſt, cap. fi. De dilatio.

Delegatus inferioris à principe, ſubdelegare non poteſt hodie, gl. committentibus, in cap. cum Bertholdus. De re iudic.

Delegatus, cui commiſſum eſt à Papa, vt perſonaliter corrigat corrigenda, non poteſt vices ſuas alij committere, cap. cum I. & A. 22. & ibi gl. perſonaliter, eod.

Delegatus ſolus principis poteſt cauſam ſubdelegare: ſed inferioris à principe non poteſt, cap. cum cauſam, & ibi gl. delegatus. De appel.

Delegatus ad vniuerſitatem cauſarum, poteſt vnam cauſam ſubdelegare, d. gl. delegatus, in d. cap. cum I. & A.

Delegatus, cui commiſſum eſt vt videat inſtrumentorum, non poteſt alteri illam commiſſionem delegare, cap. dilecta. De confirm. vtili.

Delegatus non poteſt ſubdelegare locis vel perſonis alijs, quàm à iure expreſſis, cap. ſtatutum, §. in nullo, & ibi gl. expreſſius. De reſcript. lib. 6.

Delegatus, qui ſubdelegationem recipit nomine ſocij, non poteſt diuerſas ſententias ferre; vnam nomine ſuo, & aliam nomine ſubdelegantis, gl. nihil agit, in cap. pe. §. potro. De electione, lib. 6.

21 Delegatus ab alio quàm à Papa non ſubdelegat, cap. Apoſtolica, in cap. ſi duo. De officio deleg. lib. 6.

Delegatus ſubdelegans cauſam, ex quo aliquid ſibi reſeruauit, adhuc eſt iudex: ſaltem in eo quod reſeruauit: item poterit cognoſcere de ſuſpicione ſubdelegati, & poteſt ad ſe reuocare iuriſdictionem, gl. aliquid, in cap. iudex, eod.

Delegatus ſubdelegans etiam in totum, re integra reaſſumere poterit, cap. quamuis, eod.

Delegatus dicitur habere aliquid iuris, etiam in cauſa delegata à ſe, ibid. & cap. ſi delegatus, 7. eod.

Delegatus, ſi ſubdelegauit quoties abeſſet, vel donec reuocaret, & mortuus ſit re integra, ſubdelegatus procedet in cauſa, d. cap. ſi delegatus.

Delegatus ſubdelegans donec reuocaret, per talem commiſſionem transfert etiam ſententiæ prolationem, gl. committi, ibid.

Delegatus ſubdelegando cauſam poteſt reſeruare executionem ſententiæ: ſi tamen appellatur à ſententia, non appellabitur ad delegatum ſubdelegantem, ſed ad primum delegantem, gl. ſi. ibid.

Delegatus habet aliquid iuris in cauſa delegata, cap. ſi is cui, 9. eod.

22 Delegatus, qui ex iuris diſpoſitione non poteſt vices ſuas alteri committere, poteſt tamen, ſi hoc habeat in mandatis, cap. is cui, 22. eod.

Delegatus inferioris à principe, poteſt ſubdelegare, ſi habeat ſpeciale mandatum ſubdelegandi, gl. ſi. ibid.

Delegatus ab alio quàm à principe, etiam poſt litis conteſtationem, ſubdelegare non poteſt, gl. procurator, in cap. 1. §. licet. De procuratoribus, lib. 6.

Delegatus etiam ab alio quàm à principe, ad vniuerſitatem cauſarum datus, ſi vnam cauſam ſubdeleget, in alijs iuriſdictionem retinet, cap. is qui, eod.

Delegatus in cauſa ciuili poteſt alteri ſubdelegare vices ſuas, ad articulum receptationis teſtium, clem. 2. De officio deleg.

Delegatus in cauſa criminali non poteſt alteri ſubdelegare receptionem teſtium, ibid. à contrario ſenſu.

Delegatus ab alio quàm principe, poteſt ſubdelegare, clem. 2. §. verum. De hæreticis.

Delegatus, cui mandatur vt perſonaliter negotium exequatur, poteſt alij committere vices ſuas, ſi partes conſentiant: niſi in cauſa inquiſitionis, & cum Papa mandat prouideri Eccleſiæ alicui de Prælatis, & alijs miniſtris, gl. perſonaliter, in cap. cum dilecta, 22. De reſcrpt.

Reliqua in verbo, Subdelegari. Subdelegatus. Appellare, 18.

DELEGATVS Papæ eſt maior quolibet Ordinario, gl. in rub. De officio deleg. 23

Delegatus Papæ, impeditus propter debilitatem, vel aliam cauſam legitimam, etiam partibus inuitis, poteſt ſubdelegare cauſam, quæ ſine ipſo poteſt commode determinari. cap. 3. & ibi gl. 1. eod.

Delegatus principis licet poſſit ſubdelegare, non tamen poterit ſubdelegare cauſas graues, quæ ſine eius præſentia non poſſunt terminari, ibid.

Delegatus Papæ ſubdelegando poteſt ſibi retinere poteſtatem concludendi: ita quod ſubdelegatus debeat ipſam concludere, maxime quando cauſa eſt ita ardua, quæ exigat conſilium, d. cap. 3. eod.

Delegatus principis poteſt Ordinarium compellere ad ſententiam ſuam exequendam, etiamſi ſciat eam iniuſtam, dum tamen faciat ei fidem de ſua iuriſdictione, cap. ſignificaſti, 7 & ibi gl. a. eodem.

Delegatus principis habet ea quæ ſunt meri imperij: vnde poteſt ſuam ſententiam executioni mandare, & eam alteri committere, ibid.

Delegatus Papæ, quantum ad cauſam commiſſam, eſt maior Epiſcopo, & quolibet Ordinario, d. gl. a. cap. paſtoralis, §. præterea. De officio Ordin.

Delegatus Papæ poteſt excommunicare reſiſtentes iuriſdictioni ſibi commiſſæ, d. cap. ſignificaſti, & ibi gl. pe. & ſi.

Delegatus Papæ, in cauſa ſibi commiſſa iuriſdictionem habet ſuper Ordinarium, & eſt maior quolibet Ordinario, cap. ſane, 11. De officio deleg. itemque habet iuriſdictionem in omnes impedientes ſuam iuriſdictionem, quantæcumque authoritatis ſint, ibid.

Delegatus Papæ, in cauſa ſibi commiſſa gerit vices Papæ, ibid.

Delegatus Papæ contra Epiſcopum moderate procedere debet, primo interdicendo ingreſſum Eccleſiæ, 2. Sacerdotale officium, vltimo terram, ibid.

Delegatus Papæ debet committere illis perſonis, quibus committit ipſe Papa, & non alijs, gl. 1. in cap. cum te conſulente, eod. 24

Delegatus principis poteſt ſibi eligere nuncium, & committere cui vult citationem; cap. paſtoralis, §. item cum iarum, eod.

Delegatus principis poteſt executionem ſententiæ delegatæ, d. cap. paſtoralis, §. quia vero. De offic. deleg.

Delegatus Papæ licet ſit maior omnibus, quoad cauſam ſibi commiſſam: in alijs tamen remanet ſubiectus ſuis ſuperioribus, d. cap. paſtoralis, §. ſi.

Delegatus Papæ, item & ſubdelegatus ad certum articulum, habet iuriſdictionem & cognitionem circa articulum ſibi commiſſum, cap. ex literis, eod.

Delegatus principis, ſi ſit impeditus, poteſt alij cauſam delegare, cum id ſit à lege conceſſum ei, gl. admittere, & gl. quod non, in cap. coram, 34. eod.

Delegatus Papæ poteſt excommunicare & mittere in poſſeſſionem, ibid.

Delegatus poteſt dari à Papa etiam frater mendicans, ſi ſit Prior, velut Prædicatorum, cap. cum olim. De maior. & obedi.

Delegatus à ſede Apoſtolica non poteſt iubere alterutram partem coram ſe perſonaliter comparere, ſi de hoc non habeat ſpeciale mandatum, niſi ſit cauſa criminalis, vel pro veritate dicenda, vel pro iuramento calumniæ faciendo, iuris neceſſitas hoc exigat. gl. perſonaliter, in cap. ſi. eod.

Delegatus Papæ poteſt pro executione ſuæ delegationis inuocare auxilium brachij ſæcularis, cap. ſi. §. ſi. De exceſſibus Prælat.

Delegatus à Papa poterit cognoſcere, & pronunciare locum, in quo cauſa commiſſa audiri debet, an ſit locus inſignis; quando inter partes eſt ſuper hoc controuerſia, gl. copia, in cap. ſtatutum. De reſcript. lib. 6.

Delegatus Papæ poteſt alteri cauſam ſibi commiſſam ſubdelegare in totum, vel etiam in partem, cap. ſi duo ex tribus. De officio deleg. lib. 6.

25 Delegatus Papæ ſuſpectus, antequam ſe intromittat de cauſa, poteſt ſubdelegare cauſam totam, cap. iudex, & cap. ſi à ſubdelegato, eod.

Delegatus Papæ, eo quod ſe intromiſerit de eo, quod non eſt de ſua iuriſdictione, non propter hoc incurrit aliquam pœnam, gl. ſuſpenſi, in cap. ſi. eod.

Delegatus à principe poteſt in partem vel in totum vices ſuas committere: quod non poteſt conſeruator, gl. nulli, in d. cap. ſi.

Delegatus à principe poteſt ſubdelegare ei, cui poſſit delegari, gl. ſuperius, ibid.

Delegatus Papæ poteſt ſubdelegare ſub hac forma, *quoties contingeret ſe abeſſe*, gl. 1. in cap. pe. De procuratoribus, lib. 6.

Delegatus Papæ poteſt citare partes ad comparendum coram ſe perſonaliter, ſi ad id habeat ſpeciale mandatum: ſecus ſi non haberet ſpeciale mandatum ad id, cap. 1. & ibi gl. ſpeciale. De iudicijs, lib. 6.

Delegatus Papæ non poteſt compellere partem principalem ad præſtandum iuramentum de calumnia per ſe, cum poſſit procuratorem conſtituere cum ſpeciali mandato ad id, quod verum eſt: niſi principalis ſit inſtior, quam procurator; & natura cauſæ hoc requirat, vel ſciat melius veritatem, gl. pe. ibid.

Delegatus Papæ poteſt invocare brachium ſæculare, cap. 1. §. ſi. De ſtatu regular. lib. 6.

Delegatus Papæ ſimul iungitur cum Ordinario, & ſi diſcordant in ſententia, debent adire Papam, cap. per hoc, De hæreticis, lib. 6.

Delegatus Papæ, in cauſa ſibi commiſſa, eſt maior legato, gl. figura, in cap. ſtatuta, 30. eod.

In Delegato Papæ inter cætera quæ exiguntur, eſt id, quod delegatus ſit in dignitate propria conſtitutus, gl. 1. in add. in clem. 1. De reſcript.

Delegati Papæ de iure antiquo poterant eſſe, Prior clauſtralis, ſacriſta, cuſtos, & camerarius monaſterij: ſed hodie cum ſint determinatæ qualitates requiſitæ in delegato, ſecundum eas non poſſunt eſſe delegati Papæ, gl. pen. in d. clem. 2.

Delegatus Papæ poteſt audire criminales cauſas, gl. pe. in can. frater noſter, 16 q. 1.

Delegatus Papæ poteſt cognoſcere de crimine Epiſcopi, ſed non deponere: vel poteſt pronunciare aliquem deponendum, ſed eum condemnare non poteſt, d. gl. pe.

Delegatus, cui Papa delegauit ſententiam excommunicationis, ſi excommunicet, non abſoluet, niſi hoc exprimatur in litteris: ſi autem ei delegetur aliqua cauſa, etiam ſi propter contumaciam excommunicet aliquam partium, bene poteſt abſoluere, niſi quando infra certum tempus cauſa commiſſa eſſet decidenda, & terminus ille eſt elapſus, gl. ſi. in can. ſi homo, 27. q. 1.

Reliqua in verbo, Papa, 51. 52.

26 DELEGATO iuriſdictio extenditur ad aliud quàm commiſſum, vt poſſit abſoluere perſonas in quarto litigantes, propter excommunicationem ad litigandum inhabiles: quod verum eſt, quando excommunicatio eſt connexa cauſæ, de qua in iudicio contenditur, vt quia ab ea occaſionata, cap. prudentiam, §. ſexta. De officio delega.

Delegatus partes etiam propter aliam cauſam ſeparatam à commiſſa excommunicatas abſoluit in ſubſidium negligentiæ excommunicatoris, d. §. ſexta.

Delegatus ad præparationem cauſæ à Papa ſibi commiſſæ non abſoluit in caſibus reſeruatis ipſi Papæ, ibid.

Delegati poteſtas extenditur non ſolum ad principaliter commiſſa, ſed ad omnia incidentia, ſine quibus cauſa non poteſt aliter expediri, etiam acceſſoria, d. §. ſexta.

Delegatus vnus ex pluribus datis cum clauſula *quod ſi non omnes*, &c., ſi intereſſe non vult cum alijs, reliqui procedere poſſunt, cum de voluntate ipſius conſtiterit, ibid.

Delegatus ex defectu poteſtatis non poteſt abſoluere, quando alius, qui excommunicauit, erat paratus abſoluere: ſed ſi requiſitus nolit abſoluere, tunc delegatus poterit abſoluere excommunicatum præſtito prius iuramento, quod ſtabit mandatis Eccleſiæ ſuper eo, ſuper quo fuit excommunicatus, gl. ad excommunicatorem, ibid.

Delegatus cognoſcit non ſolum de eo, quod venit acceſſoriè ad cauſam ſibi commiſſam, ſed etiam de eo, quod venit acceſſoriè ad acceſſorium cauſæ ſibi commiſſæ, d. cap. prudentiam, §. ſi vero.

27 Delegatus poteſt poſt annum abſoluere illum, quem excommunicauerat pro contumacia ante ſententiam diffinitiuam, gl. ſi. in cap. quærenti, 26. eod.

Delegatus non poteſt abſoluere poſt annum, illum quem excommunicauerat poſt ſententiam diffinitiuam, cui non paruit, ibid.

Delegati iuriſdictio durat vſque ad ſententiam latam, & executioni mandatam: & poſt ſententiam intra annum, ibidem.

Delegatus, cui mandatur vt abſoluat illum, qui dicit ſe iniuſte excommunicatum, debet abſoluere eum ante probationem; ſi autem dicat excommunicationem nullam, probationem nullitatis ante pronunciationem admittit, cap. cum contingat, 36. eod.

Delegatus, & etiam ſubdelegatus, tenentur ſeruare formam reſcripti Apoſtolici, cap. venerabili, & ibi gl. conſilio, eodem.

Delegato Papæ mortuo, qui excommunicauit reum, vel actorem in poſſeſſionem induxit, ſi eius ſucceſſor in delegatione ſuccedit, abſoluere & reſtituere poſſeſſionem poterit: aliàs ſolus Papa abſoluet, & reſtituet, præterquam in mortis articulo: ne tamen currat annalis præſcriptio, reus coram Ordinario vel publicis perſonis præſtabit cautionem de ſtando iuri, cap. paſtoralis, §. præterea. De officio Ordin.

Delegatus poteſt committere abſolutionem canonis, contra manus violentas iniicientes in clericos, dummodo ipſe habeat iuriſdictionem, gl. ſi. in cap. ſi. eodem.

Delegati poteſtas extenditur quandoque ad non commiſſa, vt euitetur circuitus, clem. auditor. De reſcript.

Delegato principis veniente ad certam prouinciam, non debet præſes eiuſdem ſinere eum facere plus quam eius legatio ſe extendit, gl. 1. in extrauag. ſuper cathedram. De ſepulturis, inter communes.

Delegatus habens poteſtatem è principe, illud tantum proſequitur, quod ſibi ſpecialiter eſt conceſſum, nec alia debet vſurpare, ibid.

Delegatus fines mandati exacta diligentia ſeruare debet, gl. eandem, in cap. de cauſis, §. 1. De officio delegati.

Reliqua in verbo, Mandatum, 8. Procurator, 10. 25.

DELEGATVS poteſt punire contumacem, ſiue in non veniendo, ſiue in non parendo, cap. de cauſis, §. 2. De officio deleg. 28

Delegatus pœnam ſtatutam à iure imponere debet, nec poteſt in ea diſpenſare: ſecus eſt in Ordinario, qui poteſt diſpenſare, gl. eandem, ibid.

Delegatus poteſt partem contumacem punire, licet hoc non caueatur in commiſſione, cap. præterea, 5. eod.

Delegatus poteſt mulctare, & aliam pœnam etiam extraordinariam imponere, ibid.

Delegatus poteſt ſuſpendere, mulctare, & interdicere, cap. ſane, 11. eod.

Delegatus poteſt mulctare contemnentem ſibi parere, cap. paſtoralis, §. item ſi totum, eod.

Delegatus, qui impeditur die ſtatuta procedere, partem hoc procurantem puniet: & quantum ad diem illam, committet cauſam appellatione remota in odium procurantis, niſi partes negotium prorogent. cap. paſtoralis, §. ſi. eod.

Delegatus poteſt animaduertere in partem calumnioſe agentem, & poteſt partem mulctare, id eſt imponere pœnam pecuniariam, vel ad arbitrium iudicis, ex quo pœna certa non eſt ſtatuta; vel poterit excommunicare, d. §. ſi. & ibi gl. puniat.

Reliqua in verbo, Mulcta. Pœna.

DELEGATVS poteſt ſuam ſententiam executioni mandare, cap. ſignificaſti, 7. & ibi gl. 2. De officio deleg. 29

Delegatus etiam lata ſententia, & executione ſubdelegata, non videtur functus officio ſuo, ſi non ſit executio facta, ibid.

Delegatus Papæ, & per ſe, & per alium poteſt exequi ſuam ſententiam, cap. in litteris, eodem.

Delegatus Papæ ſuam ſententiam exequi poteſt vſque ad integrum annum, cap. quærenti, 26. eodem.

Delegatus poteſt exequi ſuam ſententiam, gl. transfert. in cap. ſuper quæſtionum, § porro, eod.

Delegatus ab Ordinario datus poteſt ſuam ſententiam executioni mandare: quia ex quo cauſa ſibi committitur, intelliguntur ſibi omnia eſſe commiſſa, quæ ad cauſam ipſam ſpectare noſcuntur, & ſine quibus cauſa expediri non poteſt, gl. pe. in cap. ſi quis contra. De foro compet.

Delegatus inferioris à principe poteſt exequi ſuam ſententiam, ſi hoc in commiſſione exprimatur, cap. ſi. Ne clerici vel monach. lib. 6.

Delegatus à principe poteſt mandare ſuas ſententias executioni: ſed delegatus inferioris à principe non poteſt mandare executioni ſuas ſententias, gl. 1. in cap. quiſquis, 2. q. 6.

Reliqua in verbo, Sententia, 64 vſque 68. Executio. Iudex, 91. Supra, 2. 3. 4.

DELEGATVS condelegato vel alij poteſt vices ſuas delegare, cap. quamuis. 6. De officio deleg. 30

Delegatus ſine condelegato poteſt procedere: dum tamen condelegatus alium loco ſui ſubſtituat, ibidem.

Delegatis pluribus datis cum clauſula *quod ſi non omnes*, &c. ſub hac clauſula impotentiæ comprehenditur caſus voluntatis quoad purificandum iuriſdictionem iudicum, cap. prudentiam, § adijcimus, eod.

Delegatis duobus datis cum clauſula, *quod ſi ambo intereſſe nequiuerint, alter exequatur*, &c. hæc clauſula includit voluntatem

voluntatem quoad purificandum iuriſdictionem coniodi-cum, d. § adiicimus.

Delegatis tribus cum clauſula *quod ſi non omnes* &c. vt duo procedere poſſint, oportet quod eis ſit notum de impedimento tertij per certum nuncium fidei approbatæ, vel per litteras ipſius, aut per teſtes deponentes de eius graui infirmitate: vel quod ſit adeo longe abſens, quod haberi non poſſit, gl. per certum, & gl. oſtendere, & gl. canonice, in d. cap. prudentiam. De officio delegat.

Delegatis duobus ſub nomine expreſſo dignitatum commiſſa cauſa, mortuo vno reliquus etiam ſolus poteſt partibus præfigere terminum ad agendum, ſi in litteris continebatur, *quod ſi ambo non poteritis*, &c. nec expirat mandatum quaſi tum ad defectum, ſed ſtatim alio ſuccedente in dignitate, ambo debent procedere, gl. 1. & 2. in cap. quoniam Abbas, 24. eod.

Delegatis tribus ſimpliciter datis, duo ſine ſubdelegatione tertij procedere non poſſunt: quod ſi facerent, ab eis poterit appellari, cap. cuius cauſa, 22. eod.

Delegatis tribus datis cum clauſula *quod ſi non omnes* &c. duo procedere non poſſunt tertio inconſulto, vel non committente iuriſdictionem: & ſi proceſſerint, proceſſus non valet, ibid.

31 Delegatis tribus datis cum clauſula *quod ſi non omnes* &c. duo ex illis procedere non poſſunt, niſi prius conſtet eis de impotentia, vel voluntate tertij, gl. 1. ibidem.

Delegatis duobus datis cum clauſula *quod ſi ambo* &c. vno recuſato, poteſt alter ſolus procedere: nec valet proceſſus ſi cum recuſato procedat, cap. cum ſuper, 33. eod.

Delegatus tribus cum clauſula, *quod ſi non omnes, &c. tu frater Epiſcope, cum altero ipſorum in cauſa procedas*: alij duo non poſſunt procedere ſine ipſo, vel ſuo ſubdelegato, gl. ſine quo, in cap. inſinuante, 25. eod. & in cap. quoniam, § 2. eod.

Delegatus vnus ex duobus delegatis principis, cum clauſula *appellatione remota*, ſi ſubdelegat alteri acceptanti, acceptans non poteſt ſubdelegare, nec appellatione remota procedere: quod tamen ante acceptationem poterat: & ab eo appellatur ad Papam, non ad condelegatum, etiamſi fuerit ſubdelegatus non in totum: cap. ſuper quæſtionum, §. ſi vero duo, eod.

Delegatus duobus datis ſiue apponatur clauſula, *quod ſi ambo*, vel *quod ſi non omnes* &c. ſiue non apponatur, nihilominus ille qui non poteſt intereſſe, poteſt vices ſuas alij committere, gl. ſi non poteſt, ibid.

Delegatus vnus ex tribus ſi ſubdeleget, reliqui duo ſubdelegati ſi nolint, non tenentur admittere ſubdelegatum delegati, qui intereſſe non potuit, gl. ſi non poſſunt, ibid.

32 Delegatis tribus cum clauſula *quod ſi omnes non poterunt, duo veſtrum* &c. poteſt vnus eorum alteri collegæ vices ſuas committere; & ille repræſentat vices duorum, cap. licet vndique, 30. De officio delegati.

Delegatis tribus cum clauſula, *quod ſi omnes non poterunt, duo veſtrum*, oportet neceſſario, quod duo remaneant iudices vere vel ficte, ibid.

Delegatus non tenetur admittere collegam ſibi adiunctum per literas ſubreptitias, nec ipſius ſubdelegatum, cap. coram, 34. eod.

Delegatus ſubdelegatum collegæ impediti non tenetur admittere, ſi in reſcripto ſit clauſula, *quod ſi ambo non poteritis, alter veſtrum procedat*, ibid.

Delegatus principis cum clauſula, *quod ſi ambo non poteritis* &c. impeditus, ſubdelegare non poteſt vices ſuas, quaſi ex impedimento parificata ſit poteſtas condelegato, d. cap. coram, & ibi gl. admittere, & gl. non intelligitur, ibid.

ex Delegatis pluribus vnus impeditus impedimento iuſto, non poteſt ſubdelegare: vt ſi ſit ſeruus, vel furioſus, dd. reprob. d. gl. non intelligitur.

Delegato vno dato, ſi alter fuit datus ſibi adiunctus per literas ſubreptitias, is non poteſt ſubdelegare, dd. reprob. d. gl. non intelligitur.

Delegati plures ſi ſint ſimpliciter dati à principe, vnus illorum impeditus poteſt ſubdelegare, & delegatus tenetur eum admittere, dd. reprob. d. gl. non intelligitur.

Delegatis pluribus datis cum clauſula illa, *vos vel alter veſtrum* &c. tunc vnus delegatus non tenetur admittere ſubdelegatum alterius, dd. reprob. d. gl. non intelligitur.

Delegatis pluribus datis cum clauſula, *ſi ambo, vel quod ſi non omnes*, tunc ſi vnus illorum ſit impeditus impedimento perpetuo, non poteſt ſubdelegare: & idem, ſi eſt impeditus impedimento temporali & euitabili, dd. reprob. d. gl. non intelligitur.

33 Delegatis pluribus cum clauſula *quod ſi non omnes, tu frater Epiſcope cum altero procedas*, poteſt Epiſcopus ſubdelegare: & ſine Epiſcopo, vel eius ſubdelegato, alter procedere non poteſt, cap. ſi §. idem quoque. De officio deleg.

Delegati plures ſimpliciter dati non poſſunt iuriſdictionem exercere in ſolidum: imò vnus ſine alio nihil poteſt, gl. 2. in cap. 2. De eo qui mittitur in poſſeſſionem.

Delegatis duobus vel pluribus ſimpliciter ſi fuerit cauſa commiſſa, omnes habent iuriſdictionem non in ſolidum, ſed pro parte: vnde ſi vnus ex delegatis fuerit impeditus, vt quia ſit excommunicatus, reliqui propter connexitatem non habent iuriſdictionem, gl. pe. in cap. ad probandum. De re iudica.

Delegatus vnus ex duobus cum clauſula, *quod ſi ambo intereſſe non poſſunt* &c. antequam procedat in cauſa, neceſſe eſt quod conſtet de impotentia collegæ, gl. non poſſunt, in cap. ſi contra, 4. De officio deleg. lib. 6.

Delegatus vnus ex duobus datis cum clauſula, *quod ſi ambo* &c. ſi fuerit recuſatus, pendente cauſa recuſationis, non poteſt alter delegatus ſolus cognoſcere, antequam conſtet de impotentia condelegati, gl. probari, ibid.

Delegati duo ſi fuerint ſimpliciter dati, vnus ſine altero procedere non poteſt: & impedito vno ita quod non poſſit committere, alter procedere non poteſt, gl. clauſula, ibid.

Delegati plures in ſolidum ſi fuerint dati, quilibet eorum cognoſcere poteſt de cauſa; & vno cognoſcente, alij nequibunt niſi ex cauſa ſe vlterius intromittere: & perpetuatio vnius perpetuat quoad omnes. cap. cum plures, eod.

Delegatorum plurium clauſulæ quandoque dantur disiunctiue, ita vt ex propria voluntate quilibet ipſorum poſſit ſine alio procedere, ibid. 34

Delegati ſi fuerint dati plures cum clauſula, *quod ſi non omnes*, vel *quod ſi ambo* &c. tunc iuriſdictio datur conditionaliter: & vnus vel duo iuriſdictione vti poſſunt, cum conſtiterit de conditione & de impedimento tertij, vel collegæ: alter non valet quod agitur, gl. forma, ibid.

Delegati ſi fuerint dati plures alternatiue, puta *vt omnes, vel duo, aut vnus veſtrum*, &c. tunc iuriſdictio datur eis alternatiue: vnde quilibet eorum eſt iudex in ſolidum vigore alternationis, d. gl. forma, ibid.

Delegati plures ſi fuerint dati cum clauſula *quod ſi omnes non poteritis* &c. tunc vno impedito, procedit alter: ceſſante tamen impedimento, omnes procedunt ſimul; vnde impeditus poſtea veniens, & cum alijs volens procedere admitti debet, gl. nequibunt, ibid.

Delegatus vnus ex pluribus ſimpliciter datis in cauſa hæreſis, ſpeciali iure, fauore fidei poteſt procedere ſine alio: & hoc tenendo, quod Inquiſitores habeant iuriſdictionem delegatam: regulariter eſt contra, niſi exprimatur in commiſſione, cap. vt officium, & ibi gl. 3. De hæreticis, lib. 6.

Delegati plures ſimpliciter dati in cauſa hæreſis quoad hoc, quod quilibet eorum per ſe procedere poſſit, æquiparantur Ordinarijs, qui in ſolidum iuriſdictionem habent, ſicut in ſcholares habent magiſtri, doctores, & Epiſcopi: ſecus in Ordinarijs qui non habent in ſolidum, ſicut eſt cum capitulum cognoſcit, quoniam tunc ſinguli de capitulo non ſunt iudices, gl. ſeparatim, ibid.

ex Delegatis vnus non poteſt compellere alios delegatos ad procedendum in cauſa delegata, can. ſtudeat, diſt. 50.

Delegati quando diſcordant, recurrendum eſt ad delegantem, gl. pronunciare, in can. 1. q. 4.

Delegatus dominus impetrantis recuſari poteſt, cap. cauſam quæ, 17. De officio deleg. 35

Delegatus recuſari poteſt, ſi ſit vaſſallus impetratoris, vel ſuffraganeus, vel conſanguineus, vel ſit hæres inſtitutus in totum vel in partem, aut ſi aduocatus extitit in eadem cauſa pro ipſo, vel ſi habeat conſimilem cauſam, gl. ſi, & ibi add. marg. ibid.

Delegatus non poteſt cognoſcere de recuſatione propoſita contra condelegatum, cap. cum ſuper, 22. eod.

Delegatus poſt litem conteſtatam ex noua cauſa remoueri poteſt, & alius in eius locum ſubrogari, cap. inſinuante, 25. eodem.

Delegatus neceſſarius in teſtem remouetur à iudicando, & alius ſubrogatur, cap. dilecto, 40. De teſtibus.

Delegatus cum clauſula *appellatione remota* recuſari poteſt, ſi ſit conſanguineus impetratoris, vel ſi fuit aduocatus in ea cauſa, cap. poſtremo, 36. De appellat.

Delegati, quibus cauſæ commiſſæ ſunt, poſſunt repelli à cauſarum cognitione, prætextu exceptionis excommunicationis, infamiæ, inimicitiarum, vel alia iuſta cauſa, gl. canonicis, in cap. ſtatutum. De reſcript. lib. 6.

Delegatus inhabilis ex defectu qualitatis requiſitæ, etiamſi procedat partibus non opponentibus, vel excipientibus, non valet proceſſus: quia commiſſio contra qualitatem requiſitam eſt ipſo iure nulla, gl. committantur. ibid.

Delegatus in cauſa ſui Epiſcopi, vt ſuſpectus poteſt recuſari, d. cap. ſtatutum, §. cum vero, & ibi gl. ab Epiſcopo. 36

Delegatus Papæ, cauſa recuſationis ſemel propoſita, non poteſt cauſam ſubdelegare, niſi de conſenſu recuſatoris, cap. iudex. De officio deleg. lib. 6.

Delegatus Papæ etiam volente recuſatore, non poteſt committere cauſam, poſtquam arbitri cognouerint cauſam recuſationis iudicis, & pronunciauerint eum ſuſpectum, ibid.

Delegatus ſuſpectus, ſi commiſerit totam cauſam ante recuſationem, non poteſt recuſari, ſi ſubdelegatus incepit vti iuriſdictione: ſed ſi ſubdelegatus non recepit ſubdelegationem, vel re integra ſubdelegatus reuocatus eſt, tunc ipſe delegatus poterit recuſari, gl. nequibit, & ibi add. in cap. iudex. De officio deleg. lib. 6.

Delegatus Papæ licet recuſetur coram arbitris, quia ibi difficile eſſet recurrere ad Papam: delegatus tamen Ordinarij non recuſatur coram arbitris, ſed coram Ordinario, gl. Apoſtolica, in cap. ſtatuimus, eod.

Delegatum poteſt Ordinarius reuocare, etiam poſt litis conteſtationem, gl. procurator, in cap. 1. §. licet autem. De procuratoribus, lib. 6.

Delegatus à Principe poteſt reuocare ſubdelegatum, antequam ille vſus ſit ſubdelegatione, cap. is qui, & ibi gl. aliud, eodem.

Delegatus etiam Papæ recte poteſt recuſari, iuſta cauſa interueniente, gl. dubitare, in can. 1. diſt. 94.

Reliqua in verbo, Recuſari. Recuſatio. Recuſatus, Iudex, 103. vſque 113.

DELIBERATIONE magna quæ facta ſunt, non debent ſubito mutari, cap. 1. Ne ſede vacante.

DELIBERATORIÆ induciæ non ſunt concedendæ niſi ſemel, ſiue implicite, ſiue explicite conceſſæ ſint, cap. 2. De dilatio.

Deliberatoriæ dilationes ab initio non ſunt dandæ actori, quia debuit venire inſtructus, gl. ſi. in d. cap. 2.

Deliberatorijs poteſt quis renunciare tacite, & expreſſe, gl. litis conteſtationem, in clem. ſæpe. De re iudi.

Deliberatoriæ in cauſis ordinarijs ſunt dandæ, quia ſunt de ſubſtantia, ſi petantur, ibid.

Deliberatoriæ poſſunt arctari, licet non poſſint denegari, ſi petantur, ibid.

Deliberatoriæ in cauſis extraordinarijs, in quibus proceditur iuxta formam *clementinæ ſæpe*, dari debent quia ſunt de ſubſtantia: quod intellige ſi petantur, gl. litis conteſtationem, ibid.

Reliqua in verbo, Iuduciæ. Dilatio. Reut, 9.

Delictum in genere, n. 1. vſque ad n. 12.
Quoad delictum Prælati, Capituli, vel alterius, n. 13 14. 15.
Quoad pœnam imponendam, n. 16. vſque ad n. 19.

1 DELICTVM non excuſat mandatum ſuperioris, in factis contra iura, non valentis diſpenſare, cap. dilectus, De tempor, ordin.

Delictum circa commiſſa iudici delegato creat iuriſdictionem, quoad iudicem delegatum, gl. ſi. in cap. ſignificaſti. De officio delega.

ob Delictum commiſſum contra id, circa quod conſtat iuriſdictio delegati, ſiue in faciendo, ſiue in non faciendo, ſubmittitur quis iuriſdictioni delegati, cap. ſane, 11. eod.

Delicti quantitas cognoſcitur ex quantitate pœnæ, cap. niſi ſpecialis. De officio legati.

de Delicto cuius quis eſt conſcius, vt Deus, & in confeſſione, poteſt in publico redarguere peccatorem in genere, ſed non determinate nominando eum, exemplo Chriſti, qui ſciebat, Iudam traditurum, & dixit, *vnus veſtrum me traditurus eſt*, cap. 2. De officio ordinar.

Delictum dat iuriſdictionem, gl. 1. in cap. poſtulaſti, de foro comp.

Delicti ratione efficitur quis de foro alicuius, d, cap. poſtulaſti, & gl. 1. in cap. ſi. eod.

Delictum dat iuriſdictionem ei, qui aliàs non habet eam, gl. 1. in d. cap. ſi.

pro Delicto conuenitur quis, vbi domicilium habet, vel vbi inuenitur deliquiſſe, ibid.

de Delicto vnius hominis ſæpe non eſt quærendum, cap. iudicatum, in cap. cum dilectus, 32. De electione, gl. abſque, in cap. ea quæ. De ſtato monach. gl. literas, in cap. literas. De celebrat. Miſſar. gl. ſi. in cap. ſi. De colluſione detegen. gl. ſententia, in cap. per hoc, 17. De hæreticis, lib. 6.

2 Delictum aliquod ſi alicui imputatur, omnia quæ ſequuntur ex illo, imputantur eidem, cap. ſicut nobis, 9. De teſtib. gl. prodiit, in can. ſtudeat, diſt. 50.

Delictum ſeu impedimentum habens cauſam continuam, ſeu ſucceſſiuam, commiſſum ſeu adhibitum à conſanguineo, ſeu amico, in fauorem alterius, præſumitur fieri de voluntate illius, de cuius fauore agitur; & ipſæ arctari & conſtringi poteſt, etiam per pœnæ appoſitionem, cap. conſtitutus, 45. eodem.

In Delictis præſumitur dolus, cap. 1. De præſumpt.

Delicta & mali mores reddunt quem notabilem; ideſt infamem, gl. ſi. in cap. de priore, 30. De appellat.

Delictum non eſt ſeuerius iudicandum, quam criminis qualitas expoſtulat, cap. 2. De his quæ fiunt à maior.

Delictum non eſt punibile eo caſu, quo ſi puniretur, etiam innocens puniretur, cap. ſacris. De ſepultur.

Delictum non præſtat immunitatem, gl. 1. in cap. ex transmiſſa, 23. De decimis.

Delictum non debet quis committere propter bonum ſpirituale, quod inde ſequitur, cap. 1. De conuerſ. infidel.

Delictum aggravat dignitas perſonæ, gl. ſi. in cap. ſed nec. Ne clerici vel monachi.

In Delictis doli capacitas ſupplet ætatem, gl. pe. in cap. ſi. De deſponſat. impuber.

3 Delictum augmentatur propter diei excellentiam in qua fuit commiſſum, in cap. 1. Ne clerici, vel vouentes matrim.

Delicta plura quandoque committuntur ex eodem facto, & ambo punienda ſunt; veluti ex copula cum priuigna committitur adulterium & inceſtus, cap. tranſmiſſæ. De eo qui cognouit conſang.

Delictum ſuperueniens rei iudicatæ præiudicat ei pro quo lata eſt ſententia: quod verum eſt, etiamſi iuraſſent ſe vlterius non repetituros, gl. ad inuicem, & gl. ſi. in cap ex literis. De diuortijs.

Delictum, quod quis commiſit in ſe, per libertatem tollitur, ſed delictum quod committit in alium, non tollitur, gl. ſi. in cap. gaudemus, eod.

Delictum priuatione beneficii dignum dicitur, quando Sacerdos celebrat Miſſam non præmiſſa digeſtione, cap. ſi conſtiterit, 12. De accuſat.

Delictum ſubditorum imputatur negligentiæ Prælati, cap. in tantum, 36. & ibi gl. culpa. De ſimon.

Delicti veniam petenti non eſſe denegandam dicit imperator, gl. audientia, in cap. ad abolendam, 9. De hæreticis.

Delicti manifeſtatio diſpenſationem prohibet propter ſcandalum, quod eſt in occulto: imò poſt actam pœnitentiam, & in ſuſceptis remanere, & ad alios promoueri poteſt, præter reos homicidij, gl. 1. in cap. 2. De apoſtatis.

ob Delictum in imponenda pœnitentia, attendi debet non ſolum quantitas, & qualitas delicti: ſed etiam ſcientia, ætas, ſexus, & conditio delinquentis: & etiam tempus, quo delictum commiſſum ſit, cap. ſicut dignum. De homicidio.

Delicto non obuians cum poteſt, præſumitur ſocius delinquentis: & ſic tenetur quis ad repellendum iniuriam inferendam proximo, d. cap. ſicut, §. illi etiam. 4

Delictum quandoque imputatur alicui: ea tamen quæ ſequuntur ex eo, non imputantur, gl. poſt ſatisfactionem, in cap. tua nos, 19. §. ſi. eod.

Delictum decipientis in periculo homines prætextu fragilitatis humanæ innoxium non debet eſſe, gl. diligentiam, ibid.

Delictum ſuperueniens rei iudicatæ affert præiudicium, gl. 1. in cap. tua fraternitas. De adulterijs.

Delicti commiſſi ratione, in alieno territorio poteſt ligari nedum corpus, à iudice delicti: ſed etiam ipſa anima, cum excommunicatur, cap. 1. De raptoribus.

Delicti ratione ſortitur quis forum in eo loco, in quo deliquit: & ibi conueniri poteſt, d. cap. 1. & ibi gl. 1.

ex Delicto eodem poteſt quis lædere plures perſonas: & omnibus tenetur ad ſatiſfactionem, cap. 1. De crimine falſi.

Delictum præcedens aggrauatur ex ſubſequenti gloriatione, cap. quàm ſit. De exceſſib. Prælat.

Delictum vnius non præbet licentiam alteri delinquendi, cap. penultis. De priuileg.

Delictum, ſi eſt probabile, non indicitur, purgato: aliàs ſecus, cap. ſi quis. De purgatione canon. 5

Delictum commiſſum prætextu officij alleviatur, quando delinquens modum exceſſit, cap. 3. De ſentent. excommun.

Delictum committens iuſto dolore motus, puta interficiens aliquem turpiter inuentum cum vxore, matre, ſorore, vel filia, aliquatenus excuſandus eſt à peccato, & à pœna peccati, ibid.

Delictum committere dicitur ille, cuius authoritate & mandato committitur, cap. mulieres, §. 1. eod.

Delictum percuſſionis commiſſum inter homines ſimul viuentes alleuiatur ratione ſocietatis, & communionis, cap. ex tenore, 10. eod.

Delicti ratione efficitur quis de iuriſdictione iudicis loci delicti; qui aliàs non erat, gl. 2. in cap. à nobis, 21. eod.

Delicta grauia non ſunt relinquenda ſine mulcta, vel pœna, cap. conqueſti. 22. eod.

Delicta diſtinguntur voluntate, & animo; nam ſi quis accipit rem alterius, non intendens furari, non committit furtum. cap. cum voluntate, 54. eod.

In Delictis non parcitur propter minorem ætatem, niſi quoad pœnam, gl. 2. in cap. ſi. eod.

ex Delicto ſuperuenienti poteſt in eadem inſtantia quis condemnari, cap. vt circa, §. alioquin. De electione, lib. 6.

Delicti vindicta vbi remouetur, creſcit audacia delinquendi, cap. 1. §. ne autem. De his quæ vi metuſve, lib. 6. 6

Delicta & contractus æquiparantur, quoad ſortiendum forum, non quoad tractationem in iudicium, gl. inuictos, in cap. 1. §. contrahentes. De foro compet.

Delicta diuerſa poſſunt inſurgi ex eodem facto, cap. 1. §. quod ſi, De appellat. lib. 6. cap. 2. De conceſſ. præbend. lib. 6.

ex Delicto non debet quis ſuam conditionem meliorem facere, gl. exiſtat, in cap. cum qui, 18. De præbend. lib. 6.

de Delicto vnius licet inquiratur per plures etiam diuiſim, vnica tamen ſententia ferri debet. gl. ſententia, in cap. per hoc, 17. De hæreticis, lib. 6.

ſuper Delicto ſi proceſſus à diuerſis iudicibus fuerint facti, & ſint contrarij, conſiderabunt ipſi, qui proximior vero ſit, & per ipſorum dicta ſe iudices informabunt, gl. veritas, ibid.

Delicti ratione quandoque deſtruuntur habitationes delinquentis, cap. ſi. De pœnis.

ex Delicto licet confiſcentur bona alicuius, non tamen fiſcus capiet feuda, vel locationes pertinentes ad alios, ſed reuertentur ad dominos principales, ib.

pro Delicti iniuria licet quis ſatisfaciat proximo, nihilominus tamen pœnitentiam debet agere de peccato, cap. cos qui. 32. §. idem. De ſententia excommun. lib. 6.

in Delictis ſuperioris authoritas non excuſat, clem. 1. De teſtibus, can. de illo. diſt. 32.

in Delictis

in Delictis grauibus debet fieri remiſſio ad iudicem loci delicti, gl. de more, in clem. paſtoralis, §. vt illud. De re iud.

in Delictis licet iudex loci, vbi degit delinquens, debeat remittere requiſitus tamen ſi non remittat, non poterit cogi, nec puniri per requirentem, ibid.

7 Delicto commiſſo in alterius territorio, quantumcunque contra ſubiectos alicuius, non poteſt iudicare iudex ſubiectorum, d. clem. paſtoralis. §. rurſus.

Delictum quandoque ſumitur etiam pro peccato, in committendo, clem. 1. De reliquiis.

Delictum facile trahitur in exemplum, propter impunitatem delinquentium, clem. 2. De ſenten. excommun.

Delicta publica ſunt occultis grauiora, gl. publice, in extrauag. quia quorumdam. Ioann. 22.

ob Delictum exclusus à profeſſione alicuius vniuerſitatis non non poteſt ſe nominare de illa, can. quo iure, diſt. 8.

Delictum procedens ex præſumptione, vel obſtinatione dicitur, quando quis ex certa ſcientia facit, certificatus quod facere non debet, can. conſuetudo, diſt. 8.

Delicta aliqua non ſunt a nobis committenda, ne alij grauiora committant, can. quod ait, diſt. 14.

Delicta committuntur ex negligentia correctionis, can. precenti, diſt. 18.

Delictum alicuius vbi eſt notorium, vel notorie conſtat de delicto, delinquens damnandus eſt, can. in taurum, diſt. 21.

Delictum duplex procedit ex eodem facto: puta adulterium, & inceſtus, can. virgines, diſt. 27.

8 Delictum & innocentia ſunt cauſæ immediatæ, in quibus fit cuiuslibet condemnatio, vel abſolutio, can. quia ſunt, diſt. 28.

ad Delictum committendum inducens aliquem puniendus eſt, can. ſi quis docuerit, diſt. 28.

Delictum graue cognoſcitur, quando ſolum punitur graui pœna, can. homo, diſt. 40.

ob Delictum vnum imputantur multa delicta, gl. ſi. in can. clericum, diſt. 50.

in Delictum vel peccatum lapſi ad honorem reſtituendi non ſunt de rigore iuris, propter fugientes pœnitentiam veram: qui tamen rigor ſeruari non debet, niſi timeretur ſchiſmatis ſcandalum, can. vt conſtitueretur, 25. diſt. 50.

Delicta, quæ in nos committuntur, poſſumus remittere ſine pœnitentia: ſed non ea, quæ in Deum, gl. a. in can. ſi quis præterea, diſt. 50.

de Delicto debet erubeſcere ille, qui vult vere recipere remiſſionem peccatorum, can. domino ſancto, 28. diſt. 50.

ob Delicti remiſſionem factam in foro pœnitentiali quis non recuperat dignitatem amiſſam pro illo delicto, can. quicumque, diſt. 50.

Delicta capitalia notorie committentes, non ſunt reſtituendi ad officia: ſecus ſi occulte, dum tamen pœnitentiam egerint, can. de his, diſt. 50.

9 Delicta periurij, furti & fornicationis ſunt depoſitione digna, d. cap. de his, & ibi gl. 1.

Delicta occulta non habent vindictam, gl. ſeruato ib.

Delictum primo commiſſum non imputatur poſt pœnitentiam, can. numquam, diſt. 56.

Delictorum memoria, quæ eſt ad concupiſcentiam, deteſtabilis eſt: ſed quæ eſt ad compunctionem, bona eſt, gl. ſi. in can. valet, diſt. 81.

Delictorum remedium nullum eſt tale, quale eſt eorum continua memoria: & quandoque bona eſt memoria rei ad terrorem, ibid.

Delicta maiorum trahuntur in exemplum ab alijs, gl. pe. in can. nemo, diſt. 83

Delictum quando tangit Eccleſiam, non poteſt componere ſubditus cum Prælato: poteſt tamen renunciare accuſationi, gl. a. in can. a. diſt. 90.

in Delicto attenditur quantitas rei, gl. quinque, in can. iudices, 23. 1. q. 1.

Delictum grauius facit gradus altior. gl. ſi. in can. nullus, 118 1. q 2.

10 Delictum ſuperueniens, vel noua cauſa, non vitiat legitime factum, gl. ante emptionem, in can. 1. q. 5.

Delictum ſi ſit commiſſum in conſpectu iudicis adhuc ſedentis pro tribunali, non exigitur aliqua probatio, quia de eo ei conſtat vt iudici, gl. iudices, in can. pe. §. ſi. 2. q. 2.

pro Delicto quolibet poteſt fieri inquiſitio contra Epiſcopum, can. ſi. 3. q. 8.

Delicti author dicitur ille, contra quem eſt præſumptio, quod delictum fecerit: quia vocatur quaſi author, can. ſi. §. ſi 5. q. 2.

Delictum obijciens alicui arctatur onere probandi, can. qui calumniam, 5. q. 6.

Delicti ratione perditur priuilegium, gl. 1. in can. placuit, 6. q. 3.

pro Delicto Prælatorum, vel illorum, qui alijs præſunt, tranſmittuntur exempla perditionis ad ſubditos, magis quam pro delicto aliorum, can. præcipuè, 11. q. 3.

ob Delictum quodlibet horrendum, ſi quis pœnitentia ductus, poſtulat veniam, debet præſtare iuramentum ſe numquam commiſſurum, gl. ſi. in can. cum aliquis, 11. q. 3.

Delictum, quod maiores de vniuerſitate committunt, refertur ad omnes, gl. accuſandi, in can. Epiſcopus qui, 12. q. 2.

Delicta excuſantur authoritate maioris, gl. 2. in can. dixit dominus, 14. q. 5. 11

ex Delicto nemo facit conditionem ſuam meliorem, gl. 1. in can. legi epiſtolas, 16. q. 1.

ob Delictum perſonarum, non debent res auferri Eccleſiæ, cuius ſunt liberæ, & conferri illi Eccleſiæ, vbi debent pœnitentiam agere, can. de lapſis, 16. q. 6.

Delictum vnum non debet varijs æſtimationibus coerceri, gl. ſi. in can. attendendum, 17. q. 4.

Delicto maiori delinquit, qui potiori honore fruitur, can. nulli fas, 25. q. 1.

Delicta enormia & illicita ſi aliqui committant in Eccleſia, eorum bona, propter illa, confiſcantur illi Eccleſiæ, gl. iniquo, in can. ſi quis rapuerit, 27. q 1.

Delictorum continua memoria multum operatur, gl. ſi. in can. omnes, 30 q. 1.

Delictum vnum, propter aliud non minuit pœnam, gl. a. in can. ſi quod, 33. q. 2.

Delictum eſt, declinare a bono: & eſt peccatum facere malum, gl. 1. in can. ſi peccatum. De pœnit. diſt. 1.

ad Delicta confitenda nemo tenetur, præterquam in confeſſione, can. ſi quis aliquando, §. non tibi dico. De pœnitent. diſt. 1.

Delicta ſua ſecreta publicans, male facit, ibid.

Delictum auget perſeuerantia: quandoque tamen mora & perſeuerantia excuſat, gl. perſeuerauerit, in can. ſi cnoſderet. De pœnitent. diſt. 5.

Delicta paria, mutua compenſatione tolluntur, gl. poſſe, in cap. cum ſuper. De conceſſ. præbend. cap. ad id quod, & ibi gl. ſi. De ſponſalibus, cap. ſignificaſti, & ibi gl. ſi. de Diuortijs, cap. intelleximus, & cap. tua fraternitas, 7. De adulterijs, cap. conſtitutus, & ibi gl. a. De pœnis.

in Delictis non admittitur compenſatio, gloſ. a. in can. ſi quod, 33. q 2

Delictum alicuius non poteſt probari per ſcripturam, gloſ. authenticas, in cap. cum in Eccleſijs. De maior. & obed.

Delictum probatur ex ſola deprehenſione, can. ſi Papa, diſt. 40. can. clericus quia, diſt. 45. can. ſi poſt ordinationem, & can. ſi quis Diaconus, diſt. 50.

Delicta publica ſunt occultis grauiora, gl. publice, in extrauag. quia quorumdam. Ioann. 22.

Delicta probantur per duos modos, ſcilicet per confeſſionem, & conuictionem, quæ fit per teſtes & inſtrumenta, cap. at ſi clerici. De iudic.

Delictum non dicitur plene probatum, etiamſi conſtet de plena præſumptione vehementi, cap. accuſatus, in princip. De hæretic. lib. 6.

Delictum poteſt probari per inſtrumentum, cap. 1. De ſchiſmaticis, lib. 6.

Reliqua in verbo, Clericus, 131. vſque 144. Compenſatio. Compurgator. Condemnari. Confitenti. Confiſcatio. Conſentiens. Crimen. Duplex. Facinus. Maleficium. Mandans. Mandatarius. Mandator. Mandatum, 7. Obtinere. Papa, 48. 49. 51. Reatus,

DELICTVM perſonæ puta Prælati, vel rectoris, in damnum Eccleſiæ non debet redundare, reg. delictum. 76. De reg. iuris, lib. 6. gl. detrimentum, in cap. fulcitata. De in integr. reſtit. cap. 3. De arbitris, cap. cum venerabilis. De exceptio. clem. 2 De hæretic. gl. 1. in extrauag. dudum. De ſchiſmaticis, inter commun. 13

Delictum perſonæ, quod eſt in omittendo, redundat in damnum Eccleſiæ: ſed illud quod conſiſtit in faciendo, non nocet Eccleſiæ, gl. a. in can. placuit. 16. q. 3.

Delictum ciuium, quod conſiſtit in faciendo, redundat in damnum Eccleſiæ: non in rebus, ſed in honore. gl. a. in can. ſi 25. q. 2.

Delictum Prælati circa fidem, cui non communicat capitulum, vel Eccleſia, non præiudicat ipſi capitulo, vel Eccleſiæ, cap. damnamus, §. in nullo. De ſumma Trinitat.

in Delictis illud quod fit à maiori parte capituli, non cenſetur factum ab omnibus: imò maior pars venit punienda dumtaxat, minor vero pars quæ contradixit, non inuoluitur peccato aliorum, nec pœna peccati, cap. 2. De poſtulat. Prælat.

ob Delictum domini, vel Prælati, tota terra interdicto ſubijci poteſt. cap. ſane, & ibi gl ſi. De officio deleg.

Delictum Prælati ſolius, non nocet Eccleſiæ: ſecus ſi delictum ſit per totam Eccleſiam vel Prælatum, communicato conſilio cum capitulo, vel ratihabitione habita à capitulo, gl. ipſius dolum, in cap. 2. De nodm. cognit.

Delictum ſolius Prælati non nocet Eccleſiæ, etiam in iudicialibus; ſaltem vbi venit punienda Eccleſia in rebus ſuis ſine cauſa, gl. ſi. in cap. 3. Vt lite pendente. 14

Delictum Prælati & capituli nocet Eccleſiæ, gl. licet. in cap. cum venerabilis. De exception.

Delictum tutoris non obligat pupillum, gl. 2. in cap. delictum, 76. De reg. iuris, lib. 6.

Delictum Prælati in faciendo non nocet Eccleſiæ: ſed delictum Prælati in omittendo, puta in non repetendo rem Eccleſiaſticam nocet Eccleſiæ, ibid.

Delictum Prælati in iudicialibus iudiciorum ſuorũ, ſiue ſit in faciendo, ſiue in omittendo, præiudicat Eccleſiæ: ſed reſtituitur, ibid.

Delictum commiſſum per Prælatum, vel collegium communicato conſilio, nocet Eccleſiæ, vel collegio, ibid.

ob Delictum perſonæ confiſcatur nauis perſonæ, ibidem,

Delictum Prælati in damnum Eccleſiæ conuerti non debet, niſi communicato capitulo ſit factum, can. placuit, & ibi add. & can. ſi Epiſcopum, 16. q. 6.

Delictum Prælati, quod conſiſtit in omittendo, bene præiudicat Eccleſiæ, ſed quod conſiſtit in faciendo non præiudicat, gl. in damnum, in d. cap. ſi Epiſcopum.

Delictum vel factum alterius nocet alteri etiam ignoranti, ſcilicet quando quis eſt electus per ſimoniam, etiam ſine culpa ſua, cap. pe. De elect.

pro Delicto vnius, alius punitur: hoc ſit in interdicto: ſed illud non eſt proprie pœna, cap. ſane, §. terminandam. De officio deleg.

pro Delicto vnius, alius non debet puniri, cap. 2. De iis quæ fiunt à maior. gl. domini, in cap. excommunicamus, §. moneantur. De hæretic.

15 ob Delictum domini terra poteſt ſubijci interdicto, cap. non eſt, & ibi gl. a. De ſponſalib.

ob Delicti acerbitatem, & enormitatem filius poteſt puniri temporaliter, propter delictum patris, cap. vergentis. De hæretic.

ob Delictum parentis filius poteſt excludi, vt non promoueatur ad clericatum, cap. in quibuſdam. De pœnis, can. Imperatores, §. quicumque, diſt. 9.

Delictum ab alio factum poteſt quis ratificare, vel ratum habere, ſi eius contemplatione, vel nomine ſit factum, gl. ratum habuerit, in cap. ſi. De pœnis, lib. 6.

Delictum vnius quandoque cauſat defectum in alio: vnde non eſſe legitime natum non eſt nota delicti, ſed defectus, gl. 2. in add. in reg. non debet, 22. De regul. iur. lib. 6.

Delictum patris non nocet filio, quoad vitam æternam: nocet tamen quoad ordines, & quoad ſucceſſionem, & quoad alias pœnas, gl. 2. in can. vndecumque, diſt. 56.

Delicta, vel defectus parentum, filijs virtuoſis non imputantur, can. numquam, diſt. 4.

Delictum parentum non imputatur ad culpam filio, etiamſi filius adhuc non ſit formatus, & ſegregatus à matre, can. naſci, diſt. 56.

ob Delictum alterius non priuatur quis iure ſuo: ſed hoc non procedit in eo, qui ignoranter adeptus eſt beneficium pecunia patris, quia illud perdit, quod erat furtiuum, gl. s. in can. ſatis, diſt. 54.

ex Delicto proprio, non alterius, quis eſt deponendus à dignitate, d. can. ſatis.

Delictum proprium & progenitorum conſideratur ad repellendum quem à dignitate adipiſcenda, etiam ſeculari, can. venerabilem, 34. verſ. ſunt enim, De election.

Reliqua in verbo, Prælatus, 57. Filius, 35. 36.

16 DELICTA duo quando inſurgunt ex eodem facto, & illa ſe habent vt ſpecies ſeparatæ, poteſt quis de vtroque puniri, cap. literis. De præſcript.

Delictum iteratum grauius puniri debet, maxime præcedente monitione, cap. graue nimis, 29. De præbend. cap. ad abolendam. De hæretic.

Delictum vnumquodque punitur dupliciter, cap. non magnopere. Ne clerici, vel Monach.

Delictum quodlibet non ſufficit ad depoſitionem, neque ad remotionem à beneficio, ſed debet eſſe graue, cap. qualiter & quando, 24. De accuſat.

Delictum grauius debet puniri propter dignitatem delinquentis, cap 3. De magiſtris.

Delictum grauius intelligitur commiſſum, quod grauius eſt vindicatum, gloſ. commercio, in cap. ſignificauit. De Iudæis.

Delicta maiora maioribus pœnis ſunt punienda, gl. 2. in cap. 2. De maledicis.

in Delicto æquali decet proximas eſſe pœnas, ibid.

ob Delicti enormitatem ſuſpenditur quis ſtatim ab officio & beneficio, gl. s in cap. ex tuarum. De purgat. canon.

ex Delicto vno poſſunt plures pœnæ irrogari, gl. infligunt, in cap. s. De re iudic. lib. 6

17 ex Delicto vno, vbi plurimæ inſurgunt offenſæ, debet delinquens pluribus pœnis affici, d. cap. s. §. ſi.

ex Delicto quandoque punitur res inanimata, cap. 2. De hæretic. lib. 6.

pro Delicto vnius non debet alius regulariter puniri: fallit in criminibus læſæ Maieſtatis diuinæ, vel humanæ: in quibus etiam filij delinquentium puniuntur, gl. filij, in d. cap. 2. §. 2.

Delictum grauius, grauius eſt vindicandum: & in delictis æqualibus pœnæ æquales ſunt imponendæ, gl. delinquentia, in cap. accuſatus, §. ſi. eod.

Delicti ſimilitudo debet ſimilitudinis pœna puniri, cap. 1. & ibi gl. ſimiles. De ſchiſmat. lib. 6.

Delictum, quando eſt enorme, debent imponi grauiores pœnæ, & extendi ad coniunctos delinquentis, cap. ſi. §. cæterum. De pœnit.

Delicta punienda ſunt, vt cæteri metu pœnæ abſtineant, clem. s. De officio ordinar.

Delicta quædam ſunt, quæ quantumcumque occulta inducunt irregularitatem, & repellunt quem à facultate ordinandi; cap. quæſitum. De ætate & qualitat.

Delictum omne publicum impedit quem promoueri, etiam peracta pœnitentia: & ſic inducit irregularitatem, & impedit executionem ordinis & beneficij retentionem, cap. poſt tranſlationem, §. 1. De renunciat.

Delictum, quando ſufficienter non punitur per depoſitionem, debet tradi curiæ ſæculari, cap. at ſi clerici, §. de adulterijs. De iudicijs.

Delicta non debent remanere impunita, clem. 1. De foro compet.

Delicta publice perpetrata publice debent puniri, clem. Romani, §. nos itaque. De iureiur. 18

Delicta puniuntur in metum & exemplum aliorum, id eſt correctionem aliorum, clem. s. De teſtam.

pro Delictis debet imponi debita pœna: hoc eſt debita reſpectu delicti, ibid.

ad Delicti maioritatem ſeuerior pœna debet imponi, clem. s. §. nec ſuper. De pœnis.

Delicta ſunt punienda, vt formidine pœnæ alij propenſius compeſcantur, clem. 2 §. ſi. De pœnit. & remiſſ.

Delictum idem, aut idem exceſſus, quandoque magis eſt puniendus in vno, quam in alio, gl. videlicet, in extrauag. ſi fratrum. Ioann. 22.

Delictum iteratum grauius punitur, gloſ. poſt hoc, in can. hoc veſtræ, diſt. 11, gl. ſi. in can. hi qui, 15. q. 8.

Delicta mortui non poſſunt puniri per iudicem huius ſeculi, can. quorumdam, diſt. 23.

Delictorum varietas requirit varietatem pœnarum, gl. s. in can. neceſſe, diſt. 29. gl. decem annis, in can. presbyter, diſt. 82.

Delictum commiſſum per exiſtentem in dignitate grauius punitur, quam commiſſum per inferiorem, can. homo, diſt. 40.

Delicta punire vbi omiſit ſuperior, videtur permittere ſuperior ſubditis ſuis ſecuritatem delictorum, & ipſos ad delicta inuitare, can. ſit rector, diſt. 43.

Delictum propter multitudinem delinquentium, ſæpe inultum dimittitur, can. quoties, 2. 3. q. 7

Delictum à multitudine commiſſum, cum in omnes propter multitudinem vindicari non poſſit, remittitur propter ſcandalum quod timetur, & Dei iudicio relinquitur, ibid. 19

Delicta publica Eccleſiæ iudicio ſunt punienda: occulta Dei iudicio reſeruantur, can. conſuluiſti, 2. q. 1.

Delicta occulte leuius, manifeſte vero ſeuerius ſunt ab Eccleſia punienda, can. cum quiſque, 23. q. 4

Delictum vnum poteſt varijs pœnis puniri, gloſ. 2. in can. relegantes, 23. q. 5.

Delicta maiora maioribus pœnis, minora minoribus ſunt punienda: & in delicto æquali, propinquæ debent eſſe pœnæ, gl. ſi. in can. non afferamus. 24. q 1

Delictum tollit priuilegium: quia delinquens non obſtante priuilegio ſuo, debet puniri in loco delicti, gl. 1. in cap. ſi. De foro compet.

Delictum quando eſt graue, remittitur puniendus ad iudicem vbi deliquit, ibid.

Delictum vnum magis eſt puniendum quandoque in vno, quam in alio, cap. ſicut dignum, 6. De homicid.

Delicta ſæpius commiſſa grauius ſunt punienda, gloſ. ſi. in cap. 3. De adulter.

Reliqua in verbo, Condemnari. Confiſcatio. Flagitia. Iudex, 135. Multitudo.

DELINQVERE ipſo facto, plus eſt quàm verbo, gl. cauſis, in cap. bonæ, 23. De elect.

Delinquere ex temeritate dicitur quis, quando delinquit contra ius obedientiæ, cap. ſi. De tranſlat. Epiſcopor.

Delinquere pertinaciter dicitur quis, & ex contemptu: quando lata in eum ſententia, in delicto & contumacia longo tempore perſeuerat, cap. cum bonæ memoriæ. De ætate & qualitat.

Delinquere magis dicitur ille, qui delinquendi authoritatem præſtat. cap. quamuis. De decimis.

Delinquere grauius dicuntur, qui aliorum errores defendunt, & acrius puniri debent, gl. receptatores, in cap. excommunicamus, §. credentes. De hæretic.

Deliquiſſe ſcienter pro modico non præſumitur quis, cap. pen. De crimine falſi.

Delinquere ſtudio aliud eſt, & aliud eſt delinquere ignorantia, gl. vel ſciunt, in cap. cum illorum, 23. De ſententia excommunicat.

Delinquere ita dicitur, qui non deſiſtit à prohibito, ſicut ille, qui non vtitur debito modo, cap. deteſtanda. De conceſſ. præbend. lib. 6.

Delinquere poteſt Eccleſia vel vniuerſitas, cap. ſicut vir, & ibi gl. adulterata, 7. q. 1.

Delinquendi

Delinquendi materia debet præſcindi, clem. 1. De teſtament.

Delinquendo nemo ſit melior, gl. pe. in cap. 1. Ne clerici, vel vouentes matrim.

Delinquere non ideo minus dicitur, cui ſola deeſt facultas, can. ſi cui etiam. De pœnit. diſt. 1.

1 DELINQVENS committens delicta, quæ ſi eſſent publica, degradaretur, ab ordine quem ſuſcepit ſuſpenditur, & amplius non poteſt ad ordines promoueri, cap. ex tenore. De tempor. ordin.

Delinquens, ſi commiſit delictum depoſitione dignum, ſi illud ſit manifeſtum, impedit executionem ordinis ſuſcepti, & aſſumptionem noui, ibid.

Delinquens ſi commiſit delictum degradatione dignum, ſi illud ſit occultum, non impedit ordinis iam ſuſcepti executionem poſt peractam pœnitentiam, vel peracta parte pœnitentiæ; nec quoad forum animæ, vel iudiciale: impedit tamen promotionem ad ordines ſuperiores non ſuſceptos quoad forum pœnitentiæ: licet ſi ſit occultum omnino vbi ordines petat, non poteſt prohiberi, d. cap. ex tenore, & ibi gl. magna.

Delinquens committens delictum facilius impeditur promouendus, quam deijciatur iam promotus, d. gl. magna.

Delinquens ob omne delictum vel peccatum non impeditur promoueri, quia res ſere contra naturam eſt, vt quis ſit ſine peccato, ibid.

Delinquens ob delictum omne graue & notorium, dicitur irregularis, cap. ſi. eod.

Delinquens ob delictum occultum non efficitur irregularis, niſi commiſiſſet homicidium, vel ſimoniam in ordine, gl. 1. in can. erubeſcant, diſt. 32. dd. reprob. gl. ſi. in can. habuiſſe, diſt. 33.

Delinquens ex certa ſcientia, vel malitia, plus punitur, quàm qui ex ignorantia, cap. nihil 34. De electione.

Delinquentibus debet imponi pœna ad exemplum & terrorem aliorum, vt ſic tollatur audacia perpetrandi ſimilia, cap. pe. eod.

2 Delinquens non debet duplici pœna puniri, ſi vtraque per ſe ſufficiat; aliàs recte poſſet puniri duplici pœna, gl. pe. in cap. at ſi clerici, §. 1. De iudicijs.

Delinquens non poteſt puniri niſi in loco vbi ſortitur forum, cap. ſi. De foro compet.

Delinquens ſiue accuſando, ſiue denunciando, ſiue inquirendo, vel quocumque tali modo de crimine conuictus, puniri debet, gl. reſtitutio. in cap. 2. De ordine cognit.

Delinquentium conditio non debet eſſe melior, quam obedientium, gl. 3. in cap. pe. De dolo & contum.

Delinquens ſi ſit conſtitutus in dignitate, tanto maior pœna debet imponi, quanto eſt in maiori dignitate, cap. cum quidam. De iureiur.

Delinquens propter malum exemplum eius, quanto plures corrupit, tanto grauius puniri debet, ibidem.

Delinquens maior, in pœna pecuniaria magis punitur, quàm minor, magis nobilis, quam ignobilis; ſed in corporali magis minor, quàm maior: ignobilis magis quàm nobilis, gl. 1 ibid.

Delinquentes ſi fuerint multi, non debent omnes puniri, ſed principaliores vt alij eorum exemplo arceantur a delinquendo, cap 3 De cohabit. cleric. & mulie.

Delinquens puniri debet in eo, in quo deliquit. gl. ſi. in cap. 2. De rebus Eccleſiæ non alien.

Delinquens, cuius bona fuerunt publicata ob delictum, ſi reſtituatur, non recuperat bona legitime in alium tranſlata, cap. 1. De parochijs.

Delinquens in aliquo officio poteſt poſt depoſitum officium in eum inquiri, & is puniri de male geſtis, cap. ea quæ. 2. De ſtatu Monachor.

Delinquens in maiorem perſonam, magis delinquit quàm in minorem, gl. 1. in cap. ſi. De conſecrat. Eccleſiæ.

Delinquens publice & palam reſpectu delicti illati magis peccat, quàm delinquens clam; ſed reſpecto interentis delictum, conſideratur animus eius, dd. reprob. gl. grauiora, in cap. de homine. De celebrat. Miſſar.

3 Delinquens ratione & prætextu officij tenetur ſatisfacere durante officio, & etiam eo finito: quamuis commoditas proueniens ex delicto, non ſibi, ſed vniuerſitati, ſeu domino, ceſſerit, cap. aduerſus. De immunitat. Eccleſiar.

Delinquentes puniri debent, vt qui fuerunt ſtulti in culpa, ſint ſapientes in pœna, gl. ſi. in cap. ſi. eod.

Delinquens in Eccleſia grauius delinquit, quàm qui extra, d. cap. ſi.

Delinquens laicus in Eccleſia puniri debet per ſuum iudicem laicum, & non per Eccleſiaſticum, ibid.

Delinquens contra Eccleſiam punitur, vt ab ea non recipiatur, donec ſatisfaciat, cap. ad deliberandum. De Iudæis.

Delinquens conſtitutus in maiore dignitate plus puniri debet, gl. exerceatur, in cap. excommunicamus, §. credentes. De hæretic.

Delinquens magis, debet etiam magis puniri, cap. latores, & ibi gl. magis. De clerico excommunicato, & cap. ſi. De exceſſib. Prælat.

Delinquens ſub ſpe veniæ magis delinquit, cap. illud. De clerico excommunicat.

Delinquens in principem magis puniendus eſt: & ſine reſtitutione damnandus, gl. 1. in cap. ſi. §. ſi. De exceſſib. Prælat

Delinquenti in Deum & Romanam Eccleſiam, illatam offenſam non poteſt inferior à Papa remittere, ibid.

Delinquens in aliqua prouincia illic iuri ſubiacet, omni priuilegio ceſſante, gl. priuilegij, in cap. tuarum. De priuileg. 4

Delinquentium conditio non debet eſſe melior, quàm non delinquentium, cap. cum qui. 18. De prebend. gl. 2. in cap. ſi vere. De ſententia excommunic.

contra Delinquentem poteſt procedi, vt caueat ne in futurum conſimile delictum committat: & iſta cautio debet eſſe fideiuſſoria, vel pignoratitia pœna appoſita, cap. grauem, eod.

Delinquens, licet non perfecerit pœnitentiam ante mortem, per hoc non iudicatur ab Eccleſia peccator, quando per eum non ſtetit, cap. ſtatutum, 15. §. hoc ſane. De hæretic. lib. 6.

Delinquentes diu latere non poſſunt, ſi receptatores non receptauerint eos, gl. tatum habuerit, in cap. ſi. De pœnis.

Delinquens ſubijcitur iuriſdictioni iudicis delinquentis, vel loci, in quo deliquit, quando ibi inuenitur: ſed ſtatim cum exierit territorium, illa iuriſdictio accidentalis ceſſat. clem. paſtoralis, §. vt illud. De re iudic.

Delinquens etiam ſi ſit Prælatus, ſortitur forum iudicis loci delicti, clem. 1. De teſtam.

Delinquentis confuſio tanto maior eſt, quanto eius culpa eſt patentior. clem. 1. De pœnis.

Delinquens in vno factus eſt omnium reus, gl. vitæ puritate, in extrauag. execrabilis. Ioann. 22. 5

Delinquentibus latum finem pandit, qui eorum peruerſis conatibus non reſiſtit. extrauag. ſi fratrum, §. quia vero. Ioann 22.

Delinquens in iure naturali, etiam ignoranter peccat: ſed miſericordia dignus eſt, can. conſuetudo, diſt. 8.

Delinquens in alium plus peccat, quam in ſe: quia primo caſu offendit tres, in ſecundo duos, can. duo mala, & ibi gl. ſi. diſt. 13.

Delinquens aliquis quanto eſt maior, tanto magis eſt puniendus, gl. pe. in can. nulli. diſt. 19.

Delinquentem prohibitio excludens à promotione ordinis poſt pœnitentiam eſt introducta iuris poſitiui rigore, non autem indulgentiæ deſperatione, can. vt conſtitueretur, 15. diſt. 50.

cum Delinquente ſemel facilius diſpenſatur, quàm cum eo qui pluries, can. hi qui altaris, diſt. 50.

Delinquens in loco remoueri debet ab illo: nam tunc mutatio loci valet ad pœnitentiam, can. valet, diſt. 81.

Delinquens in aliquo ordine punitur in hoc, quod poſtponitur alijs ſui ordinis, gl. ſi. in can. ſi. diſt. 93.

Delinquentes eodem genere delicti erga patres ſpirituales plus delinquunt, quam erga carnales, gl. 1. in can. qualiter. 2. q. 7.

Delinquens conſtitutus in maiori dignitate grauius delinquit, & grauius puniri debet, quam alius, can. quia iuxta, §. presbyteris, 5. q. 6. can. præcipue, 11. q. 3

Delinquens nullam pertimeſcit culpam, quam redimere nummis exiſtimat. can. pauper. 11. q. 3. 6

Delinquentes non debent remanere impuniti, can. in antiquis, 12. q. 2.

Delinquenti datur electio, gl. 2. in can. presbyteros, 16. q. 1.

in Delinquentis perſonam vitio debet procedi, non in facultates eius, can. cognouimus, 16. q. 6.

Delinquentes quandoque ſunt patienter inuitandi, gl. quod autem, in can. Gulilarius, 23. q. 4.

Delinquentes corrigi debent à Sacerdotibus: ſed incorrigibiles debent excommunicari, cap. cum Sacerdotes, 24. q. 3.

Delinquentes debemus corrigere potius de miſericordia, quam de rigore, gl. 2. in can. veniam, 35. q. 9.

Delinquentes in loco decenti debent cuſtodiri, iuxta qualitatem delicti, & perſonarum. Concil. Trid. ſſ. 26. De reform. cap. 6.

Delinquentes ideo puniuntur, vt videlicet alij metu pœnæ trahantur à delictis, can. ſed illud, diſt. 45.

Reliqua in verbo, Clericus. 132. vſque 144. Contumacia. 2. Corpus. 3. Criminoſus. Fauore. Inanimata. Iudex. 135. Maior. 3. Malefactor. Pœna. per totum.

DELITIAE exquiſitæ & ſuperfluæ ſunt vitijs alimenta, gl. fomentum, in extrauag. execrabilis. De præbend. inter commun.

DEMENS dicitur ille, qui neſcit exprimere quod velit, vel nolit: & ſic caret animi diſcretione, cap. 1. §. ſi vero. De cleric. ægrot. lib. 6.

Reliqua in verbo, Coadiutoria.

DAEMON interpretatur ſciens, gl. dæmones, in cap. firmiter. De ſumma Trinitat.

Dæmo-

Dæmones peccauerunt per ſe, ſine alterius ſuggeſtione: ſed homo peccauit diaboli ſuggeſtione: & ideo dæmones ſunt magis puniendi, quàm ipſe faciens: nec excuſat eos illud, quod homo aliàs idipſum erat facturus, d. cap. firmiter, & ibi gl. diaboli.

Dæmon inuidet homini, & ſemper nititur eum decipere, & ſeducere ad peccandum, cap. non magnopere. Ne clerici, vel Monach.

Dæmon nos perſequitur, quia nos illuc debemus aſcendere, vnde ipſe deſcendit, gl. fi. in can. quælibet, diſt. 40.

Dæmones eſſe, vtile eſt propter malos, gl. 1. in can. Deus quando, 24. q. 3.

Dæmones excedunt naturam hominum, in ſubtilitate ſenſus, & ingenij, celeritate eundi, & in longitudine vitæ: & propter hoc prænunciant multa ante cognita; homines vero propter ſenſus tarditatem hoc facere non poſſunt, can. ſciendum, & ibi gl. 1. 26. q. 3.

Dæmones plerumque prænunciant quæ ipſi facturi ſunt: accipiunt enim ſæpe poteſtatem & morbos immittendi, & ipſum aerem vitiando morbidum reddendi, ibid.

Dæmones quandoque naturalibus ſignis futura prænoſcunt, non tamen propter hoc dicendi ſunt diuini, can. ſciendum, §. aliquando, 26. q. 3.

Dæmones quandoque non ſolum per voces hominum, ſed etiam per cogitationes, quas per quædam ſigna prædiſcunt, futura denunciant alijs, d. cap. ſciendum, §. aliquando.

Dæmones quandoque, ſeu ipſi maligni ſpiritus, & illuſores hominum, atque ſalutis eorum inuaſores ſolent prædicere defectum culturæ ſuæ, & idolorum ruinam, vt eorum quæ fiunt præſtigij videantur; item quid in ſingulis regnis, aut locis venturum, & quid aduerſi ſuæ factioni contingere poſſit, d. cap. ſciendum, §. nonnumquam.

Dæmones noſcunt vnum Deum, & tremunt, & contremiſcunt, can. ſi enim, verſ. nec grande. De pœnitent. diſt. 2.

‡ Dæmonibus ſpectare reſponſum eſt hæreticum, extrauag. nunciatum. Sixti quarti.

Reliqua in verbo, Diabolus. Behemot. Energumeni. Mammon,

DENARIVS differt à pecunia, quia denarius eſt, qui pro decem nummis olim computabatur: pecunia vero propriè eſt ſubſtantia de pecoribus proueniens: hodie vero communiter pro eodem accipitur, gl. cippi. in clem. exiui, §. porro. De verb. ſignific.

Denariorum nomine continetur omnis moneta magna, vel parua, aurea, vel argentea, vel alterius generis, ibid.

Denarius falſus non eſt denarius, gl. 1. in can. vera iuſtitia, diſt. 45.

Reliqua in verbo, Moneta. Pecunia.

DENOMINATIO rei quandoque attenditur ſecundum communem modum loquendi, cap. 1. De clericis non reſident.

Denominatio ſola non inducit probationem veram qualitatis, can. canones, diſt. 16.

Denominare in libellis perſonam cum adiectione dignitatis, vel nobilitatis, ſufficit, can. frequens, diſt. 54.

Reliqua in verbo, Nominatio.

DENVNCIARE aliquem poteſt quis cogi, gl. 2. in can. ſi quis per capillum, 22. q. 1.

Denunciare poſſumus crimina nondum commiſſa, gl. indicault, in can. non videtur, 22. q. 5.

Denunciari poteſt quis non eſſe excommunicatus, vt non vitetur: ſicut & poteſt denunciari, vt vitetur, cap. ſolicitudinem, 54. De appellat.

Denunciari poteſt non ſolum crimen commiſſum, ſed etiam crimen nondum commiſſum, cap. pe. & ibi gl. denunciare. De deſponſat. impuber.

Denunciare quilibet tenetur, & poteſt de iure communi, gl. denunciari, ibid.

Denunciare quilibet tenetur matrimonia illicita, cap. pe. De cognat. ſpirituali.

Denunciare poteſt quis nouum opus, nomine Eccleſiæ ſibi ſubiectæ, cap. 1. De noui operis nunc.

Denunciare quandoque tenetur quis ſecundum canones, regulariter contra, gl. proferatur, in extrauag. excommunicamus, De ſententia excommunicat. inter commun.

Denunciari non poteſt crimen Papæ ſecundum regulam denunciationis Euangelicæ, niſi inde poſſit accuſari: nam inutilis eſſet denunciatio, gl. à fide, in can. ſi Papa, diſt. 40.

Denunciare tenetur quilibet ſuperiori non ſeruantem conſtitutionem de diuidendis, & diſtribuendis redditibus Eccleſiæ, vel dilapidantem bona Eccleſiæ, can. quapropter, & ibi gl. pe. 2. q. 7.

DENVNCIANS per dictum ſuum & alterius probat ſe præmonuiſſe, cap. cum omni. De teſtib.

Denuncians vel declarans non dicitur aliquid de nouo diſponere, cap. paſtoralis, 33. §. verum. De appellat.

Denuncians crimen alterius, monitione non præmiſſa, non repellitur ex toto, ſed poteſt emendare & monere, cap. 2. De accuſat.

Denuncians calumnioſe non auditur: imò punitur de calumnia, gl. ſilentium, in cap. veniens, 15. eod.

Denuncians debet ſe obligare ad pœnam talionis, quando ex tali denunciatione poteſt quis deponi etiam ab ordine, dd. reprob. gl. 2. in cap. inquiſitionis, 21. eod.

Denuncians, ſi non probat quod intendit, præſumitur calumniari, ſicut in accuſatione, gl. pe. in cap. fi. De calumn.

Denuncians nouum opus, primo iurare debet, quod non denunciat calumniæ cauſa, & hoc iuramentum authore Prætore exigitur antequam iuret, gloſ. 3. in cap. 2. De noui operis nunciat.

Denuncians ſimplici verbo, hoc ipſo conſtituit ipſum, qui ædificat poſſeſſorem: ſecus ſi per iactum lapilli: & ideo melius eſt hoc per iactum lapilli fa ibid.

Denuncians, ſi non vult remittere renunciationem, cautione etiam ſibi oblata, debet peragere cauſam vſque ad tres menſes, ſi poteſt: & alter tenetur expectare, non obſtante cautione oblata: & ſi non compleuerit cauſam vſque ad tres menſes, iuſta cauſa impediente, præſtita cautione de opere demoliendo, ædificare poterit, gl. remiſſione, in d. cap. 2.

Denuncians, ſi ſtatim vult docere de iure ſuo, non tenetur recipere cautionem, niſi poſt tres menſes, ibid.

Denuncians nouum opus tenetur probare de iure ſuo infra tres menſes, & hoc ſi vult impedire ædificium: aliàs denunciatus ædificabit data cautione de opere demoliendo, cap. 3. eod.

Denuncians nouum opus expectari debet ab aduerſario per tres menſes, volente probare præiudicium ſui iuris, non obſtante cautione de opere demoliendo, cap. fi. & ibi gl. 1. eodem.

Denuncians, ſi non probat, debet puniri pœna extraordinaria ad arbitrium iudicis, gl. 1. in cap. quoties. De purgat. canon.

Denuncians crimen fratris malo zelo, audiendus eſt, ſi proſequatur ſuam iniuriam, gl. pe. in can. ſi peccauerit, 2. q. 1.

ad Denunciandum clericum vel laicum quilibet admittitur: nam cuilibet dictum eſt, *ſi peccauerit*, &c. gl. 1. in ſumma, 2. q. 7.

ad Denunciandum quilibet tenetur, etiamſi iuraſſet non denunciare, gl. 2. in cap. 1. De accuſat.

ad Denunciandum honeſtæ tantum perſonæ admittuntur: ſed infames non admittuntur, gl. ad denunciandum, in cap. cum oporteat, eod. & gl. 1. in cap. 4. De teſtib.

ad Denunciandum non admittitur ille, qui prius legitime & charitatiue non præmonuit, cap. 2. De accuſat.

DENVNCIATOR criminis non ſe inſcribit, quia ad correctionem tendit, cap. ſuper his. De accuſat.

Denunciator deficiens in probatione criminis ab officio & beneficio ſuſpenditur, donec innocentiam purget, cap. fi. & ibi gl. pe. De calumn.

Denunciator licet non ſe inſcribat ad aliquam pœnam, nihilominus debet puniri, ſi deficiat in probando, d. cap. fi. & ibi gl. fi.

Denunciatores, in cauſa ſimoniæ, cum proceditur in modum inquiſitionis, admittuntur in teſtes, niſi eſſent inimici, gl. ex officio, in cap. licet Heli, 31. De ſimonia.

Reliqua in verbo, Accuſator, n. 3. Agere. Excipere, 1.

DENVNCIATIO Euangelica, *ſi peccauerit in te*, &c. 1
extenditur tantum ad eos, qui habent aliquam adminiſtrationem ſuper illis, gl. pe. in cap. 4. De teſtib.

in Denunciationis cauſa omnes admittuntur in teſtes, niſi ſint inimici, vel criminoſi, vel mulieres, cum quibus delinquitur: ſed ad præſumptionem tantum induci poſſunt, cap. 3. De teſtib.

ad Denunciationis validitatem, duas admonitiones præceſſiſſe ſufficit, cap. in omni, 4. eod.

in Denunciatione Euangelica quinque requiruntur: videlicet quod frater tuus peccet in te: ſecundò, quod eum admonueris, eique oſtenderis peccatum ſuum, monendo & obſecrando vt deſiſtat à peccato & pœniteat: tertiò, quod ſi non adimpleat, nec deſiſtat, tunc adhibeatur vnus vel duo teſtes, coram quibus fiat ſecunda admonitio: quartò, quod poſtea fiat denunciatio Eccleſiæ, id eſt Prælato: quintò, quod iſte denuncians probet coram Prælato peccatum illius, & ſe obſeruaſſe formam in denunciando, cap. nouit. De iudicijs.

contra Denunciationem admittitur exceptio, ibid.

in Denunciatione Euangelica verba illa *ſi peccauerit*, nedum reſpiciunt peccata occulta, ſed etiam publica, ibid.

in Denunciatione iudiciali proceditur non in forma iudicij, ſed per viam denunciationis, & de plano: non tamen eſt omittenda examinatio veritatis, d. cap. nouit, & ibi gl. de plano.

in Denunciatione Euangelica admittuntur teſtes infames, & criminoſi: & contra eos non admittitur aliqua exceptio: ſed in iudiciali denunciatione admittuntur exceptiones, quod ſint criminoſi, cap. nouit, & ibi gl. fi.

in Denunciationis cauſa, lite non conteſtata, poſſunt recipi 2
teſtes, cap. veritatis. De dolo & contumac.

Denunciatio facta ipſi domino in foro, non tenet: ſed debet fieri in re ipſa, gl. nec ſolent, in cap. cum ſit Romana. De appellat.
Denunciatio excommunicationis neceſſario non probat denunciatum eſſe excommunicatum, cap. paſtoralis, 53. §. verum, eodem.
ad Denunciationem in cauſa matrimoniali non admittitur niſi grauis & honeſta perſona, & quilibet tenetur ad iſtam denunciationem: & etiam admittuntur, qui denunciat famam ſine aliqua admonitione præmiſſa, quod non ſit in aliis denunciationibus, gl. denunciari, in cap. pe. De deſponſat. impuber.
Denunciatio criminis ad omnes ſpectat, & non tantum ad Prælatos, gl. fi. in cap. pe. De cognat. ſpirit.
in Denunciationis modo cum agitur ad pœnitentiam, tunc neceſſaria eſt admonitio ſecundum veritatem Euangelicam, gl. charitatiue, in cap. 2. De accuſat.
ad Denunciationem alicuius perſonæ probæ poteſt committi inquiſitio ſuper fama denunciati, non ſuper criminis veritate, cap. licet, 14. eod.
Denunciatio criminis debet fieri præcedente admonitione, alias repellitur denunciator: niſi in quibuſdam caſibus, gl. 3. in cap. ſuper his, eod.
ad Denunciationem alicuius ſuperior debet committere inquiſitionem alicui probæ perſonæ, aut per ſe inquirere, cap. cum oporteat, 19. eod.
ex Denunciatione ſola criminum facta contra aliquem, non oritur infamia ſufficiens ad inquirendum de veritate, ibid.
3 ad Denunciationem Euangelicam admittuntur etiam infames, dummodo non ſint criminoſi, ſed non ad denunciationem iudicialem: quia ad illam honeſtæ tantum perſonæ admittuntur, dd. reprob. gl. ad denunciandum, ibid. & gl. 1. in can. ſi peccauerit, 2. q.
à Denunciatione repellitur publicus concubinarius, excommunicatus, & conſpirator, & is qui non præmonuit, cap. cum dilectus, 20. De accuſat.
in Denunciatione poteſt interuenire procurator, ibid.
Denunciatione pendente contra ſuperiorem, non debet inferior procedere in aliqua cauſa contra ſuperiorem, ibid.
à Denunciatione repellitur ille, qui antea non admonuit, gl. 2. ibid. & gl. ſed ſi quis, in can. accuſatio, 2. q. 7.
Denonciatio Euangelica regulariter fit ad pœnitentiam peragendam; & eius effectus ſeu finis eſt pœnitentiæ impoſitio: & tunc neceſſaria eſt charitatiua admonitio, aliàs repellitur denuncians, gl. forma, in cap. generaliter, & quando. De accuſat.
Denunciationem etiam canonicam debet præcedere charitatiua admonitio, cap. licet Heli. De ſimonia.
ad Denunciationem Euangelicam, quæ exigit admonitionem & probationem, quæ fit ad pœnitentiam, quilibet tenetur, dummodo ſit honeſta perſona, & bonæ famæ, gl. quiſque, in cap. cum ex iniuncto. De hæretic.
ad Denunciationem Euangelicam non admittuntur perſonæ viles, ibid.
Denunciationis vis tanta eſt, vt ſi aliquid fiat poſt denunciationem, ante remiſſionem, vel ſatiſdationem de opere demoliendo, etiamſi ius habeat ædificandi, in totum debet demoliri, gl. pe. in cap. 1. De noui operis nuncia.
4 Denunciatio noui operis facienda eſt in re præſenti, & in ipſo opere: & non tantum domino, ſed illis qui ibi ſunt, ibidem.
Denunciatio noui operis eſt in rem, & non in perſonam, vnde cuicumque fiat, tenet: alibi tamen facta quàm in re, non tenet: & intellige quoad hoc, vt non teneatur demoliri opus factum, cum ius habeat ædificandi; quod fieret, ſi eſſet facta in re, ibid.
Denunciationes tot debent eſſe, & tot remiſſiones, quot ſunt loca in quibus ædificatur, ibid.
Denuntiatio noui operis facta prædeceſſori obligat ſucceſſorem, vnde ædificans ſucceſſor tenetur ad demolitionem ſumptibus ſuis, ſicut prædeceſſor, cum ei ſucceſſerit in vitium, gl. 1. in cap. 2 eodem.
Denunciatione facta, ſi ædificatum ſit domino inuito, dominus non tenetur demoliri ſumptibus ſuis, ſed ſolum ſufficit quod præſtet patientiam in demoliendo: & idem dicendum eſt, quando ſeruus ſine iuſſu domini ædificauit, ibid.
Denunciatio noui operis ad ea tantum pertinet, quæ ſolo coniuncta ſunt, vel in ſolo fiunt, non ad alia, gl. 3. ib.
Denunciatio noui operis habet locum, ſiue fiat ipſi domino, ſiue procuratori, ſeruo, vel puero, vel ipſi fabro, qui ædificat, dummodo fiat in re præſenti, ibid.
Denunciatio noui operis competit cuilibet ciui, ſi poſt denunciationem ædificetur in publico, ibid.
Denunciatio noui operis competit non tantum domino, ſed etiam emphyteotæ, & creditori, ib.
Denunciatio noui operis competit vſufructuario, ſed non contra dominum, ita tamen quod vſusfructus non ſit deterior, d. gl. 3.
5 Denunciationis remiſſio quandoque fit expreſſe, quandoque tacite, ſcilicet morte, gl. remiſſionem, ibidem.
poſt Denunciationem noui operis quicquid factum eſt, debet demoliri, non obſtante cautione oblata de opere demoliendo, ſi ius non haberet, cap. 3. De noui operis nuncia.
poſt Denunciationem in optione nunciantis nouum opus eſt, an intra tres menſes debeat oſtendere de præiudicio ſuo, & interim ceſſetur ab opere: an vero recepta cautione de opere demoliendo, ſtatim permittat ædificare, d. cap. 3. & cap. 5. & ibi gl. 1. eod.
in Denunciatione noui operis, quot ſunt denunciationes, tot debent eſſe remiſſiones, gl. 2. in cap. cum pro cauſa, 27. De ſententia excommunic.
in Denunciatione excommunicationis requiritur præcedens admonitio, ſicut in aliis criminibus, cap. in præſentia, 46. eod.
Denunciatio noui operis duobus modis fit: vno modo ſolo verbo cum dico *denuncio tibi nouum opus*, & per talem denunciationem ædificans fit poſſeſſor: ſecundo modo fit per iactum lapilli, & tunc denuncians conſtituitur poſſeſſor, & retinet poſſeſſionem, gl. 2. in cap. ex parte, 30. De verb. ſignific.
poſt Denunciationem per iactum lapilli factum demoliri debet, ibid.
Denunciatio noui operis facta vni ex illis qui habent domum communem, ſufficit, gl. factam, in cap. ſi capitulo. De conceſſ. præb. lib. 6.
Denunciatio excommunicationis, & ſic verbalis executio ipſius poteſt fieri diebus feriatis in honorem Dei, cap. fi. in §. præſenti. De pœnis l. 6.
Denunciatio non requiritur in his caſibus, in quibus ſola ſcientia ſufficit: ſed in his, in quibus denunciatio requiritur, non ſufficit ſola ſcientia, gl. 2. in fi. in reg. ſcienti, 27. De reg. iur. lib. 6.
Denunciatio noui operis, ſiue iuſta, ſiue iniuſta, præſtat impedimentum futuro ædificio, gl. 1. in reg. non præſtat. 52. eod. 6
Denunciationis effectus alius eſt, quàm accuſationis, gl. 1. in reg. cum quid vna, 84 eod.
Denunciatio præcipitur: & fit ſine inſcriptione, gl. in ſumma, 2 q. 8.
Denunciationem præcedet admonitio, aliàs remouetur denuncians a denunciatione, ibid.
à Denunciatione poſſunt repelli criminoſi, infames, & inimici, ibid.
Denunciatio ſimplex habetur pro litis conteſtatione, gl. fi. in can. 1. 26. q. 3.
ob Denunciationem ſimplicem ſtatim non debet quis habere conſcientiam læſam de eo, quod ſibi denunciatur, gl. non poſſum, in can. quam magnum, 23 q. 4.
Denunciatio canonica omnibus præcipitur, gl. compellit. in can. ipſa pietas, 23. q. 4.
in Denunciationis cauſa qualiſcumque ſcientia ſufficit, gl. 1. in can. ecce, 24. q. 3.
in Denunciationis cauſa licet agatur ad pœnitentiam, tamen ſi noluerit poſtea pœnitere, poteſt puniri, ibid.
per Denunciationem non agitur niſi ad pœnitentiam, gl. 1. in ſumma, 35. q. 6.
Denunciationes noui operis tot debent fieri, quot noua opera ædificantur, gl. fi. in can. relatum. De conſecrat. diſt. 2.
ad Denunciationem criminis quilibet tenetur, ad effectum corrigendi ſecrete, can. 1. & ibi gl. 2. 9. q. 5.

Reliqua in verbo, Accuſatio, n. 5. Admonitio. Crimen, 3. 6. 7. Euangelica. Deteſtatio.

DENVNCIATVS debet abſolui, ſi crimina nunciata ſufficienter non ſunt probata, & ſic non eſt locus delationi iuramenti in ſupplementum probationis, cap. fi. & ibi gl. fi. De calumniat.
Denunciatus ſi fuerit conuictus, eius pœna eſt modica, quia debet pœnitere de crimine, neque remouendus eſt ab ordine, vel dignitate, niſi delicti qualitas aliud requirat, vt in ſimonia: ſeu ſcandalum inde orietur, gl. in ſumma, 2. q. 8.

Reliqua in verbo, Crimen, 3. 6. 7.

DENVO fieri dicitur illud, quod fit ſecunda vice tantum, cap. quamvis, 8. De reſcript. lib. 6.
de DEPENDENTIBVS ab aliquo idem ſtatuitur, quod de principalibus, clem. cauſam electionis. De electión.
DEPONERE non debet quis aliquem, niſi pro graui crimine, gl. pe. in can. fi. 15. q. 5.
Deponi dicitur quis æque à minoribus ordinibus, ſicut à maioribus, gl. reliqui, in can. Epiſcopus presbyter, 12. q. 3.
Deponi non debet quis à dignitate ſua, niſi ratione delicti, vel culpæ propriæ, non alienæ: quod intellige regulariter; fallit in quibuſdam caſibus, can. ſatis, diſt. 54.
Deponi non debet quis pro qualibet culpa, gloſ. 1. can. inuentum, 16. q. 7.
Deponi non debet quis niſi pro crimine publico, quod in notitiam populi deuenerit, gl. fi. in can. ſi. 30. q. 2.
Deponens clericum non poteſt eum reſtituere, gl. fi. in cap. ex tuæ, § contra. De clericis non reſid.
Deponens pecuniam apud mercatorem pro lucro acquirendo, cum pacto, quod capitale ſit ſaluum, committit vſuram:

ſecus ſi ſocietas contraheretur damni & lucri, cap. per veſtros, & ibi dd. De donat. inter virum.

Reliqua in verbo, Commendare. Clericus, 145. vſque 150. Epiſcopus, 101. vſque 108. Simonia, 1. 2.

DEPORTARE non poteſt præſes prouinciæ, ſed relegare recte poterit, gl. deportandum, in can. biduum, §. ſi quidem. 2. q. 6

DEPOSITARIVS vtens depoſito contra voluntatem deponentis, vel denegans depoſitum, committit furtum, & condemnatus efficitur infamis, cap. 1. De depoſito.

Depoſitarius torqueri poteſt, vt reddat depoſitum, d. cap. 1. & ibi gl. pe.

Depoſitarius poteſt in vinculis detineri, & verberibus affici, ibidem.

Depoſitarius ſi dicit perdidiſſe res depoſitas, ſaluis rebus ſuis exiſtentibus, præſumitur in dolo, etiamſi probet perditionem depoſiti. cap. ſi. eod.

Depoſitarius regulariter non tenetur de culpa, niſi ſponte obtulerit ſe depoſito, vel aliquid receperit pro eo, ibid.

Depoſitario non imputatur caſus fortuitus, niſi præceſſerit mora in reſtituendo depoſito, vel culpa, vel pactum, ibid.

Depoſitarius non minorem diligentiam debet præſtare in rebus depoſitis, quam in ſuis, gl. 1. in cap. ſi. De depoſito.

Depoſitarius tenetur de dolo ſolo, ſi doloſe verſatus ſit in depoſito, gl 2. ibid.

Depoſitarius quandoque præſtat culpam, vt ſi ipſe ſe obtulerit depoſito, vel ſi mercedem accipiat pro cuſtodia depoſiti, vel ſi de eo pactum fiat, ibid.

Depoſitarius ſi paciſcatur, ne teneatur præſtare dolum, talis pactio tanquam contra bonos mores, non valet, ibid.

Depoſitarius tenetur præſtare culpam leuiſſimam, ſi res cauſa depoſitarij depoſita ſit, & moram fecit in reſtituendo, ibidem.

Depoſitarius ſi non præſtet eam diligentiam, quam in rebus ſuis, præſumitur dolus contra eum, vel lata culpa: vel quia res ſuæ ſaluæ ſunt, & depoſitæ non apparent: vel quia res ſuas ponebat in arca ſecura, & res depoſitas dimittebat in domo ſuper bancas, ibid.

Depoſitario non imputatur caſus fortuitus, ſicut nec commodatario, niſi pactum interueniat, vt præſtaretur: ita tamen quod caſus nominetur in pacto, vel mora interceſſit in reſtituendo, vel culpa, ibid.

Depoſitarius debet reddere rem depoſitam non deterioratam: alias non videtur reddere, ibid.

Depoſitarius ſi ſit in mora reddendi rem depoſitam, & poſt moram pereat, periculo depoſitarij perijt, etiamſi caſu perierit, gl. 1. in reg. quod ſine culpa. De reg. iur. lib. 6.

Depoſitarius de iure communi tenetur ſolum de dolo & lata culpa, quæ comparatur dolo: ſi tamen interueniat conuentio, vt teneatur de leui, & de leuiſſima culpa, & etiam de caſu fortuito, illa ſeruari debet, gl. 1. in reg. contractus, 85. De reg. iur. l. 6.

Reliqua in verbo, Commodatarius. Depoſitum, 3. 4.

DEPOSITIO ad ſolum Papam pertinet, gl. tranſlationes, in cap. 1. De tranſlat. Epiſcop.

Depoſitio eſt ab altaris miniſterio perpetua remotio: ſed ſuſpenſio eſt ad tempus remotio, cap. at ſi clerici. De iudicijs.

in Depoſitione Diaconi requiruntur tres Epiſcopi: ſed in depoſitione presbyteri ſex Epiſcopi, gl. 1. in cap. 3. De re iudicat.

Depoſitio eſt capitis diminutio, ſed impropriè: ideo capitis diminutio degradatio dicitur, cap. qualiter & quando, 24. De accuſat.

Depoſitio verbalis ab ordine dicitur degradatio, quia gradu ſuo dicitur remotus, ibid.

Depoſitio non pertinet ad officium Abbatum: imò nec ad electum in Epiſcopum, confirmatum, & non conſecratum, gl. pleno, & ibi add. marg. in cap. 3. §. in Eccleſijs. De priuileg.

in Depoſitione clericorum aliqui Epiſcopi requiſiti non dicuntur deponere clericos, ſed aſſiſtere Epiſcopo deponenti, cap. degradatio. De pœnis, l. 6.

in Depoſitione clericorum in minoribus exiſtentium, non requiritur numerus Epiſcoporum, ſed proprius Epiſcopus ſufficit cum præſentia capituli, d. cap. degradatio, & ibi gl. 2

Depoſitionis pœna impoſita clerico propter crimen dicitur imponi pro vindicta criminis, can. ſi lapſis, diſt. 50

Depoſitio ab officio excludit ordinatum à ſuo ordine, ibid.

Depoſitionis pœna vbi imponitur, ſemper illa pœna intelligitur eſſe perpetua, gl. ſi. ibid.

Depoſitio presbyteri inducit priuationem exercendi officium competens ſibi ratione ordinis presbyteralis, can. accedens. diſt. 50.

Depoſitionis ſententia fertur ita, *priuamus te ſacro ordine, & te ad pœnitentiam deputamus*, ibid.

Depoſitio priuat quem officio tractandi, & adminiſtrandi officia Eccleſiaſtica, can. ſi poſt ordinationem, diſt. 50.

ad Depoſitionem presbyteri requiruntur, quod cognoſcant de cauſa ſex Epiſcopi; ad Diaconi vero, tres Epiſcopi: ſed ad depoſitionem Epiſcopi requiruntur duodecim Epiſcopi, can. ſi quis tumidus, & can. fœlix, & can. ſi autem, 15. q. 7.

Depoſitionis pœnam pro crimine non debet quis imponere alicui, niſi lex ſpecialiter id expoſcerit, gl. 2. in ſumma, 15. q. 3.

Depoſitione delicta digna ſunt; dilapidatio, periurium, & excommunicatio; intellige quando in excommunicatione quis ſtetit per annum, cap. in noſtra. De procurat.

Reliqua in verbo, Atteſtationes. Teſtimonia. Clericus, 145. vſque 150. Epiſcopus, 101. vſque 103. Sacerdos, 32. Suſpenſio.

Depoſitus, vel ſuſpenſus, vel interdictus, n. 1. 2.

Depoſitum, hoc eſt depoſitæ res penes aliquem, 3. & 4.

DEPOSITVM non conciliatur infamia, gl. fama, in cap. conſiderauimus, 10. De elect. 1

Depoſito Epiſcopo, ſi canonici elegerunt alium ante reſtitutionem depoſiti Epiſcopi factam per Papam, tenet electio: ſed ſi Papa reſtituit depoſitum antequam canonici elegiſſent, tunc non valet electio canonicorum, quantumcumque ignorantium, gl. ſuſceptionem, in cap. innotuit. De elect.

Depoſitus à Pontificali officio ſeu ordine non videtur depoſitus à Sacerdotali, cap. veritatis. De dolo & contom.

Depoſito, vel ſuſpenſo prouidendum eſt de bonis Eccleſiæ, vt viuere poſſit: ſecus eſt in excommunicato, gloſ. ſubtrahuntur, in cap. paſtoralis, §. verum. De appellat.

Depoſitus idem eſt, quod à dignitate ſua remotus, gl. ſi. in cap. 2. De clericis non reſid.

in Depoſito clerico non eſt diſpenſandum, cap. ex tuæ, §. contra, & ibi gl. ſi. eod.

Depoſitus non deſinit eſſe clericus, cap. 1. De clerico excommunicat.

Depoſitum iuſte pro crimine ſolus Papa reſtituit: ſed depoſitus iniuſte, putà per falſos teſtes, vel per falſa inſtrumenta, poteſt reſtitui per Epiſcopum, gl. ſi. in cap. 3. eod.

Depoſitus tradi debet curiæ ſeculari, gl. ſi. in cap. inter ſollicitudines. De purgat. canon.

Depoſitus à dignitate non debet vti ſigillo, quo vtebatur ante depoſitionem, cap. 1. & ibi gloſ. vtebantur. De ſchiſmatic.

Depoſitus authoritate principis poteſt à quocumque capi, etiamſi fuerit antea clericus, ibid. 2

Depoſitus ab ordine, & ab officio propter delictum, videtur etiam depoſitus à beneficio, can. eos qui, diſt. 32.

Depoſitum ab officio propter crimen, inferior à Papa reſtituere non poteſt, can. ſi lapſis, diſt. 50.

Depoſitus ſimpliciter intelligitur depoſitus ab ordine, can. qui ſemel, diſt. 50.

Depoſitus ſimpliciter intelligitur depoſitus perpetuo, can. ſi Epiſcopus, diſt. 50.

Depoſitus ab officio non poteſt adminiſtrare circa officium altaris, can. peruenit, diſt. 50.

Depoſitus quandoque non reſtituitur ad omnes actus competentes ratione ordinis, ſed ad aliquos tantum, can. qui ſub gradu. diſt. 50.

Depoſitus clericus propter crimen debet clericaliter viuere: & in monaſterio ad agendam pœnitentiam debet detrudi, & ſi fuerit incorrigibilis, excommunicari debet, can. dictum, & ibi gl. ſi. diſt. 81.

Depoſitum verberans non incidit in canonem, cum ſit exauthoratus, & denudatus omni priuilegio, d. gl. ſi.

Depoſitus ad agendum pœnitentiam detrudi debet in monaſterio arbitrio iudicis, ſecundum quantitatem delicti: nam quandoque detruditur ad tempus: quandoque iubetur peregrinari per orbem: quandoque traditur curiæ ſeculari, ibid.

Depoſitus confert vera ſacramenta, & conficit verum corpus Chriſti, dd. reprob. gl. 1. in ſumma, 9. q. 1.

Depoſitus ingredi poteſt Eccleſiam, & communicare ſicut laicus, & tractare ſua negotia, can. Teugualdum, 11. q. 3.

Depoſitus poteſt reſtitui, gloſ. 1. can. Nabuchodonoſor, 23. q. 4.

Depoſitus reſtitutus præferendus eſt ſubſtituto, ibid.

Depoſiti à prædeceſſoribus, reſtitui poſſunt à ſucceſſoribus, can. pœnali, 35. q. 9.

Reliqua in verbo, Clericus, 145. vſque 150. Epiſcopus, 101. vſque 103.

DEPOSITVM quandocumque poteſt repeti, gloſ. 1. in cap. De procurat. 3

Depoſitum poteſt repeti, ſed non compenſari, niſi de conſenſu deponentis, gl. fortius, & ibi add. marg. in cap. quemadmodum. De iureiur.

ex Depoſito acto apud clericum Eccleſiæ, non tenetur Eccleſia, niſi illud ſit verſum in vtilitatem Eccleſiæ, cap. 1. De depoſito.

Depoſitum licite poteſt fieri apud Eccleſiam: & tenebitur ipſa ex tali depoſito, ibid.

Depoſitum

Depoſitum dicitur factum apud Eccleſiam, quando fit in præſentia Prælati & capituli, gl. 2. ibid.

ex Depoſito facto apud perſonam Eccleſiæ, tenetur Eccleſia in quantum in rem ipſius Eccleſiæ ſit verſum, gl. 1. & 2. ibid.

Depoſiti actio infamat, gl. 8. ibid.

Depoſitum, cum pendeat ex voluntate vnius dumtaxat, poteſt diſſolui quandocumque, cap. 8. eod.

Depoſitæ rei, ſicut & commodatæ proprietatem & poſſeſſionem retinemus, ibid.

4 Depoſitum quandocumque poteſt reuocari: & ſi non reſtituatur, condemnatus depoſitarius ſuo nomine efficitur infamis, gl. 3. ibid.

contra Depoſitum non admittitur compenſatio, gl. pe. ibid.

Depoſitum cum depoſito compenſari non poteſt: ſed qui primo depoſuit, debet primo recipere: & ita neque in parte, neque in toto admittitur compenſatio contra depoſitum, ibid.

Depoſiti actio priuilegiata eſt, vt contra eam non admittatur compenſatio, ibid.

Depoſitum debet reſtitui etiam prædoni: ſi tamen dominus cum fure ſimul petat, de æquitate domino debet reſtitui depoſitum, ibid.

Depoſitum reddendum eſt ſine compenſatione deponenti, gl. 1. in reg. qui ad agendum. De reg. iur. lib. 6.

Depoſitis, vel commodatis rebus quæ accedunt, intelliguntur etiam commodata, vel depoſita, gl. 1. in can. qui ſacrum, diſt. 50.

Depoſitæ rei reſtitutio non fit deponenti in duobus caſibus: item quando dominus & deponens ſimul petunt rem: nam tunc domino reſtituitur, gl. 3. in can. ius naturale, diſt. 1.

Reliqua in verbo, Compenſatio. Depoſitarius.

DEPREHENSIO ſola inducit probationem delicti, cap. ſuper eo, De hæretic. lib. 6. can. de his, & ibi gloſ. 1. diſt. 50.

Deprehenſin in crimine, ita quod factum ſit notorium, ex facti euidentia inducit probationem: & tales, qui in maleficio deprehenduntur, ſine iudicio damnantur, gl. deprehenſi, in can. ſi quis Diaconus, diſt. 50.

Deprehenſio in crimine, ſi fiat cum paucis adſtantibus, vel cum pluribus adſtantibus, poſt delictum conſummatum, tunc talis deprehenſio non inducit probationem, ſed infamiam: & tunc requiritur quod ſit conuictus, vel confeſſus, ibid.

Deprehenſus in crimine poteſt per viginti horas detineri, aduocando teſtes, per quos probabit ipſum in crimine deprehenſum, gl. 1. in can. de his, diſt. 50.

Reliqua in verbo, Clericus, 132.
Maleficium, 1.

DEPVTATVS ad nudum miniſterium, poteſt recuſari vt ſuſpectus, cap. ſuper quæſtionum, 27. De officio deleg.

DESCENDENTES ſemper excludunt matrem, & etiam vxorem, gl. tam tertia, in cap. Raynutius. De teſtament.

Reliqua in verbo, Aſcendentes. Filius, 4.
Poſterorum. Progenies.

DESERI non dicitur quod numquam fuit, gl. ſi animam, in can. quod vero. 32. q. 2.

Deſerens rem, vt litem effugiat, non facit dolum, gl. fi. in cap. licet Heli. De ſimonia.

Deſertor dicitur, qui diu vagatus reducitur, gl. fi. in can. ſi. 23. q. 5.

Deſertione Eccleſiæ longo tempore videtur quis eam habere pro derelicta, cap. 1. De officio vicarij.

in Deſertis locis quod poſſint capellas ædificare, ſi priuilegium conceſſum ſit, intelligitur locus deſertus, qui non fuit penitus habitatus, neque cultus a Chriſtianis, vel à Sarracenis: vel etiam habitatus, vel cultus fuit à Sarracenis: nec eſt contrarij memoria, ſcilicet quod à Chriſtianis fuerit habitatus & cultus, cap. 1. §. illum, & ibi gl. penitus. De verb. ſignific. lib. 6.

Reliqua in verbo, Appellans, n. 15. 16. 17. Appellatio, n. 41. Aufugiens. Bellum, n. 2. Eccleſia, 154. 155. Epiſcopus, 132. vſque 136.

DESIDERATA res tantò amplius cupitur, quantò amplius ſubtrahitur, gl. ſi quo, in can. in domo. De pœnitent. diſt. 4

DESISTERE in cauſa ſpirituali nullo modo licet, pecunia accepta, gl. in omnibus, in can. ſi. §. præuaricator, 2. q. 3.

Deſtitiſſe ab accuſatione dicitur ille, qui in totum animum agendi depoſuit, non qui diſtulit accuſationem: ſed qui permiſſu imperatoris ab accuſatione deſtitit, impunitus eſt, gl. delatorem, ibid.

Reliqua in verbo, Accuſans. Accuſatio, n. 8. Accuſator, n. 10.

DESPERANDVM de nemine eſt, gl. fi. in can. neque, diſt. 90.

DESPONSANS aliquam fide pactionis, non debet aliam ducere: ſi tamen duxerit, manebit cum ſecunda: tenetur tamen agere pœnitentiam de fide mentita: ſi autem contraxerit per fidam conſenſus, erit tantum matrimonium cum prima, & non cum ſecunda, can. fi. 27. q. 2.

Deſponſam aliquam cogendus eſt ducere eam: quandoque tamen ſubalternatione cogitur, ſcilicet vel ducat eam, vel intret in religionem, gl. 1. in ſumma, 32. q. 2.

propter Deſponſationem, quæ nulla eſt, notatur quis infamia, gl. 1. in can. ſi quis, 27. q. 2.

Deſponſatio infra ſeptennium facta non impedit matrimonium, ibid.

Reliqua in verbo, Sponſa. Sponſus. Sponſalia.

DESPONSATA ſi intrauerit monaſterium, res quas alter alteri dedit, reſtitui debent: ſi tamen oſculum interuenit, non poteſt ſponſus, niſi dimidiam partem rerum datarum ab ipſa repetere: ſed mulier totum repetit, quod dedit, gl. damna, in can. decreta, 27. q. 2.

Deſponſatam puellam non licet parentibus alij viro tradere: ipſa tamen eligere poteſt monaſterium, can. deſponſatam, 27. q. 2.

Deſponſatam ſi quis propter frigiditatem, vel aliud iuſtum impedimentum non potuit cognoſcere: ſi eius frater eam corrupit, & grauidauit, corruptor non poteſt habere eam in vxorem, licet eius frater non potuit habere eam, can. quidam, 27. q. 2.

Deſponſatam alii per verba de præſenti non poteſt quis accipere in vxorem: & ſic contrahentes debent anathematizari, can. de coniugali, 27. q. 2.

Reliqua in verbo, Sponſa. Sponſus.

DETINERE poteſt quis ſua authoritate id, quod de iure non præſtitit, gl. 2. in can. quia cognouimus, 10. q. 3.

Detinere iniuſte idem eſt quod rapere, gl. inuadunt, in can. decimas, 16. q. 1.

Detentus violenter & iniurioſe dicitur quodammodo in poteſtate detentoris: vnde ſi aliquid egerit cum eo, poterit poſtea allegare metum, & reſcindere illud actione quod metus cauſa, cap. accedens. De procurat.

Reliqua in verbo, Auferre. Capere. Clericus, 116. vſque 124.

DETERMINATIO in fine poſita determinans duo determinabilia, refertur ad proximum tantum, gl. cœtus, in clem. ne Romani, §. ea tamen prouiſio. De elect.

DETESTATIO eſt denunciatio facta cum teſtatione, gl. 1. in cap. deteſtanda. De conceſſ. præbend.

Reliqua in verbo, Denunciatio.

DETRAHENTES ſecreto proximo ſuo deteriores ſunt, quam qui ſubſtantias & prædia aliorum diripiunt, gl. in occulto, in cap. inquiſitionis, §. tertiæ. De accuſat.

Detrahentem proximo Deus perſequitur, gl. detrahere, in extrauag. ad conditorem. Ioann. 22.

Detrahens fratri homicida eſt, can. ſumma, 6. q. 1.

Detrahens aliis in puluerem ſufflat, & in oculos ſuos terram excitat, can. inter verba, 11. q. 3.

Detrahere famæ alicuius deterius eſt, quam bona ſurripere, can. deteriores, 6. q. 1.

Detrahere, eſt bona, quæ alicui ſunt à Deo collata, negare vel inuertere: vt ſi quis dicat, ſapientem non habere ſapientiam, vel caſtum caſtitatem, vel ea quæ bono zelo fiunt, inuertendo aſſerat malo zelo, vel ſpiritu fieri, gl. pe. in can. homicidiorum. De pœnitent. diſt. 1. gl. detrahere, in extrauag. ad conditorem. Ioann. 22.

Detractores homicidæ dicuntur, can. homicidiorum. De pœnitent. diſt. 1.

Detractores præſertim Prælatorum ſunt infames, & deteriores raptoribus rerum, can. deteriores, 6. q. 1.

Detractio eſt magis deteſtabilis & pœna digna, quantò coram pluribus fit, cap. 2. De maledicis.

Detractione facta ſuper certo articulo iuri antiquo per nouum in cæteris remanet non correctum, gl. permanſuris, in extrauag. execrabilis. Ioann. 22.

Reliqua in verbo, Conuitium. Homicida. Murmuratio.

DEVOLVTIO beneficiorum vacantium vltra ſex menſes propter negligentiam collatoris, quod fiat ad proximum ſuperiorem, non habet locum in Epiſcopatibus vacantibus, nec in Archiepiſcopatibus: ſed in perſonatibus, & aliis minoribus beneficijs, cap. dilectus. De conceſſ. præbend.

Reliqua in verbo, Beneficium, 22. Collatio, 4. Collator, Eligendi. Patronus, 1. Regularis,

1 DEVS verus eſt, æternus, immenſus, incommutabilis, incomprehenſibilis, omnipotens & ineffabilis, cap. firmiter, De ſumma Trinitat.

Deus vnus, ſolus, verus eſt, & dicitur verus ad differentiam fictorum; & dicitur vnus ſolus, ad differentiam plurium planetarum, quos colebant antiqui tanquam Deos, d. cap. firmiter, & ibi gl. vnus. & gl. verus.

Deus vnus eſt, pater, filius, & Spiritus Sanctus; tres perſonæ, ſed vna eſſentia, ſubſtantia, ſeu natura ſimplex omnino; pater à nullo, filius à patre, Spiritus Sanctus pariter ab vtroque abſque initio ac ſine fine: pater generans, filius naſcens, Spiritus Sanctus procedens, conſubſtantiales & coæquales, & coomnipotentes & coæterni, ibidem.

Deus verus eſt vnum principium vniuerſorum, & creator omnium viſibilium & inuiſibilium, ſpiritualium & corporalium, ibid.

Deus ſua omnipotenti virtute, ſimul ab initio temporis de nihilo condidit vtramque creaturam, ſpiritualem & corporalem: ſcilicet Angelicam & mundanam: & deinde humanam quaſi communem ex ſpiritu & corpore conſtitutam, ibid.

Deus creauit omnia ſimul, gl. ſimul, ibid.

Deus eſt immenſus, id eſt ſine menſura: vnde dicitur infra omnia non incluſus, extra omnia non excluſus, ſupra omnia non elatus, gl. immenſus, ibid.

Deus eſt incommutabilis, & tamen dat cuncta moueri, gl. incommutabilis, in d. cap. firmiter.

2 Deus ſæpe mutat ſententiam ſuam, ibid.

Deus peccare non poteſt, gl. omnipotens, ibid.

Deus eſt ſimplex omnino, in quem nulla compoſitio cadit, gl. ſimplex, ibid.

Deus tribuit legem humano generi, per Moyſen & ſanctos Prophetas, d. cap. firmiter, & ibi gl. ſancta.

Deus eſt extraneus ab homine, hoc eſt, alius ab homine in eo quod Deus: quia Deus eſt creator, & homo eſt creatura, gl. deſigendo, in cap. niſi cum pridem, §. verum. De renunciat.

Deus eſt extraneus à quocumque Chriſtiano, & tamen quilibet Chriſtianus eſt eius filius: quia ſicut dicitur filius, qui eſt in poteſtate, donec emancipetur, & eo emancipato dicitur extraneus: ita Deus emancipauit hominem, & dedit ei liberum arbitrium faciendi quodlibet bonum vel malum: & ita Deus dicitur extraneus, ob id, ibid.

3 Deus eſt ſecretorum iudex, & cognitor, gl. occultum, in cap. ex tenore. De tempor. ordin.

apud Deum non gradus elegantior, ſed vitæ melioris actio comprobatur, gl. fi. in cap. ad aures, eod.

Deus dona ſua multiplicat, gl. pe. in cap. ex tua. De filiis presbyter.

Deo nihil eſt occultum, cap. nouit. De officio legat.

Deus fecit duo luminaria in firmamento cœli: luminare maius, vt præeſſet diei, & luminare minus, vt præeſſet nocti, cap. ſollicite, §. potuiſſes. De maior. & obed.

Deus inſtituit duas dignitates, quæ ſunt Pontificalis authoritas, & Regalis poteſtas.

Deus omnia ſcit, & nihil ignorat, cap. nouit. De iudiciis, & cap. nouit ille, 43. De appellat.

Deus Eccleſiam ſuam noua ſemper prole fœcundat, cap. Deus qui. De vita & honeſtat. cleric.

Deus non habet homines alicuius nationis chariores: ſed in omni natione, qui facit iuſtitiam, eſt ei acceptus, gl. 1. in cap. 2. De inſtitut.

Deus non iraſcitur, nec per membra diſtinguitur: more autem humano loquendo dicitur Deum iraſci, gl. iratus, in cap. ſi quis presbyterorum. De rebus Eccleſ. non alien.

Deo ſemel conſecratum ad humanos vſus transferri non decet, cap. 3. De rerum permutat, cap. ad hæc, & ibi gl. fi. De relig. domib.

Dei ſeruitio applicare inexpertos graue eſt, gl. pe. in cap. ad Apoſtolicam, 16. De regular.

Dei ſpiritus vbi eſt, ibi eſt libertas, cap. licet, eod.

4 Deo ſemel dicatum ad prophanos vſus redire non debet, gl. 1. in cap. ſi. De conſecrat. Eccleſiæ, reg. ſemel. De reg. iur. lib. 6. can. de rebus, 12. q. 2. & can. in iuſtum, 12. q. 2.

Deus peccata non ex parte, ſed ex toto dimittit: quia Deus opus imperfectionis non nouit, cap. maiores, §. ſed adhuc. De baptiſmo.

Dei & diaboli filius ſimul nemo poteſt eſſe, gl. lana, in cap. quidam. De apoſtatis.

Dei regno non eſt aptus ille, qui poſuit manum ad aratrum, & reſpexit retro, gl. fi. ibid.

Deus eſt ſecretorum cognitor, quem non latet peccati qualitas, nec peccantis affectus, gl. fi. in cap. in ciuitate. De vſuris.

Deus non eſt remunerator nominum, ſed aduerbiorum, id eſt non remunerat Deus bonum quod fit, ſed quod bene fit: vnde non remunerat Iudæos, qui crucifixerunt Chriſtum, licet mors Chriſti bona fuerit, quia propter hoc de pœnis inferni nos redemit: & ideo non remunerauit, quia non benefecerunt, gloſ. 2. in cap. 1. De colluſione detegend.

Deus interrogat cor, & non manum: non conſiderat, quæ fiunt, ſed quo animo fiunt, gl. 2. ibid.

Deus numquam ſanauit aliquem, quem non liberaret, gl. 2. in cap. quod quiſdam. De pœnitent. & remiſſ.

Deus reſpicit ad cor & ad ſpontaneas voluntates, & non ad actus, gl. 1. in cap. cum voluntate, 54. De ſententia excommunicat.

Deus audit in corde, gl. fin. in cap. 1. De ſumma Trinitat. lib. 6.

Deus appellatur caput Eccleſiæ, cap. 1. De voto, lib. 6.

Deus non propiciatur in multitudine ſacrificiorum, & melius 5
eſt paucos bonos miniſtros habere, quàm multos malos, gl. fi. in cap. 2. De relig. domib. lib. 6.

Deus in retributione meritorum magis amplificat illos, qui plus meruerunt ex ipſorum operibus, cap. 1. De reliq. & venerat. lib. 6.

Deus neminem vult perire, gl. à peccatis, in cap. 2. De immunit. Eccleſiar.

Deus reſpicit ad cor, gl. cordis, ibid.

Deo mentiri poteſt quis; fallere autem Deum non poteſt, gl. fallentes, in cap. vt officium. De hæretic. lib. 6.

Dei opinio, vel ſcientia nec fallit, nec fallitur, gl. pen. in cap. Romana, §. in vniuerſitatem. De ſententia excommunicat. lib. 6.

Deo potius obediendum eſt, quàm hominibus, gl. 1. in reg. quod ſine culpa, 24. De reg. iuris, lib. 6.

Deo dicatæ res, non ſolum in dominium laicorum, verum etiam nec in vſum debent tranſire, gl. 2. ibidem.

Dei filius eſt vnicus, nec poſſunt eſſe plures, clem. 1. & ibi gl. vnigenitum. De ſumma Trinitat.

Deum incarnari ante peccatum non fuit conueniens, cùm opus incarnationis principaliter ordinetur ad abolitionem peccati, gl. ex tempore, ibidem.

Deum incarnari ſtatim poſt peccatum non fuit conueniens, cum ex ſuperbia peccatum proueniſſet: ſic liberandus erat homo, vt humiliatus recognoſceret ſe liberatore indigere: quod magno conſilio Dei actum fuit, vt cognita ſua infirmitate, homo clamaret ad medicum, & gratiæ poſceret auxilium, ibid.

Deum incarnari non debuit differri vſque ad finem ſæculi, 6
vt de imperfectione humanæ naturæ, per incarnationem perueniretur gradatim ad perfectionem gloriæ in fine ſæculi, ibid.

Deum incarnari non debuit differri ad finem ſæculi, quia æquum fuit poſt datam legem Moſaicam & Propheticam, quam multi ſpernebant, iuſtificari Deo genus humanum per incarnationem & tempus gratiæ: quod ſi dilatum fuiſſet vſque ad finem ſæculi, fortan reuerentia & notitia Dei, & morum honeſtas fuiſſet in terris abolita, ibid.

Deum incarnari fuit conueniens ad diuinam virtutem manifeſtandam, ſaluantem per fidem præteriti, præſentis & futuri, ibid.

In Deo non eſt numerus, nec quantitas, clem. 1. §. ad hoc. De ſumma Trinitat. lib. 6.

Deus optat ſalutem omnium: vult enim omnes venire ad cognitionem veritatis, gl. opinionis, ibid.

Deus omnia aut iuſto iudicio facit, aut ſuo permiſſu ita fieri ſinit, gl. permittente, in proœmio lib. 6. §. nos etiam.

Deus dicitur ſcire id, quod per alium inueſtigare potuit, clem. 1. §. fi. De conceſſ. præbend.

Deus digna pro meritis reddit, & ſic ſecundum exigentiam meriti præmiat, vel punit ſecundum exigentiam demeriti, clem. dudum, §. fi. De ſepult.

Deum laudare ſi tenemur in ſanctis, multò fortius in ſeipſo, 7
gl. 2. in clem. 1. De reliquiis & venerat. ſanctor.

Deum laudare iubemur in ſanctis ſuis, id eſt laudare Dei mirabilia, laudando ea quæ Sancti fecerunt in Dei virtute, d. clem. 1. & ibi gl. 1.

Deus quædam negat propitius, quæ concedit iratus, gl. orationes, verſ. de quinto, in d. clem. 1. §. potiſſime.

Dei offenſa cauenda eſt, & per ſuperiorem non eſt diſſimulanda, clem. 1. & ibi gl. 1. De Iudæis.

Deum videre per eſſentiam, in quo conſiſtit perfecta beatitudo, ſoli Deo eſt proprium, clem. fi. & ibi gl. quinto. De hæretic.

Deum videre per eſſentiam nulla intellectualis natura poteſt, niſi Deo hoc favente, ibid.

in Dei offenſam & proximi non eſt faciendum aliquid, clem. 1. De vſuris.

Deus dicitur multiplicare ſuum populum, cum ſine ipſo nihil fiat, gl. multiplicauit, in extrauag. ſedes Apoſtolica. Ioann. 22.

Deus voluntarium ſeruitorem ſibi quærit, non coactum, gl. renuerit, in extrauag. antiquæ. Ioann. 22.

Deus nedum eſt copioſus in miſericordia, imò ſemper potens in ea: omnia enim poteſt, quæ poſſe eſt aliquid poſſe, gl. in miſericordia, in extrauag. copioſus. Ioann. 22.

Deus per miſericordiam non vult peccatoris perditionem, 8
ſed conuerſionem & ſalutem, delinquentes qui corriguntur ſuſcipiens, ibid.

Deus quotidianis hominum peccatis ſemper ignoſcere dignatur, & pœnitentiam noſtram ſuſcipere, ibidem.

Deus diligit hilarem ſeruitorem, non timore pœnæ, ſed amore iuſtitiæ ſeruientem. gl. delectabile, ibid.

Deo non poteſt quis facere maiorem oblationem, quàm propriam perſonam pro eo exponere, gl. perſonam, ibid.

Deus habet reſpectum ad propoſitum & animum offerentis, gl. propoſito, ibid.

Deus eſt via, veritas, & vita; via in exemplo non errans: veritas in promiſſo non fallens: vita in præmio ſcilicet æterno non moriens, gl. noſcitur, in extrauag. ad conditorem. Ioann. 22.

Deus interrogat cor, non manum, & plus reſpicit cogitationes. quàm actus, gl. ſimulatis, ibid.

Deus eſt vita animæ: & vita vitæ, id eſt animæ, quæ eſt vitæ corporis, gl. excludere, in extrauag. quia quorumdam, Ioann. 22.

Deum in negotijs noſtris debemus habere præ oculis, extrauag. 1. in fi. De decimis, inter commun.

Deus non indignatur, neque iraſcitur: more tamen humano dicimus Deum iraſci, gl. indignationem, in extrauag. vas electionis. De cenſibus, inter communes.

9 Dei genitrix eſt pro peccatoribus ſedula oratrix, extrauag. cum præ excelſa. De reliquijs & venerat. ſanct. inter commun.

Dei ſolus filius aſſumpſit carnem humanam: non pater, nec Spiritus Sanctus, can. qui Epiſcopus, diſt. 23.

Deus quantum ad bona temporalia, quandoque prouidet bonis & malis, can. conſulendum, diſt. 28.

Deo nos commendant non ordines, ſed vitæ merita, can. ante omnia, diſt. 40.

Deo placere non poteſt, qui cupiditati inhæret, can. bonorum, diſt. 47.

Deo dare, quod dedignatur homo, eſt indignum, can. Sacerdotes, diſt. 49.

Deus nihil ſuperfluum creauit in nobis, gl. 5. in can. qui partem, diſt. 55.

Deo ſeruiens propter quæſtum, ſimoniam committit: Deo enim ſeruiendum eſt principaliter, propter Deum, gl. vt hæc, in can. ſi. diſt. 74.

Deo militans non debet ſe immiſcere negotijs ſecularibus, can. 2. diſt. 88.

Deum laudare debemus corde, non voce, can. 1. diſt. 93.

Deus recipit decimas pro honore, non pro pretio, gl. ſanitatis, in can. qui ſtudet, 1. 1. qu. 2.

Deo non placent, quæ ab hæreticis offeruntur, can. ſic populum, 60. 1. qu. 1.

ad Dei cultum interuentu muneris vel pecuniæ non debet quis prouecari, gl. exitum, in can. 2. 1. q. 2.

10 Deo omnia ſunt nuda & aperta, can. Deus omnipotens, 2. qu. 1.

Deo nihil eſt abſconditum, ſed ei omnia ſunt manifeſta antequam fiant, ibid.

Deo victimæ impiorum abominabiles ſunt, vota iuſtorum placabilia, can. in grauibus, 3. qu. 7. can. ſcriptum eſt, 14. qu. 5.

Deus non reſpicit quantitatem vel qualitatem eleemoſynæ, ſed tantum intentionem & animum dantis, ibid.

Deus non conſiderat datum, ſed affectum offerentis: quandoque conſiderat quid offeratur, quandoque conſiderat pro quibus offeratur, gl. ſi. ibid.

Deo recte famulantes non licet perſequi, can. quieſcite, 6. q. 1.

Dei iudicia ſunt occulta, can. cum percoſſio, 7. q. 2.

Deus propter peccata hominum mittit flagella & perſecutiones, gl. diuinitus, in can. ſciſcitaris, 7. q. 2.

Dei iudicio, aut eo permittente, fiunt omnia, quæ in ciuitate fiunt, ibid.

Deus dat poteſtatem nocendi, quando permittit quoſdam nocere, eo ipſo quod ſe non obijcit, ibid.

ob Deum amittentes commoda temporalia abſque ambiguitate gaudia ſuſcipiunt ſempiterna, d. can. ſciſcitaris

Deum nemo vidit vnquam: & tamen ex eo quod dicitur Moyſen vidiſſe poſteriora Dei, dicunt quidam, quod apparuerat Deus per Angelum in ſpecie viſibili, gl. locutus, in can. Moyſes, 8. q. 1.

11 Deus quandoque ſinit regnare malos Prælatos propter peccata ſubditorum: & tunc non dicitur eos approbare, ſed permittere eos regnare, can. audacter, & ibi gloſ. 2. 8. qu. 1.

Deus qui videt in abſcondito, propter peccata hominum relinquit hominem vacuum à gratia eius, can. audi. 11. qu. 3.

Deus ſecundum Catholicam fidem non nocet, nec nocere patitur aliquem iniuſte, id eſt ſine cauſa, can. ſecundum, 11. qu. 3.

Deo nocere non poteſt quis, ibid.

Deus eſt ſumma iuſtitia, can. quicumque, 11. q. 3.

Deum magis debet quis timere, quam hominem, can. quiſquis, 11. q. 3.

Deum dicimur negare & confiteri non ſolum verbo, ſed etiam facto, can. exiſtimant, 11. q. 3.

Deus negari dicitur, quotieſcumque homo ligatur vitijs & peccatis, ibid.

Deum timens non conſentit malo, can. qui omnipotentem, 11. q. 3.

contra Deum facere dicitur, qui contra Dei Euangelia, vel contra dicta Apoſtolorum, vel contra Sanctorum Patrum inſtituta aliquid facit, vel conſentit, ibid.

Deum contemnere propter nummos nihil eſt miſerius, can. duo ſunt, 12. q. 1.

Deo offerre aliquid ſemel, ſufficit, vt deinceps ad prophanos vſus conuerti non poſſit, can. de rebus, 12. qu. 2. 12

Deus non probat iniquorum dona, nec reſpicit in oblationes eorum, can. immolans, 14. q. 5.

in Dei omnipotentis iudicio, non quid, ſed à quo detur, inſpicitur, ibid.

Deus longe eſt ab impijs, & eorum orationes non exaudit, ibidem.

Deo nihil nocere poteſt, quia eſt impaſſibilis, gl. 2. in can. reuertimini, 16. q. 1.

Deus dicitur affligi, cùm eius ſubditi affliguntur, gloſ. 3. ibidem.

Deus præmium non poſtulat, ſed honorem, can. decimæ, 16. qu. 1.

Deus, qui dignatus eſt totum dare, decimam à nobis dignatus eſt recipere, non ſibi, ſed nobis ſine dubio profuturam, ibid.

Deus gratis vult beneficium ſuum concedere, non pro pretio: ſed tamen honorem vult habere, gl. præmium, ibid. & gl. 2. in can. decimæ, 16. qo. 1.

Deus ſemper eſt paratus benefacere, ſed hominum malitia prohibetur, can. decimæ. 16. q. 2.

Dei magna pietas, vt ad ſolam promiſſionem peccata dimittat, nondum peccator pronunciat ore, & tamen Deus iam audit corde, can. qui bona, 17. q. 1.

Dei cultus eſt abominatio peccatori, can. omnis, 22. qu. 4. 13

Deus incommutabilis, idemque ſemper exiſtens, ſæpe tamen in ſacris literis legitur ſua mutaſſe promiſſa, & pro miſericordia temperaſſe ſententiam, can. incommutabilis, 22. qu. 4.

Deus ea quæ comminando, vel commonendo dicit, bene reuocat: ſed ea quæ aſſerendo dicit, non reuocat, gloſ. 1. ibidem.

Deus eſt aſpernator duplicitatis, can. qui peierare, 22. qu. 5.

Deus potius conſiderat animum quam factum, ibidem.

Deus non eſt author mali, gl. cum vero, in can. Nabuchodonoſor, 23. q. 4.

Deus quicquid prædeſtinauit, ab æterno prædeſtinauit: ſi ergo prædeſtinatio eſt ab æterno, ergo non habet cauſam ſuæ generationis: non ergo bona futura ſunt cauſa eius, gl. ſtandi, in d. can. Nabuchodonoſor, § 1

Deus ſi præuidit aliquid, neceſſario illud eueniet, habet duplicem ſenſum: nam ſi illa dictio *neceſſario* determinat totalem conſequentiam, locutio eſt vera; & tunc talis eſt ſenſus, Deus ſi præuidet aliquod illud euenire eſt neceſſarium: ſi tamen dictio *neceſſario* determinat ipſum conſequens, eſt falſa, gl. quamuis, in d. cap. Nabuchodonoſor, § 2.

Dei ira poteſt eſſe commutabilis quantum ad temporalem pœnam, ſed quantum ad æternam non, gl. iraſcente, ibidem. 14

Deus omnipotens placatur per malorum correctionem, can. ſi quos, 23. q. 4.

Deus mittit flagella propter negligentiam Paſtoris, vel Principis, in caſtigando malos, vel etiam propter peccata aliorum, can. ſi quos, & ibi gl. ſi. 23. q. 4.

Deus prouocatur ad iram, cùm mali punire differuntur, can. ſi ea 23. q. 4.

Deus quoſdam rapit de medio, ne malitia mutet intellectum eorum, gl. diminueretur, in can. ea vindicta, 23. q. 4.

Deus quandoque remunerat aliquos temporaliter, vt eos puniat æternaliter, gl. 1. in can. quid ergo, 23. q. 5.

Deus eſt inſpector cordis, & non operis, gl. bonum, in can. de occidendis, 23. q. 5.

Deus aſpernatur coacta ſeruitia, can. ſi. 23. q. 5.

Deus reſpicit non ea quæ offeruntur, ſed voluntatem offerentium, can. odi. 24. q. 1. 15

Deus nullum punit ſine cauſa, gl. damnauit, in can. numquid. De pœnit. diſt. 1.

Deus qualem te inuenit cùm vocat, talem pariter & iudicat, ibid.

Deus omnia interiora cordium, & renum nouit, ibid.

Deus ipſe eſt iudex, & teſtis omnium noſtrorum errorum, etiam occultorum, can. porro. De pœniten. diſt. 1.

Deus æterno iudicio puniet nos, niſi temporalis pœna nos ipſos puniamus, ibid.

Deus ſimul ac nos conuertimus ad eum, conuertitur ad nos, gratiam ſuam infundendo, & remittendo nobis peccata, can. conuertimini. De pœniten. diſt. 1.

Deus dicitur medicus, gl. medici, ibid.

Deus eſt non ſolum miſericors, ſed & iuſtus, gl. ſi. in can. nullus. De pœnit. diſt. 1.

Deus nullum peccatum præterit impunitum, ibid. 16

de Dei miſericordia non eſt ita confidendum, vt euaneſcamus per ſpem, ibid.

à Dei conſpectu diſcedere dicitur, qui pœnitere contemnit, gl. pleniorem, in can. & venit. De pœnit. diſt. 1.

Dei

Dei Filius dicitur *Verbum*, quia ſicut per Verbum manifeſtatur voluntas alicuius: ita per Filium voluntas Patris, gl. 1. in can. Verbum. De pœnit. diſt. 2.
Deus nullum poteſt digne conſpicere, vel videre, niſi cuncta terrena, & mortalis vitia deponat, gl. ſolue, in can. ſunt qui. De pœnit. diſt. 1.
Deus ipſe poteſt precibus flecti, & eius voluntas fletibus mutari, can. importuna. De pœnit. diſt. 2.
Deus non miſeretur aſſidue peccantium, gl. 2. in can. noluiſſent. De pœnit. diſt. 1.
Deus dicitur mutari, pro varietate iuſtitiæ noſtri ſtatus; nam ſi ſumus in malo ſtatu, eius ſententia eſt, vt male pereamus, ſi durante illo ſtatu moriamur; ſi autem mutemus illum in bonum, & ei gratum, ſententia eius eſt ut ſaluemur, ſi in eo perſeueremus, can. nouit Dominus, cum ſequ. De pœnitentia diſt. 1.
Deus iuſtificando peccatorem, miſericordia ſimul & iuſtitia vtitur, can. vidi benignum. De pœnit. diſt. 1.
Deus eſt clemens, & pius, magiſque ad indulgentiam, quam ad vindictam pronus: quia non vult mortem peccatoris, can. quia diuinitatis. De pœnit. diſt. 1.
17 Deus indifferenter quemlibet peccatorem recipit, ſi pœniteat: & ſacerdotibus relaxandi licentiam conceſſit, ſine vlla perſonarum acceptione, can. Deus. De pœnitentia, diſt. 2.
Deum offendere fornicando proniores ſunt plures, quàm furando, gl. ex qua, in can. charitas eſt, §. & quid. De pœnit. diſt 2.
Deus præſumitur plus diligere illos, quibus plus perfectionis tribuit, gl. venia, in can. principium. De pœnitentia, diſt. 2.
Deus abſtulit peccatum Dauid, quoad culpam, non quoad pœnam: vel quoad pœnam æternam, ſed non quoad temporalem, can. tantum. De pœniten. diſt. 3.
Deus dicitur omnipotens, quia omnia poteſt, & facit, præter peccatum: & recte quicquid ab eo non eſt, poteſt dici peccatum: cum etiam poſſe peccare non eſt aliquid poſſe, gl. pe. in can. ille rex. De pœnit. diſt. 3.
Deus non punit aliquem bis, vel iterum pro aliquo facto, pro quo eum ſufficienter ſemel puniuit, can. quærat, & ibi gl. Deus, & gl. bis in can. ſceleratior. De pœnitent. diſt. 3.
Deus ab æterno præſciuit peccatorum dimiſſionem non valere præſcitis ad vitam æternam, neque uſque in finem durare, gl. præſcientiam, in can. peccatum. De pœnit. diſt. 4.
18 Deo offerre mentem, & animam, eſt agnoſcere eum ſuæ creationis principium, & ſuæ beatificationis finem, atque ideo ſuam ei præceptiſque ipſius voluntatem ſubiicere, can. conſideret, §. ſemper. De pœnit. diſt. 5.
à Deo ſicut proceſſerunt omnia, ita ab Adam proceſſerunt omnia, gl. 2. in can. hæc imago, 33. q. 5.
Deus non glorificatur per mulierem, ſicut per virum: nam per eam eſt inducta prima præuaricatio, gl. ſi. in d. can. hæc imago.
Deus eſt cognitor omnium ſecretorum, gl. quem non fallis, in can. ſi. De conſecr. diſt. 2.
Dei Filius ſuſcepit carnem peccati, & pœnam ſine culpa: vt in carne peccati, & culpa ſolueretur & pœna, can. Filius Dei. De conſecr. diſt. 4.
Deus eſt orandus non verbis tantum, ſed corde, can. non mediocriter. De conſecr. diſt. 5.
Deus vt cœleſtis pater, & pater miſericordiarum, Chriſtum Ieſum filium ſuum & ante legem, & legis tempore multis ſanctis patribus declaratum ac promiſſum, ad homines miſit, vt & Iudæos qui ſub lege erant redimeret, & gentes quæ non ſectabantur iuſtitiam, apprehenderent iuſtitiam, atque omnes reciperent adoptionem filiorum. Concil. Trident. ſeſs. 6. cap. 2.
Deus propoſuit Ieſum Chriſtum filium ſuum, propiciatorem per fidem in ſanguine ipſius, pro peccatis noſtris: non ſolum autem pro noſtris, ſed etiam pro totius mundi peccatis. Concil. Triden. d. ſeſs. 6. cap. 2.

Reliqua in verbo, Author. Chriſtus. Cor. Creatura. Diligere. Charitas. Duplex.

DEXTRA manus dicitur, quaſi dans extra: vnde illa manu ſolent porrigi dona, gl. dexteras, in cap. fundamenta. De electione. lib. 6.
per Dextram pignus pacis, & teſtis fidei ſolet dari, ibidem.
Dextra pars eſt honorabilior ſiniſtra, cap. ſolitæ, §. potuiſſis. De maior. & obed.

Reliqua in verbo, Sedere.

1 DIABOLVS, & alij Dæmones à Deo quidem natura creati ſunt boni: ſed ipſi per ſe facti ſunt mali; homo verò Diaboli ſuggeſtione peccauit, cap. firmiter, & ibi gl. Dæmones. De ſumma Trinit.
Diabolus idem eſt, quod criminator, gl. Diabolus, ibid.
Diabolus dictus eſt inimicus homo ab euentu, quia deuicit hominem: ſicut Imperator dicitur Affricanus ab euentu, quia deuicit Affricam, gl. inimico, in cap. licet de vitanda, 6. De electione.
Diabolus appellatur lupus rapax: quandoque inimicus hominis, gl. lupi rapaces, in extrauag. Sancta Romana. Ioan. 22.
Diabolus non eſt creatus malus, ſed ex libero arbitrio factus eſt malus; immo adhuc habet liberum arbitrium, ſed illud eſt ad malum; alioquin ſi non haberet liberum arbitrium, non demereretur, gl. non per conditionem, in can. qui Epiſcopus, diſt. 23.
Diaboli non cognouerunt perfecte Chriſtum eſſe filium Dei: nam credebant eum filium Dei, cum viderunt eum ambulantem ſuper aquas, & cum viderunt eum eſurire, non credebant, gl. ſi. in can. ſi quid diſt. 37.
Diabolus dicitur pater, gl. patri, in can. Diaconi, 22. diſt. 93.
Diabolus non ceſſat circuire, quærens quem deuoret, & 2 quærere quos ex fidelibus perdat, & maxime illos quos ardentiores in ſeruitio Saluatoris eique familiares inuenerit, can. nulli dubium, 3 q. 3.
à Diaboli fraudibus & verſutiis eſt præcauendum, ibidem.
Diabolus habet mille nocendi modos, & inſtigat ad litea & contentiones quotidie, can. viſis, 15. q. 2.
Diabolus à principio ruinæ ſuæ conatur reſcindere vnitatem Eccleſiæ, charitatem vulnerare, ſanctorum operum dulcedinem inuidiæ felle inficere, & omnibus modis humanum genus euertere, & perturbare, ibid.
Diabolus dolet ſatis, & erubeſcit charitatem, quam in cœlo nequiuit habere, homines conſtantes ex lutea materia tenere in terra, ibid.
Diabolus à Chriſto fuit deceptus: ſi enim Diabolus ſciuiſſet eum filium Dei, numquam eum à Iudæis crucifigi paſſus fuiſſet, gl. ſimulationem, in can. vtilem, 22. q. 2.
Diabolus quod ex corporis motibus internas animi cogitationes deprehendat, eſt res occultiſſima, can. ſi. 26. q. 6.
Diabolus dicitur cecidiſſe à beatitudine, non ſolum quantam 3 habebat, ſed etiam ad quantam habendam creatus erat, can. ſi quippe, §. ſed talis, 27. q. 2.
Diabolus dicitur princeps mundi, id eſt mundanorum malorum, nec propter hoc attribuitur ei ſuper homines aliquis principatus: ſed dicitur princeps eorum, id eſt primo peccans, vel maior peccans, gl. ſi. in can. pudor, 32. q. 2.
Diabolus ſi per ianuam peccati intrat, ſtatim Chriſtus recedit, gl. 1. in can. cum renunciatur, 32. q. 2.
Diabolo multa latent, & quotidie diſcit per temporum incrementa, gl. falleret, in can. pudor, 32. q. 2.
Diabolus tranſiens dicitur, gl. tranſeunti, in can. ſi Paulus, 32. q. 5.
Diabolus frequenter illuditur, can. poteſt fieri. De pœnitent. diſt. 1.
Diabolus ſæpe mittitur, vt homo patiatur ægritudinem, vel afflictionem, vt ſic iraſcatur, & Deum offendat: ſed ſæpe per talia recognoſcit peccatum ſuum, & compungitur, gl. debilitandi, in d. can. poteſt fieri.
Diabolus non poteſt eſſe cauſa directa & ſufficiens cuiuſque peccati, ita vt cogat vllum ad peccandum, can. ſi enim, in princip. De pœnit. diſt. 2.
Diabolus eſt cauſa indirecta peccati, commouendo interior phantaſiam, & appetitum ſenſitiuum ad imaginandum aliqua, quæ moueant ad peccandum, obtenebrando rationem, quo appareat ſibi bonum & delectabile, quod eſt malum, d. can. ſi enim, & ibi gl. 2.
Diabolus intrat in homines per duas portas: ſcilicet cupiditatis, & timoris, gl. ianua, ibid. 4
Diabolus bonum operatur, gl. Dæmones, ibid.
Diabolus ſine venia damnatus eſt, quia magnus ſine comparatione fuerat creatus: & quia voluntas Diaboli, eſt obſtinata voluntas, cuius non poteſt pœnitere, can. principium. De pœnit. diſt. 2.
Diabolus in exorciſmo non habet tantam vim quantam prius, ſed in baptiſmo ex toto eam amittit, quoad animam: quia extinguuntur peccata, per quæ hominem poſſidebat, gl. pro. in can. nec quicquam. De conſecrat. diſt. 4.
Diabolus quamuis occaſiones per omnem vitam quærat, & captet, ut deuorare animas noſtras quoquo modo poſſit: nullum tamen tempus eſt, quo vehementius ille omnes ſuæ verſutiæ neruos intendat ad perdendos nos penitus, & à fiducia diuinæ miſericordiæ deturbandos, quam cum impendere nobis vitæ exitum proſpicit. Concil. Trident. ſeſs. 14. in princip. De Sacramento extremæ vnctionis.

Reliqua in verbo, Behemot. Dæmon. Mendacium, 2. 3.

DIACONVS, vel ſubdiaconus contrahentes matrimo- 1 nium, efficiuntur irregulares, cum quibus peracta pœnitentia poteſt Epiſcopus diſpenſare, cap. 1., & ibi gl. diſpenſatiue. Ne Clerici vel vouentes matrimonium.
Diaconus, & ſubdiaconus non poſſunt contrahere matrimonium, & ſi contraxerint, debent ſeparari, d. cap. 1.
Diaconus non debet Epiſtolam legere, quia videtur ab ordine recedere: ſed vbi non eſt ſubdiaconus, ſed presbyter, vel acolythus dicet Epiſtolam, & diaconus dicet Euangelium: ſed ſi acolythus dixit Prophetiam, diaconus dicet Epiſtolam,

lam, cap. vt quiſque, & ibi gl. pe. De vita, & honeſtat. cler.

Diaconus ſolus Epiſcopus poteſt facere impoſitionem manuum, gl. 2. in cap. 1. De Sacram. non iterand.

Diaconus Miſſam celebrans ad Sacerdotium non promouetur, & à diaconatu ſuſpenditur ad tempus, ſed in beneficio poterit ad tempus diſpenſari, cap. fi. De clerico non ordinato miniſtr.

Diaconus cum ordinatur, ſolus Epiſcopus, qui eum benedicit, manus ſuper caput eius ponit, can. diaconus, diſt. 23.

ad Diaconum pertinet adſiſtere Sacerdotibus, miniſtrare in omnibus, quæ aguntur in ſacramentis Chriſti, in baptiſmo, ſiue in chriſmate, & patena, & calice: oblationes quoque inferre, & diſponere in altari: componere etiam menſam Domini, atque veſtire, crucem ferre, prædicare Euangelium & Epiſtolam ad populum, can. perlectis, §. ad diaconum, diſt. 25.

ad Diaconum pertinet officium precum, & recitatio, nominum: ipſe præmonet aures haberi ad Dominum: ipſe hortatur clamare: ipſe donat pacem, & ipſe annunciat, ibidem.

2 Diaconus vnum orarium, id eſt ſtolam geſtare debet in ſiniſtro humero, propter quod orat, id eſt prædicat: dextram autem partem oportet habere liberam, vt expeditius ad miniſterium ſacerdotale recurrat, can. vnum orarium, diſt. 25.

Diaconus adminiſtrans in officio ſuo ſine ſtola peccat mortaliter, ibid.

Diaconus non debet ordinari, ſi proteſtetur pro accipiendo matrimonio: & dixerit ſe in caſtitate non poſſe manere, can. diaconus, diſt. 27.

Diaconus ſi tempore ordinationis tacuerit, & ordinatus fuerit, & poſtea matrimonium contraxit, debet deponi, ibidem.

in Diaconos & presbyteros ordinandi debent promittere Epiſcopo ſuo, quod caſte & pure viuent, ſub timore Dei, can. quando, diſt. 28.

Diaconus, ſi in ordinatione proteſtatur ſe nolle continere, & poſtea contraxit matrimonium, non repellitur ab officio diaconali: ſecus ſi ordinem receperit abſque proteſtatione, can. diaconi, diſt. 28.

Diaconus matrimonium contrahens deponitur ab officio, niſi in ordinatione fuiſſet proteſtatus ſe nolle continere; quo caſu non repellitur ab officio diaconali, diſt. 28.

Diaconi contrahentes matrimonium ab officio & beneficio deponuntur: & ſi ab Epiſcopo moniti non deſiſtant, fœminæ eorum per iudicem ſæcularem in ſeruitutem reducuntur, & Epiſcopus talibus conſentiens ſuſpenditur, can. eos, qui, diſt. 32.

Diaconi ſi quaſi matrimonialiter duxerint vxores, vxores primo, deinde filios rediget Epiſcopus in ſeruitutem Eccleſiæ: quod ſi ipſe non ſufficit ad id, tunc ad brachium ſæculare ibit, gl. 1. ibid.

3 Diaconi vxor, quam quaſi matrimonialiter duxit, eſt de foro Eccleſiæ, cum ſit de eius familia, ſicut & alij omnes, qui ſunt de eius familia, ibid.

in Diaconi ordinatione fit benedictio, can. ſi quis diaconus, diſt. 50.

Diaconi debent ordinari à proprio Epiſcopo, aſſenſum præbentibus omnibus ciuibus, & ſacerdotibus, & ordinante & ordinato ieiunantibus, can. 1. §. ieiunantes, diſt. 67.

Diaconi olim ante 25. annum non poterant ordinari, can. placuit, diſt. 77.

Diaconus electus in Epiſcopum debet prius presbyterari, quam conſecrari: quod non fit niſi in Sabbato Paſchali, & in Sabbato quatuor temporum, can. fi. diſt. 76.

Diaconi a 25. anno ſuæ ætatis debent ordinari, & non ante, can. in veteri, diſt. 77.

Diaconus non debet frequentare domos matronarum, vel aliarum mulierum, can. clericus, diſt. 81.

Diaconi in Eccleſia Romana non debent cantare, ſed verbo prædicationis vacare, gl. 1. in ſumma, diſt. 92.

Diaconus non niſi cauſa neceſſitatis debet legere Epiſtolam, gl. fi. in can. 2. diſt. 92.

Diaconi tanquam oculi Epiſcopi debent omnia conſiderare, & quæ corrigenda viderint, ſignificare Epiſcopo, can. diaconi, 1. & 2. diſt. 93.

Diaconi in vnaquaque ciuitate Epiſcopali debent eſſe ſeptem, qui cuſtodiant Epiſcopum prædicantem, ne Epiſcopus ab inſidiatoribus infeſtetur, aut lædatur, can. diaconi, & can. ſeq. diſt. 93.

Diaconi non debent excedere poteſtatis ſuæ terminos, nec ſine authoritate Epiſcopi, vel presbyteri baptizare, nec Euchariſtiam diſpenſare, niſi in articulo neceſſitatis, abſentibus presbyteris, can. diaconus, 12. diſt. 93.

Diaconus vbi neceſſitas exigit, & presbyter eſt abſens, etiam iure ſuo poteſt baptizare, & corpus Chriſti erogare infirmis, gl. neceſſitas, ibid.

4 Diaconus in Eccleſia, in præſentia præsbyteri non poteſt baptizare, nec erogare corpus Chriſti, etiamſi neceſſitas exigat, niſi iuſſus à presbytero: vt quia multi ſint qui indigent, & presbyter non poteſt ſufficere omnibus, ibid.

Diaconus non debet Euchariſtiam miniſtrare, maxime presbytero, nec etiam ſumere prius quàm Epiſcopus, can. peruenit, diſt. 93.

Diaconi ſunt inferiores presbyteris, d. can. peruenit.

Diaconi non debent ſedere in medio presbyterorum, d. can. peruenit.

Diaconus debet exhibere honorem presbytero, vt & ipſe ab inferioribus honoretur, can. non oportet, diſt. 93.

Diaconus non debet ſedere coram presbytero, ſed iuſſione presbyteri ſedeat: ſed hæc ſunt ſeruanda ſecundum conſuetudinem Eccleſiarum, & diuerſorum locorum, gl. fi. in cap. peruenit, & can. non oportet, 14. & ibi gloſ. 1. diſt. 93.

Diacono non licet calicem benedicere, & panem, hoc eſt corpus Domini dare, d. can. non oportet, & ibi gl. 1.

Diaconi debent miniſtrare in miſſa ſicut Epiſcopis, ita presbyteris, can. diaconi, diſt. 93.

Diaconus præſente presbytero, & eius iuſſu præcedente, poteſt erogare Euchariſtiam corporis Chriſti, ſi neceſſitas cogit, can. præſente, diſt. 93.

Diaconus ſedeat iubente presbytero in quolibet loco honeſto, can. diaconus, 18. diſt. 93.

Diaconus in conuentu presbyterorum interrogatus loqui debet, id eſt prædicare, ibid.

Diaconus debet vti alba, id eſt dalmatica, tempore oblationis, & lectionis tantum, d. can. diaconus, & ibi gl. loquatur. 5

Diaconi non debent in tantam ſuperbiam prorumpere, vt ſeſe presbyteris anteponant, can. nonnulli, diſt. 93.

Diaconibus non licet vti compagis, id eſt ſandalibus, nec mapulis, d. can. nonnulli, abſque Apoſtolica licentia, can. peruenit, 20. diſt. 93.

Diaconi ſignificantur per ſeptem candelebra aurea, & per ſeptem Angelos Eccleſiarum, can. diaconi, 23. diſt. 93.

Diaconi dicuntur operatione virtutum præclari, humilitate præditi, quieti, humiles, euangelizantes pacem, annunciantes bona, diſſenſiones, rixas & ſcandala reſecantes, docentes, ſoli Deo colloquentes, in templo nihil penitus de mundo cogitantes, dicentes patri & matri, *non noui vos*, d. can. diaconi.

Diaconi presbyteris debent ſubeſſe, can. legimus, diſt. 93.

Diaconi Cardinales debent præferri omnibus presbyteris ratione officij, gl. nec altera, ibid.

Diaconi ſunt inferiores presbyteris, quia ab Apoſtolis ipſi Sacerdotes, & Epiſcopi à Chriſto fuerunt conſtituti, can. Dominus, diſt. 93.

Diaconi Sacerdotibus non debent præferri, niſi locum ſui Metropolitani obtineant, can. fi. diſt. 93.

Diaconus Cardinalis non debet deponi, niſi cum viginti ſeptem teſtibus: ſed ſubdiaconus, acolythus, exorciſta, lector, & oſtiarius, non debent condemnari niſi ſeptem teſtibus, cap. pe. 2. q. 3. 6

Diaconi debent laicis exponere modum viuendi, gl. per diaconos, in can. ſicut, 11. q. 1.

Diaconus de crimine confeſſus, vel legitimis teſtibus conuictus, canonica ſententia feriri debet, can. 1. 15. q. 5.

Diaconus ſi de crimine non poſſit conuinci, & ſit infamatos, non in publico, ſed coram Epiſcopo ſuo, & aliquot presbyteris & diaconibus, ſecreto debet ſe purgare præſtito iuramento, ibid.

Diaconus quandoque vocatur Sacerdos, gl. fi. ibid.

Diaconi cauſam criminalem debent examinare ſaltem tres Epiſcopi, gl. 1. in can. 1. 15. q. 7.

Diaconus non poteſt miniſtrare, conficere corpus Chriſti, vel etiam tradere ſine mandato Sacerdotis, can. miniſtrare, & ibi gl. 1. 26. q. 6.

Diaconalem ordinem habens dicitur habere dignitatem, can. ſi quis poſt, diſt. 51.

ad Diaconatum, habita diſpenſatione ex legitima cauſa, promoueri poteſt ille, qui poſt mortem vxoris ex concubina filios habuit, can. fraternitatis, diſt. 34.

Reliqua in verbo, Dalmatica. Ordo, 25. 26. Clericus, 163. 164. 165. Subdiaconus. Leuita. Ordinatio, per tot.

DIACONISSA non debet ordinari ante quadraginta annos, can. diaconiſſam, 27. q. 1. 1

Diaconiſſa, quæ poſt ordinationem nubit, anathema ſit, ibid.

Diaconiſſa non ordinatur, nec recipit characterem, ſed ſuper eam infundebatur forte aliqua benedictio, ex qua conſequebatur aliquod officium ſpeciale, forte legendi homilias, vel Euangelium ad matutinas, quod non licebat alijs, gl. fi. ibidem.

Diaconiſſa poteſt ordinari etiamſi ſit corrupta, gl. legitima in can. ſi quis rapuerit, 27. q. 1.

in Diaconiſſam conſecrari non debet minor 40 annis, nec quæ ad ſecundum matrimonium peruenit, can. 2. diſt. 78.

DIADEMA eſt corona Imperialis, & regia, gl. diadema, in clem. Romani, §. nos itaque. De iureiur.

Diadema ſolum de auro & lapidibus pretioſis fit, ibidem.

Reliqua in verbo, Imperator.

DIALECTICA dicitur eſſe ars, can. nonne, diſt. 37. 1

Dialectica dicitur illa, quæ illaqueat, & maculat homines, can. viso, diſt. 37.

Dialectica docet verum à falſo diſcernere, can. ſi quis, diſt. 37.

1 DICERE ſe miſſum à Deo non ſufficit alicui, niſi oſtendat, cap. cum ex iniuncto, verſ. ſicut. De hæreticis.

Dicere & facere differunt: non ſemper ille qui dicit, ſequitur quod faciat, id quod dicit, can. ſecundum, diſt. 29.

Dicere non ſufficit, niſi ratio dicti aſſignetur, gl. idonei, in cau ſi, habes, 24. q. 3.

Dico verbum, ponitur quandoque præceptiue, quandoque etiam admonitiue, gl. ſi autem, in can. ſic enim, §. tu autem, 28. q. 1.

Dicens aliud, quàm vox ſignificat, potius dicit id quod intendit dicere, quàm id quod vox ſignificat, gl. 2. in can. quoquo modo, 32. q. 2.

Dicens ſe emiſſe à pupillo debet probare quod authore tutore emit, gl. 2. in can. ſi. 31. q. 1.

Dicens vnum extra iudicium non valet dicere contrarium in iudicio: vnde ſtatur in priori dicto, cap. inquiſitionis, §. tertiæ. De accuſatio.

Dicens formam ſeruatam in actu grauatur onere probandi, clem. conſtitutionem, §. ſane. De elect.

Dicentis authoritati non eſt ſtandum, ſed potius rationi per allegantem aſſignatæ, can. qui contempta, diſt. 8.

Dicentis perſona non conſideratur apud Deum: ſed conſiderantur illa quæ dicis, an ſint bona, vel mala, can. ſecundum, diſt. 19.

Dicens actum, alio reſpectu & intentione, quàm ſolum extrinſeca qualitate factum, debet probare illum reſpectum, ad intentionem quàm dicit, can. quod interrogaſti, diſt. 27.

Dicens aliquem commiſiſſe adulterium debet hoc probare, can. ſi cuius, diſt. 34.

Dicenti ſe electum non creditur, niſi electionem ſuam aliter probet, can. quieſcamus, diſt. 42.

2 Dicens aliquem eſſe viſurarium debet hoc probare, can. ſi quis clericorum, diſt. 47.

Dicens ſe commiſiſſe delictum caſu, non voluntate, tenetur id probare, can. cum qui, diſt. 50.

Dicens ſeruum Iudæi eſſe Chriſtianum arctatur ad id probandum, can. mancipia, diſt. 54.

Dicens aliquem ſuum ſeruum eſſe, debet id probare, can. ſi ſeruus ſciente, diſt. 54.

Dicens aliquem deliquiſſe, debet hoc probare, can. nullus, diſt. 55.

Dicenti ſe criminoſum credendum eſt, quamuis id dicat, ne cogatur promoueri ad ordines, gl. 2. in can. ſi qui. diſt. 74.

Dicens ſe eſſe inſufficientem ad ordines audiendus eſt, quamuis id dicat, ne cogatur promoueri ad ordines: & ſi eius excuſatio non audiatur, poteſt appellari, ibid.

Dicens ſe non citatum tenetur probare, gl. non probante, in can. propoſuiſti, diſt. 82.

Dicens conſuetudinem vel priuilegium neceſſe eſt, quod illud exhibeat, vel oſtendat, gl. a. in can. contra, diſt. 100.

Dicens aliquem contumacem hoc tenetur probare: ſicut qui dolum obiicit, gl. ſi. in can. quiſquis, 2. q. 6.

Dicens *pax vobis* non ſemper eſt columba: nec omnis proferens bona verba eſt bonus, can. non omnis, & can. ſeq. 2. q. 7.

Dicens aliquem ex falſitate criminis oppoſuiſſe, debet hoc probare, can. eos, qui, 3. q. 10.

Dicendum id, quod probare non poteſt nemo tenetur, gl. 1. in can. pe. De pœniten. diſt. 6.

Reliqua in verbo, Aſſerens. Affirmans. Impeditus.

DICTIO *in* ſtat pro contra, can. cum beatus, diſt. 45.

Dictiones numerales dierum, videlicet ante Kalendas, vel Idus, aut Nonas, debent poni extenſiue per literas & ſyllabas, & non numeraliter in literis Apoſtolicis: alias non mittantur ad bullarium, reg. 14. in regulis Cancell.

Dictio & accipitur pro vel, quando alterum ſufficit ad probationem, gl. a. in reg. in alternatiuis, 70. De reg. iuris, lib. 6.

Reliqua in verbo, Verbum, n. 20. 21. 22.

DICTVM vnius præſtat iuſtam cauſam credendi, niſi is ſit leuis opinionis, gl. 1. in cap. cum contingat, 24. De reſcript.

Dictum ſimpliciter dicitur id, quod abſque replica & limitatione aſſeritur, cap. 1. & ibi gloſ. ſi. De ſcrutinio in ordin. facien.

Dictum alicuius magni viri inducit præſumptionem in cauſa, licet ipſe non iurauerit: in teſtem verò non admittitur ſine iuramento, cap. cum alim. De dolo & contum.

Dicto primo alicuius ſtandum eſt, etiamſi poſtea in contrarium velit iurare, cap. per tuas. De probat.

Dicto primo alicuius ſtatur, ſi is poſtea contrarium dicat in illo, vel alio iudicio, aut extra iudicium, gl. purgatur, in cap. literas. De præſumpt.

Reliqua in verbo, Teſtis, 61. vſque 64.

3 DIES vltimus cœptus habetur pro completo in vſucapione: ſed in præſcriptione oportet quòd ſit completus, gl. exegerit, in cap. cum in cunctis, 7. De electio.

Dies Dominica ſequens, cum die Sabbati ordinationis, propter continuationem ieiunii Sabbati, fingitur eadem dies cum die Sabbati, cap. literas. De tempor. ordinat. can. quod à patribus, & ibi gl. ſi. diſt. 75.

ad Diem vnum referuntur veſpere & mane, iuxta illud, *& factum eſt veſpere & mane dies vnus*, gl. ſectione, ibid.

Dies ſecundum canonicam computationem, ſiue quoad officium, incipit à primis veſperis, gl. in ſacroſancto, in cap. 2. De officio Archipresb.

Dies Dominicus incipit à veſperis Sabbati, & tunc debent incipere ſeptimanæ: ſed quidam id non obſeruant, ibid.

Dies de iure communi computantur de media nocte in mediam noctem: licet quoad actus iudiciales computetur ab ortu ſolis vſque ad occaſum, cap. contuluit. De officio deleg.

Dies computatur artificialiter, & non naturaliter, in his actibus, qui poſſunt geri de nocte: ſed non commodè, cap. 1. De tregua & pace.

Dies omnes Dominici, à veſpera in veſperam, cum omni veneratione celebrari debent, cap. 1. De feriis.

Diebus Dominicis abſtinere debent omnes ab omni illicito opere, nec in eis mercatus fieri debet, nec in eis aliquis iudicari debet ad mortem, vel ad pœnam ſanguinis, nec iuramentum debet præſtari, cap. 1. De feriis.

Diebus Dominicis iuramentum præſtari non debet, niſi pro pace, vel pro alia neceſſitate, ibid.

Dies quoad celebrationem & feſtiuitatem computatur de veſpere in veſperam: idem quoad celebrationem officiorum, ſed non quoad cauſas & iudicia, d. cap. 2. & ibi gl. 2.

Dies incipit & terminatur diuerſis horis, & diuerſo reſpectu: incipit à veſperis quoad officiorum diuinorum celebrationem, & quoad canonicam computationem ſectione iuris: ſed quoad iudicia, incipit à mane, & terminatur in fine diei ante noctis tenebras: quoad contractus, incipit & terminatur media nocte: quoad eſum carnium, incipit poſt cœnam: quoad obſeruationem treugæ, incipit ab ortu ſolis: in his tamen omnibus conſuetudo locorum attenditur, gl. 2. in cap. 2. eod. 2

Dies Dominicus eſt feſtum præcipuum & ſolemne, d. cap. 3. in princip. eod.

Diebus feſtiuis, propter neceſſitatem alimentorum, licitum eſt intendere operi ſeruili: maxime circa rem tempore perituram, cap. 3. eod.

Dies Dominicus deputatus eſt ad requiem, ibid.

Diem ſeptimum, videlicet Sabbatum, præcipiebat vetus teſtamentum ad literam cuſtodiri; at nouum teſtamentum illud ſeruat ſpiritualiter, primam diem pro ſeptima celebrando, gl. 2 ibid.

Die feſtiuo ſi aliquis intendit circa aliquod ſeruile, propter neceſſitatem, in recompenſationem debet facere aliquam eleemoſynam, d. cap. 3. & ibi gl. ſi.

Die Dominico, vel feſtiuo alio, propter neceſſitatem vel pietatem poteſt exerceri iudicium, gl. pe. ibid.

Dies feſtiui maiores dicuntur Natiuitas Domini, Epiphania, Paſcha, Aſcenſio Domini, & Pentecoſtes, gl. maioribus, ibidem.

Dies Dominicus celebratur duabus potiſſimum de cauſis: primo ad quietem, 2. ad venerationem altiſſimi, d. cap. 3.

Dies omnes feſtiui ſunt ordinati ad venerationem altiſſimi, ibidem.

Diebus feriatis in honorem Dei, & ſanctorum introductis, iudicium exerceri non poteſt, etiam conſenſu partium: niſi propter neceſſitatem vel pietatem, cap. ſi. De feriis.

Diebus feriatis in fauorem hominum introductis, vt vindemiarum, meſſium, iudicium exerceri poteſt de partium conſenſu, ibid.

Dies feſtiui in honorem Dei & ſanctorum ab Eccleſia conſtituti recenſentur, in d. cap. ſi.

Dies termini non computatur in termino, gloſ. ſi. in cap. ſuper eo, 22. De appell.

Dies præſentationis reſcripti non computatur in termino, in reſcripto dato, ibid. 4

Dies, in quo proponitur exceptio excommunicationis, quæ infra octo dies probari debet, non computatur in illis octo diebus, ibid. & gl. proponitur, in cap. 2. De reſtit. appell. lib. 6.

Dies dicitur poſt ortum ſolis vſque ad occaſum, cap. ſi perfodiens, 3. De homicidio.

Dies intercalaris ſeu biſſextilis, pro vno reputatur: licet de momento ad momentum fiat computatio, gl. pe. in cap. quæſiuit, §. 1. De verb. ſign.

Dies intercalares non iudicantur pro vno, in pœnis certo tempore datis: veluti in ſuſpenſione per annum, ille annus erit dierum 365. licet ille annus ſit biſſextilis, ibid.

Dies termini non computatur in termino, gloſ. proponitur, in cap. 2. De reſtit. ſpoliat. lib. 6. & cap. ſtatutum, de præbend. lib. 6.

Dies in quo cautum promittitur, & in quo ſiſtere in iudicio oportet, non computatur in vicena millia paſſuum, dd. gl. proponitur.

Dies præſentationis literarum, cum committitur cauſa intra certum tempus decidenda, non computatur, ibid.

Dies decem, qui dantur ad appellandum, currunt à tempore

re prolationis ſententiæ: & ſic dies prolationis ſententiæ computatur in eis, ibid.

Dies centeſimus computatur in numero centum dierum, infra quos peti debet bonorum poſſeſſio, ibid.

5 Die vltima termini probatio fieri poteſt, gl. computato, in add. in cap. 1. §. ſi quis. De exceptio. lib. 6.

pro Diei totius exercitio quando datur prouiſio, non debet augmentari, etiamſi vna die exerceat plura opera, pro quorum qualibet habuiſſet integram prouiſionem, cap. felicis, 3. De cenſib. lib. 6.

Dies coronationis poteſt dici ortus imperij, gl. Pontificatus, in data. lib. 6.

Dies ſolemnes, in quibus citationes & proceſſus generales facit Papa, ſolent eſſe dies Iouis ſeptimanæ ſanctæ, dies Aſcenſionis, & feſtum dedicationis Baſilicæ beatorum, Petri & Pauli, quod fertur eſſe de menſe Nouembris, in octaua Sancti Martini, gl. ſolemnes, in clem. dudum. De iudicijs.

Dies in quo appellatur, non computatur in anno appellationis proſequendæ, gl. à die, in clem. ſicut. De appell.

Dies ipſi per ſe mali dici non poſſunt, tanquam malitia ignari: ſed ideo dicuntur mali, propter malitiam hominum, quæ in eis committitur, gl. 1. in extrauag. dierum, Ioann. 22.

Dies more Romano incipit de media nocte, gl. fi. in extrauag. vas electionis. De cenſibus, inter communes.

Dies Dominicus non eſt deputandus abſtinentiæ ieiunij, can. ſi quis tanquam, diſt. 30.

Die Dominico ieiunans ex contemptu peccat mortaliter, ibidem.

6 Dies Paſchæ ſunt dies poſiti inter Paſcha & Pentecoſtes, can. ſi quis presbyter, diſt 30.

Dies ponitur pro anno quandoque, & annus pro ſeptimana, gl. 2. in can. tenere, diſt. 31. gl. vicis, in can. propoſuiſti, diſt. 82.

in Diebus ſolemnibus & feſtiuis magis debemus abſtinere ab operibus illicitis, quàm alijs ſolemnibus, can. comeſſationes, diſt. 44.

Dies quælibet Dominica dicitur reſurrectionis, quia eius imago & figura eſt, can. quod à patribus, diſt. 75.

Dies Dominicæ mane, quantum ad ordinationes, potius trahitur ad veſperam præcedentem, quàm veſpera Sabbati ad mane Dominicæ, gl. 2. ibid.

Die Dominica mundus ſumpſit exordium: in hac die per reſurrectionem & mors interitum, & vita principium accepit, can. quod die, diſt. 75.

Diem reſurrectionis, & diem Pentecoſtes æqua lætitia venerari, & vtriuſque Sabbatum ieiunare debemus, cap. noſſe, diſt. 76.

Dies cœptus habetur pro completo, in honoribus ciuilibus & vſucapionibus, & in teſtamenti factione, gl. 1. in can. ſubdiaconus, diſt. 77.

pro Die computantur viginti milliaria, gloſ. fin. in can. propter, 2 q. 6.

7 Dies totus, quo pecunia debetur, cedit arbitrio ſoluentis, can. ſuprema, 2. q 6.

Dies ſolemnes, in quibus quis debet adeſſe Eccleſiæ ſuæ, dicuntur dies natalis Domini, Epiphaniæ, Paſchatis, & Pentecoſtes, can ſi quis in clero, 7. q. 1.

Diebus ieiunij, id eſt à quinquageſima vel à ſeptuageſima vſque ad octauam Paſchæ, non licebat vocare aliquem in ius: ſed hodie non obſeruat id Romana curia, can. placita, & ibi gl. 1. 15. q. 4.

Dies ſecundum canones incipit à veſpera, & finit in veſpera: aliud eſt ſecundum leges, quia incipit à media nocte: hodie quoque ad iudicium protenditur vſque ad tenebras, gl. 2. in can. 1. De conſecr. diſt. 3.

Dies ſecundum canones, etiam quoad comedendas carnes, incipit à media nocte, & terminatur in aliam mediam noctem: & hoc dicit lex, & habet conſuetudo generalis, gl. 2. ibid.

Dies quandoque incipit à meridie, & terminatur in aliam, & hæc computatio eſt magis vera, quia habet ortum & occaſum ſignorum, d. gl. 2.

Dies quandoque computatur de momento ad momentum, ibidem.

Dies habet viginti quatuor horas, gl. dies, in can. quadrageſima. De conſecrat. diſt. 5.

Dies feſti, quos in diœceſi ſua Epiſcopus ſeruandos præceperit, ab exemptis omnibus etiam regularibus ſeruari debent. Concil. Trident. De regularibus, ſſ. 25. cap. 12.

Reliqua in verbo, Annus. Citatio, num. 6. 23. Terminus. Dies. Tempus, 5. 7. 8. Ieiunare.

DIETA quædam eſt legalis, ſcilicet vt viginti milliaria pro vna dieta computentur: alia dicitur vulgaris, id eſt ſecundum conſuetudinem regionis, gl. vnam dietam, in cap. ſtatutum, §. cum autem. De reſcriptis, lib. 6. & gl. vltra duas dietas, in cap. nonnulli, 28. De reſcript.

de Dieta vulgari intelligitur, in commiſſione cauſarum extra diœceſim, ex iuſta cauſa, d. gl. vnam dietam, in d. §. cum autem.

Dieta non debet excedere etiam per vnum milliare, vt commiſſio fiat extra diœceſim ex iuſta cauſa, gl. remotus, ibidem.

Dietæ, intra quas trahi poteſt quis extra diœceſim ad iudicium per literas Apoſtolicas, computantur à fine diœceſis rei, & non à domicilio rei, nec ab ipſius ciuitate vel oppido. cap. nonnulli, 28. De reſcript.

de Dietis quando fit mentio in aliqua diſpoſitione, ſemper debet intelligi de dietis vulgaribus, quæ habentur in regione, gl. vltra duas, ibid.

Dietarum computatio, cum agitur actione reali, fit à fine diœceſis, vbi ſita eſt res, cap. dilectus, 29. & ibi gl. domicilium, eod.

Dietarum computatio hodie indiſtincte debet fieri à loco domicilij, cap. ſtatutum, 11. §. 1. & ibi gl. vnam. De reſcript. lib. 6.

Dietæ computantur à diœceſi, in qua res litigioſa exiſtit, cap. ex parte. De foro compet.

Dietæ duæ, vltra quas prohibetur quis trahi, non computantur à loco habitationis, ſed à fine diœceſis: hodie vero non poteſt quis trahi vltra vnam dietam, cap. olim, 7. De exceptio, cap. ſtatutum. De reſcript. lib. 6.

Dietæ legales dicuntur, ſecundum quas viginti milliaria computantur pro dieta, gl. legales, in cap. præſenti, §. loca. De præbend. lib. 6.

de Dietis vbi fit mentio, intelligitur de conſuetudinarijs, & non de legalibus, d. §. loca.

Dietæ computantur in realibus, à loco in quo eſt res, clem. 1. De reſcript.

Reliqua in verbo, Citari, 1.

DIFFAMARI Eccleſia dicitur, propter exceſſus clericorum, id eſt male de ipſa prædicatur ſeu vilificatur, & dehoneſtatur, gl. diffamatur, in clem. 1 De officio Ordinar.

Reliqua in verbo, Infamatus.

DIFFICILIA cognitu tria reputauit Salomon, viam colubri ſupra Petram: viam Aquilæ ſuper cœlum: & viam Nauis ſuper aquas: quartum reputauit quaſi impoſſibile, viam viri in adoleſcentia ſua, gloſ. fi. in cap. 1. De præſumpt.

Difficile, dictio ponitur quandoque pro vix, quandoque pro non, gl. difficile, in can. quantumlibet, diſt. 47. gl. difficile, in can. viduum, §. ſi quidem, 2. q. 6.

Difficile quod eſt obſeruari, difficilius eſt concedendum, can. fi. diſt. 56.

DIFFICVLTAS quandoque permittit aliquid, quod aliàs prohibetur, gl. 1. in cap. 3. de Eccleſ. ædifican.

propter Difficultatem itineris, vel loci, aliquid quandoque temperatur: quod aliàs obtinet generaliter, gl. fi. in can. ſi quis etiam. De conſecr. diſt. 2.

Reliqua in verbo, Vix. Impeditus.

DIFFERRE non dicitur qui impeditus eſt, gl. diſtulerit, in cap. quam ſit. De electione, lib. 6.

Reliqua in verbo, Auferre.

DIGITI abſciſio facta caſu non inhabilitat quem à promotione ordinum, dum tamen non ſit de illis, per quos fit ſignum Crucis, nec ſit deformitas magna, can. latoe, & ibi gl. 2. diſt. 55.

Reliqua in verbo, Corpus, 2. 3. Ordinandus, 1. Deformitas. Vitiatus. Ordo, 40. 41.

Dignitas, perſonatus, & officium, ſunt ſynonima idem ſignificantia; nam Primiceriatus his tribus nominibus appellatur, cap. cum acceſſiſſent. De conſtit. 1

Dignitates dicuntur Decanus, Archidiaconus, & Præcentoria. cap. ad aures, 8 De reſcriptis.

Dignitates vel præbendæ, etiam cum cauſa, minui, vel tolli non poſſunt per canonicos, ſine licentia & authoritate Papæ: ne quandoque in fraudem hoc facerent, & cauſam ſubijcerent cum non eſſet, gl. confirmatum, in cap. cum acceſſiſſent. De conſtit.

Dignitatem creare non poſſunt canonici ſine authoritate Papæ, nec diminuere numerum dignitatum, vel præbendarum iuramento firmatum, cui acceſſit confirmatio Sedis Apoſtolicæ, adiecta hæc clauſula, *quod ſi ſecus fieret, non valeret*, ibidem.

Dignitas non moritur, gl. 1. in cap. ſignificauit, 36. De reſcript. gl. 2. in cap. quoniam Abbas. De officio delega.

Dignitas aliqua, putà Præcentoria, quando de nouo in aliqua Eccleſia erigitur, Inſtitutus, in ea debet habere in ſeſſionibus, proceſſionibus, & alijs locum illum, quem habent inſtituti in ſimili dignitate in Eccleſijs vicinis, cap. cum olim. De conſuetud.

Dignitas noua in Eccleſia non poteſt creari ſine Papa, gloſ. conceſſimus, ibid.

Dignitatem oneroſam poteſt Epiſcopus remouere de Eccleſia ſua cum ſuis canonicis, dum tamen accedat confirmatio Papæ. gl. s. ibid

Dignitatem quod quis poſſit dimittere ſine ſuperioris licentia, poteſt conſuetudine introduci, cap. cum venerabilis, eodem.

2 Dignitate qui præcellit, viliſſimus computandus eſt, niſi præcellat alios ſcientia, & ſanctitate, gl. multo fortius, in cap. cum in cunctis, 7. De electione.

in Dignitatibus & officijs citra Epiſcopatum, & in curatis beneficijs aſſumendus debet attingere 25. annum, & aliàs eſſe idoneus ſcientia & moribus, d. cap. cum in cunctis, §. inferiora.

in Dignitatibus citra Epiſcopatum, & in beneficijs curatis aſſumendis, ſi non ſit in ordine requiſito, debet ſe facere promoueri in proximis temporibus: aliàs monitus non parens, priuatur beneficio, non obſtante appellatione: niſi ex cauſa legitima excuſetur, ibid.

ad Dignitatem obtinendam fiducia, ſeu ſpes non reprobatur, cap. venerabilem, 34. ad fi. De electione.

Dignitas etiam ſæcularis quæ ſolet conferri per electionem, non debet ſucceſſiue deferri illis, quorum anteceſſores habuerunt eam dignitatem, ibidem.

ad Dignitatem non ambitione, ſed labore conuenit peruenire, gl. pe. in cap. cum poſt 46. eod.

Dignitas & perſonatus ſunt diuerſa, cap. in Geneſi, 55. eodem.

Dignitas, vel Prælatura non debet dari impuberibus, cap. 2. & ibi gloſ. Eccleſias, & gloſ. prædicti. De ætate & qualitate.

ad Dignitatem, & perſonatum infra quartum decimum annum non eſt quis habilis, cap, 3. & ibi gl. fi. eod.

Dignitas, & perſonatus dicuntur curata, cap. fi. De filijs presbyter.

3 Dignitates duæ diuerſæ, & diuerſæ naturæ poſſunt concurrere in eadem perſona, & tunc debet cenſeri ius diuerſorum, cap. 1. De officio legat.

per Dignitatem debet vtilitas augeri, non minui, gl. quamuis, in cap. ex parte. De reſtit. ſpoliat.

Dignitas aliud eſt, & aliud eſt grauitas, gl. perſonæ, in cap. licet ex quadam, 47. De teſtib.

Dignitatis portæ non debent patere perſonis indignis, & vilibus, gl. legitimi, ibid.

Dignitatis inſignia ſæpe ex priuilegio conceduntur illi, qui illam dignitatem non habet, cap. pe. & ibi gl. 1. De præſumpt.

per Dignitatem vel honorem adipiſcentibus iudicio principis, vel populi, præſumendum eſt ita quod ſuis virtutibus exigentibus honorem adepti fuerint, ibid.

Dignitas delinquentis aggrauat peccatum: intellige peccantem, gl. 1. in cap. cum quidam. De iureiurando.

Dignitates plures, vel Eccleſiæ non debent conferri vni: & Eccleſia eſt conferenda illi, qui reſidere & regere valeat per ſeipſum: aliàs perdit Eccleſiam, & donans conferendi poteſtate priuatur, cap. 3. De Clericis non reſid.

Dignitates, vel perſonatus plures exquirere procedit ex zelo auaritiæ, ibid.

Dignitates, vel beneficia plura recipiens non eſt priuatus ipſo iure, ſecundum illa tempora, ibid.

4 Dignitas quandoque dicitur quædam prærogatiua in Eccleſia, quæ alio nomine perſonatus appellatur: quandoque ſumitur pro poteſtate: quandoque pro ordine; quandoque accipitur pro conditione, gl. dignitates, ibid.

Dignitati etiam Eccleſiæ poteſt quis quandoque deſeruire per Vicarium, vt cum Parochialis Eccleſia eſt annexa dignitati, vel præbendæ, ibid.

Dignitas poteſt appellari beneficium in materia fauorabili, cap. relatum. De cleric. non reſidentibus.

Dignitates omnes, vel perſonatus exigunt aſſiduitatem, id eſt continuam reſidentiam in Eccleſia, cap. ad hæc eod.

Dignitatem habens, putà Archidiaconus, poteſt ſe transferre ad litterarum ſtudia, cum licentia tamen ſuperioris: & percipiet fructus eius toto tempore ſtudiorum, cap. licet, 32. De præbend.

Dignitatis culmen aliud eſt, & aliud dignitas: hinc appellatione dignitatis, non venit culmen dignitatis, cap. pe. eodem.

Dignitatem aliquam ſi recipiet Epiſcopus vltra Epiſcopatum, non vacat Epiſcopatus ipſo facto per aſſecutionem dignitatis: ſed collatio ſecundæ dignitatis non valet, cap. cum in noſtris. De conceſſ. præbend.

Dignitas perſonæ aggrauat peccatum, gl. fi. in cap. ſed nec. Ne clerici, vel monachi.

Dignitates non ſunt conferendæ vilibus perſonis, & indignis, cap. inter dilectos. De exceſſibus Prælat

Dignitas quantumcumque excellens vileſcit, quando perſonæ illam habentes non ſunt in numero magno, cap. 1. De priuileg.

5 Dignitas eſt immortalis, & nunquam moritur: & ſic ſemel poſita ſemper præſumitur durare, cap. ſi gratioſe. De reſcript. lib. 6.

Dignitas aliud eſt, & aliud eſt perſona: & aliud eſt cum ſcribitur perſonæ, & aliud cum ſcribitur dignitati, gl. Apoſtolicæ, ibid.

Dignitas multis modis ſumitur, gl. dignitate, in cap. ſtatutum, eodem.

ad Dignitatem Eccleſiaſticam obtinendam debet quis attingere, ſaltem vigeſimum quintum annum, ibid.

Dignitatem, & perſonatum poteſt quis habere, etiam minor 25. annorum, per diſpenſationem Papæ, vel Epiſcopi, ibid.

Dignitas eſt quædam præeminentia in Eccleſia, gl. præditis, ibid.

Dignitas, perſonatus, canonia, quandoque æquiparantur, cap. s. §. 1. & ibi gl. dignitatibus, De electione lib. 6.

Dignitates duas, perſonatus, vel officia, vel dignitatem, & officium, vel perſonatum, & officium, aut dignitatem, & perſonatum in eadem Eccleſia obtinere non poteſt quis, ſine diſpenſatione Apoſtolica: nec valet conſuetudo quantumcumque tempore obſeruata, cap. 1., & ibi gl. 1. De conſuetud. lib. 6.

Dignitas, perſonatus, & officium, in iure accipiuntur promiſcue: proprie tamen differunt inter ſe, gl. s. ibid.

Dignitatem habere dicitur quis, ſi habet adminiſtrationem, & cum hoc habet iuriſdictionem: ſicut Abbas habet adminiſtrationem rerum ſui monaſterij, & habet iuriſdictionem in monachos: item Prior conuentualis, & ille qui præeſt alicui corpori, habet iuriſdictionem in perſonas illius corporis, d. gl. 1. ibid.

Dignitas, perſonatus, & beneficium cum cura animarum, 6 quandoque æquiparantur, cap. s. §. s. & ibi gl. dignitatibus. De reſcript. lib. 6.

Dignitas & perſonatus ſunt diuerſa: & ponuntur quandoque vt diuerſa, d. §. s. & cap. vt circa, eod. & cap. Ordinarij & cap. fi. De officio Ordin. lib. 6.

Dignitatis appellatione in generali ſignificatione comprehenduntur dignitates Epiſcopales, & ſuperiores, cap. quamuis. De reſcriptis, lib. 6.

ad Dignitatem promouendo, inter reliqua quæ obijciuntur, ſi obijciatur euidens defectus ſcientiæ, vel perſonæ, illud ante omnia examinari debebit: & ſi reperiretur falſum, opponens repellitur à proſecutione negotij, & punitur perinde ac ſi defeciſſet in probatione omnium obiectorum, cap. ſi forte, eod.

Dignitatis appellatione non comprehenduntur beneficia ſimplicia, gl. dignitatem, ibid.

Dignitatis appellatione comprehenditur Epiſcopatus, cap. ſi religioſus, eod. & cap. 2. De officio deleg. lib. 6. & cap. fi. De re iudi. lib. 6.

Dignitati inferiori ab Epiſcopatu alligatus, putà Abbas, debet eligi, & non poſtulari, cap. ſi Abbatem, 36. De electione, lib. 6.

Dignitas & præbenda differunt inter ſe, cap. 2. De renunciatione, cap. 1. De ætate & qualit. & lib 6.

in Dignitatibus ſæcularibus dandis ponderatur dignitas, cap. 2. De ſupplenda neglig. Prælat lib. 6.

de Dignitatis eſſe non eſt, quod ſit curata, cap. 1. De ætate & qualit. lib. 6.

in Dignitatibus non requirentibus ſacrum ordinem poteſt 7 eligi quis, licet non habeat ſacrum ordinem: ſecus vero in requirentibus ſacrum ordinem, vt eſt Archidiaconatus, diaconatus, vel præpoſitura, in quibus requiritur, quod ſit diaconus, gl. fi. ibid.

Dignitatis Epiſcopalis ratione quæ exercet Epiſcopus, dicuntur competere ſibi ex officio, & non ex ordine, cap. 2. De officio, deleg. lib. 6.

in Dignitate maiori exiſtens, debet honorari magis in conceſſione prærogatiuarum, & in priuilegio, cap. s. De officio legati, lib. 6.

Dignitates duæ Eccleſiaſticæ licet non poſſint ſimul ſine diſpenſatione retineri, non ſic procedit in dignitatibus ſæcularibus: quia poſſunt retinere imperium & regnum, cap. ad Apoſtolicæ, §. nos itaque. De re iudic. lib. 6.

in Dignitate exiſtens, quoad Deum propter delicta eſt priuatus, ibid.

in Dignitate maiori exiſtens magis priuilegiatur, quam qui in minori, cap. fi. eod.

Dignitatis appellatione non comprehenditur Epiſcopatus, nec Abbatia, nec Prioratus, per quos principaliter reguntur monaſteria, gloſ. 1. & ibi add. in cap. 2. De præbend. lib. 6.

Dignitatis appellatione comprehenditur perſonatus, cap. ſtatutum iuncto, cap. præcedenti, eod.

Dignitatibus quandoque per viam collationis, & non per viam electionis prouidetur, ibid.

Dignitatem & canonicatum ſine diſpenſatione quod quis poſſit retinere, poteſt conſuetudine Eccleſiæ induci, gl. fi. in cap. ſuper eo, eod.

Dignitatis expreſſione non intelligitur de beneficio curato in 8 literis beneficialibus, cap. cum in illis, 56. eod.

Dignitas Eccleſiæ quandoque non poteſt conferri de conſuetudine, niſi canonico, cap. is cui, 39. eod.

Dignitas quod conferatur licet conſuetudine inducatur, non requiritur tamen quod ille habeat præbendam: & ſic appellatione canonici comprehenditur canonicus etiam non præbendatus, ibid.

Dignitas non ſemper habet curam animarum, cap. 1. §. decebat. De conceſſ. præbend. lib. 6.

Dignitatis

Dignitatis vacantis appellatione in Eccleſia, comprehenditur dignitas non principalis Eccleſiæ, ſed alia in illo corpore conſtituta, ibid.

Dignitates vel perſonatus habentes non debent audire leges vel Phyſicam: & contrà facientes puniuntur, cap. 2. Ne clerici vel monachi, lib. 6.

Dignitates vel perſonatus habentes, non debent velle videri ſæcularium vel forenſium diſceptationum periti, gl. 3. ibid.

Dignitatis maioritas colligitur ex maioritate ornatus, quo quis poteſt vti, cap. vt Apoſtolicæ. De priuileg. lib. 6.

Dignitatibus prouidetur per electionem, promotionem, vel poſtulationem, cap. 2. De verb. ſignifi. lib. 6.

ad Dignitatem promoueri non poteſt inhabilis, habens defectum in memoria, vel in intellectu: intellige quod talis defectus ſit euidens & manifeſtus, cap. 2. & ibi gl. intellectu, eod.

9 ad Dignitatem aliquam promoueri non poteſt ſuſtinens defectum in altero in ſenſibus corporalibus, ibidem.

Dignitatem habenti defertur in pœnis, item in ſedendo, vel aſſurgendo, glol. 1. in reg. in iudicijs. De reg. iuris, lib. 6.

Dignitatum portæ non patent famoſis, & notatis, quos ſcelus & vitæ turpitudo inquinat, & quos infamia ab honeſtorum cœtu ſegregat, gl. 2. in reg. infamibus, 87. De reg. iuris, lib. 6.

Dignitas Eccleſiaſtica ob duo obnubilatur, & offuſcatur, ſcilicet ex vagatione & mendicitate, clem. in pleriſque. De electione.

Dignitatis nomine, etiam in diſpoſitione non reſtringibili, non venit Pontificalis: aliàs fruſtra ſpecificaſſet de Pontificali, clem. 1. De renunciatione.

Dignitatem, vel perſonatum, aut præbendam habens, ſi infra annum non ordinetur ordinibus annexis ipſis dignitatibus vel præbendis, non habet vocem in capitulo, & priuatur dimidia parte diſtributionum, donec non fuerit promotus ad illos, clem. 2. De ætate, & qualit.

Dignitatem habenti, ſi de alia prouideri mandetur, diſpenſando cum eo ſuper pluralitate, non facta mentione de cura, quæ imminebat illi, vel alteri, gratia ipſo iure, tanquam ſurreptitia, eſt nullius momenti, clem. 1. De præbend.

Dignitas efficitur electiua per conſuetudinem, d. clem. 1. §. ad hoc.

Dignitas vna quo caſu vacat per receptionem alterius, vacant etiam plures, clem. ſi plures. De præbend.

Dignitates, perſonatus, & beneficia curata differunt: & vnum non comprehenditur appellatione alterius, clem. ſi Romanus, eod.

10 Dignitatem in Eccleſia habentem præbendam annexam ſi adeptus ſit quis, perdit primam præbendam, quam habebat in illa, clem. ſiu. eodem.

Dignitas vacans ſupprimi vel tolli de Eccleſia non poteſt, niſi per Papam, clem. 2. & ibi gl. vacabat, & gl. menſæ. De rebus Eccleſiæ non alien.

Dignitati regali ſeu principali deferendum eſt, clem. 1. De baptiſmo.

Dignitas ſæcularis, vel officium multiplex eſt, quæ, vel quod liberat quem à curiali conditione, gl. ſublimitatem, in extrauag. execrabilis. Ioann. 22.

Dignitates plures, perſonatus, beneficia curam animarum habentia obtinentes ex diſpenſatione tempore extrauag. *execrabilis*, non poterant retinere niſi vnum: & reliqua tenebantur reſignare verbaliter, & realiter coram Ordinario, ſub teſtimonio publico, infra menſem à tempore notitiæ dictæ extrauag. *execrabilis*, niſi ſint Cardinales, ac regum filij, extrauag. execrabilis. Ioann. 22.

Dignitates plures, perſonatus, aut beneficia curata obtinentes ſine diſpenſatione tempore extrauag. *execrabilis*, poterant vltimum retinere, reliqua reſignando coram Ordinario, ſub teſtimonio publico infra menſem, ibid.

Dignitatem, vel perſonatum, aut beneficium curatum habens, poſt extrauag. *execrabilis*, ſi aliud beneficium ſimile obtinuerit, quàm primum illius poſſeſſionem habuerit, vel per eum ſteterit quo minus habeat, primum, quo eſt ipſo iure priuatus, reſignare tenetur coram Ordinario ſub teſtimonio publico: aliàs vtrumque perdit, & inhabilis ſit ad ſacros ordines ſuſcipiendos, & ad quodcumque beneficium habendum, ibid.

Dignitatis humanæ auida mens nec abſtinere nouit à vetitis, nec gaudere conceſſis, nec pietati adhibere conſenſum, gl. religioſorum, ibid.

Dignitas, perſonatus, & officium diſcernuntur ex inſtitutione vel conſuetudine cuiuslibet Eccleſiæ: nam dignitas in vna, quandoque eſt in alia perſonatus, vel officium, gl. dignitates, ibid.

11 Dignitates Eccleſiaſticæ ſunt digniores temporalibus, gl. ſiue Epiſcopalis, in extrauag. ſi fratrum. Ioann. 22.

Dignitates, perſonatus, præbendæ, Epiſcopales Eccleſiæ, monaſteria, & alia quæcumque beneficia vacantia apud ſedem Apoſtolicam ſunt reſeruata Romano Pontifici, extrauag. ex debito. De electione, inter communes.

Dignitas & perſonatus ſynonimice licet quandoque pro eodem ponantur, vere parum aut nihil differunt, gl. perſonatus, in extrauag. execrabilis. De præbend. inter communes.

Dignitate alium præcedens debet etiam alium præcedere in alijs, gl. ſicut, in can. denique, diſt. 4.

ad Dignitatem in Eccleſia ille eſt præferendus, qui in ea melius dixit, can. nos, diſt. 12.

in Dignitatibus Eccleſiaſticis præferendi ſunt illi, qui ſteterunt in ſoliditate fidei, illis qui antea vacillauerunt, ibid.

Dignitatem habens à principe præfertur alij habenti dignitatem ante eum, ab alio quàm principe, gl. 1. in can. Epiſcopos, diſt. 17.

Dignitas perſonarum compenſatur cum numero, in teſtibus, & in creditoribus, & in approbandis ſcriptoribus, gl. pe. in can. in canonicis, diſt. 19.

Dignitas licet ſit maior ex vna parte, & perſonæ maius meritum, ſemper par numerus præiudicat in electione, dict. gl. pe.

Dignitatum electio de iure communi ſpectat ad capitulum cum Epiſcopo, gl. diſponit, in can. cleros, diſt. 21.

Dignitatis Eccleſiaſticæ appellatione comprehenditur dignitas Epiſcopalis, can. Epiſcopi, diſt. 24.

in Dignitate & in ordine ſunt præferendi hi, qui plurimò tempore probantur, tàm verbo fidei, quàm rectæ conuerſationis exemplo, d. can. Epiſcopi, & ibi gl. 1.

Dignitatis vel officij ratione, ad quos quis ſumitur, dicitur eſſe ſibi illicitum, quod primò erat ſibi permiſſum, can. lex continentiæ, & ibi gl. 1. diſt. 31. 12

Dignitatis reſpectu, vbi quis arctatur ad ſcientiam, debet illam ſcientiam prius acquirere, quàm promoueatur ad dignitatem, can. quod Eccleſiaſticis, §. ecce, diſt. 36.

Dignitatum Eccleſiaſticarum duarum curam habere licet ſit prohibitum, non tamen dicitur eſſe prohibitum habere curam duarum dignitatum ſæcularium, ibid.

Dignitas Apoſtolica non tribuit, ſed adimit licentiam delinquendi, can. non nos, diſt. 40.

Dignitatis promotio quantumcumque ſublimis, non tribuit promoto priuilegium delinquendi, ibid.

Dignitas ſola, vel ordo, non facit hominem ſaluum, can. non loca, diſt. 40.

Dignitas aggrauat delictum, can. ante omnia, diſt. 40.

Dignitas Epiſcopalis, & ordinum ſacrorum eſt honorabilis, & vtilis, ſi ſeruetur ad finem, ad quem eſt inſtituta: ſecus ſi non ſeruetur, ibid.

Dignitates Eccleſiaſticas petere laborioſum & difficile eſt, ibid.

Dignitatem Eccleſiaſticam vt quis acceptet, poteſt compelli, ibid.

Dignitatem inferioris gradus neſciens regere non debet promoueri ad dignitatem maioris gradus, ibidem. 13

Dignitatem appetens vt ditetur, damnationem incurrit, can. multi, diſt. 40.

Dignitatum inſignibus vtens non facit eum dignitatem habere: & ſic licet doctor vtatur cathedra, non propter hoc debet reputari verus doctor, niſi in eo concurrant qualitates requiſitæ in doctore, ibid.

Dignitati iniuriam facere dicitur, qui iniuſte detinet dignitatem, ibid.

Dignitatis maioritas non attenditur in remuneratione, quæ ſit à Deo: ſed opera iuſtitiæ quæ exercuit, ibid.

Dignitatem appetere ad finem vt alijs dominetur, prohibitum eſt, ibid.

Dignitatis appellatione comprehenditur quandoque Epiſcopatus, can. Epiſcopus, diſt. 41. & can. ſi. diſt. 59.

Dignitatis honore vtens ad alium finem quàm ſit inſtitutus, incidit in ſuperbiam, can. licet, diſt. 45.

à Dignitate repulſus propter crimen non poteſt iterato ad eamdem dignitatem eligi, can. poſtquam, diſt. 50.

Dignitatem habere dicitur quilibet exiſtens in ordine Eccleſiaſtico, can. quicumque, diſt. 50.

ad Dignitates Eccleſiaſticas, præſertim Epiſcopalem, non debent promoueri repente ordinati, & in clericatu longa vita non probati, can. miramur, diſt. 61.

Dignitatum Eccleſiaſticarum diſpenſatio debet eſſe per quàm diligens, & per quàm prudens, d. can. miramur, §. ſi. 14

in Dignitatem Eccleſiaſticam, maxime Epiſcopalem, potius eſt eligendus ille, qui diu militauit in Eccleſia, & eſt magis exercitatus, vel etiam qui eſt in maiori ordine inſtitutus, gl. inordinatum, in d. can. miramur.

ad Dignitatem ſi fuerit prouiſus indignus, eius mala vita probat ambitioſe perueniſſe ad eam: ſicut e conuerſo dignum prouiſum de ambitione excuſant merita & bona vita eius, gl. ſi. ibidem.

Dignitatem aliquam petens per ambitum punitur pœna centum aureorum, & irrogatur ei infamia, gl. 2. in can. nullus, 118. 1. q. 1.

Dignitates Eccleſiæ maxime Epiſcopales dari non debent illis, qui legitimarum inſtitutionum ſunt neſcij, & totius humilitatis ignari, & qui non ab infimis ſumere incrementum, ſed à ſummis volunt habere principium, can. ſtatuimus, diſt. 61.

à Dignitate vel honore habito non remouetur quis, propter ſimplicitatem, vel inhabilitatem: ſed datur ei coadiutor, gl. ſi. in can. Epiſcoporum, diſt. 74.

ad Dignitatem nominans aliquem propter odium vel ingratitudinem, tenetur ei ad omne damnum, quod ei inde accidit,

dit. gl. ſed cauſa, in can. vbi iſta, diſt. 74.

ad Dignitatem maiorum ſi promotus fuerit quis, eo ipſo amittit priorem, gl. honorem, ibid.

Dignitatem Pontificalem per pretium obtinens, ſi deteſtus fuerit, debet damnari anathematis ſententia, atque à participatione corporis, & ſanguinis Chriſti eſt alienus, can. reperiuntur, 7. 1. q. 1.

ad Dignitatem inuitatus, ſi quis renuit, talis eſt promouendus, non ita quod ſit inuoluntarius ſemper; ſed faciendum eſt, vt de nolente fiat volens: & ſic licite ordinatur, can. ſicut is, & ibi gl. 1. q. 1.

ad Dignitatem inuitatus debet eſſe nolens, & debet fugere, id eſt timere, ne forte non ſit ſufficiens, vnde metiri debet vires ſuas, gl. pen. ibid.

15 Dignitates ſæculares poſſunt peti, gl. fi. ibid.

Dignitates non debent eſſe venales, ſicut nec matrimonia, gl. ſortiendis, in can. ſancimus, 1. q. 7.

Dignitas Epiſcopalis non facit quem Epiſcopum, ſed vita, can. non omnes, 2. q. 7.

Dignitas Eccleſiaſtica non facit Chriſtianum, ibidem.

Dignitate præditus mitius punitur, quàm alius, gl. dignitatis, in can. quiſquis, 2. q. 8.

Dignitates ſunt perpetuæ: & ideo non debet eis priuari quis, can. Pontificis, 7. q. 1.

Dignitates ſunt conferendæ ſecundum priorem locum, & maius meritum alicuius, gl. fi. in can. vulnerando, 12. q. 2.

Dignitas aggrauat delictum & per conſequens pœnam, gl. 2. in can. hi qui, 15. q. 8. & can. ſi quis per capillum, & ibi add. marg. 22. q. 1.

Dignitas ſeu beneficium poteſt vacare tanto tempore, quod eius collatio deuoluatur ad ſedem Apoſtolicam, cap. cum acceſſiſſent. De conſtitut.

Dignitas ſublata de Eccleſia par ſtatutum capituli confirmatum per Papam, vlterius non cenſetur vacare, niſi per contrarium actum ſtatutum, fuerit reuocatum, ibid.

Dignitates ſi in Eccleſijs cathedralibus, vel collegiatis, non habeant iuriſdictionem, adminiſtrationem, vel officium: ſed extra viſitatem habeant curam animarum, tunc pro tempore quo in Eccleſia ſua curata reſiderit quis aut miniſtrauerit, tanquam præſens ſit, ac diuinis interſit, in Eccleſijs cathedralibus vel collegiatis habeatur. Concil. Trident. ſſ. 22. De reformatione, cap. 3.

16 Dignitates in Eccleſia cathedrali non ſervientes, ſi ſit conſuetudo vel ſtatutum, vt aliquid amittant, quod ad dictam partem fructuum & prouentuum aſcendat, valet, d. cap. 3.

Dignitates in Eccleſijs præſertim cathedralibus ſunt inſtitutæ, ad augendam conſervandamque Eccleſiaſticam diſciplinam, Concil. Trident. ſſ. 24. De reform. cap. 12.

Dignitatis in Eccleſijs præcipue cathedralibus obtinentes debent præcellere pietate, aliique exemplo debent eſſe, atque Epiſcopos opera & officio iuuare: merito, qui ad eas vocantur, debent eſſe tales, qui ſuo muneri reſpondere poſſint. Concil. Trident. d. cap. 12.

ad Dignitates quaſcumque, quibus animarum cura ſubeſt, nemo promoueri poteſt, niſi qui ſaltem vigeſimum quintum annum ſuæ ætatis attigerit, & in clericali ordine verſatus, doctrina ad ſuum munus exercendum neceſſaria, ac morum integritate commendetur, d. cap. 12.

ad Dignitates quaſcumque, vel perſonatus, quibus nulla ſubeſt animarum cura, clerici alioquin idonei, & non minores viginti duobus annis aſciſcantur, d. c. 12.

ad Dignitates & canonicatus prouiſi in Eccleſijs cathedralibus non ſolum coram Epiſcopo, vel eius Officiali, ſed etiam capitulo tenentur facere ortodoxæ fidei profeſſionem, & in Romanæ Eccleſiæ obedientia ſe permanſuros ſpondeant & iurent: alioquin omnes prouiſi, fructus non faciant ſuos, nec illis poſſeſſio ſuffragetur, Concil. Trident. ſſ. 24. De reformat. cap. 12.

17 ad Dignitatem ſeu canonicatum, aut portionem nemo debet recipi, niſi qui eo ordine ſacro, quem illa dignitas, præbenda aut portio requirit, aut ſit initiatus, aut in tali ætate, vt intra tempus a iure, & à Concilio Tridentino ſtatutum, initiari valeat, Concil. Trident. ſſ. 24. De refor. cap. 12. verſ. neminem.

Dignitates omnes, vel ſaltem dimidia pars canonicatuum, in cathedralibus Eccleſijs, vel collegiatis inſignibus, conferri debent tantum magiſtris, doctoribus vel licentiatis in Theologia, vel iure canonico, Concilium Tridentinum hortatur, Concil. Trident. ſſ. 24. cap. 12. De refor. verſ. hortatur.

Dignitates, canonicatus, præbendas, aut portiones obtinentibus, in Eccleſijs cathedralibus, vel collegiatis, non licet vltra tres menſes quolibet anno abeſſe ab eiſdem Eccleſijs, ſaluis conſtitutionibus Eccleſiarum, quæ longius ſeruiendi tempus requirunt, ibid.

Dignitates, canonicatus, præbendas aut portiones obtinentes, ſi ab Eccleſijs ſuis vltra tempus à Concilio ſtatutum abeſſe contigerit; primo anno priuetur vnuſquiſque dimidia parte fructuum, quos etiam ratione præbendæ ac reſidentiæ fecit ſuos: quod ſi iterum fuerit vſus eadem negligentia, priuetur omnibus fructibus, quos eodem anno fuerit lucratus: & creſcente contumacia, etiam procedi poteſt contra eos, iuxta canonum conſtitutiones, ibid.

Dignitates, canonicatus, præbendas, aut portiones habentes in Eccleſijs cathedralibus, vel collegiatis, diuina officia per ſe, & non per ſubſtitutos compelli debent obire; & Epiſcopo celebranti, aut alia pontificalia exercenti, adſiſtere & inſeruire, atque in choro ad pſallendum inſtituto hymnis & canticis Dei nomen reuerenter, diſtincte, deuoteque laudare, d. Concil. Trident. de reform. cap. 12. verſ. omnes, ibid.

Dignitates, canonicatus, præbendas, vel portiones obtinentes veſtitu decenti, tam in Eccleſia, quàm extra, aſſidue debent vti: ab illicitis venationibus, aucupijs, choreis, tabernis, luſibuſque abſtinere, atque ea morum integritate pollere, vt merito Eccleſiæ Senatus dici poſſit, ibid.

Reliqua in verbo, Adminiſtratio. Ætas, n. 2. 3. Alienare. Ambiens. Archidiaconatus. Dignitas, 1. 2. 6. Canonicatus. Clericus, n. 1. 36. vſque 45. Clericatus. Collatio. Decurionem. Epiſcopus, 3. Honor. Homo, 1. Imperialis. Maioritas. Plebania. Priuatus. Religioſus, 27. vſque 31. Reſeruatio.

DIGNVS reputatus ad unam dignitatem, propterea non cenſetur ad maiorem, cap. ſcriptum, 40. De electione.

Dignum debet quis aliquem exiſtimare, quem indignum eſſe non nouit, cap. 1. & ibi gl. fi. De ſcrutinio in ordine facien.

Dignum aliquem eſſe expreſſe, vel tacite aſſerens, non peccat, ſi eum indignum non nouit, ibidem.

Dignus reputatus in vna dignitate, ſi poſtea eligitur ad alteram, etiam tunc dignus debet reputari, gl. 2. in cap. accepimus. De ætate, & qualit.

Dignus reputatus ad ordinem reputatur etiam dignus ad beneficium illi ordini annexum, gl. 2. ibidem.

Dignum minus, trahit ad ſe magis dignum, gl. delegare in cap ſuper quæſtionem, § ſi vero. De officio deleg.

Dignus præſumitur quilibet, niſi probetur contrarium, gl. nationis in cap. cum deputati. De iudicijs, gl. 1. in can. ſi quos. 12. q. 2.

Dignus ad beneficium non cenſetur dignus ad dignitates, & perſonatus, vel, vel rectoriam, gl. fi. in cap. fi. De præbend.

Dignum magis, trahit ad ſe minus dignum, cap. 3. & ibi. gl. fi. De conſecrat. Eccleſiæ.

Dignum minus cedit in ieiunio digniori, gl. celebrati, in can. de ieiunio, diſt. 76.

Dignus non præſumitur quis in accuſationibus, niſi probetur, nec in oblatione Euchariſtiæ, nec in ordinibus, nec in eleemoſyna, gl. 2. in can. quærendum, 2. q. 7.

Dignus ſi electus ſit ad regimen Eccleſiæ, recuſare non debet, can. olim, 8. q. 1.

Digno non debetur, ſi magis dignum reperitur, can. illud, 8. q. 1.

Dignus minus non debet occupare locum eius, qui magis dignus eſt, ibid.

Dignioribus debetur locus dignior, gl. digniores, in cap. cum dilectus, 32 De electione.

Dignior, melior, iuſtior, vel ſanctior debet eligi: tamen ſi alius eligatur, licet non ſit melior, valet electio: quia ſufficit quod ſit ſufficiens, gl. pe. in cap. fi. De officio cuſtodis.

Dignius poteſt annecti minus digno, cap. ſuper eo. De præbend. lib. 6.

Reliqua in verbo, Idoneus. Habilis. Beneficium, 24. 25. Maius.

DILAPIDATIO dicitur in conſumptione rerum immobilium: ſed quaſi dilapidatio dicitur in conſumptione rerum mobilium, cap. licet Heli. De ſimon.

Dilapidationis ſuſpicio probatur ex ſolis coniecturis, etiam ad effectum ſuſpendendi Prælatum ab adminiſtratione, ibid.

de Dilapidatione ſuſpectus ſi fuerit quis denunciatus, interim dum cognoſcitur de dilapidatione, debet interdici ei omne genus alienationis, gl de dilapidatione, ibid.

de Dilapidatione ſi quis iuſte fuerit ſuſpectus, & de hoc cauſa cognita, debet dari ei coadiutor, ſine cuius conſilio nihil faciat de his, quæ pertinent etiam ad adminiſtrationem temporalem, ibidem.

de Dilapidatione iuſte ſuſpectus, ſi vellet reddere indemnem Eccleſiam, non debet remoueri ab adminiſtratione, dando ſibi coadiutorem, gl. de dilapidatione, ibid.

de Dilapidatione licet quis denuncietur, ſiue accuſetur vt ſuſpectus, non debet ſtatim remoueri: ſed debet eidem interdici omne genus alienandi: imo interim dabitur ei coadiutor, ſine cuius conſilio nihil faciet, ſi ſuſpectus eſt, gl. fi. in cap. fi. De accuſat.

de Dilapidatione ſuſpectus Epiſcopus, non debet remoueri ſtatim, ſed datur ei coadiutor, cap. venerabili, & ibi gl. conſilio. De officio deleg.

de Dilapidationis veritate antequam requiratur, debet prius inquiri an ſit ſuſpectus de dilapidatione, ibid.

de Dilapidatione accuſatus, vel denunciatus ſuſpectus, ſecundum iura antiqua remouebatur pendente lite ab adminiſtratione: hodie non remouetur, niſi primo probetur ſuſpectus, gl. ſuſpectus, ibidem.

de

de Dilapidatione probatus ſuſpectus remouetur ab adminiſtratione: nec admitti debet, ſi velit ſatiſdare: quia ſatiſdatio non immutat animum maleuolum tutoris, ibid.

de Dilapidatione ſuſpectum poteſt iudex ſine accuſatore remouere, ſi ipſi iudici liqueat apertiſſimis argumentis eum eſſe ſuſpectum, ibid. & can. fin. & ibi gl. 2. 3. q. 2.

de Dilapidatione ſuſpectus poteſt denunciari à quocumque, & quilibet admittitur ad huiuſmodi denunciationem: probabilius tamen videtur, quod hi tantum admittantur, quorum intereſt, vel ſoli clerici, aut quilibet de illa Parochia, ibidem.

de Dilapidatione ſuſpectus presbyter ab Eccleſia remouetur, donec de cauſa cognoſcatur, can. ſi. 3. q. 2.

in Dilapidationis crimine olim ſequeſtrabatur poſſeſſio à poſſeſſore, antequam eſſet conuictus, & etiam poſt appellationem, cap. ſi. & ibi gl. 2. 3. q. 2

de Dilapidatione ſuſpectus dicitur ille, qui moribus talis eſt, vt ſuſpectus dici debeat, nec audiretur talis, licet vellet ſatiſdare, quod bene adminiſtrabit, ibidem.

de Dilapidatione bonorum Eccleſiæ ſuſpectus hodie non debet remoueri ab adminiſtratione, niſi probetur ſuſpicio: & illi quorum intereſt, vel alij clerici admittuntur ad accuſationem: & abſens poteſt condemnari, ibid.

Dilapidator dicitur ille, qui fructus Eccleſiæ conuertit in malos vſus, etiam proprios, can. ſi. 3. q. 2.

Dilapidator ſi vult ſeruare Eccleſiam indemnem, non debet remoueri ab adminiſtratione, gl. remedium, in cap. ſi quis presbyterum. De rebus Eccleſ. non alien.

Dilapidans bona Eccleſiæ tenetur ſatisfacere de illis eidem, can. lator, 2. q. 7.

Reliqua in verba, Bona, 3. Patronus, 16. Eccleſia, 104. 176. Prælatus, 11. Sequeſtratio, 1.

1 **DILATIO** dari debet iudice ſedente pro tribunali, & vtraque parte præſente, & cauſa cognita de plano, vel ſemiplene, gl. ſi. in cap. 2. De dilation.

Dilatione data, iudicis officium conquieſcit, donec tempus dilationis effluxerit, ibid.

Dilationem quandoque iudex dare debet ad malitiam rei conuincendam: item poterit facere gratiam iudex etiam poſt peremptorium, ibid.

Dilationes iudiciales hodie ſunt arbitrariæ, vt conſiderata locorum diſtantia, & temporis, & perſonarum qualitate, concedat iudex, ibid.

Dilationes probatoriæ dantur quandoque gratia teſtium, & inſtrumentorum, ibid.

Dilationes datas à lege non poteſt iudex prolongare, ſeu differre: ſed bene poteſt abbreuiare, ibid.

Dilatio vna tantum datur in pecuniarijs cauſis: ſecunda & tertia non datur, niſi cauſa cognita: in criminali autem dantur duæ dilationes actori, & tres reo, ibid.

Dilationis tempus quod dicatur longum, vel breue, iudicis relinquitur arbitrio, qui inſpecta qualitate negotij & locorum diſtantia, ſtatuere debet, gl. 1. in cap. 1. De dilatio.

Dilationes non ſunt abbreuiandæ, quando agitur de rebus Eccleſiaſticis, ſicut cum agitur de rebus profanis, d. cap. 1.

Dilatio expectatoria, quanquam peremptoria, poteſt ex cauſa prorogari, cap. ſi. eod.

Dilatio dari debet ad conuincendam malitiam, cap. prout, & ibi gl. conuincendam. De dolo & contum.

Dilatio omnis probatoria cenſetur peremptoria, ita quod non apparente impedimento, non debet dari ſecunda dilatio, cap. licet. De probatio.

Dilatio prima non debet eſſe peremptoria, niſi ex cauſa, gl. dilationes, in cap. quoniam contra, eod.

Dilationes quantum tempus continere debeant, in iudicis arbitrio eſt, conſiderans circumſtantijs viarum, & temporum, ibid.

Dilatio ſecunda dari non debet in pecuniarijs cauſis, gl. ſi. in cap. pen. De teſtib.

2 Dilationem vel terminum minorem recipiens, quam à iure ſibi conceditur, videtur iuri ſuo renunciare, cap. quod ad conſultationem. De re iudicata.

Dilatione pendente, iudicis officium conquieſcit, vt interim nihil facere poſſit ſine conſenſu partium, cap. ſignificantes, & ibi gl. 3. De appellat.

Dilatio data partium conſenſu, non poteſt ſine cauſa reuocari altera parte inuita; quandoque tamen poteſt ex cauſa, ibidem.

Dilatio ſimpliciter ſemel aſſignata intelligitur peremptoria, cap. 1. §. 1. De elect. lib. 6.

Dilatio quando alicui non aſſignatur, intelligitur vt fieri debeat quam citius commode fieri poteſt, cap. quam ſit, eodem.

Dilationes iuris non poteſt iudex abbreuiare, vel prolongare, gl. quindecim, in cap. cupientes, §. quod ſi per viginti, eodem.

vltra Dilationem arbitrariam, datur etiam alia dilatio determinata, pro eodem actu expediendo, quod fit quandoque ad conuincendam malitiam, ibid.

Dilationes ſunt arbitrariæ, cap. Ordinarij. De officio Ordin. lib. 6.

Dilatio data per dictionem *infra*, non includit diem, in qua dilatio aſſignatur, cap. 1. §. ſi quis. De except. lib. 6.

in Dilationibus quæ dantur a iure, voluntas eſt pro ratione, & ideo poſſunt dari octo dies, vel decem, vel minus, gl. octo dierum, ibid.

Dilatio non poteſt aſſignari ad eligendum certum quid, quando non eſt in rerum natura: ſed oportet quod illud detur in eſſe, cap. 1. §. è contra. De conceſſ. præbend. lib. 6.

Dilatio alicui vna via denegatur, ſcilicet per remedium iuris communis, cui conceditur alia via, ſcilicet per beneficium reſtitutionis in integrum, gl. 1. in reg. cum quid vna, 84. De reg. iur. lib. 6.

Dilationum materia amputanda eſt, clem. ſæpe. De verbor. ſignific.

in Dilatione data ad producenda inſtrumenta, non licet ſemper producere teſtes, gl. producendis, ibid.

Dilatio decem dierum datur ad optionem, an velit magis fructus beneficij iuxta decimarum taxationem, an vero reſiduum: & ad alia etiam datur ſimilis dilatio decem dierum, gl. decem dies, in extrauag. ſuſcepti. Ioann. 22.

Dilatio annalis non dicitur pauci temporis, can. de Siracuſana, diſt. 28.

Dilatio illa dicitur diu facta, quæ durat vnius anni ſpatio, can. communiter, diſt. 33.

Dilatio vbi aſſignatur infra certum tempus, durat donec ex toto illud tempus effluxerit, can. fraternitatem, diſt. 54.

Dilatio annalis quando datur alicui ad aliquid faciendum, debet intelligi de anno integro, can. nullus, diſt. 55.

Dilatio vnius anni quando datur alicui, computatur a tempore ſcientiæ, gl. 2. ibid.

Dilationes in cauſis criminalibus ſex menſium, vel eo amplius, ſi neceſſe fuerit, concedendæ ſunt, can. induciæ, 3. q. 3.

Dilatio danda eſt pro inſtructione litis ſecundum varietatem locorum, can. induciæ, 3. q. 3.

Dilatio præparatoria non debet dari nimis breuis, ibid.

Dilatione data à iure iudex prorogare non poteſt, ſed bene poterit abbreuiare, can. ſi. §. iudicantes, 3. q. 3.

in Dilationibus dandis debet conſiderare iudex diſtantiam locorum, vt longiorem det, quando de remotiori loco produci debet teſtis, ibid.

Dilationem dare, vel non dare ad probandum, in arbitrio iudicantis non videtur eſſe, d. §. iudicantes.

Dilatio ſecunda ad probandum non eſt danda, niſi ſubſit neceſſaria cauſa, d. §. iudicantes, & ibi gl. ſemel.

Dilatio vnica tantum datur in cauſis pecuniarijs, niſi inopinatum quid emergat: ſed in criminali dantur actori duæ, reo tres, gl. amplius, ibid.

Dilatio nulla datur in crimine adulterij, ibid.

Dilatio nulla datur facta relatione principi: quia negotium plene inſtructum ad eum remittitur, can. ſi. §. cum vero, 3. q. 3.

Dilatio, quæ requirit cauſæ cognitionem, debet aſſignari à iudice pro tribunali ſedente, d. can. ſi. § à iudice.

Dilatio poteſt aſſignari, etiam altera parte abſente, ibidem.

Dilationes ſunt aſſignandæ cum cauſæ cognitione, ibidem.

Dilationes eædem dantur accuſatori, quæ & dantur reo, gl. 2. in can. ſi autem, 15 q. 7.

in Dilatorijs probandis, ad petitionem opponentis, terminus ad probandum ſtatuendus eſt, cap. in noſtra. De procurat.

Reliqua in verbo, Deliberatoriæ. Citatoria. Terminus, Impeditus.

DILECTIO proximi malum proximi non operatur, can. vbi ſana, 24. q. 1.

Dilectionis fraternæ authoritas illa, *vade prius reconciliari fratri tuo, antequam offerat ad altare*, non intelligitur de Prælatis, niſi quando ex odio procedunt, gl. irafcatur, in can. quanto, diſt. 86.

Dilectio & charitas Dei ſeparat habentem eam ab omni malo affectu, can. valida. De pœnitent. diſt. 2.

Dilectionis opera omnia debemus impendere ſecundum vniuſcuiuſque conditionem, gl. participes, in can. charitas eſt. §. & quid eſt. De pœnitent. diſt. 2.

DILIGERE magis nos potius tenemur, quàm alium, gl. ſi. in cap. niſi ſpecialis. De author. & vſu pallij, & gl. ſi. in cap. petitio. 31. De iureiur. gl. multo fortius, in extrauag. ſi fratrum. Ioann. 22.

Diligere proximum tenetur quis ex præcepto legis, ad id, ad quod ſeipſum, id eſt ad humanum genus, gl. debita, in extrauag. execrabilis. Ioann. 22.

Diligere cum ſeueritate melius eſt, quàm cum lenitate decipere, can. nimium, 23. q. 4.

Diligere debet homo proximum, ſicut ſeipſum, can. pc. 23. q. 4.

Diligere debet homo eum, qui ſuſcepit ipſum de ſacro fonte, ſicut patrem, can. ita diligere, 30 q. 3.

Diligere Deum, eſt illi copulari animo, concipere fruendi eius viſionem affectum, peccati odium, mundi faſtidium, can. charitas eſt, §. ergo ſi charitatem. De pœnitent. diſt. 2.

Diligere proximum ſicut ſeipſum eſt ſalutem animæ eius, & ea quæ ad ſalutem animæ pertinent, ei optare, quam tibi optas, gl. pen. in can. charitas eſt, §. ſi. De pœnitent. diſt. 2.

Diligere

Diligere debemus non ſeium diligentes nos, ſed etiam inimicos, gl. puto, in can. timorem. De conſecrat. diſt. 2.

in Diligendo ex charitate ſeruandus eſt ordo, id eſt quòd alia magis, quàm alia diligantur, can. charitas eſt, §. & quid eſt. De conſecrat. diſt. 2.

Diligendo proximum à ſemetipſo debet incipere, gl. fi. in cap. niſi ſpecialis. De authorit. & vſu pallij.

Reliqua in verbo, Charitas. Denunciatio. Amor.

DILIGENS in ſuis ſimiliter debet eſſe in alienis, gl. alius, in can. diſplicet, 23. q. 4.

Diligens non præſumitur circa aliena negotia, qui non eſt circa ſua: & talis non debet in Epiſcopum promoueri, can. quis Epiſcopus, diſt. 23.

DILIGENTIA & curioſitas in temporalibus, quæ interueniens pretia rerum ampliat, & deficiens minuit, gl. ſolicitudo, in extrauag. ad conditorem. Ioann. 22.

Diligentiam qualem adhibet in rebus ſuis, talem adhibere debet in alienis, cap. cum iuramento, & ibi gl. pe. De homicid.

Diligentiam, quam debet, ſi quis non habeat, in culpa eſt, gl. fi. in cap. continebatur, 8. eod.

Diligentiam quam debuit, ſi quis adhibuit in dando operam rei licitæ, ſi inde homicidium contingat, non imputatur, cap. ex literis, & ibi gl. 1. eod.

Diligentiam quam debuit, ſi quis non adhibeat, imputatur ei, licet det operam rei licitæ, cap. ad audientiam, 12 eod.

Reliqua in verbo, Commodatarius. Curioſitas. Solicitudo.

DILVVII tempore vna erat arca Noe, extra quam omnia ſubſiſtentia ſuper terram fuerunt deleta, & illa arca præfigurabat Eccleſiam, extra quam nulli ſaluari poteſt, extrauag. vnam ſanctam, & ibi gl. 1. De maior. & obed. inter commun.

Reliqua in verbo, Cataclismus.

DIMISSORIÆ literæ ſolius Epiſcopi ſufficiunt ad ordinandum in aliena diœceſi, vbi Epiſcopus eſt notus: ſed in remotis Epiſcopis requiruntur quinque ſigilla, gl. 2. in can. quoniam, 21. q. 2.

Dimiſſorias literas ſeu reuerendas, capitulum ſede vacante infra annum à die vacationis concedere non poteſt alicui, qui beneficij Eccleſiaſtici recepti, vel recipiendi arctatus non fuerit: alioquin capitulum contrauenien Eccleſiaſtico ſubiacet interdicto. & ſic ordinati minoribus ordinibus, nullo gaudent priuilegio clericali, præſertim in criminalibus: ordinati vero maioribus ſunt ſuſpenſi ipſo iure ab eorum executione, ad beneplacitum futuri Prælati. Concil. Trident. ſeſſ. 7. De reform. cap. 10.

Reliqua in verbo, Apoſtoli, num. 3. Clericus, 33. 34 35. Commendatitiæ. Epiſcopus, 77. 82. Prælatus, 15. 16. Laicus, 5. Literæ, 2. 6. 8. 11. 12. Officialis, 2. Ordo, 30. Prælatus, 15. 16.

DIMITTERE facile poſſumus ea, quæ in nos committuntur: ea vero quæ in Deum commiſſa ſunt, cum magna diſcretione, nec ſine pœnitentia poſſumus relaxare, can. ſi is qui Prælatus, 23. q. 4.

Dimittere verbum, quandoque refertur ad detentionem, quæ fit verbis, & precibus tantum, & non actualiter, can. diſciplina, diſt. 45.

Dimittens alteri iniuriam ſibi illatam ex corde dicitur facere eleemoſynam, can. & qui, & can. tria, diſt. 45.

Reliqua in verbo, Remittere. Prælatura. Rancorem.

DINA filia Iacob fuit à Sichem oppreſſa, gl. Dina, in can. conſideret, §. fi. De pœnitent. diſt. 5.

DIOECESIS appellatione non venit ciuitas, cap. dilectus, 26. De reſcript. cap. Rodulphus, 35. & ibi add. marg. De reſcript.

Diœceſis appellatione venit quandoque ciuitas, cap. 1. De Officio Ordin. cap. cum contingat. De foro compet.

Diœceſis tota dicitur territorium Epiſcopi, gl. 1. in rub. De foro compet.

Diœceſis Epiſcopi dicitur parochia Epiſcopi, cap. Apoſtolicæ. De donatio. gl. presbyteri, in clem. 1. De priuileg.

Diœceſis appellatione comprehenditur & ipſa ciuitas, quando fit prolatio à iure, gl. diœceſi, in cap. 1. De rerum permutat. lib. 6.

Diœceſi ſtante, diſtrictus facile variantur, quandoque per conceſſiones Imperiales, quandoque per occupationes principum, vel ciuitatum, gl. diœceſim, in clem. ne Romani, §. eo tamen prouiſo. De electión.

de Diœceſi omnes qui ſunt dicuntur parochiani Eccleſiæ cathedralis, eo quod permittitur citationem fieri in Eccleſia cathedrali. clem. cautam, §. quod ſi forſan, eod.

Diœceſis aliud eſt. & aliud eſt prouincia, clem. dudum, §. ac deinde. De ſepultur.

Diœceſis quælibet debet habere ſuos limites certos & proprios; & tales, ex quo indubitata fide certi ſunt conſtituti, non poſſunt præſcribi: nec ea quæ ipſis adhærent, ne confundantur ipſi limites, gl. diœceſis, in extrauag. ſedes Apoſtolica. De officio delegati, inter commun.

Diœceſis dicitur parochia Epiſcopi, & dicitur vxor Epiſcopi, can. ſicut alterius, 7. q. 1.

Diœceſis quandoque ponitur pro regione, vel prouincia: & è contra quandoque ponitur regio, pro diœceſi, gl. a. in can. Epiſcopi, 9. q. 2.

Diœceſes fuerunt diſtinctæ à Dionyſio, gl. 2. in can. nec numerus, 10. q. 3.

Diœceſes, quæ numquam habuerunt Epiſcopum, nec nunc debent habere: ſed Diœceſis illa, quæ aliquando habuit, etiamſi per mille annos fuerit ſine Epiſcopo, habebit proprium Epiſcopum: nec obſtabit præſcriptio, dum tamen Epiſcopalis limes poſſit probari, can. fœlix, & ibi gl. fi. 16. q. 1.

Diœceſes & parochiæ fuerunt optimo iure diſtinctæ, & vnicuique gregi attributi ſunt proprij paſtores, & inferiorum Eccleſiarum rectores, qui ſuarum quiſque ouium curam habeant, vt ordo Eccleſiaſticus non confundatur. Concil. Trident. ſſ. 14. De reform. cap. 9.

Reliqua in verbo, Ciuitas. Epiſcopatus. Diſtrictus. Parochiæ. Prouincia.

DIOECESSANVS non debet moleſtare monaſteria, præterquam pro cauſa correctionis, nec eis oblata ſibi vendicare, cap. 1. De ſtatu Monach.

Diœceſanus ſupplet negligentiam Prælatorum, cap. cum ſingula, §. prohibemus. De præbend. lib. 6.

Diœceſanus in loco non exempto eſt Epiſcopus; in loco exempto, Papa eſt diœceſanus, gl. ſedis, in cap. authoritate. De priuileg. lib. 6.

Diœceſanus ſupplet de iure communi negligentiam conferendi particularia beneficia, ad Prælatos etiam ſpectantia: quod verum eſt in non exemptis: ſed in exemptis ſupplet authoritate Apoſtolica, clem. 1. De ſupplen. neglig. Prælat.

Diœceſani ſeruare debent, & facere ſeruari à ſuis ſubditis, iura loquentia de qualitate perſonarum præficiendarum Eccleſijs, clem. 2. De ætate & qualitat.

Diœceſanus vnus alteri ſuffragatur quandoque in denunciando ſententiam illius, clem. 1. §. eorumdem. De foro compet.

Diœceſani appellatione non comprehenditur Ordinarius inferior Epiſcopo, gloſ. Diœceſanis, in clem. 1. De vita & honeſtat.

Diœceſanus ſupplet defectum ſeu negligentiam rectoris hoſpitalium, etiam quoad exempta, clem. quia contingit. De relig. domib.

de Diœceſano in materia ſtricta vbi fit mentio, non comprehenditur ordinarius inferior: ſecus vbi ſimpliciter fit mentio de ordinario, gl. Diœceſanis, in clem. 2. De iure patron.

Diœceſani (quibus conſtat) eos, qui exigendo pedagia vel guidagia à clericis excommunicati, vel interdicti ſunt, debent publicare, clem. præſenti. De cenſib.

Diœceſani non debent ſe intromittere in iuriſdictione minorum Prælatorum, niſi in caſu negligentiæ, gl. negligentiam, in clem. grauí. De celebrat. Miſſar.

Diœceſani, vel loci ordinarij appellatione, nullo alio ſubiecto, videtur de Epiſcopo foro intelligendum, gl. ordinario, in extrauag. execrabilis. Ioann. 22.

Reliqua in verbo, Epiſcopus. Lex, 4. 6. 15. 31. Sententia, 1.

DIONYSIVS per prædicationem & miracula Pauli, fuit conuerſus, gl. magiſter, in can. turbat, diſt. 37.

DISCERE debet quis à peritiori, gl. 1. in add. in cap. cum in magiſtrum, 49. De elect.

Diſce multo tempore, quæ poſtmodum doceas, ibid. & gl. inſtructus, in add. marg. in cap. cum ex literis. De in integr. reſtitut. & can. ſic viue, 16. q. 2.

Diſcere rem prohibitam non eſt vitium, ſi fiat ad finem ut non obſeruetur, ſed vt ſciat illam euitare, can. qui de menſa, diſt. 37.

Diſcere prius debet quis, quam docere, gl. pe. in can. relatum, diſt. 37. can. in Sacerdotibus, diſt. 61.

Diſcere à paruulis non debet quis ſibi ad verecundiam reputare, licet ſit ſenex & nobilis, can. nullus, diſt. 38.

Diſcere in ſenectute laudabile eſt; vnde Auguſtinus dicit, *ego ſenex a puero nondum anniculo ſum paratus edoceri*, gl. 1. ibid.

Diſcere contemnens bona quæ videt, ſtultus eſt, ibidem.

Diſcere vellem adhuc, inquit Iuriſconſultus, etiamſi vnum pedem haberem in ſepulchro, & alium extra, ibid.

Diſcere & docere prohibita ſimilis eſt culpa, gl. 1. in can. aliquanti, 26. q. 5.

ad Diſcendum nulla ætas ſera eſt, gl. 1. in can. nullus, diſt. 38.

Reliqua in verbo, Docens. Addiſcere.

DISCERNERE non includit poteſtatem dicendi cauſam, can. duodecim, 5. q. 4.

DISCIPLINA non eſt ſeruanda ſine miſericordia: nec miſericordia ſine diſciplina, can. diſciplina, diſt. 45.

Diſciplina vere non poteſt dici, vel vera miſericordia, ſi vna non fuerit admixta cum alia, & ſic illa videntur eſſe correlatiua, ibid.

Diſciplinæ veritas poteſt quandoque deſeri, pro ſcandalo, gl. 1. in can. cum quiſque, 23. q. 4.

Diſciplina Eccleſiæ non debet deſeri, gl. pœnitentiam, in can. in lectum, 34. q. 1.

Reliqua in verbo, Pœna. Caſtigatio. Eccleſiaſtica, 1.

DISCIPVLVS quis prius debet eſſe, quàm magiſter, cap. cum in magiſtrum, & ibi gl. 1. De electione.

Diſcipulus debet ſequi doctrinam illius, ſub quo magiſterium accepit, quod intellige quando eſt rationabilis: alias ſecus, can. de his, diſt. 12.

Diſcipuli Domini ſeptuaginta duo, licet fuerunt electi ab Apoſtolis, tamen dicuntur electi à Domino; quia Dominum feciſſe dicitur: quod eius miniſter fecit, gl. ſeptuaginta, in ſumma, diſt. 21.

Diſcipuli non debent iudicare magiſtrum, vel temere reprehendere: ſed debent eſſe deuoti erga eum, can nolite, diſt. 21.

Diſcipulus debet eſſe ante, quiſquis doctor eſſe deſiderat: vt poſſit docere quod didiſcit, can. ſi. diſt. 59.

Diſcipulus non eſt ſupra magiſtrum, can. Sacerdotes qui, 6. q 1. & can. qualis, 8. q. 1.

Diſcipulo maior debet eſſe magiſter, inſtruendo & ædificando per exempla boni operis, d. can. qualis.

Diſcipulum bene inſtruere non poterit magiſter, quo melior ſit diſcipulus, ibid.

Diſcipuli debent referre gratias magiſtro, non tantum rebus, ſed etiam verbis, gl. à quibus, in can. reuertimini, §. ſi. 16 q 1.

Diſcipulus ſæpè ſolet eſſe ſimilis magiſtro, gl. ſi. in can. ſi. De conſecrat. diſt 5.

Reliqua in verbo, Magiſter. Academia. Scholares. Doctor.

DISCORDIA deſignat cordium diuerſitatem, gl. diſcordia, in clem. Romani. §. dudum. De iureiur.

Diſcordiæ materia eſt amputanda, gl. 1. in can. conquerente. De officio Ordinar.

Diſcordia eſt periculoſa, clem. dudum. §. ab olim. De ſepultur

Diſcordia eſt de ſe pacis æmula, mater litium, materia iurgiorum, gl. diſcordia in extrauag: quorumdam. Ioann. 22.

Diſcordia eſt extinguenda, & pax conſeruanda, extrauag. ad vniuerſalis. De treuga & pace, inter commun.

Diſcordiam ſeminans prodit Deum, qui eſt charitas, can. abijt Iudas. 11. q 3.

Reliqua in verbo, Communio. Communitas. Diſſidentes. Diſſentientes. Pax, 1. Simultates.

DISCRETIO dicitur mater cæterarum virtutum, gl. prouide, in extrauag. ſedes Apoſtolica. Ioann. 22. & gl. prudentiam, in extrauag. quorumdam. Ioann. 22. cap 1. & ibi gl. diſcretione, in cap. paſtoralis, §. item cum. De officio deleg.

Diſcretio mentis eiuſdem cognoſcitur per opera alicuius, gl. vel non eſt & ibi add. marg. De tempor. ordin.

Diſcretio exigitur in quocumque officio, quantumcumque minimo, cap. 1 & ibi gl diſcretione. De officio cuſtod.

Diſcretio eſt habenda in minoribus, & multo magis in maioribus, gl. 2 in can. quieſcamus, diſt. 42.

Diſcretio virtutis docet eligere virtutes, & vitia reprobare, can. hinc eſt, diſt. 49.

DISTINGUI quandoque dicitur id, quod de iure non tenet: quod intellige de diſiunctione facti, non iuris, can. presbyteris, diſt 27

DISIUNCTIVA loquutio dicitur indeterminata, & incerta, cap. is qui. De electio. lib 6. gl. ſigillatim, in cap. 2. De teſtib. lib. 6.

Diſiunctivæ dictionis natura eſt, vt alterum tantum requirat ſecus: ſecus eſt in copulatiua, reg. in alternatiuis. De regul. iur lib 6.

ad Diſiunctiuæ verificationem ſufficit alteram partem eſſe veram, gl. vel obtenta, in extrauag. ſi fratrum. Ioann. 22.

Diſiunctiua *vel* quandoque exponitur pro *&*: aut pro *id eſt*, vt mens rei agendæ ſeruetur. ibid.

ex Diſiunctiue narratis in reſcripto, ſufficit impetranti alterum probare, cap. inter cæteras. De reſcr.

Reliqua in verbo, Alternatiua. Articulus. Aut. Seu.

DISPENDIVM ſuſtinere non debet quis inde, vnde miſericordiam debuit impetrare, cap. ſane. De renunciat.

Diſpendium dicitur longum, & inutile, compendium vero breue & vtile, gl. 1. in cap. diſpendia. De reſcript. lib. 6.

Diſpendium idem eſt, quod damnum, gl. diſpendio, in extrauag. ſuſcepti. Ioann. 22.

Reliqua in verbo, Damnum.

DISPENSARE non poteſt Metropolitanus cum illegitimo, gl. ſi. in cap. innotuit, 20. De elect. 1

Diſpenſare non poſſunt Epiſcopi in ætate, licet de facto quandoque hoc faciant: ſolus enim Papa diſpenſat in hoc. gl. in ætate, in cap. cum dilectus, eodem.

Diſpenſare non poſſunt Epiſcopi cum illegitimis, vt promoueantur ad honores, ſolus enim Papa diſpenſat cum illis, ibid.

Diſpenſare qua ratione non poſſunt Epiſcopi contra Concilium prouinciale, eadem ratione non poſſunt diſpenſare contra generale Concilium, ibid.

Diſpenſare non poteſt Epiſcopus cum eo, qui conſenſerat electioni de ſe factæ per abuſum principis ſecularis, vt poſſit eligi ad aliquam dignitatem, gl. fiat, in can. quiſquis, 43. eod.

Diſpenſare poteſt Epiſcopus in adulterio, ibid.

Diſpenſare non poſſunt Epiſcopi in ætate cum promouendo ad regimen animarum, gl. ætatis, in cap. nihil, 44. De electio.

Diſpenſare ſuper pluralitate beneficiorum habentium curam animarum, vel ſuper pluralitate dignitatum, iure antiquo poterat Epiſcopus; ſed hodie non poteſt: quia ſolus Papa poteſt diſpenſare, cap. dudum, & ibi gl. per conceſſionem, gl. per ſedem, & gl. intitulatam, eod.

Diſpenſare videtur ille, qui ſcienter gerit, vel mandat factum contra ius, ſuper quo poteſt ipſe diſpenſare, cap. veniens. De filiis presb.

Diſpenſare non poteſt Epiſcopus cum filio Sacerdotis, vt poſſit tenere Eccleſiam paternam immediate, gl. nequeant, in cap. ex tua, eod.

Diſpenſare non poteſt Epiſcopus cum filiis illegitimis clericorum, etiam in ſimplici beneficio in Eccleſiis paternis, ſed bene in aliis Eccleſiis, quibus patres eorum non fuerunt inſtituti, gl. ſi. in cap. ad abolendam. De filiis presbyt.

Diſpenſare non poteſt alius à Papa, vt filius in Eccleſia paterna immediate ſuccedat, cap. pe. eod. 2

Diſpenſare non poteſt ſimpliciter legatus Apoſtolicæ ſedis, vt filius poſſit immediate in titulum habere Eccleſiam paternam, d. cap. pe. & ibi, gl. 2.

Diſpenſare non poſſunt inferiores à Papa contra legem Apoſtoli, cap. 2. De bigamis.

Diſpenſare poteſt Epiſcopus cum criminoſo, quod poſſit ordinari: ſed non poteſt diſpenſare cum bigamo, quia criminoſus poſt peractam pœnitentiam reſtitutus videtur in priſtinum ſtatum, & incipit eſſe quod non fuit: ſed bigamus prohibetur promoueri, non propter crimen, ſed propter defectum ſacramenti, quia carnem ſuam diuiſit in plures, ab vnitate recedendo, & illud ſacramentum reſtitui non poteſt, gl. diſpenſare, ibid.

Diſpenſare non poteſt Papa cum Monacho, vt proprium habeat, vel continentiam abiiciat, gl. diſpenſare, ibid.

Diſpenſare poteſt quandoque cum eo qui peccat. & non cum eo qui non peccat, cap. pen. & ibi gl. ſi. eod.

Diſpenſare poteſt Epiſcopus cum Diacono, vel Subdiacono de facto matrimonium contrahente, gloſ. diſpenſatiue, in cap. 1. Ne clerici vel vouentes.

Diſpenſare non poteſt Epiſcopus cum eo, qui dum erat ſecularis, habuit vxorem, & ea mortua in ſacris ordinatus contraxit matrimonium de facto: quia reputatur bigamus, ibidem.

Diſpenſare in matrimonio circa gradus conſanguinitatis ſolus Papa poteſt, & non legatus, gl. 2. in cap. quia circa. De conſang. & affinitat.

Diſpenſare vt poſſit, vbi à iure exprimitur, & non dicitur per quem, tunc poteſtas diſpenſandi videtur conceſſa Epiſcopis, gl. diſpenſatum, in cap. poſtulaſtis. De clerico excommunicat.

Diſpenſare poteſt inferior à Papa, quod quis poſſit habere perſonatum, vel officium cum canonicatu, & præbenda: & hoc etiam poteſt eſſe de conſuetudine, vel ſtatuto Eccleſiæ, gl. niſi vnicum, in cap. 2. De conſuetud. lib. 6. 3

Diſpenſare poſſunt Epiſcopi & ſuperiores cum habentibus parochiales Eccleſias ſibi ſubiectas, quod vſque ad ſeptennium ſtudendo, non teneantur ad Sacerdotium promoueri; ad Subdiaconatum autem tenentur promoueri infra annum: aliàs ſunt priuati: & durante ſeptennio debet poni idoneus vicarius, de fructibus Eccleſiæ ſuſtinendus: & elapſo ſeptennio infra annum in presbyterum promoueri debet, cap. cum ex eo, 34. De elect. l. 6.

Diſpenſare ſuper reſidentia licet poſſint inferiores Prælati ex cauſa, tamen inferiores Epiſcopis non poſſunt diſpen-

ſare

ſare cum promoto ad curam animarum, quod non teneatur ordinari Sacerdotio durante ſeptennio ſtudiorum, gl. Epiſcopi, ibid.

Diſpenſare ſolus Epiſcopus poteſt ſine capitulo, cum promoto ad parochialem Eccleſiam, quod durante ſeptennio ſuorum ſtudiorum non teneatur ordinari Sacerdotio, d. gl. Epiſcopi.

Diſpenſare non poteſt Epiſcopus, vltra ſeptennium, cum curato, ſuper non promouendo ſe ad Sacerdotium, gloſ. ſeptennium, ibid.

Diſpenſare per ſe prohibitus non poteſt concedere alteri facultatem diſpenſandi, cap. 1. §. fi. De tempor. ordin.

Diſpenſare non poteſt legatus cum illegitimo, vt poſſit promoueri ad ſacros, vel ad beneficia curam animarum habentia, gl. ſedis, in cap. 1. De filiis presbyter.

Diſpenſare non poteſt alius quàm Papa, vt quis duo vel plura beneficia habentia curam animarum, poſſit obtinere: & ita ſeruat curia Romana, gl. ſede præfata, in d. cap. 1. §. ille vero.

Diſpenſare poteſt Epiſcopus, vt quis poſſit obtinere beneficium curatum cum ſimplici, gl. pe. ibid.

4 Diſpenſare poteſt quandoque cum aliquo in tribus beneficiis incompatibilibus, cap. Ordinarii, §. fi. De officio Ordin. lib. 6.

Diſpenſare ſolus Papa poteſt ſuper pluralitate beneficiorum incompatibilium, propter prerogatiuam meritorum perſonæ: ſed ob cauſam vtilem, vel neceſſariam poteſt Epiſcopus diſpenſare, gl. diſpenſatiue, in extrauag. execrabilis, Ioann. 22.

Diſpenſare, eſt diſcrete penſare, non diſſipare, gl. & confeſſis, in extrauag. antiquorum. De pœnit. & remiſ. inter commun.

Diſpenſare de iure neceſſitatur Epiſcopus cum emendato de crimine, can. Domino ſancto, 28. diſt. 50.

Diſpenſare non videtur ſuperior, licet actum faciat ſcienter cum inhabili, ſuper caſus inhabilitate poteſt diſpenſare, niſi aliter probetur ſecum diſpenſatum, gl. 1. in ſumma, diſt. 44.

Diſpenſari non debet cum criminoſo, niſi pœnitentia prius peracta, can. qui ſub gradu, diſt. 50.

Diſpenſare, vel non, cum lapſu, vel cum adultero poſt pœnitentiam peractam, eſt in voluntate Epiſcopi, can. ſi qui in altario, diſt. 50.

Diſpenſare poteſt Epiſcopus, vel capitulum cum eo qui ignoranter adeptus eſt beneficium ſimoniace, gl. fi. in can. fi. 1. q. 5.

Diſpenſare eſt diuerſa penſare: nam ille qui diſpenſare vult, debet penſare tempus, perſonam, pietatem, neceſſitatem, vtilitatem, & euentum rei, gl. vt pleriſque, in can. conuenientibus, §. item Theraſius, 1. q. 7.

Diſpenſari non poteſt, vbicumque ſtatus Eccleſiæ decoloratur, ibid.

Diſpenſari non poteſt contra quatuor Concilia generalia, ſecundum quoſdam: verior contraria, ibidem.

Diſpenſari non poteſt contra Euangelium, vel præceptum Apoſtoli, ibid.

5 Diſpenſare poſſunt Epiſcopi cum ſacrilego, cum hæretico, cum adultero, cum ſimoniaco, quandoque in beneficio, quandoque in ordine cum ſchiſmatico, ibid.

Diſpenſare poſſunt Epiſcopi in maioribus criminibus, & etiam in beneficiis, ſi ſunt occulta, ibid.

Diſpenſare poſſunt Epiſcopi cum homicidio in beneficio, ſed non in officio: item quandoque cum aliquo poteſt diſpenſari in matrimonio contrahendo: item in ordinibus & dignitatibus, niſi tantum in Epiſcopatu, ibid.

Diſpenſare poteſt Epiſcopus cum excommunicato, miniſtrante, ibidem.

Diſpenſare poteſt Papa in ſecundo gradu conſanguinitatis, gl. 1. in ſumma, 35 q. 8.

Diſpenſandi poteſtatem cum promoto ad parochialem, quod is non teneatur durante ſeptennio ſtudiorum ordinari ſe, poteſt Epiſcopus ſolus conſuetudine acquirere; dato quod de iure ſolus diſpenſare non poſſet, gl. Epiſcopi, in cap. cum ex eo. De electione, lib 6.

Diſpenſandi poteſtatem habens iure ordinario, poteſt alteri committere vices ſuas: ſecus ſi iure delegationis haberet, cap. 1 §. De emptor. ordinat. lib 6.

Diſpenſandi cauſam legitimam inducunt neceſſitas, vel vtilitas, cum illis qui de iure ſunt inhabiles ad ordines, can. pe. diſt 50

Diſpenſandi poteſtas maior eſt, quam poteſtas abſoluendi ab excommunicatione, cap. cum illorum. De ſententia excommunicat.

Diſpenſandum eſt certis ex cauſis, potà vtilitatis, & neceſſitatis; ex probabili tamen cauſa non eſt diſpenſandum, gl. vel temporum, in can & ſi illa, 1. q 7.

Diſpenſabilia quamuis ex cauſa relaxentur, indiſpenſabilia tamen nulla de cauſa ſunt relaxanda, d. cap. & ſi illa, & ibi gl. & a

DISPENSANS ſuperior contra canones, ex cauſa videtur obſeruare rationes, & canones, cap. cum nobis, 19. §. nos. De electione.

Diſpenſandi poteſtas in ſuperiore, non eſt neceſſitatis, ſed voluntatis, cap. 1. & ibi add. marg. De ætate & qualitat. lib. 6.

in Diſpenſando facilius quandoque præſtat cauſam diuturnitas temporis, cap. ex tua. De filiis presb.

Diſpenſatio in genere, num. 1. vſque ad num. 8.

Diſpenſatio quoad beneficia, & ordines, num. 9. 10.

Diſpenſatio quoad conſanguinitatem, ac matrimonium, n. 11.

DISPENSATIO omnis, etiam à iure, debet fieri cum cauſa, cap. nihil, 44. De elect. 1

Diſpenſatio habita ex cauſa in vno caſu, non debet trahi ad ſimilia, gl. fi. ibid.

Diſpenſationem, eo quod conditor canonis non reſeruauerit ſibi, non cenſetur ob id conceſſiſſe aliis, dd. reprob. gl. fiat, in cap. quiſquis, eod.

ad Diſpenſationem petendam requiritur ſpeciale mandatum, cap. innotuit, in fi. De elect.

Diſpenſatio ſeu indulgentia ſurreptitia, id eſt expreſſa falſitate & tacita veritate, eſt ipſo iure nulla, cap. dudum, §. licet, eod.

Diſpenſatio regulariter in his quæ ſunt iuris poſitiui, facit licitum quod erat illicitum, gloſ. pen. & ibi addit. margin. ibidem.

Diſpenſatio quælibet vtilitatem & neceſſitatem exigit, cap. à multis. De ætate & qualitat.

Diſpenſatio ſemel facta, amplius non eſt reuocanda, cap. ex tua. & ibi gl. pe. De filiis presbyter.

In Diſpenſationibus, cauſa neceſſitatis, & vtilitatis attendenda eſt, gl. fi. in cap. in cauſis, 20. De re iudic.

Diſpenſatio dependet à miſericordia, cap. 1. §. fi. De electione, lib. 6.

Diſpenſationes non ſunt trahendæ ad ius commune, cap. in cauſis, 20 De re iudic.

Diſpenſatio contra ius licet ſit ſtricti iuris, & ſtricte ſit fienda interpretatio, nihilominus extenditur, neceſſaria conſecutiua, ſeu dependentia ex eo, ſuper quo eſt diſpenſatum, gl. 1. in cap. quia in tantum. De præbend.

Diſpenſatio, ſeu confirmatio facta ab eo, qui non habet poteſtatem, non facit poſſeſſionem eſſe coloratam, cap. literas. De conceſſ. præbend. 2

Diſpenſatio non imponitur, niſi poſt peractam pœnitentiam, cap. 1. Ne clerici vel monentes.

Diſpenſatio quandoque indulgetur ex ſola contritione, & humilitate peccantis, ibid.

Diſpenſationem ipſo facto vitiat ſurreptio in expreſſione falſæ cauſæ, gl. fi. in cap quia circa. De conſang. & affinitat.

in Diſpenſationis materia licitum eſt arguere a maiori, cap. per venerabilem, 13. Qui filii ſint legit.

Diſpenſatio non eſt ſtricti iuris, quando conceditur in fauorem illius cui datur poteſtas: ſecus ſi habetur reſpectus ad perſonas, cum quibus diſpenſatio eſt fienda: quia tunc debet fieri ſtrictiſſima interpretatio, cap. fi. & ibi gl. De ſimon.

Diſpenſationem ex quo Papa ſibi in iure non reſeruauit, Epiſcopus poteſt diſpenſare, gl. Apoſtolica, in cap. excommunicamus, § credentes. De hæreticis.

Diſpenſatio procedit ex quadam miſericordia, cap. fin. De ſchiſmatic.

ſuper Diſpenſatione fienda ſi præmiſit ſuperior cauſæ cognitionem, tunc promouendo videtur diſpenſare: ſed ſi non præmiſit cauſæ cognitionem, tunc promouendo indignum non videtur cum eo diſpenſare, dd. reprob. gl. 1. ibid.

Diſpenſatio poteſt probari per teſtes, vel ſi occultum eſt peccatum, confiteatur Epiſcopo in ſecreto, & petat diſpenſationem, & obtineat literas ſuper hoc; ſi vero crimen fuerit publicum, & publice diſpenſatum eſt, poſtea accuſari non poterit: ſi vero diſpenſetur in occulto, adhuc poteſt accuſari: quia etiam poſt pœnitentiam poteſt accuſari, gl. 1. ibid. 3

Diſpenſatio vbicumque permittitur in iure, & non reſeruatur ſpecifice Papæ, videtur poteſtas diſpenſandi conceſſa Epiſcopo, gl. fi. in cap. pe. De pœnit.

Diſpenſatio non ſemper denotat iuris relaxationem, ſed quandoque ſumitur pro diſpoſitione rerum, in princip. proœmii, lib. 6.

in Diſpenſatione rerum Eccleſiaſticarum hæc duo ſunt attendenda: ſcilicet vtilitas & neceſſitas, cap. nemo, & ibi gl. neceſſitate, eod

quoad Diſpenſationem in ætate, annos completos requiritur, nec ſufficit cœptus, cap. 1. De ætate & qualitat.

Diſpenſatio facit licitum id, quod primo non erat licitum, cap. 1. De filiis presbyt lib. 6.

Diſpenſatio odioſa & exorbitans non includit niſi primum actum ſubſequentem diſpenſationem, & illo adimpleto, conſumitur diſpenſatio, d. cap. 1 § ille vero.

Diſpenſatio vbi additur diſpenſationi, ſecunda diſpenſatio eſt ſurreptitia, ſi de prima non faciat mentionem, cap. fin. eod.

Diſpenſatio nulla, vel minus ſufficiens ſunt paria, gl. nullam in cap. ordinarii. De Officio Ordinar. lib. 6.

Diſpenſatio vocari poteſt beneficium, d. cap. ordinarii, §. cæterum.

Diſpenſatio non defendit diſpenſatum, niſi euidenter appareat illam fore nullam, d. cap. ordinarii, § fi.

Diſpenſatio illa eſt ſufficiens, in qua quicquid eſt impedimenti, relatum eſt, & expreſſe ſuper omnibus diſpenſatum: alias non erit ſufficiens, gl. diſpenſationis, in extrauag. execrabilis. De præbend. inter commun.

Diſpen-

4 Diſpenſationem facile obtinet, qui multis qualitatibus pollet, extrauag. nuper, De prœbend. inter commun.

Diſpenſatio contra ius prohibita fieri non poteſt; can. conſequens, diſt. 12.

Diſpenſatio ſemiplena conceditur, vt rediens ab hæreſi promoueri poſſit ad minores ordines; ſed plena requiritur ad hoc, vt promoueatur ad Sacerdotium & non vltra; ſed plenior requiritur ad Epiſcopatum, pleniſſima ad omnes ordines & dignitates, gl. fi. in can. nos, diſt. 12.

Diſpenſatio non admittitur aduerſus ius naturale, niſi duo mala ita vrgeant, vt alterum illorum ſit neceſſe eligi, in ſumma, diſt. 13.

Diſpenſationis conceſſionem inducunt duæ cauſæ, ſcilicet conſideratio & variatio temporum, & ætatum, can. ſicut, diſt. 14.

Diſpenſationes in dubio debent interpretari, vt non ſint contra ius commune; ſed potius ſunt interpretandæ, vt conſonent iuri communi, ibid.

Diſpenſatio fit ratione neceſſitatis, can. fraternitatis, diſt. 34.

Diſpenſatio non poteſt fieri ſine cauſa, can. lector, diſt. 34.

Diſpenſatio licet ſit ius quod peti non poteſt, tamen Epiſcopus quandoque diſpenſare tenetur, gloſ. 2. in can. miror, diſt. 50.

Diſpenſatio quandoque eſt debita, ſcilicet vbi ſtrages multorum iacet, gloſ. trahendum, in can. vt conſtitueretur, diſt. 50.

5 Diſpenſatio eſt quaſi quædam miſericordia, ibid.

Diſpenſatio quandoque permittitur, quandoque prohibetur, ibidem.

Diſpenſatio eſt idem, quod iuris relaxatio, & ea non eſt vtendum, niſi ſit vtilitas & neceſſitas, ibid.

Diſpenſatio vbi fit in caſu prohibito à iure, illa dicitur profana facilitas, can. abſit, diſt. 50.

Diſpenſatio non eſt facienda cum eo, qui quotidie peccata committit, & pœnitentiam non facit, ibidem.

Diſpenſatio eſt debita de iure, quando quis dignam pœnitentiam fecit de delicto, can. ſi quis Diaconus, diſt. 50.

Diſpenſatio vt fiat, agi poteſt cum ſuperiore officio iudicis, licet non poſſit peti iure actionis, gl. neceſſe, in can. Domino, diſt. 50.

Diſpenſatio non cenſetur ſimoniaca, licet fiat ex dilectione perſonæ, can. clerico, & ibi gl. 2. diſt. 50.

Diſpenſatio quandoque fit in beneficio, non in officio; de iure tamen vtroque carere debet, gl. vt tale, in can. ſtudeat, diſt. 50.

Diſpenſatio, per reſpectum ad illum cum quo diſpenſatur, non videtur eſſe debita, can. quicumque, 55. diſt. 50.

Diſpenſatio facilius conceditur cum bigamo, quam cum pœnitenti ſolemniter, gl. 2. in can. ſe. diſt. 50.

Diſpenſatio contra ius commune, etiam per Papam non poteſt fieri ſine neceſſitatis cauſa; licet poſſet diſpenſare pro libera voluntatis, can. priſcis, diſt. 55.

6 Diſpenſatio procedit ex gratia ſuperioris, & non ex debito, can. ſi. diſt. 56.

Diſpenſatio, etiam per Papam, debet fieri cum cauſa, ibid.

Diſpenſatio circa pluralitatem beneficiorum, illa, quæ eſt vaga & indiſcreta, eſt ſublata Epiſcopis, non illa quæ eſt probabilis, gl. in duabus, in can. ſanctorum, diſt. 70.

In Diſpenſatione omni conſenſus capituli requirendus eſt, gl. fi. in can. ſi 2. q. 5.

Diſpenſatio eſt iuris communis relaxatio facta cum cauſæ cognitione, ab eo qui ius habet diſpenſandi, gl. vt plerique, in can. requiritis, 1. q. 7.

Diſpenſatio vbicumque Epiſcopis non eſt prohibita, poſſunt ibi diſpenſare, ibid.

Diſpenſatio in quibuſdam caſibus permiſſa eſt Epiſcopis, in quibuſdam eſt prohibita, ibid.

Diſpenſatio fit quandoque, quia timetur maius malum, ſicut fuit diſpenſatum cum Anglicis, ibid.

Diſpenſatio fieri poteſt quandoque propter futurum bonum, vt cum diſpenſatur cum hæreticis, vt alij facilius reuertantur ad Eccleſiam, ibid.

Diſpenſatio poteſt fieri quandoque propter multitudinem, & propter ſcandalum vitandum, ibid.

7 Diſpenſatio facta ex cauſa neceſſitatis, ceſſante neceſſitate debet ceſſare, gl. 1. in can. quod pro remedio, 1. q. 7.

Diſpenſatio eſt de maioribus negotijs, can. didici, 10 ſſ. 2. q. 7.

ex Diſpenſatione quædam tolerantur, quæ canonum rigor condemnat, ibid.

Diſpenſatio non eſt ius: quandoque tamen diſpenſatio debetur, gl. à debito, in can. diſpenſationes, 1. q. 7.

Diſpenſatio quandoque eſt debita, & iudex peccaret, ſi non diſpenſaret: non tamen eſt proditum ius, per quod petatur diſpenſatio; ſed bene ad petendam diſpenſationem poteſt implorari officium iudicis, & ſi nollet Epiſcopus diſpenſare, petet hoc à ſuperiore, gl. 1. in can. exigunt, 1. q. 7.

Diſpenſationes, quas neceſſitas extorquet, ceſſante neceſſitate, mutilandæ ſunt; quæ tamen regulariter ſunt, non ſunt mutilandæ, gl. mutilanda, in can. & ſi illa, 1. q. 7.

Diſpenſatio & nouitas fit quandoque contra regulas iuris generales, can. non autem, & ibi gl. 1. & 2. 7. q. 1.

Diſpenſatio non facit præiudicium iuri communi, can. Lugdunenſis, 9. q. 2.

Diſpenſatio poteſt peti tamquam debita, gl. fi. in can. noli exiſtimare, 23. q. 1.

Diſpenſationem religioſæ domus emere eſt peccatum, gl. vel quemlibet, in can. ſi quis Epiſcopus, 8. 1. q. 1.

Diſpenſationem allegans debet eam probare, gl. 2. in ſumma, diſt. 44.

Diſpenſationem conceſſiſſe alij intelligitur conditor canonis, eo ipſo quod eam non reſeruauerit ſibi, gl. fi. in can. virginem, 27. q. 2. 8

Diſpenſatio facile conceditur ratione ætatis, gl. 2. in can. adoleſcentia, 33. q. 2.

In Diſpenſationibus ſuper defectu natalium, quod poſſint ſuccedere in bonis temporalibus, poni debet clauſula, quod non præiudicetur illis, ad quos ſucceſſio bonorum ab inteſtato pertinere debeat, reg. ſuper defectu natalium, in regulis Cancell.

Diſpenſatio per quamcumque ſignaturam in quauis gratia, nullatenus venit, niſi dicta gratia totaliter effectum huiuſmodi diſpenſationis concernat: aliàs nihil confert, vel operatur, reg. ſuper diſpenſationibus, in reg. Cancell.

Diſpenſationes ſuper quibuſuis gratiis in iudicio, vel extra, non debent ſuffragari alicui, antequam ſuper eis literæ Apoſtolicæ fuerint confectæ, reg. nulli ſuffragetur diſpenſatio, in regul. Cancell.

Diſpenſationes omnes extra Romanam curiam committendæ debent committi Ordinariis eorum, qui eas impetrant, Concil. Trid. ſſ. 22. De reform. cap. 5.

Diſpenſationes quæ gratioſe conceduntur, ſuum non ſortiuntur effectum, niſi prius ab eiſdem tanquam delegatis Apoſtolicis ſummariè tantum & extra iudicialiter cognoſcatur, preces expreſſas vitio ſubreptionis, vel obreptionis non ſubiacere, ibid.

Reliqua in verbo, Ætas, n. 2. Bellum, 2. Bigamus, 5. 6. Illegitimus. Papa 55. vſque 61. Epiſcopus, 146. vſque 153. Homicida, n Legatus 26. Maior, 2. Papa 55. vſque 61.

DISPENSATIO ſuper pluralitate non operatur aliud, niſi vt pluralitas non noceat; ſed non operatur, vt plures Eccleſias quis canonice poſſit obtinere, cap. dudum, 54. De elect. 9

Diſpenſatio facta à Papa, quod quis poſſit plura beneficia incompatibilia retinere, debet intelligi de beneficijs alias licite habitis, d. cap. dudum, §. licet.

Diſpenſatio facta à Papa, quod quis poſſit retinere ſimul plura beneficia curata, vel beneficia obtenta retinere, non extenditur ad plura beneficia quàm duo, ibid.

Diſpenſatio pro conſequendo beneficio reſpectu ætatis, habilitat beneficiatum tantum ad retinendum beneficium, & quod poſſit percipere fructus, & diſtributiones quotidianas; non tamen ad alia conſecutiua, puta ad habendam vocem in capitulo, ſi diſpenſatio fuit facta ſuper ætate, gl. pen. & vlt. in cap. 3. De ætate & qualitat.

Diſpenſatio quoad ordines, etiam à iure inducta, non habilitat quem ad prælationem, cap. 1. De filiis presbyter.

Diſpenſatio ſi fuit alicui conceſſa, vt poſſit diſpenſare cum filiis Sacerdotum, circa Eccleſias paternas immediate tenendas, ſi is cum aliquo diſpenſauit, ille per literas iuſtitiæ poſtea contra eum impetratas remoueri non poterit, cap. ex tua, 12. eod.

Diſpenſatio ad ordines ſuſcipiendos non extenditur ad conſequendum beneficium, niſi hoc exprimatur; aliàs illa verba, *& ad beneficium Eccleſiaſticum*, ſuperflua forent, cap. literas. De filiis presbyter.

Diſpenſatio ad ordines ſuſcipiendos intelligitur ad ordines tantum minores ſuſcipiendos; neque extenditur ad ordines ſacros ſuſcipiendos, niſi exprimatur, gl. fi. ibid.

Diſpenſatio in beneficiis nullum ius nouum tribuit, ſed vetus conſeruat, & prorogat, gl. fi. in cap. ſi gratioſe. De reſcript. lib. 6.

Diſpenſationes ſuper retinenda pluralitate beneficiorum ſunt ſtricte interpretandæ, d. cap. ſi gratioſe. 10

Diſpenſatio perſonæ reſpectu beneficij quando requiritur, ille Prælatus debet diſpenſare, qui habet Eccleſiam ſubiectam, reſpectu cuius diſpenſatio eſt neceſſaria, cap. cum ex eo, & ibi add. marg. De elect. lib. 6.

Diſpenſatione pendente cum curato ſuper non promouendo ſe ad Sacerdotium per ſeptennium, ſtudiorum cauſa, ſi poſt ſex menſes aliam parochialem obtineat, diſpenſari non debet cum eo per aliud ſeptennium integrum, gl. ſeptennium, ibid.

Diſpenſationem ſeptennij conceſſam curato, ſtudiorum cauſa, ante illud tempus finitum, non poteſt Epiſcopus illam reuocare, niſi euidens cauſa ſuadeat contrarium, ibid.

Diſpenſationem habentes propter ſtudium, debent ſtudere non in caſtris, vel villis, ſed in ſtudio generali alias priuilegium non habebunt, gl. literarum, ibid.

Diſpenſationes circa pluralitatem beneficiorum, tanquam ambitioſæ, ſtricte ſunt interpretandæ, gl. diſpenſationis, in cap. Ordinarij. De officio Ordin. lib. 6.

Diſpenſatio pluralitatis beneficiorum non exhibita in termino præfixo per Ordinarium poteſt exhiberi poſt terminum,

& impedit collationem alteri fieri, gl. libere, ibid.

Diſpenſatio facta in vno ordine non ſe extendit ad maiores ordines, can. quicumque, 55. diſt. 50.

Diſpenſatio facilius fit in ordine ſumpto, quàm in ſuſcipiendo, gl. 1. in can. quicumque, diſt. 50.

Diſpenſationes de non reſidendo conceſſæ ſcholaribus in fauorem ſtudiorum, non valent ſine conſenſu Ordinariorum, extrauag. ſanctiſſimus in Chriſto. Pij 4.

Reliqua in verbo, Beneficium, 27. vſque 39. Epiſcopus, 146. vſque 153.

11 **DISPENSATIO** obtenta à Papa ſuper matrimonio inter conſanguineos contracto, ſi ibi cauſa falſa ſit expreſſa, non valet; niſi poſtea eam Papa confirmaret, cap. quia circa. De conſang. & affinit.

Diſpenſatio matrimonialis conceditur in gradu lege prohibito, quando ex tali matrimonio de facto contracto ſoboles eſt ſuperſtes; item propter ſcandalum euitandum, ibid.

ad Diſpenſationem concedendam ſuper illegitimitate multum iuuat literarum ſcientia, morum honeſtas, virtus, fama, perſonæ electio concorditer facta, petitio populi, aſſenſus principis, humilis deuotio confitentis ſuum reatum, & alia, cap. innotuit. De electione.

Diſpenſatio circa matrimonium inducitur propter tria; ſcilicet propter prolem, tempus & reformationem pacis, gl. 1. in ſumma, 35. q. 8.

Diſpenſationem in matrimonio inducit filiorum ſuſceptio, & longa annorum curricula, ne matrimonium ſeparetur; hodie autem longitudo temporis non excuſat, gl. filios, in can. de gradibus, 35. q. 8.

Diſpenſationes ſuper matrimoniis in gradibus prohibitis ſcienter, contractis non debent concedi, extrauag. quia plerumque. Clementis 7.

Diſpenſationes matrimoniales, in ſecundo gradu non conceduntur de facto contrahentibus matrimonia ſcienter in gradibus prohibitis, extrauag. ab ea ipſa die. Pauli 4.

in Diſpenſationum impetrationibus ſunt exponendæ qualitates remotiores, & propinquiores gradus cognationis: alioquin diſpenſationes impetratæ ſunt nullius momenti, extrauag. ſanctiſſimus in Chriſto, &c. ad cuius notitiam. Pij 4.

in Diſpenſationum impetrationibus ſufficit exprimere remotiorem tantum gradum, obtentis tamen poſtea literis declaratoriis ſuper propinquiore gradu, extrauag. attendens per quandam. Pij 5.

in Diſpenſationum literis, ſuper aliquo gradu conſanguinitatis, vel affinitatis alias prohibito, debet poni clauſula *ſi mulier rapta non fuerit*, reg. de diſpenſatione, in gradu conſanguin. in reg. Cancell.

Reliqua in verbo, Matrimonium, 30. 31. Papa, 61.

DISPENSATVS ad minorem dignitatem non cenſetur diſpenſatus ad maiorem, gl. præſumptione, in cap. ſcriptum. De electione.

Diſpenſatus à Papa contra ius diuinum ſine cauſa, non eſt tutus quoad Deum, gloſ. 2. in cap. non eſt. De voto.

Diſpenſatus ſuper non promotione ad Sacerdotium per ſeptennium ſtudiorum cauſa, intelligitur ſiue in grammatica, ſiue in iure ciuili, vel canonico, aut Theologia, gl. literarum, in cap. cum ex eo. De reſtit. ſpoliat.

Diſpenſatum ſi fuerit cum aliquo, quod non obſtante tali defectu, poſſit ad curatum beneficium promoueri, prætextu illius diſpenſationis non poterit duo beneficia in ſimul obtinere, cap. 1. §. ille vero. De filiis presbyter. lib. 6.

Diſpenſatum ab Epiſcopo ſi fuerit cum aliquo, vt poſſit promoueri ad minores ordines, & ad beneficium ſimplex, prætextu diſpenſationis, non poteſt obtinere niſi vnum beneficium, gl. per ſedem, ibid.

Diſpenſatus vt poſſit promoueri ad omnes ordines, videtur habilitatus ad ſacros ordines, cap. fi. eod.

Diſpenſatus vt poſſit promoueri ad ordines, non videtur habilitatus ad beneficia, niſi de illis exprimatur in diſpenſatione, ibid.

Diſpenſatus ad duo beneficia non poteſt vnum, vel ambo cum alio, vel aliis permutare, gl. ea quæ, in cap. Ordinarii. De officio Ordin. lib. 6.

Diſpenſatus ad duo beneficia, ſi vult aliud obtinere, debet omnia habita renunciare, ibid.

Diſpenſatus ad beneficiorum pluralitatem non cenſetur per hoc diſpenſatus, quin debeat beneficiis deſeruire, d. cap. ordinarii, §. cæterum.

Diſpenſatus ad duas curatas Eccleſias tenetur in altera reſidere: niſi illud expreſſe indulgentia caueretur, quod ad hoc non teneretur: & ſic poterit reſidere in altera, quam vult: vel nunc in iſta, nunc in illa: & ſic vtrique ſatisfiet, gl. retinere, in cap. non poteſt. De præbend. lib. 6.

Diſpenſatus ad duas Eccleſias curatas retinendas cum clauſula, *dummodo in beneficio, in quo non reſidet, faciat canonice deſeruire*, licet non ſeruauerit hunc modum, nihilominus valet diſpenſatio: nam illa clauſula *dummodo*, &c. non habet vim conditionis, ſed potius admonitionis, & comminationis: poteſt tamen propter ſeruitij negligentiam eo iuſte priuari, ibid.

Diſpenſatus ſuper duobus beneficiis intelligitur de duobus primis, gl. vacare, in clem. ſi plures. De præbend.

Diſpenſatus ad Epiſcopatum non cenſetur habilitatus ad Primatiam, can. nos, diſt. 12.

Diſpenſatus in vno ordine non poteſt promoueri ad ſuperiorem ordinem, vigore illius diſpenſationis, gl. de Primatibus, ibidem.

Diſpenſatus in vno ordine non cenſetur diſpenſatus in cæteris, gl. 1. in can. lector, diſt. 34.

Diſpenſatus in vno matrimonio non cenſetur diſpenſatus in ſecundo, ibid. & gl. niſi, in can. pe. 36. q. 1.

Reliqua in verbo, Illegitimus.

DISPOSITIO quandoque eſt realis, veluti quando conſiderata eſt dignitas perſonæ, quæ tranſit in ſucceſſorem; quandoque eſt perſonalis, vt quando eſt fundata ſuper perſona, cap. quoniam Abbas. De officio deleg. 1

Diſpoſitio debet intelligi, vt de facile poſſit contingere, non autem vt raro, vel numquam cap. coram, eodem.

Diſpoſitio aliqua quando generaliter loquitur, & cauſa non exprimitur: ſi tamen præſumi & coniecturari poteſt, ſecundum rationem præſumptam diſpoſitio reſtringitur, cap. ſuggeſtum, 25. De appellat.

Diſpoſitio quælibet debet intelligi ita, vt ea eo producatur aliquis effectus, cap. relatum. De clericis non reſid.

Diſpoſitio concernens vniuerſos, extenditur ad ſingulos, cap. fi. De decimis.

Diſpoſitio habens plures rationes, debet vniformiter intelligi, cap. maiores, §. 2. & ibi gl. tota authoritas. De baptiſmo.

Diſpoſitio loquens perſonaliter, & concernens actum perſonæ, comprehendit nedum facientem, ſed etiam mandantem, ſeu fieri facientem, cap. ſignificauit. De Iudæis.

Diſpoſitio, quæ concedit vt quis ad locum veniat, non includit vt in loco ſtare poſſit, vel inde recedere, cap. ſtatutum, §. pe. De reſcript. lib. 6.

Diſpoſitio alternatiua, vel conditionalis non dicitur eſſe non certa, cùm ponantur tanquam duo, cap. vbi periculum, §. nulli. De electione. lib. 6.

Diſpoſitio nulla eſt tam generalis, quin reſtringatur, ſi ratio naturalis ſuperueniens ſuadeat oppoſitum, cap. vbi periculum, §. idem quoque. De electione. lib. 6. 2

Diſpoſitio ſuper vno ex correlatiuis extenditur ad aliud correlatiuum, dato quod de eo non fecerit mentionem, gl. alligati, in cap. cupientes, §. fi. De electione. lib. 6.

Diſpoſitio ſuperueniens apta extinguere actum, trahitur ad actus, qui ſunt in fieri, non autem ad actus qui iam deuenerunt ad perfectam eſſentiam, cap. præſenti. De officio legat. lib. 6.

Diſpoſitio relata ad diuerſas perſonas non verificatur in re ſpectante ad alterum tantum, ſed in re communi ſimul ad vtrumque pertinente, cap. cum in illis, §. fi. De præbend. lib. 6.

Diſpoſitio vbi procedit ex motu concedentis, licet non ſint ſeruata ſolemnia requiſita in diſpoſitionibus emanantibus ad inſtantiam alterius, per hoc non vitiatur, cap. ſi motu proprio, 23. eod.

Diſpoſitio vna vbi conceditur reſpectiue ad certam rem, intelligitur limitata ſecundum quantitatem illius, cuius reſpectu datur, quoad facti poſſeſſionem, & non quoad tituli poſſeſſionem, cap. 2. & ibi gl. poſſidebant. De decimis, lib. 6.

ad Diſpoſitionem iuris verificandam, non ſufficit facere actum prout ſonat in facto, ſed debet fieri prout ſonat in iuris effectu, d. cap. 2. §. iſtud.

Diſpoſitio relata ad rem contentam non includit rem continentem, cap. per exemptionem. De priuileg. lib. 6.

Diſpoſitio generaliter facta non refertur niſi ad ſubditos diſponentis, cap. Romana, §. porro. De ſententia excommunicat. lib. 6.

Diſpoſitio ſuper qualitate futura non extenditur ad futura aſſentialia, ſed ad principaliter eſſentialia, in ſola qualitate futura, clem. fi. De reſcript. 3

Diſpoſitio pœnalis loquens per verba præſentis, vel præteriti temporis, non reſpicit futura; ſed reſtringitur ad præſentia, vel præterita, clem. 2. De ætate & qualitat.

in Diſpoſitione pœnali ſuper non facto finito, excipitur iuſtum impedimentum, quaſi pœna in dubio ſuper negligentia fundetur, quæ excluditur dato legitimo impedimento, clem. 2. eod.

Diſpoſitio noua non reſpicit pendentia per appellationem, niſi exprimatur, clem. 1. De re iudic.

Diſpoſitio in vno, quamquam ſtricta extenditur ad plures, in quibus fortior eſt ratio, clem. ſi plures. De præbend.

Diſpoſitio

Diſpoſitio eadem poteſt duplex vinculum continere, can. multis, diſt. 17.
Diſpoſitio, quæ durat vſque ad mortem hominis, dicitur eſſe temporalis, & non perpetua, can. omnes, diſt. 47.
in Diſpoſitione, vbi exprimitur vna cauſa, cum dictione *maxime*, illa diſpoſitio non videtur mota ſolum ex cauſa expreſſa, ſed etiam ex alia, can. legem, diſt. 53.
Diſpoſitum in vno extenditur ad aliud, quando duo diuerſa patificantur in iure, cap. translato. De conſtit.

Reliqua in verbo, Conditionalis. Pœnalis.

DISPVTARE probabiliter de ſcientia, quam ignorat, non poteſt quis, can. qui de menſa, diſt. 37.
Diſputandi gratia, in iure fit aliquid quandoque contra rationem, gl. ex nimia, in can. hinc eſt, diſt. 49.
Diſputandum non eſt de eo, de quo ſtatim conſtare poteſt, gl. Inde, in can. bene quidem, diſt. 96.
Diſputatio dialecticorum eſt ad alterutrum; cauſidicorum ſiue rethorum ad tertium: vnde in diſputatione dialectica eſt neceſſe, quod qui obijcit, exponat obiectiones ipſi reſpondenti; in Rethorica vero ſufficit, quod faciat ipſi iudici fidem, gl. diligentius, in can. ſic enim, §. intelligis, 28. qu. 1.

Reliqua in verbo, Altercationes. Concertatio.

DISSIDENTES Epiſcopi, vel fratres, ſiue clerici, ſiue laici, ad pacem magis, quàm ad iudicium coerceri debent, can. diſſidentes, & can. illudendum, diſt. 90.
Diſſidia mentes lacerant: ſicut vepres pannos, & carnes hominum lacerant, gl. vepribus, in extrauag. ſuper cathedram. De ſepultur. inter commun.

Reliqua in verbo, Diſcordia. Diſſentiones.

DISSENTIONES & ſcandala, præparant aditum prauis actibus, clem. dudum, in princip. De ſepultur.

Reliqua in verbo, Contradictio. Diſſidentes.

DISSIMILITVDO rationis, diſſimilia iura inducit, gl. nolumus. in extrauag. ad conditorem. Ioann. 22.
DISSIMVLATIO eſt peccatum mortale in Prælato, gl. pen. in cap. clericos. De immunit. Eccleſ. lib. 6.
Diſſimulatio quædam eſt pia, alia pernicioſa, alia deteſtabilis, can. officij, 24. q. 1.
Diſſimulare licitum eſt quandoque etiam iudici, gloſ. 1. in can. ſi. 30. q. 5.
Diſſimulans aliquid mali conſentire videtur, gl. 3 in cap. 1. De colluſione deteg.

Reliqua in verbo, Simulatio. Hypocbrita.

DISSOLVI non poteſt, nec accuſari, quod non eſt, gl. ſi. in can. presbyteris, diſt. 27.
DISTANTIA, quæ dicatur modica, vel magna, ſtatur conſuetudini, gl. vltra Italiam, in cap. nihil, 44. De electiōn.
ob Diſtantiam aliquid ſtatuitur, quod aliàs non fieret, ibid.
ob Diſtantiam multa permittuntur, quæ aliàs prohiberentur, gl. ſi. in cap. tum ex literis. De in integr. reſtitut.
ob Diſtantiam locorum prorogantur induciæ ad appellationem proſequendam appellatori, ibid.
Diſtantia quandoque etiam prodeſt, gl. diſtantibus, in extrauag. execrabilis. De præbend. inter commun.
Diſtantia nimia quandoque nocet, & quandoque nimia propinquitas, gl. diſtantibus, ibid.

Reliqua in verbo, Liducia.

DISTINCTVM idem eſt dicere, quod diſſimile, cap. 1. § ſi. De regular. lib. 6.
1 DISTRIBVTIONES quotidianæ non debentur abſentibus, etiamſi ſint familiares Papæ, vel Epiſcopi, vel ſint abſentes cauſa ſtudiorum, gl. ſi. in cap. de cætero, & gl. 2. in cap. ad audientiam. De clericis non reſident.
Diſtributiones quotidianæ dicuntur victualia, gloſ. ſi. in d. cap. de cætero, & gloſ. pen. in d. cap. ad audientiam, eodem
Diſtributiones quotidianæ non dantur niſi intereſſentibus, gl. fin. in cap. licet. De præbend. gloſ. ſi. in cap. quia nonnullis. De magiſtr.
in Diſtributionibus faciendis attenditur cujuſque Eccleſiæ conſuetudo; idque poſſunt ipſi etiam canonici ſtatuere, cap. 1. De cleric. ægrot.
Diſtributiones quotidianæ non debent dari magiſtris, licet cuilibet eorum ſit aſſignatus prouentus vnius præbendæ, gl. ſi. in cap. quia nonnullis, & gl. integre, in cap. ſi. De magiſtris.
Diſtributiones quotidianæ dicuntur quandoque manualia beneficia, quandoque victualia, gl diſtributionibus, in cap. ſi. De reſcript. lib. 6.
Diſtributiones quotidianæ non dantur ſtudentibus in Theologia, nec his qui ſunt in ſeruitio Epiſcopi, vel domini Papæ, nec dari debent etiam præſentibus, qui diuinis non interſunt officijs; nec valet conſuetudo in contrarium: & qui percipiunt, ad reſtitutionem tenentur, gloſ. exceptis, ibid. & gl. exceptis, in cap. cum non deceat, 30. De elect. lib. 6. cap. 1. De clericis non reſid. lib. 6.
Diſtributiones, quæ dantur pro anniuerſarijs defunctorum, ſolum præſentibus dari debent, conſuetudine contraria non obſtante, cap. 1. De cleric. non reſid. lib. 6.
Diſtributiones quotidianæ dantur quandoque alijs clericis, quàm canonicis in Eccleſia; quandoque dantur etiam in alijs Eccleſijs inferioribus cathedralibus, ibid.
Diſtributiones quotidianæ non dicuntur ſimpliciter beneficia: ſed dicuntur manualia beneficia, ibid.
Diſtributiones quotidianæ de neceſſitate non debent eſſe in pecunia, ſed poſſunt eſſe in quibuſcumque rebus, d. cap. 1. §. ſtatuimus. 2
Diſtributiones quotidianas poſſunt percipere infirmi, & qui iuſta & rationabili corporali neceſſitate, vel euidenti Eccleſiæ vtilitate intereſſe diuinis excuſati ſunt, cap. 1. §. qui vero, eod.
Diſtributiones quotidianas canonici non tenentur dare non intereſſentibus diuinis officijs, propter euidentem vtilitatem Eccleſiæ; ſi tamen conceſſerint, recte poſſunt illi percipere, nec tenebuntur ad reſtitutionem illarum, gl. vtilitas, ibid.
Diſtributiones quotidianas in Eccleſijs, quibus viget conſuetudo, poſſunt percipere abſentes propter neceſſitatem, & euidentem vtilitatem Eccleſiæ; ſecus vero in Eccleſijs, in quibus non eſt talis conſuetudo, gl. vtilitas, & ibi add. ibidem.
Diſtributiones quotidianas percipere poſſunt non intereſſentes diuinis officijs: nec tenentur ad reſtitutionem, ſi intereſſentes diuinis officijs, quorum lucro cedunt illæ, remiſerint illis, gl. ſuas, ibid.
Diſtributio quotidiana non dicitur id quod ſingulis diebus datur cuilibet canonico pro victu, purà tot libræ panis, tot menſuræ vini: ſed potius dicitur præbenda, gl. receperit, ibid.
Diſtributiones quotidianæ non dantur abſentibus in Theologia ſtudentibus, vel priuilegiatis, ibid.
in Diſtributionibus quotidianis tantum habet locum conſtitutio *cap. 1. De clericis non reſidentibus*, non in menſa commun, vel in gloſſa, ibid.
Diſtributiones pro anniuerſarijs defunctorum non intereſſentibus dari non debent, & contraria conſuetudo non valet: & recipientes ſine cauſa ad reſtitutionem tenentur, gl. ſi. ibidem.
Diſtributionum augmentum datur, data minoritate numeri perſonarum, inter quos fit rerum diſtributio, cap. ſi. §. ſi autem. De conceſſ. præbend. lib. 6.
Diſtributiones, quæ dantur pro anniuerſarijs defunctorum, æquiparantur diſtributionibus quotidianis; & ille qui non poteſt percipere de quotidianis, non percipiet de illis, cap. 1. §. De clericis non reſid. lib. 6.
Diſtributiones quotidianæ dantur quandoque alijs, quàm canonicis, cap. alma mater, 24 §. adiicimus. De ſententia excommunicat. lib. 6.
Diſtributiones quotidianæ, quæ dantur in officio, ita ſunt dandæ, ſi officium dicatur ſine cantu, ſicut ſi dicatur cum cantu, legitima cauſa ſubſiſtente, vt non cantetur, veluti tempore interdicti, ibid. 3
Diſtributiones quotidianæ dantur tantum intereſſentibus diuinis, ibidem.
Diſtributiones quotidianas non percipiunt clerici ex ſola reſidentia, niſi interſint diuinis, gl. reſiderint, in cap. ſi. De verb. ſignificat. lib. 6.
Diſtributiones quarumdam Eccleſiarum collegiatarum ordinantur non per omnes horas, ſed per certas; & aliquæ ordinantur pro Miſſa, quæ non eſt de horis, gl. certis horis, in clem. 2. De ætat. & qualit.
Diſtributiones æquales debent eſſe pro Miſſa, Matutinis, & Veſperis, ibidem.
Diſtributiones, quæ abſentibus ſi intereſſent pertinebant, accreſcunt aliis intereſſentibus diuinis; niſi aliter eſſet ordinatum, gl. pars dimidia, ibid.
Diſtributiones ſtatuuntur in Eccleſiis promiſſis, ſicut pro horis, gl. canonicas, in clem. grauí. De celebrat. Miſſar.
Diſtributiones maiores dari debent intereſſentibus in his tribus horis, ſcilicet Matutinis, Miſſa, & Veſperis, quàm in reliquis horis, clem. 1. §. ſi. & ibi gl. totidem. De reliq. & venerat.
Diſtributiones quotidianæ quandoque conſiſtunt in pane & potu; quandoque in aliis rebus, extrauag. cum nonnullæ. De præbend. inter commun.
pro Diſtributionibus quotidianis fructus qui aſſignati ſunt, & lucrantur, ſub clericorum proprio appropriantur, quod de illis de iure poterunt clerici teſtari, ſicut ruſticus de denario diurno, gl. conſueuit, 2. in extrauag. ſuſcepti. Ne ſede vacante, inter commun.
Diſtributio graduum & ordinum Eccleſiæ vnitatem conſeruat. can. ad hoc, diſt. 89.
Diſtributiones in Eccleſiis cathedralibus, vel collegiatis debent recipere hi, qui ſtatis horis interfuerint; reliqui,

quauis colluſione aut remiſſione excluſa, illis careant. Concil. Trident. ſſ. 24. De reform. cap. 12.

Reliqua in verbo, Beneficiatus, 4. 5.

DISTRICTIONIS Eccleſiaſticæ appellatione comprehenditur ſuſpenſio, excommunicatio, & interdictum, gl. pen. & ibi add. marg. in cap. 1. De iureiur.

Reliqua in verbo, Cenſura.

DISTRICTVS appellatione non comprehenditur vltra limites Diœceſis, clem. ne Romani, §. ſane. De elect.

ad Diſtrictus mutabilitates Eccleſiarum ſtatus non mutatur, gl. Diœceſim, ibid.

Diſtrictus appellatione, in caſu electionis Papæ, Diœceſis intelligitur ſpeciali iure: regulariter vero non comprehenditur Diœceſis, d. §. ſane, & ibi gl. Diœceſim, & gloſ. ſeq.

Reliqua in verbo, Diœceſis. Territorium.

DITIO eſt nomen æquiuocum; ſumitur quandoque pro poteſtate, & imperio: alibi ponitur pro iuriſdictione, gl. ditioni, in extrauag. quorumdam, Ioann. 22.

Reliqua in verbo, Poteſtas. Iuriſdictio.

DIV dicitur, quod eſt vſque ad quatuor menſes, gl. diu, in can. ſi Epiſcopus, 3. q. 2.

DIVES & pauper quoad Deum æqualiter debent honorari, can. Sacerdotes, diſt. 49.

cum Diuitibus & nobilibus mitius agendum eſt, quàm cum pauperibus, gl. 1. in can. non cogantur, diſt. 41.

Diuites non ſunt reijciendi, gl. 3. in can. Oſius, diſt. 61.

Diues in Epiſcopum recte poteſt poſtulari, ſi aliàs dignus ſit, d. gl. 3.

Diuitem ex inope quaſi quamdam peſtem fuge, can. negotiatorem, diſt. 88.

Diuites potius ſunt eligendi, quàm pauperes, gl. pe. in can. clericus, 21. q. 3.

Reliqua in verbo, Pauper. Homo, 3. Opes. Diuitiæ.

DIVERSÆ profeſſionis homines in eodem officio aſſociari non debent, gl. 1. in cap. 2. De inſtitut.

Reliqua in verbo, Regularis, 3.

DIVERSITAS corporum ſæpe ſolet ſequi diuerſitatem animorum, cap. quia diuerſitatem, 5. De conceſſ. præbend. & gl. 1. in cap. ſuper literis. De reſcript.

DIVIDI cum quis videt illa, quæ diuiſionem commodam non patiuntur, contriſtatur, gl. impiæ, in extrauag. deteſtandæ. De ſepultur. inter comm.

Diuidi non debet confeſſio peccatorum per plures Sacerdotes: nam qui diuidit, veniam non conſequitur. gl. confeſſionem, in can. conſideret. De pœnitent. diſt. 5.

Reliqua in verbo, Confeſſio, 15. 17. Separatio. Domus.

DIVINARE nemo tenetur: nam & D. Paulus licet eſſet ſpiritu Dei plenus, non tamen potuit ſecreta diuini conſilij agnoſcere, cap. 1. & ibi gl. diuinare. Vt Eccleſiaſtica beneſ. ſine dimin. confer. & gl. fi. in cap. fi. De homicid. gl. 2. in cap. ad falſariorum. De crimine falſi.

Diuinare nemo tenetur, quia id humanum non eſt, gl. neſcires, in cap. ſi gratioſe. De reſcript. lib. 6.

Diuinationis genus à Perſis fertur fuiſſe allatum, can. 1. 23. q. 3.

Diuinatio raro in bonam partem accipitur, can. numquam, 24. 1. q. 1.

Diuinationum genera ſunt quatuor; à terra, aqua, aere, & igne; hinc dicitur geomantia, hydromantia, pyromantia, aeromantia, can. 1. 26. q. 3. & 4.

Diuinationis genera duo ſunt, ars & furor, ibid.

Diuinatio quod ſit prophetia impoſſibile eſt: diuinatio enim eorum quæ credebatur eſſe prophetia, declarata eſt non eſſe prophetiam. gl. 2. in can. numquam, 1. q. 1.

Diuinationes qui expetunt, & in domus ſuas huiuſmodi homines introducunt, exquirendi aliquid arte magica, aut expiandi cauſa, quinquennio debent pœnitere, can. 2. 26. q. 5.

Diuinationis auguria, vel ſortes ſi fuerit ſecutus clericus, vel Monachus, vel laicus, excommunicari debet, can. ſi quis clericus, 26. q. 5.

à Diuinantibus quæ præcipiuntur, non ſunt obſeruanda, quamuis ea contingant, quæ ab eis pronunciantur, can. intelligi, 26. q. 2.

Diuinationes omnes & ſortilegia inducunt hæreſim, cap. accuſatus, §. ſane. De hæretic. lib. 6.

Reliqua in verbo, Aſtrologi. Aſtronomia. Magi. Futurum. Harioli. Haruſpices. Hydromantici. Negromantia. Presbyter, 3. Prophetæ. Sors. Sortilegia.

DIVINVS cultus non minui, ſed potius debet augmentari, cap. ex parte. De conſtitut. 1

Diuinis obſequijs inexpertos applicare, graue eſt, gl. 2. in cap. officij, 38. De elect.

Diuinum officium turbans excommunicari poteſt, & etiam eijci poteſt de Eccleſia, gl. perturbare, in cap. ſollicitudinem, 54. De re iudic.

Diuino cultui ſemel dicatum, ad humanos vſus redire non debet, cap. ad hæc, 4. & ibi gl. fi. De religioſ. domib.

Diuinorum officiorum appellatione comprehenduntur baptiſma paruulorum, & pœnitentia morientium, cap. non eſt. De ſponſal.

Diuinam prouidentiam non poteſt ſcrutari humanus intellectus, in princip. & ibi gl. inperſcrutabilis, in proœmio, lib. 6.

Diuinum cultum debent ſuperiores in Eccleſijs augere, & non diminuere, cap. fi. De reſcript. lib. 6.

Diuinam maieſtatem offendere peius eſt, quàm humanam, gl. pe. in cap. pe. De iureiur.

Diuini officij appellatione comprehenditur etiam Miſſa, cap. Abbates, 3. De priuileg. lib. 6.

in Diuinis eſſentiam, ſubſtantiam, & naturam repetimus ad maiorem expreſſionem: ſi enim habeatur reſpectus ad diuinam eſſentiam, quaſi Mathematice, id eſt abſtracte, non reducta conſideratione ad perſonas, ſic eſt eſſentia: ſi intelligamus concrete, habito reſpectu ad perſonas: ſic eſt ſubſtantia, id eſt in qualibet perſona ſubſtat & eſt tota: ſi vtroque modo, quaſi in conſideratione vniuerſali, ſic eſt natura: quia naturale eſt diuinæ eſſentiæ, quod ſit vna, & quod in ea ſint perſonæ: ſimplex tamen, impartialis, & indiuiſibilis, gl. omnibus, in clem. 1. De ſumma Trinitat.

Diuina celebrari non debent cum vaſis, veſtimentis, & cæteris ornamentis ad diuinum cultum neceſſarijs indecentibus, clem. grauI, De celebrat. Miſſ.

Diuinum officium in Eccleſijs varium eſt, vt eſt Ambroſianum, Gregorianum, clem. 2. eod. 2

in Diuino officio quod omittitur, debet ſuppleri, clem. 1. §. potiſſime. De reliquiis & venerat.

Diuinorum eloquiorum expoſitio prodeſt, vt inducantur errantes ad viam veritatis, clem. 1. De magiſt.

Diuina non ſunt celebranda coram publice excommunicato, vel interdicto, clem. 2. De ſententia excommunicat.

Diuina officia præter Miſſam celebrans coram excommunicatis, vel interdictis, non incurrit pœnam iuris, clem. 2. & ibi gl. Miſſarum, eod.

Diuinus cultus potius debet augeri, quàm minui: & hoc debent procurare Prælati, gl. cultus, in extrauag. ſuſcepti. Ioann. 22.

Diuinus cultus ſubmouetur, ſublata ſufficientia victus ipſis miniſtris, ibid.

Diuini cultus diminutio facit reuocare licentiam de non reſidendo à Prælato obtentam, gl. minuitur, in extrauag. execrabilis. Ioann. 22.

Diuino cultui debetur magnus fauor, ibid.

Diuinum cultum turbans capitali ſententia damnatur ſecundum leges, ibid.

in Diuinæ Maieſtatis obſequijs quiſque delectari debet, gl. delectabile in extrau. copioſus. Ioann. 22.

pro Diuinis officijs dedicata large dicuntur, non tantum libri, vaſa, veſtimenta, Eccleſiæ, oratoria: ſed & officina, & habitationes, gl. dedicatis, in extrauag. ad conditorem. Ioann. 22.

ad Diuini cultus augmentum tenentur principaliter non tantum Eccleſiaſticæ perſonæ, ſed etiam quilibet Chriſtianus, gl. augmentum, in extrauag. ſedes Apoſtolica. De officio deleg. inter comm.

Diuinus cultus eſt publici iuris, gl. & cultus, in extrauag. ſuſcepti. Ne ſede vacante, inter comm. 3

in Diuini cultus fauorem multa ſpecialia in iure ſtatuta ſunt, ibid.

Diuino cultui renunciari non poteſt, ibid.

Diuinorum munerum ac cœleſtium dignitatum diſpenſatio debet eſſe diligens, & perquam prudens, can. miramur, §. fi. diſt. 61.

Diuinus Apoſtolus dicitur Petrus à Deitate, vel diuinitate, non à diuinatione, gl. 1. in can. eos qui, 21. 1. q. 1.

Diuina voluntate omnia vincula franguntur, gl. 1. in can. beatus, 22. q. 2.

ob Diuinam diſpoſitionem dicitur aliquid licitum, quod alias eſt illicitum, ibid.

Diuina ab homine dari non poſſunt, gl. diuina, in can. conuenior, 23. q. 8.

Diuina oracula non ſunt conuertenda ad ſecularia negotia, can. hi qui, 26. q. 2.

Diuini dicti ſunt quaſi Deo pleni; diuinitate enim ſe eſſe plenos ſimulant, & aſtutia quadam fraudulenta hominibus futura coniectant, can. 1. 26. q. 3.

Diuinus cultus nec in aliqua parte debet diminui: imo ei

debitum obſequium in omnibus rebus præſtari debet. Concil. Trident. ſſ. 21. De reform. cap. 3.
ad Diuinum cultum ſpectantia in Diœceſi ab ordinario diligenter curari debent; atque iis, ubi oportet, æquum eſt prouideri. Concil. Trid. ſſ. 21. De reform. cap. 8.
ad Diuinarum rerum meditationem natura hominum non facile poteſt ſine adminiculis exterioribus extolli. Concil. Trident. ſſ. 22. cap. 5.

Reliqua in verbo, Clericus, 107. Colloquia. Cultum. Maieſtatem.

DIVISIO & fines parochiarum probantur per teſtes antiquos vtriuſque parochiæ, gl. 2. in cap. cum cauſam. De probat.
Diuiſiones textuum multum faciunt ad intelligentiam textuum: vnde non in vanum ſunt inuentæ diuiſiones, gl. 1. in cap. quia diuerſitatem. De conceſſ. præbend.
Diuiſio non fit in re communi, quæ non patitur commodam diuiſionem; ſed de iure fit adiudicatio totius rei vni, & alteri æſtimatio pro ſua parte, gl. impiè, in extrauag. deteſtandæ. De ſepultur. inter commun.
Diuiſio cauſæ non debet fieri, gl. apud ſe, in can. conſideret, § ſemper. De pœnitent. diſt. 5.
Diuiſio particularis multa habet incommoda, gl. ſi. in extrauag. ſedes Apoſtolica, De officio deleg. inter commun.
Diuiſio facta de aliqua re operatur tantum illum effectum, pro quo facta eſt, nec ad alios ſe extendit, nec in aliis caſibus præbet præiudicium alicui ſeu iuuamen, ibid.
Diuiſio rei emphyteoticæ, vel feudalis, ſeu debitorum, inter hæredes facta non nocet dominis, ſeu creditoribus ſuper integra ſolutione penſionis, vel debiti eis facienda vt prius, ibid.

Reliqua in verbo, Finis. Limes. Commune. Separatio. Diuidi. Domus. Eccleſia. 14. 25.

DIVITIÆ ſunt cauſa derelinquendi Deum, extrauag. ſaluator. De præbend. inter commun.
Diuitiarum poſſeſſio eſt in diſtribuendo; auarus autem hoc non faciendo, non videt fructum diuitiarum, gl. 1. in add. in cap. auaritiæ. De elect. lib. 6.
Diuitiæ acquiſitæ iuſtè & legitimis temporibus non reprobantur, can. hæc autem, diſt. 30.
in Diuitiis ponere ſpem gratius intuendo aurum quam ſolum, eſt malum; & de his loquitur illud, *facilius eſt camelum per foramen acus tranſire*, &c. ſed iuſtè acquiſitæ diuitiæ non reprobantur, gl. ſi. ibid.
Diuitias quærere per fas & nefas eſt prohibitum, can. nonne, diſt. 37.
Diuitias quærere per adulationes eſt prohibitum, ibid.
Diuitiis huius ſæculi abundare non prouenit ab homine, ſed ex Dei benignitate, can. ſicut hi, diſt. 47.
Diuitiæ quæ ſuperabundant homini, detractis neceſſariis, non dicuntur eſſe ſua, ſed pauperum, ibid.
Diuitias & paupertatem ne dederis mihi, ne repletus mendax fiam; ne pauper periurem nomen Domini, petiit Salomon, gl. locuples, in can. ſi teſtes omnes, § teſtium, 4. q. 2.
Diuitias habere non eſt peccatum, ſi adſint bona opera: ſed ſi propter illas iuſtitia deſeritur, vel homo in eis omnem ſuam ſpem ponit, peccatum mortale eſt, gl. 2. in can. clericus qui, 12. q. 1.
Diuitias huius mundi lutum reputare debemus, can. gloria, 12. q. 2.
Diuitiæ ſimul cum virtutibus poſſideri non poſſunt: quod intellige, quando illæ ex cupiditate & amore retinentur, & propter illas deſeritur virtus; aliàs bene poſſunt cum virtutibus poſſideri, ibid.
Diuitiæ bonæ ſunt, dummodo fiat ex eis miſericordia, gl. pe. in can. clericus, 12. q. 1.
Diuitiæ facilius in ciuitate quàm extra congregantur, gl. ſi. ibid.
Diuitias augere licitum eſt, gl. augeas, in can. militare, 23. q. 1.

Reliqua in verbo, Diues. Facultates. Mamon.

DIVORTIVM dicitur celebrari, inter quos nullum matrimonium fuit, cap. acceſſit. De deſpont. impub.
Diuortii ſententia in cauſa matrimoniali rite lata ad ſolam coniugis confeſſionem aſſerentis contrarium non reuocatur; ſed interim ei ſtatur, donec legitime de contrario doceatur, cap. conſanguinei. De re iudicat.
Diuortium proprie eſt ſeparatio corporalis, quæ cauſa delicti fit: impropriè tamen dicitur etiam ſeparatio corporalis, cauſa honeſtatis tantum facta, nullum, in can. omne, 27. q. 2.
Diuortium & repudium differunt: quia diuortium dicitur inter carnaliter commixtos, repudium inter ſponſos, gl. negatur, in can. quod autem, 27 q. 2.
Diuortium verum non eſt, niſi cum fit animo conſtituendi diſceſſionem, gl. 1. in can. 1. 32. q. 7.
Diuortium dictum eſt à diuerſitate mentis, vel quia in diuerſas partes eunt, qui matrimonium diſtrahunt, ibid.
Diuortium non fit quoad matrimonii eſſentiam, ſed quoad vſum carnis; & dupliciter fit, vel perpetuo, vel ad tempus, ibid.
Diuortio facto non debetur mutua ſeruitus, gl. minor, in can. quemadmodum, 32. q. 7.
Diuortium admittit lex humana, etiam in aliis caſibus, præter fornicationem, gl. ſi. in can. an quod, 33. q. 2.
Diuortium verum non eſt, quod animi perſeuerantiam non habet; nam mulier calore iracundiæ a marito diuertens, non debet puniri, niſi perſeuerantiam, & deliberationem habuerit, can. diuortium. De pœnitent. diſt. 1.
Diuertiſſe non videtur, quæ breui reuerſa eſt, ibid.

Reliqua in verbo, Maritus, 5. vſque 13. Mulier, 22. 23.

DIVTIVS dictio quandoque extenditur vſque ad biennium, quandoque vſque ad quinquennium; vel ſecundum ſubiectam materiam relinquitur arbitrio iudicis, gl. diutius, in cap. 1. De coniugio leproſorum.
DIVTVRNITAS temporis inducit & ſolutionem, & obligationem, gl. conſuetudo, in cap. duo ſimul. De officio Ordin.
Diuturnitas temporis peccata non minuit, ſed auget, cap. ſicut nobis, 17. De regular.
Diuturnitas temporis conſtituit ius, gl. conſuetudo, in can. conqueſtus, 9. q. 3.
Diuturnitatis ratione probatur negatiua, quæ aliter non probatur, ibid.
Diuturnitatis ratione poteſt fieri, quod aliàs fieri non debet, gl. 1. in can. de gradibus, 35. q. 8.

Reliqua in verbo, Tempus, 4. vſque, 10.

DOCENS alios ab aliis edoceri non debet, gl. pen. in cap. 1. De magiſtr.
Docentes Theologiam, quamdiu docuerint, percipiunt in abſentia fructus ſuorum beneficiorum: ſed ſcholares addiſcentes ſolum per quinquennium, cap. ſi. eod.
Docentes & facientes prohibita, eadem pœna ſunt puniendi, gl. docuerunt, in extrauag. quia quorumdam. Ioann. 22.
Docens ſacerdotem, propriam vxorem quam habuit antequam eſſet in ſacris, & poſt factum continentiæ votum, relinquere ita, quod ei neceſſaria non prouideat, ſub obtentu religionis, incurrit excommunicationem, can. ſi quis docuerit, diſt. 28.
Docentes Theologiam & canones poſſunt aliquid accipere, gl. debitam, in can. vendentes, 1. q. 3.
Docentibus Theologiam & canones ſi fuerit facta promiſſio, in principio anni promiſſum debet eis ſolui, ibid.
Docens illicita deportatur, vel vltimo ſupplicio punitur; diſcipuli vero prohibita diſcentes puniuntur in decem libris auri, gl. 1. in can. aliquanti, 26 q. 5.
Docere & diſcere prohibita ſimilis eſt culpa, gl. docuerunt, in extrauag. quia quorumdam. Ioann. 22.
Docere non debet quis illum, à quo ipſe doceri debet, can. certum, diſt. 10.
Docere eſt ſacerdotalis officii, vnde mulieribus eſt prohibitum, can. mulier, & ibi gl. 1. diſt. 23.
Docere alterum non debet quis omnia quæ addidiſcit, ſed tantum illa quæ ſunt vtilia audientibus, & quæ non ſunt contra Deum, can. ſi quis, diſt. 34.
Docere ſe velle promittens Deo obligatur, gl. docuit, in can. ſi poſt ordinationem, diſt. 50.
Docere non poteſt alios, dum quis eſt in peccato, can. cum exaudiero, diſt. 50.
Docendi licentia non eſt deneganda idoneis, quoniam per conſequens denegaret doctrinam ignorantibus, gl. pe. in cap. 1. De magiſtr.
Docendi licentia poteſt iuſte denegari ei, qui non eſt idoneus, quia malorum doctorum doctrina mala eſt, ibid.
Docendi licentia gratis eſt danda, cum ſit donum Dei, gl. exigat, ibid.
pro Docendi licentia nihil debet exigi, d. cap. 1. De magiſtr. etiamſi hoc habeat conſuetudo, cap. 3. eodem.
ad Docendum debet admitti ille, qui idoneus ſit, d. cap. 1. & ibi gl. pe.
pro Docendi licentia nihil debet exigi, vel promitti: & exactum reſtitui, & promiſſum remitti debet, cap. 2. eod.
Docendi onus quod ſit annexum canonicali præbendæ, poſſunt ſtatuere canonici, & electus ad illam præbendam canonicalem tenebitur docere, gl. pe. in cap. quia nonnullis, eodem.
ad Docendos alios deputatus non debet tempore deputato ad doctrinam, diſſerre addiſcere id, ſuper quo debet alios docere: ſed prius debet didiciſſe, can. quod Eccleſiaſticis, §. ecce, diſt. 36.
Docilis & docibilis differunt: quia homo dicitur docilis, & doctrinabilis, liber docibilis quandoque tamen dicitur vnum pro alio, gl. ſi docibilis, in can. qui Epiſcopus, diſt. 23.
Docti ab indoctis, & clerici à laicis, quandoque merito reprehenduntur, can. ſicuti, 2. q. 7.

Reliqua

Reliqua in verbo, Diſcere. Magiſter. Doctor.

1 **DOCTOR** non comprehenditur appellatione ſcholarium: nec contra, in princip. in proœmio Decretal.
Doctorum collegium licite recipit aliqua emolumenta ex ſcientiæ exercitio, cap. ex literis. De conſtitut.
Doctores poſſunt ea cauſa aliquem de collegio priuare, ibid.
Doctores legentes faciunt collegium licitum & approbatum: vnde poſſunt facere ſtatuta, & alia quæ ſunt vniuerſitatis, d. cap. ex literis, iuncta ſupraſcriptione.
Doctoribus æqua prærogatiua ſeruanda eſt: quia non doctorum opinio, ſed doctrinæ ratio ponderanda eſt, gloſ. nec quicquam, in add. in cap. literas. De reſti. ſpoli.
Doctores & magiſtri poſſunt interpretari legem dubiam, & eorum interpretatio ſeruanda eſt, ſi aperte non conuincitur de errore, cap. 1. verſ. at vero. De decimis.
Doctor debet habere beneficium ſui laboris ſecundum doctrinam & dignitatem ſuam, gl. 3. in cap. 1. De magiſtr.
Doctores in Eccleſia ſunt valde honorandi: vnde eorum ordo eſt quaſi præcipuus & priuilegiatus in Eccleſia, cap. cum ex iniuncto, verſ. ſicut, & ibi gloſ. præcipuus. De hæreticis.
Doctorum ordo in Eccleſia Dei eſt quaſi præcipuus, cap. ſicut in vno, eod.
Doctor dicitur à docendo, gloſ. doctoribus, in proœmio lib. 6.
Doctor debet eſſe cautus, ne proferat tacenda, vel dicenda reticeat, ibid.
2 Doctor debet ſeipſum, & verba ſua ſecundum audientium capacitatem & ingenium coaptare, ibid.
Doctor, qui ea docet, quæ ab auditoribus intelligi non valent, non eorum vtilitatem, ſed ſui oſtentationem facit, ibidem.
Doctor non debet eſſe arrogans, ſed humilis: habet hoc proprium doctrina arrogantium, vt humiliter neſciant proferre quæ doceant: & recte quæ ſapiunt, recte miniſtrare non poſſunt, ibid.
Doctores faciunt vniuerſitatem, ibid.
Doctores vtriuſque iuris poſſunt appellari magiſtri, §. ſane, in proœm. lib. 6.
Doctorum ordo eſt præcipuus in Eccleſia: & per doctores intelliguntur prædicatores & Prælati, gloſ. doctorum, in cap. 1. De ſumma Trinit. lib. 6.
Doctores Eccleſiæ Latinæ ſunt Auguſtinus, Ambroſius, Hieronymus, & Gregorius, gl. Latinorum, ibid.
Doctores Eccleſiæ Græcæ ſunt Ioannes Chryſoſtomus, Cyrillus, Athanaſius, Baſilius, & Didymus, gl. Græcorum, ibidem.
Doctor poteſt ſcholarem ea cauſa de ſcholis expellere, gl. retinere, in cap. 2. Ne clerici vel monachi.
Doctor docens leges vel Phyſicam religioſum profeſſum habitu dimiſſo, vel non dimiſſo, ſcienter, ipſo facto eſt excommunicatus: & poteſt eum de ſcholis eiicere: quod ſi nolit exire, poterit vi expellere: & ſi non poterit vi expellere, ipſe doctor exeat de ſcholis ad inſtar excommunicati intrantis Eccleſiam, d. cap. 2. & ibi gl. dimiſſo, & gl. ſcienter.
3 Doctores & Epiſcopi habent iuriſdictionem in ſcholares in ſolidum, gloſ. ſeparatim, in cap. vt officium. De hæret. lib. 6.
Doctores ſunt præferendi ſcholaribus, ex ordine literæ, in proœmio Clementinarum, in princip.
in Doctores tales debent aſſumi, qui ſciant & valeant inſtruere, clem. 2. De magiſtr.
in Doctore docente ſufficit ſcientia ſufficiens, non eminens, ibidem.
Doctoribus docentibus debetur ſalarium, non à ſcholaribus, ſed à Prælatis, d. clem. 2. §. fi.
Doctores dicuntur in iure ciuili vel canonico: magiſtri vero dicuntur in Theologia, vel artibus, & qui docent ſeptem liberales artes, gl. doctoratus, in clem. 2. eod.
Doctor volens audientibus proficere, debet ſe talem exhibere, vt pro ingenio addiſcentium ſemetipſum poſſit adaptare, & verbi ſui ordinem pro audientium capacitate dirigere, ibidem.
Doctoris docentis authoritati non eſt ſtandum, ſed potius rationi per allegantem aſſignatæ, can. qui contempta, diſt. 8.
Doctorum ſcriptis in tantum credendum eſt, in quantum veritati conſonat; & ſic in approbandis opinionibus, non debet haberi reſpectus ad authoritates doctorum, ſed ad rationes vigentes, can. ego ſolis, diſt. 9.
4 Doctores in conſulendo debent allegare leges & rationes, ibidem.
Doctorum dicta reprobari poſſunt, cum vim canonum non habeant, can. neque quorumlibet, diſt. 9
Doctorum dicta quando reprobantur, reprobans ſemper debet reddere honorem dicendo *ſaluo honore*, &c. ibid.
Doctor volens probare ſuam concluſionem debet allegare legem, & quorum ipſius. vt fecit Papa allegando Innocentium, can. ſi Romanorum, diſt. 19.
Doctor vel lector propter ſubſannationem, vel clamorem ſcholarium, non debet ceſſare à lectura, gl. fi. in can. ſcimus, diſt. 43.

Doctor dicitur vitioſus, qui docet non ad finem, vt auditorem erudiat, ſed vt aliis appareat ipſum ſcire, can. diſpenſatio, §. 2. diſt. 43.
Doctoris officium eſt docere alios, can. fi. diſt. 59.
Doctorum malorum doctrina mala eſt, can. conuenientibus, §. item Taraſius, 1. qu. 7.
Doctorum ſeu præpoſitorum culpam prodentes, ſunt puniendi, can. ſententia, 2. qu. 7.
Doctoribus bona dona ſunt danda, gloſ. non ad turpe, in can. infames, § apud verba, 5. qu. 1.
Doctor vel ille qui inſtruit animas rudes, pro ingenio diſcentium debet ſeipſum aptare, & verbi ordinem pro audientis capacitate dirigere, can. oportet, 8. qu. 2.
Doctores reprehendendi non ſunt, glof. patientur, in can. vtrum. De conſecrat. diſt 2.
Doctorandi præſtant iuramentum antequam fiant doctores, clem. 2. De magiſtris. 5
Doctorandus debet prius iurare Archidiacono, vel alteri ad quem ſpectat facere quem doctorem, ibid.
Doctorari non debet quis, niſi prius fuerit diſcipulus, can. fi. diſt. 59.
Doctoratus & magiſterium differunt, clem. 2. De magiſtr.
Doctoratum tribuere non competit niſi illis ad quos id pertinet, ibid.
Doctoratus inſignia ſuſcipientes, vel qui ad docendum in publicis Academiis aſſumuntur, prius debent Catholicam fidem profiteri iuxta formam ibi præſcriptam, extrauag. in ſacroſancta, Pii, 4.
à Doctoratus receptione multi ſæpe retrahuntur propter multitudinem expenſarum, clem. 2. De magiſtr.
Doctoratum ſeu magiſterium ſine peccato poſtulat quis in quacumque ſcientia, ſi eſt dignus: in indigno tamen eſt peccatum præſumptionis, gl. honorem, ibidem.
Doctoratus inſignia ſunt cathedra, birretum: apud aliquos liber, anulus, oſculum, gl. inſignia, ibid.
Doctorans ſuſpenſus ab officio doctorandi, etiamſi celebret, non incurrit irregularitatem, gl. fi. ibid.
Doctorans aliquem doctorandum, prius debet ab eo recipere iuramentum, quod in ſolemnitate ſua non expendet vltra ſummam trium millium argentorum Turonenſium: quod ſi non fecerit, ponitur pœna ſuſpenſionis à collatione cuiuſcumque magiſterii, vel doctoratus cuiuſcumque ſcientiæ, d. clem 2.

Reliqua in verbo, Magiſter. Academia. Scholaris. Comes. Decima. 16. Docens. Priuatus.

DOCTRINA idem ſonat, quod poſitio, clem. 2. § porro. De ſumma Trinit.
Doctrina debet peti à Deo, quia illa datur à Deo, can. ſi quis. diſt. 36.
ex Doctrina liberalium artium, quandoque declarantur diuina mandata, can. De quibuſdam, diſt. 37.
Doctrinam prauam ſeminantes debent commoneri ne id faciant: qui ſi ſe non correxerint, debent ſeparari à communione aliorum, can. illud, ſane, 24. q. 2. 3.

Reliqua in verbo, Scientia.

DOCVMENTA dicuntur probationes, & inſtrumenta: quia docent, & inſtruunt, ac informant quid facere debeat iudex, gl. pe. in add. in cap. quamuis, 14. De electione.

Reliqua in verbo, Inſtrumentum. Probatio;

DOGMA eſt, quod conſiſtit in doctrina fidei Chriſtianæ, gl. 2. in ſumma, diſt. 3.
Dogma cum g eſt doctrina in fide: ſed doma ſine g eſt angulus: vnde illud, ſedebat domate domus, gl. fi. in can. latis, diſt. 96.

Reliqua in verbo, Fides, 4.

DOLVS & negligentia æquiparantur, cap. ſi autem. De reſcript. 1
Dolus & negligentia impetrantis reſcriptum præſumitur, ſi ſteterit per annum quod non vtitur illo, ſi copiam iudicis habere potuit, gl 2. ibid.
Dolus vel fraus non debet alicui patrocinari, can. ſedes Apoſtolica, 25. & can. ex tenore, 26. eod.
Dolus & fraus ſunt diuerſa, d. cap. ſedes Apoſtolica, & d. cap. ex tenore.
Dolo facere non dicitur qui rem deſerit, vt litem effugiat, gl. 1. in cap. cum inter, 16. De electione.
Dolus vel malitia grauius punitur, quam negligentia, cap. nihil, 44. eod.
Dolus ſuus nemini debet patrocinari, vel prodeſſe, cap. cum olim magiſter, 33. & ibi gl. fi. De officio deleg. cap. 2. De dolo & cont. cap. pen. in fi. De conceſſ. præbend. gl. 2. in can. dictum, 30. q. 2.
Dolus & negligentia æquiparantur, vbi agitur de poteſtate ſupplenda, cap. ſignificauit, 22. De officio Ordin. & cap. per tuas, 48. De teſtibus.
Dolum facere non videtur, qui fraudem & dolum excludit, gl.

gl. ſi. in cap. ad audientiam. De his quæ vi metuſue cauſ.

Dolus vt vitiet acta, oportet quod ſit magnæ calliditatis, & dans cauſam contractui: neque ſufficit quod eſſet dolus, qui caderet in ſupinum, ſed qui caderet in ſapientem, cap. dilectus, eod.

Dolus non præponderat culpæ, gl. ſi. ibid.

Dolus dans cauſam contractui in ſpiritualibus, & in matrimonio, non vitiat contractum, ibid.

Dolus dans cauſam contractui vitiat contractum: ſecus ſi
2 inciderit in contractum, gl. 2. in cap. 2. De arbitr.

Dolus dans cauſam compromiſſo non reddit compromiſſum ipſo iure nullum, dd. reprob. gl. 2. ibid.

Dolus alienus alteri nocere non debet, gl. ſi. in cap. 1. Vt lite non conteſtat.

Dolo facit qui petit, quod ſtatim reſtituere debet illud, intellige in petitorio: ſed in poſſeſſorio recuperandæ locum non habet, gl. pe. in cap. in literis. De reſtit. ſpoliat.

Dolus præſumitur in delictis, vel male geſtis, actu, vel verbo contra proximum, cap. 1. De præſump.

Dolo petit, quod ſtatim reſtituere debet: ſed hoc non habet locum in debitore iurante ſoluere vſuras, quia prius debet ſoluere, licet poſtea ſtatim repetat, & hoc propter vitandum periurium, gl. 2. in cap. debitores. De iureiur.

Dolus eius deterior cognoſcitur, qui interruptam iterum litem deſeruit, quam qui ſemel cœptam dereliquit, gl. eijcitur, in cap. quemadmodum, 25. De iureiur. gl. relapſi, in cap. excommunicamus, §. ſi. De hæreticis.

Dolo deſinens poſſidere pro poſſeſſore habetur, gl. 2. in cap. pe. De exceptio.

Dolus procuratoris non nocet domino, gl. 1. in cap. conſtitutus. De conceſſ. præbend.

Dolus dans cauſam contractui bonæ fidei, veluti dolo induxi te ad vendendum rem, aliàs non venditurum, non tenet contractus, gl. ſi. in cap. cum dilectis. De empt. & vend.

Dolus ſi incidat in contractum bonæ fidei, vt quia venditurus eram rem, ſed dolo tuo minus vendidi, vel per dolum meum plus emiſti, tenet quidem contractus ſed agitur ad ſupplementum pretij reſidui, ibid.

Dolus ſi non dat cauſam contractui bonæ fidei, nec inci-
3 dat in contractum, ſed deceptus ſim in venditione vltra
dimidium iuſti pretij, tunc in arbitrio emptoris eſt, vtrum reſtituat rem recuperato pretio, vel ſuppleat iuſtum pretium, ibid.

Dolus dans cauſam contractui ſtricti iuris tenet contractus, ſed agens ex eo eliditur ope exceptionis, ibidem.

Dolus dans cauſam contractui bonæ fidei non per contrahentes, ſed per interpoſitam perſonam, tenet contractus, ſed datur actio de dolo contra mediatorem, ibid.

Dolus ſuperueniens in ſpiritualibus reſcindit contractum, gl. niſi dolo, in cap. in noſtra. De ſepultur.

Dolus aduerſarij in ſpiritualibus non vitiat contractum, gl. ſalſa, in cap. ex parte. De conuerſ. coniugator.

Dolus in ſpiritualibus non reſcindit contractum, niſi mulier non continuit: ſecus ſi continuiſſet, cap. veniens, 26. & ibi gl. 3. eod.

Dolus aduerſarii non vitiat in ſpiritualibus contractum: quia talis dolus bonus dolus eſt, & dolus bonus non prohibetur, & per talem dolum non decipitur quis, nec ad malum inducitur; imò conditionem ſuam facit meliorem, & ideo non vitiat contractum, gl. ſpes, ibidem.

Doli replicatio datur contra doli exceptionem, cap. intelleximus. De adulterijs.

Dolus cum dolo compenſatur, cap. intelleximus, & ibi gl. probatione. De adulter.

de Dolo & fraude non debet quis commodum reportare, cap. tuas, 13. De vſuris.

Dolus non præſumitur circa litteras, quæ de facili obtinentur, cap. pen. & ibi, gl. 1. De crimine falſi.

4 Dolum allegans ex perſpicuis indicijs probare debet: ſi tamen aliter probare velit ignorantiam, auditur, d. gl. 1. ibid. & gl. coniecturas, in cap. 2. De renunc. lib. 6.

Dolum ſuum quemquam releuare non eſt æquum, gl. ſi. in cap. pe. De colluſi. deteg.

Dolus non ex præſumptionibus, ſed ex perſpicuis indicijs probari debet, gl. vel procurauit, in cap. inter dilectos. De exceſſ. Prælat.

Dolum vel fraudem allegans tenetur probare dolum, vel fraudem, ibid.

Doli capax poteſt peccare, gl. 1. in cap. omnis. De pœniten. & remiſ.

Dolus & negligentia quandoque priuant aliquem de iure ſuo, cap. tibi qui. De reſcript. lib. 6.

Dolus non debet præſtare commodum doloſo, cap. ſtatuimus, 33. De officio deleg.

Dolus præponderat culpæ, gl. commentum, in cap. 1. De reſtitutione in integr. lib. 6.

Dolus & negligentia æquiparantur, gl. ſi. in cap. cum ab eo. De appell. lib. 6.

Dolus malus eſt omnis calliditas, fallacia, machinatio ad circumueniendum, fallendum, decipiendum alterum adhibita, gl. s. in reg. ſcienti, 27. De reg. iuris lib. 6.

Dolo facit, qui petit quod reſtituere debet: non habet lo- 5
cum in poſſeſſorijs iudicijs, ſed in petitorijs: item verum eſt, quando eidem à quo petitur reſtitui debet: ſecùs ſi alij, gl. s. in reg. cui licet, 52. eodem.

Dolus deterior cognoſcitur eius, qui iterato committit, quàm qui ſemel deliquit, gl. ſecundo, in extrauag. cum ad ſacroſanctæ. Ioann. 22.

Dolum obijciens debet illum probare, gl. pe. in can. eum qui. diſt. 50.

Dolus, metus, & violentia æquiparantur, quoad reſtitutionem ablatorum, conditione canonis *reintegrandæ*, gl. pe. in can. reintegrandæ, 3. q. 1.

Dolus non remittitur generali renunciatione, gl. 1. in can. conſiderandum, 16. q. 7.

Doli capax, ſicut poteſt ſe obligare Diabolo, & multo fortius Deo; vnde doli capax voto obligatur, gl. s. in ſumma, 20. q. 1.

Dolus licet dederit cauſam contractui, vt quia deceptus atque illectus quis ab Abbate, vel à monachis ſuſceperit habitum monachalem; non tamen ob id dicitur deceptus, cum in eo ſe Chriſto conjungere dicatur, gl. 2. in can. ſi. 20. q. 3.

Dolus non reſcindit matrimonium, ibid.

Dolus contra hoſtem bonus: ſicut è conuerſo quædam diſſimulare poſſumus, gl. 1. in can. vtilem, 22. q. 2.

Dolus vel ſimulatio ad fallendum ſemper eſt malus, ibid.

Dolus contra hoſtem licite poteſt fieri, gl. 1. in can. vt pridem, 23. q. 8.

Reliqua in verbo, Actio, n. 4. 5. Allegans, n. 1.
Fraus. Negligentia. Contractus, 6. 7.
Poſſidere, 1. 3. 4.

DOLOSE dicitur quis facere, qui ſcienter facit rem ſibi prohibitam, cap. ſi compromiſſarius, 37. §. ſi vero. De electione, lib. 6.

in Doloſi & fraudulenti pœnam quandoque irritantur literæ, aliàs validæ, cap. ex tenore. De reſcript.

Doloſe quod agitur in re modica, non præſumitur, gl. 1. in cap. pen. De crimine falſi.

Doloſa perſuaſio plus eſt, quàm violenta, gl. 1. in reg. ſcienti, 27. De reg. iuris, lib. 6.

Reliqua in verbo, Fraus. Negligentia.

DOMESTICVS & commenſalis iudicis poteſt eſſe aduocatus alterius partis, neque ex hoc iudicandus eſt ſuſpectus, cap. 1. De officio iudicis.

per Domeſticos facilius quàm per alios, probantur illa quæ domi fiunt, gl. maiores, in cap. ſi. §. ideo. De officio Archidiaçon.

Domeſtici teſtes appellantur proprie, quibus imperari poteſt, ratione patriæ vel dominicæ poteſtatis, gl. pe. in cap. in literis, 24. De teſtibus.

Domeſticorum ſuorum curam non habens fidem negaſſe dicitur, gl. de familia, in cap. cum voluntate, 54. §. ſi. De ſentent. excommun.

Domeſtica dicitur vxor, cum ſit de familia viri, gl. 1. in ſumma, 3. q. 5.

Domeſtici ſunt libertus, colonus, adſcriptitius; item qui ſunt de familia alicuius: ſiue ſint liberi, ſiue non, ibid.

Domeſtici dicuntur, qui ſunt in eiuſdem poteſtate; item propinqui, ibid.

Domeſtici non poſſunt produci teſtes, in ſumma, & ibi, gl. s. 3. q. 5.

Reliqua in verbo, Teſtis, 41.
Aduocatus, 1.

DOMICILIVM non facit poſſeſſio ſola domus, quæ in 1
ciuitate alia comparatur, gl. domicilium, in cap. dilectus, 29. De reſcript.

Domicilium poteſt quis habere in pluribus locis, dummodo ſe in vtroque æqualiter collocaſſe videatur, ibidem.

Domicilium habere dicitur quis, vbi maiorem partem rerum ſuarum poſſidet, & aſſidue conuerſatur, & ibi debet reſpondere: vel etiam vbi vendit, emit, contrahit, & feſtos dies celebrat, ibid.

Domicilium quis ſortitur ratione domicilij, d. cap. dilectus, & ibi, gl. 1.

Domicilium contrahitur ex ſola commoratione in loco, vt poſſit ibi conueniri, etiamſi ſit clericus, cap. quod clericus. De foro comp.

Domicilium dicitur ſortiri quis, vbi habet larem, vel communem habitationem, vel maiorem partem bonorum, cap. ex parte, eodem.

Domicilium poteſt quis habere in diuerſis locis, gl. complices, ibid.

Domicilii dumtaxat ratione, ſubditus deſinit eſſe ſubditus, & efficitur de iuriſdictione alterius, ex translatione domicilij, cap. propoſuiſti, eod.

Domicilij ratione ſortitur quis forum, & ibi conueniri poteſt, cap. ſi. & ibi, gl. 3. eod.

Domicilium poteſt quis habere in pluribus locis, putà ſa-
cerdos

eiuſdem habet domicilium in loco domicilij; item in loco patrimonij, d. gl. 3. ibid.
Domicilium mutare cuilibet licet, cap. fi. & ibi, gl. 1. De parochijs.
2 Domicilium habere dicitur quis, vbi habitat, gl. 2. ibid.
Domicilio tranſlato ſubtracti ſunt habitatores priſtinæ iuriſdictioni, ibid.
Domicilium habere dicuntur ſenatores in vrbe; retinent tamen ius in prouinciis, vnde ſunt oriundi, quoad honores, ibidem.
ex Domicilij conſtitutione habet Epiſcopus iuriſdictionem Epiſcopalem in conſtituentem, cap. fi. eod.
Domicilia plura poteſt quis habere, & quoad vnum forum poteſt quis cenſeri vno iure, & quoad alium alio, gl. 2. in cap. cum capella. De priuilegijs, & gloſ. eiuſdem, in cap. ſtatutum, §. cum vero. De reſcript. lib. 6.
Domicilium habere ſemper non cenſetur quis in loco beneficij, cum, vt diuerſum ponatur, habere beneficium & habere domicilium, cap. cum nullus. De tempor. Ordin. lib. 6.
Domicilium retinere quis dicitur ibi, vnde oriundus eſt, gl. oriundus, ibidem.
Domicilium poteſt quis habere in pluribus locis; quod verum eſt, ſi in vtroque æqualiter ſe collocauit, gl. domicilium, ibidem.
Domicilium habere quis dicitur ibi, vbi maiorem partem rerum ſuarum habet: aliàs, ſola domus poſſeſſio, quæ in alia ciuitate comparatur, domicilium non facit, gl. domicilium, ibid.
Domicilium habere poteſt quis in pluribus locis, gl. domicilium, in cap. præſenti, 34. De præbend. lib. 6.
3 Domicilium habere, & domus habere paria ſunt, quoad hoc vt quis dicatur curialis, d. cap. poſſuor, §. idem vſt.
Domicilium quis retinet, & ſortitur in loco ſuæ originis, d. cap. præſenti, §. ſane.
Domicilia plura poteſt quis habere in pluribus locis, cap. 2. & ibi gl. domicilia. De ſepultur. lib. 6.
Domicilio carere poteſt quis, & eſſe ſine eo, vt ſi relicto domicilio nauiget quis, vel iter faciat quærens quo ſe collocet, d. gl. domicilia.
Domicilium transferre non dicitur ille, qui transfert ſe ad certum locum ad tempus, ex cauſa limitata, cap. is qui, eodem.
Domicilij iudex poteſt iniungere, & remittere ſubditum ad reſpondendum in cauſa, coram iudice contractus, delicti, vel rei ſitæ, cap. 2. De priuileg. lib. 6.
in Domicilij loco poteſt quis conueniri de contractu, delicto, vel re alibi ſita, vel geſtis; dummodo aliàs iudex domicilij ſit eius iudex, ibid.
In Domicilij loco quicumque reperitur, præſumitur ab aliis locis ex cauſa probabili fore abſens: & è contra abſens à loco vbi reſidere tenetur, præſumitur malitioſe eſſe abſens, niſi aliud conſtet, gl. vagandi, in extrauag. execrabilis. Ioann. 22.
Domicilium habere dicitur quis regulariter in loco originis, quoad honores, & quoad munera, gloſ. commorantur, ibidem.
Domicilium dicitur quis ſortiri propria ratione originis, quantum ad hoc, vt ibidem ordinari poſſit, licet pater & auus alibi nati fuerint, can. de ſeruorum, diſt. 54.
Domicilium large dicitur quandoque habitatio, gl. domicilium, in can. pen. §. hæc de præſcriptionibus, 16. q. 3.

Reliqua in verbo, Clericus, 23. Conueniri. Forum. Delictum, 2. Beneficiatus, 6. Laicus, 5.

DOMINICIS diebus, & aliis feſtis præcipuis, ſeu etiam his diebus, in quibus legitima ieiunia celebrantur, non debent agi placita ſæcularia, vel cauſis, can. 1. 2. & ſi 15. qu. 4.
Dominico die lauacrum non eſt prohibendum, can. peruenit. De conſecrat. diſt. 3.
Dominicis diebus, etiam quadrageſimæ, non eſt ieiunandum, can. ieiunium, §. nequis. De conſecra. diſt. 3.
Dominico die nihil aliud eſt agendum, niſi Deo vacandum, nullaque operatio in illa die ſancta agatur; & niſi in hymnis, pſalmis, & canticis ſpiritualibus dies illa tranſigatur, cap. ieiunia. De conſecr. diſt. 3.

Reliqua in verbo, Dies. Feria.

1 **DOMINVS** ſi ratificauit geſta per procuratorem falſum, non poteſt vlterius contradicere, gl. procurator, in cap. ex parte. 33 De reſcript.
Dominus poteſt retinere operas ſpirituales in ſeruo, quem manumiſit ad clericatum; ſed non poteſt retinere obſequium temporale, niſi in ſeruo, quem manumiſit non ad ordines, ſed vt remaneret laicus, cap. nullus, & ibi gl. 2. De ſeruis non ordin.
Dominus ſi non contradicat facto procuratoris excedentis fines mandati intelligitur ratum habere, cap. cum olim, 32. De officio deleg.
Dominus vel ſuperior olim ſemper præſumitur dominus vel ſuperior, niſi probetur liberatio, cap. præterea. De tranſactio.
Dominus ſi eſt largus diſpenſator, eius famulus non debet eſſe tenax, gl. in humaniorem, in cap. fi. eodem.
Dominus ex eo quod dominus ſit, non præſumitur poſſidere, cap. olim inter, 17. De reſtit. ſpolia.
Dominus olim, & hodie præſumitur dominus, gl. diutius, in cap. cum ad ſedem, eod.
Dominus poteſt agere pro hominibus ſuis, quamuis liberis, putà pro furto ipſis commiſſo, cap. licet. De probatio.
Dominus ſi à vaſallo recepit feudum in pignus, abſtinendo ab eius ſeruitio, non tenetur fructus computare in ſortem, quando dominium vtile, quod habebat vaſallus, eius voluntate dando in pignus, domino conſolidatur cum dominio directo, quod habet dominus vaſalli, cap. 1. & dd. reprob. gl. 8. De feudis.
Dominus conſentiens alienationi factæ de re ſua ſibi præiudicat, cap. nuper. De donatio. inter virum.
Domino Deo, ſub inferiori habitu in hac vita famulari ſanctius eſt, quam alta appetendo indebite, damnabiliter miniſtrare, gl 2. in cap. pe. De homicid.
Dominus quandoque non poteſt rem ſuam in alium transferre, gl. remiſſione, in cap. ſtatutum, §. ſi quid. De reſcript. lib. 6. 2
Domini temporales prohibentes ſubditos, ne cum perſonis Eccleſiaſticis contrahant, vel communia obſequia exhibeant, ipſo facto ſunt excommunicati, cap. fi. De immunit. Eccleſ. lib. 6.
Domini terrarum appellatione comprehenditur eius diſtrictus, cap. pe. eod.
Dominus non poteſt remittere ius ſubditis, gl. ſi. in cap. authoritate. De priuileg. lib. 6
Dominus ſerui, qui dedit noxam, compellitur emendare noxam datam à ſeruo, vel ipſum ſeruum dare pro noxa, gl. 2. in reg. ſine culpa, 23. De reg. iuris.
Dominus non tenetur de facto ſuorum, niſi præſtet eis ſubſidium ad illud, clem. paſtoralis. De re iudic.
Dominus, qui habet agrum, habet etiam vineam, & domum amplam, in qua ſunt manſiones multæ, clem. ne in agro, & ibi gl. 2. De ſtatu monachor.
Dominus temporalis poteſt & debet ſe opponere pro conſeruando iure ſuorum ſubditorum, gl. ſuorum, in extrauag. Eccleſiæ. Ioann. 22.
Dominus temporalis inuitis ſubditis non poteſt alteri ſe ſubijcere, ibid.
contra Dominum temporalem opprimentem iura ſui ſubditi, poteſt quis mouere guerram, ſi requiſitus iuſtitiam de illo facere negligat vel recuſat, gl. ſuorum, in extrauag. Eccleſiæ Romanæ. Ioann. 22.
Dominorum temporalium dicuntur terris, ratione iuriſdictionis, gloſ. & locis, in extrauag. ad noſtri Apoſtolatus. Ioannis 22.
Dominus licet ſit quis ſuorum actuum per naturalem libertatem arbitrij, non tamen dicitur ſuorum membrorum, vt illorum æſtimationem facere poſſit, cum illa æſtimationem non recipiant, gl. dominus dicitur, in extrauag. exijt qui ſeminat. Ioann. 22.
Dominus occidens ſeruum ſuum, vel alienum, æque puniri debet, gl. 1. in can. ſi qua fœmina, diſt. 50. 3
Domino permittitur modica caſtigatio; vnde ſeruus poteſt conqueri de domino, ſi ſæuiat in ipſum, ibid.
Dominus rei poteſt vſum rei immutare in melius, inuito vſufructuario, gl. an non, in can. monaſterium, 16. q. 7.
Domino ſuo non debet quis parere in atrocioribus, gl. 1. in can. 2. 22. q. 5.
Dominus non poteſt facere iniuriam ſeruo ſuo, gl. melius, in can. ſi Eccleſia, 23. q. 4.
Dominus interficiendo ſeruum ſuum, æque punitur ſicut interficiendo liberum hominem, ibid.
Domina accuſata de adulterio ſeruos manumittere non poteſt, & hoc ideo, vt per eos veritas poſſit inquiri, gl. inhibemus, in cap. quia plerique. De officio Ordinar. lib. 6.
Domina rei efficitur Eccleſia, ex priuilegio, etiam nondum ſe tradita, gl. 2. in can. moderamine, 16. q. 1.
Dominus vobiſcum quod dicitur in celebratione Miſſæ, ſumptum fuit ex veteri teſtamento; ſic enim legitur Booz ſalutaſſe meſſores ſuos: & verba illa *& cum Spiritu tuo*, ex Epiſtola Pauli ad Timotheum ſumpta fuerunt, gl ſi. in can. hoc quoque. De conſecrat. diſt. 2.

Reliqua in verbo, Iuriſdictio, 3. 4 5. Eccleſiaſtica, 4. Famulus. Familia. Familiaris. Prælatus. 9.

DOMINIVM & poſſeſſionem rei, ſine ſolemnitate legali, poteſt acquirere Eccleſia ex conſuetudine, cap. 2. De conſuetud. 1
Dominium adipiſcitur Eccleſia, licet non apprehendat poſſeſſionem rei ſibi collatæ: quod ſecus eſt in priuato, gl. ſi. ibid.
Dominium probans de præterito præſumitur & hodie habere illud, gl. vltimo, in cap. Eccleſia ſuntina. De cauſa poſſ. & propr.
ad Dominium probandum, & quod pro domino habeatur quis, ſufficit probare, quod ille à quo habuit cauſam,

iura

fuit dominus, gloſ. diutius, in cap. cum ad ſedem. De reſtit. ſpoliat.
Dominium non ita de facili perditur, ſicut poſſeſſio, ibid.
Dominium probare difficile eſt, cap. ſæpe, eod.
Dominij effectus eſt ipſa poſſeſſio, & eius commodum: vnde amittens poſſeſſionem videtur in effectu amiſiſſe dominium, quando non poteſt probare dominium, ibid.
Dominia rerum ne eſſent incerta, introducta fuit præſcriptio, cap. vigilanti, & ibi gl. ſequitur. De præſcript.
Dominium ſiue titulus non poteſt haberi ex diuerſis cauſis: quia quod meum eſt ex vna cauſa, ex alia non poteſt fieri meum, cap. pen. eod.
Dominium quæritur abſenti, quando dans vel accipiens hoc intendit: ſed ſi neuter hoc intendit, non acquiritur dominium abſenti, gl. 1. 1. in fi. in cap. accedens, 24. De præbend.
2 Dominium vel poſſeſſio non acquiritur per geſtorem negotiorum, ibid.
Dominium ex vna tantum cauſa acquiritur: ſed traditio rei, ſeu poſſeſſio ex pluribus cauſis, gl. quod meum, in cap. inter dilectos. De fide inſtrum.
Dominij ſui plures titulos ſi quis alleget, cum hoc eſſe non poſſit, ſuccumbet: ſecus ſi ratione vnius egit, & obtinuit: & ratione alterius poterit excipere, d. gloſ. quod meum.
Dominium perditur per ſententiam, gl. pen. in cap. propoſuit. De conceſſione præbend.
Dominium rei legatæ tranſit in legatarium à die aditæ hæreditatis, gl. medietatem, in cap. Raynutius. De teſtam.
Dominium fideicommiſſi ſingularis, ſine aliqua reſtitutione, tranſit in fideicommiſſarium ſingularem, ſicut in legatarium dominium rei legatæ, gl. quæcumque, ibid.
Dominium fideicommiſſi vniuerſalis non tranſit in fideicommiſſarium vniuerſalem, niſi facta reſtitutione, ibid.
Dominium alicuius rei, quam quis tenere non poteſt, recte tamen poteſt acquirere, cap. 3. De ſtatu monachorum.
Dominium licet transferatur in Eccleſiam ex ſolo titulo: tamen non transfertur, niſi corporaliter apprehendatur, cap. paſtoralis. De priuileg.
Dominium rerum Eccleſiaſticarum apud Eccleſiam eſt, hoc eſt congregationem fidelium, cuius caput eſt Chriſtus: pauperum tamen ſunt bona Eccleſiaſtica, quoad ſuſtentationem, & clericorum quoad adminiſtrationem, gloſ. ipſarum, in cap. 2. & ibi addit. De reb. Eccleſ. non alie. lib. 6.
3 Dominium quandoque transfertur ex inuiſili contractu, gloſ. præſcribendi, in d. cap. 2. De rebus Eccleſ. non alienan. lib. 6.
Dominium rerum, quibus fratres minores vtuntur, eſt penes Papam, cap. exijt, §. ad hoc cum fratres. De verb. ſign. lib. 6.
Dominium vel actio alicuius rei ſine proueniat de iure gentium, vel ciuili, per ſtatutum poteſt tolli cum cauſa, puta propter delictum; ſed ſine cauſa non poteſt, ſaltem de iure ciuili, gl. proximi, in clem. 1. De vſuris.
Dominium temporale quandoque etiam clerici habent, gl. 1. in clem. 2 De pœnis.
Dominium rei donatæ Eccleſiæ ſine traditione, tranſit in Eccleſiam, gl competit, in extrauag. execrabilis. Ioann. 22.
Dominium rei legatæ in vltimis voluntatibus ſine traditione tranſit in legatarium, ibid.
Dominium rei profanæ regulariter non transfertur ſine traditione, ibid.
Dominium rerum, quæ peruenieban: ad fratres minores, retentum ab Eccleſia Romana, ſimplici vſu facti reſeruato fratribus ex Decretali *exijt qui ſeminat. De verb. ſignific. lib. 6* refutat Ioannes 22. probans eos non poſſe habere in re aliqua ſimplicem vſum facti, & conſtituit de cætero nullum ius, nullumque dominium habere Eccleſiam Romanam in rebus, quæ in pollerum conferuntur fratribus, extrauag. ad conditorem. Ioann. 22.
4 Dominia rerum de iure gentium ſunt, gl. declaramus, poſt med. in extrauag. cum inter nonnullos. Ioann. 22.
Dominium transfertur ex oblatione, & non ex pollicitatione: quia ſimplex votum dominium non transfert, licet perſona vouentis obligetur, quia ibi conſenſus ſolum vnius ſcilicet vouentis ab initio interuenit: ſecus in oblatione, quæ de ſui natura ſupponit conſenſum offerentis, & oblationem recipientis, gl. alſerit ibid.
Dominium Eccleſiæ apud Eccleſiaſticas perſonas eſt, gl. ius ad rem, in extrauag. ſedes Apoſtolica. De officio deleg. inter communes.
Dominia rerum, & ſic *meum & tuum* ſunt de iure humano, & non de iure diuino, can quo iure, diſt. 8.
Dominium dictio ponitur quandoque pro poſſeſſione: & è conuerſo poſſeſſio pro dominio, gloſ. 1. in can. volumus, 16 q. 4.
Dominium non ita facile perditur, ſicut poſſeſſio: nam licet aliquis dominus nolit eſſe dominus alicuius rei, non ideo perdit dominium: ſecus eſt in poſſeſſione, gl. voluntate, in can. matrimonium, 27. q. 2.
Dominationis amor quos inualit, iugum diſciplinæ fecit reſpuere, gl. religioſorum, in extrauag. execrabilis. Ioann. 22.

Reliqua in verbo, Concedo. Proprietas.

DOMVS Dei decor ſeruandus eſt, hoc eſt Eccleſiæ, cap. 8 cum decorem. De filijs presbyter.
Domum conſtruere, vel pingere ſuis manibus ſi teſtator aliquem iuſſerit, is non poteſt per alium facere id: quia illud in perſonam illius concluſiſſe videtur, gl. vt perſonaliter, in cap. fi. §. is autem. De officio deleg.
Domi quæ fiunt de facili, per alios non explorantur, gl. canonicos, in cap. veniens, 38. De teſtibus.
Domus vna poteſt diuidi in duas, & de cætero non erunt vna domus, gl. pe. in cap. ruæ fraternitatis, 20. De præbend.
Domo legata non venit hortus, niſi exprimatur: & intellige quando hortus non cohæret domui, cap. Raynutius. De teſtam.
de Domo vel templo loquens diſpoſitio non debet extendi ad porticum domus, vel templi, cap. 1. De decimis.
Domus appellatione non venit area vel hortus, licet ſint iuxta domum, cap. 1. De cenſibus.
Domorum appellatione comprehenduntur etiam loca, & habitationes fratrum Eccleſiæ, cap. fi. De pactis, lib. 6.
Domus mea, quæ eſt iuxta te & Seium, ſi debet ſeruitutem Seio altius non tollendi, te inuito poſſum altius tollere: nam quamuis non habeam ius altius tollendi propter ſeruitutem Seij, tu tamen non habes ius prohibendi, gl. titulum, in fi. in cap. 1. De præſcript. lib. 6.
in Domus parte licitum eſt, quod non licet in alia: vt in refectorio non licet monacho comedere carnes, quod licet in alia parte domus, ſaltem cum licentia, gl. regularem, in clem. ad noſtram. De cenſibus.
Domum alicuius non debet quis eo inuito ingredi: faceret 2 enim ei iniuriam, gl. in domo, in clem. cautam electionis. De electione.
Domus columnæ, & marmora etiam, per dominum eius legari, vel in terminos alienari non poſſunt, gl. & ruinis, in extrauag. execrabilis. Ioann. 22.
Domum certam poteſt quilibet priuatus deputare pro colligendis pauperibus: non tamen propter hoc dicitur locus religioſus, gl. oratorijs, in extrauag. ad conditorem. Ioan. 22.
Domui ſuæ benè præpoſitus dicitur ille, qui familiam ſuam bene gubernat verbo, & exemplo, gl. neceſſe, in can. ſicut, §. pe. diſt. 47.
Domus regimen habens, debet vigilare ſuper correctione familiæ ſuæ, can. quantumlibet, diſt. 47.
de Domo ſua poteſt quis aliquem etiam inuitum extrahere, ſi domus ſit ruitura, gl. fi. in ſumma, diſt. 33.
Domus Dei, domus orationis & eſſe, & dici debet, can. 2. diſt. 88.
Domus accipitur pro familia, quandoque pro Eccleſia, gl. 1. in ſumma, diſt. 89.
à Domo tolli columnas prohibitum eſt à lege, gl. columnæ, in can. accuſatio, 2. q. 7.
Domo alicui quod fit, non dicitur factum in publico, can. fi. §. fi. 5. q. 1.
Domum vel aliam rem dans, non videtur dare ei annexa, can. fi. & ibi, gl. 2. 12. q. 2.
Domus laicorum non debent eſſe intra ambitum Eccleſiæ gl. 2. in can. quiſquis, 17. q 4.
Domus clericorum, quæ ſunt intra ambitum Eccleſiæ, gaudent immunitate Eccleſiaſtica, d. can. quiſquis, & ibi, gl. 2.
Domus Imperatoris non poteſt conuerti ad alium vſum, gl. 1. in can. quæ ſemel, 19. q. 2.
in Domo Domini nihil debet eſſe inordinatum, nihilque præpoſterum. Concil. Trid. ſſ. 24. De reform. can. 1.

Reliqua in verbo, Citatio, 7. 9. Citari. Immunitas. Ruina.

DONATISTÆ olim de facili recipiebantur, & de conſuetudine ad primariam etiam recipiebantur, quod abolitum eſt: quia hæretica prauitas inde minus cauebatur, gl. 1. in ſumma, diſt. 12.

Reliqua in verbo. Hæreticus, 6.

Donatio in genere, à n. 1. vſque ad n. 8.
Donatio inter virum & vxorem vel propter nuptias, 9. 10.

DONATIO propter ingratitudinem reuocatur, gl. fi. in 1 cap. fi. De poſtulando.
Donatio facta ab eo qui non poteſt dare, non valet, gl. momenti, in cap. in noſtra. De procuratorib.
Donatio facta ei qui capax non eſt, non valet, ibid.
Donatio omnium bonorum iuramento firmata valet, cap. in præſentia, verſ. verum. De probatio.
Donatio non poteſt conſtitui, niſi in liberam mulierem, & à libero homine, cap. illud. De præſump.
Donatio, quæ facta non eſt ſecundum formam iuris, non valet: nec confirmatio, vel priuilegium, quod eam donationem confirmabat, valebit, gl. donationis, in cap. cum inter, 13. De re iudi.

Donatio facta Eccleſiæ vel monaſterio, tempore ingreſſus, tacitam habet conditionem, ſi ipſe donans ibi perſeuerauerit: vnde eo recedente, reſtituuntur ſibi omnia bona donata: & idem dicendum eſt in monacho, vt illa transferat ſecundo monaſterio, ad quod tranſit, gl. fi. in cap. 3. De clericis coniugat.

Donatio facta Eccleſiæ vel monaſterio ab aliquo, ſine ingreſſu ad eam, ſi poſtea is ſit ingreſſus ad eam, & receſſit, non reuocat donata: quia perfecta donatio amplius non reuocatur, niſi aliqua conditio in donatione expreſſa fuiſſet, ibid.

Donatio poteſt eſſe vitioſa, & tamen quod donum teneat, gl. 3. in cap. dilectus, 27. De præbend.

2 Donatio perfecta non poteſt reuocari, niſi ob cauſam donatarij, gl. 2. in cap. conſtitutus. De conceſſ. præbend.

Donationes perpetuæ, nomine alienationis continentur, cap. tua nuper. De his quæ fiunt à Prælat.

Donationes vel conceſſiones intelliguntur perpetuæ, quando fiunt Eccleſijs, vel collegio, aut vniuerſitati, & non perſonæ: quia Eccleſia vel collegium numquam moritur, gl. fi. ibidem.

Donationes, quæ fiunt perſonis, ſine temporis præfinitione, non dicuntur perpetuæ, ſed durant tantum in eorum vitam, ibid.

Donatio occulta non vitiat donationem, ſi ille cui occulte donatum eſt, ſit capax, gl. occulte, in cap. 2. Vt Eccleſi. benef. ſine diminutione.

Donatio, ſeu ſeruitium, dicitur beneficium, cap. 2. De donatio.

Donatio, quam facit Prælatus inconſulto Capitulo, & in damnum Eccleſiæ, non valet, cap. 2. De donatio.

Donatio rerum Eccleſiaſticarum facta à Prælato, quæ non eſt grauis, non reuocatur, gl. graues, ibid.

Donationes multæ minutatim & per paruas quantitates ſi fuerint factæ à Prælato, ita vt Eccleſia lædatur; ſi appareat, per quam grauetur Eccleſia, illa reuocabitur, ſi poteſt ſeparari ab alijs, per quas non læditur; ſed ſi ſeparari non poſſint, tunc omnes, quæ ſeparari non poſſunt, reuocari poſſunt, d. gl. graues.

Donationem damnoſam Eccleſiæ, etiam cum conſilio Capituli, Prælatus facere non poteſt, gl. pe. ibid.

Donatio facta per Prælatum an valeat, debet attendi quantitas rei donatæ, & loci conſuetudo, cap. 3. eod.

Donatio pura non videtur conceſſio remuneratoria ſeruitiorum, vel obſequij, gl. 2. in cap. perpetuas, eod.

3 Donationem perficere recte poterit ille, qui non poterit inchoare, gl. de nouo, ibid.

in Donationibus pleniſſima fit interpretatio, & ob hoc clauſula oneroſa poſt multas donationes appoſita, primam donationem tantum reſpicit, cap. cum dilecti, eod.

in Donatione quam facit laicus Eccleſiæ, poteſt apponere pactum de ſoluendo certam penſionem hæredibus, & quod res donata incidat in commiſſum, ſi pacta non obſeruentur, ibid.

Donationem à patre factam, non poteſt filius reuocare, ibidem.

in Donationibus, ad intentionem donatoris, vel ſcribentis recurrendum eſt, cap. cum dilecti, & ibi gl. 2. eod.

Donationis verba largiſſime ſunt interpretanda, gl. ad ſuperiorem, ibid.

Donationem in dubio interpretari debemus, vt potius valeat, quam pereat, gl. cathedraticum, in cap. Paſtoralis. De donatio.

Donatio quinquageſimæ vel centeſimæ, quam facit Epiſcopus cum graui Eccleſiæ detrimento poteſt legitime reuocari, nec etiam poteſt vltra quinquageſimam vel centeſimam conferre, etiam ceſſante læſione Eccleſiæ, ſine authoritate ſuperioris cap. Apoſtolicæ, eod.

Donatio vſque ad certam quantitatem vbi prohibetur, non poſſunt fieri plures donationes ſucceſſiue, etiamſi ſingulæ per ſe non excedant ſummam prohibitam, ſi tamen coacervatæ excedant, quia in fraudem legis videntur facere, ibidem.

4 Donationem poteſt facere Epiſcopus, non ſolum de bonis ſpectantibus ad menſam ſuam, ſed etiam ad ipſam Eccleſiam Cathedralem, vſque ad quinquageſimam, vel centeſimam, ceſſante læſione Eccleſiæ, ibid.

Donatio quinquageſimæ vel centeſimæ quam facit Epiſcopus, non præſumitur prima fronte valde damnoſa Eccleſiæ, ibid.

Donationes plures ſi fuerint factæ, quæ coacervatæ excedunt debitum modum, vltimæ donationes debent ſeruato ordine reuocari, in eo quod excedunt debitum modum, gl. reuocari, ibid.

Donatio per donatorem, non per hæredem eius qui tacuit, ob ingratitudinem donatarij poteſt reuocari, ſi donatarius impias manus iniecit in donatorem, vel atroces iniurias ei intulit, vel graue damnum rerum eius, vel vitæ periculum inferre præſumpſit, cap. fi. & ibi, gl. 1. eod.

Donatio ſemel perfecta, non reuocatur etiam prætextu Imperialis reſcripti, d. gl. 1. ibid.

Donatio non reuocatur ex ſola pœnitentia, ibid.

Donatio perfecta poſtea non recipit conditionem, ibid.

Donatio facta liberto, ſola ratione non præſtiti obſequij reuocatur, & eſt mutabile, quia reuocatur empta res ex pecunia donata, ſed libertas non reuocatur ſolo obſequio non præſtito, ibid.

Donatio facta liberto, propter ingratitudinem quibus ex cauſis reuocatur, ex eiſdem libertus Eccleſiæ reuocatur in ſeruitutem, ibid. 5

Donatio facta liberto, reuocatur propter liberos ſuſceptos à patrono, ibid.

Donatio facta extraneo, reuocatur, ſi donatarius non adimpleuit conditionem appoſitam, ibid.

Donatio facta à matre filio, reuocatur tribus tantum cauſis. puta ſi vitæ eius inſidiatus ſit, ſi atroces manus in eam intulerit, ſi totius ſubſtantiæ eius iacturam molitus ſit: alter non fit reuocatio, ibid.

Donatio reuocatur vtili reiuendicatione, vel condictione ex lege, gl. reuocare, ibid.

Donationem reuocandi ius, perſonale eſt: quia non competit primordium huius cauſæ hæredibus donatoris, contra hæredes vel ſucceſſores donatarij, qui hoc in vita ſua tacuit, quia per taciturnitatem videtur remiſſam, gl. fi. ibidem.

Donatio Eccleſiæ, vel alterius iuris Eccleſiaſtici facta à laico, in tantum eſt nulla, quod nec titulum etiam ſufficientem præſcribendi tribuit, cap. dudum, 31. De decimis.

Donatio ſub conditione facta, non tenet niſi adueniente conditione, vel ea impleta, gl. conditione, in cap. verum. De conditione appoſ.

Donatio ſub modo, ſtatim tenet, nec reuocatur, quamdiu modus ſeruatur: modo illo non extante, poteſt reuocari, ſi hoc dictum ſit expreſſe in contractu, vt reuocetur, ſi modus non ſeruetur, ibid.

Donatio ſub modo fit ita, *Dono tibi hoc, vt ſingulis annis hoc facias, vel conſimile aliquid, ſiue vt alimenta mihi præſtes, alioquin reuocetur donatio*, ibid. 6

Donatio ſub conditione fit ita, *dono tibi, ſi hoc feceris*, ibidem.

in Donatione facta Eccleſiæ, poteſt apponi pactum, vt res donata non poſſit alienari: & res tali modo donata, ſcilicet vt non alienetur, non poteſt alienari, niſi quando Eccleſiæ imminet neceſſitas, gl. fi. ibid.

Donatio Eccleſiæ fuit facta per Conſtantinum, cap. per venerabilem, 13. Qui filij ſint legitimi.

Donatio propter ingratitudinem reuocatur, gl. prorſus, in cap. in quibuſdam. De pœnis, gl. per ſententiam, in cap. fi. De præſcript. lib. 6.

Donationis tempore, licet poſſit doti onus imponi, non tamen tempore traditionis, quæ fit ex interuallo, gl. fundatione, in additione, in cap. generali. De electione lib. 6

Donatio cauſa mortis, confirmatur morte ciuili, ſicut & naturali, gl. ſed capitulum, in cap. 3 De ſupplenda negli. Prælat. lib. 6.

Donatio ſeu conceſſio rei, quæ nondum eſt in rerum natura, fieri non poteſt, cap. Abbate ſane, § allegabatur. De re iudicat. lib. 6.

Donatio prædeceſſoris in dignitate, non tranſit ad ſucceſſorem, ſi referatur ad bona, quæ ſunt ſucceſſoris priuati, & non intuitu dignitatis, d. cap. Abbate, §. pro parte.

Donatio facta per regem ſub nomine dignitatis, tranſit ad ſucceſſorem, d. cap. Abbate, §. ſed ad hoc. 7

in Donatione iuris patronatus, facta à laico, non requiritur conſenſus Epiſcopi, ſi fiat loco religioſo, vel Eccleſiaſtico, cap. 1. De iure patron. lib. 6.

Donationes & liberalitates factæ, quæ excedunt legitimum modum, vſque ad legitimum modum valent: ſed non in reſiduo, gl. non obſtante, in cap. fi. De pœnitent. & remiſſ. lib. 6.

Donatio cauſa mortis, non continetur ſub generali verbo donationis, reg. generali, 34. De regul. iuris, lib. 6.

Donatio facta Eccleſiæ Romanæ, in perſona Beati Sylueſtri, à Conſtantino Imperatore, valet irreuocabiliter, clem. Romani, §. porro, & ibi gl. Conſtantinum. De iureiurando, & gl. 2 in can. ego Ludouicus, diſt. 63.

Donatio de ciuitate Romana, villis, & oppidis vicinis, fuit facta ante Ludouicum Imperatorem, gloſ. 2. in can. ego Ludouicus, diſt. 63.

per Donationem factam de ciuitate Romana Eccleſiæ ab Imperatore Ludouico, non læditur imperium, ex quo res redit ad priſtinum ſtatum, ibid.

Donatio Epiſcopi nihil valet, niſi eius ſubſcriptione firmetur, gl. ſubſcriptione, in can. optatum, diſt. 100.

Donatio rei Eccleſiæ facta à laico, & non nomine Epiſcopi, poteſt Epiſcopus confirmare, gloſ. 2. in can. 2. 9. q. 2. 8

Donatio perfecta non recipit conditionem, gl. 2. in can. ſic quidam 10. q. 1.

Donatio poteſt valere pro parte, & pro parte non valere, gl. amplius, in can. ſi quos, 12. q. 2.

Donatio cauſa mortis ſicut firmatur in morte naturali, ſimiliter firmatur morte ciuili, gloſ. fi. in can. placuit, 2. 16. q. 2.

Donatio omnium bonorum facta Eccleſiæ, per natiuitatem filiorum non reuocatur in totum: ſed vſque ad legitimam,

gl.

gl. 2. in can. ſi. 17. qu. 4.

Donatio cum authoritate Epiſcopi facta ipſi Epiſcopo, nulla eſt: quoniam rei propriæ non poterit authoritatem præſtare. gl. ſi. in can. in venditionibus, 17 qu. 4.

Donatio Friderici Imperatoris ante eius depoſitionis ſententiam, facta in fauorem fratrum, & hoſpitalis leproſorum Sancti Lazari Hieroſolimitani, fuit confirmata ab Alexandro 4 extrauag. lecta coram nobis. Alexandri 4.

Donatio confirmatur morte naturali, non ciuili, gl. re integra. in cap. licet vndique, 30. De officio deleg.

Donatio facta inter viuos Prælato ab extraneo, videtur facta contemplatione Eccleſiæ, niſi ex coniecturis præſumatur contrarium, cap. requiſiſti. De teſtament.

Reliqua in verbo, Conſentiens. Ingrediens. Dare. Datum. Querela.

9 **DONATIO** propter nuptias debet redire ad virum ſoluto matrimonio; ſicut dos ad mulierem, gl. dotalitium, in cap. plerumque. De donat. inter virum.

Donatio, quæ conſtante matrimonio inter coniuges dicitur eſſe facta, ex quo alter locupletior, & alter pauperior efficitur, nullam firmitatem habet, niſi morte donatoris confirmetur, cap. ſi. De donat. inter virum.

Donatio conſtante matrimonio facta, euaneſcit, ſi reuocetur a donatore tacite, vel expreſſe: vel ſi, qui donatum accepit, prius moriatur, ibid.

Donatio inter virum & vxorem moribus eſt prohibita, ne mutuo amore inuicem ſpolientur, non temperando à donationibus: ſed profuſa erga ſe facilitate vtentes, gloſ. 1. ibidem.

Donatio nulla eſt, vbi matrimonium tenet, ibid.

Donatio inter ſponſum & ſponſam valet, ſi poſtea matrimonio coniuncti ſunt, gl. 1. & ibi add. marg. ibid.

Donatio valet inter coniuges, ſi donator in eadem voluntate perdurauerit vſque ad ſupremum vitæ exitum, gl. 2. ibidem.

Donatio inter coniuges, quæ legitimum modum excedit, & non fuit inſinuata, vſque ad legitimum modum valebit, ſi permanſit donator in eadem voluntate vſque ad mortem, gl. 1. in cap. ſi. eod.

Donatio inter coniuges, in qua alter non fit pauperior, & alter locupletior. tenet, gl. 2. ibid.

10 Donatio rei alienæ facta vxori valet, ibidem.

Donatio facta coniugi valet quandoque, licet donator fiat pauperior, ſi accipiens non fiat locupletior, vt ſi emerit inde vnguenta, ibid.

Donatio facta coniugi valet quandoque, licet donator fiat pauperior, & accipiens locupletior: veluti, ſi in tempus finiti matrimonij ſit collata: ſed ante tempus res donata non ſit donatario: ſed differtur in tempus, in quo mulier à lege viri ſoluta eſt, ibid.

Donationis inter coniuges reuocatio fit, quatenus donator pauperior, & accipiens locupletior factus eſt, ibid.

Donationis reuocatio tacite fit per diuortium, niſi in diuortio expreſſerit, quod voluerit valere donationem, gloſ. 3 ibidem.

Donationis reuocatio tacite fit, ſi prius qui libertatem acceperit, deceſſerit, quam is qui contulit, ibid.

Donatio inter coniuges, morte illius qui donauit, per ſilentium confirmatur: item valet donatio, ſi ambo coniuges ſimul moriantur, puta naufragio vel ruina, ibid.

Donatio expreſſe reuocatur, cum donator eam reuocat, niſi pœniteat eum reuocaſſe donationem; vt ſupremum eius iudicium ſiue voluntatem ſpectemus, ibid.

Donatio inter coniuges reuocatur expreſſe, ſi maritus ea, quæ donauit, poſtea pignori dedit, vel alij donauit, vel alio modo alienauit, ibid.

Donatio inter parentes & filios prohibita eſt, cum vna perſona intelligantur, niſi in quibuſdam caſibus, ibid.

in Donatione inter parentes & liberos, idem fere dicendum eſt, quod in donatione inter coniuges dictum, ibid.

Donatio ante matrimonium facta a viro mulieri, tenet; niſi fiat & porrigatur in tempus matrimonij: quo caſu non tenet, gl. 1. in cap. 1. De adulter.

Donatio, in quibuſdam rebus, quam facit maritus vxori, valet, gl. pen. in can. fucare. De conſecrat. diſt. 5.

Reliqua in verbo, Dos. Mulier, 13. 14. Maritus, 14. 15.

1 **DONARE** poteſt quis ſe, & omnia bona ſua monaſterio, per modum conuerſionis, licet alter non fiat Monachus: & iſte erit conuerſus monaſterij, cap. in præſentia. De probatio.

Donari non debet incantatoribus: quia quod eis donatur, arti nequiſſimæ donatur, gl. donaret, in cap. etſi quæſtiones. De ſimonia.

Donari non poteſt ſimpliciter res, quæ eſt in dominio alterius: recte tamen poterit ſub conditione, quando redibit ſub dominio donantis, præterea cauſæ licitæ, cap. Abbate ſane, §. allegabatur. De re iudic. lib. 6.

Donare, vel quocumque alio titulo poſſum transferre in alium rem ad meam collationem ſpectantem, vel ius quod in ea habeo, non obſtante detentione alterius, gl. conferre, in cap. licet Epiſcopus. De præbend. lib. 6.

Donare cauſa mortis non poteſt filius, cui conceſſum fuit in genere quod poſſet donare: niſi id expreſſe & ſpecialiter ei fuiſſet permiſſum, gl. 1. in reg. generi, 34. De reg. iur. lib. 6.

Donare dicitur, quod nullo iure cogente conceditur, gl. donatur, in can. ille rex. De pœnitent. diſt. 3.

Donans vel vendens, ſi vſumfructum retinuerit, eum tradidiſſe videtur, gloſ. 2. in cap. cum veniſſet. De reſtit. ſpoliat.

inter Donantem & confirmantem debet eſſe diſtinctio perſonarum, cap. inter dilectos. De fide inſtrument.

Donans aliqua bona alicui monaſterio, vel collegio, tempore ingreſſus: ſi inde recedat, poteſt illa repetere, cap. 3. De cleric. coniugat.

Donans hiſtrionibus, venatoribus, meretricibus, pro eo quod tales ſunt, grauiter peccat, can. donare, & can. qui donatoribus, diſt. 86.

Donator non tenetur de euictione, gl. ſi. in cap. cum ſecundum, & gl. ſi. in cap. inter cætera. De præbend. gl. ſi. in can. præſentium, 7 q. 1. 2

Donator in traditione rei ſuæ, poteſt apponere pactum legibus non improbatum, gl. 1. in cap. verum. De condit. appoſit.

contra Donatorem poteſt agere donatarius actione de dolo, ſi ſcienter ei dedit rem alienam, ibid.

Donator cauere debet donatario de dolo, ne re donata benigne, fraudis conſilio reuocetur, gl. ſi. in can. viſis, 16. qu. 2.

Donatarius donatori naturaliter eſt obligatus ad antidota, gl. gratitudine, in extrauag. ad ſacroſanctæ. Ioann. 22. gl. 1. in cap. cum in officiis. De teſtament.

Donatum ab eo qui non poteſt donare, pro non donato habetur, gloſ. non potuerint, in cap. dudum, 31. De decimis.

Donata Eccleſiæ titulo lucratiuo, in dubio videntur donata pro redemptione peccatorum, & dicuntur in piam cauſam, & pro anima, cap. conqueſtus. De foro compet. 3

Donatæ res à laicis Eccleſiis, aſſumunt naturam aliarum rerum Eccleſiaſticarum, & gaudere debent priuilegiis rebus Eccleſiæ conceſſis, cap. dilectus, 34. De præbend.

Donata res Eccleſiæ ſub modo, ſtatim efficitur Eccleſiæ, nec reuocatur modo non ſeruato; niſi in contractu hoc ſit expreſſum, cap. verum, & ibi gl. 2. De conditio appoſitis.

Donata res à laico non mutat naturam in præiudicium alicuius, gl. ſi. in cap. 2. §. ſi. De decim. lib. 6.

Donatum vel conceſſum ſimul, licet amplius donari, vel concedi non poſſit, vt ius iterum tribuatur; poteſt tamen fieri conceſſio ad cautelam, clem. Romani, §. porro. De iureiur.

Donata vel relicta ad vnum vſum per fideles, per ſolum Papam ad alium vſum poſſunt conuerti, clem. quia contingit, & ibi gl. ſedis Apoſtolicæ. De religioſ. domib.

Donati equi dentem non eſſe reſpiciendum eſt prouerbium Italorum: vel ſecundum alios, quadrupedis dentes donati cernere noli, gloſ. gratuiſe, in clem. ad noſtram. De cenſib.

Donata Eccleſiis à principe, perpetuo videntur donata: & quod ſeruentur, nec alienentur, can. 2. §. hoc ius, 10. q. 2.

Donata res Eccleſiæ, mentis quodam impulſu reuocare volens, crimen ſacrilegij committit, can. ſunt qui opus, 17. qu. 4.

Donatum ſemel ſacro loco, ſi quis retinere contenderit, committit ſacrilegium, ibid.

Donata res vxori propter nuptias non poteſt alienari per maritum, etiam conſentiente vxore, niſi vxor conſentiat poſt biennium ſecunda vice: & quod tantum ſit in facultatibus viri, vt indemnitati vxoris poſſit conſuli, cap. peruenit, & ibi gl. 1. De empt. & vend.

Reliqua in verbo, Confirmare. Dare, Datum. Eccleſia, 5. 7. Legatum. Poſſeſſio, 6.

DONATVS, primo fuit Catholicus, deinde in hæreſim fuit lapſus, cuius hæreſi adhæſerunt Cyprianus & Agrippinus, gl. 2. in can. noli, diſt. 9.

Reliqua in verbo, Donatiſta. Hæreticus, 6.

DONEC dictio, non ſemper implicat, cap. Ioſeph, 5. & gl. ſi. in cap. quod dicitur, 4. De verb. ſignific.

DONVM & munus differunt: munus ex cauſa, donum ex cauſa & ſine cauſa, gl. dona, in cap. 1. De matrim. contracto contra interdict.

Donum an ſit grauatum necne, debent conſiderari circonſtantiæ qualitatis, ſecundum perſonam dantis & recipientis: item conſideratur quantitas muneris, & donationis tempus, cap. etſi quæſtiones, 18. De ſimonia.

Donum cuius frequentius aſpicitur, huius memoria ſtrictius retinetur, clem. 1. De reliqu. & vener.

Dona eorum, qui pauperes opprimunt, non debent à Sacerdotibus recipi, can. oblationes. & can. eorum, diſt. 90.

Dona, quæ extra Eccleſiæ vnitatem habentur, ſunt inutilia, can. teneamus, 56. 1. qu. 1.

Donum Dei pecunia poſſideri non poteſt, can. Eccleſia, §. his itaque, 1. qu. 4.

Reliqua in verbo, Munus. Iudex, 82. 83. 84. Strena.

1 DOS promiſſa per metum, vel ſoluta, non valet tanquam acceſſoria ad matrimonium: nam matrimonia debent eſſe libera, gl. 1. in cap. 2. De his quæ vi metus.

Dos poteſt repeti per vxorem conſtante matrimonio, quando agitur ad ſeparationem thori, propter adulterium commiſſum à viro, cap. 1. Vt lite non conteſt.

de Dote ad matrimonium, acceſſorie & ratione connexitatis ad matrimonium, cognoſcit Eccleſia, cap. accedens, & ibi gl. 1. eod.

in Dotem res datæ poſſunt repeti, ſi matrimonium non fuerit ſubſequutum, quia ſemper ſubintelligitur illa conditio, ſi matrimonium fuerit ſubſecutum de iure & de facto, gl. poſtulauit, in cap. ex parte. De reſtit. ſpoliat.

Dos non poteſt conſtitui niſi in liberis perſonis, gl. donationem, in cap. illud. De præſumpt.

Dos ſoluto matrimonio ſicut debet redire ad vxorem, vel eius hæredes: ita donatio propter nuptias ad maritum, vel eius hæredes: niſi ex pacto de lucranda dote, vel donatione, vel de conſuetudine ſecus obtineat, cap. fin. De donat. inter virum & vxor. gl. 1. in cap. peruenit. De empt. & vend.

Dos tranſit cum onere ſuo ad quemlibet poſſeſſorem, cap. ex literis. De pignor.

Dotis reſtitutio non poteſt fieri, niſi conſtet, quanta fuerit dos, ibidem.

Dotis priuilegium, quod omnia bona mariti ſint tacite obligata, extenditur etiam ad bona paraphernalia, ſi maritus illa adminiſtrat: aliàs non, gl. pen. ibid.

2 Dos Eccleſiæ debet eſſe immunis ab omni tributo, cap. 1. De cenſib.

de Dote Eccleſiaſtica præſtatur ſeruitium Eccleſiaſticum, ibid.

ſuper Dotis reſtitutione poteſt adiri Eccleſia principaliter, matrimonio ſeparato prius, cap. 2. De donat. inter virum.

Dotis fructus qui obuenerunt ante matrimonium, augent dotem ipſo iure: ſed obuenientes poſt matrimonium non augent dotem, nec reſtituuntur, ſed fiunt mariti propter onera matrimonii ſupportanda, gl. 2. in cap. 1. eod.

Dotis cauſa acceſſoria ſiue incidens eſt ad cauſam matrimonii: & qui cognoſcit de matrimonio, cognoſcere poteſt & de dote, cap. de prudentia, eod.

pro Dote ſua, mulier ſoluto matrimonio propter conſanguinitatem, debet agere condictione ſine cauſa, quia cauſa ſecuta non fuit, propter quam dos dabatur, gl. 1. ibid.

Dos hodie ſi conſiſtit in immobilibus, ſoluto matrimonio ilico debet reſtitui: ſi conſiſtat in mobilibus, tunc vſque ad annum ſit reſtitutio, ibid.

Dos ſine matrimonio non poteſt eſſe, gl. 2. ibid.

Dos accedit matrimonio, ibid.

Dotis cauſa ad iudicem Eccleſiaſticum ſpectat, vbi iudex Eccleſiaſticus cognoſcit de matrimonio, ibid.

Dos conſtante matrimonio peti non poteſt, niſi maritus labitur facultatibus, vel diſſipat bona: & tunc cauſa illa agi debet coram iudice ſæculari, quo caſu cauſa dotis eſt principalis, ibid.

Dos nulla eſt, vbi nullum eſt matrimonium, gl. fi. in cap. plerumque. De donatio. inter virum.

Dotem reſtituere tenetur maritus, etiam conſtante matrimonio, ſi incœpit labi facultatibus, & re ſua male vti: imo & ſequeſtrari poteſt dos, cum præſumitur vir eam diſſipaturus, gl. ad inopiam, in cap. per veſtras, eod.

pro Dote dari fideiuſſorem prohibet lex, gl. niſi cautionem, ibidem.

Dos & donatio propter nuptias debent eſſe æquales hinc inde, gl. fin. ad cap. fin. eod.

de Dote & donatione lucranda ſi ſit pactum, illud debet eſſe æquale hinc inde: & ſi non ſit æquale, maior pars lucri ad minorem debet reduci, ibid.

Dos quando conſtituetur ex eo, quia aliquis ſtuprauerit virginem, conſtituitur maior, quàm expoſtulat qualitas ſua, cap. 1. De adulter.

Dotis fructus frequenter non ſufficiunt ad matrimonij onera ſupportanda, cap. ſalubriter. De vſuris.

3 Dotis fructus cedunt lucro mariti propter onera matrimonij, gl. fi. ibid.

Dos dependet à matrimonio, gl. dependentibus, in cap. ſi. De iudiciis, lib. 6.

in Dotis vel donationis propter nuptias alienatione requiritur conſenſus mulieris, cap. licet mulieres. De iureiur. lib. 6.

Dotes vxorum innocentium non confiſcantur propter hæreſim maritorum, cap. decreuit, 14. De hæreticis, lib. 6.

Dos non poteſt eſſe ſine matrimonio, licet matrimonium poſſit eſſe ſine dote: quia dos accedit matrimonio, gl. 1. in reg. acceſſorium, 42. De regul. iur. lib. 6.

Dotis conditio licet per pactum non poſſit fieri deterior: ſi tamen primo fecit mulier pactum, quod hodie redderetur ei dos, deinde fecit pactum quod vſque ad annum, ex quo modo reuerſa eſt conditio dotis ad ſuam naturam, non dicitur deterior facta, gl. 1. in can. ſi. 16. q. 5.

Dotis cauſa perpetua eſt, quia datur eo voto, vt ſemper ſit apud maritum, gl. indiuiduam, in ſumma, 27. q. 2.

Dos in matrimonio debet interuenire ſecundum facultates, & viri nobilitatem, can. nullum, 30. q. 4.

Dos quanta ſit adiudicanda virgini, vel mulieri, in iudicis arbitrio eſt, gl. 2. in can. tria legitima, 36. q. 2.

de Dote conſtituenda & eius quantitate, fuit ſtatutum factum à conſeruatoribus & populo Romano: & illud ſtatutum fuit confirmatum à Pio Quinto, in extrauag. Quoniam nos pluries. Pij Quinti.

Reliqua in verbo, Mulier, 13. 14. Maritus, 14. 15. 16. Matrimonium, 31. Pactum, 5.

DOTALIS rei alienatio non valet ſecundum leges, cap. cum contingat, & ibi gl. 1. De iuretur.

Dotalis rei alienationis prohibitio non eſt perpetua: quia ſi mulier ſecundo poſt biennium conſentiat alienationi, tenet alienatio. gl. 2. ibid.

Dotalis fundus tranſit cum vniuerſitate, gl. fi. in cap. cum Bertholdus, 28. De re iudicat.

Dotales res quando inæſtimatæ dantur marito, ſecuto matrimonio vſucapiuntur pro dote: ſed ſi ſint datæ æſtimatæ, cum tunc dicatur emptio & venditio, vſucapiuntur pro emptore, gloſ. vſucapio pro dote, in can. Raynutius. De teſtam.

Dotalium peculium fructus & fœtus cedunt lucro mariti propter onera matrimonij, gloſ. fin. in cap. ſalubriter. De vſuris.

Dotalium ancillarum partus non cedunt lucro marito, ibidem.

Dotalis rei æſtimatæ periculum pertinet ad maritum: ſecus ſi non fuiſſet æſtimata, ibid.

Dotalis res conſiſtens in numero, pondere, & menſura ſi fuerit data marito, pertinet periculum ipſi marito, ibid.

Dotalis fundus, etiam ſoluto matrimonio, adhuc dicitur dotalis, gl. fi. in cap. quid per, 21. De verb. ſignific.

Dotalium rerum dominium de iure naturali eſt penes mulierem: de iure ciuili autem eſt penes maritum, gl. hunc, can. quod Deo, 33. q. 5.

Dotalium appellantur res paraſernales, ad quarum reſtitutionem tenetur maritus vxori, ſed non adulteræ, gloſ. dotalitium, & ibi addit. margin. in cap. plerumque. De donation. inter virum.

Reliqua in verbo, Maritus, 14. 15.

DORMIENS furioſo comparatur, gloſ. 1. in ſumma, diſt. 6.

Dormiens poſſeſſionem non acquirit, gl. 2. in can. de Iudæis, diſt. 45.

Dormiens ſi fuerit baptizatus recipit characterem: ſi prius habuit propoſitum baptizandi: aliàs non, ibid.

Dormiens ſi occidat, vel mutilet hominem, non incurrit irregularitatem, gloſ. dormiens, in clem. ſi furioſus. De homicid.

Dormiendo multi loquuntur, & aliqua etiam agunt, ibid.

Reliqua in verbo, Amens, Furioſus.

DRACHMA eſt ſiclus, gloſ. 2. in can. denique, 36. q. 2.

DVBITARE non debet Epiſcopus, vel alius, vbi dubitandum non eſt, cap. etſi quæſtiones, 18. De ſimonia.

Dubitare de ſingulis non eſt inutile, gl. 1. in add. in cap. ſolet. De ſentent. excommunicat. lib. 6.

Dubitando qui quærit ea, quæ iura diſponunt, commendandus eſt, can. lator, diſt. 55.

Dubitare pie melius eſt, quàm temere definire, gloſ. fi. in can. pe. 32. q. 7.

Dubitationis ratione quandoque fit, quod aliàs non fieret, gl. facta, in cap. ſuper literis. De reſcript.

Dubitatio probabilis vbi datur, admittitur actus incertus: à principio tamen quando actus recipit perfectionem, debet fieri certificatio, cap. 1. De poſtul. Prælat. lib. 6.

per Dubitationis vnius ſolutionem ſæpe inducitur alia fortior, gl. poſſibile, in clem. ſæpe. De verb. ſignific.

Dubitationis ratione melius eſt ex abundanti aliquid facere, quàm aliquid dimittere, gloſ. fin. in can. quieſcamus, diſt. 42.

Dubitationis ratione melius eſt totum & ſuperfluum facere, quàm nihil facere, vel aliquid omittere, gl. 2. in can. non æſtimemus, 23. q. 2.

Dubitationis ratione fiunt, quæ alias eſſent illicita: item ratione dubitationis vindicare poſſum incertam partem, vel rem: ſed nummos meos non poſſum reiuendicare, ſi ſint mixti cum alijs, ibid.

Dubietatis ratione quandoque aliquid admittitur, quod aliter non admitteretur, gl. fi. in cap. ſacris. De ſepultur.

Dubitabilis caſus quando eſt, ad Papam ſpectat declaratio, cap. 1 De renunciat. lib. 6.

Reliqua

Reliqua in verbo, Obſcurum. Ambiguitas: Indubitatum.

1 **DVBIVM** in deteriorem partem interpretatur, quando id quod interpretatur frequentius accidit, gl. 2. in cap. De electione.

in Dubio ad vicinarum Eccleſiarum conſuetudinem recurritur, gl. fi. in cap. cum olim. De conſuetud.

in Dubijs promptiores debemus eſſe ad abſoluendum, quàm ad condemnandum, gl. præiudicat, in cap. cum inter. De electione.

Dubia in meliorem partem ſunt interpretanda, gl. exonerare, in cap. paſtoralis, 28. De officio deleg.

Dubius euentus non operatur plus quam caſus certus, certitudinaliter certificatus, cap. cum contingat, 36. eod.

Dubium ſtudia diſceptatiui, vbi eius euentus nihil operatur, cap. 1 Vt lite non conteſt.

pro Dubia interpretatione reſcriptorum, ad Papam recurrendum eſt: ſicut & ſuper dubijs priuilegiorum, cap. 1. De ſequeſtr. poſſeſs. & fruct.

in Dubijs ſemper eſt facienda interpretatio benigna, cap. cum tu, 15 De teſtib. cap. ad noſtram, 21. De iureiur.

in Dubijs pro reo iudicandum eſt, gl. 1. in d. cap. cum tu, & gl. 2. in cap. 2 De reg. iuris, in antiquis.

in Dubio, pro libertate, vel pro matrimonio, vel pro teſtamento, quando agitur de inofficioſo teſtamento, iudicandum eſt, gl. fi. in cap. inter dilectos. De fide inſtrum.

Dubia quandoque in deteriorem partem interpretantur, gl. 2. in cap. 2. De clericis non reſid. gl. 2. in can. excommunicatorum, 13. q. 5.

in Dubijs diſpoſitionibus, & donationibus debemus recurrere ad coniecturandam mentem diſponentis, cap. cum dilecti. De donatio.

in Dubia re recurrendum eſt ad rationes naturales, cap. cum ſint, 28. De decimis.

2 in Dubijs ſecurior pars eſt ſequenda, gl. fi. in cap. conſulti, 20. De regular.

Dubium quando eſt, an quis ſit excommunicatus, præſumitur ipſum excommunicatum, vt abſoluatur ad cautelam: & tunc debet abſtinere ratione dubij, ibid.

in Dubijs ſeruanda eſt conſuetudo vicinorum, gl. primo, in cap. ex parte. De cenſibus.

in Dubijs non ſequimur quod maximum eſt, ſed quod minimum, aut medium eſt, ibid.

Dubia recipiunt interpretationem ſecundum quod maior pars facit, ibid.

in Dubijs præſertim in ſpectantibus ad animæ periculum, debemus ſemper tenere quod certius eſt, & quod ſine periculo animæ explicari poteſt, cap. iuuenis, & ibi gl. 1. De ſponſalibus.

ad Dubiorum deciſionem licite recurritur ad nouum & vetus teſtamentum, cap. per venerabilem, 13. Qui filij ſint legitim.

in Dubijs tutior pars eſt eligenda, cap. ad audientiam, & ibi gl. 2 De homicidio, cap. pen. & ibi gl. pen. De cler. percut. cap. illud. De cler. excomm.

in Dubij caſu potius debet quis reputari irregularis, ibidem.

3 Dubium probabile quando inſurgit, quod iure non poteſt probari, iudex debet ſumere plures peritos in illa arte, & ſecundum illorum depoſitionem debet ſententiare, cap. ſignificaſti. 18. eodem.

in Dubijs debemus eligere viam magis tutiorem, gl. in dubio, ibid.

Dubij ratione quis excuſatur in foro iudiciali, ſed in foro pœnitentiæ ſtabitur conſcientiæ, cap. fi. de vſuris.

Dubium excuſat aliquem à delicto, gl. 2. ibid.

Dubia in meliorem partem debent interpretari, ibid. & cap. 2. & ibi gl. 2. extra. De regul. iuris.

Dubij ratione aliquid permittitur, quod aliàs non licet, d. gl. 2. in cap. fi. de vſuris.

Dubia quæ ſunt, quo animo fiant, in tutiorem partem eſt facienda interpretatio, gl. 3. in cap. fi. De purga. cano.

in Dubio verba edicti potius ſunt ſeruanda, gloſ. 1. in cap. quanto. De priuileg.

4 Dubia toria quæ ſunt inter Doctores, ſpectat ad Papam, cap. 1. De bigamis, lib. 6

Dubia verba ſuæ gratiæ, ad Papam ſpectat interpretari, cap. fi De verb. ſign. lib. 6

Dubium & incertum dicitur illud, cuius probatio admittitur, gl. probationem, in extrauag. cum inter nonnullos, Ioan. 22.

Dubia declarare ad Summum Pontificem ſpectat declarare, extrauag. 1. De empt. & vendit. inter communes.

in Dubijs maxime circa fidem, recurrendum eſt ad Sedem Apoſtolicam, can. palam, & ibi gloſ. Catholicæ, diſt. 25.

in Dubijs recurrendum eſt ad exempla maiorum, & aliorum, gl 2. in can. qui de menſa, diſt. 37.

in Dubijs ad originem rei recurrendum eſt, can. ieiunium quatri., & ibi gl de fonte, diſt 76.

Dubia difficilis melius eſt inſoluta relinquere, quàm temerarie definire, can. quæro, 6. q. 2.

in Dubijs ad exempla maiorum recurrendum eſt, can. Lugdunenſis, 9. q. 2.

Dubia efficitur res per litis conteſtationem, vel per oblatum libellum, ſecuta conuentione, vel per Synodalem proclamationem, gl. fi. in can. 1. 16. q. 3.

Reliqua in verbo, Ambiguitas, Obſcurum, Indubitatum, Perplexus.

DVDVM dictio communiter ponit qualitatem de præterito, & remouet de præſenti, cap. 1. De clerico excommunicato.

Dudum dictio quandoque poteſt referri ad magnum tempus, can. dudum 3 q. 6.

DVELLVM clericus offerens, ſuſcipiens, vel ſubſequens, grauiter peccat, cap. 1. De corpore vitiat. ordin.

Duellum ſponte oblatum, & ſuſceptum eſt illicitum, ibidem.

Duellum ſuſcipientes animo ſe defendendi, & non occidendi, ſi nec actualiter occidit, nec mutilauit, non repellitur à miniſtrando in ſuo officio, gl. 1. ibid.

Duella, ſeu monomachiæ prohibita ſunt, cap. pe. Ne clerici, vel monachi.

Duellum nec offerre, nec oblatum ſuſcipere debet clericus aliquo modo, cap. 2 & ibi gl. 1. De clericis pugnant.

Duella & aliæ purgationes vulgares prohibitæ ſunt, cap. 1. De purgat vulgar.

in Duellis, quæ ineuntur ad probandam innocentiam alicuius, non ſemper detegitur veritas: quia vt plurimum ceſſante diuina diſpoſitione, præualet & ingenioſior, cap. 2. eodem.

Duella regulariter etiam de iure ciuili prohibita ſint: permittuntur tamen in quibuſdam caſibus, gl. torneamenta, in extrauag. quia in futurum. Ioann. 22

in Duello certum eſt interuenire peccatum, cum in ipſo quis intendit ad mortem proximi, & Deus tentari videatur, ibidem.

Duellum permittens lex ſuccumbit canoni hoc prohibenti, ibidem.

Duella de iure canonico prohibita ſunt, ibid.

per Duella tentari videtur Deus; nam legitur, *non tentabis Deum tuum*: ergo duella iure diuino ſunt prohibita, ibidem.

Duella ſunt prohibita, & pugnantes in duello ſunt infames, & corpora ibi morientium ſepultura Eccleſiaſtica carent, & excommunicationi ſubiugantur, & afficiuntur pœna quatuor millium ducatorum cameræ Apoſtolicæ applicandorum, extrauag regis pacifici. Iulij 2.

Duellorum vſus deteſtabilis à diabolo introductus, vt cruenta corporum morte animarum etiam perniciem lucretur, ex Concilio Tridentino prohibitus eſt, extrauag. de ſalute gregis. Pij quinti.

Duellum committentes in loco conuento, & ſtatuto tempore, etiamſi nulli patroni ſociyve ad id fuerint vocati, nec loci ſecuritas habita, vel nullæ procuratoriæ literæ, aut denunciationis chartulæ præceſſerint, cenſuris & pœnis omnibus à Concilio Trident. propoſitis tenentur, perinde ac ſi publico & conſueto abuſu ſingulare certamen iniuiſſent. extrauag. ad tollendum. Gregorij 13.

Duellorum vſus à Chriſtiano orbe penitus debet exterminari. Concil. Trident. De reform. ſſ. 25. cap. 19.

ad Duella ſeu ad monomachiam ſi Imperator, ſi Reges, vel Duces, vel alij Domini temporales conceſſerint in terris ſuis locum, eo ipſo ſint excommunicati, & iuriſdictione, & dominio ciuitatis, vel oppidi, vel loci, in quo, vel apud quem duellum fieri permiſerint, quod ab Eccleſia obtinent, intelligantur priuati; & ſi feudalia ſint, directis dominis ſtatim acquirantur, ibid.

Duellum ſeu pugnam committentes, & eorum patrini, excommunicationis & omnium bonorum ſuorum proſcriptionis, ac perpetuæ infamiæ pœnam incurrunt: & homicidæ iuxta ſacros canones puniri debent, ibid.

Duellum committentes, ſi in ipſo conflictu deceſſerint, perpetuo careant Eccleſiaſtica ſepultura, ibid.

in Duelli cauſa conſilium dantes, tam in iure quàm in facto, aut alia quacumque ratione, ad id quemquam ſuaſerint, & etiam ſpectatores excommunicationis ac perpetuæ maledictionis vinculo teneantur, ibidem.

Reliqua in verbo, Clericus, 222. vſque 225. Prælatus, 14.

DVLIA eſt cultus ſeu ſeruitus, quæ debetur homini, gloſ. in deuotionis, in addit. in cap. 2. §. final. De Officio Ordin. lib. 6.

Reliqua in verbo, Seruitus. Obſequium.

DVMTAXAT dictio eſt reſtrictiua, & ſonat idem quod tantum, clem. 1. De ſequeſtr. poſſeſſ. & fructuum.

Dumtaxat dictio denotat limitationem, & taxationem, gl. dumtaxat, in extrauag. ſuſcepti. Ioann. 22.

Reliqua in verbo, Tantum.

DVO diuerſa quando paciſicantur in iure, diſpoſitum in vno 2

exten-

extendatur ad aliud, cap. tranſlato. De conſtitut.

à Duobus dicitur quid fieri, quod fit ab vno, nomine proprio, & nomine alterius habendo eius vices, cap. licet vndique. De officio delegat.

Duorum appellatione comprehenduntur duo, qui vere non ſunt duo, ſed ficte, ibid.

Duarum perſonarum vicem quandoque quis ſuſtinet, cap. 3. & ibi gl. 2. De probat.

Duarum perſonarum vicem poteſt ſuſtinere quis in iuriſdictione voluntaria, & gratioſa: ſed in contentioſa non poteſt, d. gl. 2. ad fi. ibid.

Duo in ſolidum eandem rem eodem modo poſſidere non poſſunt: ſed bene vnus ciuiliter, & alius naturaliter, cap. licet, & ibi gl. eodem modo. De probat.

ex Duobus illatis alterum negans, reliquum affirmare præſumitur, cap. nonne. De præſumpt.

Duo ſi proponantur alicui, negato vno, alterum videtur affirmatum, ibid.

Duas militias, vel duos honores quis habere non poteſt, gl. fi. in cap. præterita. De præbend.

Duo electi ad aliquam dignitatem, ſi compromittant in iudices, poterunt iudices alterum confirmare, & alteri pro bono pacis de prouentibus prouiſionem facere, cap. niſi aſſent, eodem.

Duo ad vnum canonicatum ſi fuerint ſimpliciter recepti, receptio non tenet, etiam interueniente authoritate Apoſtolica, cap. dilectis, 25. eod.

Duo dicuntur multi, gl. 1. in cap. ad noſtram. De rebus Eccleſiæ non alien.

2 Duæ cauſæ quando concurrunt, quarum altera eſt potentior, illa eſt præponenda minus potenti, cap. cum non ſit, & ibi gl. 1. De decimis.

Duabus vijs nemo debet ingredi, cap. ex parte, 25. De regular.

Duobus dominis nemo poteſt ſeruire, nec quiſquam in duas partes claudicare debet, gl. duabus, ibid. & gl. ianaque, in cap. quidam. De apoſtat.

Duo licet æquiparentur in multis, tamen in exorbitantibus diſpoſitio in vno non extenditur ad aliud, cap. quod Dei 5. De ſtatu Monachor.

Duabus vijs non debet quis ire, niſi quandoque ratione officij, cap. quidam, & ibi gl. 2. De apoſtat.

Duo licet ſint connexa, tamen quamuis conſtet de vno, non ſequitur conſtare de alio, gl. 2. in cap. ſignificaſti. De adulter.

de Duabus ſeruitutibus ſi altera remittatur, alia remanet in ſuo ſtatu, gl. fi. in cap. paſtoralis. De priuileg.

Duobus impetrantibus ſuper ſimili prouiſione, ſi non apparet quis prior, præfertur ille, cui collatus eſt canonicatus a Papa alteri etiam præſentato, & prius recepto, cap. duobus. De reſcript. lib. 6.

inter Duos vbi apparet ius obtinendi rem æqualiter, ille qui dicit ſe priorem altero debet probare illud, ibid.

Duobus impetrantibus beneficium per reſcriptum Apoſtolicum, ſi inter eos non appareat de prioritate, præfertur ille qui magis ſolicitus fuit, ibid.

3 Duobus æqualiter ſtantibus, & æqualiter eodem tempore impetrantibus, & ſimul concurrentibus, optio alterutro recipiendi ſpectat ad Ordinarium, & non ad executorem literarum, cap. duobus, & ibi gl. 1. eodem.

Duo ſuper ſimili beneficio impetrantes, in eadem Eccleſia non poſſunt obtinere diuerſa beneficia, niſi in literis id expreſſe contineatur, ibid.

Duo ſi impetrauerint diſſimilia beneficia, potà vnus impetrauit reſcriptum ad dignitatem, alius ad præbendam, vel vnus ad præbendam integram, alius ad mediam: ſi contingat vacare dignitatem, vel præbendam integram, dabitur ei dignitas & præbenda integra, ſi dimidiam, dimidia, gloſ. 2. ibid.

Duo ſi fuerint æquales in gratia, tunc is, qui primo præſentauerit, cæteris paribus debet præferri, gl. 1. in dict. cap. duobus.

Duobus impetrantibus gratiam à Papa, tunc dicitur conſtare expreſſe Papam velle vtrique prouidere, quando in literis appoſita eſt clauſula, *non obſtante ſi pro alio ſcripſerimus*, &c. vel, *non obſtante quod per nos fuerit Eccleſia veſtra grauata*, vel ſimilis clauſula, gl. expreſſe, & gl. pe. ibid.

Duas dignitates, vel perſonatus obtinens poterit retinere ſecundum, non primum, cum vacauerit primum ipſo iure per aſſecutionem ſecundi, gl. pen. in cap. 1. De conſuetud. lib. 6.

Duas dignitates vel perſonatus obtinens, ſi eas retinear, debet carere illis, quia omnia illicite occupauit, gl. fi. ibid.

Duæ perſonæ diuerſæ quandoque eodem iure cenſentur, quando ius fingit illas haberi pro vna, cap. 2. eodem.

Duo cæterna quando in iure communiter reperiuntur pariſicata, ſtatutum in vno illorum extenditur ad aliud, gl. fi. in cap. ſi poſtquam, §. fi. De elect. lib. 6.

Duæ partes totius dicuntur, reſpectu tertiæ, cap. indemnitatibus, 43. §. ſi vero, eod.

Duo vbi poſſunt integraliter & de per ſe facere actum eſt locus præuentioni, cap. pe. eod.

Duobus ſubſtantiuis ſingularis numeri ſimul copulatis iungitur verbum plurale, cap. ſi. De officio vicarij, lib. 6.

Duo vbi permiſcentur, quorum vnus ſit potentior altero, potentius attrahit ad ſe naturam minus potentis, etiamſi minus potens in numero excedat potentius, cap. ſi duo ex tribus. De officio deleg. lib. 6. 4

Duobus quando committitur ſimpliciter exercitium alicuius actus eodem tempore, intelligitur vt ſimul procedant, cap. ſi duo. De procurat. lib. 6.

Duo habiles quando concurrunt ad exercitium alicuius actus, ille obtinebit, qui alium præuenit, ibid.

in Duorum concurſu, quando datur electio ſuperiori, debet eligere magis idoneum, cap. ſi duo, §. ſane, eodem.

Duorum curatorum titulos poteſt quandoque quis retinere: putà obtinens vnum curatum, ſi obtinear aliud curatum, cuius fructus ex gratia Papæ percepit pro debitis Eccleſiæ ſoluendis, non vacat primum per adeptionem ſecundi, interim dum ille percipit fructus illius ex cauſa legitima, cap. ſi tibi, 26. De præbend. lib. 6.

in Duobus curatis ſolus Papa diſpenſat, gl. abſque, in cap. cum ſingula, 33. eod.

Duo ad inuicem cohærentia vbi ſunt, idem iuris eſt in vno quod in altero; ſcilicet quod ſi filij ſint legitimi, & quod vxor ſit legitima, can. ſi quis viduam, diſt. 34.

Duo vbi ſunt ita coniuncta, quod vnum non poteſt haberi ſine altero; qui non habet vnum, nec reliquum, can. ſi iuxta, diſt. 38.

Duo quando ſunt iuncta ſimul fictione iuris, reputantur pro vno, can. ſicut, diſt. 40.

Duos eſſe ſimul melius eſt, quam eſſe ſolum: intellige non in omnibus caſibus, gl. fi. in can. in omnibus, diſt. 81.

Reliqua in verbo, Vnus. Curatus. Beneficium, 27. vſque 39. Impetrans.

DVPLEX delictum poteſt ſurgere ex eodem facto, ſcilicet adulterium & homicidium, can. ſerui, diſt. 53.

Duplici officio non poteſt quis fungi, gl. 1. in cap. fi. De ſortileg.

Duplices homines ſunt maledicti & fugiendi: vnum enim gerunt in corde, & aliud in ore, cap. quidam. De apoſtat.

Duplicitas à canonibus reprobatur, gl. fi. in can. cognouimus, 12. qu. 2.

Duplicitas Deo diſplicet, gl. opus, in cap. maiores, §. ſed ad hoc. De baptiſmo.

Reliqua in verbo, Delictum, 7. 8.

DVX dicitur, qui à principe de Ducatu aliquo inueſtitus eſt, gloſ. Marchio, in cap. fundamenta, §. numquid. De elect. lib. 6.

Reliqua in verbo, Comes. Barones.

E

EDICTIO ſiat priuatiue, ſecundum ſubiectam materiam; veluti emeritum, id eſt ſine merito, cap. 2. De renunciat.

EADEM perſona reſpectu diuerſæ qualitatis poteſt ſuſtinere vicem duorum, etiam in actibus incompaſſibilibus reſpectu vnius qualitatis: nam quod de ſeipſo ad ſeipſum appellatur reſpectu eiuſdem qualitatis, eſt incompaſſibile, cap. a collatione, 51. De appellat. lib. 6.

in Eadem perſona poſſunt concurrere diuerſæ qualitates, diuerſo reſpectu, can. qui Epiſcopus, diſt. 23.

Reliqua in verbo, Perſona.

EBRIETAS parit vitium libidinis, & mentis exilium inducit, cap. à crapula. De vita & honeſtat. cleric.

Ebrietas dicitur, quantum ad ſuperfluitatem potus: & dicitur ab è, quod eſt ſine, & bria quod eſt menſura; vnde ebrius eſt, qui ſine menſura bibit, gl. 1. ibid.

Ebrietas aſſidua eſt peccatum mortale, gl. 1. in cap. 2. De reliquijs & vener.

Ebrietas non aſſidua vel conſueta eſt peccatum veniale, ibidem.

in Ebrietate non poteſt quis demereri, nec meritum augere, gl. pen. ibidem.

Ebrietatis delictum per ſe non eſt dignum priuatione beneficij, cap ſi conſtiterit, 32 De accuſat.

Ebrietas dicitur peccatum mortale, quando committitur aſſidue & continue, can. vnum, §. alias ea, diſt. 25.

Ebrietas quandoque eſt mentis obliuio, & hæc eſt pœna, & non eſt aliquod peccatum: quandoque dicitur ſtudium ad inebriandum ſe, & hoc eſt peccatum mortale: & quandoque eſt frequens actus bibendi, & tunc eſt veniale, gl. ebrietas, ibidem.

ex Ebrietate inducitur mentis alienatio, can. ſexto die, diſt. 35.

Ebrietas ignorabatur in principio generis humani, ibid.

Ebrietas vitanda eſt, can. ſane dicimus, 35. qu. 2.

Ebrietas ex ſe tantum, eſt peccatum veniale, gl. fi. in can. ebriauerunt, 15. qu. 2.

Ebrie-

Digitized by Google

Ebrietatis fructus ſunt, libido & furor. can. venter, diſt. 35.
Ebrius dicitur furioſus, ibid.
Ebrii delinquentes veniam delictorum habent, quia ignorantes illa cenſentur committere, can. ſane diximus, 15. quæſt. 1.
Ebrii, & qui nimio vino indulgent, & iacent ſepulti, neſciunt quid loquantur, ibid.
Ebrij promiſſio non tenet, gl. 2. in can. vnuſquiſque, 22. quæſt. 4.
Ebrioſi regnum Dei non poſſidebunt, cap. 1. De reliquiis & vener.

Reliqua in verbo, Clericus, 110 Crapula. Commeſſationes. Inebriari. Presbyter, 7.

Eccleſia in genere, n. 1. vſque ad n 36.
Quoad vnitatem & infidelium collectionem, n. 37. 38. 39.
Quoad Romanam Eccleſiam, n. 40. vſque 45.
Quoad Eccleſiam exemptam, 46
Quoad Eccleſiam matricem, n. 47.
Quoad Eccleſiam cathedralem n. 48 vſque 54.
Quoad collegiatam Eccleſiam, n. 55.
Quoad Parochialem & baptiſmum, n. 56 vſque 64.
Quoad Eccleſiam regularem, ſecularem, & ſubiectam, n. 65 66. 67.
Quoad Eccleſiam materialem, & ædificationem & dirutionem, n. 68. vſque 71.
Quoad miniſtros, & eorum ſuſtentationem, & reſidentiam, & redditus illarum, n. 72. vſque ad n 77.
Quoad collationem, & dationem in titulum, & beneficiatos, n. 78. vſque 89.
Quoad læſionem & reſtitutionem Eccleſiæ, n. 90. vſque 96.
Quoad Prælatum, & ordinationem eius in Eccleſia, num. 97 & 98.
Quoad priuilegia, & immunitatem, num. 99. vſque ad n. 101.
Quoad res Eccleſiæ & illarum alienationem, & præſcriptionem & ſucceſſionem, n. 102. vſque ad n. 118.
Quoad præſcriptionem, & decimas, num. 119. vſque ad n. 121.
Quoad violationem, conſecrationem, & dedicationem, & pollutam Eccleſiam, n. 122. vſque ad n. 130.
Quoad iudicium, iuriſdictionem & interdictum ac brachium ſeculare, n. 131. vſque ad n. 135.
Quoad iura Epiſcopalia, & ſubiectionem, num. 136. vſque 140.
Quoad ſedem vacantem, & prouiſionem, num. 141. vſque 146.
Quoad electionem, n. 147.
Quoad agendum, vel ſtare ſigendum, n. 148. 149.
Quoad habentes Eccleſias à laicis, n. 150. & 151.
Quoad patronos, & ius patronatus, n. 152. 153.
Quoad tranſeuntem ad aliam Eccleſiam, dimiſſa ſua, n. 154 & n. 155
Quoad vnionem Eccleſiarum, n. 156.
Quoad pœnam intelligendam, n. 157.
Quoad cenſum & tributum, n. 158. 159. 160.

1 ECCLESIÆ appellatione, quandoque comprehenduntur omnes Eccleſiæ vniuerſaliter totius diœceſis: intelliges quando nulli ex hoc fit præiudicium: ſecus ſi fieret, cap. 1. & ibi gl. pe De author. & vſu pallij.
Eccleſiæ appellatione in lata ſignificatione, venit Prælatura, & non ſimplex beneficium, cap. 4. & ibi gl. Eccleſias, De ætat & qualitat, gl. pe. in cap. de famulis. De ſeruis non ordin.
Eccleſiarum nomine non veniunt monaſteria, nec alia loca religioſa. cap. 2. verſ. diſcretioni. De conſuet. cap 1. §. deinde, De cenſib. lib. 6. cap. ſciant. 12. De elect. lib. 6. cap. alma mater, §. adijcimus. De ſententia excommunicat. lib. 6.
Eccleſiarum prouinciæ appellatione, comprehenduntur omnes Eccleſiæ prouinciæ, etiam Epiſcopales, & exemptæ, gl. 1. in cap pro illorum, 22. De præbend.
Eccleſiæ nomine, quandoque non comprehenditur Epiſcopus, gl. nullatenus, in cap. poſt electionem, 7. De conceſſ. præbend.
Eccleſia habet multas ſignificationes: quandoque deſignat tantum Epiſcopum, quandoque viros Eccleſiaſticos: quandoque ponitur pro maiori parte capituli: quandoque reſtringitur ad canonicos matricis Eccleſiæ: quandoque deſignat quamlibet Eccleſiam prouinciæ: quandoque deſignat congregationem fidelium, gl. 2. in cap. cum clerici, 19. De verb. ſignificat.
Eccleſiæ verbum habet varias ſignificationes: quandoque dicitur Eccleſia malignantium, vnde Pſalmiſta: *in Eccleſiam malignantium, &c.* dicitur etiam Eccleſia, collectio fidelium: item murorum ambitus: item corpus Chriſti: item Prælatura ipſius Eccleſiæ: item dicitur Eccleſia, ipſæ obuentiones & redditus Eccleſiaſtici, prouenientes occaſione Eccleſiæ, gl. fi. in cap. fi. Ne Prælati vices ſuas.
2 Eccleſiæ appellatione quandoque comprehenduntur viri Eccleſiaſtici: quandoque vero ſumitur Eccleſia pro congregatione fidelium, gl. fi. in can. nullus, diſt. 63.

Eccleſiæ appellatione, quandoque comprehenditur monaſterium, cap. 1. §. verum. De iure patron. lib. 6. gl. Eccleſiis, in cap. quia plerique. De officio Ordin. lib. 6.
Eccleſiæ nomine, non Epiſcopus, ſed capitulum quandoque intelligitur, cap. relatum, 12. De teſtament.
Eccleſiæ nomine intelligitur Epiſcopus, tanquam caput Eccleſiæ, gl. exprimat. in cap. requiſiſtis, 15. eodem.
Eccleſiæ appellatione, altaria nuncupantur quandoque, gl. altaria, in cap. 3. De ſtatu Monachor.
Eccleſia quædam dicitur militans, quædam triumphans, cap. fundamenta, 17. De elect. lib 6.
in Eccleſia militante vnitatem eſſe voluit Deus; ſed ſchiſmatici eam conantur ſcindere, ibid.
Eccleſiæ appellatione comprehenduntur Prælati & clerici de Eccleſia, cap. 1. De reſtitut. in integ lib. 6. 3
ſub Eccleſiarum ciuitatis, vel diœceſis nomine, in reſcripto de prouidendo, & ſic in materia odioſa, non comprehenditur Eccleſia Cathedralis: ſed ſub nomine Eccleſiarum prouinciæ, comprehenditur Metropolitana, & etiam Cathedralis, & reliquæ, cap quamuis. De præbend. lib. 6.
Eccleſiarum ciuitatis appellatione in materia larga, comprehenditur etiam Cathedralis, ibid.
Eccleſiarum prouinciæ appellatione, comprehenduntur etiam Metropolitana, & Cathedralis Eccleſiæ, etiam in materia reſtringibili, d. cap. quamuis, §. quamquam.
Eccleſiæ appellatione comprehenduntur miniſtri, & aliæ perſonæ deputatæ ſeruitio Eccleſiæ, cap. per exemptionem, 9. De priuileg. lib. 6.
Eccleſiæ appellatione comprehenditur etiam capella illi contigua, cap. ſi ciuitas, 17. §. fi. De ſententia excommunicat. lib. 6.
Eccleſia habet tres partes: prima eſt illa quæ prope altare maius eſt, quæ ſolet quandoque cancellis includi; & iſta pars appellatur quandoque ſacrarium, quandoque presbyterium, quandoque Diaconium, quandoque ſancta ſanctorum: & in hac parte debent ſtare clerici celebrantes, vt Presbyter Diaconus & Subdiaconus, cap. 1. & ibi gl. ſed pars. De vita & honeſt.
Eccleſiæ ſecunda pars eſt chorus: & hæc pars ſubdiuiditur ab altari, per cancellos: & in hac parte debent ſtare clerici pſallentes, ibid.
Eccleſiæ tertia pars, eſt reliquum Eccleſiæ corpus, vulgariter appellatur nauis Eccleſiæ: & in illa parte debent ſtare laici diuina audientes, ibid.
Eccleſiæ honor potius debet augeri, quàm minui, gl. confirmatum, in cap. cum acceſſiſſent. De conſtitut. 4
Eccleſiæ nomine venit capitulum ſine Epiſcopo quandoque, cap. eam te, 7. De reſcript.
Eccleſia vna poteſt aliam poſſidere; & ſi ea ſpoliatur, poteſt agere iudicio poſſeſſorio, vel per viam attentati petere reſtitutionem eius, cap. ex parte, 12 eodem.
Eccleſia non claudit gremium redeunti, gl. 1. in cap. ſedes Apoſtolica, 25. eod. gl. fi. in cap. querenti, 26, De officio deleg. gl. audientia, in cap. ad abolendam. De hæretic. gl. fi. in cap. pe. De apoſtat. gl. pro contumacia, in cap. ex parte, 23. De verb. ſign. cap. ſuper eo. De hæret. lib 6.
Eccleſia eſt in Epiſcopo: & è conuerſo, gl. teneantur, in cap. ſuper literis, 20. De reſcript
Eccleſia, in qua Papa primus dedit monitorias, & ſecundus dedit executorias, per primum Papam, & non per ſecundum intelligitur grauata, cap. literis, 39. eodem.
ab Eccleſia indignum eſt ſubueniri illis, per quos conſtat ſcandalum in Eccleſia generari, gl. 2. in cap. cum terra, 14 De elect.
Eccleſia vna poteſt eſſe in quaſi poſſeſſione percipiendi annuam penſionem ab alia Eccleſia, & pro penſionis ſubiectione poteſt agi iudicio poſſeſſorio, cap. querelam, 24. De election.
Eccleſiæ omnes tenentur ſeruare, quod ſeruat Eccleſia Romana, gl. diuidatur, in cap. quod ſicut, §. ſuper eo, eod.
Eccleſiam obligans ſuſpenſus eſt ipſo iure ab adminiſtratione ſpiritualium, & temporalium, gl. fi. in cap. quod ſicut, §. fi. eod.
Eccleſiæ regimen non eſt committendum incognito, cap. 2. De renunciat.
Eccleſiæ debitus ſtatus non debet per inſolentiam alicuius ſubuerti, cap. 2. De ſupplen. neglig. Prælat.
Eccleſiæ debitus ſtatus, & antiquus, vt manuteneatur, pertinet ad Epiſcopum, ibid.
Eccleſia dicitur polluta, cap. conſultationibus, 10. De officio deleg. 5
Eccleſiæ cauſa proprie non dicitur eſſe Prælati, cap. 1. De poſtulando.
Eccleſia, quod in ſinu ſuo non retineat fraudatorem, quem ſuſcepit extraneum, iuſtum eſt, gl. fi. in cap. fi. eod.
Eccleſia, quæ eſt ingrata clerico beneficiato, non ſuccedit ei ab inteſtato, etiamſi is non habeat propinquos, ibid.
Eccleſia eſt maior imperio, gl. Eccleſia, in cap. auditis. De in integr. reſtit.
Eccleſiæ intereſt, ne ſumptibus vexetur, gl. exiſtere, in cap. 3. De arbitris.
Eccleſia poteſt quemlibet, ratione peccati, coercere, cap. nouit. De iudic.

Eccleſia

Eccleſia poteſt inducere legem ciuilem cum pro ipſa facit: ſed eam contra ſe non tenetur recipere, gl. quicumque, ibidem.

Eccleſia immediate poteſt adiri pro grauamine illato clerico coram iudice ſæculari, quando grauamen infertur in re Eccleſiaſtica, cap. fi. eod.

Eccleſiæ incorporata non poſſunt vſibus profanis, & non ſacris applicari, cap. conqueſtus, & ibi gl. fi. De foro compet.

Eccleſiæ poſſunt competere aliqua caſtra pleno iure, ex ſpeciali titulo, ibid.

Eccleſiæ datum pro redemptione peccatorum, ad humanos vſus amplius non debet applicari, ibid.

Eccleſia, vel Dominus tenetur pro violentia illata à ſuis hominibus, cap. 2. De reſtit. ſpoliat.

6 Eccleſia poteſt per Epiſcopum concedi loco religioſo, non in titulum, ſed in proprios vſus; nec poteſt conceſſio facta per eundem Epiſcopum ſine cauſa reuocari, cap. cum veniſſet, eod.

Eccleſia numquam conſueuit diſpenſare in gradibus, diuina lege prohibitis, gl. diuina lege, in cap. literas, eod.

Eccleſia nulli debet laqueum iniicere, gl. laqueus, ibid. & gloſ. 2. in cap. mulieri. De iureiur. cap. per tuas. De donat.

Eccleſia poteſt compellere vxorem, vt redeat ad maritum, etiamſi preciſe reſiſtat, cap. tua nos, 24. De iureiur.

Eccleſia debet prohibere, ne quis veniat contra proprium iuramentum, cap. mulieri, 34. eod.

Eccleſiæ ordinatio, quando retardatur propter exceptionem ſuſpenſionis, contra quam replicatur de nullitate, poteſt fieri abſolutio ad cautelam, cap. Apoſtolicæ, 9. De exceptio.

Eccleſiæ conſecratæ, & ſic poſt conſecrationem, non poteſt imponi ſeruitus, vel penſio à patrono fundatore, gl. quodam, in cap. cum Bertholdus. De re iudicat.

Eccleſia non ſubuenit illis, qui deprehenduntur in fraude, gl. 1. in cap. dilectis, 55. De appellat.

7 Eccleſia Orientalis votum continentiæ non admiſit, cap. cum olim. De cleric. coniugat.

Eccleſia habet ſuam firmatam vnitatem, ſicut in magnis membris, ita quoque in minimis, cap. maioribus, 8. De præbend.

Eccleſia dicitur habere fiſcum, gl. præter eius, in cap. quia diuerſitatem. De conceſſ. præbend.

Eccleſiæ vtilitas potius eſt attendenda, quàm perſonæ, gl. quàm Eccleſiæ, in cap. 1. Ne ſede vacante.

Eccleſiis nouam imponi penſionem, vel veterem augeri prohibitum eſt, cap. paſtoralis. De his quæ fiunt à Prælat.

Eccleſiæ ordinatio communis, per contradictionem & appellationem eius, cuius non intereſt, impediri non debet, cap. 3. De his quæ fiunt à maiori parte.

Eccleſiæ collatum, dicitur conſecratum Deo, & ſanctis eius, cap. iniuſtum. De rerum permutat.

Eccleſiæ donatum, in dubio præſumitur donatum pro remedio animæ, ibid.

ſub Eccleſia eſſe, & ei ſeruire, honorabilius eſt, quàm ſub eſſe temporali domino, ibid.

Eccleſia dicitur commiſſa Prælato, cap. 2. De ſolut.

Eccleſia non debet in ſuis iuribus fraudem adhibere, cap. per tuas. De donat.

in Eccleſiæ redditLuum ſubtractione, non committitur ſolum furtum ſimplex, ſed ſacrilegium, cap. pen. De peculio clericorum.

8 Eccleſiæ relictum, diuiditur cum Epiſcopo; ſed relictum Epiſcopo, non diuiditur cum Eccleſia: quia cum relinquitur Eccleſiæ, Epiſcopus debet habere partem in eo, tanquam caput: at quando relinquitur Epiſcopo, intelligitur relictum intuitu perſonæ, & ideo non diuiditur cum Eccleſia, gl. exprimat, in cap. requiſiſti, 15. De teſtament.

Eccleſia vna eademque, non debet diuerſo iure cenſeri, cap. cum inter, 30. De decimis, gloſ. 1. in cap. præterea. De cenſib.

Eccleſia poteſt ratione delicti, nouum impedimentum inducere, habile ad impediendum & dirimendum matrimonium contractum, cap. 1. De conuerſ. infid.

pro Eccleſiæ vniuerſalis vtilitatibus, certa pars redituum Eccleſiæ poteſt legitimè deputari, putà vigeſima, cap. fi. De voto.

in Eccleſia, vbi ſolus Presbyter eſt inſtitutus abſque collegio, confeſſio ſolius Presbyteri contentioſe facta, præiudicat ipſi Eccleſiæ: ſecus videtur, vbi Eccleſia habet collegium, cap. 2. De capell. monachorum.

Eccleſia turbari non debet ad mutabilitatem mundanarum neceſſitatum, gl. 1. in cap. 1. De iure patro.

Eccleſiæ debent vaſa ſua, & veſtimenta munda tenere, cap. fi. De cuſtodia Euchariſt.

Eccleſia eſt orationi deputata: vnde magis in Eccleſia, quàm alibi eſt orandum, cap. cum Eccleſia. De immunit. Eccleſ.

in Eccleſia eſt tutela refugij conſtituta; & hoc quia confugiens ad Eccleſiam eſt tutus, ibid.

Eccleſia habet vnum ſolum corpus, ergo vnum ſolum caput debet habere, gloſ. 1. in cap. cauſam quæ, 7. Qui filij ſint legitimi.

Eccleſia in dubio, cenſetur conceſſa in perpetuum, & non ad tempus, cap. ſi conſiſterit. De accuſatio.

Eccleſia cum errat, mutat ſuam ſententiam, gl. corrigere, 9
in cap. qualiter & quando. De accuſat.

de Eccleſia eiiciens aliquem per pecuniam, & in eam ſe intrudens, debet deponi, cap. 2. De ſimonia.

in Eccleſia ſunt multi ordines, ſed non habent omnes idem officium: quoniam Dominus dedit alios Apoſtolos, alios Prophetas, alios Doctores, &c. cap. cum ex iniuncto. De hæreticis.

Eccleſiæ iura turbans, poteſt coerceri & puniri per Eccleſiam, cap. 2. De priuileg.

Eccleſia non vult ius alterius ſibi arrogare; quia iuriſdictio diſtincta eſſe debet, d. cap. 2. & ibi gl. 1.

Eccleſiis dans damnum, tenetur nedum ad emendam damni, ſed etiam ad ſatisfactionem iniuriæ, cap. conqueſti, 22. De ſententia excommunic.

Eccleſiæ iura conantes imponere vel auferre, niſi admoniti deſtiterint, ſunt ipſo iure excommunicati, gl. Eccleſiæ in cap. voluerint, 49. eod.

Eccleſiæ Placentinæ nomen, ſumitur quandoque ſtricte pro Epiſcopo Placentino principaliter, & Canonicis Eccleſiæ Cathedralis, gloſ. 2. in cap. cum clerici, 19. De verb. ſignific.

Eccleſia ſolet intercedere vere, & non ficte, pro eo quem tradit curiæ ſæculari, vt non imponat pœnam mortis, cap. nouimus, 27. eod.

Eccleſia dicitur Prælati, intellige quantum ad adminiſtrationem, cap. cum intus. De conſuetud. lib. 6. cap. cum in Eccleſia. De præbend. lib. 6.

inter Eccleſiam, Monaſteria, & pia loca, differentia eſt, cum ſub vno vocabulo non comprehendantur, cap. generali, 13. De elect. lib. 6.

Eccleſia vniuerſalis dicitur indigere viris literatis ad regimen 10
ſuum, & ex eorum carentia dicitur ſuſtinere iacturam, cap. cum ex eo, 34. eod.

Eccleſia, Monaſterium, & pia loca differunt inter ſe: & appellatione vnius, non comprehenditur reliquus, cap. 2. & ibi gloſ. Monaſteriorum. De ſupplenda neglig. Prælat. lib. 6.

Eccleſiarum neceſſitatibus prouidere, principaliter ſpectat ad Papam, cap. 3. & cap. fi. & ibi gl. Pontifice, eod.

Eccleſiæ omne quod venit applicandum, in dubio debet conuerti in augmentum diuini cultus, cap. 2. §. ſi autem. De officio Ordin. lib. 6.

Eccleſia dicitur eſſe rectoris, intellige quantum ad adminiſtrationem, non quantum ad dominium, cap. ad decimas. De reſtitutione ſpol. lib. 6.

Eccleſia, quæ non eſt principalis in loco, quando nominatur, debet fieri nominatio ſub inuocatione alicuius ſancti: ſecus quando eſt principalis in loco, etiam dato, quod non ſit cathedralis Eccleſia, cap. 2. De teſtib. lib. 6.

in Eccleſia quandoque datur diſpar numerus præbendarum, & Canonicorum, cap. cum in Eccleſia, 25. De præbend. lib. 6.

Eccleſia tenetur ſoluere debita, quæ nomine eius, & pro eius vtilitate erant contracta, gl. ornata, in cap. ſi tibi conceſſo, 28. eod.

in Eccleſia quandoque præbendis annectitur ordo ſacerdotalis, cap. cui de non, 27. eod.

Eccleſia imitatur veſtigia Dei, & eius exempla, cap. 1. 11
De reliq. & vener. lib. 6.

ad Eccleſias debet eſſe humilis, & deuotus ingreſſus, & in eis debet eſſe quieta conuerſatio, non clamoſa, cap. 2. De immunit. Eccleſ. lib. 6.

in Eccleſiis non debent fieri clamores, ſeditiones, concilia vniuerſitatis laicorum, & eorum publice parlamenta, vana colloquia, negotiationes, & nundinæ, & iudicia ſæcularia, maxime criminalia, ibid.

in Eccleſiis recte poſſunt tractari negotia Eccleſiaſtica, gloſ. ſæcularium, ibidem.

in Eccleſiis proceſſus facti, & etiam latæ ſententiæ à iudicibus ſæcularibus ſunt irritandæ, d. cap. 2. §. fi. & ibi gl. proceſſus.

Eccleſia ſcindi non debet, quæ in vnitate conſiſtit tota, gl. tunicam, in cap. 2. De Schiſmat. lib. 6.

Eccleſia nos de non eſſe (cum eſſemus natura filij iræ) ducit ad eſſe ſpirituale, per ſacramentum baptiſmi, gl. 2. in cap. 2. De priuileg. lib. 6.

Eccleſia pertinere pleno iure dicitur, quùm pertinet in tem- 12
poralibus & ſpiritualibus, cap. Abbates, 3. & ibi gloſ. 1. eodem.

Eccleſia tunc pleno iure pertinet ad monaſterium, quando in eis conuentus inſtituit ſacerdotes, & omnes obuentiones percipit, præter ſtipendia miniſtrorum, d. gl. 1.

Eccleſia poteſt priuare aliquem perpetuo, vel ad tempus, officio poſtulandi: & procedit hoc etiam alieno delicto, gloſ. patrocinando, in cap. decernimus. De ſententia excommunicationis, lib. 6.

Eccleſia appellatur mater, cap. alma mater, 24. eod. & clem. 1. De ſumma Trinit.

Eccleſiæ communicatio cui prohibetur, & eius ſtipendia prohibita intelliguntur, gl. 1. in cap. cum quid prohibetur. De reg. iuris, lib. 6.

Eccleſia

Eccleſia non debet repetere ſuum cum augmento: ſed ſi ſemel exactum iterum exigeret, & augmentum reciperet, quod eſt contra fidem, gl. 2. in reg. bona fides, 83. De reg. iur. lib. 6.

Eccleſia ſi fuerit conſecuta ſuum à poſſeſſore, non poteſt idem petere à Prælato, quia bona fides hoc non patitur: ad pœnam tamen poteſt agere contra eum, ibid.

Eccleſia non poteſt ita bene formari per vndas fluentes, Chriſto viuente, ſicut Chriſto mortuo, gloſ. apertum, in clem. 1. De ſumma Trinit.

13 Eccleſiæ ſtatus non debet alterari, clem. 2. De ſuppl. neglig. Prælat.

Eccleſia ne diffametur prouidendum eſt, clem. 2. De offic. Ordin.

Eccleſia non moritur, gl. pro Eccleſia, in clem. fi. De procuratoribus, gl. fi. in can. fi. diſt. 54.

contra Eccleſiam venire dicitur ille, qui confœderationem facit cum inimicis Eccleſiæ, clem. 1. §. porro. De iureiur.

Eccleſia poteſt donare loca religioſa, clem. 2. De rebus Eccleſiæ.

Eccleſiæ ſtatus mutatur per conſuetudinem legitimè præſcriptam, ſcilicet 40. annorum cum titulo, niſi ſit tanti temporis præſcriptio, cuius initij memoria non ſit, gl. legitimè, in clem. quia contingit. De religioſ. domib.

Eccleſiæ poſſunt pertinere ad religioſos titulo multiplici, putà donatione, permutatione, vel præſcriptione, gl. titulo, in clem. 1. De cenſib.

Eccleſiæ non poſſunt haberi titulo emptionis, gl. titulo, in clem. 1. De cenſibus.

in Eccleſiis, & in earum cœmeteriis, non licet laicis nec clericis choreas facere diſſolutas, vel cantilenas canere, & alia ſimilia facere, ex quibus Eccleſiarum & cœmeteriorum violationes, inhoneſta variaque delicta ſequuntur: quandoque & Eccleſiaſticum officium perturbatur, in diuinæ maieſtatis offenſam, & in ſcandalum populorum adſtantium, clem. graui. De celebr. Miſſ.

Eccleſia non ſcandalizatur ex voluntate, quæ non procedit ad actum, gloſ. eo ipſo, in clem. 2. §. verum. De hæreticis.

14 Eccleſia militans eſt exemplata diuinitus à triumphante, gl. Eccleſiæ, in clem. fi. eod.

in Eccleſia triumphante, ſicut eſt vnus Princeps ſupremus, cuius obedientiæ tota Eccleſia eſt ſubiecta, ſcilicet Deus, ita neceſſariò ſequitur toti militanti vnum ſupremum Principem præeſſe, ſcilicet Papam, ibid.

extra Eccleſia nullus ſaluatur, clem. 1. §. verum. De exceſſ. Prælat.

Eccleſia eſt vna, & in ea, vniformitas quantum commodè poteſt, debet ſeruari, clem. 1. De ſententia excommunicat.

Eccleſia corporalis ſine rebus corporalibus in nullo proficit, ſicut nec anima ſine corpore, exercendo ſenſus corporeos viuit, gloſ. cultus, in extrauag. ſuſcepti regiminis. Ioann. 22.

in Eccleſia poſt illarum diuiſionem, Capitula, Archidiaconi, & aliæ perſonæ debent percipere omnia iura, ſicut & ante diuiſionem ſoliti erant percipere, & nullus id poterit impedire, extrauag. ad Apoſtolatus. Ioann. 22.

pro Eccleſiarum vel Epiſcopatuum diuiſione, non intendit Papa Capitulis, Archidiaconis, vel aliis perſonis in iuribus ſuis aliquatenus derogare, niſi quatenus in literis diuiſionum expreſſe continetur, ibid.

Eccleſiæ vnius iura, in aliam ſine certa ſolemnitate transferre non poſſunt Prælati inferiores, ſed Papa gaudens plenitudine poteſtatis, hoc facere rectè poteſt, gl. continetur, ibid.

15 Eccleſiæ defenſio ſpectat ad onus temporalium Principum, & earum poteſtate Eccleſia eſt munienda, gl. tutorio, in extrauag. copioſus. Ioann. 22.

Eccleſia dicitur pati in Sacerdotibus tanquam Miniſtris ſuis, gl. calcata, in extrauag. dictum. Ioann. 22.

Eccleſiarum diuiſio rectè poteſt fieri à Papa, ad diuini cultus augmentum, & ad ſalutem populi, quas in nonnullis ciuitatibus & diœceſibus ſic multiplicauerit Altiſſimus, quod in earum ſingulis non ſufficit vnus paſtor. extrauag. ſedes Apoſtolica, inter communes.

extra Eccleſiam nec ſalus, nec remiſſio peccatorum eſt, extrauag. vnam ſanctam. De maior. & obed. inter communes.

Eccleſiæ ſponſus dicitur eſſe Prælatus, extrauag. ad cuiuslibet. De præbend. inter communes.

Eccleſiæ cuiuslibet ſtatus eſt per Papam attendendus, ibid.

Eccleſiæ vnius fructus poſſunt alteri applicari de conſuetudine, gl. de conſuetudine, in extrauag. ſuſcepti. Ne ſede vacante, inter communes.

in Eccleſiæ perturbationibus, quæ per hæreticos inferuntur, ordinat Papa, quod dum Miſſæ celebrantur, in quibus deuotiùs oratur, certæ preces ibi expreſſæ ad Deum effundantur, elargiturque id facientibus triginta dies indulgentiarum, extrauag. diſcipulorum. De celebrat. Miſſar. inter communes.

16 Eccleſia Sancti Petri non eſt in vrbe, ſed in ciuitate Leonina, nec Eccleſia S. Pauli eſt in vrbe: vulgariter tamen datur Eccleſia Sancti Petri de Vrbe, extrauag. antiquorum, & ibi gloſ. de vrbe. De pœnit. & remiſ. inter communes.

Eccleſiæ theſaurus non applicatur, niſi ei, qui eſt membrum Eccleſiæ, gl. confitebantur, ibid.

Eccleſia ſibi ius ſtatuit, ſicut ciuitas, gl. vel ciuitas, in can. ius autem ciuile, diſt. 1.

ab Eccleſia geſta, dicuntur geſta inſpiratione Spiritus Sancti, can. fruſtra, diſt. 8.

Eccleſia non adſtringitur mundanis legibus, gl. Eccleſiaſtica, in can. lege Imperatorum, diſt. 8.

Eccleſia regitur authoritate, & traditione generali, vel ſpeciali, can. Catholica, diſt. 11.

Eccleſiæ Catholicæ authoritas valet in re dubia, ad fidem & certitudinem, ibid.

Eccleſiæ omnes debent ſequi caput, & eius normam aſſumere, can. non decet, diſt. 12.

Eccleſia quælibet debet ea facere, quæ faciunt aliæ Eccleſiæ, gl. contrario, in can. illud, diſt. 12.

pro Eccleſia nouiter inſtituenda & formanda, ad Eccleſias vicinas debet haberi recurſus, can. nouit, diſt. 12.

Eccleſiæ particulares, in adminiſtrandis Sacramentis, & diuinis officiis tradendis, & pſallendis, eundem modum debent obſeruare, quem Metropolitanam Eccleſiam habere cognouerint, exceptis monaſteriis, can. de his, diſt. 12. 17

Eccleſia quælibet, & quilibet populus, poteſt ſtatuere aliquod ius: ſed non poteſt ſtatuere de maioribus negotiis, quæ ad principem ſpectant, gl. 2. in ſumma, diſt. 18.

Eccleſia eſt fundata ſuper illo articulo. *Tu es Chriſtus filius Dei viui*, quæ verba Petrus dixit Domino, & ſic ſuper ſe ipſo, Deus fundauit Eccleſiam, gl. & ſuper hanc, in can. ita Dominus, diſt. 19.

Eccleſia non poteſt errare, nec poteſt eſſe nulla: quoniam ipſe Dominus rogauit pro ea, vt non deficeret, gl. nec portæ, ibid.

Eccleſia Orientalis licet non receperit canones, non propterea eos contemnit, vel etiam approbat Papa eorum conſuetudinem, gl. fi. in can. de libellis, diſt. 20.

Eccleſia Orientalis non eſt hæretica, ibid.

Eccleſia priuatur iure ſuo, quandoque ſine culpa, quandoque propter odium, quandoque propter fauorem, gl. fi. in can. renouantes, diſt. 22.

Eccleſia propter fauorem priuatur multipliciter, puta fauore Sacerdotij, quandoque propter vim conſecrationis, quandoque propter fauorem religionis, quandoque propter ſcandalum, quandoque propter defectum Sacramenti, & aliis modis, ibidem.

Eccleſia priuatur iure ſuo propter odium alterius, item propter paupertatem, & propter ſeditiones, ibidem.

Eccleſia diœceſis, quæ non eſt principalis, quando nominatur, licet ſit notabilis, debet exprimi ſub vocabulo Sancti, & non ſimpliciter ſub vocabulo loci: niſi ſit eo loco vnica, & Parochialis: tunc enim ſufficit, quod dicatur Eccleſia Parochialis, can. presbyteri, diſt. 24. 18

Eccleſia quælibet debet habere Sacerdotem, & diaconum, aut Miniſtrum, aut duos Sacerdotes, gl. fi. ibid.

Eccleſias ſpernere docens, & congregationes quæ fiunt in eis, excommunicatur, can. ſi quis docet, diſt. 30.

Eccleſia regitur & gubernatur per Prædicatores, can. qui Eccleſiaſticis, §. ecce quod, diſt. 36.

Eccleſia differt à baſilica, can. non oportet, diſt. 42.

in Eccleſia manducare ſeu dormire, prohibitum eſt, ibid.

in Eccleſia prohibita ſunt omnia opera operum non congruentium diuinis officiis, ibid. & can. oratorium, diſt. 42.

in Eccleſia poſſunt tractari cauſæ Eccleſiaſticæ, gl. 1. in d. can. oratorium.

Eccleſia licet permittat Iudæos ritus Iudaicos obſeruare, non tamen per hoc illos approbat, licet tantum permittat, gl. fin. in can. qui ſincera, diſt. 45.

Eccleſiam intrare non poſſunt gentiles & infideles, can. ſed illud, diſt. 45. 19

Eccleſiæ regimen acceptans, dum eſt in peccato mortali, videtur mortaliter peccare in ſumma, diſt. 49.

Eccleſiam ſibi conſtituit Chriſtus ex gentibus alienigenis, can. Ictus, diſt. 50.

Eccleſia debet regi ſecundum deciſionem canonum, & non ſecundum deciſionem legum, can. præcepta, diſt. 55.

Eccleſia vocatur ſponſa Chriſti, ſed in futuro ſæculo dicetur vxor, glo. 1. in can. ſponſus, diſt. 56.

in Eccleſiis quibuslibet gradibus prouidenter ſcienterque prouidendum eſt, vt in domo Domini nihil ſit inordinatum, & nihil præpoſterum, can. miramur, diſt. 61.

in Eccleſia, in qua ſuam per omnia officia tranſegit ætatem, vnuſquiſque debet habere fructum ſuæ militiæ, can. nullus inuitis, diſt. 61.

Eccleſia habet magnam authoritatem, vt quod nonnulli Pontifices Romani fecerunt, quæ illo tempore potuerunt eſſe ſine culpa, poſtea vertantur in errorem, & ſuperſtitionem, ſine retardatione aliqua, & cum magna authoritate à poſteris deſtruantur, can. quia Sancta, §. verum, diſt. 63.

Eccleſiæ vnicuique proprius honor obſeruari debet, can. mos antiquus, diſt. 65.

Eccleſia Syracuſana monachorum eſt, ſicut & Cantuarienſis, gl. 1. in can. quorumdam, diſt. 74. 20

Eccleſia quædam conſtituit, quæ non fuerunt ſtatuta ab Apoſtolis,

ſtolis, vt de continentia miniſtrorum: Apoſtoli tamen exemplo ſuo id docuerunt, gl. ſed ea plane, in can. propoſuiſti, diſt. 32.

in Eccleſia Dei nemo amplius nocet, quàm qui perverſe agens, nomen vel ordinem ſanctitatis, & Sacerdotis habet: hunc enim delinquentem nullus præſumit redarguere, can. nemo, diſt. 83.

Eccleſiæ ſuo nomine, maiūt Eccleſia nominatur, vel intelligitur, gl. fi. in can. ſi quid, diſt. 86.

Eccleſia debet defendere eos, quos in ſui defenſionem ſuſcepit, can. in religioſum, diſt. 87.

ad Eccleſiam confugientes non ſunt extrahendi, ſed defendendi ſunt, nec ob id mancipia clericorum ſunt occupanda, can. eos qui, diſt. 87.

Eccleſia poteſt concedere alicui gladium, licet ei non liceat vti eo pro ſe, gl. fi. in can. Epiſcopus, diſt. 88.

Eccleſia poteſt quandoque ſuum repetere cum augmento, gl. 2 in can. iudicatum, diſt. 89.

Eccleſia militans ideo diverſos gradus in ſe conſtituit, vt vnitatis concordia ſeruaretur, & ſingulorum adminiſtratio rectius gereretur, nec aliter ipſa vniuerſitas ſtare poſſet, can. ad hoc, diſt. 89.

21 extra Eccleſiam qui inveniuntur, debent exterminari, gl. 1. in can. neque, diſt. 50.

extra Eccleſiam eſt, qui non eſt cum Epiſcopo, gl. fi. in can. 2. diſt. 93.

in Eccleſia non eſt, qui Cathedram Petri non ſequitur, can. qui Cathedram, diſt. 93.

Eccleſia fundata eſt ſuper Cathedra Petri, ibid.

Eccleſiæ ſtipendia non ſunt danda his, quibus propria ſufficiunt, gl. fi. in can. clericos, 1. q. 2.

Eccleſiæ ſumptibus ſuſtentari non debent in collegio illi, qui bona ſua relinquere nollent, can. ſi quis, 1. q. 2.

Eccleſiæ dare aliqua pro ſua ſuſtentatione nemini licet, niſi fiat hoc ſine pacto, gl. velut, ibid.

Eccleſiam à patre emptam, ſi filius ignoranter aſſecutus ſit, is filius ſi ſtatim atque ſciuit, eam dimiſit, ex gratia poteſt ibidem manere, in ſumma, & ibi gl. 1. & can. 1. 1. qu. 5.

Eccleſiam ſi emerit adultus ſibimet, poſtquàm illam Eccleſiam repudiauit, poterit de miſericordia in ſuis ordinibus miniſtrare in alia Eccleſia, d. can. 1.

Eccleſiam antea canonice ordinatus ſi emerit, ac poſtea dimiſerit eam, poterit in ſuis ordinibus miniſtrare in eadem Eccleſia: locum tamen primum, ſiue præpoſituram, Eccleſia emptam, non poteſt obtinere, dict. can. 1. & ibi gloſ. niſi.

22 Eccleſiam emens pretio, ſi perſona fuerit talis, quam vita commendet, poterit de miſericordia in ſui honoris officio condeſcendendo miniſtrare, can. 2. 1. q. 5.

Eccleſiam vel ordinem non poteſt obtinere quis per poteſtatem ſæcularem: quod ſi obtineat, debet deponi, can. 2. §. fi. 1. q. 2.

Eccleſia non recipit Sacerdotes de malis Doctoribus, can. convenientibus, §. item Conſtantinus, 1. q. 7.

in Eccleſia quædam vtilitatis vel neceſſitatis intuitu temperantur, can. tali coniugio, 1. q. 7.

Eccleſia comparatur Senatui, gl. 1. in can. Euphemium, §. hinc, 2. q. 3.

Eccleſiam offendens prius debet ſatisfacere, quàm abſolvatur: aliàs ſufficit, quod velit, gl. per ſatisfactionem, in can. accuſatio, 2. q. 9.

pro Eccleſia ſua quilibet tenetur præſtare patrocinium: ſed ſi contra Eccleſiam ſuam præſtatet, privandus eſt eo, quod habet ab illa, gl. fi. in can. nulli dubium, 3. q. 1.

extra Eccleſiam qui eſt, non poteſt eſſe magiſ. extra, gl. 1. in can. Engeltrudam, 3. q. 4.

Eccleſia qualibet habet ſuum œconomum, & ille conſtituitur authoritate Epiſcopi, gl. 1. in can. ſi. 5. q. 3.

de Eccleſia ſi quis per violentiam expellitur, non habet recurſum ad Epiſcopum, gloſ. fin. in can. præſentium, 7. qu. 1.

23 Eccleſiæ nomine dicitur Epiſcopus, can. ſcire debes, 7. qu. 1.

Eccleſia Catholica vna eſt, non ſciſſa, nec diviſa, ibid.

Eccleſia vna eſt, per totum mundum in multa membra diviſa, can. nouationes, 7. q. 1.

Eccleſia vel ciuitas non poteſt excommunicari, ſed bene maiores, can. ſicut vir, 7. q. 1.

Eccleſia vna poteſt habere de iure ſpeciali duos Epiſcopos, can. non autem, 7. q. 1.

Eccleſiam muneribus acquirere tentans, à clero debet deiici, can. ſanctitum, 7. q. 1.

Eccleſia vel parochia Epiſcopi, illo viuente, ſine eius voluntate non poteſt ab alio iudicari, ſeu diſponi: ſed eo defuncto quandoque canonice poteſt concedi ex cauſa perſecutionis, vel neceſſitatis, can. ſicut alterius, 7. q. 1.

Eccleſia dicitur vxor prælati, & ideo alligata eſt ei, tantum quod alteri adhærere non poteſt, can. ſicut, 7. q. 1.

Eccleſiam Dei vehementer inſtruit hoc, quòd laici clericis ſint meliores, can. qualis, 8. q. 1.

Eccleſia quælibet debet habere œconomum, in quo ſtatuendo Metropolitani ſuppleant Suffraganeorum negligentiam: & è converſo Suffraganei, negligentiam Metropolitani: & etiam id ſeruandum eſt in Monaſterijs, can. cum ſcimus, 9. q. 3.

Eccleſia qualibet debet regi per Sacerdotem deputatum ab Epiſcopo, can. regenda, 10. q. 1. 24

Eccleſiæ non debent incaſtellari, can. Sanctorum, 10. q. 2.

Eccleſiæ non debent redigi in ſeruitutem, ibid.

Eccleſiæ dicitur fieri iniuria, ſi clericus per iudicem laicum conſtringatur, vel condemnetur, can. nullus, 11. q. 1.

Eccleſiæ iniuriam faciens debet privari communione ipſius, ibid.

Eccleſiæ ſanctæ inſidiatores dicuntur æmuli Chriſti, qui Sacerdotes Dei accuſant apud iudices ſæculares, can. relatum, 11. q. 1.

Eccleſia quando perſecutionem patitur, patienter debet ſuſtinere, exemplo Domini, qui Iudam ſuſtinuit, can. exemplum, 12. q. 1.

Eccleſia numquam deficiet, can. videntes, 12. q. 1.

Eccleſiam excludunt vxor, filij, & alij propinqui, à ſuccedendo prælato in bonis proprijs ipſius prælati, can. ſint manifeſtè, 12. q. 1.

de Eccleſijs ſtatutum extenditur etiam ad alia pia loca; quia gaudent eodem priuilegio, quo & Eccleſia, can. pen. 12. qu. 1.

Eccleſia dicitur mater noſtra, can. quia abſtulerit. 12. q. 2.

Eccleſia numquam moritur, can. liberti, 12. q. 2. 25

Eccleſia tenetur ad antidota, can. Eccleſiaſticis, & ibi gl. 1. 12. q. 2.

Eccleſia vltima ſuccedit clerico, gl. 2. in can. vnaquæque, 13. qu. 2.

Eccleſia poteſt intercedere pro malis, ſed non eos temerario auſu defendere, can. hi qui, 14. q. 6.

Eccleſia poteſt, & debet defendere modis omnibus iniuſtè condemnatum, gl. 1. ibid.

Eccleſiæ antiquiori ſemper eſt ſtandum, vbi contenditur de iure duarum Eccleſiarum, gloſ. 1. in cap. quicunque, 16. qu. 1.

Eccleſiæ antiquiores, propter nouas, privari debent ſuo iure, niſi quando ex iuſta cauſa, vna parochia dividitur in duas: quo caſu poteſt vni auferri aliquid, & alij dari, can. decimas, §. 8. 16. q. 1.

Eccleſia ipſa eſt vna; ſed dicuntur multæ quoad membra, gl. pen. in can. 1. 16. q. 7.

Eccleſia non debet extorquere à debitore ſuo auarè, ſed habere debet rationem eius, ne egeat, gl. 1. in can. quicumque, 16. q. 7.

in Eccleſia Dei ſunt multi, non ſicut condecet, ſpiritualiter viuentes, ſed ſecundum carnem militantes, qui & domum orationis de lapidibus viuis conſtructam, faciunt ſpeluncam latronum actibus ſuis, gl. deſtructa, in can. & hæc diximus, 16. q. 7.

Eccleſia vna poteſt diuidi ita, vt de vna fiant duæ: ſed non diuiſa, vt vna permaneat, gloſ. 1. in can. ſicut Domini, 16. q. 7. 26

Eccleſia qualibet habens Epiſcopum debet habere œconomum de clero proprio, qui diſpenſet res Eccleſiaſticas ſecundum ſententiam proprij Epiſcopi, can. quoniam, 16. q. 7.

Eccleſia qualibet conuentualis debet habere œconomum, & quandoque etiam Eccleſiæ parochiales, gl. 2. ibid.

in Eccleſia eadem licitè poteſt eſſe diſpar habitus, quantum ad colorem veſtium, gl. fi. in can. in nona, 16. q. 7.

Eccleſia antequam fundetur, dos ei aſſignari debet: quod ſi amiſſum ſit, illud reſtaurandum eſt, gl. pen. in can. pio, 16. q. 7.

Eccleſia poteſt tranſmutari in alium locum, vbi locus Eccleſiæ eſt infirmus, vel ſunt ibi prædones, vel aliquo modo locus ſit periculoſus, gl. 1. in can. Eccleſias, 16. q. 7.

Eccleſiæ ſunt faciendæ in locis congruis, & vtilibus, d. can. Eccleſias.

Eccleſia melius prouidebit pauperi, qui quondam erat diues, quam ei, qui ſemper fuit pauper, gl. 2. in can. quicumque, 16. q. 7.

Eccleſia permutari non poteſt, niſi cum alia Eccleſia, gl. 1. in can. neminem, 16. q. 7.

Eccleſiam nullus poteſt dare priuato, vt inde faciat habitaculum, ibid. 27

Eccleſia ad meliorandum, vel ex alia iuſta cauſa, rectè poteſt de conſenſu Epiſcopi transferri de vno loco in alium: & perdit tunc prior Eccleſia priuilegium ſuum, gl. 2. in can. ſi quis vult, 16. q. 7.

Eccleſia habet carcerem, gloſ. fin. in can. attendendum, 17. qu. 4.

Eccleſiæ ornamenta ſubripiens, æſtimatur ſimilis Iudæ Iſcarioti, & patietur eius pœnam, can. ſi forte, 17. q. 4.

Eccleſia poteſt deponere laicum, gl. fi. in can. ſi quis deinceps, 17. q. 4.

Eccleſia non debet fraudem facere in ſuis contractibus, gl. 2. in can. conſtitutum, 20. q. 3.

Eccleſia tenuis & pauper dicitur, quæ fructibus ſuis non poteſt aliquem honeſte & ſufficienter procurare, nec poteſt hoſpites ſuperuenientes recipere; unde de depoſito tantum relinquitur, quod ſufficiat ſibi & ſuis, gl. neceſſitatem, in can. 1. 21. q. 2.

Eccleſiæ decus hodie creuit, d. can. 1.

Eccleſiæ

Digitized by Google

Eccleſiæ quam quis habet ſub commenda, non dicitur Prælatus, ſed potius Prior; & qui commendauit, poteſt reuocare quando vult, gl. 1. in can. qui plures, 21. q. 1.

28 Eccleſia vna inter duos Sacerdotes diuidi non poteſt, can. ſicut vnaquæque, 21. q. 2.

Eccleſia Chriſti vxor, & ſponſa debet eſſe, non ſcortum, ibid.

in Eccleſia vna rectè poſſunt eſſe plures clerici; ſed vnus tantum debet eſſe prælatus, gl. 1. ibid.

Eccleſia vel præbenda ſi fuerit abundans, rectè poterunt de ea plures fieri Eccleſiæ, vel præbendæ: dum tamen Eccleſiæ non ſint ſub eadem limitatione, ibid.

Eccleſia non debet committi conductitiis presbyteris ſed vnaquaque Eccleſia, cui facultates ſuppetunt, proprium habeat Sacerdotem, can. ſi. 21. q. 2.

Eccleſia vniuerſalis quod tenet, credendum eſt hoc fuiſſe inſtitutum ab Apoſtolis, gl. 1. in can. 2. 23. q. 1.

Eccleſia præſens ſeu militans ſimul recipit bonos & malos, can. hæc autem, 23. q. 4.

Eccleſia iuſte poteſt perſequi malos & hæreticos, can. ſi Eccleſia, & ibi gl. 1. 23. q. 4.

Eccleſiæ quies principum ſeueritate iuuatur, can. prodeſt, 23. q. 5.

29 Eccleſia quamuis ſit diffuſa, tamen eadem inſolidum vbique eſt, gl. 1. in can. ſi vos, 23. q. 5.

Eccleſiæ diſciplina non eſt deſerenda, gl. 2. in can. excommunicatorum, 23. q. 5.

Eccleſia debet cogere malos ad bonum, ſicut Chriſtus coegit Paulum, can. ſchiſmatici, 23. q. 6.

Eccleſiæ non ſunt obnoxiæ Imperatoribus, can. conuenior, 23. q. 8.

Eccleſia non adſtringitur legibus mundanis, gl. Imperiali, ibidem.

Eccleſiæ ſemel datum, ſanctum, ſanctorum erit Domino, gl. 1. in can. tributum, 23. q. 8.

Eccleſia eſt duplex, vna eſt triumphans, ſecunda eſt militans, gl. 2. in can. manet, 24. q. 8.

Eccleſia eſt vna; nam Dominus vt Eccleſiæ vnitatem ſignificaret, & ſe ſuper vnum eam ædificaturum, dicit, *ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam*; & ſecundum Paulum, vnum corpus, vnus ſpiritus, vna fides, vnum baptiſma, gl. 1. in can. loquitur, 24. q. 1. 29.

Eccleſiæ vnitatem non habens, fructum non poteſt facere, ſed areſcet, ſicut ramus præſciſus ab arbore, ibidem.

30 Eccleſiæ mater, & genitrix, & pater, & genitor eſt Deus gl. matris, ibid.

Eccleſiæ vniuerſalis vnitatem non habens, non poteſt habere Deum patrem, can. alienus, 24. q. 1.

in Eccleſia ſola veritas inſpicitur, & ex ea ſola ſacrificium Dominus accipit, & in ea ſola quis cuſtoditur, can. quia ex ſola 24. q. 1.

Eccleſiæ vnitatem ſi non habeamus, ſaluari non poſſumus, gl. 1. ibid.

in Eccleſia Orientali hæreſis & ſchiſma pullulant, quod non eſt in Eccleſia Romana, vbi ſemper permanet inuiolata fides, can. quoniam, 24. q. 1.

in Eccleſia qui non inuenitur, peribit, gl. 1. ibid.

extra Eccleſiam quicumque agnum comederit, profanus eſt, d. can. quoniam.

Eccleſia duplex eſt; vna Catholica, quæ non patitur pollutos habitare in ſe, cum habeat Chriſtum habitatorem, quem nemo debet deſerere; alia eſt hæreticorum, quæ vera non eſt: hæc ſemper eſt vitanda, ne ariditate eius polluamur, can. quæ dignior, & ibi gl. 1. 24. q. 1.

ab Eccleſiæ vnitatè diuiſus, nec peccatis ſoluitur, nec cæleſte regnum ingredi poteſt, can. quicumque, 24. q. 1.

31 contra Eccleſiæ pacem ſi habentes dignitatem vel cingulum, militiæ nitantur aliquid facere, debent ſpoliari proprio honore, cap. qui contra, 24. q. 1.

contra Eccleſiæ pacem priuati ſi faciant aliquid, ſiquidem ſint nobiles, ſuarum rerum proſcriptionem pati debent: ſi verò ſint ignobiles, non ſolùm verberantur, ſed etiam perpetuo exilio caſtigantur, ibid.

Eccleſia, in qua eſt ſchiſma, non poteſt dici Eccleſia, ibidem.

Eccleſiæ duæ eſſe non poſſunt: nam vera non poteſt eſſe niſi in vnitate, can. ſchiſma, 24. q. 1.

Eccleſia viuentes poteſt ligare, vel ſoluere, non mortuos, can. ligatur, 24. q. 2.

Eccleſia non poteſt aliquem ligare quoad Deum, niſi cum emittit aliquam conſtitutionem, gl. ſi. in can. ſi quis 24. q. 3.

extra Eccleſiam dicitur ille, qui facit contra fidem, vel veritatem, licet per ſententiam ab Epiſcopo non abiiciatur; ſicut è conuerſo, iniuſtè excommunicatus remanet in Eccleſia, & non læditur, can. cum aliquis, 24. q. 3.

ab Eccleſia ſegregati, id eſt iuſtè excommunicati, dicuntur Spiritum ſanctum non habere, can. de illis, 24. q. 3.

32 Eccleſiæ nomen quandoque largius ſumitur, vt comprehendat bonos & malos, gl. ſi. ibidem.

ad Eccleſiam non pertinent ſacrilegi, imò nec qui in eius vnitate corporaliter mixti per peſſimam vitam ſeparantur, d. can. de illis.

Eccleſiam Dei vaſtans, aut impugnans, vel incendens, debet pœnitere incluſus in monaſterio omnibus diebus vitæ ſuæ: & confiſcantur eius omnia bona, can. quiſquis, 24. quæſt. 3.

Eccleſia Catholica debet defendere omne ſtatutum quod eſt iuſtum & irreprehenſibile, can. omne, 25. q. 1.

Eccleſiam non debet quis exuere priuilegio ſuæ dignitatis, can. in Galliarum, 25. q. 2.

ab Eccleſiæ iure, quod documentorum maximè authoritate firmatum eſt, non licet Pontifici diſcedere can. poſteaquam, 25. q. 2.

Eccleſia omnis corpus Chriſti eſt, & in omnem Eccleſiam videtur delinquere, qui corpus ſuum commaculauerit, quia per vnum membrum, macula in omne corpus diffunditur, can. ſed & illud, 26. q. 2.

Eccleſiæ ſæculari conferens quis ſe, & ſua, poteſt contrahere matrimonium: & filius poſtea natus poteſt petere legitimam, gl. profeſſi. in can. vt lex, 27. q. 1.

Eccleſiæ ſæculari conferens quis ſe, & ſua, non poteſt tranſire ad ſtrictiorem vitam, cum ſe fecerit ſeruum illius Eccleſiæ, ibid.

Eccleſia eſt mater noſtra, quæ nos in baptiſmate regenerauit: nam in vna fide ad vnum præmium tendimus, gl. ſocietate, in can. recurrat, 32. q. 4.

Eccleſia eſt eadem, quæ fuit in veteri teſtamento, ibid. 33

Eccleſia præſens dicitur area, in qua mali permixti ſunt bonis, ſicut in area palea granis, gl. area, ibid.

Eccleſia orat pro omnibus viuis, neſciens quis pertineat ad numerum prædeſtinatorum, gl. eorum, in can. multiplex, De pœnitentia, diſt. 1.

ab Eccleſiæ corporalis ingreſſu non eſt repellendus quis pro aliquo peccato mortali, niſi ſit excommunicatus, vel interdictus ex iuſta cauſa, gl. ſi. in can. qui ſanctus. De pœniten. diſt. 1.

Eccleſia Chriſti non habet maculam, neque rugam, can. Eccleſia. De pœnit. diſt. 2.

Eccleſia quatuor genera hominum continet, quidam ſunt in Eccleſia nomine, & re, vt boni & Catholici; quidam nec nomine, nec re, vt præſciſi; quidam nomine tantum, quidam re tantum, gl. pen. ibidem.

Eccleſia bene orat pro infidelibus viuis, ſed non pro mortuis, gl. totius, in can. ſi enim. De pœnit. diſt. 2.

Eccleſia tota non poteſt deficere, gl. deficeret, d. can. ſi enim, §. eligat.

ab Eccleſiæ ingreſſu nullus ob peccatum mortale eſt prohibendus, niſi interdictus excommunicatus fuerit, gl. 1. in can. vit. 33. q. 4.

Eccleſia debet reſtitui clerico de captiuitate redeunti, per quantumcumque tempus fuerit detentus, ſi probet iuſtum impedimentum, gl. in coniugiorum, in can. 1. 34. q. 1.

Eccleſia eſt uxor clerici, ibid. 34

ab Eccleſia quandoque toleratur quis, non tamen communicatur in cibo, gl. ſi. in can. de his, 35. q. 2.

Eccleſia aliqua poteſt eſſe, in qua cantatur niſi pro mortuis, gl. 3. in can. certum. De conſecrat. diſt. 1.

Eccleſia comparatur naui, gl. innouata, in can. de fabrica De conſecrat. diſt. 1.

ab Eccleſia cum infideles viui repellantur, ergo & mortui infideles ſunt eijciendi, gl. ſi. in can. Eccleſiam, 1. & 2. De conſecr. diſt. 1.

Eccleſia quibus viuentibus non communicat, & mortuis communicare non poteſt, ibid.

ab Eccleſia, in qua fideles & infideles ſepulti ſunt, neutri ſunt exhumandi, ſi diſcerni non poſſunt fideles ab infidelibus, gl. ſi. ibid.

Eccleſiæ conuentu prætermiſſo, die ſolemni vadens ad ſpectacula debet excommunicari, can. qui die. De conſect. diſt. 1.

in Eccleſiis diuini cultus veneratio vt ſeruetur ab omnibus, Pius quintus varias ordinationes ſtatuit, extrau. cum primum Apoſtolatus. Pii Quinti.

ad Eccleſias debet eſſe humilis & deuotus ingreſſus, quieta conuerſatio, omnes debent orationibus inſtare, & adorare genibus flexis ſanctiſſimum Sacramentum, & ad nomen Ieſu Chriſti cum reuerentia caput inclinare, ibid.

in Eccleſia nullus debet facere ſeditiones, vel excitare tumultum, vel clamores mouere, debent ceſſare fœda ac profana colloquia, riſus immoderati, & omnis ſtrepitus iudiciorum, & alia omnia quæ perturbant diuinum cultum, ibidem. 35

intra Eccleſiam nullus deambulare audeat, præcipuè dum celebrantur diuina officia, ibid.

Eccleſia vna & eadem duarum diœceſum eſſe non poteſt. Concil. Trid. ſſ. 24. De refor. cap. 9.

in Eccleſia fuit perpetuo poteſtas, vt in Sacramentorum diſpenſatione, ſalua illorum ſubſtantia, ea ſtatueret vel mutaret, quæ ſuſcipientium vtilitati, ſeu ipſorum Sacramentorum venerationi, pro rerum, temporum, & locorum varietate magis expedire iudicaret. Concil. Trid. ſſ. 21. cap. 2.

Eccleſia cognoſcens hanc ſuam poteſtatem & authoritatem in adminiſtratione Sacramentorum, licet ab initio Chriſtianæ religionis non infrequens Euchariſtiæ vſus ſub vtraque ſpecie fuiſſet, progreſſu tamen temporis latiſſimè iam mutata illa conſuetudine, grauibus & iuſtis cauſis adducta, appro-

approbauit conſuetudinem communicandi ſub altera ſpecie, & pro lege habendam decreuit, d. a. n.

Eccleſiam ſanctam Catholicam ſi quis dixerit non iuſtis cauſis & rationibus adductam fuiſſe, vt laicos & etiam clericos non conficientes, ſub vna tantum ſpecie communicaret, aut in eo erraſſe, anathema ſit. Concil. Trid. ſſ. 21. De communione ſub vtraque ſpecie, can. 2.

36 in Eccleſiis Cathedralibus vel collegiatis, in quibus eſt conſuetudo, quod non reſidentes nihil vel minus tertia parte percipiant, illa ſeruanda eſt. Concil. Trid. ſſ. 21. de reform. can. 3.

Eccleſiarum ſtatus, vbi ſacra Deo officia miniſtrantur, ex dignitate conſeruari debet. Concil. Trid. ſſ. 21. De reform. cap. 5.

Eccleſia mater ritus quoſdam, vt ſcilicet quædam ſubmiſſa voce, alia elatiori, in Miſſa pronunciarentur, inſtituit ceremonias; item adhibuit myſticas benedictiones, lumina, thymiamata, veſtes, & alia id genus multa ex Apoſtolica traditione & diſciplina, quo maieſtas ſacrificij commendaretur, & mentes fidelium per hæc viſibilia ſigna religionis ac pietatis, ad rerum altiſſimarum contemplationem excitarentur. Con. Trid. ſſ. 22. cap. 5.

ab Eccleſiis debent prohibere locorum Ordinarij muſicas eas, quibus organo, vel cantu laſciuum vel impurum aliquid miſcetur: item ſeculares omnes, vana, & profana colloquia, deambulationes, ſtrepitus atque clamores. Concil. Trid. in decreto. De obſeruandis in celebratione Miſſæ, ſſ. 22.

in Eccleſia Catholica ſi quis dixerit non eſſe hierarchiam diuina ordinatione inſtitutam, quæ conſtat ex Epiſcopis, Presbyteris, & Miniſtris, anathema ſit. Concil. Trid. ſſ. 23. De Sacramento Ordinis, can. 6

Eccleſiam ſi quis dixerit errare, cum docuit & docet iuxta Euangelicam & Apoſtolicam doctrinam, propter adulterium alterius coniugum, matrimonij vinculum non poſſe diſſolui, & vtrumque vel etiam innocentem, qui cauſam adulterio non dedit, non poſſe, altero coniuge viuente, aliud matrimonium contrahere, mœcharique eum, qui dimiſſa adultera aliam duxerit, & eam quæ dimiſſo adultero, alij nupſerit, anathema ſit. Concil. Trid. ſſ. 24. De Sacram. matrim. can. 7.

Eccleſiam ſi quis dixerit errare, cum ob multas cauſas, ſeparationem inter coniuges quoad thorum, ſeu quoad cohabitationem, ad certum vel incertum tempus fieri poſſe decernit, anathema ſit, d. ſſ. 24 De Sacram. matrim. can. 8.

Eccleſiæ Dei nihil eſt magis neceſſarium, quam vt Beatiſſimus Romanus Pontifex impendat potiſſimum eam ſolicitudinem, quam ex officio ſui muneris debet, vt lectiſſimos tantum ſibi Cardinales adſciſcat, & bonos & idoneos Paſtores ſingulis Eccleſiis præficiat. Concil. Trid. d. ſſ. 24. De refor. matrim. can. 1. in fi.

Eccleſia ab antiquiſſimis temporibus vſa eſt poteſtate conferendi indulgentias, diuinitus ſibi tradita. Concil. Trid. ſſ. 25. in decreto indulgentiarum.

Reliqua in verbo Apoſtoli, n. 1. Baſilica. Cauſa, 11. 12. 13. 17 Chorus. Citatio. § 9. Cælum. Contingens. Conſuetudo. Conventualis. Domus. Faber. Fabrica. Hoſpitalia 1. 2. Incognito.

37 ECCLESIA vniuerſalis fidelium eſt vna, extra quam nullus omnino ſaluatur, cap. firmiter, §. vna. De ſumma Trinit.

in Eccleſia vniuerſali fidelium idem ipſe ſacrificium eſt Ieſus Chriſtus, cuius Corpus & Sanguis in Sacramento altaris veraciter continentur, ſub ſpeciebus vini & panis, tranſubſtantiatis pane in Corpus, & vino in Sanguinem poteſtate diuina; vt nos accipiamus de ſuo, quod ipſe accepit de noſtro, ibid.

in Eccleſia Dei triplex eſt ordo, ſcilicet virginum, continentium, & coniugatorum; Chriſtus enim plus amat virgines quam alios, quia ſponte tribuunt quod ſibi non fuerat imperatum. Continentes etiam plus Deo placent quam coniugati: quia non expedit homini ad regna cœleſtia tendenti, accipere vxorem. gl 8. in d. cap. firmiter, § fi.

Eccleſia fundata fuit de Iudæis conuerſis, gl. ti. in cap. canita. De reſcript.

in Eccleſiæ vnitate ſciſſura eſſe non poteſt; inde eſt quod veſtis Domini, quæ vnitatem ſignificabat, remanſit indiuiſa, gl. 1 in cap quia diligentia, eod.

Eccleſia non perdit iura ſua, licet inciderit in ſchiſma; non tamen illa exercet, donec redierit ad vnitatem, d. cap. quia, & ibi gl 1.

Eccleſia in Romani Pontificis ordinatione ſæpe paſſa eſt ſciſſuram, propter ambitionem multorum, cap. licet de vitanda, 6. eod.

Eccleſia vocatur mater fidelium, cap 1. in princip. De excepto. lib. 6.

Eccleſia ideo eſt vna, quia in vniuerſali Eccleſia eſt vnum caput ſupremum, cui omnes de Eccleſia obedire tenentur, ſcilicet Papa, hoc ſtatuente illo, per quem Reges regnant, & legum conditores iuſta decernunt, gl. Eccleſiæ, in cap. fi. De hæreticis.

38 Eccleſia vniuerſalis eſt vna, & vnum baptiſma, & vna fides, clem. 1. §. verum. De exceſſib. Prælat.

Eccleſia, hoc eſt congregatio fidelium, vna tantum eſt, vt in ſymbolo Apoſtolorum, in plura membra diſperſa, gl. Eccleſiis, in extrauag. ſuſcepti regiminis. Ioannis 22.

Eccleſiam ſuam fundauit Chriſtus, non in loco, ſed in perſona Petri, dicens, *Tu es Petrus* &c. Et poteſtas clauium Petro data, in eius perſona ſuis eſt ſucceſſoribus attributa, gloſ. Romanæ Eccleſiæ, in extrauag. execrabilis. Ioannis 22.

Eccleſia vniuerſalis hodie in plura membra eſt diſperſa, ibidem.

Eccleſia in perſona Petri fundata, cenſetur fuiſſe vbicumque fuit Petrus, & adhuc eſt, vbicumque eſt hodie eius ſucceſſor, ibid.

Eccleſia vniuerſalis dicitur propriè collectio fidelium: & dicitur vna, quia vna fides: in plura tamen membra ſingularia per orbem terrarum diffuſa, gl. vniuerſali, ibid.

Eccleſiæ ſingulares dicuntur membra Eccleſiæ vniuerſalis, gl. ſingularum, ibid.

Eccleſiam vnam, ſanctam, Catholicam, & ipſam Apoſtolicam, vrgente fide, credere cogimur, & tenere, extrauag. vnam ſanctam. De maio. & obedi. inter communes.

in Eccleſia eſt vnus Dominus, vna fides, & vnum baptiſma, ibid.

Eccleſia comparata eſt arcæ Noe, d. extrauag. vnam ſanctam, & ibi gl. vna. 39

Eccleſiæ vniuerſalis regimen, creditum eſt Papæ, extrauag. 2. De emptione & vendit. inter commu.

Eccleſia comprehendit congregationem fidelium, extrauag. diſcipulorum. De celebrat. Miſſar. inter communes.

Eccleſia dicitur quandoque vxor, quandoque mater, quandoque filia; nam Catholicorum collectio, quæ eſt Eccleſia, per Epiſcoporum prædicationem generatur; dicitur etiam Eccleſia locus, vbi Deum timentes veniam poſtulant, gl. 2 in can. ſi. diſt. 68.

in Eccleſiæ naſcentis principio, multitudinis credentium erat cor vnum, & anima vna, nec aliquis eorum quæ poſſidebant, ſuum proprium eſſe dicebant, ſed erant illis omnia communia, & ſinguli vendebant prædia ſua, & ponebant pretia eorum ante pedes Apoſtolorum, in ſumma, 2. q. 2. can. dilectiſſimis, 12. q. 1.

Eccleſiæ nomen ſumitur quandoque pro congregatione fidelium, can. Engeltrudam, 3 q 4.

Eccleſia ſcindi non debet, quia in vnitate tota conſiſtit, ſicut & veſtimentum Domini non fuit ſciſſum, ſed ſortiti ſunt, can. ſicut Domini, 16. q 7.

Eccleſia non poteſt errare, id eſt congregatio fidelium, gl. 2. in can. a recta, 24 q 1.

Eccleſia, id eſt Catholicorum collectio, non poteſt inſtitui ſine ſedis Apoſtolicæ nutu, can Eccleſia. De conſecr. diſt. 2.

Eccleſia ſacroſancta ex pluribus perſonis adunatur, gl. vnum, in can. quia paſſus. De conſecrat. diſt. 2

Eccleſiæ vnitas, quæ eſt in fide & charitate, non ita late patet, amplectitur enim ſolos bonos; ſed ſecundum vnitatem Sacramentorum, etiam malos alios amplectitur, can. eſt vnitas, & ibi gl. 1 De conſec. diſt. 4.

Reliqua in verbo Vnitas, Romanus, n. 3.

ECCLESIA Romana eſt mater omnium Eccleſiarum, gl 1. in cap. fi. De conſtit. 40

Eccleſia Romana conſtituit omnes dignitates cuiuſcunque ordinis, ibid.

Eccleſiæ Romanæ appellatione quandoque intelligitur de Eccleſia Romana particulariter ſumpta; quandoque ſumitur pro vniuerſali Eccleſia, cap. honæ, 3. De poſtu. Prælat.

Eccleſiam Romanam prætulit Chriſtus omnibus Eccleſiis, cap. 1. & ibi gl. 1. De tranſlat. Epiſcopor.

Eccleſia Romana quæ ſeruat, & docet alios ſeruare, omnes ſubditi eius tenentur obſeruare, cap. fin. De ſponſa duor. ſed quæ in ſignum priuilegij, ſibi tamen reſeruauit, nullus alius ſiue ſua ſpeciali licentia attentare debet, gl. 2. in cap. 1 De temp. Ord.

Eccleſia Romana eſt mater, & magiſtra omnium Eccleſiarum, cap. fi. De foro compet.

Eccleſiæ Romanæ conſuetudo non ſemper in omnibus eſt ſeruanda, cap. fi. & ibi gl. fi. De ferijs.

Eccleſia Romana non ſolet aliquem priuilegiare contra ſe, gl. 2. in cap. cum inſtantia, 27 De cenſibus.

Eccleſia Romana quod ſeruat, & mandat obſeruari ab aliis, circa Sacramenta, & articulos fidei, generaliter obſeruandum eſt: & qui aliter ſentit de illis, habendus eſt hæreticus, gl. 1. in cap. ad abolendam, 9. De hæreticis.

Eccleſia Romana quod probat, vel reprobat, & aliæ Eccleſiæ hoc idem facere debent, cum ab ipſa habeant ſuam inſtitutionem & authoritatem, gl. 1. in cap. fi. De regulis, in antiquis. 41

Eccleſia Romana dicitur ſacroſancta, quia fuit conſecrata martyrio Apoſtolorum Petri & Pauli, gl. ſacroſancta, in princip. in procœmio lib. 6.

Eccleſiæ Romanæ principatus fuit conceſſus à Deo, in princip. in prœmio lib. 6.

Eccleſia Romana, quòd præfertur omnibus Eccleſiis, voluit Altitudo diuinæ prouidentiæ, ibid.

Eccle-

Eccleſia Romana eſt mater omnium fidelium, & magiſtra, cap. 1. De ſumma Trinit. lib. 6.

Eccleſiæ Romanæ conſuetudo eſt ſequenda ab omnibus in his, quæ pertinent ad fidem, & eius articulos, ſed non in alijs, gl. docuit, ibid.

Eccleſiæ Romanæ prolixa vacatio periculoſior eſt, quàm vacatio aliarum Eccleſiarum, cap. vbi periculum. De elect. lib. 6.

inter Eccleſiam Romana, & alias Eccleſias, eſt differentia, cap. fi. De præſcript. lib. 6.

42 Eccleſiæ Romanæ appellatione comprehenditur Sedes Apoſtolica, cap. ſtatutum, iuncto cap. præcedenti. De præbend. lib. 6.

Eccleſia Romana eſt mater & turrix aliarum Eccleſiarum, cap. 2. De immunit. Eccleſ. lib. 6.

Eccleſia Romana dicitur mater noſtra, quia iam genitum natura, gignit per gratiam, gl. 2. in cap. 2. De priuileg. lib. 6.

Eccleſia quælibet totius orbis, de iure communi eſt ſubiecta Romanæ Eccleſiæ, cap. ſi Papa, 10. eod.

ad Eccleſiam Romanam tantum pertinet determinare ea, quæ concernunt ad articulos fidei, clem. 1. §. nos igitur. De ſumma Trinit.

Eccleſiæ Sacroſanctæ Romanæ caput eſt Chriſtus, clem. Romani. De iureiur.

Eccleſia Romana ibi eſt, & ibi eſt Sedes Apoſtolica, vbi eſt ſummus Epiſcopus, qualis eſt Papa, gl. Romanæ, in extrauag. execrabilis, Ioann. 22.

Eccleſia Romana, vel Sedes Apoſtolica ibi vacat, vbi Papa mortuus eſt, & neceſſario debet dici, quod ibi ſit, quia non poteſt proprie vacare, niſi vbi eſt; ſicut non poteſt quis mori, vbi non eſt.

Eccleſia Romana non dicitur eſſe in parte Orientali, ſed in Occidentali, can. aliter, diſt. 31.

ab Eccleſia Romana editum ius, non ſemper ſeruatur vniuerſaliter, ibid.

Eccleſiam Romanam inuadens, & in gradum filiorum eius prorumpens, ſiue ſit Epiſcopus, monachus, vel laicus, debet anathematizari, can. ſi quis ex Epiſcopis, diſt. 79.

43 Eccleſiam Romanam negans eſſe caput omnium Eccleſiarum, cenſendus eſt hæreticus, cap. Conſtantinus, & ibi add. marg.

Eccleſia Romana non eſt vniuerſalis, licet ſit de vniuerſitate, gl. fi. in can. ſi. diſt. 99.

Eccleſia Romana dicitur à ciuitate, in qua Petrus fundamentum Eccleſiæ mortem ſubijt temporalem, gl. Romanæ, in extrauag. execrabilis, Ioan. 22.

Eccleſia Romana, ſicut religioſa & pia vota benigno fauore proſequitur, ita ſuperſtitioſos conatus inſolentium hominum deteſtatur, extrauag. Sancta Romana, Ioan. 22.

Eccleſia Romana appellatur quandoque ſancta, quandoque ſacroſancta, quia ſacro cruore Apoſtolorum Petri & Pauli conſecrata eſt, gl. 1. ibid.

Eccleſiæ Romanæ rebellis omnis, aut contumax, non eſt cenſendus hæreticus, gl. vt hæreticus, in extrauag. quia quorumdam. Ioann. 22.

Eccleſia Romana diſponente Domino, ſuper omnes alias ordinariæ poteſtatis obtinet principatum, vtpote mater vniuerſorum fidelium & magiſtra, extrauag. ſancta Romana. De elect. lib. 6.

Eccleſia Romana fuit à primæua ſua fundatione inſtituta in ordine Sacerdotali, adaucta, & conſeruata per viros prouidos & Sacerdotes, extrauag. vices illius. De treuga & pace inter communes.

44. Eccleſiæ omnes particulares inferiores trahunt originem poteſtatis ab Eccleſia Romana, can. nolite, diſt. 6.

Eccleſiæ Romanæ traditum à principe Apoſtolorum Petro, & vſque nunc cuſtoditum, ab omnibus debet ſeruari, can. qui neſciat, diſt. 11.

Eccleſia Apoſtolica Romana, eſt mater omnium Eccleſiarum, à cuius regulis nulli licet deuiare, can. non decet, diſt. 12.

ab Eccleſiæ Romanæ ſtatutis nulli licet diſcedere ſine diſcretione, id eſt ratione, ſed bene cum ratione, ibid.

Eccleſiæ Romanæ ſpecialiter conceſſa nullus præſumat vſurpare, can. huic ſoli, diſt. 17.

Eccleſia Romana cum ſit noſtra mater Sacerdotalis dignitatis, debet etiam eſſe magiſtra Eccleſiaſticæ rationis, can. in memoriam, diſt. 19.

ab Eccleſia Romana iugum impoſitum, tolerandum eſt, licet videatur intolerabile, ibid.

Eccleſia Romana quicquid ſtatuit, vel ordinat, ab omnibus obſeruandum eſt, can. enim vero, diſt. 19.

Eccleſiam Romanam non eſſe caput, nec poſſe condere canones aſſerens, eſt hæreticus: ſed qui aliter tranſgreditur mandata eius, non eſt propterea hæreticus, licet peccet, gloſ. 1. in can. nulli, diſt. 19.

Eccleſia Romana obtinuit Principatum ſuper omnes alias Eccleſias, non ex concilio, ſed à Chriſto, & ex paſſione Petri & Pauli, can. quamuis, diſt. 21.

Eccleſiarum maiorum ordo antiquitus erat, quod Eccleſia Romana fuit prima, ſecunda Alexandrina, tertia Antiochena, quarta Hieroſolymitana: Conſtantinopolitana nullum locum habuit, ſed poſtquam fuit translatum Imperium Conſtantinopolim, Conſtantinopolitana obtinuit ſecundum locum poſt Romanam, Alexandrina, tertium, Antiochena quartum, Hieroſolymitana quintum, gl. 1. in ſumma, diſt 22.

Eccleſia Romana inſtituit omnes Eccleſias, ſiue Patriarchales, ſiue Primatiales, ſiue Archiepiſcopales, ſiue Epiſcopales, & omnes Prælatos: ſed ipſam ille ſolus fundauit, & ſupra firmam petram fidei mox naſcentis erexit, qui Petro æternæ vitæ clauigero terreni ſimul ac celeſtis Imperij iura commiſit, can. omnes, diſt. 22.

Eccleſia Romana præeminentiam quam habet, habuit à Chriſto, & non ab homine, ibid. 45

Eccleſiam Romanam dicens non habere primatum ſuper alias, hæreticus eſt, & vt hæreticus poteſt puniri, ibid.

Eccleſia Romana habuit primatum non ab Apoſtolis, ſed ab ipſo Domino, can. ſacroſancta, diſt. 22.

Eccleſiam Romanam Petrus & Paulus vno die, eodemque tempore Romæ, glorioſiſſima morte conſecrarunt, & omnes Eccleſias tam præſentia ſua, quàm venerando triumpho prætulerunt, ibid.

Eccleſia Romana eſt prima, & antiquitus Alexandrina erat ſecunda tertia verò Antiochena, ibid.

Eccleſia Conſtantinopolitana nunc obtinet ſecundum locum poſt Romanam, huicque illa eſt ſubiecta, can. Conſtantinopolitanæ, diſt. 22.

Eccleſia Romana fuit prima à Domino inſtituta, can. dudum, 3. qu. 6

Eccleſia Romana obtinuit primatum, & eſt caput, & mater omnium Eccleſiarum, ibid.

Eccleſia Romana dicitur locus Petri, can. factus eſt, 7. qu. 1.

Eccleſia Lateranenſis eſt prima ſedes Papalis, gl. 2. in can. futuram, 12. qu. 1.

Eccleſia Romana non præſcribit aliquid, nec aliquis contra eam præſcribit: quia Romana Eccleſia cum aliquid contra aliam præſcribit, non plus iuris propter hoc habet, quàm prius habuit; quia illa res priùs fuit illi ſubiecta, cum ipſa in omnibus Eccleſiis habeat plenitudinem poteſtatis, gl. Eccleſiæ, in can. volumus, 19. qu. 4.

Reliqua in verbo, Romanus, 2. 3. Vnitas, Sicilia.

ECCLESIAE omnes, licet ſint ſubiectæ Romanæ curiæ; tamen exemptæ dicuntur ſpeciales ipſius Romanæ curiæ, cap. cum venerabilis, & ibi gl. 1. De conſuetudine. 46

Eccleſiæ exemptæ dicuntur eſſe in diœceſi, & ſic per exemptionem non dicuntur eſſe extra diœceſim, cap. pen. De offic. Ordin.

Eccleſiæ exiſtentes in vna diœceſi, poſſunt pertinere pleno iure ad Prælatum exiſtentem in alia diœceſi: & hoc iure ſpeciali, ſcilicet priuilegio, vel præſcriptione, d. cap. pen.

Eccleſia exempta non poteſt in præiudicium exemptionis compromittere, cap. cum tempore. De arbitris.

in Eccleſiis, quæ pertinent ad Religioſos exemptos pleno iure, id eſt quoad temporalia, ſeu ſpiritualia Epiſcopus nihil poteſt in illos attentare; & ita, inſtitutio & deſtitutio quoad temporalia & ſpiritualia, pertinet ad illos, gl. pleno, in cap. 3. §. in Eccleſijs. De priuilegijs,

Eccleſiis, quæ pertinent ad religioſos exemptos, pleno iure Presbyteros illarum Eccleſiarum poterit deponere Epiſcopus, vocatus à religioſis, ad id adiunctis ſibi aliis Epiſcopis, gl. pleno iure, ibid.

in Eccleſiis pertinentibus pleno iure ad religioſos exemptos, Abbates illorum poſſunt priuare clericos, & Presbyteros illarum Eccleſiarum ab officio & beneficio, iuſta cauſa interueniente, ibid.

Eccleſias exemptorum licet Epiſcopus non poſſit interdicere, exempti tamen ipſi tenentur ſeruare de iure communi interdictum generale, & aliàs poteſt eos punire, gl. priuilegiis, in cap. tuarum, 11. De priuileg.

Eccleſia exempta, populus ipſius Eccleſiæ non cenſetur exemptus, niſi ſpecialiter exprimatur, cap. ex parte, 13. eodem.

Eccleſia ſubiecta quoad præſentationem, Prælato exempto, non cenſetur ob id exempta, gloſ. exempti, in cap. 2. De præbend. lib. 6

Eccleſia quælibet etiam inuito Metropolitano, poteſt eximi Apoſtolica authoritate ab eius iuriſdictione, can. decimas, §. fi. 16. qu. 1.

contra Eccleſiam exemptam ac ſubiectam Romanæ Eccleſiæ, rectè præſcribitur quadraginta annis, licet contra Romanam non currat minor centenaria præſcriptio, gl. Eccleſiæ, in can. volumus, 16. qu. 4.

Reliqua in verbo, Exemptio. Eximens. Exemptus. Monachus. 48. vſque 52. Monaſterium, 3.

ECCLESIA habens ſub ſe capellas, poteſt dici matrix reſpectu capellarum, cap. ex parte. De reſcriptis.

Eccleſia matrix ratione ædificij in ſinibus ſuis inferioris Eccleſiæ, id eſt capellæ, non vendicat ſibi ius iuriſdictionale, aut correctionis, cap. fin §. coram. De officio Archidiacon.

Eccle-

Eccleſia matrix conſiſtit in tribus Eccleſiæ columnis, ſcilicet in Archidiacono, Archipresbytero, & cuſtode, cap. 2. De officio cuſtodis.

Eccleſia matrix poteſt agere ad demolitionem, contra ædificantem Eccleſiam, in Eccleſia alterius Parochiæ, cap. coram. De officio deleg.

Eccleſiæ matricis appellatione, quandoque intelligitur de Cathedrali, cap. 1. De præſcriptio, cap. venerabili, & ibi gl. 1. De verb. ſignif.

Eccleſia baptiſmalis dicitur matrix, cap. ex tranſmiſſa. De arbitris.

Eccleſia baptiſmalis dicitur matrix, quia ſicut mater generat, ſic & illa regenerat per baptiſmum, gl. matricem, in clem. 1. De ſententia excommun.

Eccleſiæ matricis appellatione, continetur Eccleſia maior loci, vel baptiſmalis, ibid.

Eccleſia matrix ſi ſubiecta ſit religioſis non ſeruantibus interdictum, nihilominus tenentur ipſi religioſi obſeruare interdictum, quod ſeruat dicta Eccleſia matrix, ibid.

Eccleſia Metropolitana, non eſt matrix ſingularum ciuitatum; ita quòd Eccleſia Metropolitana ſeruante interdictum, religioſi totius Prouinciæ non ſeruantes, non ligantur pœna *clem. 1. De ſententia excommunicat.* ſed tantum Religioſi Cathedralis Eccleſiæ loci, vbi ſunt religioſi, ligantur, gl. matricem, in d. clem. 1.

Eccleſiæ matrices olim habuerunt prædia & poſſeſſiones, gl. 1. in can. videntes, 12. qu. 1.

Reliqua in verbo, Matrices. Baptiſmales. Parochiales.

48 ECCLESIAE Cathedrales tantum, morte Prælati dicuntur viduatæ, quia ibi dicitur vinculum coniugale contractum: hodie tamen (licet impropriè) dicuntur viduatæ etiam inferiores Eccleſiæ, ex quo non habent Prælatum qui poſſit illarum negotia procurare, gloſ. fi. in cap. cum terra, 14. De electione.

Eccleſia non Cathedralis quandoque denominatur à loco ſiue expreſſione certi nominis, ſeu illius ſancti, ſub cuius vocabulo Eccleſia eſt conſtructa, veluti Eccleſia Cluniacenſis, cap. ſacroſancta, & ibi gl. pen. end.

in Eccleſiis Cathedralibus non ſunt inſtituendi viri indocti, neque pueri, cap. inter cætera. De officio Ordinar.

in Eccleſijs Cathedralibus ſunt inſtituendi viri idonei, & tales, qui commodè poſſint Epiſcopum coadiuuare in officio prædicandi, & in alijs, ibid.

Eccleſia ſita in aliquo Archidiaconatu, ſi erigitur Cathedralem, eximitur à iuriſdictione Archidiaconi, cap. cum inferior. De maior. & obedient.

ex Eccleſiæ erectione in Cathedralem, alteri præiudicatur, & illi debet fieri compenſatio, ibid.

Eccleſiæ erectio in Cathedralem, fieri debet propter latam & longam Prouinciam, vel propter diuerſitatem linguarum, gl. Cathedralem, ibid.

Eccleſiarum erectiones in Cathedrales, vel earum mutationes, translationes, & ſimilia fieri non poſſunt niſi authoritate Papæ, ibid.

Eccleſia Cathedralis poteſt appellari maior Eccleſia, cap. ad decorem. De inſtitut. & cap. pen. De cenſibus.

in Eccleſia Cathedrali debent inſtitui clerici idoniores, quàm in alijs, d. cap. ad decorem.

49 Eccleſiæ Cathedralis Parochianus ſi alibi ſepeliatur, de ipſius funeralibus, ſeu relictis Eccleſiæ ſepulturæ, quarta debetur capitulo Eccleſiæ Cathedralis, cap. cum ſuper. De ſepultur.

Eccleſia Cathedralis venit appellatione Eccleſiarum, quando iura loquuntur indiſtinctè de Eccleſijs: & hoc in fauorabilibus, non in odioſis, ibid.

Eccleſia Cathedralis habet quandoque Parochiam diſtinctam, in qua debet habere iura parochialia, dict. cap. cum ſuper.

Eccleſia Cathedralis debet prouidere magiſtro de beneficio, qui clericos eiuſdem Eccleſiæ, & alios pauperes gratis doceat, cap. 1. De magiſtris.

Eccleſiæ Cathedrales, & regulares, quandoque æquiparantur, gl. Cathedralium, in cap. ſtatutum. De reſcriptis.

Eccleſiæ Cathedralis Canonicis poſſunt cauſæ committi; ſed non Canonicis Eccleſiæ Collegiatæ, ibid.

Eccleſia Cathedrali vacante, ſi electio de Prælato non fuerit facta infra debitum tempus, propter negligentiam eorum, ad quos de iure ſpectat eligendi poteſtas, ad proximum ſuperiorem deuoluitur, cap. quamquam. De electione, lib. 6.

Eccleſia Cathedralis poteſt quandoque eſſe regularis, cap. nullus, 18. eod.

Eccleſia Cathedralis quædam eſt ſæcularis, hoc eſt Canonicorum ſæcularium; quædam regularis: & vtroque caſu poteſt eligi in Epiſcopum tacite profeſſus, gl. fi. in cap. ſi religioſus, §. quia vero, eod.

in Eccleſia Cathedrali regulari poteſt eligi in Epiſcopum etiam non profeſſus, propter excellentiam Epiſcopalis dignitatis, & ordinis, ſed in alijs Eccleſiis regularibus non poteſt eligi in Prælatum, ibid.

50 Eccleſiæ Cathedralis regularis Epiſcopus recipit Monachos ad profeſſionem, vt Abbas, ibid.

Eccleſia Cathedralis & regularis, in quibuſdam pariſicantur; in quibuſdam non, gloſ. 1. in cap. ſi poſtquam, 33. eodem.

Eccleſiæ Cathedralis adminiſtrationem plenam habens in temporalibus & ſpiritualibus, poteſt exercere iuriſdictionalia: ſed Sacramentalia non poteſt, niſi fuerit Epiſcopus, cap. is cui, 42. eod.

Eccleſiæ Cathedrali vacanti ſolus Papa dat adminiſtratorem, d. cap. is cui, & ibi add. marg.

Eccleſia Cathedralis excedit omnes alias Eccleſias ciuitatis, & diœceſis, in honore, cap. quamuis. De præbend. lib. 6.

Eccleſiæ Cathedralis nomine intelligitur ſolum Capitulum, non inferiores clerici, vel conuerſi, quando materia eſt proportionabilis Epiſcopo & Capitulo tantum: ſed ſi materia ſit proportionabilis omnibus, tam Canonicis, quàm clericis & conuerſis; tunc nominatione Eccleſiæ Cathedralis comprehenduntur Canonici, & inferiores clerici: & è conuerſo, dd. reprob. gl. Parochiani, in cap. per exemptionem. De priuileg. lib. 6.

Eccleſiæ Cathedrali clero carenti, & populo Chriſtiano, nullus poteſt prouidere ſine ſpeciali Papæ licentia, clem. in plerique Eccleſiis. De elect.

Eccleſiæ maxime Cathedrales debent habere facultates; & facultates dicuntur earum præſidium, ibid.

Eccleſiæ carenti tantum populo, vel tantum clero, non poteſt prouideri de Epiſcopo, ſine Papæ licentia, gl. & populo, ibidem. 51

Eccleſiæ carenti populo & clero, ſi quis fuerit promotus, & conſecratus ſine Papæ licentia, non admittitur quoad executionem Pontificalis officij, nec permittitur vti Pontificalibus officijs, & ſic minus poterit, quàm alter Epiſcopus vllius Eccleſiæ, gl. honore, ibid.

in Eccleſia Cathedrali vel collegiata quis non habet vocem in capitulo, niſi ſit ſaltem in ſubdiaconatu conſtitutus, clem. 2. De ætate & qualit.

Eccleſia Cathedralis & Eccleſia maior, ſeu matrix loci, quandoque æquiparantur, gloſ. maioris, in cap. dudum. De iudicijs.

in Eccleſia Cathedrali matrici, ex quo celebratur continue ianuis apertis ſiue per Prælatum, ſiue per Capitulum totum, vel partem, ſiue per alios clericos Eccleſiæ, non eſt locus pœnæ, *clem. 1. De ſententia excommunicat.* & ex quo in Eccleſia matrici ſeruatur, & in alijs obſeruari debet, gl. matricem, in clem. 1. De ſententia excommunic.

in Eccleſijs Cathedralibus & matricibus inferiores clerici, manſionarij, & capellani, vt plurimum etiam ſine Prælato & Canonicis officiant Eccleſias ipſas, ibid.

Eccleſias Cathedrales erigere, & ſingulis diſtinctas & limitatas diœceſes aſſignare, ſpectat ad Papam, extrauag. ſedes Apoſtolica. Ioann. 22. & inter communes, in extrauag. ſedes Apoſtolica. De officio deleg.

Eccleſia Auenionenſis, non expreſſa de qua, intelligitur de Cathedrali, cùm nulla alia vocetur Auenionenſis: ſed omnes aliæ aliquo alio nomine peculiari nuncupentur, gloſ. Eccleſia, in extrauag. ſi ſtatrum, §. quia igitur. Ioannis 22. 52

Eccleſias Cathedrales erigere, & ex vna propter populi multitudinem duas facere, ſpectat ſolum ad Papam, extrauag. ſedes Apoſtolica. De officio deleg. inter communes.

Eccleſia vna fit mater quandoque de filia, propter multitudinem populi, extrauag. Saluator. De præbend. inter communes.

Eccleſias erigere in Metropolim, vel Epiſcopatus, ad ſolum Papam ſpectat, ibid.

Eccleſiæ vni vel vni corpori, diſpenſatione Papali rectè poſſunt conſtitui duo Prælati; & hoc propter vtilitatem Eccleſiæ, non perſonæ, can. non autem, & ibi gl. 1. 7. qu. 1.

Eccleſiæ Cathedrali vacanti datur interceſſor, qui dicitur adminiſtrator, ſeu viſitator; & poteſt omnia, quæ poteſt electus confirmatus, excepta immobilium alienatione, can. conſtitutum, 7 qu. 1.

Eccleſiæ Cathedrali vacanti datur viſitator, non ab alio quàm à Papa, ibid.

Eccleſia vna non debet habere duos Epiſcopos, vel Archiepiſcopos, vel Prælatos, in can. in apibus, 7 qu. 1.

in Eccleſijs Cathedralibus vel collegiatis, in quibus nullæ ſunt diſtributiones, vel ita tenues, vt negligantur, tertia pars fructuum dignitatum, vel canonicatuum, aut officiorum debet ſeparari, & in diſtributiones conuerti: quæ inter dignitates obtinentes, & cæteros diuinis intereſſentes, proportionabiliter iuxta diuiſionem faciendam ab Epiſcopo diuidi debent. Concil. Trident. §. 21. De reformat. cap. 3.

in Eccleſijs Cathedralibus vel collegiatis, in quibus eſt conſuetudo, quod non reſidentes nihil vel minus tertia parte percipiant, illa ſeruanda eſt, ibid. 53

ad Eccleſiam Cathedralem poſthac aſſumendus, non ſolum natalibus, ætate, moribus, & vita, ac alijs quæ à ſacris Canonibus requiruntur plenè ſit præditus, verum etiam in ſacro ordine antea, ſex menſium ſpatio ſaltem, ſit conſtitutus. Concil. Trident. ſſ. 22. De reform. cap. 2. quarum rerum inſtructio, ſi eius notitia nulla ſit in curia,

aut

aut recens fuerit in ea, debet ſumi à ſedis Apoſtolicæ legatis, vel nunciis Prouinciarum, aut ab eius Ordinario; & eo deficiente à vicinioribus Ordinariis: quæ inſtructio debet fieri fideliter, & gratis, alioquin eorum conſcientiæ grauiter onerantur, ibid.

ad Eccleſiam Cathedralem aſſumendus debet pollere ſcientia, propter alia requiſita, vt muneris ſibi iniungendi neceſſitati ſatisfacere poſſit, ibid.

ad Eccleſiam Cathedralem aſſumendus, requiritur quod antea in vniuerſitate ſtudiorum magiſter, doctor, vel licentiatus in ſacra Theologia, vel iure Cannnico, merito ſit promotus, aut publico alicuius Academiæ teſtimonio idoneus oſtendatur ad alios docendos, ibid.

ad Eccleſiam Cathedralem aſſumendus regularis, debet habere teſtimonium à ſuperioribus ſuæ religionis, qualiter ſit idoneus ad alios docendos, ibid.

Eccleſia Cathedralis cum primum vacauerit, ſupplicationes & preces publicè & priuatim habeantur, atque à Capitulo per ciuitatem & diœceſim indicantur, quibus clerus populuſque bonum paſtorem à Deo impetrare valeant, Concil. Trident. ſſ. 24 De reform. cap. 1.

54 Eccleſiæ Cathedrales in quibuſdam locis ſunt tam tennis reditus, & anguſti, vt Epiſcopali dignitati nullo modo reſpondeant, neque Eccleſiarum neceſſitati ſufficiant. Concil. Trident. ſſ. 24. De reform. cap. 13.

Eccleſiæ Cathedralis quando ſunt tenuea reditus, debet concilium Prouinciale, vocatis his quorum intereſt, examinare quas Eccleſias propter anguſtiam, & tenuitatem inuicem vnire, vel nouis prouentibus augere expedit: & de his collectum inſtrumentum debet mittere ad Papam; de quibus inſtructus Pontifex, ex prudentia ſua prout expedire iudicauerit, aut tenues Eccleſias inuicem vniat, aut aliqua acceſſione ex fructibus augeat ibid.

Eccleſiæ Cathedrales quando ſunt tenuia reditus, earum Epiſcopis, qui fructuum ſubuentione pro diœceſis ſuæ tenuitate indigent, de beneficiis aliquibus poterit Papa prouidere interim, dum non vniantur, vel eis reditus augeantur, ibidem.

Eccleſiæ Cathedrales, quarum reditus ſummam ducatorum mille: & Eccleſiæ Parochiales, quarum reditus ſummam centum ducatorum ſecundum verum ac annuum valorem non excedunt, nullis penſionibus aut reſeruationibus fructuum debent grauari. Concil. Trident. ſſ. 24. De reform. cap. 13. in vnionibus.

in Eccleſijs Cathedralibus, vel Collegiatis, vbi frequentes & adeo tenues ſunt præbendæ ſimul cum diſtributionibus quotidianis, vt ſuſtinendo decenti Canonicorum gradui, pro locorum & perſonarum qualitate non ſufficiant, poterit Epiſcopus cum conſenſu capituli, vel aliquot ſimplicia beneficia his vnire, vel aliquibus præbendis ſuppreſſis, quarum fructus & prouentus reliquarum præbendarum diſtributionibus quotidianis applicentur, ad pauciorum numerum reducere: ita tamen, quod tot ſuperſint, quæ diuino cultui celebrando, & dignitati Eccleſiæ commode valeant reſpondere. Concil. Trident. ſſ. 24. De reform. cap. 15.

Reliqua in verbo, Collegiata.

55 **ECCLESIA** quælibet Collegiata poteſt dici conuentualis; licet non ſit regularis, ſed ſecularis, cap. cum terra, 14. De electione.

Eccleſiæ Collegiatæ non debet prouideri de Prælato, per prouiſionem, ſeu collationem: ſed per electionem Canonicam, fiendam per ipſum Collegium, cap. 1. De electione.

in Eccleſia Collegiata nullus circa Papam poteſt præficere Prælatum: ſed debet fieri electio per Canonicos de Collegio, & electus confirmari per ſuperiorem, ibid.

Eccleſia quælibet Collegiata poteſt facere ſibi ſtatuta in ſua Eccleſia, cap. cum aliquibus. De reſcriptis, lib. 6.

Eccleſia Collegiata ſi habet præſentationem, præſentabit Prælatus de conſenſu Capituli, vel maioris partis, niſi de conſuetudine vel priuilegio competat ſoli Prælato, cap. ea noſcitur. De his quæ fiunt à Prælato.

Eccleſiæ Collegiatæ dos competens dicitur, cum aſſignatur ſaltem pro duobus, vel etiam tribus; & quod poſſit ſoluere iura Epiſcopalia: ſi vero ſit Monaſterium, tunc dos debet eſſe tanta, quod Presbyteri, diaconi, & ſubdiaconi, cantores & lectores eſſe poſſint, gl. 1. in cap. conſuluiſti. De conſecratione Eccleſiæ vel altar.

in Eccleſia Collegiata de iure communi, electio Prælati competit ad ipſum Collegium; in Eccleſia non Collegiata, ad Patronum; niſi aliud inducatur conſuetudine: ſed in Eccleſijs vbi non eſt Collegium, vel Patronus, per diœceſanum debet ordinari, gl. ſpectat. in cap. ſciant, 22. De electione, lib. 6.

Eccleſiæ Collegiatæ habent certam, & determinatam Parochiam, cap. ſtatutum, 22. eod.

Eccleſia Collegiata, vel conuentualis dicitur illa, in qua duo, vel plures ſunt tanquam facientes vnum corpus. Idem faciet credulitas, & opinio gentium, id eſt quod communiter agentibus conſueuerunt ſic appellari, & haberi vt tales, gl. Eccleſijs, in extrauag. ſuſcepti. Ne ſede vacante, inter communes.

Reliqua in verbo, Collegiata, Conuentualis.

ECCLESIA Parochialis vna ſi ſubeſt alij, licet Prælatus 56
maioris Eccleſiæ dicatur habere duas Eccleſias, tamen alius Presbyter debet eſſe in ſubiecta, qui ſit eius vicarius, gloſ. pendeant, in cap. eam te. De ætate & qualitate.

Eccleſia Parochialis ſi in ſuo fundo aliam conſtituat, nihil impedit in ea vicarium inſtitui, & Prælatum maioris Eccleſiæ eſſe Prælatum vtriuſque, non tamen ſeruiet per ſe vtrique, ibid.

ad Eccleſiæ Parochialis regimen non debet quis admitti, niſi ad minus fuerit ſubdiaconus, cap. præterea, eod.

ad Eccleſiæ Parochialis regimen diſpenſatiue poſſunt admitti hi, qui in minoribus ordinibus ſunt conſtituti; dummodo ſint tales, quod infra breue tempus poſſint in Presbyteros ordinari, ibid.

Eccleſia Parochialis ſeu baptiſmalis, quæ aliàs dicitur matrix, poteſt pertinere ad ius Monachorum, cap. ex tranſmiſſa. De præſcript.

Eccleſia baptiſmalis ſeu plebanalis fundat intentum de iure communi ſuper decimis, ibid.

Eccleſiæ Parochiali pertinet ius funerandi, ibid.

Eccleſia matrix, hoc eſt Parochialis, debet percipere decimas intra confines ſuæ limitationis: capellæ vero nihil debent habere, niſi per præſcriptionem vel indulgentiam, gl. decimas, ibid.

Eccleſia vna vnum tantum debet habere rectorem, cap. 57
cum non ignores. De præbend.

Eccleſia Parochialis poteſt vniri præbendæ, & alteri dignitati, cap. extirpandæ, 30. §. quia vero. De præbend.

Eccleſiam Parochialem habens, debet deſeruire illi perſonaliter, & non per vicarium: quia videtur electa induſtria perſonæ, & ſic non poteſt alteri delegari, ibid.

Eccleſiam Parochialem habens cum præbenda, non poteſt habere aliam præbendam cum illa, etiam cum diſpenſatione Epiſcopi, gl. præbendam, & gl. ſeq. ibid.

Eccleſia Parochialis poteſt adiungi & vniri præbendæ Eccleſiæ Cathedralis, propter vtilitatem vel tenuitatem præbendarum; reſeruata tamen congrua portione vicario, cap. expoſuiſti, 33. & ibi gl. neceſſitas, eod.

Eccleſia Parochialis debet habere canonicam portionem eius, quod quis reliquit Eccleſiæ, in qua ſepulturam elegit, cap. 1. & ibi gl. iudicii. De ſepultur.

Eccleſiæ Parochiali debetur portio Canonica, de omnibus bonis relictis Eccleſiæ ſepulturæ: & ſic de candelis, funeralibus, & de omnibus obuentionibus, cap. 2. eod.

Eccleſiæ Parochiali, & non Epiſcopo debetur portio eius, quod quis reliquit Eccleſiæ ſepulturæ. ibid.

Eccleſiæ Parochiali, de bonis ingredientis religionem in ſanitate, non debetur portio canonica: ſed ſi intrauit in ægritudine, in qua deceſſit, debetur eius portio, d. cap. 2. & in cap. de his, eod.

Eccleſiæ Parochiali non debetur portio canonica de legato 58
relicto pauperibus, vel contanguineis, pro remedio animæ ſuæ, nec de armis, & equis relictis pro ſubſidio terræ ſanctæ, gl. decreuit, in d. cap. 2.

Eccleſiæ Parochiali quod relinquitur à Parochiano, qui eligit ſepulturam alibi, computatur in canonicam portionem debitam ipſi Eccleſiæ Parochiali, cap. de his, 4. eod.

Eccleſiæ Parochiali non debetur canonica portio de oblatis, ſeu relictis alicui Eccleſiæ in vita, ibid.

in Eccleſia ſi quis audit diuina officia, & in alia habet ſepulturam, & ſui maiores ab antiquis temporibus elegerunt aliam ſepulturam, & in tertia eligat ſepulturam, illa Eccleſia, in qua eſt ſua ſepultura, habebit canonicam portionem, & non illa in qua audit diuina, gloſ. 1. ibidem.

Eccleſia vbi eſt electa ſepultura, poteſt agere, ut reſtituatur corpus defuncti ſepeliendi in loco per eum electo, cap. cum liberum, eod.

Eccleſia Parochialis vbi habet Parochiam, iura Parochialia pertinent ad capitulum, & non ad Epiſcopum, cap. cum ſuper. De ſepult.

Eccleſia omnis non habet ius ſepulturæ, cap. certificari, eod.

in Eccleſia Parochiali Monaſterio ſubiecta, ad curam animarum non debent præfici Monachi, ſed ſeculares clerici, per conſilium Monachorum; & eorum ordinatio, & depoſitio ad Epiſcopum pertinent, cap. 1. De capell. Monachorum.

Eccleſia ſita intra Parochiam alterius, eſt illi de iure com- 59
muni ſubiecta, cap. 2. eod.

Eccleſiæ rector Parochialis; ſi ſit abſens vel impeditus impedimento perpetuo, vel temporali, debet ſibi adiungi vicarius ex prouiſione & conſenſu Epiſcopi; aliquando hoc facit ipſe rector, vt ſi ad modicum contingeret abeſſe, gl. 1. in cap. 3. Ne Prælati ſuas vices.

Eccleſia Parochialis nemini eſt conferenda, qui non ſit idoneus ſcientia, moribus, & ætate, & ſi conferatur non attingenti 25. annorum, non valet collatio, cap. licet canon. De electione, lib. 6.

Eccleſia Parochialis ſi collata fuerit alicui, is tenetur ibi reſide-

ſidere perſonaliter, & infra annum tenetur fieri ſacerdos; qui ſi infra annum non fuerit promotus, elapſo anno priuatus eſt ipſo iure; ſuper reſidentia autem, Prælatus eius ad tempus poterit diſpenſare, ibid.

Eccleſiæ Parochiales conferuntur per illos, ad quos pertinet collatio, gl. ſedem, in cap. 2. De præbend. lib. 6.

Eccleſiam Curatam habere in titulum aliud eſt, & aliud eſt habere in vicariam, clem. 1. De officio vicarij.

Eccleſia Parochialis poteſt conferri exiſtenti in minoribus, dummodo ſit talis, quod in breui promoueri poſſit ad Presbyteratum, & ſic non refert an iam ſit, an cito fiat, gl. 1. in can. nullus, diſt. 60.

60 Eccleſiæ Parochialis regimen poteſt concedi alicui in vigeſimo quinto anno, gl. 2. in can. presbyter. diſt. 78.

Eccleſiæ Parochialis inſtitutio, tuitio, & viſitatio pertinet ad Epiſcopum, can. legenda, 10. q. 1.

Eccleſia Parochialis habet quartam tantum decimarum, & Epiſcopus aliam quartam pro ſe, reliquas duas quartas retinet Epiſcopus pro fabrica & pauperibus: de alijs reditibus Eccleſiæ nihil habet Epiſcopus ex generali conſuetudine præſcripta, gl. 1. in can. de his, 10. q. 2.

Eccleſia Parochialis ſi reparatione indigeat, tenetur Epiſcopus ſubire onus fabricæ, ſi tertiam oblationem ab illa voluerit retinere: ſi vero eam Eccleſiæ dimiſerit, tunc eius ſollicitudine per rectorem Eccleſiæ debet reparari Eccleſia, can. vnio, 10. q. 3.

Eccleſia Parochialis ſi non indigeat reparatione, poteſt Epiſcopus tertiam oblationem accipere, ſi voluerit, ibid.

Eccleſia quælibet debet habere ſuum rectorem parochialem, ſi habeat decem Parochianos, ibid.

Eccleſia vnaquæque baptiſmalis habet ſuam diœceſim ſibi legitime aſſignatam, in ſumma, 13. q. 2.

Eccleſiæ Parochiales habent ſuas Parochias ſibi diſtributas, ibid.

Eccleſiæ baptiſmales debent habere limites diſtinctos, & vnus tantum debet eſſe princeps, gloſ. non poſſunt, in can. percipimus, 16. q. 1.

61 Eccleſiæ plures baptiſmales non poſſunt eſſe ſub vna terminatione, can. plures, 16. q. 1.

Eccleſiæ Parochialis ſacerdos, non ſolum Monachis reſpondebit in temporalibus, ſed etiam Epiſcopo, ſi Eccleſia ab antiquo præſtitit cenſum Epiſcopo, gl. 2. in can. pe. 16. q. 1.

in Eccleſijs Parochialibus Presbyteri per Epiſcopos inſtitui debent, qui eis reſpondeant de animarum cura, & de his quæ ad Epiſcopum pertinent, can. pe. 16 q. 2.

Eccleſiæ Parochiales alterius diœceſis debent permanere immobiles apud Epiſcopos, qui poſſederunt eas quietè, & ſine violentia, per triginta annos: ſed ſi infra triginta annos fuerit mota quæſtio, licitum erit ſuper illis Eccleſijs mouere litigium, can. per ſingulos, 16. q. 3.

Eccleſia baptiſmalis munita eſt priuilegijs decimationum, & alijs, in ſumma, 25. q. 2.

Eccleſiæ Parochiali vacanti ſtatim debet Ordinarius conſtituere vicarium idoneum, cum congrua fructuum portionis aſſignatione, qui onera ipſius Eccleſiæ ſuſtineat, donec ei de rectore prouideatur, extrauag. in conferendis beneficijs. Pij V.

Eccleſia Parochiali vacante, Epiſcopus vel qui ius patronatus habet, intra decem dies, vel aliud tempus ab Epiſcopo præſcribendum, aliquos clericos ad regendum Eccleſiam idoneos, examinatoribus, iuxta formam Concilij Tridentini deputatis, nominare debet, & non niſi ab eiſdem examinatoribus per concurſum aliorum examinatorum, etiam tanquam magis idoneo ab Epiſcopo judicato, & electo, de Eccleſia prouideri debet: alias prouiſiones factæ præter dictam formam ſunt nullæ, ibid.

62 Eccleſiarum Parochialium collatio in menſibus ordinarijs collatoribus aſſignatis, pertinet ad Epiſcopos, Archiepiſcopos, & alios collatores ordinarios, de quibus ijdem Epiſcopi & Ordinarij ſi infra ſex menſium ſpatium à die vacationis earumdem, perfecto examine iuxta formam Concilij, non prouiderint, ad Papam ſpectat, ibid.

Eccleſia Parochialis ſi conferatur alicui, non valet collatio, ſeu prouiſio, niſi ipſe intelligat, & intelligibiliter loqui ſciat idioma loci, vbi Eccleſia, vel beneficium huiuſmodi conſiſtit, reg. de idiomate, in reg. Cancell.

in Eccleſijs Parochialibus, in quibus, ob locorum diſtantiam Parochiani ſine magno incommodo accedere non poſſunt, ad percipienda Sacramenta, & diuina officia audienda, poſſunt Epiſcopi nouas Parochias conſtituere Sacerdotibus, in illis aſſignando competentem portionem ex fructibus ad Eccleſiam matricem pertinentibus: & ſi neceſſe fuerit, poteſt compellere populum ſubminiſtrare ea, quæ ſufficiant ad vitam dictorum Sacerdotum ſuſtentandam. Conc. Trid. ſeſſ. 21. De reform. cap. 4.

in Eccleſijs Parochialibus vel baptiſmalibus, in quibus populus ita numeroſus ſit, quod vnus rector non poſſit ſufficere Eccleſiaſticis Sacramentis miniſtrandis, & cultui diuino peragendo, poſſunt Epiſcopi cogere rectores, ſibi tot Sacerdotes ad hoc munus adiungere, quot ſufficiant ad Sacramenta exhibenda, & cultum diuinum celebrandum, d. cap. 4.

Eccleſiæ Parochialis fructus quando ſunt ita exigui, vt debitis oneribus nequeant ſatisfacere, Epiſcopus debet, ſi per beneficiorum vnionem id fieri non poſſit, ex primitiarum vel decimarum aſſignatione, aut per Parochianorum collectas, aut alia commodiori ratione tantum redigere, quantum pro rectoris aut Parochiæ neceſſitate decenter ſufficiat. Concil. Trident. ſeſſ. 24. De reformat. cap. 13. verſ. in Parochiali.

Eccleſiæ Parochiales vbi non habent certos fines, nec earum
rectores habent certum populum, quem regant, ſed pro- 63
miſcuè petentibus Sacramenta adminiſtrant, debet Epiſcopus pro tutiori animarum ſalute, diſtincto populo in certas propriaſque Parochias, vnicuique ſuum perpetuum peculiaremque Parochum aſſignare. Concil. Trident. dict. cap. verſ. in Parochialibus.

Eccleſiæ parochiales in locis vbi non ſunt, quàm primùm fieri poteſt, debet Epiſcopus eas erigere, & diſtinguere populum, aſſignando ſuum proprium & peculiarem Parochum, à quo recipiant Sacramenta, ibid.

Eccleſias plures Parochiales ſimul, aut vnam Cathedralem & aliam Parochialem obtinentes, coguntur omnino quibuſcumque diſpenſationibus & vnionibus ad vitam non obſtantibus, vna tantum Parochiali, vel ſola Catedrali retenta, alias Parochiales infra ſpatium ſex menſium dimittere. Concil. Trid. ſeſs. 24. De reform. cap. 17.

Eccleſias plures Parochiales, aut vnam Parochialem, & aliam Cathedralem ſimul obtinentes, ſi retenta vna illarum, reliquas non dimiſerint; tam Parochiales, quàm beneficia quæ obtinent, ipſo iure vacant, & alijs tanquam vacantia libere poſſunt conferri: nec ipſi antea illa obtinentes, tuta conſcientia fructus poſt ſex menſes perceptos retinere poſſunt, ibid.

Eccleſia Parochialis, & quælibet habens curam animarum ſtatim atque vacauerit, debet Epiſcopus, ſi opus fuerit, conſtituere in ea idoneum vicarium, cum congrua fructuum portionis aſſignatione, qui onera ipſius Eccleſiæ ſuſtineat, donec de rectore ei prouideatur. Conc. Trident. ſeſſ. 24. De reform. cap. 18.

Eccleſia Parochialis vacans, ſi fuerit iuris patronatus laicorum, præſentatus à patrono debet ab examinatoribus tribus deputatis examinari, & non debet admitti, niſi fuerit repertus idoneus. Concil. Trident. ſeſſ. 24. De reformat. cap. 18.

Eccleſia Parochiali vacante, Epiſcopus, & qui ius patrona-
tus habuerit in ea, intra decem dies, vel aliud tempus 64
ab Epiſcopo præſcribendum, idoneos aliquot clericos ad Eccleſiam regendam coram examinatoribus deputandis nominet. Liberum ſit etiam alijs, qui aliquos ad id aptos nouerint, eorum nomina deferre, vt poſſit poſtea de cuiuslibet ætate, moribus, & ſufficientia fieri diligens inquiſitio. Et ſi Epiſcopo videbitur magis expedire, per edictum publicum vocari debent, qui volent examinari. Concil. Trident. ſſ. 24. De reform. cap. 18.

ad Eccleſiam Parochialem, tranſacto ſtatuto tempore, omnes qui deſcripti fuerint, debent examinari ab Epiſcopo, ſiue eo impedito ab eius vicario generali, atque ab alijs examinatoribus, non paucioribus, quam tribus, quorum votis ſi pares ſingulares fuerint, accedere poteſt Epiſcopus vel Vicarius quibus magis videbitur, d. cap. 18.

Eccleſia Parochialis vacans, ſi fuerit iuris patronatus Eccleſiaſtici, & inſtitutio pertineat ad Epiſcopum, & non ad alium, is quem patronus digniorem inter probatos ab examinatoribus iudicabit, tenetur præſentari Epiſcopo, vt ab eo inſtituatur. Concil. Trident. d. cap. 18. verſ. ſi vero.

de Eccleſia Parochiali vacante, non debet prouideri cuiquam alteri, quam vni ex examinatis, & ab examinatoribus approbatis. Concil. Trident. ſſ. 24. De reform. cap. 18.

ad Eccleſias Parochiales factæ prouiſiones, ſeu inſtitutiones, contra formam Concilij Tridentini, ſunt ſubreptitiæ, ibid.

Eccleſiæ Parochialis ſi fuerint adeo exigui reditus, vt totius examinationis operam traditam à Concilio non ferant, aut nemo ſit, qui ſe examini quærat ſubijcere; aut ob apertas factiones, ſeu diſſidia, vel inimicitias, poterit Ordinarius, ſi ſibi ita expedire arbitrabitur, cum conſilio deputatorum, forma à concilio omiſſa, priuatum aliud examen, cæteris tamen ſeruatis, adhibere, d. cap. 18. ad fi.

Reliqua in verbo, Parochiales. Baptiſmales. Matrices. Commenda. Funeralia. Defunctorum. Rector.

in ECCLESIA non debet eſſe diſpar profeſſio: ſcilicet
regulares & ſæculares clerici non debent eſſe in Eccleſia, 65
gl. 1. in cap. cum cauſam, 17. De electione.

Eccleſiæ ſæculares Collegiatæ dici poſſunt conuentuales; de conſuetudine vero conuentuales dicuntur Eccleſiæ religioſorum, cap. cum Eccleſia Sutrina. De cauſa poſſeſſ. & proprie.

Eccleſiæ ſæculares poſſunt pleno iure, etiam quoad ius Epiſcopale, ſubeſſe Abbati alicuius monaſterij, per priuilegium Romani Pontificis, vel per præſcriptionem, cap. auditis. De præſcriptio.

Eccle-

Eccleſia ſæcularia etiam Collegiata, poteſt pleno iure eſſe ſubiecta monaſterio, cap. cum inter nos. De re iudic.

in Eccleſijs regularium non eſt dare vacationem; quod eſt verum, vbi non eſt numerus ſtatutus: aliàs ſecus, gloſ. diſtinctæ, in cap. ex parte. De conceſſ. præbend.

Eccleſia ſæcularis, amotis clericis ſæcularibus, poteſt fieri regularis, ſi Epiſcopi diœceſani conſenſus acceſſerit, dum tamen clericis æque alibi prouideatur; inuitis tamen illis non poteſt fieri, gl. 2. in cap. poſſeſſiones. De rebus Eccleſiæ non alien.

Eccleſia poſtquam eſt facta regularis, ad ſæculares redire non debet, d. cap. poſſeſſiones, & ibi gl. fi.

in Eccleſia regulari non poteſt Epiſcopus ponere Canonicos ſæculares; ſed homines diſtinctionis vitæ ſunt ibi ponendi, vel alterius religionis, dum tamen haberi poſſunt; aliàs ponerentur & ſæculares, gl. 2 in cap. inter quatuor. De religioſ. domibus.

de Eccleſia ſæculari poteſt etiam fieri Monaſterium, in defectum clericorum ſæcularium, ibid.

Eccleſia debet reformari per homines eiuſdem profeſſionis, vt ſi ſint regulares, per regulares; ſi ſint ſæculares, per ſæculares, d. cap. inter quatuor.

66 Eccleſia non Cathedralis ſi vendicat ſibi ius in alia Eccleſia, obtinebit ſolum quoad ea, quæ probabit ſibi deberi præſcriptione, vel alio legitimo modo, cap. 2. De capellis Monachorum.

Eccleſia inferior, putà Parochialis, poteſt acquirere præſcriptione, vel alio legitimo modo ſubiectionem in aliquibus iuribus Epiſcopalibus in Eccleſijs ſitis intra plebanatum, ibidem.

Eccleſia ſæcularis ſine præiudicio clericorum, ad ſtatum regularium poteſt videri, cap. pen. De Eccleſ. ædificand.

Eccleſiæ regulares & ſæculares æquiparantur in modo prouidendi in confirmatione, cap. cupientes, §. hæc generali. De electione, lib. 6.

Eccleſia regularis poteſt eſſe quandoque Cathedralis, cap. nullus, 28. eod.

in Eccleſiis vel capellis Monachorum præſentationes debent fieri à Prælato & conuentu de iure communi, niſi conſuetudo aliud inducat, gloſ. 1. in cap 2. De capellis Monachorum, lib 6

in Eccleſiis Monachorum presbyteri inſtituti poſſunt per Abbates remoueri ea conſuetudine præſcripta, gl. conſuetudine, ibidem.

in Eccleſia regulari conuentuali debet poni presbyter, qui gerat curam populi, cap. per exemptionem, 9. De priuileg. lib. 6.

in Eccleſiis, vbi eſt duplex Collegium, ſcilicet Monachorum & Canonicorum regularium, quodlibet Collegium cum ſit diuiſum, Monachi per Abbatem ſuæ religionis & habitus, & Canonici, per præpoſitum, qui ſit ſuæ profeſſionis & habitus, debent regi: neque de alia religione debent aſſumi, gl. monaſteriis, in clem. 1. De electione.

67 ad Eccleſiam, quæ conſueuit regi per clericos ſæculares, Monachi non poſſunt præſentare regularem: quod verum eſt in non curatis, vel ſi præſentent illum vt clauſtralem, gl. in ſecularibus, in clem. 2. De ſupplend. neglig.

in Eccleſiis regularibus non conſtitutus in ſacris non habet vocem: ergo nec in numero computatur de facto, non de fictione, gloſ. regularibus, in clem. 2. De ætate & qualit.

Eccleſia ſæcularis poteſt fieri regularis, volentibus clericis ſecus ſaltem vno contradicente, dd. reprob. gl. inductione, in clem. 2. De rebus Eccleſ.

in Eccleſiis Monachorum presbyter reſpondebit Abbati in temporalibus, ſed in ſpiritualibus Epiſcopo, gl ſi. in can. ſi quidam, 10 qu. 2.

Eccleſia ſæcularis poteſt conuerti in Monaſterium: ſed è conuerſo non, niſi fiat authoritate Papæ: vel vbi aliter non poſſit locus reformari, niſi per Canonicos ſæculares, gl. 2. in can. ſi Epiſcopus vnam, 12. qu 2.

Eccleſiæ Monachis traditis per Epiſcopos, pleno iure inſtitui debent per ſuos ſacerdotes, can viſis, 16. qu. 2.

Eccleſiam ſi concedat Epiſcopus, etiam pleniſſimo iure, monaſterio priuilegiato, cum capellis ſuis habitis & habendis, talis Eccleſia dicitur peruenire ad Monaſterium, vel eius Abbatem, etiam quoad correctionem exceſſuum; non tamen Abbas illius poterit deponere aliquem, vel ſuſpendere in perpetuum, niſi id habeat ex priuilegio aliquo, gl traditæ, ibid.

in Eccleſijs Monachorum, quæ ad eos pleno iure non pertinent, cum Abbatum conſenſu, per Epiſcopos debent ſacerdotes inſtitui: & ſic inſtituti, Abbatibus de temporalibus debent reſpondere, ſed Epiſcopis de cura animarum, can. pen. 16 qu. 2.

Eccleſiæ Monachorum ſi non ſit impoſitus aliquis cenſus, poſſunt imponere Monachi ex iuſta cauſa: ſed ſi ſit impoſitus ab antiquo, ipſi eum non poſſunt augere, gl. 1. ibidem.

Eccleſiæ quorumcumque Monachorum Epiſcoporum regimini ſubijci debent, eiſque debita obſequia exhibere, can. ſi. 16. qu. 2.

Eccleſiam ſi Abbas etiam in ſuo territorio ædificauerit, non poterit etiam iure territorij illam vendicare, quoad ſpiritualia, in ſumma, 16. qu. 5.

Eccleſia licet omnibus pauperibus teneatur prouidere, tamen patrono pauperi tenetur abundantius prouidere, quàm alij, gl. 1. in can. piæ mentis, 16. qu. 7.

Reliqua in verbo, Regularis, 7. 8. Canonicus, 27.

ECCLESIA dedicari non debet, niſi tantum aſſignetur ei, quod duobus ſufficiat, gl. ſi. in cap. propoſuit. De filiis Presbyter. 68

Eccleſiam vel hoſpitale conſtruens, poteſt ſibi cenſum temporalem retinere, cap. olim, 12. De reſtit. ſpoliat.

Eccleſiæ nouæ ædificatio non permittitur infra Parochiam alterius, in præiudicium ipſius, cap. 2. De Eccleſ. ædif.

Eccleſiæ veteres propter nouas lædi non debent, d. cap. 2. & ibi gl. 2.

Eccleſia noua poteſt ædificari in alterius Eccleſiæ Parochia, propter illius nimiam diſtantiam, & certa portio de antiquis ſibi deputari, cap. 3. eod.

Eccleſia noua ædificata infra Parochiam antiquam, debet pro ipſius facultate honorem tribuere ipſi Eccleſiæ matrici, ibidem.

Eccleſia noua poteſt ædificari propter diſtantiam nimiam Eccleſiæ Parochialis, etiamſi ex ſubtractione redituum illæ non valeat ſacerdos antiquæ Eccleſiæ congruè ſuſtentari, dd. reprob. gl. 2 ibid.

Eccleſiarum rectores poſſunt compelli, vt de reditibus, qui ſuperſunt, teneantur conferre ad conſtructionem ſeu reparationem Eccleſiæ, cap. de his, eod.

Eccleſiam nouam poteſt ædificare Epiſcopus propter indigentiam, non obſtante iuramento, de rebus Eccleſiæ non alienandis, cap. ſi. & ibi gl. ſi. eod.

Eccleſia ædificata poſt noui operis nunciationem, debet demoliri & deſtrui expenſis conſtruentis, cap. 1. De noui oper. nunciat.

Eccleſia non debet de nouo ædificari in præiudicium Eccleſiæ Parochialis, niſi iuſta cauſa ſubſit, & tunc id debet fieri authoritate Epiſcopi, d. cap. 1. & ibi gl ſi. 69

Eccleſia ſine authoritate Epiſcopi ædificari non debet, etiamſi ædificare volens ſit exemptus; quod ſi id fecerit de facto, Epiſcopus talem Eccleſiam ad ſuum dominium reuocabit, niſi Abbas exemptus illam præſcripſiſſet, gl. reuocari, in cap. cum olim, 14. De priuileg.

Eccleſiam diruens ex iuſta cauſa non peccat, gl. indebite, in clem. 2. De exceſſ. Prælat.

Eccleſias de nouo conſtruere ſine licentia Epiſcopi prohibitum eſt, licet vnicuique fideli ſit permiſſum ſimpliciter oratorium habere, gl. conſtruere, in extrauag. ſancta Romana. Ioann. 22.

Eccleſiarum conſtructionem contemnens, tanquam iniuſtus eſt à communione fidelium eijciendus, can. ſi quis per ſuperbiam, diſt. 30.

Eccleſia non debet conſtrui infra Parochiam alicuius, niſi multitudo fidelium excreuerit: ſed non poterit fieri inuito & irrequiſito eo, cuius eſt parochia; quod ſi requiſitus noluit conſentire, non minus fieret per maiorem, ſcilicet Papam, eius tamen conſenſu primum requiſito, gl. ſi. in can. 2. diſt. 99.

Eccleſia vt ædificetur, priuſquam ponatur primarius lapis, debet dotari: quòd ſi ſit omiſſa dotis conſtitutio, antequam dedicetur, debet fieri dotis conſtitutio, can. 1. & ibi gl. 3. 1. q 2.

Eccleſiæ fundator, ſi in eius conſtructione & conſecratione nullum pactum vel conditionem adiecit, ſed pure & ſimpliciter conſtruxit: poſtea non poterit adijcere conditionem, cum donatio perfecta non recipiat conditionem, gl. 1. in can ſic quidam, 10 q. 2. 70

Eccleſiam habens debet reparare eam; & hoc verum, ſi habeat tertiam, quæ debetur fabricæ, gl. 2. in can. ſi Monachus, 16 q. 1.

Eccleſiam nouam ædificare in ſua proprietate cum conſenſu Epiſcopi cuilibet licet; ita tamen quod antiquioribus Eccleſijs ſaluum ſibi remaneat ius decimandi, & quodcumque aliud ius, can. quicumque, 16 q 1.

Eccleſia nouiter ædificata ab Epiſcopo in alterius diœceſi, pertinet quoad ſpiritualia ad Epiſcopum, in cuius territorio eſt; nec Epiſcopus ædificator poterit ſibi vendicare Eccleſiam, nec populum, can. poſſeſſio, 16 q 5.

Eccleſiam ſi ædificauerit Epiſcopus in alterius diœceſi, ille non poterit illam conſecrare; quia conſecratio pertinet ad Epiſcopum, in cuius territorio eſt Eccleſia, can. fin. 16. q 5.

Eccleſiam ſi quis ædificauerit ſine Epiſcopi loci licentia, vel conſenſu; ſi denunciatio Epiſcopi loci præceſſit, deſtrui debet illud, quod poſtea factum eſt; aliàs non, gloſ. ſi. ibid.

Eccleſia bona fide ſi fuerit fundata in prædio tributario; de illis locis qui ſunt extra atrium, imperator habebit tributum, non autem de illo loco vbi eſt Eccleſia; ſed per hoc ſit patronus, gl. 1. in can. ſecundum, 23. q. 8.

Eccleſia ſi mala fide fuerit fundata in prædio tributario, tunc 71

ad æſtimationem compellendus eſt fundator: & vbi poſt denunciationem fundat eam, mala fide dicitur fundare, ibidem.

de Eccleſijs quæ ſunt dirutæ, vel ſuperfluæ in numero vel quantitate, debet prouidere Epiſcopus, quomodo poſſit ſtare, & reſtaurari, can. omnes baſilicæ. De conſecrat. diſt. 1.

Eccleſia de nouo non debet conſtitui abſque ſedis Apoſtolicæ præcepto, in loco vbi populus ad fidem conuertitur, can. de locorum, & ibi gl. fi. De conſecr. diſt. 1.

Eccleſiam nemo debet ædificare, antequam Epiſcopus ciuitatis veniat, & ibidem crucem figat, can. nemo. De conſecrat. diſt. 1.

Eccleſiam ædificare volens debet coram Epiſcopo ciuitatis aſſignare, quæ neceſſaria ſunt Eccleſiæ, putà ad luminaria, ad cuſtodiam, ad ſtipendia cuſtodum, & oſtenſa donatione ſic ædificet Eccleſiam, ibid.

Eccleſiam cum licentia Epiſcopi volens ædificare debet infra quinquennium complete domum, ſi eſt oratorium: ſi vero velit ædificare, xenodochium, aut ptochotrophium, infra annum, gl. domum, ibid.

Eccleſiæ conſtructæ vel conſtruendæ non licet dare aliquid, etiam poſſeſſionem, vbi fundata eſt, interueniente pactione, vtrus patronus habeat, gl. fi. in can. ſi quis baſilicam. De conſecrat. diſt. 1.

Eccleſiæ ipſo iure debetur poſſeſſio, in qua fundatur, etiamſi dans non petat, vel in pactum deducat, ibid.

Eccleſia poteſt transferri ad alium locum, cauſa meliorationis, vel propter malitiam populi, vel propter aeris intemperiem, & propter perſecutionem malorum, can. tribus, & ibi gl. fi. De conſec. diſt. 1.

Eccleſiam deſtructam reparare ſpectat ad rectorem Eccleſiæ, can. decernimus, 10. q. 1.

Eccleſia deſtructa non remanet locus priuilegiatus: quod intellige, quando deſtructa eſt ſuperioris authoritate, gl. deſtructa, in can. & hæc diximus, 16. q. 7.

Reliqua in verbo, Ædificare. Epiſcopus, 171. 172. 173.

72 ECCLESIARVM regimen perſonis idoneis ſcientia, & ætate tantùm committi debet, non pueris, cap. 2. De ætat. & qualit.

Eccleſiæ quando inhabilibus ætate conceduntur ex diſpenſatione, debent dari eis vicarii, & adminiſtratores clerici, non laici, qui regant vſque ad ætatem promouendi, dict. cap. 2.

Eccleſiæ regimen non debet dari minori XIV. annorum, cap. indecorum, eod.

Eccleſiæ regimen paruulis non debet committi, ibid.

in Eccleſia non debet recipi minus idoneus, cap. cum vos. De officio ordinar.

in Eccleſia vna famulantes æqualiter debent percipere, gl. 2. in cap. ſtatuimus. De maior. & obed.

Eccleſiæ cuiuſcumque conſuetudo inſpicitur, circa perceptionem ſtipendiorum ac emolumentorum, ſecundum ordinem, & dignitatem, vel omnium æqualitatem, ibid.

Eccleſia quando non habet ſufficientem dotem ad ſuſtentandum presbyterum, recte poſſunt compelli parochiani dare loco beneficij aliqua temporalia pro adminiſtratione diuinorum, cap. veniens, 10. De teſtibus.

73 in Eccleſia etiam non Collegiata poteſt conſtitui beneficium pro clerico, ſuper reditibus ipſius Eccleſiæ, cap. fi. De præſumpt.

Eccleſiam habere facultates ad ponendos aliquos beneficiatos debet probare ille, qui dicit non habere, oſtendendo reditus & facultates Eccleſiæ, gl. 1. in d. cap. fi.

Eccleſiæ reditus præſumuntur ſufficere pro duobus, ſcilicet pro presbytero & clerico, cap. 3. De vita & honeſt.

in Eccleſia parochiali vltra ſacerdotem, debet eſſe ſaltem vnus clericus, ibid.

Eccleſia non debet ædificari, niſi dos pro duobus clericis ad minus ſufficiat, gl. clericum, ibid.

Eccleſia ſi patitur miniſtrorum defectum, etiam priuilegiati ſuper abſentia coguntur reſidere per ſubtractionem prouentuum, cap. pe. De clericis non reſident.

Eccleſia quandoque patitur graue diſpendium in cultu diuino, per priuilegia conceſſa ſuper non reſidendo: vnde illa in eo caſu non ſunt ſeruanda, ibid.

Eccleſiarum reditus ſemper ſunt conſiderandi, vti ſecundum eos clerici inſtituantur in eis: ita tamen quod ipſi hoſpitalitatem poſſint ſeruare, & ſoluere iura Epiſcopalia, gl. 1. in cap. 1. De inſtitut.

in Eccleſijs debent inſtitui perſonæ idoneæ, cap. 2. eod.

in Eccleſijs vbi non eſt determinatus numerus clericorum, tot debent recipi, quot poſſint ex redditibus Eccleſiæ commodè ſuſtentari, d. cap. 2. eod.

74 Eccleſia poteſt petere, vt vnicuique dignitati inferiori in ea exiſtenti ſeruetur ius ſuum integrum, etiamſi exiſtens in illa dignitate aliquo impedimento agere non poſſit, gl. fi. in cap. ex frequentibus, eod.

in Eccleſia Collegiata quandoque non eſt certus numerus nec canonicorum, nec præbendarum, cap. ex parte. De conceſſ. præbend.

in Eccleſia quando non eſt certus numerus canonicorum, non eſt à iure certum tempus præfixum ad inſtituendum ibi canonicos, ibidem.

in Eccleſia, in qua non eſt certus numerus canonicorum, non tenentur canonici recipere etiam ad literas Papæ, vltra quàm facultates Eccleſiæ ſuppetant, & hoc caſu vnus ſolus poteſt ſe opponere, & impedire receptionem fiendam, ibidem.

Eccleſiæ facultatibus creſcentibus, creſcere debet etiam numerus clericorum, licet ſit numerus ſtatutus, gl. fi. in cap. quanto. De cenſibus.

Eccleſia in reditibus ſufficiens reputari debet quoad duo, ſcilicet vt rector Eccleſiæ inde onera incumbentia ſubire poſſit, & congruè ſuſtentari, cap. 1. De præbend. lib. 6.

in Eccleſia non numerata quoad præbendas, id quod aſſignatur ſingulis canonicis, poteſt appellari diſtributio, vel portio: & talis diſtributio venit loco præbendæ, cap. fi. §. ſi autem. De conceſſ. præbend.

Eccleſia quandoque poteſt habere determinatum numerum canonicorum, & non præbendarum: & quandoque poteſt eſſe, quòd nullam determinationem habeat nec in præbendis, nec in canonicis: quandoque poteſt eſſe quòd habeat vtrumque, ibid.

in Eccleſia non eſt præficiendus, id eſt inſtituendus, niſi ſit ſcientia, moribus & ætate idoneus, clem. 1. De ætate & qualit.

Eccleſiarum reditus, in quibus religioſi deſeruiunt per vicarios, quandoque pertinent ad ipſos religioſos: & tunc dictos vicarios decenter tractare debent, aſſignando eis congruam portionem, clem. 1. §. ſane. De iure patro. 75

Eccleſiarum & monaſteriorum onera & emolumenta, quocumque titulo ſpectantium ad religioſos, pertinent ad eos de iure communi, non autem ad eorum vicarios: niſi quantum ad congruam portionem, clement. 1. De cenſibus.

de Eccleſia maiores prouentus percipiens tenetur ad onera: qui vero particulariter aliquid recipit, ad nihil tenetur, ibidem.

Eccleſiarum miniſtri debent offerre Deo ſacrificium laudis, fructum labiorum ſuorum, in puritate conſcientiæ, & animi deuotione, clem. graui De celebrat. Miſſar.

Eccleſiarum miniſtri non debent horas canonicas dicere, ſeu pſallere tranſcurrendo, ſyncopando, extranea, & plerumque vana, prophana, & inhoneſta intermiſcendo colloquia, tardè ad chorum conueniendo, ſeu Eccleſiam ipſam abſque rationabili cauſa ante finem officij exeundo frequenter, ibidem.

Eccleſiarum miniſtri non debent portare aues, vel facere portare: nec canes venaticos ſecum ducere, ibidem.

Eccleſiarum miniſtri in corona, veſtibus, & tonſura, diuina celebrari, aut eis intereſſe debent, ibid.

Eccleſia Dei permaximè indiget viris literatis, gl. literatis, in extrauag. execrabilis, Ioann. 22.

Eccleſiæ miniſterium vituperatur, ſi per clericos mendicatur, gl. qui mendicant, ibid.

Eccleſiæ adminiſtratio non debet dari rudibus, & imperitis, can. ſtatuimus, diſt. 61.

Eccleſia ſi patiatur miniſtrorum defectum, & maiores eius clerici promoueri recuſant, tunc debent ordinari minores, qui ſunt idonei, & maioribus præferuntur, can. fi. diſt. 74. 76

Eccleſiam adminiſtrantes, qui primo diluculo ad Eccleſiam non vigilant, non beatorum martyrum loca perquirunt, ſed ſurgentes congregant ſeruulos, diſponunt retia, canes producunt, ſaltus & ſyluas perluſtrant, ſeruos ſecum pertrahunt: accumulant peccata aliena ſuis voluptatibus, neſcientes ſe reos futuros tam de ſuo dilecto, quam de perditione ſeruorum, can. amputatis, diſt. 86.

Eccleſia ſua priuatus propter non reſidentiam, probata iuſta cauſa abſentiæ reſtituitur, & ei ſubſtitutus inde remouetur, cui de alia Eccleſia eſt ſibi prouidendum, niſi per ſimoniam fuerit ſubſtitutus: quo caſu ab ordine eſt deponendus, can. præſentium, 7. q. 1.

Eccleſia quælibet debet habere duos ſacerdotes, can. illud, 7. q. 1.

ab Eccleſia ſua ſi Prælatus abeſt per tres ſeptimanas, per triennium ſuſpenditur; ſi vero per duos menſes, priuatur Eccleſia, & per quinque annos deponitur, gl. 2. in can. quia frater, §. ſi. 7. q. 1.

ab Eccleſia ſua Prælatus ſi abfuerit diebus ſolemnibus, punitur: immo & clericus, ſi vna hora defuerit, puniri debet, ibid.

Eccleſiæ plures non debent committi vni presbytero, can. vnio, 10. q. 3.

Eccleſiæ Cathedralis reditus omnes, qui ſuperſunt deductis expenſis, debent diuidi in quatuor portiones; quarum vna Epiſcopi, alia clericorum, alia fabricæ, alia pauperum ſub Epiſcopi diſpenſatione eſſe debet, can. vobis, 12. q. 2.

Eccleſiæ reditus non poſſunt viucapi triennio, can. de reditibus, & ibi gl. 1. 12. q. 2. 77

de Eccleſiæ reditibus etiam nouiter quæſitis, quarta pars clericis erogari debet, can. cognouimus, 12. q. 2.

de Eccleſiæ reditibus quarta pars clericis eſt diſtribuenda, can. ad hoc, 16. q. 1.

de Eccleſiæ redditibus, id eſt non ſolum de decimis, & oblationibus: ſed etiam de penſionibus, & alijs redditibus debent

bent fieri quatuor portiones, ibid.

Eccleſiæ reditus æqualiter ſunt diuidendi inter eos qui ſunt in eadem Eccleſia, quoad præbendam; & ſecundum Apoſtolum non debet vnus eſurire, & alius eſſe ebrius, gl. honorabilius, in can. 1. 16. q. 7.

Eccleſiæ res vel reditus debent diuidi ſecundum merita perſonarum, & non ſecundum carnalem affectum, ibid.

Eccleſias plures nullus poteſt habere de iure communi, niſi in ſex caſibus, ſcilicet quando Eccleſiæ ſunt tenues; vel vna pendet ex altera; vel vnam in titulum, aliam in commendam; vel quando Epiſcopus diſpenſat; vel quando eſt paucitas hominum, ſcilicet extra ciuitatem; vel Eccleſia adhæret præbendæ, gl. 1. in ſumma 21. q. 1.

In Eccleſia ad minus debent eſſe duo clerici, gl. cuſtodiam, in can. nemo. De conſecrat. diſt. 1.

Eccleſia tot debet habere miniſtros, quot commodè poſſunt ſuſtentari, gl. induſtriam, in cap. cum M. Ferrarienſis. De conſtit.

Reliqua in verbo, Beneficiatus, 3. 4. Redditus. Beneficium, 47. Meſſis. Miniſter.

78 ECCLESIAM vnam in commendam, & aliam in titulum, rectè poteſt quis habere, cap. dudum, 54. De elect.

Eccleſias duas vel plures habere de iure communi nulli licet, vel quoad titulum clericatus, vel quoad titulum canonicatus, vel ordinationis, vel prælationis, aut dignitatis, gl. intitulatam, in d. cap. dudum. §. licet.

Eccleſia plebanalis poteſt tenere capellam poſitam in ſuo plebanatu, non ponendo ibi rectorem, cap. ex parte 12. De reſcript.

Eccleſiam inferiorem vel beneficium, aliquem tenuiſſe, poteſt eſſe publicum, & notorium, cap. 4. De filijs Preſbyterorum.

Eccleſias duas habens in diuerſis Epiſcopatibus, vtrobique intelligitur habere domicilium, gl. 1. in cap. quia in tantum. De præbend.

Eccleſias duas habere non licet, cap. referente, 7. De præbend.

Eccleſias duas obtinens tempore Decretalis *referente*, habebat optionem eligendi quam illarum maluiſſet, ſed hodie obtinendo ſecundam, ſtatim ipſo iure vacat prima: & ſi contenderit expreſſe retinere vtramque, debet vtraque priuari. d. cap. referente. & ibi gl. pe.

Eccleſia vna non poteſt conferri duobus, cap. tuæ fraternitatis, 20. eod.

Eccleſia licet ex donatione laici beneficium conferat, illius beneficij impetratio tenet, etiam de hoc non facta mentione. cap. dilectus, 34. eod.

In Eccleſijs duabus de iure intitulari non debet quis, gl. ſi. in cap. ſuper inordinata, 35. eod.

Ab Eccleſia ſua poteſt quis remoueri propter bonum publicum, licet nulla cauſa ex culpa ſua proueniat, cap. tua nos. De clerico ægrot.

79 Eccleſia alicui concedi non poteſt, viuente eo qui eam poſſidet: authoritate tamen Epiſcopi rectè poteſt concedi, cap. conſultationibus, & ibi gl. 2. De donat.

Eccleſia non vacans, non poteſt concedi in beneficium, ſed in proprietatem ſic; de authoritate tamen Epiſcopi, & ſine præiudicio Prælati, ibid.

Eccleſiæ conceſſio ſecundo facta alteri Eccleſiæ per Epiſcopum & patronum valet, non obſtante conceſſione priori facta per patronum ſolum, cap. ſuggeſtum. De iurepatro.

Eccleſiam commendatam habens, non dicitur propriè eam poſſidere; quare is non dicitur ſpoliatus, ſi inde remoueatur, vel expellatur, per commendationem, cap. ſi conſiteretur, 22. De accuſat.

Eccleſia non poteſt emi vel redimi: aliàs ſimonia committeretur, cap. querelam, 23. De ſimonia.

Eccleſiæ regimen pro pretio committi, ſimoniacum eſt, gl. 1. in cap. 3. Ne Prælati vices ſuas.

Eccleſiæ regimen ſub annuo cenſu committi non debet, d. cap. 3.

Eccleſiæ conceſſio in proprietatem non præiudicat rectori nunc exiſtenti, ſed ſortitur effectum ſuum demum poſt eius mortem, cap. paſtoralis. De priuil.

Eccleſia quandoque conceditur in titulum, & hoc eſt regulare: quandoque conceditur in proprietatem, id eſt tanquam quædam proprietas, ibid.

Eccleſiæ in proprietatem conceſſæ poſſeſſionem dare, ſpectat ad Epiſcopum: ſecus, ſi datur in titulum, ibid.

80 Eccleſia aliud eſt, & aliud eſt beneficium, clem. cauſam, §. quod ſi fortan. De electione.

Eccleſiæ appellatione non comprehenditur beneficium importans dignitatem, ſed ſolum beneficium ſimplex, niſi aliter exprimeretur, clem. 2. De ſuppl. neglig.

Eccleſia & beneficium differunt, clem. ſi. De procur.

Eccleſia, dignitas & præbenda ponuntur vt diuerſa, clem. 2. De rebus Eccleſiæ non alien.

In Eccleſia beneficiari aliud eſt, & aliud eſt ipſam Eccleſiam aſſequi, gl. in quibus, in extrauag. ſuſcepti regiminis, Ioann. 22.

Eccleſias plures poteſt quis habere extra ciuitatem, & hoc ideo quia extra ciuitatem ſunt pauci clerici: & propter paucitatem clericorum multa permittuntur, gl. ſi. in can. 1. 21. q. 1.

Eccleſias duas non poteſt quis habere, intellige de Eccleſijs duarum ciuitatum, can. clericus, §. ſi. & can. ſeq. 21. q. 1.

Eccleſias duas poteſt quis retinere, vnam in titulum, aliam ſub commendatione, can. qui plures, 21. q. 1.

Eccleſias plures habens ex gratia, poteſt eligere vnam quam voluerit, gl. 1 in can ſi quis iam, 21. q. 2.

Eccleſias plures Cathedrales vel Metropolitanas in titulum, vel in commendam, aut alio quouis nomine, nullus quacumque dignitate fulgens recipere, & ſimul retinere præſumat: & retinens plures, vna quam maluerit retenta, reliquas intra ſex menſes, ſi ad liberam Sedis Apoſtolicæ diſpoſitionem pertineant, alias infra annum dimittere teneatur: alioquin Eccleſiæ omnes (vltimo obtenta duntaxat excepta) ipſo iure cenſeantur vacare. Concil. Trident. ſeſſ. 7. De reform. cap. 2.

Ad Eccleſias maiores ſeu Cathedrales promoti infra tempus à iure ſtatutum, debent munus conſecrationis recipere, & prorogationes vltra ſex menſes conceſſæ nulli ſuffragentur. Concil. Triden. ſeſſ. 7. De reform. cap. 9.

In Eccleſijs duabus nemo debet præfici, vel conferri. Concil. Trident. ſeſſ. 24. De reform. cap. 17.

Reliqua in verbo, Commenda. Commendare. Collatio, Beneficium, 1. vſque 16. & 17 vſque 21.

ECCLESIA ſi fuerit enormiter læſa in contractu venditionis, vel locationis poteſt aduerſus talem contractum reſtitutionem in integrum petere: emptor tamen vel conductor non debet fraudari in pretio, vel in ſumptibus per eum factis, cap. 1. De in integ. reſt. 90

Eccleſiæ datur reſtitutio ad inſtar minoris, & ſemper datur Eccleſiæ, ibid.

Eccleſiæ nocet factum Prælati, quando ſolemnitates debitæ interceduni: ſed prouidetur Eccleſiæ, vt in effectu non noceat, data reſtitutione, ibid.

Eccleſia vt conſequatur reſtitutionem aduerſus contractum, requiritur quod ipſa fuerit læſa occaſione contractus illius, & quòd manifeſte appareat de læſione, hoc eſt per teſtes, vel per alia legitima documenta, ibid.

Eccleſia poteſt reſtitui aduerſus contractum venditionis, quando ipſa eſt læſa in venditione rei pro modico pretio, d. cap. 1. & ibi gl. 1.

Eccleſia poteſt reſtitui aduerſus contractum locationis, quando ipſa eſt læſa; vt quia ad longum tempus locauit rem aliquam pro certa penſione, in qua læſa eſt Eccleſia, ibidem.

Eccleſiæ iura intacta ſeruari melius eſt, quam poſt vulneratam cauſam remedium quærere, glo. non liceat, ibidem.

Eccleſia fungitur iure minoris, & iure reipublicæ, d. cap. 1 & ibi gl. iure minoris.

Eccleſia comparatur minori in hoc, quia ſicut minor poſtquam exceſſit 25. annum petit reſtitui vſque ad quadriennium de his, in quibus læſus fuit intra 25. annos: ſic & Eccleſia tantum vſque ad quadriennium petit reſtitui, vbicumque læditur, à tempore læſionis computandum, d. gl. iure minoris, ibid.

Eccleſia debet ſemper illæſa ſeruari, id eſt in omni contractu, ſiue quandocumque fuerit læſa, & in omni caſu vſque ad quadriennium à tempore læſionis, ibid. 91

Eccleſia ſicut in damno morari non debet, ita nec in lucro: atque ita ex vtraque parte tunc debet fieri reſtitutio, gl. ſi. ibid.

Eccleſia læſa propter negligentiam procuratoris, qui iura Eccleſiæ non produxit, reſtituitur, cap. 2. §. nos igitur, & cap. cum veniſſent, eod.

Eccleſiæ non datur reſtitutio ex negligentia procuratoris; quia aget contra procuratorem, ſi ipſe ſit ſoluendo: ſed ſi non ſit ſoluendo, tunc datur Eccleſiæ reſtitutio, gl. reſtituimus, in d. cap. 2. eod.

Eccleſia læſa in probatione neceſſaria omiſſa, poteſt petere reſtitutionem in integrum, non ſolum contra priuatum, ſed etiam contra aliam Eccleſiam, non obſtante termino ſuis probationis excluſiuo, c. auditis, eod.

Eccleſia contra Eccleſiam aduerſus omiſſam probationem reſtituitur, ibid.

Eccleſia non fungitur iure pupilli: quia contra pupillarem ætatem non currit præſcriptio, ibid.

Eccleſia reſtituitur aduerſus præſcriptionem extraiudicialem, à tempore læſionis, id eſt tempore præſcriptionis finitæ, vſque ad quadriennium, ibid.

Eccleſia reſtituitur, vbicumque læditur in præſcriptionibus, quæ ſpectant ad ſtatum iudiciorum: vt ſi contumax condemnata ſit, gl. reſtituimus, ibid.

Eccleſia reſtituitur vbicumque læſa eſt, eo quod non appellauit; vel etiam vbi agit, vel conuenitur, in aliquo capta eſt, vt minor, ibid. 92

Eccleſia reſtituitur aduerſus omiſſam allegationem, vel aduerſus omiſſa ea, quæ faciunt ad inſtructionem cauſæ, ibid.

Eccleſia reſtituitur contra id quod omiſit, non ſolum in damno, ſed etiam in lucro: item aduerſus confeſſionem, ibid.

Eccleſia reſtituitur propter nouas defenſiones tunc apparentes, vel nouiter contingentes, ibid.

Eccleſiæ quod ſubuenitur in contractibus, notiſſimum eſt, ibid.

Eccleſia excluſa per peremptorium datum ad proponendas exceptiones, reſtituitur ad proponenda crimina, vel defectus contra eum, cum quo litigat ſuper beneficio, d. gl. reſtituimus, in add. marg.

Eccleſia contra Eccleſiam reſtituitur, ſicut minor contra minorem, gl. pe. ibid.

Eccleſia reſtituitur generaliter non ſolum cum de bonis diminuitur, ſed etiam cum intereſt Eccleſiæ litibus, & ſumptibus non vexari, ibid.

Eccleſia poteſt reſtitui, etiam contra ſententiam Papæ, cap. cum ex literis, eod.

Eccleſia poteſt reſtitui poſt ſententiam aduerſus probationem & exceptionem ſibi competentem omiſſam, cap. ſuſcitata, eod.

Eccleſia non auditur poſt peremptorium de iure communi; ſed bene per reſtitutionem in integrum, cap. coram felicis, eod.

93 Eccleſia, filius, & minor æquiparantur, gl. 1. in cap. 2. De iureiur.

Eccleſia reſtituitur contra alienationem, per quam enormiter fuit læſa, cap. ad noſtram. De rebus Eccleſiæ non alien.

Eccleſia in petitione reſtitutionis in integrum ſuper rebus Eccleſiaſticis, poteſt habere recurſum ad iudicem Eccleſiaſticum: & ſic poteſt petere in foro ſuo etiam contra laicum, ibid.

Eccleſia reſtituitur etiam poſt quadriennium, probata læſione, dd. reprob. gl. 1. ibid.

Eccleſia vel minor non reſtituitur pro leui læſione, gloſ. 2. ibid.

Eccleſia contra alienationem debita ſolemnitate factam poteſt reſtitui, ſi læſa fuit enormiter in ea; ſed ſi decepta ſit vltra dimidiam iuſti pretij, ſubuenitur ei iure communi, ſicut cuilibet: & tunc poteſt agere vſque ad legitimam præſcriptionem, d. gl. 2.

Eccleſia poſt quadriennium non admittitur ad petendam reſtitutionem contra ſententiam, vel contractum, niſi rationabilis cauſa hæc ſuadeat, cap. 1. De reſtit. in integr. lib. 6.

Eccleſiam reſtitui aduerſus ſententiam, intelligitur, ſi fuerit interlocutoria, ibid.

Eccleſia fungitur iure minoris facti maioris, & iure reipublicæ, gl. 1. ibid.

Eccleſia poteſt reſtitui in integrum aduerſus confeſſionem, vel aduerſus probationem omiſſam, vel contra præſcriptionem, vel contra lapſum temporis ex quo læſa eſt; & tunc reſtituitur infra quadriennium à tempore læſionis, ad idem tempus tantum, quo læſa fuit, gl. contractum, ibid.

94 Eccleſia in petendo reſtitutionem in integrum aduerſus contractum, maius priuilegium habet quam minor: quia minor iurans non contrauenire, non reſtituitur: ſed Prælatus etiamſi iuret non repetere, nec contrauenire contractui damnoſo Eccleſiæ, nihilominus Eccleſia, eodem petente, vel alio, iudicis officio reſtituitur, gl. contractum, ibidem.

Eccleſia renuncians beneficio reſtitutionis, vel Prælatus iurans non contrauenire, vel non repetere in contractu damnoſo Eccleſiæ, nihilominus reſtituitur, ibid.

Eccleſia poteſt etiam admitti per viam iuris communis, vt ſi dicat ſententiam nullam, vel contractum nullum, gl. per beneficium, ibid.

Eccleſiæ reſtitutione conceſſa, quilibet recuperat quod prius ſuum erat, ibid.

Eccleſia indiſtinctè non reſtituitur poſt quadriennium, gl. admittendo, ibid.

Eccleſia etiam poſt quadriennium poteſt petere reſtitutionem in integrum; quia viuente Prælato, qui male alienauit bona Eccleſiæ, non currit quadriennium, gl. fi. in d. cap. 1.

Eccleſia etiam poſt quadriennium poteſt petere reſtitutionem, ſi habuit multas nouas mutationes Prælatorum, ibidem.

Eccleſia etiam poſt quadriennium, & ſic perpetuo poteſt reſtitui, ſi enormiſſime fuit læſa, ibid.

95 Eccleſia contra confeſſionem quæ læſa fuit, admittitur infra quadriennium per beneficium reſtitutionis in integrum; poſtea nonniſi per viam iuris communis, cap. 2. De reſtitutione in integ. lib. 6.

Eccleſia poteſt reſtitui aduerſus læſionem ſurgentem ex confeſſione, ibid.

Eccleſia reſtituitur etiam poſt quadriennium, quando ſubeſt legitima cauſa, ibid.

Eccleſia reſtituitur contra confeſſionem ſuam, quando falſitas confeſſa probari non poteſt; vel quando fuit confeſſa per errorem: vel quando non poteſt probari error, ſed læſio: vel quando fuit conceſſa tempore quo non debuit: vel lata eſt ſententia; tamen eſt adhuc infra quadriennium à die confeſſionis, gl. 1. ibid.

Eccleſia probans ſe læſam per lapſum temporis, ad illud tempus tantum reſtituitur, & infra quadriennium à tempore læſionis, clem. 1. d. cap. De in integr. reſtit.

Eccleſia vt audiatur petens ſe reſtitui, ſufficit ſi aſſeret ſe eſſe læſam: non tamen reſtituitur in effectu, niſi probet ſe læſam, d. clem. 1. & ibi gl. probabit, & gl. fi.

Eccleſia dicitur lædi lapſu temporis, ita quòd dari poſſit reſtitutio, vt quia infra tempus ſtatutum non produxit probationem, quam producere poterat; vel non obtulit pretium emptori, vt ſic recuperaret rem, cum poſſet infra certum terminum; vel quando paſſa eſt labi decennium datum ad appellationem interponendam; nam in his caſibus, ex quo læſa eſt lapſu temporis, datur reſtitutio, gl. lapſum, ibid.

Eccleſia ſi ſit læſa, ex eo quod lapſum eſt biennium datum ad appellationem proſequendam, ſi in illo biennio legitime impedita fuerit, datur reſtitutio, quia ipſo iure currit, ibidem.

Eccleſia non poteſt reſtitui aduerſus præſcriptionem quadraginta annorum, ibid. 96

Eccleſia quando eſt læſa in modico, non reſtituitur: ſecus, quando fuit læſa enormiter, gl. læſam, ibid.

Eccleſia ſi ſit læſa in non opponendo declinatorias infra terminum, non poteſt reſtitui, ibid.

Eccleſiæ non imputatur lapſus quadriennij, ſi per eam non ſtetit, ſed per iudicem vel aduerſarium, quominus peteret reſtitutionem infra quadriennium, gl. finiri, ibid.

Eccleſiæ non imputatur, ſi per appellationem doloſe interpoſitam protelata ſit cauſa reſtitutionis vltra quadriennium, quominus Eccleſia poſt quadriennium poſſit proſequi cauſam reſtitutionis, ſicut nec minori imputatur, ibid.

Eccleſia comparatur pupillo, gl. pen. in can. ſine exceptione, 12. qu. 2.

Eccleſia quandoque deterioris conditionis eſt, quam minor vel filius familiæ, gl. 1. in can. ſi ſacerdotes, 16. qu. 3.

Eccleſiæ, res publica, primitiæ, & decimæ obtinent inſtar ciuilium functionum, can. pen. §. quas actiones, 16. qu. 3.

Eccleſiæ res cenſentur iure reipublicæ, gloſ. vſucapione, in can. pen. §. fi. 16. qu. 3.

Eccleſia cum reſtituatur iure minoris, melius eſt integra iura eius ſeruari, quàm poſt cauſam vulneratam remedium quærere, ibidem.

Reliqua in verbo, Læſionem. Reſtitutio, Reſtitutus.

ECCLESIA habet fundatam intentionem ſuam de iure communi, ſuper omnibus bonis poſſeſſis à Prælato defuncto, cap. 1. De teſtam. 97

in Eccleſia plebanali de iure communi prouidetur de Prælato, per ius eligendi clericum Eccleſiæ plebanalis, gl. 1. in cap. 2. De his quæ, vi, metu.

In Eccleſiis diuerſis ſæcularibus nullus poteſt præfici, gl. fi. in cap. fi. De religioſ. domibus.

Eccleſia, dum habet paſtorem hæreticum vel ſchiſmaticum, vacare intelligitur: vnde non valent omnia, quæ à tali Prælato fiunt in præiudicium Eccleſiæ, gl. fi. in cap. primo. De ſchiſmat.

Eccleſiæ paſtor hæreticus vel ſchiſmaticus, ſi acquiſiuit aliqua bona Eccleſiæ, omnia illa permanent Eccleſiæ, nec caſſantur: quia quod fauore alicuius introductum eſt, non debet in eius læſionem retorqueri, ibid.

in Eccleſiis non ſpectantibus ad aliquem pleno iure, inſtitutio & deſtitutio pertinet ad Epiſcopum, nec valet conſuetudo in contrarium, cap. 3. §. in Eccleſiis. De priuilegiis.

ad Eccleſiarum regimen debent vocari à Deo, tanquam Aaron, gl. ingerere, in cap. auaritiæ. De elect. lib. 6.

Eccleſiarum diſpoſitio in ſua diœceſi, de iure antiquo pertinebat ad Epiſcopum, gl. ſecus, in cap. quanquam, eod.

Eccleſiis prouidetur tribus modis, ſcilicet per collationem, præſentationem & inſtitutionem, cap. cum in illis, §. cum autem. De præbend. lib. 6.

Eccleſia non dicitur pleno iure ad aliquem ſpectare, quando non habet inſtituere ſupra curam, licet habeat inſtituere quoad titulum beneficij, gloſ. ipſis, in cap. 1. De capellis Monachor. lib. 6. 98

Eccleſiæ prouiſio regulariter pertinet ad Epiſcopum, vbi Eccleſia patronum non habet, gl. 1. in cap. 2. De iure patrona, lib. 6.

Eccleſiæ præſidentis regimini incumbit officio, vt non ſolum de animarum ſalute, verum etiam de extrinſeca vtilitate, & cautela ſciat eſſe ſolicitus, gl. proſpicere, in extrauag. ſi fratrum. Ioann. 22.

Eccleſia quando habet bonum Prælatum, congaudendum eſt, can. non autem, & ibi gl. 1. 7. qu. 1.

Eccleſiarum Prælati vel rectores non poſſunt propria authoritate, & ſine iudice repetere res Eccleſiæ, in ſumma, & ibi gl. 1. & can. 1. 16. qu. 6.

Eccleſiarum Prælati ſi ſua authoritate & ſine iudice vſurpent res: in cauſa quidem Eccleſiaſtica non cadunt à

cauſa: ſecus eſt in cauſa propria, niſi in quibuſdam caſibus, d. gl. 1. ibid.

Eccleſia non debet puniri, ſi procurator vel Prælatus falſat inſtrumentum, cap. cum venerabilis. De except.

Eccleſia non tenetur, cum depoſitum non ſit Eccleſiæ, ſed perſonæ Eccleſiæ: ſi tamen ſit verſum in vtilitatem Eccleſiæ, tenetur Eccleſia, non actione depoſiti, ſed de in rem verſo, cap. 3. De depoſito.

Eccleſiarum bona non ſunt publicanda propter delictum clericorum, etiam hæreſis, clem. 2. De hæret.

Eccleſiæ bona propter delictum Prælati non debent confiſcari, d. clem. 2. & ibi gl. 1.

Reliqua in verbo, Collatio. Prouiſio. Hæreticus, nu. Schiſmaticus.

99 **ECCLESIA** tenetur etiam ad refectionem pontium, murorum, & puteorum communium, gl. ſumptibus, in add. marg. in cap. grauem, De ſentent. excom.

Eccleſia eſt immunis ab omni ſeruitute, & publicis functionibus, d. gl. ſumptibus.

In Eccleſiæ fauorem quæ introducta ſunt, non debent retorqueri in eius læſionem, gl. fi. in cap. nihil. De elect.

Eccleſiæ, & Eccleſiaſticæ perſonæ, ac res ipſarum, non ſolum iure humano, ſed etiam diuino à ſæcularium exactionibus ſunt immunes, cap. pen. De cenſibus.

Eccleſiæ cohærens res eius priuilegio gaudet, gl. 1. in can. ſi quis pulſatus. De pœnitent. diſt. 1.

Eccleſia confugientes ad eam debet defendere, ſiue ſint ipſi rei, ſiue non; niſi in quibuſdam caſibus, in quibus non gaudent Eccleſiaſtica immunitate, gloſ. defendat, in can. reos, 23. qu. 5.

Eccleſia defendit etiam eos, qui non confugerunt ad eam, quando in eis eſt ſpes correctionis, vel quando iniuſte ſunt condemnati; ſed quando iuſte ſunt condemnati, tunc temperatè & non importunè defendet eos, ſolum intercedendo pro eis, ne ex indiſcreta defenſione incidat Eccleſia in malam opinionem, ibid.

Eccleſia licet teneatur aliquos defendere, non tamen tenetur pro eis bellum mouere, ibid.

Eccleſia non conſecrata, in qua diuina officia celebrantur, gaudet immunitate, cap. pen. De immunit. Eccleſ.

Eccleſia non conſecrata eodem priuilegio gaudet, quo & conſecrata, ratione diuini officij, quoad priuilegium immunitatis, gl. 2. ibid.

Eccleſia non conſecrata, etiamſi nondum diuina fuerint celebrata, nihilominus gaudet priuilegio immunitatis Eccleſiaſticæ, dd. reprob. gl. 1. ibid.

100 Eccleſiæ, & earum prædia ſunt immunia à ſordidis muneribus, & extraordinariis, & ſuperindictis; ſed tantum conſueta ſoluant tributa, & debitas penſiones: niſi cum Imperator cauſa neceſſitatis tranſitum fecerit per prouinciam: quo caſu per Epiſcopum petitur collatio, non per laicos, can. generaliter, §. placet, & ibi gloſ. neceſſitas, 16. qo. 1.

Eccleſia maior habet immunitatem per circuitum 40. paſſuum: minores vero Eccleſiæ habent triginta paſſus, can. ſicut antiquitus, 17 qu. 4

Eccleſiæ confinia frangere ſi quis tentauerit, aut perſonam hominis, vel bona inde ſubtraxerit, niſi fuerit latro publicus, debet excommunicari: & erit excommunicatus, quoadusque emendet, vel reddat quod rapuit, ibid.

Eccleſiæ & capellæ, quæ ſunt infra ambitum caſtellorum, non habent immunitatem quadraginta paſſuum per circuitum, propter loci anguſtiam, gl. 1. ibid.

Eccleſiæ illi ſolui debet id, quod pro immunitate fracta, vel violata emendatur, can. ſi quis in atrio, 17. qu. 4.

de Eccleſia non licet alicui hominem, vel aliquid aliud rapere, can. miror, 17. qo. 4.

ad Eccleſiam confugientem nemo debet extrahere, nec inde damnare ad pœnam, vel ad mortem, can. reum, 17. qo. 4.

Eccleſia confugientes ad ſe à pœna corporali tutari debet, ibidem.

101 Eccleſiæ priuilegium eſt, quòd confugiens ad eam, amodo nec vitam, nec membrum perdat, ſed quòd alias pecunialiter ſatisfaciat; vel ſi hoc non poteſt, ſeruiat ei perpetuò quem læſit, gl. 1. ibid.

ab Eccleſiæ ingreſſu arceri debet ille, qui aliquem de Eccleſia violenter extraxit, vel rapuit, can. frater, 14. q. 4.

de Eccleſiæ atrio, vel de porticibus fugientem abſtrahens excommunicari debet, can. ſi quis contumax, 17. qu. 4.

Eccleſiæ adhærentia eodem priuilegio immunitatis, quo ipſæ Eccleſiæ gaudent, d. can. ſi quis, & ibi gl. 2.

Eccleſiæ immunitatem violans nullum damnum faciendo, ſoluet ſolidos nongentos: ſed ſi aliquod damnum fecerit, ſoluet tributum ſuper immunitate, gl. 2. in can. ſi quis contumax, 17. qu. 4.

Eccleſiæ conceſſum priuilegium dicitur etiam eſſe conceſſum per 30. paſſus in eius circuitu: & ſic factum in confinibus, dicitur factum in Eccleſia: & ſic captus in ſcholis, vel in oſtio, dicitur captus in Eccleſia, can. quiſquis, 17. q. 2.

ad Eccleſiam confugiens de atrio Eccleſiæ, quod triginta paſſibus clauditur, non debet extrahi, niſi prius data ſecuritate indemnitatis, can. definiuit, 17. q. 4.

Reliqua in verbo, Immunitas. Collecta. Contributio. Clericus, 70. 71. 72. Hoſpitalia.

ECCLESIÆ reditus excreſcentes debent deputari pro 102
Canonicis nouiter receptis, cap. cum M. Ferrarienſis. De conſtitut.

Eccleſiæ Prælatus vel rector non poteſt euadere de iure pœnam depoſitionis, ex delicto alienationis iniuſtæ rei Eccleſiaſticæ, etiamſi vellet reddere Eccleſiam indemnem de proprio patrimonio, vel aliunde: ſed ſolum euadet tunc pœnam excommunicationis, gl. fi. in cap. quod ſicut, §. fi. De elect.

Eccleſiæ ſi res ſponte Prælatus traderet, non valet traditio, ſi fuit facta, non ſeruata iuris ſolemnitate, gl. 1. in cap. 2. De his quæ vi met.

de Eccleſiæ rebus facta promiſſio vel traditio per metum non tenet, nec iuramentum ſuper hoc præſtitum: quia ſi non valet principale, nec acceſſorium, ibid.

Eccleſia vna poteſt cum pluribus permutari, cap. cum venerabilis. De exceptio.

Eccleſiarum bona ſunt bona pauperum, cap. 2 & ibi gl. 2. De præſcript.

Eccleſia dicitur alienari, cùm conceditur alteri Eccleſiæ in perpetuum, cap. tua nobis. De his quæ fiunt à Prælato.

Eccleſiæ res donare non poſſunt principes ſæculares: & recipientes ab eis illas res, debent excommunicari, & perdunt omnia quæ ab Eccleſia aliàs obtinebant legitimè, cap. 2. De rebus Eccleſiæ non alien.

Eccleſiæ qui nihil dedit, non poteſt ſeruos Eccleſiæ manumittere: ſecus, ſi dedit, cap. Epiſcopi, eod.

Eccleſiæ rem immobilem alienare non licet, nec ſpecialis hypothecæ titulo obligare, cap. nulli, eod.

Eccleſia contra alienantem rem Eccleſiæ, habet actionem perſonalem pro re alienata, ſi eſt ſoluendo: vel habet actionem in rem contra poſſeſſorem; & ſi obtinent contra vnum, alter liberatur: & ſi conueniat vnum, non fit ei præiudicium quoad alium: ſola enim ſolutio imponit ei ſilentium, gl. fi. in cap. ſi quis Presbyterorum, eod.

Eccleſia ſi recuperauerit rem alienatam, non tenetur cedere 103
actiones ſuas ſoluenti contra alium, ibid.

Eccleſiæ terra non fertilis poteſt dari in emphyteuſim ei, cuius ſtudio reducatur ad culturam, cap. ad aures, eodem.

Eccleſia vtilitatem ſuam ſemper facere debet, & res ſuas meliorare, ibid.

Eccleſia ſi fuerit læſa in principio contractus, per quem dedit rem ſuam in emphyteuſim, reſtituitur: ſecus, ſi à principio non fuit læſa, ſed poſtea res fuit facta melior per ſolicitudinem colonorum, gl. fi. ibid.

Eccleſiæ bona non alienare iurans, non poteſt alienare ea, quæ ſunt de menſa, vel ea de quibus dubitatur, an ſint de menſa, cap. vt ſuper, eod.

Eccleſiæ poſſeſſiones minus vtiles, pro vtilioribus de conſenſu capituli poteſt Epiſcopus permutare, vel alienare, d. cap. vt ſuper, §. fi.

Eccleſia poteſt inire contractum pignoris mutuando eius pecuniam, etiam ceſſante vtilitate Eccleſiæ, dummodo inſit neceſſitas illius, qui exigit mutuum, cap. 1. De feudis.

Eccleſiæ res pignorari non debent, niſi ex neceſſitate, & ex rationabili cauſa, cap. 1. De pignoribus.

Eccleſiæ ornamenta, veluti calix, patena, veſtimentum ſacer- 104
dotale, aut liber Eccleſiaſticus, pignorari non poſſunt, niſi iuſtiſſima neceſſitate vrgente, ibid.

Eccleſiæ libri quamuis non benedicantur, ſed ex quo ſunt in ſacro vſu, ad manus laicorum venire non debent, gloſ. 2. ibid.

Eccleſiæ ornamenta poſſunt vendi, & pignorari pro redimendis Parochianis illius Eccleſiæ, & pro alendis pauperibus, gl. fi. ibid.

Eccleſiæ rector vel prælatus ſi obligauerit rem Eccleſiæ pro facto proprio, eius hæres cogitur rem redimere, & Eccleſiæ reſtituere, cump. 3.

Eccleſia, cuius rem prælatus obligauit, ſeu pignori dedit pro facto proprio, habet optionem conueniendi ipſum prælatum, vel eius hæredem, aut recipientem rem in pignus, gl. 1. ibid.

Eccleſiam ſi pro alienis debitis obligauerit prælatus, vel rector Eccleſiæ, ſuſpenſus eſt ab adminiſtratione ſpiritualium & temporalium ipſo facto; & Eccleſia non tenetur, niſi quatenus verſum ſit in eius vtilitatem, cap. 2. & ibi gl. pen. De ſolution.

Eccleſiæ rector vel prælatus ſi dilapidauerit Eccleſiam, etiamſi velit eam reddere indemnem, nihilominus remouendus eſt, gl. fi. ibid.

Eccleſiæ bona rectè poſſunt alienari ſeu infeudari, propter remunerationem ſeruitiorum impenſorum Eccleſiæ, cap. per tuas. De donatio.

Eccleſiam ſi conceſſerit laicus pro loco de conſenſu Epiſcopi, 105
non videtur Epiſcopus aliquid conceſſiſſe: ſed donationem laici tantum ratam habuiſſe, in eo quod laicus donare potuit,

tuit, gloſ. 1. in cap. paſtoralis. De donatio.

Eccleſia hæres inſtituta, tenetur ad onera hæreditaria, etiam vltra vires hæreditarias, ſi non confecit inuentarium; ſed ſi fecit inuentarium, tunc non tenetur, niſi in quantum vires hæreditariæ ſe extendunt, gl. 1. in cap. 1. De teſtam.

Eccleſia hæres inſtituta ſi agnouit hæreditatem Epiſcopi, qui alienauit bona Eccleſiæ, tenetur habere ratum quod fecit pro ea parte, pro qua eſt hæres, ibid.

Eccleſiæ res, quæ ſunt diuidendæ in quatuor partes, intellige de Eccleſiis matricibus, gl. 2. in cap. requiſiſti. De teſtam.

Eccleſiæ res inuadens, tanquam ſacrilegus debet excommunicari, gl. violatione, in cap. fi. De ſepulturis.

Eccleſia ſi habet aliquid in emphyteuſim, ſi ceſſauerit in ſolutione penſionis per biennium vel triennium, cadit à iure ſuo; habet tamen recurſum contra prælatum negligentem, vt eam conſeruet indemnem, gloſ. iuxta, in cap. conſtitutus. De religioſ. domibus.

Eccleſiarum bona non cenſentur eſſe publica, quoad vſum laicorum; ſed bene quoad vſum Eccleſiaſticarum perſonarum, cap. 1. De immunitat. Eccleſiar.

106 Eccleſiæ rector poteſt fructus & omnes obuentiones locare vſque ad ſeptem annos, etiam non interueniente authoritate alicuius ſuperioris, cap. fi. Ne prælati vices ſuas.

Eccleſiæ rector vel prælatus ſi res Eccleſiæ locauerit ad tempus iure permiſſum, nomine proprio, & ad proprium vtilitatem, ſucceſſor non tenetur ſtare locationi, immo finitur morte locantis: ſecus, ſi nomine Eccleſiæ, & ad eius commodum, & pecunia in eiuſdem vtilitatem verſa ſit, gl. 2. in d. cap. fi.

Eccleſiæ res, quæ non cadunt in laicum, dicuntur decimæ, & alia ſpiritualia, gl. fi. in cap. 1. §. fi. De reſtit. ſpoliat. lib. 6

Eccleſiæ res temporales dicuntur propriè priuatæ, & poſſunt poſſideri à priuato, ibid.

Eccleſia non debet cedere iura ſua, vel nomen debitoris ſine decreto, gl. vniuerſos, in additione, in cap. 2. De rebus Eccleſ. lib. 6.

Eccleſiarum bona immobilia, ſeu iura non debent prælati ſummittere, ſupponere, vel ſubiicere laicis, abſque capituli conſenſu, & licentia ſpeciali ſedis Apoſtolicæ, cap. 2. eodem.

107 Eccleſiæ bona non dicata, vel non conſecrata, rectè tranſeunt ad humanos vſus: & etiam ſeruis Eccleſiæ vendi, & donari poſſunt laicis, etiam ad ſeruitiorum, gloſ. 1. in reg. ſemel Deo, 51. De regul. iur. lib. 6.

de Eccleſiæ bonis non poteſt fieri alicui conceſſio ad vitam per prælatum, clem. 1. De rebus Eccleſ. non alien.

Eccleſia ſi habeat dominium directum in aliquibus rebus, ſed vtile habeat alius, vt eſt in feudis, & talium rerum dominium vtile reuertatur ad Eccleſiam, poteſt fieri noua infeudatio, gloſ. ad menſam, in clem. 1. De exceſſibus prælat.

Eccleſia locari poteſt quoad fructus, d. clem. 1. §. præſentatos.

Eccleſiæ prædia, vel alias res ſi conceſſerint Abbates vel prælati Eccleſiarum, conſanguineis vel nepotibus ad tempus, vel in perpetuum, non valet talis conceſſio, d. 1. §. Abbates.

Eccleſiæ iura quandoque dependent ex negligentia beneficiati, & quandoque ex indebita occupatione ſeu inuaſione aliorum, gl. multipliciter, in extrauag. execrabilis, Ioannis 22.

Eccleſiæ bona dicuntur eius patrimonium, can. fi. 3. q. 2.

Eccleſiarum bona mobilia ſeu immobilia in Epiſcoporum poteſtate conſiſtunt; tertia tamen pars oblationum Epiſcopo reſeruatur, can. de his, 10. q. 1.

Eccleſiæ poſſeſſiones vtiles licitum eſt in vſum concedere peregrinis, & clericis, ſaluo iure Eccleſiæ, can. huiuſmodi, §. quod ſi neceſſitas, 10. q. 1.

Eccleſiarum bona alienari poſſunt pro redimendis captiuis, can. 1. 10. q. 2.

108 Eccleſia quidquid habet, pauperum eſt, gl. 1. ibid.

Eccleſiarum iura ſeu bona, tanquam ipſa Eccleſia ſacroſancta & religioſa, debent cuſtodiri intacta, can. ea enim, 10. q. 2.

Eccleſiarum bona non poſſunt pignorari, & perpetuò debent ſeruari intacta, d. can. ea enim, §. hoc ius porrectum.

Eccleſia in alienatione rerum Eccleſiæ, propter debitum vrgens, nihil debet ſoluere notario ſuper eo ſtipulante, d. § hoc ius, & ibi gl. abſque diſpendio.

Eccleſiæ res ſubueniente neceſſitate debet exponi venalis, & plus offerenti tradi, ibid.

Eccleſiæ res non reperto emptore, debet diſtrictè dari inſolutum creditori, & eo caſu addi debet in pretio decima pars æſtimationis totius, ibid.

Eccleſiæ prædium vendendum in caſu neceſſitatis, non debet eſſe optimum, ſed mediocre, inſpecta ipſius quantitate & onere, ibid.

Eccleſiæ vaſa ſi vendantur ex cauſa neceſſitatis, ſiquidem ſacra ſint, debent conflari, ne in profanos vſus redigantur: nec ſufficit ea frangi, ſed ſi alij Eccleſiæ, integra poſſunt vendi & offerri, gl. contraria, in d. §. hoc ius.

Eccleſiæ vaſa ex cauſa neceſſitatis non poſſunt pignorari, cum ſint res ſacræ: data tamen poſſunt detineri à creditore, quouſque ſibi detur pecunia ſua; ſicut & pignus poteſt detineri, etiam pro ea pecunia, pro qua non eſt obligatum, ibid.

Eccleſiæ res in caſu permiſſo quando venduntur, datur pre- 109
tium iuſtum offerenti, & non illi qui plus offert, quam valeant res, gl. vt plus, ibid.

Eccleſia, in ſuis contractibus non debet fraudem facere, ibidem.

Eccleſiæ res non reperto emptore, dentur creditori in ſolutum, conſiderando quantum inde poſſit colligi in viginti quinque annis, vt pro tanto vendatur ei, gloſ. diſtrictè, ibidem.

Eccleſiæ res ſicut prohibentur alienari, ita & prohibetur, ne ſterilis poſſeſſio vel onoroſa ei detur, can. 2. §. ſicut, 10. qu. 2.

Eccleſia poteſt alienare prædium inutile propter onus fiſcale, ſeruata ſolemnitate legitima, d. can. 2. §. prædium.

Eccleſia cum principe vel cum alia Eccleſia poteſt permutare, ſeruata legitima ſolemnitate, d. can. 2. §. ſed & permutare.

in Eccleſiæ rei alienatione, vel permutatione legitimè facta, requiritur ſcriptura, ibid.

Eccleſia vna poteſt permutare cum alia Eccleſia, interueniente conſenſu Epiſcopi, & œconomi, & clericorum illius Eccleſiæ, quorum conſenſus requiritur, d. can. 2. §. item ſibi.

Eccleſiæ res non multum vtilis poteſt in perpetuam emphyteuſim dari, ſeruata diſtinctione penſionis, forma ibi poſita, d. can. 2. §. perpetua.

Eccleſiæ rem habens conductam, vel emphyteuſim, ſi deteriorat, poteſt repelli ab illa: intellige authoritate iudicis, d. can. 2 §. qui rem.

ab Eccleſia accipiens rem vltra formam legis, titulo non lucratiuo, tenetur reſtituere illam cum omnibus fructibus perceptis medio tempore, & pretium eo caſu non reſtituit Eccleſia ei: habet tamen regreſſum contra venditorem ad pretium, d. can. 2. §. qui vero, & ibi gl. fi.

Eccleſiæ domus ruinoſe, quam reædificare non valet, po- 110
teſt concedi in perpetuam emphytheuſim, conſtituta penſione ſecundum diſtinctionem, de qua ibi, d. can. 2. § ſi quas.

ab Eccleſia accipiens rem titulo lucratiuo contra formam legis, tenetur reſtituere illam cum omni cauſa, & tantumdem, d. can. 2 § qui vero.

Eccleſiæ rem accipiens in emphyteuſim, non ſeruata forma legis, cadit à iure emphyteuſis, nec repetit quod dedit, ibid.

Eccleſia rectè poteſt concedere rem ſuam ad temporalem vſumfructum, vt nono tempore recuperat rem ſuam, & aliam tanti valoris, d. can. 2. §. ſi œconomus.

Eccleſiæ data res in recompenſationem non debet eſſe grauata maioribus tributis, quàm illa quæ datur per Eccleſiam, d. can. 1. §. nam hæc vſus.

Eccleſia quælibet poteſt concedere vſumfructum temporalem rei ſuæ, vſque ad certum tempus, vel toto tempore vitæ alicuius, ſiue fuerit Eccleſiaſtica domus illa, ſiue religioſa, ibid.

Eccleſiæ poſſeſſiones minus vtiles poſſunt concedi peregrinis & clericis quoad vſum, ſaluo iure Eccleſiæ, d. can. 2. §. quod ſi neceſſitas, & ibi gl. fi.

Eccleſiæ dans proprietatem tantum rei ſuæ poteſt ab illa Eccleſia precariam dupli pro ſe tantum accipere; ſed dans Eccleſiæ plenam proprietatem, poteſt accipere precariam tripli, can. precariæ, 1. 10. q. 2.

Eccleſia cogi non poteſt concedere precariam de rebus Deo & Sanctis dicatis, ibid.

Eccleſiæ res vel mancipia, ſine licentia, & regio conſenſu 111
commutari non poſſunt; intellige de rebus à Rege, vel Principe oblatis, vel Rege patrono, ibid.

Eccleſia poteſt habere proprium, exemplo Domini, qui dum conuerſaretur in terra, loculos habuit, cuius exemplo & Eccleſia poteſt habere, can. exemplum, 12. q. 1. & can. habebat, ibid.

Eccleſia poteſt habere proprium, & nomine illius poteſt clericus poſſidere illud, & adminiſtrare, licet aliàs ſub nomine proprio non liceat ei proprium habere, can. expedit, 12 q. 1.

Eccleſiæ res dicuntur communes, non propriæ ipſius prælati, ibid.

Eccleſia licitè poteſt poſſeſſiones ſibi acquirere & poſſidere, licet in primitiua Eccleſia ſecus fuerit obſeruatum, can. futuram, 12. q. 11.

Eccleſiæ licitum eſt bona immobilia retinere, can. videntes 12 qu. 1.

Eccleſiarum res debent eſſe in diſpoſitione Epiſcoporum, ex quibus debent cuncta viuentibus neceſſaria miniſtrari ab Epiſcopo, & à ſuis miniſtris: & qui hoc à poteſtate Epiſcoporum attentauerit, debet puniri, ibid.

Eccleſiæ quod eſt vtilius, ſiue in acquirendo, ſiue in alienando res Eccleſiæ, ſemper eſt conſiderandum & eligendum, ibid.

Eccleſia poteſt ſibi oblata à fidelibus conſeruare, vt ſuorum & alio-

& aliorum indigentium neceſſitatibus ſubuenire poſſit, can. habebat, 12. qu. 1.

112 Eccleſiæ res à rebus propriis Epiſcoporum, vel clericorum debent eſſe diſtinctæ; ne Eccleſia damnum patiatur in rebus, & ſimiliter hæredes clericorum, can. manifeſta, & can. ſeq. 12. qu. 1.

Eccleſiæ an prælati fuiſſe præſumantur res, ſi prælatus ante prælaturam habuit proprium, tunc incumbit onus probandi res eſſe acquiſitas de rebus Eccleſiæ tantum, vel ſi Eccleſia non inuenitur in poſſeſſione illarum, poſt mortem prælati hæredibus incumbit onus probandi; ſed ſi hæredes ſint in poſſeſſione, tunc Eccleſia probabit, gl. probantur, in can. ſint manifeſtè, 12. qu. 1.

Eccleſiæ res vſurpans, per Synodum debet puniri, can. Epiſcopus Eccleſiaſticarum, 12. qu. 1.

Eccleſiarum res vel bona conuertens in ſuos vſus, vel domeſticorum, dicitur pauperes affligere, ibid.

Eccleſiæ res ſunt in poteſtate Epiſcopi, & illas per diaconos & presbyteros debet, cum Dei timore, indigentibus diſpenſare, can. præcipimus, 12. qu. 1.

Eccleſiæ res quaſi communes Epiſcopus debet diſpenſare, can. res Eccleſiæ, 12. qu. 1.

Eccleſiæ res oblatæ dicuntur Domino oblatæ, ibid.

Eccleſiæ res non quaſi propriæ, ſed quaſi communes habendæ ſunt, can. pen. § 1. 12. q. 1.

de Eccleſiæ rebus non poteſt quis dicere, hæc res eſt mea, ibidem.

Eccleſiarum poſſeſſiones & præbendæ de iure diuidi non poſſunt: conſuetudine tamen multarum Eccleſiarum contrarium ſeruatur, diuidendo illas prout prælatis Eccleſiarum, cum conſenſu clericorum, viſum fuerit, gl. fi. in can. pen. 12. qu. 1.

113 Eccleſiæ res auferens, fraudans, & rapiens, vt homicida in conſpectu iudicis damnatur, can. qui Chriſti, 12. q. 2.

Eccleſiarum bona, dicuntur eſſe Chriſti, ibid.

Eccleſiæ rem auferens, vaſtans, vel inuadens, vt ſacrilegus iudicari debet, can. nulli liceat, 12. q. 12.

Eccleſiæ rem detinens niſi reſtituat prius monitus, excommunicari debet, can. quicunque militum, 12. q. 2.

Eccleſia recipiens rem alienam ab Imperatore, non eſt tuta, niſi eam præſcripſerit, gl. fi. ibid.

Eccleſiarum prædia ſubtrahere præſumens, vt ſacrilegus iudicabitur, & vt homicida condemnari debet, & in quadruplum tenetur, can. prædia, & can. ſeq. 12. q. 2.

Eccleſiarum bona non debent applicari humanis vſibus, ibidem.

Eccleſiæ res inuadens tenetur reſtituere quadruplum, can. in antiquis, 12. q. 2.

Eccleſia à fure ſuum tantum debet recipere, ſine augmento, vel ſine pœna; quod intellige in foro animæ, can. fraternitatis, §. 1. & ibi gl. 2. 12. q. 2.

Eccleſiarum res vendi poſſunt pro redemptione captiuorum, can. Apoſtolicos, 12. q. 2.

114 Eccleſiarum bona & reditus ſunt deputati ad vtilitatem Eccleſiæ clericorum, & ad vſum pauperum, & peregrinorum ſuſtentationem, ibid.

Eccleſia poteſt vendicare acquiſita de rebus Eccleſiæ, gl. conſtruxiſſe, ibid.

de Eccleſiæ pecunia ædificium factum acquiritur ipſi Eccleſiæ: & eſt ſpeciale in Eccleſia, ibid.

Eccleſiæ res licitè impenduntur pro redemptione captiuorum, nec id expenſum poteſt repeti a redempto, vel ab eius hærede, can. ſacrorum, 12. q. 2.

Eccleſia tenetur redimere captiuos, & ideo ipſa non poteſt proteſtari de repetendo impenſum ex ea cauſa, gl. 1. ibid.

Eccleſia debet Parochianos vel clericos ſuos captiuos de rebus ipſius Eccleſiæ redimere, can. ſicut, 12. q. 2.

Eccleſiarum bona vendi non poſſunt, niſi ſubſit neceſſitas, ibid.

Eccleſia ſi conſecuta ſit ius ſuum à poſſeſſore, nihilominus poteſt agere contra eum, qui alienauit, ad pœnam, ſed ad intereſſe non, gl 2. in can. monemus, 12. q. 2.

Eccleſia ſi conſecuta ſit ius ſuum à poſſeſſore, non tenetur cedere actionem, quam habet contra alienantem: quia quia ſponte poteſt petere, qui ex contumacia ſua condemnatur? ibid.

115 Eccleſiæ res alienans, & accipiens illas, debet excommunicari, niſi reſtituat illas, can. non liceat, 12 q. 2.

Eccleſiæ bona malè alienata cum fructibus poteſt repetere quælibet perſona Eccleſiaſtica, ibid.

Eccleſiæ Cathedralis redituus omnes, qui ſuperſunt, deductis expenſis, debent diuidi in quatuor portiones: quarum vna Epiſcopi, alia clericorum, alia pauperum ſub Epiſcopi diſpenſatione eſſe debet, can. vobis, 12. q. 2.

ex Eccleſiæ fabricæ portione, ſi ad eius expenſam aliquid ſuperetit, debet pro futura fabrica reſeruari, vel inde ad vtilitatem Eccleſiæ poſſeſſiurij comparari, ibid.

Eccleſiæ res male alienatæ ad vſum Eccleſiæ ſunt euocandæ, ibid.

Eccleſiarum prædia non debent diuidi per præbendas, vbi clerici ſunt ſuſpecti: ſed vbi non ſunt ſuſpecti, rectè poſſunt diuidi: vt ſic poſſeſſiones meliorentur per eos: nam diligentius tractantur res propriæ, quàm communes, gloſ. fin. ibid.

Eccleſiæ res dicuntur ſacratæ, id eſt ad ſacrum vſum deſtinatæ, can. Diaconi, 12. q. 2.

Eccleſiæ rei venditæ dominium non transfertur in emptorem, vnde non poteſt rem vendicare: habet tamen actionem ex empto contra venditorem, gloſ. 1. in can. quicquid, 12. q. 2.

Eccleſia poteſt reuocare ſeruos ſuos manumiſſos à Prælato, niſi per decem annos ſteterint in quaſi poſſeſſione libertatis; reſtitui tamen poteſt Eccleſia, contra libertatem: quod non eſt in minore, gl. fi. in can. & ſi illi, 12 q. 2.

Eccleſiæ miniſtri, de rebus eiuſdem Eccleſiæ abſque Epiſcopi conſenſu non poſſunt alienare, can. Abbatibus, 12. q. 2.

Eccleſia ſicut non debet amittere proprias res, ita nec debet 116
inuadere alienas, can. ſicut Eccleſias, 12 q. 2.

Eccleſia ſemper tenetur rem alienam reſtituere, niſi illa iam ſit conſecrata, gl. 1. ibid.

Eccleſiæ res quibuſdam cauſis exigentibus diſtrahi poſſunt; cauſa neceſſitatis, cum conſilio clericorum, vel vt meliora proſpiciant, ibid.

Eccleſia habet aurum, non vt ſeruet, ſed vt eroget, & ſubueniat in neceſſitatibus, can. aurum, 12. q. 2.

Eccleſiæ res poſſunt donari iure proprietatis pro ædificijs monaſteriorum conſtituendis, can. fi. 12. q. 2.

Eccleſia ſi ſit hæres inſtituta, & rogata reſtituere alteri hæreditatem, poteſt quartam Trebellianicam detrahere, gl. fi. in can. pen. 12. q. 3.

Eccleſiæ relictum differt à relicto canonicis, quia in primo caſu intelligitur relictum Eccleſiæ, & ad vſum clericorum vel canonicorum; in ſecundo caſu cenſetur relictum canonicis, & non Eccleſiæ, gl. 2. ibid.

Eccleſia eſt proximus hæres clerico decedenti ab inteſtato, & ſiue cognatione, can. fi. & ibi gl. 1. 12. q. 5.

Eccleſiæ vni auferre, & alteri Eccleſiæ dare, inuito Sacerdote, non poteſt quis: & hoc eſt priuilegium ſolius Papæ, qui tantum poteſt vni dare, & alteri auferre, gl. 1. in can. Eccleſiæ, 16. q. 1.

Eccleſiæ res inuadens & occupans ſua authoritate, vel prin 117
cipis, niſi commonitus reſipiſcat, debet excommunicari, can. in canonibus, 16. q. 1.

Eccleſiæ res principum authoritate diſtribui non debent, can. quia iuxta, 16. q. 1.

Eccleſiæ res ſunt vota fidelium, & pretia peccatorum, ac patrimonia pauperum, ibid.

Eccleſiæ res non poſſunt diuidi per præbendas, gl 1. ibid.

Eccleſiæ poſſeſſiones, quas quis in vita, vel in morte reliquerat Eccleſiæ, nulli licet alienare, can. poſſeſſiones, 16. q. 1.

Eccleſiæ poſſeſſiones poſſunt alienari ad tempus, in tribus caſibus: ſcilicet clericis benemeritis, vel monaſteriis religionis intuitu, vel peregrinis, ſi neceſſitas largiri ſuaſerit, ibid.

Eccleſiæ res ſunt pauperum, quia tempore neceſſitatis ſunt communicandæ, gl. 1. in can. fi. 16. q. 1.

Eccleſiæ facultates vel etiam diœceſis, aut Parochiæ, poſſeſſæ pacificè per 30. annos ab Epiſcopis aliarum diœceſium, permanent eis immobiles, can. præſulum, 16. q. 3.

Eccleſiæ res male alienatas quilibet poteſt reuocare: non tamen ita de facili admittitur, gloſ. 3. in can. ſi ſacerdotes, 16 qu. 3.

Eccleſiæ alterius diœceſis ab Epiſcopis habitæ tempore hoſti 118
litatis, omni præſcriptione ceſſante, repulſa hoſtilitate, ſunt reſtituendæ antiquo ſuo Epiſcopo, can. prima actione, 16. q. 3.

Eccleſiæ res non poſſunt confiſcari, gl. fi. in can. cognoſcimus, 16. q. 6.

Eccleſiæ res quandoque dantur in proprietatem: ſed cum dantur intuitu officii, non, gl. 1. in can. fi. 16. q. 6.

Eccleſiæ res appellatur reſpublica, gl. fi. in can. quid ergo, 23. q. 4.

Eccleſiarum effractores excommunicati ſunt, & poſt denunciationem per Papam tantum ſunt abſoluendi, can. conqueſti, 22. De ſententia excommunic.

Eccleſiæ bona & res, & calices rapiens ſine effractione & incendio, non eſt excommunicatus ipſo iure: ſed ſi cum effractione, vt quia fregit oſtia, vel parietes, talis eſt ipſo iure excommunicatus, gl. 1. ibid.

Eccleſiarum incendiarij, & effractores, ex quo publice ſunt denunciati, non poſſunt abſolui niſi à Papa: ſed ante publicationem bene poſſunt abſolui, ſi ſatisfacere velint, quia conditor canonis, ante denunciationem eorum non retinuit ſibi eorum abſolutionem, gl. fi. ibid.

Eccleſiæ, vel cuiuſuis loci pij bona quæcumque, vel iuriſdictionem conuertens in proprios vſus, vel vſurpare præſumens, ſeu impediens, ne ab his, ad quos de iure pertinent, percipiantur anathemati tamdiu ſubijciatur, quamdiu illa bona, res, vel iuriſdictionem integrè reſtituerit Eccleſiæ, vel eius adminiſtratori, ſeu beneficiato; ac deinde abſolutionem à Pontifice obtinuerit. Concil. Trident. ſeſſ. 22. De reformatione, cap. 11.

Reliqua in verbo, Adminiſtraſſe. Adminiſtratio. Adminiſtrator, Alienare, num. 2. vſque ad num. 6. Alienatio, n. 8. vſque 14. Bona. Bonum, n. 1. Canonicus, 10. 11. 12. Dominium, 2. 3. Epiſcopus, 39. Locare. Locatio. Prælatus, 47. vſque 57.

119 **ECCLESIA** contra Eccleſiam præſcribit Eccleſiam, quoad ius ſubiectionis, ſpatio triennij in fauorem fidei, cap. 1. De præſcript.

Eccleſia præſcribit rem priuati per quietam & pacificam poſſeſſionem triginta annorum, cap. 3. & ibi gl. 1. eod.

Eccleſia vacante, non currit præſcriptio, quia caret legitimo defenſore; & illud tempus ſubducitur de præſcriptione, gl. fi. in cap. de quarta, eod.

Eccleſia vna in alterius Parochia 40. annorum ſpatio præſcribit, cap. ad aures, eod.

Eccleſia vna, quod percipiat decimas in aliena Parochia, eſt contra ius: & oportet, quòd præſcribat illas cum titulo, vel tanto tempore, cuius initij memoria non ſit, d. cap. ad aures, & ibi gl. 2.

Eccleſia ex ſola præſcriptione 40. annorum, poteſt ſe tueri aduerſus Eccleſiam, cap. illud, eod.

Eccleſia vna poteſt præſcribere intra limites alterius parochiæ decimas: debet tamen habere titulum, gl. fi. in cap. quia indicante, eod.

contra Eccleſiam Romanam poteſt præſcribi in rebus ciuitatibus, & regnis pertinentibus ſibi pleno iure: ſed requiritur præſcriptio non minor centenaria, cap. ſi diligenti, eod.

120 Eccleſia vna in Parochia alterius non præſcribit ſine titulo, niſi illa Eccleſia quæ præſcribit, habeat titulum, gl. fin. ibid.

Eccleſia Romana gaudet præſcriptione centum annorum, cap. dilecta, verſ. quia vero. De conſtitut. viiii.

Eccleſia vna poteſt præſcribere decimas in alterius Parochia, cap. cum contingat, 29. De decimis.

Eccleſia vna poteſt præſcribere certa iura parochialia, infra limites alterius Eccleſiæ, ibid.

Eccleſiæ poſſunt præſcribi iure proprietatis, dummodo habeatur titulus præſcribendi: ſed ſine titulo non poſſunt præſcribi, cap. dudum, 3. De præſcriptio.

Eccleſia contra Eccleſiam poteſt præſcribi: intellige iure proprietatis, cap. cura paſtorali. De iure patronatus.

Eccleſiæ ſuæ nomine, poteſt præſcribere presbyter libertatem non ſoluendi decimas, vt contra Epiſcopum, gl. tricennalis, in ſumma, 13. q. 2.

Eccleſia contra Eccleſiam, & priuatus contra Eccleſiam, præſcribit 40. annis; ſed Eccleſia contra priuatum triginta annis, can. 1. & ibi gl. 3. 13. q. 2.

121 Eccleſiæ res præſcribi poſſunt ſpatio 30 annorum à poſſeſſore habente ſententiam pro ſe, can. poſt quingentos, §. 1. 16. q. 3.

Eccleſia ratione decimæ dicitur habere in fundo quoddam ius: vnde poteſt compellere dominum, vt det fundum ruſticis excolendum, can. in aliquibus, 32. de Decimis.

Eccleſia petens reſtitutionem decimarum, quas ſe dicit infra Parochiam alterius poſſediſſe, non auditur, niſi probet poſſeſſionem legitimam, cap. ad decimas. De reſtit. ſpoliat. lib. 6.

Eccleſia vna quando petit decimas ab alia Eccleſia, quas poſſidet in tertia parochia, ſufficit ibi bonam fidem probare: quia licet ius commune faciat contra præſcribentem, non tamen facit pro petente, gl. titulum, in cap. 1. De præſcript. lib. 6.

Eccleſiæ antiquæ decimis non debent priuari, vt nouis oratorijs tribuantur, gl. tenues, in cap. 1. De rebus Eccleſ. non alien. lib. 6.

Eccleſijs debentur decimæ, primitiæ, oblationes, canonicæ portiones debitæ ex funeribus, & illa quę debentur Eccleſijs propter laudabiles conſuetudines, gl. aliarum rerum, in cap. de decimis, lib. 6.

Reliqua in verbo, Decima, 17. vſque 21. 31.

122 **ECCLESIA** non execratur, licet polluatur ſanguine, gl. fi. in cap. 2. De Sacram. non iterand.

Eccleſiarum violatores non ſunt ipſo iure excommunicati; ſed vt ſacrilegi, ſunt excommunicandi, gl. violatione, in cap. fi. De ſepultur.

Eccleſiæ poſſunt conſecrari, etiam diebus non feſtis, cap. 2. De conſecrat. Eccleſię.

Eccleſia, quæ propter homicidia, vel vulnera hominum ibidem perpetrata, polluta eſt, debet reconciliari, cap. propoſuiſti, 4. eod.

Eccleſia propter ſanguinis effuſionem, vel ſeminis pollutionem non debet reconſecrari; ſed debet reconciliari, d. cap. propoſuiſſe, & ibi gl. 1.

Eccleſia, ſi dubitetur an ſit conſecrata, vel reconciliata, debet conſecrari, vel reconciliari, gl. 1. ibid.

Eccleſia ſi ſit combuſta tota, maior pars, debet iterum conſecrari, ibid.

Eccleſiæ tectum ſi corruerit, & parietes illęſi remaneant, vel etiam modicum de ipſis parietibus ſit deſtructum, non debet propter hoc conſecrari, ibid.

Eccleſia tota ſi fuerit ſimul deſtructa, vel maior pars debet iterum conſecrari: ſi ſucceſſiuè, ſufficit tunc aſperſio aquę benedictæ, ibid.

Eccleſia non conſecratur pro remotione altaris, vel fractura enormi altaris, ibid.

Eccleſia debet reconciliari pro adulterio perpetrato in Eccleſia, ibid.

Eccleſia non debet reconſecrari, ſed reconciliari tantum debet, quando quis ſeipſum, vel aliquis alium in Eccleſia ſuſpendit, ibid.

Eccleſia conſecratur in parietibus & non in tecto: vnde tecto corruente illæſis parietibus non debet conſecrari, cap. ligneis, 5. & ibi gl. eod.

Eccleſia vel cœmiterium polluitur, ſi excommunicatus in ea ſepeliatur, & debet reconciliari, cap. conſuluiſti, 6. eod.

Eccleſiam faciens conſecrari tenetur eam dotare, cap. cum ſicut, 8. De conſecrat. Eccleſ. 123

Eccleſiam fundans tenetur eam dotare, cap. conſuluiſti, & ibi gl. 1. eod.

Eccleſia polluta non poteſt reconciliari per ſimplicem ſacerdotem, etiamſi aqua fuerit per Epiſcopum benedicta, cap. pen. eod.

Eccleſia non conſecrata, ſi ſemine vel ſanguine effuſione fuerit polluta, debet reconciliari, cap. fi. eod.

in Eccleſia non conſecrata licitè poſſunt diuina celebrari ibid.

ad Eccleſiam etiam non conſecratam ſi quis confugerit, debet ab Eccleſia defendi, gl. 1. ibid. 124

Eccleſiæ non conſecratæ violator, iudicandus eſt ſacrilegus, licet locus adhuc non ſit conſecratus, d. gl. 1.

Eccleſia conſecrata polluta reconciliatur cum aqua benedicta, vino, & cinere, gl. fi. ibid. per Epiſcopum, non per ſimplicem Sacerdotem, gloſ. 2. in cap. tuarum. De priuileg.

Eccleſia non conſecrata polluta, per ſimplicem Sacerdotem aqua exorcizata poteſt lauari; nec eſt opus, quod per Epiſcopum fiat, ibid.

Eccleſia non conſecrata ſi cuiuſcumcumque ſanguine, vel ſemine fuerit polluta, debet aqua exorcizata lauari, antequam celebretur, gloſ. 2. in can. pen. De Immunit. Eccleſ.

Eccleſia polluitur ex ſeminis emiſſione, & eget reconciliatione, non ſolum cum à principio eſt publicum, ſed etiam cum ex poſt facto venit in notitiam, cap. ſignificaſti, 5. De adulter.

Eccleſia polluta reconciliatur per aſperſionem aquæ benedictæ, cap. ſignificaſti, & ibi gl. 3. eod.

in Eccleſia ſanguinis effuſione polluta non debent clerici celebrare Diuina ſine reconciliatione, cap. tuarum, 11. De priuileg.

Eccleſia ſanguinis effuſione execrata, donec fuerit reconciliata, non poteſt in ea celebrari, etiam ab habente priuilegium celebrandi in loco interdicto, ſaltem ſemel in anno: quia hoc eſt interdictum iuris, & non hominis, & priuilegium illud non extenditur ad hunc caſum, gloſ. 2. ibid. 125

In Eccleſia ſanguinis effuſione polluta celebrans Diuina ante reconciliationem, non eſt ſuſpenſus vel irregularis ob id: ſecus quando Eccleſia eſſet interdicta à iure, vel ab homine, ibid.

Eccleſiæ alicuius clauſtrum violans, cenſetur violare immunitatem ipſius Eccleſiæ, cap. cum pro cauſa, 27. De ſententia excommunicat. lib. 6.

Eccleſia non polluitur per pollutionem cœmiterij, licet contigua cœmiterio exiſtat, cap. 1. De conſecrat. Eccleſ. lib. 6. gl. fi. in cap. ſi ciuitas, §. fi. De ſententia excommunic. lib. 6.

Eccleſia polluta, & cœmiterium eſt pollutum, ſi illi ſit contiguum: ſecus, ſi ſit ſeparatum, cap. 1. & d. gl. fi.

Eccleſia polluitur ſanguinis humani & iniurioſi effuſione, cap. is qui, 18. & ibi gl. 1. De ſententia excommunicat. lib. 6.

in Eccleſia polluta celebrare prohibitum eſt: celebrans tamen contra hanc prohibitionem non incurrit irregularitatem, ibid.

Eccleſia polluitur ſeminis effuſione: intellige de ſemine humano, etiam vxorio, ibid.

Eccleſiæ violantur & polluuntur ſæpe ex choreis, & cantilenis, & inſolentijs, quæ fiunt in Eccleſia, quia per eas veniri ſolet ad rixam, ex qua ſequi ſolent ſanguinis effuſiones, vulnera, & homicidia, gl. violationes, in clem. grauj. De celebrat. Miſſar.

Eccleſia violari non dicitur per mortem ſancti, & violentiam factam ei in Eccleſia, imò dicitur conſecrari, cap. quamuis, & ibi gl. conſecrarunt, & can. ſacroſancta, diſt. 22. 126

Eccleſia in dubio potius præſumitur non conſecrata, quàm conſecrata, gl. 2. in can. 2. diſt. 68.

Eccleſia ſemel conſecrata non debet iterum conſecrari; niſi aut ab igne exuſta, aut ſanguinis effuſione, aut cuiuſcumque ſemine fornicatio fuerit polluta, can. Eccleſijs, diſt. 68.

Eccleſia poteſt conſecrari ſine Miſſa, gl. tertia, in can. fi. diſt. 74.

pro Eccleſiæ dedicandia nihil poteſt exigi, can. ſtatuimus, 10. q. 2. & can. 1. 2. q. 2.

Eccleſia non debet dedicari antequam Epiſcopus dotem Baſilicæ, & obſequium eius, per donationem chartulæ confirmatæ accipiat, can. 9. 1. q. 2.

pro Eccleſiæ dedicatione nihil debet exigere Epiſcopus à fundatore; ſed oblata ſponte à fundatore, recte poterit accipere, ibid.

per Eccleſiæ dedicatione poteſt Epiſcopus exigere propter procurationem, illa quæ conſueuit percipere, quaſi pro labore, vbi hoc diu obtinuit, gl. 2. ibid.

Eccleſia, quæ pactione conſecrata fuerit, potius execrata, quàm conſecrata erit: hoc dicitur in odium ita conſecrantis, ſed reuere eſt conſecrata, can. Eccleſia, & ibi gloſ. 1. 1. q. 4. & gloſ. 2. in can. 1. 9. q. 2.

127 Eccleſiæ ab Arrianis conſecratæ, quòd iterum conſecrarentur, præcepit Gregorius Papa, d. can. Eccleſia, §. hinc etſi, & ibi gl. Eccleſia.

Eccleſiarum violatores ſunt ipſo iure excommunicati: intellige cum effractione, alias non; ſed ſacrilegi non ſunt ipſo iure excommunicati, can. canonica, & ibi gl. 1. 11. q. 3. & gl. 1. in can. omnes Eccleſiæ, 17. q. 4.

Eccleſiam violans non eſt dignus eius ingreſſu, can. ad Epiſcopos, 17. q. 4.

Eccleſia illius Epiſcopi authoritate debet conſecrari, qui populo Sacramentum baptiſmi contulit, & ad eius conſignationem annuatim concurrerit, cap. 1. & ibi gl. fi. De religioſ. domibus.

Eccleſiarum conſecratio non debet fieri abſque Miſſa, can. omnes Baſilicæ. De conſecrat. diſt. 1.

Eccleſiæ Epiſcopales nouæ non poſſunt conſecrari abſque Sedis Apoſtolicæ præcepto, can. de locorum, & ibi gl. fi. De conſecrat. diſt. 1.

Eccleſia noua non debet conſecrari ſine authoritate ſummi Pontificis, can. præcepta. De conſecrat. diſt. 1.

Eccleſia ſemel conſecrata non debet iterum conſecrari, niſi in quibuſdam caſibus, gl. proceſſiones, ibid.

Eccleſia ante conſecrationem locus deuotus appellatur, gloſ. pen. ibid.

in Eccleſia vel Oratorio, ſine Sedis Apoſtolicæ authoritate conſecrata, non debent fieri proceſſiones publicæ, id eſt cum frequentatione populi, can. certum. De conſecrat. diſt. 1.

128 Eccleſiam ſi Epiſcopus conſecret, non aſſignata ei dote, tenentur fundatores ad dotandum eam, & hæres fundatoris etiam tenentur: ſed vbi omnes defecerunt, vel non eſſent ſoluendo, tunc actio danda eſt in Epiſcopum, gl. domum, in can. nemo. De conſecr. diſt. 1.

Eccleſia non debet conſecrari, quæ pro quæſtu vtilitatis ædificatur, can. ſi quis Baſilicam. De conſecrat. diſt. 1.

Eccleſiæ debent conſecrari precibus diuinis, can. Eccleſias. De conſecrat. diſt. 1.

Eccleſia debet conſecrari, vbi dubitatur de eius conſecratione: & vbi nec certa ſcriptura, nec teſtes exiſtunt, à quibus ſciatur conſecratio, can. Solemnitates. De conſecr. diſt. 1.

Eccleſia, de cuius conſecratione dubitatur, ita conſecratur ab Epiſcopo, *ſi conſecrata es, non te conſecro; ſed ſi non, &c.* gl. ſacit, ibid.

Eccleſiarum dedicationum ſolemnitates ſingulis annis per octo dies debent celebrari, can. ſolemnitates, 2. De conſecr. diſt. 1.

Eccleſia poteſt conſecrari, quandocumque dubitetur de eius conſecratione, can. Eccleſiæ. De conſecr. diſt. 1.

Eccleſia quando eſt execrata, hodie non conſecratur, ſed reconciliatur per Epiſcopum cum aqua per illum benedicta, & non per alium: niſi caderet vel arderet, gl. 1. ibid.

Eccleſia eſt conſecranda, quando altare motum eſt: item
129 & propter homicidium: & quando eſt cauſa: vel ſi parietes de nouo ſunt funditus reparati: item & propter adulterium, gl. 2. ibid.

Eccleſia non conſecratur, ſed ipſum altare tantum debet reconſecrari, quando altare tantum, id eſt tabula ſuperior mouetur, vel enormiter læditur, ibid.

Eccleſia ſi fuerit violata propter adulterium, vel homicidium, non debet illa reconſecrari, gloſ. 2. in d. can. Eccleſiæ.

Eccleſia iterum eſt conſecranda, ſi altare, ad cuius honorem eſt conſecrata, motum fuerit, ita vt formam per diminutionem vel augmentum amiſerit; vel ſi tabula ſuperior altaris enormiter ſit fracta, vltra ſcilicet medietatem: ſi vero aliud altare ſit ita motum, aut fractum, tunc altare, & non Eccleſia conſecratur, can. ſi motum, & ibi gl. 2. De conſecr. diſt. 1.

Eccleſiæ parietes tantum ſi mouentur, tunc Eccleſia debet exorcizari ſalibus, & non altare, d. can. ſi motum.

Eccleſia ſi fuerit homicidio vel adulterio violata; illa debet expurgari, & mundari per aſperſionem, & non altare, ibid.

Eccleſia non eſt conſecranda propter altaris motionem: alia enim eſt conſecratio altaris, alia Eccleſiæ, gloſ. 2. ibidem.

Eccleſia ſemel Deo conſecrata, non debet iterum conſecrari adhiberi, niſi igne exuſta, aut ſanguinis effuſione, aut cuiuſcumque ſemine polluta fuerit, can. Eccleſiis ſemel. De conſecr. diſt. 1.

Eccleſia pro maiore parte exuſta, ſi ita comburatur, vt deſtruatur, vel decruſtetur interius & exterius; tunc execratur, & reconſecrari debet, aliàs non gloſ. 1. ibidem. 130

Eccleſia per coitum emiſſum per adulterium, vel fornicationem polluitur; ſed non per ſomnium, vel coitum cum vxore; & tunc non reconcilietur, gloſ. 2. ibid.

Eccleſiæ ab hæreticis conſecrata, in forma Eccleſiæ, quæ prætendat fidem Sanctæ Trinitatis, non eſt reconſecranda: ſecus, quando conſecrata non eſt in forma Eccleſiæ, id eſt in fide Sanctæ Trinitatis, gl. fi. ibid.

Eccleſiæ Arrianorum in forma Eccleſiæ non conſecratæ, debent denuo conſecrari, can. Eccleſias Arrianorum, & ibi gloſ. 1. & 2. & can. Arrianorum. De conſecratione, diſt. 1.

Eccleſia conſecrata, quæ poſtea fuit diruta, & reparata, non debet iterum conſecrari; ſed in ea debet cantari Miſſa, & erit id loco conſecrationis, can. de fabrica. De conſecrat. diſt. 1.

Eccleſia conſecrata, ſi de altari fuerint reliquiæ ablatæ, debent ibi reponi: & Eccleſia, id eſt altare, vnde fuerunt ablatæ, iterum debet conſecrari, ibid.

Eccleſiæ parietes ſucceſſiuè ſi fuerint deſtructi, & ſucceſſiuè reparati, intelligitur eadem Eccleſia; ſecus ſi ſemel parietes funditus corruant; quia tunc conſecranda eſt, licet altare motum non fuerit; quia alia eſt conſecratio altaris, alia Eccleſiæ, gl. innouata, ibid.

Eccleſia non eſt conſecranda ſine reliquiis: ſufficit tamen Corpus Domini, gloſ. 2. in can. placuit. De conſecrat. diſt. 1.

Eccleſia, in qua paganus ſepultus eſt, non debet conſecrari, nec in ea debent celebrari Miſſæ, ante eiectionem cadaueris ipſius pagani, can. Eccleſiam, 1. & 2. De conſecr. diſt. 1.

Eccleſia an ſit conſecrata vel non, ſi ignoretur, poteſt conſecrari, can. placuit. De conſecr. diſt. 4.

Reliqua in verbo, Altare. Conſecratio. Pollutio. Polluta.

ECCLESIA exercet iuriſdictionem in laicos, quando imponit noua pedagia citra authoritatem iuris, can. innouamus. De cenſib. 131

in Eccleſiis poteſt & debet iudicium Eccleſiaſticum exerceri, ſed non ſeculare, gloſ. 2. in can. fi. De cuſtodia Euchariſtiæ.

in Eccleſiarum domibus non debet iudex laicus iudicare, nec debet quærere hoſpitium, cap. 1. De immunit. Eccleſ.

Eccleſia vendicat ſibi iuriſdictionem contra laicos grauantes, ſeu aliter manus extendentes in Eccleſiam, ſeu perſonas Eccleſiaſticas, cap. aduerſus, eod.

Eccleſia poteſt ſe intromittere de dote, non ſolum in fauorem viduarum, ſed etiam in fauorem mariti pauperis, petentis dotem, cap. per veſtras. De donatio. inter virum.

Eccleſia quandoque iudicat de his, quæ foris ſunt, veluti de Iudæis, quia eos repellit à communione Chriſtianorum, ne ab eis corrumpantur; repellit eos à legitimis actibus, & ab officiis publicis, & ne poſſint emere mancipia Chriſtiana: item non permittit eis facere nouas Synagogas: item quod in diebus lamentationum non debeant exire in publicum, & quod ſoluant decimas de terris, quas colunt, & ne mancipia circumcidant, & ne ex teſtamento Chriſtiani aliquid capiant, & ille Chriſtianus etiam poſt mortem excommunicandus eſt, gl. permittantur, in cap. Iudæi, 5. De Iudæis.

Eccleſia quandoque excommunicat indiſtinctè Iudæos, quia excommunicat Chriſtianos, ne cum eis aliquod commercium habeant, ibid.

Eccleſia non iudicat de his, quæ foris ſunt, vt pœnam ſpiritualem infligat, gl. permittentur, in cap. Iudæi, 5. De Iudæis, gl. 1. in can. erubeſcant, diſt. 32. 132

Eccleſia in terris ſibi ſubiectis ratione temporalis iuriſdictionis, per omnia vendicat ſibi iura principum, cap. vergentis. De hæreticis.

Eccleſia, ratione delicti Eccleſiaſtici, poteſt laicos punire nota infamiæ, & ſuſpendere eos ab eorum officiis, cap. ſi aduerſus, & ibi gl. fi. eod.

Eccleſiæ poteſtas appellatur clauis; & ſic poteſtatis vna eſt clauis, alia eſt diſcretionis; & ideo in plurali dicuntur claues, cap. ſi. De exceſſ. Prælat.

Eccleſiæ claues ſunt datæ Petro, & cuilibet legitimo ſucceſſori eius, gl. 2. in cap. fi. De pœnis.

Eccleſia non ligat eos qui ſunt ſub terra, gl. authoritate, in cap. mulieres, 6. §. 1. De ſententia excommunicat.

Eccleſia quandoque errat ligando non ligandum, & abſoluendo non abſoluendum: & hoc procedit, quia Eccleſia non poteſt iudicare de occultis, cap. à nobis, 28. eod.

Eccleſia poteſt priuare laicos priuilegiis ſuis, ratione delicti commiſſi in Eccleſiaſticam rem, & imponere pœnam infamiæ,

Digitized by Google

mis, & priuare officijs etiam ſæcularibus, cap. vbi peri-
culum, §. præterea. De elect. lib. 6. cap. ſtatutum, 15.
De hæret. lib. 6.

Eccleſia habet gladium ſpiritualem actu & habitu; ſed tem-
poralem habet in habitu, ſed non in actu, cap. dilecto.
De ſentent. excommunic. lib. 6.

Eccleſiæ conſtitutio licet liget crimina omnino occulta, non
tamen nominatim de illis iudicat Eccleſiæ tribunal; imò
ipſa Eccleſia, in quantum per hominem, iudicat hominem
nominatim: & in quantum eſt collectio fidelium, ligatos
ſic occultos habet pro ſolutis, gl. eo ipſo, in clem. 1. §.
verum. De hæreticis.

Eccleſiæ iudicium, & eius pœna extenditur etiam ad actus
omnino occultos, clem. 1. §. cæterum. De vſuris.

133 in Eccleſia, eiuſque poteſtate ſunt duo gladij, temporalis &
ſpiritualis: & temporalis ſubiicitur ſpirituali, extrauag.
vnam ſanctam. De maior. & obed. inter communes.

Eccleſia habet magnam iuriſdictionem in laicos: nam eorum
bona poteſt quandoque publicare; quandoque poteſt depo-
nere laicos à ſuis dignitatibus, can. Adrianus, & ibi gloſ.
fi. diſt. 63.

Eccleſia iudicat de his quæ foris ſunt; intellige quoad pœnam
temporalem, ſeu pecuniariam, & etiam quoad pœnam
ſpiritualem: ſed indirectè, gl. fi. in can. conſtituit, 17.
q. 4. & gl. fi. in can. ſæpe, 28. q. 1.

Eccleſia non poteſt excommunicare eos, qui extra Eccle-
ſiam ſunt: quoniam qui in Eccleſia non eſt, non poteſt
ſeparari ab Eccleſia, d. gl. fi. in d. can. ſæpe.

Eccleſia habet claues aperiendi, & claudendi portas regni
cœlorum, can. voluiſſent, §. de his. De pœnitentia,
diſt. 1.

Eccleſia non iudicat de occultis. Concil. Trident. ſſ. 24. De
reform. cap. 1.

Eccleſia poteſt ſe intromittere de quocumque peccato, quan-
do ratione peccati agitur indirectè per pœnitentiam, vel
per viam denunciationis, gl. fi. in cap. cum ſit generale.
De foro compet.

Eccleſia ſe intromittit ad iudicandum inter laicos de cauſa,
tribus caſibus: ſcilicet in caſu negligentiæ iudicis ſæcularis;
item ſi hoc conſuetudo diſponat; & quando ſubeſt de-
fectus iudicis iuſtitiam miniſtrantis, cap. licet, eod.

ad Eccleſiam pertinent omnes cauſæ pœnitentium, hæreſis,
ſimoniæ, & adulterij, cum agitur ad ſeparationem matri-
monij: item cauſæ viduarum, & aliarum miſerabilium
perſonarum, quoad protectionem & defenſionem, cum
eis infertur iniuria, vel violentia, gl. in iuſtitia, in cap.
ex tenore, eod.

ad Eccleſiam pertinent omnes cauſæ indiſtinctè ratione pec-
cati, ibid.

134 ad Eccleſiam pertinent omnes cauſæ matrimoniales, cauſa
natiuitatis alicuius, iuriſpatronatus, vſurarum, decima-
rum, & plura alia, gl. Eccleſiaſticam, ibid.

Eccleſiæ in loco temporali tria iura competunt, ſcilicet iu-
riſdictio, honor, & diſtrictus, cap. licet cauſam. De
probatio.

Eccleſia debet iudicare de manifeſtis, non de occultis, cap.
tua nos, 34. De ſimonia.

ab Eccleſiæ vnitate recedens amittit iuriſdictionem, & non
poteſt excommunicare, cum ſit iuriſdictionis; ſed rece-
dens ab vnitate Eccleſiæ, retinet, ordinem: vnde exiſtens
etiam extra Eccleſiam conficit, ſi formam obſeruet, gl.
non valet, in can. audiuimus, 2. 24 q. 1.

Eccleſia non debet interdici propter delictum alicuius: ſed
ille qui deliquit, debet puniri, cap. 2 & ibi gl. 1. De his
quæ fiunt à maior.

in Eccleſijs vel monaſterijs ſitis in loco interdicto, Miſſæ &
alia diuina officia, ſicut prius, dici poſſunt ſubmiſſa voce,
ianuis clauſis, excommunicatis & interdictis excluſis, &
campanis etiam non pulſatis: ſecus in Eccleſijs interdicto
ſuppoſitis, quia in illis nullatenus poſſunt celebrari, gloſ.
Eccleſiis, & gloſ. monaſterijs, in cap. alma mater, §.
adijcientes. De ſententia excommunicat, lib. 6.

Eccleſiæ nomen quoad interdictum ſumitur pro ipſa mate-
riali Eccleſia, & ipſius Eccleſiæ parietibus, gl. matricem,
in clem. 1. De ſentent. excommun.

Eccleſia poteſt & debet inuocare brachium ſæculare, ſi ne-
ceſſe fuerit, cap. quoniam. De offic. Ordin.

Eccleſia poteſt implorare auxilium & brachium ſæculare,
cum aggrauatur, cap. magnæ. De voto.

135 Eccleſia vbi non ſufficit per ſe, poteſt implorare brachium
ſæculare, cap. fi. §. fi & ibi gl. fi. De exceſſ. Prælat.

Eccleſia poteſt vti adiutorio legis Imperatorum, can. cer-
tum, diſt. 4

Eccleſia poteſt inuocare brachium ſæculare contra inuaden-
tes, incendiarios, & prædones rerum Eccleſiarum, can.
cum deuotiſſimam, 12. q. 2

Eccleſia auxilium debet poſtulare ab Imperatore, can. Maxi-
mianus, 23. q. 3

Eccleſia contra inimicos ſuos poteſt petere auxilium à regi-
bus terræ, can. non inuenitur, 23. q. 4

ab Eccleſiæ vnitate diuiſi debent à ſæcularibus poteſtatibus
coerceri, can. quali nos, 23. q. 5.

Reliqua in verbo, Brachium. Cauſa, 11. 12. 13.
Iuriſdictio.

ECCLESIAE impotentes ad præſtandam procurationem 136
Epiſcopo, ad ipſam præſtandam compellendæ non ſunt,
cap. conquerente. De offic Ordin.

Eccleſia quælibet inferior debet facere Epiſcopo obedientiam,
& reuerentiam, ibid.

in Eccleſiis etiam ſubiectis monaſterijs, habet Epiſcopus ius
inſtituendi, deſtituendi, corrigendi, & reformandi, ibid.

in Eccleſiis etiam ſubiectis monaſterijs, Epiſcopus de iure
communi habet iuriſdictionem omnium cauſarum pertinen-
tium ad forum Eccleſiaſticum, ibid.

in Eccleſiis etiam ſubiectis monaſterijs Epiſcopus habet ius
pœnitentiæ, & collationis Sacramentorum, ibid.

Eccleſia quælibet inferior tenetur Epiſcopo ad quartam deci-
marum, & quartam funeralium, ibid.

Eccleſia quælibet inferior tenetur Epiſcopo ad viſitationem,
& procurationem, ſi eſt potens facultatibus ad ſuſtinen-
dam procurationem, ibid.

Eccleſiæ procurationes Epiſcopo tempore viſitationis debent
ſoluere, iuxta facultates cuiuſque Eccleſiæ, ne longi tem-
poris victum breuis hora conſumat, & ne Eccleſiæ per-
ducantur ad extenuationem extremæ virtutis, gl. faculta-
tibus, ibid.

de Eccleſiæ ſubiectione quando agitur, dicitur agi de cauſa
ſtatus Eccleſiæ, cap. inter cætera. De maior. & obedien.

Eccleſia ædificata in territorio iuriſdictionem habente, iuriſ-
dictionem habere videtur, cap. cum inferior. De maior.
& obedien.

Eccleſia, eo ipſo quod ſita eſt in diœceſi Epiſcopi, ei ſubeſt
in omnibus ad ius Epiſcopale pertinentibus: & propterea
non ſubeſt ei in temporalibus, niſi illud probetur, cap.
cum venerabilis. De exceptio. cap. dilecta. De confirm.
vtili, cap. dudum, & ibi gl. 2. De decimis.

Eccleſia maior poteſt agere pro iure ſubiectarum ſibi Eccle- 137
ſiarum, gl. 1. in cap. ex tranſmiſſa. De præſcriptio.

Eccleſiam ſubeſſe alicui pleno iure dicitur, quando Epiſco-
pus in ea nullum ius Epiſcopale exercet, cap. auditis,
eodem.

Eccleſiam pleno iure ſubiectam habere dicitur ille, qui ha-
bet Eccleſiam ſubiectam in inſtitutione, & deſtitutione,
in inueſtitura, in fidelitate, in obedientia, in correctione,
& repræſentatione ad ordines, conſecratione, in ſuſceptio-
ne chriſmatis, in litaniis, & in aliis ſimilibus, cap. cum
inter nos. De re iudic.

Eccleſia alteri ſubiecta tenetur illi ad litanias: & ſic clerici
illius Eccleſiæ tenentur ire in litaniis cum illis, quibus
pleno iure ſubiiciuntur, ibid.

Eccleſia ſita in diœceſi alicuius Epiſcopi, tenetur ei in Epiſ-
copalibus reſpondere, niſi appareant remiſſa legitimè: &
Epiſcopus poteſt remittendo Epiſcopalia, cenſum ſibi reti-
nere, cap. conſtitutus. De religioſ. domib.

Eccleſia, eo ipſo quòd ſita eſt in diœceſi alicuius Epiſcopi,
præſumitur de iure ſibi eſſe ſubiecta, niſi contrarium oſten-
datur, ibid.

Eccleſia in ſpiritualibus dicitur de iure communi ſpectare ad
Epiſcopum, in cuius diœceſi ſita eſt: ſed non in tempo-
ralibus, ſcilicet vt de rebus temporalibus Eccleſiæ poſſit
diſponere ad libitum, ſeu in vſus ſuos conuertere, cap.
cum venerabilis. De religioſ. domib.

Eccleſia vna ſi agat de ſubiectione alterius, non eſt agendum 138
contra ipſam Eccleſiam, ſed contra illam, quæ eſt in poſ-
ſeſſione illius, gl. 1. ibid.

Eccleſiæ omnes niſi per priuilegium Apoſtolicum ſint exemp-
tæ, tenentur præſtare procurationes legatis Apoſtolicis, ſeu
etiam eius nunciis, nec in hoc præſcriptione aliqua iuuan-
tur, cap. cum inſtantia, 17. De cenſib.

Eccleſiæ tenentur Epiſcopo, in cuius diœceſi ſunt, reſpon-
dere de procurationibus, de quarta decimarum, & de aliis
iuribus Epiſcopalibus, cap. cum olim, eod.

Eccleſiæ de nouo conuerſæ, in procurationibus, & aliis iuri-
bus Epiſcopalibus debent ſeruare conſuetudinem vicinarum
Eccleſiarum, cap. ſuper eo, eod.

Eccleſia quælibet per ſe ſufficiens tenetur procurationem im-
pendere ſuperiori viſitanti: ſed ſi Eccleſia per ſe non ſuf-
ficit, debent plures Eccleſiæ in vnum coniungi, cap. pro-
curationes, eod.

Eccleſia quando contribuit neceſſitatibus laicorum, illud facit
ex gratia, & non ex debito, cap. aduerſus. De immunit.
Eccleſ.

Eccleſiam habens ſibi ſubiectam non poteſt illius Eccleſiæ
reditus ſibi retinere: ſed debet illi Eccleſiæ de rectore
prouidere, cap. 3. De exceſſibus Prælat.

Eccleſiæ ædificatæ in parochia aliena ſine licentia Epiſcopi,
non veniunt deſtruendæ, ſed cedunt iuri Epiſcopi cum
dotibus ſuis, cap. cum olim. De priuileg.

Eccleſia non dicitur ſubiecta alicui Prælato inferiori pleno
iure, vbi Epiſcopus percipit ius Epiſcopale, cap. quoniam,
21. eodem.

Eccleſia pleno iure alicui ſubiecta dicitur, in qua Epiſcopus
non percipit ius Epiſcopale, ibid.

Eccleſia ſubiecta Epiſcopo vnitur alteri, vel gubernanda 139
communi-

committitur alteri, ſaluo iure matricis Eccleſiæ, hoc eſt Cathedralis, cap. venerabili, 22. De verb. ſignif.

Eccleſiarum rectores tenentur ad officium receptionis nunciorum ſedis Apoſtolicæ, gloſ. onera, in cap. 1. De præbend. lib. 6.

Eccleſia vnius diœceſis ſi vniatur Eccleſiæ alterius diœceſis, per talem vnionem non perdit diœceſanus Eccleſiæ vnitæ iura, quæ habebat in illis: quia intelligitur facta ſaluo iure diœceſani, clem. 2. De rebus Eccleſiæ non alien.

Eccleſiæ quando ſunt pleno iure ſubiectæ Abbatibus, ipſi poſſunt in illis exercere Epiſcopalia iuriſdictionalia, gloſ. ordinarius, & ibi add. in clem. ne in agro, §. ad hæc. De ſtatu monach.

Eccleſiæ omnes diœceſis, præter monaſteria, ſubſunt Epiſcopo quoad legem diœceſanam, & quoad legem iuriſdictionis: ſed monaſteria ſunt exempta à lege diœceſani, & hoc in fauorem religionis; non tamen ſunt exempta à lege iuriſdictionis, gl. 1. in ſumma, 10. q. 1.

Eccleſiam, quam conſtruens petit conſecrari, non debet in ſui conſecratione eximere ab Epiſcopo, etiam quoad legem diœceſanam, can. 1. 10. q. 1.

in Eccleſiæ conſtructione non poteſt apponi pactum, quòd illa non ſubſit Epiſcopo, etiam quoad legem diœceſanam, d. can. 1.

Eccleſiæ vel capellæ fundator non poteſt ſtatuere, vt Epiſcopus non ſe intromittat in eius collatione, ſeu inſtitutione, can. ſic quidam, 10. q. 1.

Eccleſiæ fundator non poteſt ſtatuere, vt dos, quam eidem Eccleſiæ contulit, ad Epiſcopi ordinationem non pertineat; & ſi id ſtatuat, reiecta omni conditione, ad Epiſcopi ordinationem nihilominus pertinet, ibid.

140 Eccleſiæ omnes res ad ordinationem Epiſcopi ſpectant; & contra id appoſitum pactum à fundatore, eſt nullum, & reijcitur: tamen pactum, quod non obſit honeſtati, vel iuri, licitè poteſt apponi in ipſa conſtructione, ibid.

Eccleſiæ omnes cum dotibus ſuis, decimis & omnibus iuribus ſuis, pertinent ad ordinationem Epiſcopi, can. decretum, 10. q. 1.

vt Eccleſia, ita & dos eius, ad ordinationem Epiſcopi pertinent, nec conſtructor Eccleſiæ in illis habet aliquam poteſtatem, can. nouerint, 10. q. 1.

Eccleſia licet per alium conſtructa, ſtatim pertinet ad diſpoſitionem Epiſcopi, in cuius diœceſi eſt fundata, ibid.

Eccleſiæ omnes debent Epiſcopo tertiam partem oblationum per totum annum, can. nec numerus, 10. q. 3.

Eccleſia, quæ eſt intra territorium alicuius, ſub illius iuriſdictione dicitur eſſe, gl. fi. in can. alia cauſa, 16. q. 1.

Eccleſia ſita in limite, ſi habeat parochianos in vtraque diœceſi, dicitur communis quoad parochialia, ſed in ſolidum habebunt iura Epiſcopalia: quòd ſi diſcordant in diſpoſitione Eccleſiæ, diſpoſitio pertinet ad ſuperioris officium, vel diſponent alternis annis, gloſ. conuenit, in can. licet, 16. q 3.

Eccleſiæ generaliter & illarum res ſub poteſtate Epiſcopi conſiſtunt, in ſumma, 16 q. 7.

Eccleſiæ omnes in poteſtate proprij Epiſcopi eſſe, & etiam ab eo ordinari debent; alioquin Eccleſiæ & clerici earum interdicto ſubijci debent, can. ſicut Domini, 16. qu. 7.

Eccleſię ſeculares, quę in nullius diœceſi eſſe dicuntur, ab Epiſcopo, cuius Cathedralis Eccleſia eſt proximior, ſi id conſtet; alioquin, ab eo qui ſemel in concilio Prouinciali à Prælato loci illius electus fuerit, viſitari poſſunt: non obſtantibus quibuſcumque conſuetudinibus. Concil. Trid. ſeſſ. 24. De refor. cap. 9.

Reliqua in verbo, Epiſcopus, 154. vſque 162. Cathedraticum. Procuratio. Subiectio. Quarta. Monachus. 48. vſque 52.

141 ECCLESIÆ vacanti prouidendi modi ſunt tres, ſcilicet per electionem, poſtulationem, & nominationem, cap. bonæ, 1. De poſtulat. prælat. & cap. vt circa. De elect. lib. 6.

Eccleſia ante conſecrationem Epiſcopi electi dicitur vidua, gl. 3. in cap. tranſmiſſam, & cap. ne pro defectu, 40. De electione.

Eccleſiæ vacanti datur quandoque procurator cum libera poteſtate adminiſtrandi in ſpiritualibus & temporalibus, cap. cum nobis, 19. eod.

Eccleſia vacante, aduerſus eam præſcriptio dormit, gl. temporis, in cap. ſcriptum, 40. eod.

Eccleſia vacante, nullus pro ea poteſt admitti, nec eſt qui iura illius tueatur, vel eis poſſit vti, ibid.

Eccleſiæ viduatæ prouidendum eſt ei de paſtore quanto citius poteſt, ne ex vacatione immineat periculum animabus, & Eccleſiæ facultatibus, d. cap. ne pro defectu, 40. De electione.

Eccleſia Cathedralis, vel regularis, vltra tres menſes prælato non debet vacare, ibid.

Eccleſia vacans dicitur paſtoris ſolatio deſtituta, cap. Cumana, 50. eod.

Eccleſia dicitur viduata, quæ licet Epiſcopum habeat, inutilem tamen perhibetur habere, cap. inter corporalia, §. ſed nec. De tranſlat. Epiſcoporum.

Eccleſia viduata dicitur, non quia ſponſum non habeat: ſed quia ſponſus eius nondum ſit conſecratus, quando Epiſcopus electus ad eam & confirmatus intra ſex menſes non ſit conſecratus, quaſi tunc viri maneat ſolatio deſtituta, quoad ea quæ miniſterium conſecrationis deſiderant, d. §. ſed nec, & ibi gl. neque illud, & gl. ad quędam.

Eccleſiæ vacantis ordinatio, etiam patronatę, ex iuſta cauſa ſi differtur, eſt ibi per Epiſcopum ponendus œconomus, cap. cum vos. De offic. Ordin. 142

Eccleſiæ vacantis bona, de iure communi debent conuerti in vtilitatem Eccleſiarum, aut ſeruanda ſunt ſucceſſori, d. cap. cum vos, & ibi gl. fi.

Eccleſiæ inferioris, etiam patronatę, vacantis cuſtodia ſpectat ad Epiſcopum de iure communi, & poteſt conſtituere œconomum ad eam, ibid.

Eccleſia vacante, omnes fructus & iura Epiſcopalia debent fideliter cuſtodiri, & reſeruari ſucceſſori, gl. fi. in cap. cum olim. De maior. & obed.

Eccleſia vacante, collatio beneficiorum, & fructus inter bona Epiſcopalia computantur, & magnum præiudicium generatur Epiſcopo ſucceſſori per talem collationem: & ideo capitulum non poteſt conferre nec diſtrahere tales fructus, ibid.

Eccleſiæ cauſę regulariter non debent tractari ſede vacante: fallit, quando eſt talis cauſa, quę commodè tractari non poteſt, niſi ſede vacante; vt quando dubitatur de iure eligendi prælatum, de quo, ſede vacante, debet tractari, cum non poſſit prouideri Eccleſię de prælato, niſi prius definiatur illa quęſtio, gl. procuratorem, in cap. 2. De in integr. reſtit.

Eccleſia vacante, œconomus poteſt agere vel conueniri, quia caret legitimo defenſore, gloſ. fin. in cap 1. De præſcript.

Eccleſię vacantis cuſtodia de iure communi pertinet ad Epiſcopum in diœceſi ſua, vel ad Archiepiſcopum, tanquam ad diœceſanum, reſpectu diœceſis ſuæ, cap. bonæ, 51. & ibi gl. de iure communi. De appell. 143

in Eccleſia, in qua non eſt numerus præbendarum, non datur vacatio alicuius prębendę; & idem dicendum in canonicatibus, cap. tuis quęſtionibus, & ibi gloſ. fin. De prębend.

Eccleſia Cathedralis vel regularis hodie ſi vacauerit per tres menſes, eligendi poteſtas deuoluitur ad proximum ſuperiorem: & ita hodie valeret talis electio facta per ſuperiorem poſt tres menſes, gl. 2. in cap. dilectus. De conceſſ. præben.

Eccleſia vacans, cum careat defenſore, non poteſt conueniri, cap. fi. & ibi gl. Ne ſede vacante.

Eccleſia vacante, aliqua alienatio fieri non poteſt, gloſ. 1. ibid.

in Eccleſijs inferioribus, ſicut obuenientia tempore vacationis reſeruantur futuro ſucceſſori; ita & in Eccleſia Romana: atque quod plus eſt, etiamſi aliqua pars pertineret ad alium, quàm ad Papam; ſecus eſt in alijs Eccleſijs, cap. vbi periculum, § prouiſionis. De elect. lib. 6.

Eccleſię non dicuntur viduatę per mortem Priorum, Archidiaconi, & Archipresbyteri, gl. electi, in cap. capientes, §. generali, eod.

in Eccleſiarum vacantium expeditionibus, electoribus dantur tres menſes ad eligendum, vel ſex menſes ſecundum diſtinctionem *cap. ne pro defectu*, ad pręſentandum datur tempus quàm citius fieri poteſt, & adhuc octo dies: ad conſentiendum datur vnus menſis electo, ſi habet libertatem conſentiendi; aliàs quantum iudex arbitrabitur ad petendam confirmationem dantur tres menſes; ad conſecrationem alij tres; ad pallium petendum à tempore conſecrationis, alij tres menſes dantur, gl. pe. cap. ſi electio, eod.

Eccleſia cathedrali, regulari, vel collegiata vacante, ſi ſingulares perſonæ capituli, vel conuentus occupauerint bona à pręlato dimiſſa, & vacationis tempore obuenientia, donec plenè reſtituant, ab officio, & à quibuſcumque beneficijs ſunt ſuſpenſi, non obſtantibus priuilegijs, ſtatutis, & conſuetudinibus quacumque firmitate vallatis, cap. quia ſępe, 40. De electione, lib. 6. 144

Eccleſiæ dicuntur viduatæ per mortem Prælati, gl. vacantibus, ibid.

Eccleſia vacans, quòd officietur de fructibus tempore vacationis obuenientibus, prouideri debet, gloſ. officium, ibidem.

Eccleſiæ Cathedralis vacantis adminiſtrator datus poteſt dare literas commendatitias ad ordines, & facere diſpenſationem, Decretalis, *cum ex eo*, gl. ſpiritualibus, in cap. is cui, eod.

Eccleſiæ vacanti dare adminiſtratorem, vel procuratorem idem denotant: nec inter illa eſt differentia, cap. is cui, & ibi add. marg. eod.

Eccleſiæ Cathedrali vacanti ſolus Papa deputat viſitatorem: niſi Archiepiſcopus, propter negligentiam vel doloſam capituli adminiſtrationem, cum cauſæ cognitione deputaret, cap. fi. De ſupplem. neglig. præl. lib. 6.

Eccleſia ſi caret Prælato, Epiſcopus debet ei alium deputare defenſorem vel œconomum, qui res eius colligat, conſeruet, & gubernet: & ad huius officium pertinet excutere & denun-

denunciare iudici, quare fiat alienatio, & ſi fiat propter ſoluenda debita: & an pecunia haberi poſſit aliunde, ao de fructibus poſſit ſatisfieri, aut de mobilibus: & ao potius expediat obligare, quàm diſtrahere: & an dominus vtilis poſſeſſionis pretio liberari poſſit; & caueat, iudex ne talis corrumpi poſſit: quibus omnibus conſideratis, deſenſo rem diſtrahere poterit, & Epiſcopus ſuam interponet authoritatem, gl. deſenſore, in can. 1. De rebus Eccleſ. lib. 6.

145 Eccleſia carens Prælato fungitur iure minoris. Sicut ergo pupillo non habenti tutorem, vel legitimum deſenſorem, debet dari bonus deſenſor vel aduocatus; ita & Eccleſiæ vacanti, gl. deſenſore, & ibi add. marg. ibid.

in Eccleſia vacante de iure communi facienda eſt electio, gl. Romana, in extrauag. execrabilis. Ioann. 22.

Eccleſiis quatuor Patriarchalibus vacantibus non poteſt prouideri, Romano Pontifice inconſulto: quòd ſi ſecus factum fuerit, irritum decernitur, extrauag. ſancta Romana. De electione, inter communes.

Eccleſiæ viduatæ præficiendus in multis debet eſſe commendatus, extrauag. Saluator. De præbendis, inter communes.

in Eccleſia vacante acceleranda eſt electio, propter periculum animarum, can. poſtquam, diſt. 50.

Eccleſia non debet vacare vltra tres menſes, niſi cauſa neceſſitatis: quandoque tamen reſtringitur, ibid. & gl. 1. in can. lectis, diſt. 63.

Eccleſiæ vacantes dicuntur eſſe debiliores alijs, in bellis, & in infirmitate fidei, can. ſi gens, diſt. 56.

Eccleſia Dei ſine proprio paſtore diu non debet conſiſtere, can. lectis, diſt. 63.

Eccleſiarum ordinatio ne periculoſè deferatur propter viarum diſcrimina, conceſſit Papa Archiepiſcopo Toletano, vt præſentatos per Regem Hiſpaniæ & Galliciæ poſſet confirmare & conſecrare, can. cum longè, diſt. 62.

146 Eccleſia Epiſcopalis non debet vacare vltra tres menſes, ſub anathematis vinculo, can. ſi. & ibi gl. 2. diſt. 63.

Eccleſia non ſemper ſuſtinet vicem Epiſcopi defuncti, gloſ. pen. in can. quia per ambitionem. diſt. 64.

Eccleſia vacante, Epiſcopi comprouinciales poſſunt conſecrare aliquem in Epiſcopum, gl. Epiſcoporum, in can. 1. §. ſi. diſt. 100.

Eccleſiæ vacanti dato viſitatore, non licet illam ſibi retinere populorum ſtudiis ſeu ſeditionibus: ſed dare debet operam, vt alius eligatur: aliàs elapſo anno, remouetur, & alius viſitator datur, can. conſtitutum, 7. q. 1.

Eccleſiæ redditus cuſtodit viſitator; quandoque cuſtodiuntur iiſdem ab œconomis, ſi eos habeat Eccleſia. gl. 1. ibid.

Eccleſiæ cuiuslibet vacatione adueniente, Epiſcopus debet eligere tres ex ſex examinatoribus à ſynodo deputatis, qui cum eo perficiant examen; & ſuccedente alia vacatione, debet ipſe Epiſcopus eoſdem, vel alios tres, quos maluerit ex prædictis illis ſex eligere. Concil. Trident. ſſ. 24 De reform. cap. 18.

Reliqua in verbo, Sedes. Vacante. Vacatio. Beneficium, 51. vſque 54. & 55. vſque 61. Canonicus, 22.

147 ECCLESIA vna quòd teneatur eligere ſibi prælatum de gremio alterius Eccleſiæ, poteſt conſuetudine introduci, cap. cum dilectus. De conſuetud.

Eccleſiam adipiſcens aliter quàm per viam electionis, præſumitur per ambitionem & cupiditatem adeptus, cap. 1 De electione.

in Eccleſia debet fieri electio prælati: & etiam cauſæ ſpirituales ſunt tractandæ in Eccleſia, cap. quod ſicut, 28. & ibi gl. 2. eod.

Eccleſiæ alteri alligatus matrimonialiter non poteſt eligi, ſed debet poſtulari, cap. quanto, §. ſi. De translat. Epiſcoporum.

in Eccleſia, electio comprehendit etiam electionem principalis prælaturæ Eccleſiæ, cap. nullus, 28. De electione, lib. 6. & cap. vt quis, 25. eod.

ab Eccleſiæ Cathedralis vel regularis electione, ſi in ſcriptis ex cauſa probabili appelletur ad Papam, ea pendente confirmatio facta per Ordinarium non valet, cap. ſi poſtquam. 33. eod.

in Eccleſia eadem poteſt quis obtinere duplicem electionem: non tamen poteſt petere confirmationem niſi ex vna, cap. vt quis. 25. eod.

Eccleſia quando eſt ſubiecta immediatè Papæ, vel quando appellatur ab electione, electionis negotium debet tractari de iure in curia, cap. cupientes; §. hac generali. De electione, lib. 6.

Reliqua in verbo, Electio, per tot. Eligere.

148 ECCLESIAE rector, ſine ſuperioris authoritate, non poteſt tranſigere ſuper iuribus Eccleſiæ, quoad inferendum perpetuum præiudicium Eccleſiæ, cap. veniens. De tranſactio.

Eccleſiæ rector ſi tranſigat, vel faciat aliquem contractum nomine Eccleſiæ, ſi ſit talis contractus, qui non poſſit perpetuò valere ſine authoritate ſuperioris, ille contractus cenſetur perſonalis, & non realis: quia obligat perſonam contrahentis, non tamen Eccleſiam, niſi poſtea Papa eum contractum confirmauerit, gloſ. confirmatum, ibid.

ſuper Eccleſiæ iuribus immobilibus & ſpiritualibus poteſt rector Eccleſiæ tranſigere, & facere compoſitionem in ſui ipſius præiudicium; ita quòd compoſitio valebit toto tempore, quo Eccleſiam poſſidebit: poſtea non d. cap. veniens.

Eccleſiæ rector agens pro iuribus Eccleſiæ, debet formare libellum nomine ipſius Eccleſiæ, cap. pen. De dilatio.

de Eccleſia poteſt agere particularis, pro iuribus Eccleſiæ, maximè quando de principali iure ſubiectionis Eccleſiæ dubitatur, cap. cum olim, 34. De teſtib.

Eccleſiæ ſuæ iniuriam poteſt quilibet de Eccleſia, etiam minor, proſequi, ne trahatur in peiorem ſtatum, etiam alijs contradicentibus, gl. per exceptionem, ibid.

Eccleſia poteſt agere triplici via contra eum, qui ædificauit, vel eius hæredem, ſi remiſit ius patronatus, ſcilicet recipiendo teſtes ad perpetuam rei memoriam, & eos redigendo in publicam formam; item poterit agere, vt faciat ei chartam libertatis; item poterit agere via ordinaria intentando conſeſſoriam, gl. pen. in cap. ſignificauit, 41. De teſtib.

Eccleſia habens prælatum poteſt quandoque agere ſine prælato, gl. abſurdaſſe, in cap. cum veniſſent. De inſtit. 149

Eccleſia & quilibet alius prius debet aduerſarium monere, vt ad pacem cum ipſo veniat, & idem in eo qui agit contra Eccleſiam; ſed illud eſt de vrbanitate, gl. pacem, in cap. ad Apoſtolicæ. De re iudic. lib. 6.

Eccleſia ſuccedens laico patrono, habet ſex menſes ad præſentandum, cum tamen ipſe laicus quatuor tantum haberet, gl. 1. in reg. is qui in ius. De reg. iuris lib. 6.

de Eccleſiæ iure dicitur directè agi, quando Eccleſia, vel Prælatus ipſius nomine ſe opponit: puta dicendo hoc eſſe de iure Eccleſiæ illius, quòd vocem habeat in electione, vel quòd de ipſius gremio debeat eligi, vel quòd ad eam ſpectat prouiſio: & hæc concernunt ius Eccleſiæ, gloſ. Eccleſiæ, in clemen. conſtitutionem, §. illud. De electione.

Eccleſia, cuius res ob negligentiam prælati ſunt præſcriptæ ab aliquo, poteſt agere contra prælatum, qui paſſus eſt præſcriptionem, vel eius heredes ad emendationem damni, gl. perueniat, in can. placuit, 16. q. 3.

Eccleſiarum rectores habent poteſtatem proſequendi iura, & actiones competentes Eccleſiæ, cap. cum ſit generale. De foro compet.

Eccleſia quælibet debet habere ſuum deſenſorem, vel ad agendum, vel ad defendendum, qui iurat de calumnia, cap. 1. De iuramento calum.

Eccleſia poteſt petere intereſſe propter damnum, quod patitur ex abſentia ſuarum rerum, can. ſi quis de clericis, 12. q. 2.

Reliqua in verbo, Canonicus, 20. 21. Rector. Prælatus, 43. vſque 46. Epiſcopus, 131. Particularis.

ECCLESIAS male detentas à laicis de conſenſu Epiſcopi poſſunt recipere monachi de manu ipſorum laicorum, & perpetuo tenere, can. inuentum, §. ſi. & can. ſeq. 16. quæſt. 7. 150

Eccleſiam alteri tradere in proprium vſum non licet laico; ſed alij Eccleſiæ rectè poteſt tradere eam, vel commutare cum alia, ſed vendere non licet, can. nemini, 16 q. 7.

Eccleſiam habere vel tenere nullo modo poteſt, qui ordinatus non eſt in Eccleſia, can. didiſcimus, 24. q. 1.

Eccleſiam vel aliud Eccleſiaſticum recipiens de manu laici, incurrit crimen ſacrilegij, cap. dudum, 31 De decimis.

Eccleſia non debet concedi laicis titulo conductionis, cap. ſecundum. Ne clerici vel monachi.

Eccleſiam habens de manu laici, bonam fidem habere non poteſt, gl. 1. in reg. qui contra. De reg. iuris, lib. 6.

Eccleſiam recipiens à laico eſt excommunicandus à Sacramentis: ſi tamen poſt donationem laici acceſſerit conſenſus Epiſcopi, confirmatur donatio, gloſ. 1. in can. ſi per ordinationem, diſt. 63.

Eccleſiam vel ordinem non poteſt quis obtinere per poteſtatem ſæcularem: quod ſi obtineat, debet deponi, can. 25. ſi. 1. q. 7.

Eccleſias de manu laicorum accipere nemini licet, in ſumma, 16. q. 7.

Eccleſiam, quam Abbas accepit de manu laici, interueniente poſtmodum conſenſu Epiſcopi, poteſt retinere: & hoc ipſum eſt etiam in decimis, & aliis rebus Eccleſiaſticis, gl. 1. ibidem.

Eccleſiam ſi quis conſequatur à manu laici, ipſo iure eſt ſuſpenſus, niſi laicus authoritate Papæ habeat inueſtituras, ſicut Rex Apuliæ: quo caſu poterit dare cui vult, præter authoritatem Epiſcopi, ibid. 151

Eccleſiam recipiens à laico eſt ſuſpenſus à canone, & talis ſuſpenſus poteſt abſolui à ſuo prælato, cum conditor canonis ſibi non reſeruauerit abſolutionem, gloſ. pen. in can. ſi quis deinceps, 16. q. 7.

Ec-

Eccleſiam habens à laico non eſt ipſo iure priuatus, ſcilicet cum acceſſit poſtea conſenſus Epiſcopi, ibid.

Eccleſiam recipiens à laico, tunc demum eſt ipſo iure priuatus, quando recepit Eccleſiam tamquam volens eſſe prælatus: ſed ſi recepit eam quaſi proprietatem aliquam, non ut ibi ſit prælatus, tunc non eſt ſuſpenſus ipſo iure, ibid.

Eccleſiam recipiens à laico, eſt ſuſpenſus à canone, & hodie non poteſt abſolui ab Epiſcopo, quia ineligibilis factus eſt, ibid.

per Eccleſiæ inueſtituram receptam à laico non efficitur poſſeſſor illius Eccleſiæ, gl. fi. ibid.

Eccleſiarum inueſtituras ſuſcipiens de manu laici, vſque ad dignam ſatisfactionem excommunicatus eſt, can. ſi quis deinceps, can. quoniam, 16. q. 7.

Eccleſias per manus laicorum obtinens, & qui ei manus impoſuerit, debent excommunicari, can. ſi quis clericus, can. conſtitutionis, 16. q. 7.

Eccleſias, vel illarum bona nullus laicus occupare vel diſponere præſumat: & qui ſecus egerit, excommunicari debet, can. nullus, 16. q. 7.

Reliqua in verbo, Beneficium, 23. Laicus, 20. Intruſus.

152 ECCLESIÆ fundator poteſt in fundationis actu remittere omne ius patronatus, & quod Eccleſia ſit libera, can. ſignificauit, 41. De teſtib.

Eccleſia non debet diuidi inter hæredes patroni, cap. 2. De iure patron.

Eccleſia iurispatronatus efficitur libera, ſi quis emeret ius patronatus per ſe à patrono, dd. reprob. gl. fi. in cap. quia clerici, eod.

Eccleſia patronata ſi emit ius patronatus à patrono, patronus priuatur iure patronatus, & Eccleſia remanet libera, dd. reprob. d. gl. fi.

Eccleſiam non poteſt quis occupare ſine conſenſu patroni, can. de inſinuatione, eod.

Eccleſia vna, etiamſi ſit Cathedralis, poteſt habere ius præſentandi in alia Eccleſia, etiam alterius diœceſis, cap. ſignificaſti, 18. eod.

Eccleſia patronata non poteſt ſubijci, vel menſis alterius Eccleſiæ donari per Epiſcopum, ſine conſenſu patroni, cap. ſuggeſtum, 20. eod.

in Eccleſiis patronatus de iure communi, inſtitutio pertinet ad Epiſcopum: non enim patronus illud ius transferre poteſt in alium prælatum, cap. à nobis, 25. eod.

Eccleſia patronata, renitente patrono, non poteſt fieri conuentualis vel collegiata: cum ſic amitteret præſentationem, gl. in capella, ibid.

Eccleſiam fundans tenetur eam dotare, cap. conſuluiſti, & ibi gl. 1. De conſecrat. Eccleſiæ vel altaris.

Eccleſia non debet fundari, niſi prius competens dos fuerit aſſignata, & ſine dote ſi fuerit ædificata, non debet conſecrari, niſi prius dos ei fuerit aſſignata, ibid.

153 Eccleſiam ſi Epiſcopus fundet, vel conſecret, non aſſignata dote, tenetur eam dotare, dummodo ſine læſione Eccleſiæ ſuæ poſſit id facere: alias non tenetur: & tunc fundator tenetur eam dotare, & poteſt ipſe vel eius hæres ad id compelli, gl. 2. ibid.

Eccleſiam fundans vel dotans, de conſenſu diœceſani poteſt ſtatuere, vt fructus ipſius Eccleſiæ, cum vacabit, ſui ſint, gl. fundatione, in cap. generali. De electione, lib. 6.

Eccleſia dicitur ſummitti, & libertatem perdere, ſi addatur aliquis patronus, qui primò non erat, cap. 2. §. ſi. De reb. Eccleſ. non alien. 6.

Eccleſia conuentualis non habet patronum, gl. 2. in can. principalia, diſt. 63.

Eccleſia fundata de pecunia ſimoniaca demoliri non debet: ſed ius patronatus illius Eccleſiæ dari debet Eccleſiæ, cui facta eſt ignominia, gl. 1. in can. non eſt putanda, 2. quæſt. 1.

Eccleſia licet omnibus pauperibus teneatur prouidere, tamen patrono pauperi tenetur abundantius prouidere, quàm alij, gl. 1. in can. piæ mentis, 16. qu. 7. & gl. 2. in can. quicumque, 16. q. 7.

Eccleſiarum fundatores, ſi cœperint eſſe inopes, ab eiſdem Eccleſiis poſſunt accipere alimenta, d. cap. quicumque.

Eccleſiarum fundatores debent habere ſollicitam curam præſentandi Epiſcopo rectores idoneos in ipſis Eccleſiis ordinandos, can. decernimus, 16 q. 7.

Eccleſiam vel monaſterium, contra voluntatem fundatoris, ab eius diſpoſitione non debet quis vendicare ad arbitrium ſuum, can. rationis, 19. q 7.

Eccleſiæ debent honorari ab illarum fundatoribus, prouidentia Epiſcopi, can. conſiderandum, 16 q. 7.

Eccleſiæ claudi, & ab eis reliquiæ ſacræ auferri debent, ſi plures hæredes patroni de eis contenderint, donec communi conſenſu & concilio Epiſcopi ibi ſtatuant preſbyterum, & vnde viuat, can. ſi plures, 16. q. 7.

Reliqua in verbo, Patronus. Ius patronatus. Clericus, 53. vſque 57. Epiſcopus, 173.

ECCLESIAM ſuam ſicut non poteſt inferior ſine ſuperioris ſui licentia deſerere: ita & Abbas exemptus, ſine licentia Papæ, qui eſt proximus ſuperior, vel ſui Legati à latere, non poteſt deſerere monaſterium, gl. deſerendi, in cap. ſi Abbatem, 36. De electione, lib. 6. 154

Eccleſiam ſuam dimittere non licet Epiſcopo, can. ſicut vir, 7. q. 2.

Eccleſiam ſuam nullus poteſt ſine licentia dimittere, & tranſire ad aliam, can. quia frater, §. fi. 7. q. 1.

Eccleſiarum mutationes fiunt ex quinque cauſis, ſcilicet ex cauſa leuitatis, cupiditatis, neceſſitatis, vtilitatis, & humilitatis, gl. ambitionis, in d. can. quia frater, §. fi. 7. q. 1.

de Eccleſia vna ad aliam cum quis tranſit cauſa neceſſitatis, recuperat Eccleſiam: ſi verò tranſit ad aliam cauſa cupiditatis vel leuitatis, tunc vtraque caret; ſed Eccleſia propria poteſt eum repetere, & cogitur tunc redire, d. gl. ambitionis, ibid.

Eccleſia priuatur quis, præcedente tamen admonitione, ſi contrahat matrimonium, vel fiat miles, vel ſi defuerit per tres ſeptimanas, vel duos menſes ſine iuſta cauſa, & abſque licentia prælati ſit in ſtudio, vel peregrinatione, ibid.

Eccleſiam ſuam habere quem pro derelicto, non eſt credendum de facili, nec præſumitur ex ſola abſentia, cum poſſit quis ex iuſta cauſa abeſſe, ibid.

de Eccleſia vna ad aliam poteſt quis tranſire cauſa vtilitatis, authoritate ſuperioris; item ex cauſa humilitatis tranſire poteſt ad monaſterium; non tamen poteſt tunc Eccleſiam repetere, gl. 1. ibid.

ab Eccleſia recedens ſine licentia prælati ad aliam, ſiquidem ex cauſa neceſſitatis adhuc eam retinet: ſi vero ex cauſa voluntaria, eam perdit: ſed ſi recedat ex cauſa vtili, non perdit ipſam, ſed punitur à iudice alio modo, gl. 2. ibid.

ad Eccleſiam aliam dimiſſa ſua quando receſſit quis, videtur renunciare primæ; populus tamen ſi vult, poteſt eum repetere, ibid. 155

de Eccleſia vna ad aliam ſi quis tranſeat cauſa ambitionis, tranſitus non valet quoad Eccleſiam, quia repetere poteſt eum: ſed quoad eum, tenet, can. non oportet, 7. q. 1.

Eccleſiam propriam relinquens, ſi ad aliam tranſierit, dicitur timorem Dei non habere, & Eccleſiaſtica ſtatuta contemnere, can. ſi quis verò, 7. q. 1.

Eccleſiam propriam relinquens ſua authoritate, cogitur ad illam redire: aliàs excommunicatur, ibid.

ad Eccleſiam aliquam tranſire compellitur quis quandoque, can. ſcias, 7. q. 1.

Eccleſia, quam Epiſcopus ſua authoritate deſeruit, non dicitur vacare, cum nullo modo poſſit Epiſcopus à ſe abdicare Eccleſiam, gl. 1. in cap. nos ſacerdotes. De ſuppleni. neglig. Prælat.

de Eccleſia vna ad aliam transferri aliud eſt, & aliud eſt propria temeritate tranſire: illud Apoſtolica authoritate licet; ſed vltimum modis omnibus prohibetur, can. ſi quis iam, 21. q. 2.

de Eccleſia vna ad aliam ſi quis tranſierit ſine licentia Epiſcopi, ipſo iure non vacat prior Eccleſia; imò prior Eccleſia poteſt eum repetere, cum ea ſit ſpoliata, gl. 2. ibidem.

Reliqua in verbo, Beneficiatus. Clericus, 36. vſque 45. Deſeri, Beneficium, 51. vſque 54. 55. vſque 61. Transferre. Epiſcopus. 132. vſque 136. & 137. vſque 140.

ECCLESIA poteſt vniri, nedum alteri Eccleſiæ, ſed etiam dignitati vel præbendæ, clem. 2. De rebus Eccleſiæ non alien. 156

Eccleſiæ vnio vel donatio poteſt fieri etiam irrequiſito rectore Eccleſiæ: & etiam ea vacante, nullo interim defenſore creato, ibid.

Eccleſia poteſt vniri præbendæ Eccleſiæ Cathedralis, gloſ. præbendæ, ibid.

Eccleſias vnire non poſſunt Abbates, licet ad eos ſpectent pleno iure, gl. Epiſcopum, ibid.

Eccleſias vnire ſpectat tantum ad Epiſcopos, ibid.

Eccleſias vnire non poteſt Epiſcopus ſine conſenſu Capituli, neque ſufficit conſilium, gl. conſentiente, ibid.

Eccleſia vacans vniri & donari poteſt, gl. vacabat, ibid.

Eccleſias plures poteſt Epiſcopus vnire; ſicut & Papa poteſt plures Epiſcopatus, gl. 2. in can. & temporis, 16. q. 1.

Eccleſiæ varijs modis poſſunt vniri: vel hoc modo, vt vna ſubijciatur alteri; & ſecundum hoc dignitas Epiſcopalis erit in vna tantum: aut poſſunt vniri hoc modo, vt ex duabus dignitatibus vna dignitas fiat. Et ſecundum hoc non dicuntur duæ Eccleſiæ, ſed vna tantum; & ſecundum hoc illi, qui ſunt Canonici in vna, erunt & in altera; & tam illi, quàm iſti Canonici interſunt electioni

Epiſ-

Digitized by Google

Epiſcopo, & aliis communibus negotiis, d. gloſ. 2.

Eccleſiæ duæ aut ſimul vniuntur, aut vna illarum reliquæ vnitur; quæ duo ſunt penitus diuerſa, ibid.

Eccleſia vna quando vnitur alteri, ſecundum hoc, illius naturam, & conſuetudinem, & priuilegium aſſumit, cui vnitur, & pereunt iura illius Eccleſiæ, quæ vnitur: vnde ſi ambæ ſunt ſub duabus Metropolitanis, erunt ſub illo cui Papa placuerit, vel ſub Metropolitano illius Eccleſiæ, cui vnita eſt, ibid.

Eccleſiæ duæ ſi ſimul vniantur, & neutra alteri vniatur, tunc conſuetudines & priuilegia, quæ meliora ſunt & humaniora, retinent illud vnitam, ibid.

Eccleſiæ duæ poſſunt ita etiam vniri, vt vtraque remaneat Epiſcopalis: & ſecundum hoc remanent duo Epiſcopatus, licet idem ſit Epiſcopus vtriuſque Eccleſiæ: & ſecundum hoc, ſi primo ſuberant iſtæ Eccleſiæ diuerſis Metropolitanis, propter illam vnionem neuter Metropolitanus perdit ius ſuum: & iſte Epiſcopus erit ſub duobus Metropolitanis, ibid.

Eccleſiæ duæ viuentibus ſacerdotibus illarum non poſſent vniri, gl. pen. ibid.

Eccleſia ſi ſit pauper, debet vniri alteri, gl. neceſſitatem, in can. 2. 21. q. 1.

de Eccleſia vna recte poſſunt fieri duæ, & de duabus etiam poteſt fieri vna, gl. 2. in can. ſicut vnaquaque, ut q. 2.

Eccleſia vnius diœceſis quando vnitur alterius diœceſis Eccleſiæ, nihil iuris deperit Epiſcopo, in cuius diœceſi ſita eſt Eccleſia vnita: & ita ſinguliis Epiſcopis iura ſua illibata ſeruantur, cap. 2. De religioſ. domibus.

Reliqua in verbo, Vnio. Vnire, & Vnita, Epiſcopus, 141. 142. 143.

157 ECCLESIA non imponit pœnam mortis; verum eſt per ſe, ſed bene per aliam; vel quando ponit talem pœnam, declarat quid facere debeat iudex ſæcularis, gl. fi. in cap. 2. De maior. & obed.

Eccleſia contumacibus & inobedientibus ponit pœnam æternam, niſi pœnituerint, gl. fi. in cap. eod.

Eccleſia habet pœnam verberum etiam reſpectu clericorum, ita tamen quod non tendat ad effuſionem ſanguinis, cap. 1. De calumniat.

Eccleſia habet pœnam exilij, etiam reſpectu clericorum, d. cap. 1. & ibi gl. 6. & gl. pen. in can. in ſynodo, diſt. 63. & can. in primis, 2. q. 1.

Eccleſia pœnam mortis vel ſanguinis non infert, cap. ad audientiam, 3. & ibi gl. 1. De crimine falſi.

Eccleſia habet pœnam perpetui carceris, cap. nouimus, 27. De verb. ſignif.

Eccleſia poteſt imponere pœnam pecuniariam, gl. fi. in can. ſtatuimus, 16 q. 2.

Eccleſia poteſt imponere pœnam relegationis, gl. fi. in can. attendendum, 17 q. 4.

Eccleſia non punit quem bis pro eodem peccato, gl. bis, in can. ſceleratum. De pœnitent. diſt. 3.

Reliqua in verbo, Pœna. Puniri.

158 ECCLESIA non poteſt fieri cenſualis ſola authoritate iudicis delegati, niſi interueniat conſenſus Epiſcopi, & conuentus, & alterius qui Eccleſiæ præeſt: dum tamen non ſit iuri contraria, cap. de cætero & ibi gloſ. 6. De tranſactio.

ab Eccleſijs & Eccleſiaſticis perſonis, talias & exactiones pro rebus & poſſeſſionibus acquiſitis, vel acquirendis, poteſtates ſeculares non debent exigere, nec eos compellere ad ipſas diſtrahendas, cap. 1. De immunit. Eccleſ. lib. 6.

Eccleſia tenetur ſoluere tributum de prædio tributario, quod ſibi conceſſum eſt, gl. bonorum, ibid.

Eccleſiæ & Monaſteria triplici de cauſa poſſunt teneri præſtare onera, vel ex impoſitione facta tempore fundationis, vel ex antiquo vſu, ſeu ratione præſcriptionis, vel ex eo: quia res aliqua habens onus annexum peruenit ad Eccleſiam, gl. ſolita, in clem. 1. De cenſibus.

Eccleſia de agris ſuis ſoluit tributum Imperatori, gl. pe. in cap. pe. De clericis coniugat.

Eccleſiæ fundandæ pro dote debet tribui menſa, hoc eſt ager liber ab omni temporali ſeruitio, ad Eccleſiaſticum tamen tenetur, cap. 3. De cenſib.

Eccleſiæ fundandæ ſi conferatur aliquid vltra manſum, tenetur illa Eccleſia exſoluere onera conſueta, ibid.

Eccleſia in ipſa fundatione ſi fuerit data menſa, vel ager, qui primo erat tributarius, vel de illo ſoluebantur decimæ Eccleſiæ Parochiali, non debet propter hoc Eccleſia Parochialis priuari iure ſuo, niſi modicum læderetur, quod de facili pati poſſet, gl. vllo ſeruitio, ibid.

159 Eccleſia poteſt ſoluere tributum Eccleſiaſticum, gl. præter, ibid.

Eccleſiam cenſualem conſtituens per colluſionem, illa priuari debet, cap. cum clerici, 21. eod.

Eccleſia vt fiat cenſualis, non ſufficit ſola authoritas Epiſcopi, cap. ſignificatum, eod.

Eccleſiam cenſualem conſtituere non poteſt ſacerdos, etiam in vita ſua, ibid.

Eccleſia feudataria vigore temporalium recognoſcit aliquem dominum temporalem in ſuperiorem: alias ſi non ſit feudataria, & poſſideat temporalia, ſecus, cap. veniens, 15. De accuſat.

Eccleſiæ pretio dari non debent, neque eſſe cenſuales, gl. fi. in cap. 3. Ne prælati vices ſuas.

Eccleſiæ recte poſſunt ab initio ſuæ fundationis conſtitui cenſuales, ibid.

Eccleſiarum fructus poſſunt concedi ſub annuo cenſu, cap. fi. eodem.

Eccleſiæ, hoc eſt obuentiones Eccleſiaſticæ prouenientes occaſione Eccleſiæ, poſſunt concedi ſub annuo cenſu: quia in hoc nullum ſpirituale conceditur, vel locatur, gloſ. fi. ibidem.

Eccleſias & Eccleſiaſticas perſonas compellens ſoluere guidagia, pedagia, & exactiones pro rebus ſuis, quas cauſa negotiationis non deferunt, vel pro perſonis: ſi fuerit ſingularis, excommunicatus eſt; ſi vniuerſitas, interdicta eſt: nec prodeſt contraria conſuetudo, cap. pen. De cenſibus, lib. 6.

Eccleſia debet ſoluere tributum de agro, quem poſſidet tributarius, can. ſi tributum, 21. q. 2.

Eccleſiæ prædia, de quibus non ſoluitur tributum, nihilominus non poſſunt ab Imperatore vendicari, gl. 2. ibid. 160

Eccleſiæ prædium tributarium non transfertur, licet non ſoluatur tributum, ſicut fit in aliorum prædijs tributarijs, gl. tranſlationes, in can. generaliter, §. placet, 16 q. 1.

Eccleſiæ nouus cenſus authoritate Epiſcopi poteſt imponi ab initio, & etiam poſtea cum Eccleſia eximitur: quamuis numquam fuerit impoſitus, gloſ. 2. in can. pen. 16. q. 2.

Eccleſiæ prædia tentans vexare, in exigendo tributa & collectas, excommunicandus eſt, & infamis eſt, & carceri perpetuo tradi debet, aut exilio perpetuo damnari, can. attendendum, 17. q. 4.

Eccleſiæ non poſſunt imponi cenſus ſine conſenſu patroni, can. Eleutherius, 18 q. 2.

Eccleſia non debet recipere poſſeſſiones grauatas tributis: immo ſi habeat, debet deſerere eas, gl. in can. placuit, 21. q. 3.

Eccleſiæ debent ſoluere tributa de ſuis exterioribus, non de rebus ipſius Eccleſiæ, glo. 1. in can. tributum, 23. q. 8.

Eccleſia de dote ſua non tenetur ad tributa, neque de decimis, nec primitijs, quia in illis numquam potuit Imperator tributum habere: de alijs tamen tributarijs prædijs cum onere ſuo ad Eccleſiam deuolutis, tantum debet Eccleſia ſoluere tributum, gl. 2. in can. ſecundum, 23. q. 8.

Eccleſiæ ſi quis donet aliqua prædia, poteſt donator apponere conditionem, vt authoritate Epiſcopi tributum aliquod, vel cenſum aliquem debeat inde percipere, ibidem.

Reliqua in verbo, Tributum. Cenſus. Clericus, 70. 71. 72.

ECCLESIASTICA quælibet perſona debet habere procuratorem bonæ famæ, & bonæ conſcientiæ pro quolibet Eccleſiaſtico negotio, gl. generaliter, in cap. 2. De ſyndico. 1

Eccleſiaſticis perſonis eſt committenda cauſa ſpiritualis, & non laicis, gl. 2. in cap. contingit. De arbitris.

in Eccleſiaſticis iudicijs & actionibus nemo debet duci ſuo ſenſu: ſed illa debent iudicari ſecundum canones, & leges, cap. 1. De conſtit.

in Eccleſiaſticæ libertatis præiudicium factum nullam firmitatem habere debet, gl. fi. in cap. ſacroſancta, 51. De electione.

Eccleſiaſticæ diſciplinæ appellatione venit excommunicatio, interdictum, & ſuſpenſio, cap. 2. De pactis.

Eccleſiaſtica negotia tractare principaliter, vel miniſtraliter non debent laici, cap. 2. De iudicijs.

Eccleſiaſtica negotia tractare debent Epiſcopi, Abbates, Archiepiſcopi, & alij Eccleſiarum Prælati, ibid.

Eccleſiaſticæ cauſæ pecuniariæ & meræ ciuiles delegari poſſunt laicis ab Epiſcopo, & alijs Eccleſiaſticis prælatis, & in laicos poſſunt compromitti, gl. 2. ibid.

Eccleſiaſticas cauſas ciuiles, criminales, & etiam ſpirituales, poteſt Papa delegare laicis, ibid.

Eccleſiaſtica perſona contra laicum agere debet in foro ſeculari, cap. cum deputati. De iudicijs.

Eccleſiaſtica perſona poteſt agere pro iniuria ſibi illata, cap. 2. De litis conteſt. 2

Eccleſiaſticus iudex eſt adeundus, non ſolum vbi agitur de ſubſtantia vinculi matrimonialis, ſed etiam vbi agitur de ſeperatione quoad thorum, & mutuam cohabitationem, cap. tua nos. De iureiur.

Eccleſiaſticæ perſonæ poſſunt iudicialiter tractari in Eccleſiis, cap. quia fronte. De appellat.

Eccleſiaſticæ ſeu ſpirituales cauſæ in Eccleſiis, ſeu in Capi-

tulis

ruſis ad hoc deputatis, fieri & tractari debent, gloſ. 2. ibid.

Eccleſiaſticarum rerum nomine intelliguntur etiam clerici, gl. 1. in cap. peruenit, 13. De appellat.

Eccleſiaſticas res alienantes per excommunicationem debent compelli ad reſtitutionem illarum, can. ſi quis presbyterorum. De rebus Eccleſiæ non alien.

Eccleſiaſticæ perſonæ, etiam ſponte & propria authoritate de rebus Eccleſiaſticis contribuere neceſſitatibus laicorum non poſſunt, niſi prius habeatur licentia à Papa, cap. aduerſus. De immunit. Eccleſ.

pro Eccleſiaſticis officiis & miniſterijs nihil poteſt dari, cap. ad noſtram. De ſimonia.

Eccleſiaſticam libertatem videntur violare principes ſeculares, & iudices ſeculares, qui prohibent ſeculares ſubditos, ne ſeruiant, vel communicent Eccleſiaſticis, quia indirectè veniunt contra mentem, gloſ. 1. in cap. quanto, 26. De priuileg.

3 in Eccleſiaſticam perſonam datum bannum à laico, contra Eccleſiaſticam libertatem, non valet: quia in ipſum nullam iuriſdictionem habet, gl. 2. in cap. olim, 7. De iniurijs.

contra Eccleſiaſticam libertatem facientes ſeruare ſtatuta vel conſuetudines, ſunt ipſo iure excommunicati, niſi talia ſtatuta curent amoueri & deleri de ſuis libris, cap. nouerint, & ibi gloſ. Eccleſiæ. De ſententia excommunicat.

contra Eccleſiaſticam libertatem ſtatuentes, & ſtatutorum ſcriptores, nec non Poteſtates, Conſules, Rectores, Conſiliarij, & Iudices iudicantes ſecundum illa, ipſo iure ſunt excommunicati, cap. nouerint, & cap. grauem, 53. eod.

contra Eccleſiaſticam libertatem facientes ſtatuta ſunt ipſo iure priuati feudis Eccleſiaſticis, d. cap. grauem.

Eccleſiaſticæ perſonæ, quæ non ſunt clerici, poſſunt quærere ius eligendi in Eccleſijs, cap. ſciant, 12. De electione, lib. 6.

Eccleſiaſticam perſonam perſequens, vel grauans, vel eius conſanguineos, vel Eccleſias, ſeu bona, pro eo, quod eum, pro quo rogabatur, eligere noluit, ipſo facto eſt excommunicatus, cap. ſciant, 12. eod.

Eccleſiaſticæ perſonæ ſunt Templarij, & Hoſpitalarij, licet non ſint clerici, & gaudent priuilegio clericorum, d. cap. ſciant, & ibi gl. 2.

Eccleſiaſticarum perſonarum quædam ſunt religioſæ, quædam ſæculares, cap. 2. De ſupplen. neglig. prælat. lib. 6.

Eccleſiaſticæ res ſunt publici iuris, gl. fi. in cap. 1. §. fi. De reſtit. ſpoliat. lib. 6.

4 Eccleſiaſtica poteſtas eſt ſuperior, & poteſt coercere ſæcularem, vbi agitur de periculo animæ, vel vbi agitur de ſua temporali iuriſdictione, & vbi mandat ſuas ſententias obſeruari, gl. fi. in cap. licet mulieres. De iureiur. lib. 6.

Eccleſiaſticæ perſonę poſſunt iurare dominis temporalibus, quando bona temporalia habent ab eis, cap. 1. §. verum. De ſtatu regul. lib. 6.

Eccleſiaſticę perſonę ſunt immunes à tallijs & collectis laicorum, etiam pro rebus ſuis patrimonialibus, cap. 1. De immunit. Eccleſ. lib. 6.

contra Eccleſiaſticam libertatem dicitur diſpoſitio, quæ prohibet, ne laici cum clericis contrahant: vel obſequia communia eis exhibeant: & ita prohibentes, ſunt ipſo iure excommunicati, cap. fi. eod.

Eccleſiaſticarum perſonarum nomine compræhenduntur etiam ſęculares, cap. cum perſonæ. De priuileg. lib. 6.

in Eccleſiaſtico iudicio licitum eſt argumentari, & probare per leges ciuiles, cap. ſi iudex, §. idem eſſe. De ſententia excommunic. lib. 6.

Eccleſiaſticos prouentus poteſt quis poſſidere ſine canonica inſtitutione, ex cauſa neceſſitatis, vel pietatis, vel cauſa impendi obſequij: nec ex eo Canonicus vel beneficiatus propriè dicitur, gloſ. obtineri, in reg. 1. De regul. iuris, lib. 6.

Eccleſiaſticos viros capi procurantes, vt renuncient beneficijs, aut vt citati non vadant ad curiam, præter excommunicationem à canone latam, ſi ſunt prælati, ſuſpenduntur per triennium à perceptione fructuum; ſi vero ſunt inferiores, priuantur à beneficijs, clem. 2. De pœnis.

5 Eccleſiaſtica iura non poſſunt diſſolui Imperiali iudicio, can. lege Imperatorum, diſt. 10.

in Eccleſiaſticis cauſis iudicandum eſt ſecundum canones, & non ſecundum leges, ibid.

in Eccleſiaſticis cauſis regia voluntas ſacerdotibus eſt poſtponenda, can. certum eſt, diſt. 10.

Eccleſiaſtica perſona poteſt vti priuilegio legis ciuilis, can. ſi adiutorium, diſt. 10.

Eccleſiaſticarum inſtitutionum quædam in ſcriptis redactæ ſunt, quædam ſunt ab Apoſtolis traditæ, & per ſucceſſores in martyrio confirmatæ; quædam verò ſola conſuetudine ſunt roboratæ, & ſine ſcriptis: quibus omnibus par ritus, & vtriuſque idem pietatis affectus debetur, can. Eccleſiaſticarum, diſt. 11.

Eccleſiaſtica omnia miniſteria trahunt fomentum & modum à veteri teſtamento, aut à conſtitutionibus Eccleſiæ, aut à ritu ſanctorum, ibid.

Eccleſiaſtica poteſtas vbicumque deficit, ſemper recurritur ad brachium ſæculare, gl. fi. in can. nec licuit, diſt. 12.

Eccleſiaſticæ dignitatis appellatione comprehenditur dignitas Epiſcopalis, can. omnes, diſt. 38.

Eccleſiaſticis & ſacris adminiſtrationibus idonei dicuntur illi, quorum omnis ætas a puerilibus exordijs, vſque ad perfectiores annos, per diſciplinæ ſtipendia cucurriſſet, & vnicuique prior vita teſtimonium præberet, can. miramur, diſt. 61.

in Eccleſiaſticam dignitatem ſi prouectus ſit quis, de eius prouectione dubitari non debet, ſi pro laboribus multis, pro moribus caſtis, pro actionibus ſtrenuis, ad eum gradum prouectus ſit, ibid. 6

Eccleſiaſticæ res non debent committi ſæcularibus viris; ſed ſoli clerici de eodem clero, ad vicedominatus & œconomatus officium ſunt aſſumendi, can. iudicatum, diſt. 89.

Eccleſiaſticæ res, quæ dona Dei ſunt (quoniam à Deo fidelibus, & a fidelibus Deo donantur,) cum a Deo gratis accipiantur, gratis dari debent: ſed ſi emantur vel vendantur, committitur ſimonia, can. res Eccleſiæ, 1 q. 3.

Eccleſiaſtici honores non debent dari per pecuniam, can. ſancimus, 1. q. 7.

in Eccleſiaſticis cauſis laborantibus debent expenſæ miniſtrari de communi, can. Deus, 3. q. 1.

Eccleſiaſticæ cauſæ non ſunt agendæ, niſi per hominem bonæ opinionis, gl. fi. in can. 3. q. 10.

Eccleſiaſtica perſona, vel monaſterium vbi conueniuntur, poſſunt conſtituere procuratorem, can. fin. & ibi gloſ. 1. 5. q. 3.

Eccleſiaſtici gradus debent conferri, non gratia, ſed meritis, can. qui vos, 8. q. 1.

Eccleſiaſticam rem accipiens non gratuitò contra formam legis, perdit rem, & etiam perdit quod dedit: ſed accipiens titulo lucratiuo, reddit eamdem rem, & tantumdem de ſuo, can. 2. §. qui vero, 10. q. 2.

Eccleſiaſticæ rei conceſſio vbi rationabiliter eſt facta, tranſit ad ſucceſſorem, & ſucceſſor tenetur ſtare contractui, can. de precarijs, 10. q. 2. 7

Eccleſiaſticarum rerum dominium eſt apud Deum, can. ſint manifeſtæ, 12. q. 1.

Eccleſiaſtica prædia à ſæculari etiam principe, vel ab inuitis Eccleſiæ prælatis recipiens, vel inuadens, vel de illorum conſenſu illicitè retinens, debet excommunicari, can. quicumque militum, 12 q. 2.

Eccleſiaſticas res tradere nulli ſacerdotum licet, & ille qui de manu ſacerdotis facultates Eccleſiæ acceperit, nullo iure poterit vendicare, ſed potius cogetur reſtituere, quod illicitè accepit, can. ſicut Eccleſia, 12. q. 2.

Eccleſiaſticis officijs deſeruire, & monaſticam regulam ſeruare ſimul nemo poteſt, can. nemo poteſt, 16. q. 1.

Eccleſiaſticam perſonam aliqua perſona Eccleſiaſtica trahens ad forum ſeculare, eo ipſo perdit cauſam, & omne ius ſibi in petitorio ſeu poſſeſſorio competens, & ipſo facto incurrit ſententiam excommunicationis, vel interdicti, extrauag. ad reprimendas. P. Martini Quinti.

Eccleſiaſticam libertatem impedientibus imponitur pœna, renouando pœnas alijs conſtitutionibus ſtatutas, extrauag. regiminis. Leonis X.

Eccleſiaſticæ perſonæ quantumcumque exemptæ, quæ in ſacris ſunt, aut Eccleſiaſticum beneficium habent, per edictum publicum ab Epiſcopo moniti, ſi honeſtum habitum clericalem, illorum ordini & dignitati congruentem, non detulerint, poſſunt coerceri per ſuſpenſionem ab ordinibus & officio, & beneficio, ac fructibus beneficiorum: & ſi correcti ſemel, denuò in hoc deliquerint, etiam per priuationem officiorum & beneficiorum. Concil. Trident. ſeſſ. 14. De reform. cap. 2.

in Eccleſiaſticæ libertatis & perſonarum Eccleſiaſticarum fauorem, & contra illarum violatores factæ ſanctiones Apoſtolicæ, ſacri canones, & concilia omnia ab omnibus debent obſeruari; & principes, & omnes magiſtratus ſunt admonendi, quòd ea, quæ Eccleſiaſtici iuris ſunt, tamquam Dei præcipua, eiuſque patrocinio tecta, venerentur, nec ab vllis dominis temporalibus ſeu magiſtratibus lædi patiantur; ſed ſeuerè in eos, qui Eccleſiarum libertatem, immunitatem & iuriſdictionem impediunt, animaduertant. Concil. Trident. ſeſſ. 25. De reform. cap. 20.

Reliqua in verbo, Cauſa, num. 11. 12. 13. 17. Clericus, 66. Electio, 39. Laicus, per tot. Statutum, 3. 9.

EDERE propriè ille dicitur, qui eſt author conſtitutionis, vel ſententiæ, cap. nouit. 43. De appellat.

Edere rationes tenetur fœnerator, clem. 1. §. cæterum, & ibi gl. rationum. De vſuris.

Edere rationes, quas priuatus confecit in libro de datis & receptis, non cogitur ſine cauſæ cognitione: & in cauſæ cognitione vertitur, quòd illis vtatur conficiens, vel quòd petens ſit priuilegiatus, puta fiſcus; item quòd cauſa ſit vſuraria, & petatur ab vſurario, gl. rationem, ibid.

Edenda ſunt integraliter omnia, quæ commenta ſunt, gl. datam, in cap. cauſæ. De reſcript.

Reli-

Reliqua in verbo, Actio, num. 6.

EDICTA proponi in publico ſufficit, etiamſi ad citatum non perueniant, gl. publicè, in cap. De poſtul. prælat.

Edicta propriè dicuntur prætorum; dicitur etiam edictum iudicis, vt eſt citatio, gl. 2. in can. conſtitutio, diſt. 2.

Reliqua in verbo, Citatio, 2. 5. 8. 9.
Citatus, num. 5.

EDITIO reſcripti, vel actorum, cùm ſint communia, integraliter fieri debet, gloſ. fin. in cap. ſi perpetuus. De fide inſtrum.

Editio vel exhibitio reſcripti, vel omnium actorum quæ in iudicio acta ſunt, peti poteſt condictione ex lege, vel iudicis officio, vel condictione ex decretali, *quoniam contra*, in d. gl. fi.

ad Editionem inſtrumenti quando quis arctatur, debet edere ita & taliter, quòd poſſit totum, & integrè videri & legi: ſed copia non debet tradi, niſi illorum articulorum, ſuper quibus controuerſia vertitur, cap. cum perſonæ, & ibi gl. in re grauiter. De priuilegiis.

Editio rationum quando petitur per edictum de edendo ab eo, qui illas confecit ratione publici officij, vt erant olim argentarij, tenetur illas edere: ſed ſi petitur editio ab eo, qui illas confecit, vt priuatus, tunc non tenetur; ſicut nec tenetur edere inſtrumenta, gloſ. rationum, in clem. 1. §. cæterum. De vſuris.

Reliqua in verbo, Actio, num. 8.

EFFECTVS iuris magis conſideratur, quàm factum; & quandoque magis conſideratur, quam ius, gl. iuris, in cap. imple, 4. De bigamis.

Effectus quandoque magis conſideratur, quàm affectus, vel quàm ipſum factum, ibid.

Reliqua in verbo, Factum, 9.

EFFICATIVS geritur, quod à pluribus explicatur, cap. mandata. De præſumptio.

EFFRACTORES dicuntur, qui frangunt carcerem, vel aliud, vt euadant, vel vt inde aliquid ſurripiant: & aliter ſunt puniendi nocturni, & aliter diurni, gl. effractorem, in can. aut facta de pœnitentia, diſt. 1.

Effractores Eccleſiarum excommunicati ſunt, & poſt denunciationem per Papam tantùm debent abſolui, cap. conqueſti, 22. De ſententia excommunicat.

Reliqua in verbo, Eccleſia, 218.

EFFVSIO ſanguinis qualis debeat eſſe, ad hoc vt exceſſus enormis dicatur, quoad excommunicationem canonis *ſi quis ſuadente*, relinquitur arbitrio iudicis, puta Epiſcopi, vel Abbatis, gl. effuſionem, in cap. cum illorum, §. qui ſe. De ſententia excommunicat.

Effuſionis verbum abundantia ſignificat, gl. effuſionem, ibid. & gl. effundendis, in clem. ne Romani, § a. De electione, & in can. reuertimini, §. verbum, 16. q. 1.

Reliqua in verbo, Exceſſus.

EGENTI ſcienter non ſubueniens eſt in culpa grandi, can. non ſatis, diſt. 36.

Egenti culpa ſua ſubueniri non debet, gl. ad inopiam, in cap. quæ in Eccleſiarum. De conſtitution.

Egeſtate continua laborare debent malè meriti, gl. & tale, in can. ſtudent, diſt. 50. gl. excellentiam, in cap. 2. De ſupplen. negl. prælat. & gl. ſubtrahantur, in cap. paſtoralis, 53. §. verum. De appellat. gloſ. pen. in cap. ad ſupplicationem. De renunciat.

Reliqua in verbo, Pauper. Paupertas. Penuria.

1 **ELIGERE** qualemcumque melius eſt, quàm ordinem plenum non eſſe, cap. cum accidiſſent. De conſtit.

Eligi non debet extraneus, quando in loco reperiuntur idonei, cap. bonæ. 2. De poſtul. prælat.

Eligi non poſſunt illi, qui non habent ea, propter quæ eliguntur, merita; poſtulari tamen debent ab eo, qui habet poteſtatem diſpenſandi cum illis, cap. fi. & ibi gl. 1. eod.

Eligi non poſſunt, ſed debent poſtulari patientes defectum in ordinibus, vel in ætate, vel illegitimi, qui non poſſunt exercere dignitatem, vel officium ad quod eliguntur, ibid.

Eligi debent & poſſunt ad quamcumque Eccleſiam, ſiue in ſua, ſiue in aliena, illi, qui idonei & legitimi ſunt ad eligendum, ibid.

Eligi poſſunt omnes clerici, etiamſi ſint adſtricti, ne poſſint dimittere Eccleſias, ſine conſenſu Epiſcoporum: quia non eſt tanta coniunctio inter eos & eorum Eccleſias, ſicut inter Epiſcopum & Eccleſiam, cui eſt matrimonialiter alligatus, ibid.

Eligi poſſunt omnes inferiores prælati citra Epiſcopos, etiamſi ſint Abbates: qui etiam ſi ſint exempti, eligi poſſunt, & non debent poſtulari, ibid.

Eligi an poſtulari debeat quis, ſi dubitetur, ſi dicatur *eligimus, & poſtulamus*, ſecundum quod de iure melius poteſt, bene valet quod agitur, ſiue ſit poſtulandus, ſiue ſit eligendus; aliàs non valeret, ſi eligendus ſimpliciter poſtularetur, ibid. 2

Eligi in Abbatem licet non poſſet is, qui non eſt profeſſus, poteſt tamen poſtulari in Abbatem, gl. in heremo, in cap. cum monaſterium. De elect.

Eligi in Abbatem vt poſſit quis, oportet quod ſit monachus, & eiuſdem religionis, vel maioris, ibid.

Eligi non poteſt in Epiſcopum minor 30. annorum, gl. canones, in cap. cum nobis. De elect.

Eligi debet optimus vel melior: imò toleratur, quod ſufficiens & conueniens eligatur, gl. aliam, in cap. cum inter, eod.

Eligi poteſt habens inferiorem dignitatem, ad parem vel maiorem, cap. dudum, 22. eod.

Eligi non poteſt in Prælatum regularem ille, qui non eſt monachus, cap. cum ad noſtram, 37. eod.

Eligi vel poſtulari in Abbatem nunquam poteſt laicus, licet ſit peritus in regula monachali, & expertus, & probatus in ea, gl. 2. in cap. officij, 38. eod.

Eligere non poteſt quis per alium de iure communi, niſi omnes eligentes conſenſerint, gl. per alios, & ibi add. marg. in cap. ſcriptum, eod.

Eligere præcisè non tenetur ſuperior, ad quem fuit facta deuolutio ob negligentiam inferioris volentis eligere: ſed poteſt prouidere Eccleſiæ de Paſtore, cap. ne pro defectu, 41. eodem.

Eligere negligentes intra ſtatutum tempus, priuantur prima electione; quæ ſi caſſaretur, vel electus nollet venire, vel ſi eligeretur indignus, ſtatim recuperant ius ſuum, gl. ea vice, ibid.

Eligere non poteſt quis per procuratorem, niſi abſens ſit in loco, de quo debeat vocari, & ita ſit impeditus, vt venire non poſſit, cap. quia propter, 47. §. illud, eod. 3

Eligere debentibus, ſi mandatum ſit à Papa, quod eligant cum conſilio aliquorum, alioquin conſiliarij prouideant, eligentes debent conſilium requirere in tractatu electionis, & congruo tempore expectare reſponſum; aliàs electio non tenet, cap. cum in veteri, 52. De electione.

Eligi poteſt vnus ex conſiliarijs propoſita capitulo in electionis negotio, ibid.

Eligere non poſſunt electores alligatum matrimonialiter alteri Eccleſiæ; ſed debent ipſi eum poſtulare: aliàs eligentes ſunt priuandi poteſtate eligendi, cap. quanto. De tranſlat. Epiſcoporum, cap. cupientes, §. denique. De electione, lib. 6.

Eligere qui poteſt, poteſt etiam poſtulare, gl. liberam, in cap. poſt tranſlationem. De renuncia.

Eligere, & aliquem in Prælatum præficere, paria ſunt, cap. intelleximus. De ætate & qualit.

Eligi debet in Epiſcopum, qui doctior & ſanctior ſit, gl. fi. in cap. fi. eod.

Eligi debet quis in Epiſcopum, cuius comparatione cæteri grex dicantur, ibid.

Eligi non debet quis in Prælatum de aliena diœceſi, ſed debet poſtulari, gl. fi. in cap. fi. De clericis peregr. 4

Eligi debet melior, & vtilior, & ſanctior: tamen ſi alius eligatur, licet non ſit melior, ſufficit quòd ſit ſufficiens: quia conueniens ſcientia ſufficit in Prælato, gloſ. pen. in cap. 2. De officio cuſtod.

Eligere vel præſentare poteſt ille, qui eſt in quieta poſſeſſione eligendi, vel præſentandi; & ſufficit electo vel præſentato, in poſſeſſorio tantum obtinere ad hoc, vt electus vel præſentatus confirmetur, gl. 1. in cap. pen. De cauſa poſſeſſ.

Eligere non poſſunt duo ſine tertio, vnde ſi eligant ſine eo non valet quod faciunt; quia hanc poteſtatem non habent, gl. 2. in cap. fi. De ſortilegiis.

Eligere ſeipſum nemo poteſt; quia alij debent eſſe eligentes, & alij electi, ibid.

Eligere, hoc eſt actus quem facit canonicus, dum dicit *eligo talem*, eſt actus legitimus: ſed eligere, id eſt, ius eligendi habere prout conſiſtit in habitu, non eſt actus legitimus, dd. reprob. gl. eligentium, in cap. vt circa, §. edicto. De electione, lib. 6.

Eligere poteſt excommunicatus minori excommunicatione, vel conſtitutus in peccato mortali, gl. priuentur, in cap. perpetuo, eod.

Eligi poteſt quandoque etiam ille, qui mortaliter peccauit, ibidem.

Eligere, & eligentibus conſentire, diuerſa ſunt; ſed non per omnia: quia conſenſus ſequens non auget numerum, gl. celebratæ, in cap. nulli liceat, §. De electione, lib. 6. 5

Eligere non poſſunt excommunicati maiori excommunicatione, & ab homine ſuſpenſi, & priuati à Canone, gl. eligentibus, in cap. cupientes, §. ad hæc, eod.

Eligere debet quis vnam ex pluribus actionibus ſibi competentibus, quando eſt certus quæ ſibi competant: & idem etiam ſi ſit incertus per iuris imperitiam, cum peritiores

conſulere potuerit, gl. eligere, in cap. vt quis, 25. eod.

Eligere debet vnam ex pluribus actionibus ille, qui eſt incertus per errorem facti proprij, quæ illarum competat: & idem ſi ſit incertus propter factum eius, in cuius locum ſucceſſit, ibid.

Eligere non tenetur vnam ex pluribus actionibus ille, qui eſt incertus propter errorem facti aduerſarij, quæ illarum competat, ibid.

Eligere tenetur is, ad quem poteſtas eligendi eſt deuoluta, aliquem de illo collegio, de quo tenebatur eligere is, propter cuius negligentiam deuoluta eſt poteſtas, gl. monaſteriorum, in clem. 1. De ſupplen. neglig. Prælat.

Eligere habens taxationem decimæ, vel reſiduum, infra decem dies, ſi vnum elegerit, licet adhuc intra tempus exiſtat, variare non poterit, gloſ. tranſeat, in extrauag. ſuſcepti regiminis. Ioann. 22.

Eligere verbum, ponitur quandoque pro conſecrare, gl. 1.
6 in can. illud, diſt. 23.

Eligere non eſt populi, ſed electioni conſentire, can. cleri, diſt. 63.

Eligi debet in Prælatum talis, qui per breue tempus poſſit promoueri: & breue tempus dicitur, quòd non vacet Eccleſia, niſi per tres menſes ad plus, gloſ. 1. in can. ſi diſt. 78.

Eligi poſſunt plures, vt ſi vnus reprobetur, alius admittatur, gl. qui ab omnibus, in can. 1. diſt. 35.

Eligi poteſt quis, antequam poſtulari à ſuo Epiſcopo, gloſ. apud, in d. can. 1.

Eligi non debent ad regendas prouincias, niſi homines probatæ vitæ, & qui pretio vel ambitione non adipiſcantur honores, can. ſancimus, 1. q. 7.

Eligi nullus poteſt in Epiſcopum, niſi ab initio diſſentiat: tepide tamen debet diſſentire ſicut fœmina, gl. fugientibus, in can. in ſcripturis, 8 q. 1.

Eligi poſſunt ad Epiſcopatum duo ſimul, ita vt ſi vnus ſuccumbat, alter obtineat, gl. ſi. ibid.

Eligere ſeipſum nemo poteſt, licet in ipſum ſit tranſlata poteſtas eligendi: poteſt tamen colligere ſeipſum, gl. appetitur, in can. qui Epiſcopatum, & gl. pen. in can. licet ergo, 8. q. 1.

7 Eligi debet ſecundum legem, meritis, & non gratia, ille
qui eſt præſtantior, & omni virtute eminentior, d. can.
licet ergo.

Eligi debet melior in monachis, gl. qui præſtantior, ibid.

Eligo talem poſtulandum, ſi quis dicat, talis forma non valet hodie, cap. poſt tranſlationem. De renunciat.

Eligere ſibi ſucceſſorem in prælatione, vel in populi gubernatione, nulli licet, niſi cui ex diuina reuelatione permittitur, can. ſi ergo, 8. q. 1.

Eligi in Epiſcopum talis debet, qui alterius voluntati incongruæ non deſeruiat, can. illud quidem, 8. q. 2.

Eligere ſeipſum nemo poteſt, gl. à ſeipſo, in cau. diſcimus, 24. q. 1.

Eligibilis ſit ratione conſuetudinis ille, qui aliàs erat ineligibilis, gl. de Primatibus, in can. nos, diſt. 12.

Reliqua in verbo, Eccleſia, 147. Excommunicatus, 24. Illegitimus. Poſtulare, 1. Poſtulandus. Præſcribere, 1.

ELIGENDI poteſtate priuatis quibuſdam Canonicis, il-
1 lorum poteſtas deuoluitur ad alios canonicos, licet nume-
ro pauciores, cap. 2. De poſtulat. Prælat.

Eligendi poteſtas in vno ſolo remanere poteſt, omnibus aliis de collegio vel capitulo priuatis propter delictum, gloſ. pauciorum, ibid.

Eligendi ius habere ſi dicat is, qui non eſt de collegio vel capitulo, debet apparere, an habeat ius eligendi, & dicere, quo iure ſit admittendus, gl. & gratia, gl. conſuetudine. in cap. bonæ, 2. eod.

Eligendi poteſtas transfertur ad proximum ſuperiorem, quando canonici negligunt ſibi eligere Epiſcopum, vel monachi Abbatem intra tres menſes: ſed in aliis inferioribus Prælaturis vel beneficiis intra ſex menſes, gloſ. viduatæ, ibidem.

Eligendus ſicut non debet poſtulari; ita poſtulandus non debet eligi, cap. ſi. & ibi gl. 1. De poſtul. Prælat.

Eligendi poteſtas poteſt transferri in habentem poteſtatem confirmandi, cap. cauſam quæ, 3. & ibi gloſ. 1. De electione.

Eligendi poteſtatem dantes videntur intellexiſſe de idoneo, ibidem.

Eligendi ius permanet penes vocantes, quibus competit vocandi poteſtas, ſi vocati venire noluerint, cap. cum nobis, 19. eod.

Eligendi & confirmandi ius habens, eo ipſo quòd eligit, confirmare videtur: ſecùs, ſi habeat iure diuerſo; veluti ſi habeat ius eligendi iure proprio, vel tanquam arbiter, & ius confirmandi tanquam Archiepiſcopus: quoniam tunc eum repræſentet duas perſonas, poteſt tanquam alius eligere, & tanquam alius confirmare, gloſ. confirmauit, in cap. cum inter, eod.

Eligendi poteſtate priuati ſunt ipſo iure, qui per impreſſio-
2 nem laicorum aliquem poſtulauerint, cap. bonæ, 23. eod.

Eligendi poteſtate priuati poſſunt repelli ab electionis actu, per viam exceptionis, cap. cum Vintonenſis, 25. eod.

Eligendi ius non cadit in laicum in Eccleſia collegiata, etiamſi eſſet patronus, non obſtante aliqua conſuetudine in contrarium, gl. 3. in cap. quod ſicut, eod.

ad Eligendum vocandus ſi neget ſe fuiſſe vocatum, aduerſario incumbit onus probandi, gl. vocatos, ibid.

Eligendi poteſtate data, datur etiam poteſtas poſtulandi, gl. poſtulatio, in cap. in cauſis, 30 eod.

Eligendi poteſtas data arbitris compromiſſariis, gratia ipſorum compromiſſariorum, vt ſic ipſi honorarentur in actu eligendi, tunc etiam re integra non poteſt reuocari: ſed ſi fuit data poteſtas eis, non fauore illorum, ſed vt facilius prouideatur Eccleſiæ per viam compromiſſi, tunc ea poteſtas poteſt reuocari re integra: ſecus, ſi res non fuiſſet integra, ibid.

Eligendi poteſtas poteſt per capitulum compromitti in tres, vel plures de capitulo, cap. cum dilectus, 32. & cap. cum in iure, 33. eod.

Eligendi poteſtas poteſt conferri in compromiſſarios cum reſtrictione, vt vnum de gremio Eccleſiæ teneantur eligere; & compromittentes tenentur recipere illum, ibid.

Eligendi poteſtate ſimpliciter data compromiſſariis, poſſunt 3
ipſi eligere vndecumque vellent, gloſ. 1. in d. cap. cum
dilectus.

ad Eligendum ſi ſit data poteſtas, is non poteſt ſeipſum eligere, etiamſi iuraſſet eligere meliorem, & ipſe eſſet, gl. 1. in cap. cum in iure, eod.

Eligendi ius non deuoluitur ad alios, niſi quando eligitur perſona ineligibilis, gl. 1. in cap. bonæ, 36. eod.

Eligendus eſt Abbas primò de propria congregatione, ſi ibi reperiatur idoneus; & in defectum, poteſt de alieno monaſterio, cap. officij, eod.

Eligendi poteſtate priuantur illa vice illi, ad quos ſpectat electio, ſi neglexerint eligere Prælatum cathedralis vel regularis Eccleſiæ infrà tres menſes: & electio deuoluitur ad ſuperiorem, cap. ne pro defectu, 41. eod.

Eligendi poteſtate non priuatur ille, ad quem ſpectat electio, ſi impeditus infra tempus ſtatutum non elegit, d. cap. ne pro defectu, & ibi gl. 3.

ad Eligendum ſtatutum tempus currit electori, cui Papa interdixit, ne eligeret ſine ſua licentia, niſi is peteret licentiam eligendi intra ſtatutum tempus, ibid.

Eligendi poteſtatem qui perdiderunt actiuè, propter negli- 4
gentiam in non eligendo intra ſtatutum tempus, poſſunt
ipſi eligi paſſiue, gl. ſi. ibid.

Eligendi aliqua forma ſubſtantialis à iure non erat producta ante *cap. quia propter*, ſed quiſque conabatur inuenire nouam formam, cap. quia propter. De electione.

in Eligendo aliquem libera debet eſſe voluntas eligentis, ſicut & in matrimonio carnali, gl. de collegio, ibid.

Eligendi ius habentes poſſunt committere vices ſuas viris idoneis, qui eorum vice eligant, d. cap. quia propter, §. vel ſaltem.

ad Eligendum non debet procuratorem conſtituere abſens in loco, de quo vocari non debet, d. cap. quia propter, §. illud.

ad Eligendum procuratorem de gremio conſtituere debet is, qui ita abeſt, vt venire non poſſit, ibid.

Eligendi poteſtatem de extra collegium ratione dignitatis poſſunt acquirere in aliquo collegio, cap. Cumana, 50. eodem.

Eligendi poteſtas non venit ſub poteſtate ſcrutandi vota aliorum, ibid.

Eligendi ius licet pacto non poſſit dari laico: tamen poteſt ei dari conſenſus poſt perfectam electionem, cap. ſacroſancta, 51. & ibi gl. pen. eod.

Eligendi poteſtas deuoluitur ad minorem partem capituli, 5
priuata maiori parte dicta poteſtate per electionem indigni,
cap. congregato, 53. eod.

Eligendi poteſtate deuoluta per lapſum ſex menſium ad eum, ad quem ſpectat confirmatio, non mutatur modus prouidendi, cap. ſi. De ſupplen. negligen.

ad Eligendum indignum vbi minor pars vidit maiorem partem eſſe paratam, minor non debet eligere: ſed debet expectare, quòd maior eligat indignum, vt ſic ad minorem partem deuoluatur poteſtas: & ſic eius electio poſtea valeat, cap. congregato. 53. De electione.

Eligendi ius in Eccleſia collegiata non cadit in laicum, cap. Meſſana, 56. & ibi gl. 1. eod

Eligendi impotentia non excuſat à temporis curſu, quando is, qui currit tempus, poteſt impotentiam tollere, cap. ſi. eod.

ad Eligendi poteſtatis tranſlationem in compromiſſoriam, ſequitur poteſtas poſtulandi, cap. poſt tranſlationem. De renunciat.

ad Eligendum inhabilis eſt ille, qui eſt alterius poteſtati ſubiectus, & exiguntur duæ poſtulationes: vna ſolemnis, alia non ſolemnis, ibid.

Eligendi poteſtas poteſt vni committi, d. cap. poſt tranſlationem, & ibi gl. liberam, & cap. ſi. De ſupplen. neglig. Prælat.

Eligendi ius pertinet ad capitulum ſimul & Epiſcopum, niſi 6
conſuetudo ſit in contrarium: quia ſolus Epiſcopus con-

ſert quandoque beneficium, quandoque capitulum in Eccleſia ſua: & ſecundum hoc transfertur ius eligendi de vno ad alium, gl. per capitulum, in cap. irrefragabili. De officio Ordin.

Eligendi ius quando pertinet ſimul ad Epiſcopum & capitulum, propter eorum negligentiam transfertur ad Archiepiſcopum, ibid.

Eligendi poteſtatis ſpes ſpectans ad Epiſcopum, iure deuoluto, non deuoluitur ad capitulum ſede vacante, cap. cum olim. De maior. & obed.

Eligendi ius poteſt præſcribi, cap. cum Eccleſia Sutrina. De cauſa poſſeſſ.

Eligendi poſſeſſio acquiritur ex ſolo exercitio eligendi abſque alio titulo, ibid.

Eligendi ius habet continuam cauſam aptitudine; nam quotidie eſt aptus quis ad eligendum, & idem eſt iure decimandi, dd. reprob. gl. breuitatem, ibid.

Eligendi poteſtas poteſt transferri in vnum, cap. conſtitutus, 45. De appell.

Eligendo vtilem non ſaluat conſcientiam, ſi potuit eligere vtiliorem, cap. conſtitutus, 46 eod.

Eligendus in prælatum non ſolum debet eſſe in ſe idoneus, ſed etiam vtilis Eccleſiæ, ibid.

7 Eligendus licet eſſet doctior & ſanctior, ſufficit tamen, quòd ſit idoneus, & non ſit malus, gl. 3. ibid.

inter Eligendos in reliquis data paritate, debet præferri ditior, ſeu potentior, vt melius conſulatur Eccleſiæ per potentiam, ſeu diuitias ipſius, gl. impotentiam, ibid.

Eligendus in Eccleſiis collegiata non cadit in laicum, gl. ſi. in cap. 2. de inſtitut.

Eligendi poteſtas transfertur ad proximum ſuperiorem, propter negligentiam inferioris in non eligendo intra ſex menſes; & hoc in beneficijs & dignitatibus, gl. intra ſex menſes, in cap. 2. De conceſſ. præben. gl. eligere, in cap. duobus. De reſcript. lib. 6.

Eligendi poteſtas in Archiepiſcopatibus, Epiſcopatibus, & Abbatijs, deuoluitur ad ſuperiorem propter negligentiam eligentium in non eligendo intra tres menſes: & in his datur minus temporis, quam in beneficijs & dignitatibus, propter maius periculum, ibid.

Eligendi poteſtatem habens ex conceſſione alicuius, ſi indignum elegerit, vel electus non conſenſerit electioni, non valet electio: & reuertitur ad concedentem, qui non poteſt iterum concedere eamdem poteſtatem eidem, gl. 2. in cap. conſtitutus, 21. De conceſſ. præb.

In Eligendis canonicis, vel conferendis dignitatibus datur tempus ſex menſium: quibus elapſis, electio, vel collatio tranſit ad proximum ſuperiorem, cap. pen. eod.

8 Eligendi ius quando pertinet ad Epiſcopum & capitulum communiter, huiuſmodi ius eligendi non transfertur de vno ad alium, gl. 2. ibid.

Eligendi ius per negligentiam capituli non deuoluitur ad Epiſcopum vel ſuperiorem, quando Epiſcopus vel ſuperior procurauit eam negligentiam, d. cap. pen. & ibi gl. ſi. eod.

Eligendi ius de iure communi ſimul pertinet ad Epiſcopum & capitulum, cum Epiſcopus ſit caput capituli; niſi conſuetudo, vel priuilegium contrarium inducat, gl. ſi. in cap. ex noſcitur. De his quæ fiunt à Prælato.

ad Eligendum ſimpliciter dati non poſſunt eligere vnum de ſe, gl. 2. in cap. ſi. de priuileg.

Eligendi de ſe vel alijs poteſtas quando datur aliquibus, ſi nolunt aliquem de ſe eligere, rectè poſſunt: quia tunc poteſtas eligendi remanet penès illos tantum, & eis ſolis data intelligitur, gl. 2. in cap. ſin. eod.

Eligendi poteſtas vbi ſimpliciter datur tribus, nulla forma adiecta, ita habent poteſtatem eligendi omnes, vt vnus, vel duo non poſſunt eligere ſine tertio, gloſ. 2. ibidem.

ad Eligendum obligatus de certo gremio, in dubio intelligitur obligatus, ſi & in quantum, ibi reperiatur quis idoneus, cap. Abbate. De verb. ſignif.

9 Eligendus ſi ſolemniter poſtuletur, nihil agitur: ſed ſi minus ſolemniter poſtuletur, putà ſi clericus ſubditus Epiſcopi petitur ab eo, non eſt malum; poſtea verò neceſſe eſt ſolemnem electionem interuenire, gl. 2. in add. in cap. 1. De poſtul. præla. lib. 6.

Eligendi ius quando ſimul iungitur in perſona habentis confirmationem, & coniunctio ſit ex negligentia inferiorum, non eſt neceſſe quod ſuperior diuerſo tempore eligat, & confirmet, ſed poteſt vnico actu prouidere Eccleſiæ, gl. 2. in cap. 1. De elect. lib. 6.

Eligenda perſona debet eſſe certa: ſicut iudex, arbiter, tutor, & procurator, gl. in certa, in cap. 2. eod.

Eligendi tempus non currit ignoranti; non enim debet priùs quis eligere, quam ſciuerit vacare, ibid.

Eligendi poteſtatem habere non dicitur, quando priùs eſt aſtrictus ex aliqua promiſſione ad certum quem eligendum, cap. vbi periculum, §. cæterum, eod.

Eligendi & confirmandi poteſtas quando iungitur in eadem perſona reſpectu diuerſæ qualitatis: iſtæ qualitates non poſſunt expediri vnico contextu: ſed debent fieri diuerſo tempore, gl. 1. in add. marg. in cap. vt circa eod.

10 Eligendi poteſtate non priuatur quis eo ipſo, quòd in ſcrutinio conſenſum ſuum ſcienter præſtitit in indignum, ſi non ſuit ſequuta electio, cap. perpetuò eod.

Eligendi poteſtas quando deuoluitur ad ſuperiorem propter negligentiam inferiorem, debet procedere per viam electionis, & non per viam prouiſionis, cap. quamquam in caſu eod. & gl. transeat, in extrauag. ſuſcepti regiminis, Ioan. 22.

Eligendi ius eſt delegabile in alium, & ille alius in quem tranſmittitur, dicitur propriè compromiſſarius, cap. ſi cui, 23. De elect. lib. 6.

ad Eligendum in Eccleſijs cathedralibus, ſeu inferioribus, ſtatuta ſunt tempora: vnde lapſus temporis ſufficit abſque alia monitione, vt electio deuoluatur ad ſuperiorem, gloſ. ſi. in cap. ad Apoſtolicæ, §. nos itaque. De re iudi. lib. 6.

ad Eligendum alterum de pluribus incluſis, quando certum tempus aſſignatur, ſi negligit habens optionem, deuoluitur ad alium, cap. ſi pluribus. De præben. lib. 6.

Eligendi ius vel præſentandi acquiritur per poſſeſſionem, quia procedit ex actibus noſtris, gl. obtineri, in reg. 2. De reg. iur. lib. 6.

ad Eligendum datum tempus non currit ei, qui non poteſt eligere: niſi ex quo in mora fuerit petendi licentiam, gl. 1. in reg. imputari, eod.

Eligendi poteſt conferri in certum tempus: ſed electio, quæ eſt actus legitimus, non recipit diem: vnde canonici non poſſunt eligere ſibi aliquem in Prælatum, vſque ad feſtum Reſurrectionis, gloſ. 2. in reg. actus legitimi, eod.

ad Eligendum de iure communi tempora ſunt taxata, ibidem. 11

Eligendi poteſtas eſt duplex, actiua ſcilicet & paſſiua, gl. ſi. in clem. ſi. De elect.

Eligendi poteſtate deuoluta ad aliquem propter negligentiam Prælati regularis, poterit is, ad quem deuoluta eſt, eligere alium, qui non ſit de collegio vel monaſterio; ſi ibi ſcilicet non reperiatur aliquis idoneus: etiamſi teneretur eligere de illo collegio, quo tenebatur, qui neglexit, gloſ. monaſteriorum, in clem. 2. De ſupplen. neglig.

Eligendi ſunt probati non probandi, ad confeſſiones audiendas, gl. probatas, in clem. dudum, §. ſtatuimus. De ſepultur.

Eligendi poteſtas quando eſt tranſlata ad alium propter negligentiam inferioris, non poteſt ille mutare conſilium in eius præiudicium, gloſ. tranſeat, in extrauag. ſuſcepti, Ioan. 22.

Eligendi poteſtas quando eſt data & collata in tempus mortis, poteſt mittim variare; ſecus quando eligendi ius competit de præſenti, ibid.

Eligendo vnum renunciat alteri, vbi in eis eſt aliqua repugnantia; aliàs ſecus, gl. ſi. in can. ſi quis Sacerdotum, diſt. 81.

Eligendi Epiſcopum poteſtatem habens, ſi minus bonum eligit, iterum poterit eligere, gl. pen. in can. per illicitam, 2 q. 7.

Eligendi poteſtate priuantur canonici male eligendo, gl. pe. ibid.

Eligendi poteſtatem licet Papa concedat alicui, tamen eorum, quorum intereſt, conſenſus eſt requirendus, gl. 1. in can. petiſti, 7 q. 1.

Reliqua in verbo, Compromiſſarij. Poſſeſſio, 2. 5.
Procurator, 1. 19. 20. 22. 35.
Tempus, 5.

ELIGENS indignum ſcienter, poteſtate eligendi ea vice priuatur, gloſ. priuatem, cap. 1. & cap. 2. De poſtulat. Prælat. cap. quamquam. De elect. lib. 6. 1

Eligens indignum videtur ſcienter facere, gl. pauciores, in add. marg. in d. cap. 2.

Eligens indignum contra formam non eſt priuatus, ſed priuandus poteſtate eligendi, d. gl. pauciores.

Eligentes tres idoneum ſeruata forma, ſi contempſerunt aliquem de vniuerſitate, qui deberet vocari, illo caſu tenet electio: ſed inſtante contempto, debet caſſari electio; non tamen priuantur poteſtate eligendi, gl. pen. in ſi. in cap. bonæ, 2. De electione dd. reprob. d. gl. pauciores.

Eligentes non ſaluant conſcientiam ſuam eligendo illum, cuius plenam notitiam non habent, d. cap. bonæ, 2. verſ. intelleximus.

Eligentes ſcienter indignum contra formam ſtatutam in cap. *cum in cunctis. De electione*, ipſo iure ſunt priuati pro prima vice poteſtate eligendi, & ab Eccleſiaſticis beneficiis triennio ſunt ſuſpenſi, cap. cum in cunctis, §. ſi. De electione.

Eligentes contra priuilegia Eccleſiæ, & contra appellationem legitimam, ſeu poſt primam electionem non caſſatam, non ſunt priuati poteſtate eligendi, ſed poſſunt de nouo eligere, cap. conſiderauimus, 10. eod.

Eligentes ſuſpenſum non ſunt priuati poteſtate eligendi, licet electio ſit nulla, cap. cum inter, 26. & ibi gl. Epiſcopos, eod.

Eligentes quòd tempore præſtiti conſenſus per electum perducti

durent in primo conſenſu, non requiritur de neceſſitate, d. cap. cum inter, 20. eod.

Eligentium dignitas non debet præferri numero eligentium, niſi numerus ſit par, vel in modicum excedat, d. cap. dudum, 22. eod.

Eligentes ſcienter indignum, priuati ſunt poteſtate eligendi, in electione quæ primò occurrit facienda, ſiue illa habuerit effectum, ſiue non, cap. cum Vintonenſis, 25. De electione.

Eligentibus aliquibus de capitulo ſcienter indignum, poteſtas eligendi non recedit à capitulo propter indignitatem: ſed reſidet penes alios, qui non deliquerunt, licet pauciores numero, & illi repræſentant totum capitulum: ſecus vbi omnes electores deliquiſſent; nam tunc ad ſuperiorem deuoluitur, ibid.

Eligentes indignum priuati ſunt poteſtate eligendi, quantum ad alios, qui non peccauerunt, ſed non quantum ad ſe: nam ipſi rectè poſſunt eligere, ſi ab alijs admittantur, gl. admiſerant, ibid.

Eligens ſcienter indignum in Epiſcopum, eſt ob hoc ſuſpenſus à beneficijs Eccleſiæ per triennium: nec poteſt interim ad dignitatem illius eligi, vel aſſumi, cap. per inquiſitionem, 26. eod.

Eligens ſeipſum ambitioſus videtur, & ideo repellendus, etiamſi fuiſſet melior, gloſ. 1. in cap. cum in iure, 33 eod.

Eligentes, & hi qui eliguntur, debent eſſe eiuſdem profeſſionis, ne quaſi ſit boue & aſino videretur arari, gl. 5. in cap. officij, 38 eod.

Eligentes & poſtulantes poſſunt proſequi cauſam electionis, & poſtulationis, cap. ſcriptum, 40. eod.

2 Eligentes contra formam electionis priuari debent poteſtate eligendi pro illa vice, per ſententiam, cap. quia propter, & ibi gl. priuentur, & cap. Cumana, 50 eod.

Eligentes non ſeruata forma cap. *quia propter*, ſunt priuandi poteſtate eligendi, licet electio ſit nulla facta à maiori parte capituli: cap. Cumana, 50. eod.

Eligentes non idoneum quacumque non idoneitate, priuantur poteſtate eligendi, cap. congregato, 53. eod.

Eligentes indignum priuati ſunt poteſtate eligendi, & remanet penes alios, licet numero pauciores, d. cap. cum congregato, & ibi gl. fi.

Eligentes poſſunt defendere, tanquam eorum interſit, electionem à ſe celebratam, cap. dudum, 54 eod.

Eligentes poſſunt petere confirmationem ſuæ electionis: quod verum eſt de conſenſu electi, aliàs non, d. cap. dudum, & ibi gl. illorum.

Eligentes poſſunt procuratores conſtituere ſuper actibus electionis à ſe factæ, cap. Eccleſia veſtra, 57. eod.

Eligentium ſanioritas colligitur principaliter ex perſona electi, quæ præponderatur ex quatuor, ibid.

Eligentes ſcienter indignum, vel non eligentes infra tempus debitum, priuantur poteſtate eligendi, gl. 5. in cap. cum olim. De maior. & obedi. & gl. 1. in cap. ſignificauerunt. De exceptio.

Eligentes & electus poſſunt litigare ſuper iure eligendi, quoad finem validitatis vel inualiditatis electionis, cap. cum venitient. 2 De in integr. reſtit.

Eligens debet eligere ſecundum Deum & iuſtam conſcientiam; nec ſufficit ſequi puram conſcientiam, niſi & illa ſit informata ſecundum Deum, cap. conſtitutis, 46. De appell.

contra Eligentium perſonas poſſunt obijci, quòd ſunt excommunicati maiori excommunicatione, vel ab homine ſuſpenſi, vel quòd ſunt priuati à canone, vel quòd ſcienter indignum elegerunt, vel quòd ſunt infames, quibus ſunt actus legitimi interdicti, gl. eligentium, in cap. vt circa. De electione, lib. 6.

Eligentes ſi differant electionem præſentare intra octo dies, poſtquam poterunt commodè, totaliter quoad ſe excluſi ſunt à proſequutione proceſſus, & ab Eccleſiaſticis beneficijs, quæ in illa Eccleſia obtinent, per triennium continuum ſunt ſuſpenſi: & electo per hoc nullum præiudicium ſit, gl. commodè, in cap. quam ſit. De elect. lib. 6.

Eligentes quàm cito commodè poſſunt, electionem electo præſentent: electus intra menſem conſentiat; aliàs priuatus eſt iure quæſito, niſi conditio perſonæ ipſum excuſet, d. cap. quam ſit.

Eligens vel electioni conſentiens contra electum non poteſt ſe opponere, vel renunciare: niſi ex noua cauſa, vel nouiter ei pandita ſit, cap. nulli licere, eod.

Eligens contra electum poteſt opponere de defectu, ſcientiæ, ætatis, ordinum, irregularitatis, periurij, vel alterius delicti latentis, quod tempore electionis probabiliter ignorabat, cap. nulli, & ibi gl. defectu, eod.

Eligens ignoranter indignum, non priuatur poteſtate eligendi, ſed ad eum redit electio, gl. ſcienter, ibid.

3 Eligentium aliqua pars, ſi ſcienter eligant indignum, tunc poteſtas eligendi redit ad reliquos: qui ſi fuerint negligentes, ad ſuperiorem electio deuoluetur, d. cap. quamquam. De electione, lib. 6.

Eligens malum prælatum dicitur offendere Eccleſiam, cui debet prælatus præfici, cap. ſi compromiſſarius, §. reſtringitur, eod.

contra Eligentium perſonas obijciens, non dicitur obijcere contra formam electionis, cap. procurator, eod.

Eligentes, publicato ſcrutinio, antequam ad actus extraneos ſe diuertant, poſſunt accedere ad illam monialem, quæ maiorem partem conuentus numero habet. Et ſi per acceſſum peruenerint ad duas partes, confirmabitur & benedicetur: non tamen adimetur contradicentibus poteſtas denunciandi vel accuſandi, cum Abbatiſſa fuerit interdicta, & poſſeſſionem adepta, cap. indemnitatibus, §. ſanè, eod.

Eligens indignum ignoranter, licet poſtea ſciat eum indignum, non incurrit pœnam concilij contra eligentes indignum, gl. ſcienter, in clem. 1. De conſanguin. & affin.

Eligentium voluntas eſt ambulatoria vſque ad confirmationem, gl. 2. in can. Syracuſanæ, diſt. 28.

Eligentes antequam eligant, debent perquirere talem eligere, in quo contineantur qualitates à iure requiſitæ, can. Petrus, diſt. 39.

Eligens indignum ad dignitatem, graui ſemetipſum afficit damno: ſicut è contra fructus boni operis ſibi comparat, qui rectum tenuit iudicium in eligendo dignum, can. miramur, diſt. 61.

Eligentium non tantum numerus, ſed etiam eorum authoritas conſiderari debet, gl. 5. in can. plebs, diſt. 63.

Eligentes quando diſſentiunt, tria ſunt conſideranda; authoritas, numerus, & bonus zelus. Authoritas conſideratur in dignitatibus. Zelus conſideratur in animo, vt ſine amore carnali eligant, ſed ſecundum meritum perſonæ. De Numero patet. Vbicumque duo ex tribus concurrunt, præponderant tertio, gl. fi. in can. pen. diſt. 63.

Eligens Papam per ſimoniam accuſari poteſt, can. pen. & ibi gl. fi. diſt. 79.

Eligentium & electi cauſæ ſunt connexæ, quia lata ſententia contra electores præiudicat electo licet abſenti: niſi appelletur ab altero illorum, gloſ. 2. in can. hæc quippe, 3. q. 6.

ELECTORES poſſunt transferre poteſtatem eligendi in aliquem, etiam extraneum, à collegio electorum, cap. cauſam quæ, & ibi gl. 1. De electione. 1

Electores poſſunt procedere ad ſecundam electionem, ſi fuit peccatum in prima: reprobata tamen priùs prima electione per ſuperiorem, & non aliàs, gl. fi. in cap. cùm monaſterium, 13. eod.

Electores, ſi antequam tranſirent ad electionem, deprehendunt peccatum in forma vel materia, debent adhibere diligentiam, vt prouideatur Eccleſiæ legitimo modo, dict. gl. fi.

Electores in præiudicium electi non poſſunt compromittere: ſed ſi conſenſerit electioni ſuæ, vel conſentire velit, non obſtante laudo in contrarium lato, eſt confirmandus, ſi aliud canonicum non obſiſtat ſibi, licet non ſit de gremio illius Eccleſiæ, quantumcumque ob hanc cauſam à maiori parte fuerit appellatum, cap. cum inter, 22. eod.

Electores ante electionem factam, facta publicatione ſcrutinii, variare non poſſunt: imò ſi nollent illum eligere, in quem maior & ſanior pars conſenſit, debent per ſuperiorem compelli, gl. ſubſcriptam, ibid.

Electores ab electione reſilire non poſſunt poſt publicationem ſcrutinii: ſecus eſt in poſtulatione, in qua admittitur variatio, quantumcumque ſit publicatum ſcrutinium, & poſtulatio ſit inde ſequuta: dummodo non ſit præſentata ſuperiori, dd. reprob. gl. reſilire, ibid.

Electores ſcienter eligendo indignum ſunt priuati ipſo facto poteſtate eligendi, & poteſtas deuoluitur ad alios non delinquentes, cap. dudum, & ibi gl. in ordinibus, eod. 2

Electores quando ſunt priuati poteſtate eligendi propter negligentiam, tunc deuoluitur poteſtas eligendi ad proximum ſuperiorem, gl. ad nos, in cap. bonæ, 23. eod.

Electores quando ſunt priuati propter delictum ipſorum, deuoluitur poteſtas eligendi ad Papam: intellige in Eccleſiis Cathedralibus, quoad Epiſcoporum & aliorum electionem: ſed in electionibus inferiorum prælatorum, ſeu rectorum, non fit deuolutio ad Papam, ſed ad proximum ſuperiorem, vel ad capitulum, ibid.

Electorum quidam ſi fuerint priuati, propter delictum ab eis commiſſum poteſtas eligendi deuoluitur in reliquos electores, etiam pauciores, qui non deliquerunt: ſed ſi illi pauciores etiam deliquerint, tunc poteſtas eligendi deuoluitur ad eum, ad quem deuolueretur, ſi omnes pariter deliquiſſent, ibid.

Electores ſollicitans pro ſua electione, reddit ſe indignum ad illam dignitatem, cap. per inquiſitionem, 26. eod.

Electores Imperii ſi eligant ſcienter indignum, poteſtas prouidendi deuoluitur ad Papam, gl. fauore, in fi. in cap. venerabilem, 34. eod.

Electores Imperii vbi diſcordant, ita quòd merita electorum & vota eligentium ſint paria, tunc poteſt Papa eligere vnum ex illis, prout ſibi libuerit, d. cap. venerabilem, & ibi gl. fauore. 3

Electores poſſunt communi conſenſu communicare extraneis ius eligendi in electione, quæ imminet fienda, cap. ſcriptum 40. eod.

Electores duo vel plures poſſunt conſtituere vnum vel plures electores procuratores, qui habebunt tot voces, quot ſunt voces conſtituentium, ibid.

Electores plures quando habent vocem iure ſingulari, et omnes conſtituerint aliquem procuratorem ad eligendum, is dicitur habere tot voces, quot ſunt conſtituentes: ſecus, quando fuiſſet conſtitutus ab vniuerſitate, vel à pluribus habentibus vnam vocem tantum, gl. duo, & ibi add. in dict. cap. ſcriptum.

Electores debent de iure eligere prælatum de propria Eccleſia: ſi tamen fiat contra, nihilominus tenebit electio, gl. ſi. in cap. ne pro defectu, 41. eod.

Elector voce ſua non debet priuari, gl. vice omnium, in cap. quia propter, 42. eod.

Electores poſſunt poteſtatem eligendi dare vni vel pluribus de collegio, vel extra collegium, dict. cap. quia propter, & ibi gl. viris.

Electores, poſtquam eorum vota per ſcrutinium ſunt recepta & publicata, perſcrutatores non poſſunt variare; ſed compellendi ſunt ad electionem: nec locus eſt appellationi, gl. publicetur, ibid.

4 Electores ſunt vocandi ad electionem faciendam, etiamſi ipſi venire non poſſint, ex quo non ſunt de hoc certi reliqui de collegio vel capitulo, an illi poſſint intereſſe, vel non, gl. venire, in d. cap. quia propter, § illud autem.

Electores ſi per vim vel impreſſionem principem laicum admiſerint in electionibus, non puniuntur; ſecus, ſi ſponte quo caſu ſuſpenduntur officio & beneficio per triennium, & ea vice poteſtate eligendi, cap. quiſquis, 43. & ibi gl. 1. eodem.

ex Electoribus vnus ſi fuerit contemptus, poteſt ipſe vnam electionem ratificare, & aliam impugnare, cap. Eccleſia veſtra, 57. eod.

Elector vnus ſi electioni noluit intereſſe, cenſetur iuri ſuo renunciaſſe; vnde ſine eo alii procedere poſſunt, ne per eius contumaciam electio retardetur, gl. 1. ibid.

Electores non poſſunt variare publicato ſcrutinio; ſed debent compelli ad electionem & collationem, cap. publicato, 58. eod.

Electores poſſunt compelli ad electionem, ibid.

Electores publicato ſcrutinio, ideo non poſſunt variare; quia iam res non eſt integra, & talis mutatio poſſet eſſe damnoſa Eccleſiæ: & cum quaſi ceptum ſit negotium per conſenſum præſtitum in ſcrutinio, neceſſe eſt conſummare, gl. variare, & gl. ſi. ibid.

Electoribus impeditis currit tempus, ſi poſſunt impedimentum tollere, cap. ſi. eod.

Electores poſt electionem non poſſunt recedere ab ea, imò hodie etiam ante electionem, publicato tamen ſcrutinio, variare non poſſunt, gl. 1. in cap. ſi. De tranſlat. Epiſcoporum.

Elector non poteſt ſubijcere electo irregularitatem vel aliquod delictum, niſi ex cauſa ſuperuenienti, gl. 2. in cap. accipimus. De ætate & qualit.

5 Electores in eligendo ſua vota diuidere in duas partes non eſt nouum, nec reprehenſibile, gl. 1. in cap. ex parte. De arbitris.

Electores poſſunt proſequi electionem quam fecerunt, quaſi eorum interſit, cap. cum Eccleſia Sutrina, eod.

Electores poteſt ſuperior adſtringere per abiurationem, vt eligant ſecundum Deum, & conſcientiam magis idoneum, & vtilem Eccleſiæ, cap. conſtitutis, 46. De appellat.

Electores, ex quo ſemel conſenſerunt in vnum, non poſſunt amplius diſſentire, gloſ. pen. in cap. cum non ignores. De præbend.

Electoribus ad eligendum datur tempus ſex menſium, quibus elapſis deuoluitur ius eligendi ad proximum ſuperiorem: & ſic ad reliquos gradatim, cap. cum in noſtra. De conceſſ. præbend.

Electores eligentes ſcienter excommunicatum minori excommunicatione, non priuantur iure eligendi, dd. reprob. gl. ſcienter, in cap. ſi. De clerico excommunic.

Elector, qui prima ſua electione non caſſata ſecundam attentat, puniri debet, cap. cum inter dilectos, & ibi gl. irritam. De exceſſ. Prælat.

Electores electionem publicatam in præiudicium electi variare non poſſunt, gl. eligere, in cap. duobus. De reſcript. lib. 6.

Electores debent procurare in quantum poſſunt, vt electi conſentiant electioni, cap. quam ſit. De electione, lib 6.

6 Electores ſi fuerint negligentes in præſentando, non nocet electo eorum negligentia, gloſ. commode, ibid. & cap. cupientes, §. hac generali, eod.

Electores publicato ſcrutinio compelluntur ad electionem; quod verum eſt, cum dignum nominant; ſecus, ſi indignum nominaſſent in ſcrutinio, gloſ. perſtiterit, in cap. perpetuo, 7. De elect. lib. 6.

Electores, qui habent ad eligendum prælatum tres menſes, ſi eo animo talem elegerunt, qui diſſentiret, vt à die diſſenſus inſuper haberent alios tres menſes, non habebunt illos quia in fraudem id fecerunt, gl. ſi. in cap. ſi electio. 26. eod.

Electores, qui priuati fuerunt poteſtate eligendi, eo quod indignum ſcienter elegerunt, ſi Papa de gratia eos reſtituit, habebunt integrum tempus ad eligendum, quia integrè reſtituti intelliguntur, gl. occultum, ibid.

inter Electores orta diſcordia ſuper electione inducit grauia damna Eccleſiis vacantibus, cap. indemnitatibus, eod.

ex Electoribus decem, ſi octo elegerunt aliquem mendicantem: & reliqui duo alium de ordine non mendicantium, vel contradicunt electioni: etiamſi opponatur contra illos duos, quod ſunt excommunicati, ſuſpenſi vel irregulares, propter quod ius capituli dicatur conſiſtere in illis octo, & per conſequens iuris fictione electio facta in concordia: nihilominus hoc non iuuat mendicantem electum, nec dicitur electio facta in concordia, gloſ. quæ in facto, in clem. quòd circa. De elect.

Electores hodie, publicato ſcrutinio, non poſſunt variare, 7
gl. a in cap. ſi qua vidua, diſt. 28.

Electores poſſunt deſiſtere ab electione, & alium eligere, quando ſuperior electionem improbauit etiam ex vitio electi, can. de Petro, diſt. 47

Electores poſſunt petere confirmationem electi, can. poſtquam, diſt. 50.

Electores debent ſibi in pluribus idoneis prouidere, ita vt electione de vno caſſata, alium idoneum poſſint eligere, can. ſtudij, diſt. 61.

Electores debent eligere in Epiſcopum aliquem de ſua Eccleſia, & non de aliena, quamdiu inter eos inuenitur quis idoneus, can. obeuntib. diſt 61.

Electores non debent eligere laicum in Epiſcopum, quamuis etiam benemeritum, ibid.

Electores ſi ſeparatim conſenſerunt in aliquem, talis conſenſus non valet, quia nominationes citra concilium publicum factæ non valent, gl 1. in can. nullus, diſt. 62.

Elector, ſi inhabilem nominat & eligat, & appellatur, tenetur dare ſumptus, quos fecerunt aduerſarii, gl. ſuper nos, in can. Valentinianus, diſt. 63.

Electores poſt electionem non poſſunt variare, ſed ante publicationem ſcrutinij rectè poſſunt, gl. in can. quanto, diſt 63.

Electores in primis ſciant, nihil ſe ad Dei gloriam, & populorum ſalutem vtilius poſſe facere, quam ſi bonos paſtores, & Eccleſiæ gubernandæ idoneos promouere ſtudeant. Conc. Triden. ſſ. 24. De reform. cap. 1.

Electores alienis peccatis communicantes, mortaliter peccare intelliguntur, niſi quos digniores & Eccleſiæ magis vtiles ipſi iudicauerint, non precibus, vel humano affectu, aut ambientium ſuggeſtionibus, ſed eorum exigentibus meritis præfici diligenter curauerint, Concil. Trident. d. cap. 1. De reform.

Reliqua in verbo, Arbiter, n. 5. 6. Eccleſia, 147. Scrutinium. Numerus, 1. Sollicitans.

Electio in genere n. 1. vſque ad n. 36.
quoad validitatem vel inualiditatem electionis, num. 37. vſque ad 45.
quoad maioritatem partis, & quoad zeli ad zelum & dignitatem, n. 46. vſque 52.

ELECTIO à poſtulatione differt: nam electus dicitur confirmari: ſed poſtulatus non confirmatur, ſed admittitur, cap ſcriptum, 40 & ibi gl. maiorem. De elect. 1

Electio verbum quandoque æquiuocè ponitur pro conſenſione, & etiam pro electione, gl. electio, in cap. cum dilectus. De conſuetud.

in Electionibus attenditur conſuetudo, gl. ſi. in cap. cum venerabilis, eod.

Electio Prælati ſpectat ad collegium illius Eccleſiæ, vbi Prælatus eligitur, cap. cum dilectus, eod.

Electionibus vt intereſſet quis, ſi de gratia ſit ei conceſſum, is ob id nec ius, nec aliquod commodum acquirit ſibi: vnde qui conceſſerunt, poſſunt reuocare, & illum non admittere, gl. de gratia, in cap. bonæ, 2. De poſtulat. Prælator.

Electio canonica confirmanda eſt; debet tamen ſuperior ante confirmationem inquirere de conuerſatione, & vita electi, vbi fuit conuerſatus, cap. 3. De electione.

per Electionem non dicitur quis habere plenum ius ante confirmationem faciendam per ſuperiorem, ibid.

Electionem non debet ſuperior ex abrupto confirmare: ſed debet prius inquirere de vita, & moribus electi, ibid.

Electio Papæ pertinet ad Cardinales, cap. licet, eod.

Electio Epiſcopi debet fieri infra tres menſes à die vacationis: & infra tres menſes, computandos à tempore confirmationis, debet conſecrari, gl. tempore, in cap. cum in cunctis. 7. §. 1. eod.

Electione collegij habita, ante confirmationem appelatur quis electus, cap. noſti, 9. eod.

Electio debet eſſe in libertate eligentium, nec valet conſuetudo contraria, cap. cum terra, 14. De elect. 2

Electio prælati debet fieri in Eccleſia, vel in capitulo illius loci, cui debet præeſſe prælatus, gl. in quo, ibid.

per Electionis confirmationem non transfertur poteſtas exercendi ea, quæ ſunt ordinis: illa enim transferuntur per conſecrationem, ibid.

Electioni de ſe factæ renuntians non poteſt appellare ad impediendam electionem alterius, cap. cum inter, 26. eod.

Electio poteſt fieri abſente decano, licet ſit pars honorabilior

lior capituli, gl. 1. Ibid.
ad Electionem non vocandi ſi vocentur, valet electio facta, etiam eis non expectatis, d. cap. cum inter.
Electioni factæ de Epiſcopo præſtat Rex conſenſum, & ſic non expectatur, quòd prius fiat confirmatio, quàm peta tur conſeoſus, ibid.
in Electionibus longa mora eſt valde ſuſpecta, & moroſa, cap. cum inter, 18. & gl. reuocari, in cap. cum nobis, 19. eod.
Electio an fuerit celebrata poſt appellationem inſpici non debet: ſed ao contra appellationem ſit facta, debet inſpi ci, d. cap. cum nobis.
Electio dicitur concorditer facta per capitulum, ſi omnes exiſteotes in capitulo conſentiuot, licet vocati venire contemnant, d. cap. cum nobis, iuncta ſoperſcriptione.
in Electionis cauſa, ſuperior ſupplet ex officio nobilit ad inquiſitionem faciendam, licet ab aduerſarijs non oppona tur, ibid.
3 Electio prælati vt fiat, publicæ vtilitatis intereſt, gl. 2. in d. cap. cum nobis.
ad Electionem ſi fuerint vocati præſentes & abſentes, ſtatuto eis termino competeoti, intra quem venire poſſint conuenienter, ſi non venerint, & aſſignauerint iuſtam cauſam, quare non veniant, alij poſſunt poſtea ad electionem procedere, ibid.
Electionem confirmans, etiamſi oihil objiciatur electo, debet inquirere de modo electionis, an ſit cauonicè facta; & de perſona etiam electi, an ſit idonea; & de omnibus talibus debet ex officio ſuo inquirere, cum ſua interſit ne puniatur, gl. ex offic. ibid.
Electionis decretum debet continere totam ſeriem & formam electioois, nomioa eligeotium, & eorum conſeoſum, & ſubſcriptiones cuiuslibet, ita vt per tale decretum appareat., formam fuiſſe ſeruatam, gl. 2. in cap. innotuit, eod.
Electionis decretum eſt de ſubſtantia electionis: ita vt niſi fiat publicatio voluntatum, & inquiſitio & collatio, & electio ſubſequenter incontinenti, non valet electio: non tamen propterea ſequitur, quòd ſcriptura ſit de ſubſtantia electioois, d. gl. 2. cum addit. in marg.
Electio Prælati debet fieri in capitulo, cap. cum inter, 21. eodem.
Electio de aliena Eccleſia, quamdiu reperitur idoneus in ea-
4 dem Eccleſia, licet non eſſet facienda; & honeſtum eſt, & ſit de iure, quod ita fieret: ſi tamen maior & ſenior pars capituli aliter faciat, valet: quia in hoc renunciauit iuri ſuo, quod in fauorem plurum fuerat iotroductum, gl. aliam, ibid.
in Electionibus factis etiam ad dignitates inferiores debet fieri triplex collatio: ſcilicet numeri ad numerum, zeli ad zelum, & meriti ad meritum, gl. reſilire, in d. cap. cum inter.
in Electione antiquiores in Eccleſia debent præcedere alios, ſiue ſit antiquitas reſpectu ætatis, ſiue dignitatis, ſiue reſpectu receptionis, cap. dudum, & ibi gl. & tempore, & add. mag. eod.
Electio Papæ ſi in vrbe Romana fieri non poteſt, Cardinales debent exire ad locum idoneum, gloſ. metuebant, in cap. bonæ, 23. eod.
ad Electionis vel præſentationis validitatem non requiritur neceſſariò, quòd eligentes, vel præſentantes habeant ius eligendi vel præſentandi: ſed ſatis eſt, quòd ſint in quaſi poſſeſſione eligendi, vel præſentandi, cap. querelam, 24. eod.
Electio Prælati debet celebrari in Eccleſia Cathedrali ſecundum ius, ſi fieri poteſt, cap. quod ſicut, 28. & ibi gloſ. 2. eod.
Electio facta de Prælato debet præſentari Principi patrono,
5 vt ſuum aſſenſum præſtet poſtulationi, d. cap. quòd ſicut, & ibi gl. 3.
Electionem non impedit nominatio, vel appellatio eius, cuius non intereſt, ibid.
Electionem ratam habere poſſunt abſentes, qualitercumque præſentes elegerint, dummodo electio non ſit nulla ipſo iure, gl. conſentire, ibid.
in Electionibus Prælatorum de iure non debet prius requiri regius conſenſus, etiam Rege ipſo hoc poſtulante, & appellante, ne electio aliter fiat: quod procedit, etiamſi Rex ſit patronus Eccleſiæ, d. cap. quod ſicut.
de Electionis forma ſubſtantiali non eſt vocatio abſentium: nam valet electio aliquibus non vocatis, licet veniat irritanda contemptis proſequentibus contemptum, ibid.
Electiones plures vbi concurrunt, quæ fiunt incontineoti, neutra impedit aliam; ſed præualet illa, quæ maioribus iuuatur meritis, & plurimorum approbatur aſſenſu, gloſ. irritandam, in cap. auditis, 29. eod.
Electio ſeu poſtulatio publicanda eſt in capitulo, cap. in cauſis, 30. eod.
6 ex Electione ſola poteſt quis conſequi ius decanatus abſque aliqua confirmatione: & valet talis conſuetudo, cap. cum in iure, 33. & ibi gl. ſi. eod.
ad Electionem ſunt vocandi omnes de capitulo, qui fuerint in prouincia: intellige, ſi commodè vocari poſſunt, cap. coram, 35. & ibi gl. 1. eod.
ad Electionem abſentes an ſint vocandi, & à quàm remoto loco, ſtandum eſt conſuetudini cuiuſque Eccleſiæ, d. gloſ. 1.
ſuper Electione futuri Pontificis non poteſt haberi tractatus, ſeu ordinatio, etiamſi deſperetur de conualeſcentia Prælati ægrotantis: debet enim expectari omnino mors eius, cap. bonæ, 33. eod.
Electionem ſuam poteſt proſequi non ſolum electus, ſed etiam Electores, ibid.
ad Electionem futuri Pontificis poteſt procedi ab hora mortis Pontificis, etiam antequam corpus tradatur ſepulturæ, dicet de honeſtate expectari debeat ſepultura Prælati, d. cap. bonæ, & ibi, gl. 1.
Electioni magis obſtat contemptus vnius, quàm multorum contradictio in præſentia, d. cap. bonæ ad ſi.
Electio ratione contemptus ſolum debet in pœnam retractari: non tamen debent electores priuari poteſtate eligendi, gl. 1. ibid.
Electio aliàs canonica confirmatur; licet quidam eligentium eſſent minori excommunicatione alligati, cap. illa quotidiana, 39. eod.
in Electione Epiſcopi, vel Patriarchæ, præpoſiti & alii Prælati Eccleſiarum conuentualium, non habentes vocem, poſſunt admitti de gratia ad electionem, cap. ſcriptum, 40. eodem.
in Electionis actu poteſt vnus obtinere vocem plurium, & 7
pro pluribus dare vocem, ibid.
Electio ad Epiſcopatum debet fieri de digno ſcientia, moribus, & ætate; & quod habeat 30 annos completos, & ſit de legitimo matrimonio, cap. cum in cunctis, 7. De electione.
Electio & poſtulatio quando concurrunt in eadem Eccleſia, data idooeitate electi & poſtulati, præfertur poſtulatio, ſi ſit facta duplo maiori parte capituli: aliàs præfertur electio, licet non ſit facta à maiore parte capituli, d. cap. ſcriptum, & ibi, gl. maiorem.
in Electionis vel poſtulationis cauſa principaliter eſt inquirendum de duobus, antequam admittatur poſtulatio, vel confirmetur electio: ſcilicet de forma eligendi, & de meritis electi, d. cap. ſcriptum. De electione.
Electio debet fieri de gremio Eccleſiæ, ſi ibi reperiatur perſona idonea: aliàs debet fieri de loco extrinſeco, cap. ne pro defectu, eod.
Electione à Papa interdicta, currit tempus eligere debentibus, niſi petant eligendi licentiam, gl. 3. ibid.
Electione interdicta, non eſt neceſſaria proteſtatio electoris quòd non poteſt eligere intra ſtatutum tempus, vt ſibi non noceat lapſus temporis aduerſus Papam prohibentem electionem, d. gl. 3.
Electio per ſcrutinium vt fiat, oportet primò quod vocentur hi qui volunt, & poſſunt, & debent commodè intereſſe; item debent aſſumi de collegio tres, cap. quia propter, 42. De elect.
in Electione ad ſcrutinium aſſumpti debent eſſe fide digni, 8
qui ſecreta & ſigillatim vota cunctorum diligenter exquirant, & in ſcriptis redacta mox publicent in communi, & habita collatione eligatur is, in quem omnes, vel maior & ſanior pars capituli conſenſerit, ibid.
in Electionibus dignitatum, & perſonarum Eccleſiarum Cathedralium non eſt neceſſe de iure, quod ſeruentur formæ traditæ in cap. *quia propter*, licet de facto illæ rectè poſſint ſeruari, gl. 1. ibid.
in Electionibus Epiſcopatuum, & Prælaturarum Eccleſiarum collegiatarum, in quibus prælati habent iuriſdictionem, tres tantum formæ ſunt approbatæ à iure; ſcilicet ſcrutinij, compromiſſi, & inſpirationis: reliquæ omnes ſunt improbatæ, d. cap. quia propter, & ibi gl. 1.
ad Electionem faciendam omnes qui habent ius eligendi, & qui ſunt in quieta poſſeſſione eligendi, ſunt ſimul vocandi. gl. qui debent, ibid.
ad Electionem omnes ſunt vocandi, qui commodè poſſunt vocari, & ſi quis eorum nolit intereſſe electioni, reliqui procedere poſſunt ſine illo, poſtquam conſtiterit, gl. & volunt, ibid.
ad Electionem non ſunt vocandi illi, qui commodè & ſine periculo vocari non poſſunt, gl. commodè, ibid.
in Electionibus per ſcrutinium ideo aſſumuntur de collegio 9
tres ſcrutatores, vt malitiis quorumdam obuietur: tum quia quidam fortè timore vel fauore timent aliquem nominare in publico, quem nominant in ſecreto: & vt liberè nominent quem volunt, d. cap. quia propter, & ibi gl de collegio.
in Electionibus per ſcrutinium forma ſubſtantialis eſt, quod ſecretò & ſigillatim fiat inquiſitio votorum, & publicatio in communi, collatio & communis electio incontinenti, nullo actu contrario intermiſſo, vnum poſt aliud faciendo, & quod vota in ſcriptis redigantur, vt ſi quis vellet mutare, ei ſcriptum obuiet, gl. ſanior, ibid.
de Electionis ſubſtantia non eſt, quod vocetur is, qui commodè vocari poſſit, nec quod ad ſcrutinium tres tantum aſſumantur, dummodo tot ſint ſcrutatores, quòd fraus fieri non poſſit, nec quòd illi aſſumantur de collegio, ibid.
in Electionibus conſilium religioſorum inquiri debet, ibid.

in Electionibus facilius conſulitur Eccleſiæ dando vices ſuas compromiſſariis, vt eligant eorum vice, quam per ſcrutinium, gl. vice omnium, ibid.

Electio per inſpirationem facta vt valeat, requiritur, quod ſit facta ab omnibus & abſque vitio, ſcilicet ſimoniæ, vel alicuius tractatus, d. cap. quia propter, verſ. aliter electio.

ad Electionem quis venire non poſſe dicitur, qui non poteſt venire ad locum, vbi fit electio, vel propter timorem, vel infirmitatem; vel ſi vocetur ad maius tribunal: & his caſibus dicitur ex iuſta cauſa impeditus, gl. venire, in d. cap. quia propter, § illud autem.

10 Electio quàm citò fuerit facta, ſolemniter debet publicari, d. cap. quia propter, §. fi.

Electiones clandeſtinæ non valent, ibid.

Electio clandeſtina dicitur, quæ fit ſingulariter, & occultè per occulta conuenticula, gl. fi. ibid.

in Electionibus ſi laici admitterentur, aſſumerent ſibi ius in poſterum, & ſic periret libertas Eccleſiæ, gloſ. 2. in cap. quiſquis, 43. De elect.

ex Electione ſola habetur ius adminiſtrandi in electis ad curam animarum, ſi ipſi ſubſunt Romano Pontifici, & ſint valdè remoti, puta vltra Italiam, cap. nihil, 44 & ibi gl. fi. eod.

ex Electione ſua habet ius adminiſtrandi electus in Romanum Pontificem, d. gl. fi.

ante Electionem ſi quis dicat ſe debere intereſſe, & ab his qui ſunt de collegio, hoc negatur, præmiſſa proteſtatione; vt ſi docuerit de iure ſuo, valeat vox eius, poſſunt procedere omnes ad electionem: & in hoc caſu neceſſe eſt doceri de iure ſuo, gl. 1. in cap. conſtitutis, 47. eod.

Electio prælati regulariter pertinet ſolum ad illos, qui ſunt de capitulo, d. cap. conſtitutis.

de Electionis ſubſtantia vel forma ſunt, publicatio, & collatio, inquiſitio, & incontinenti electio, & ſcriptura, ita quod ſi quid eorum defecerit, non tenet electio, cap. Eccleſia veſtra, & ibi gl. proceſſus, & cap. Cumana, 50. & ibi gl. contra formam. De electione.

11 Electio cum electi quando irritatur, non propter hoc alteri eſt electo ius acquiritur, d. cap. Eccleſia veſtra.

in Electione requiritur pro forma ſubſtantiali verbalis electio, ibidem.

Electionis Epiſcopi actui non debent intereſſe clerici, & capellani, cap. Cumana, eod.

ad Electionis actum ſi dubium ſit, an qui petunt admitti, debeant admitti, vel vtrum habeant vocem, aut non, cautela eſt, quod cum proteſtatione admittantur, ibid.

de Electionis forma ſubſtantiali eſt, quod fiat collatio zeli, numeri, & meriti, ibid.

in Electione Epiſcopi de iure non debent intereſſe clerici, Capellani, & Abbates; rectè tamen poſſunt intereſſe de conſuetudine, gl. conſuetudine, ibid.

Electio Epiſcopi ſpectat tantum ad capitulum, ibid.

Electionem Prælati in Eccleſia collegiata non poteſt habere laicus, etiam ex pacto, vel compoſitione, cap. ſacroſancta, 51. & ibi gl. 1. eod.

Electioni tempus præfixum arctari poteſt à principe ex cauſa, cap. cum in veteri, 52 eod.

12 Electionem celebrari de conſilio aliquorum, licet Papa mandauerit, non tamen per hoc videtur adempta poteſtas eligendi per viam compromiſſi, ibid.

Electio, vt actus capitularis, debet fieri à capitulo congregato, vt capitulo, cap. congregato, 53 eod.

Electio facto ſcrutinio ſtatim, id eſt antequam electores diuerterent ad alium actum, fieri debet: poteſt etiam ex interuallo, repetito inter eoſdem ſcrutinio, & tractatu, fieri, d. cap. congregato, & ibi gl. poſtmodum, & ibi add.

contra electionis formam opponens vel excipiens, ſi non probauerit quod opponit, condemnatur aduerſæ parti in expenſis, gl. contra electum, in cap. dudum, 54. De elect.

ad Electionis actum vocandi ſunt abſentes: ſed de quàm remoto loco, ſtatur conſuetudini, cap. in Geneſi, 55. & ibi gl. pen. De elect.

Electio debet fieri à congregatis in vnum, cap. Eccleſia veſtra, 57. eod.

ad Electionem quòd vocetur is, qui poteſt & debet intereſſe electioni, non eſt de forma electionis, ſed de iuſtitia, ibid.

Electio, publicato ſcrutinio, videtur quodammodo initiata, gl. variare, in cap. publicato, 58. eod.

Electio per conſenſum electi perficitur, gl. 2. in cap. fi. De transla. Epiſcop.

Electioni de ſe factæ per ſecularis poteſtatis abuſum, conſentiens efficitur ineligibilis, gl. fi. in cap. quod in dubijs. De renunc.

Electione per lapſum ſex menſium deuoluta ab inferiori ad ſuperiorem, inferior priuatur ipſo iure poteſtate eligendi, cap. fi. De ſupplen. neglig.

13 Electionibus duabus concurrentibus, vna inferioris poſt deuolutionem ad ſuperiorem, alia ſuperioris; præfertur electio facta per ſuperiorem, poſt deuolutionem ad eum, ibid.

Electiones de iure communi pertinent ſimul ad Epiſcopum, & capitulum, niſi conſuetudo repugnet: quod poteſt fieri, quòd à capitulo fiat per ſe, vel ab Epiſcopo per ſe, d. cap. fi. & ibi gl. 1. De ſuppl. neglig.

Electio admittitur ex multa diſpenſatione, quando inhabilis etiam natiuitatis vitio eligitur, cap. 1. De corpor. vitiat. ordin.

Electio non debet confirmari, pendente principali quæſtione iuris eligendi, cap. cum veniſſent, 2. De in integr. reſtit.

ad Electionis ab alio factæ validitatem concludendam, neceſſe eſt, quod concludatur de quaſi poſſeſſione, ibid.

Electionis quaſi poſſeſſio debet eſſe inconcuſſa, id eſt non interrupta, & tanta cum bona fide: alias non valet electio, ibid.

Electio facta lite pendente à prætendente ſe poſſidere, an valida ſit, pendet ex litis euentu: & lis litis conteſtatio non conſtituit quem malæ fidei poſſeſſorem lite pendente, ſed tantum fingit eum malæ fidei, cap. 2. §. electionis, eod.

Electio facta ab his, qui etiam de iure habent poteſtatem eligendi, non debet confirmari per ſuperiorem, ſi fuit facta lite pendente ſuper iure eligendi: ſed debet differri confirmatio in euentum litis principalis, d. cap. 2.

14 Electione priuari non debent lite pendente illi, qui erant in quaſi poſſeſſione iuris eligendi, gl. fi. ibid.

in Electionibus Prælatorum facienda eſt diligens inquiſitio, gl. diſcordes, in cap. cum olim. De arbitris.

Electioni Prælati Eccleſiæ poſſunt canonici eiuſdem Eccleſiæ ſe opponere, cap. exhibita. De iudicijs.

ad Electionis confirmationem datus non dicitur merus executor: ſed debet procedere parte citata, ibid.

ſuper Electione hodie procedi poteſt duplici modo, videlicet per modum commiſſionis, & per modum inquiſitionis, ibid.

in Electionibus inuocatio Spiritus Sancti, quæ ſolet fieri, debet fieri per decantationem Hymni, *Veni Creator*, vel Miſſæ de Spiritu Sancto: non tamen eſt de forma ſubſtantiali electionis, nec de iure communi, ſed ex quadam conſuetudine, cap. cum Eccleſia Sutrina. De cauſa poſſeſſionis.

Electio facta aliquibus excluſis, & ſpoliatis, non eſt nulla, ſed annullanda, ibid.

in Electionis cauſa proceditur contra contumacem etiam ad diffinitiuam, & contumax poteſt de miſericordia citari, & audiri, cap. cum olim. De dolo & contum.

Electio in Collegiata Eccleſia ſpectat ad Collegium, non ad Epiſcopum: confirmatio verò ad Epiſcopum, vel ſuperiorem, cap. ſignificauerunt. De exceptionibus.

Electionem quando ſuperior non vult confirmare, debet recurri ad ſuum ſuperiorem; & poteſt adiri etiam appellationis via, ibid. 15

Electionis confirmatio facta ab excommunicato, qui aliàs habebat poteſtatem confirmandi, tenet mero iure, cap. ad probandum, 24. De re iudic.

Electiones poſſunt examinari ſeu confirmari in Eccleſia, ſeu in Palatio Epiſcopi, vel in camera ſua, cap. qua fronte, 25. De appellat.

Electio illius qui habet plures dignitates, vel præbendas, debet caſſari, cap. cum iamdudum, 18. De præbend.

Electione vnius quis cenſetur renunciare alteri, cap. officij. De teſtam.

Electio ſimoniaca eſt caſſanda, ſi propter hoc electoribus promiſſa fuit pecunia, quamuis electus hoc ignoret: niſi hoc fuiſſet factum in fraudem electi, cap. nobis, 27. De ſimonia.

Electio dicitur ſimoniaca, non ſolum cum pecunia promiſſa, ſeu data eſt omnibus electoribus, ſed etiamſi data, vel promiſſa eſt vni ex eis, ibid.

ante Electionem nulla pactio, promiſſio, vel datio debet interuenire: & ſi interueniat, committitur ſimonia, gl. 2. ibidem.

Electio de aliquo facta, ſi contingat reprobari propter ſimoniam, illa vice non poteſt Epiſcopus cum tali electo diſpenſare, vt iterum eligatur ad eamdem prælationem, gl. fi. in d. cap. nobis. 16

Electio Prælati poteſt fieri de aliena Eccleſia, gl. 1. in cap. ſignificaſti, 33. eod.

Electio per ſortem fieri non debet, gl. 2. in cap. 2. De ſortilegijs.

Electio Prælati per ſortes fieri non debet, nec electiones compromiſſariorum per ſortes debent aſſumi, cap. fi. eodem.

Electio eſt alicuius perſonæ ad ſuperioritatem, vel ſocietatem fraternam canonica aſſumptio, gl. vera, in cap. 1. De poſtul. prælat. lib. 6.

per Electionem veram dicitur matrimonium contrahi, quoad conſenſum eligentium, ſubſequuto poſtmodum electi conſenſu, gl. cura, ibid.

Electio vel poſtulatio ſub hac forma, *eligo vel poſtulo prout melius de iure valere poteſt*, valet quando dubitatur in facto; ſcilicet an aſſumendus in perſonatibus, vel beneficijs cum cura attigerit 25 annum, vel aſſumendus in Epiſcopum attigerit 30. annum: ſecus, quando dubitaretur ignorantia iuris, quæ ciſa electio vel poſtulatio ſub

illis

illa forma eſt nulla, gloſ. probabiliter, ibidem.

contra Electionem, prouiſionem, vel poſtulationem, ſi aliquid opponatur in perſonam vel formam, & ob hoc fuerit appellatum ad Papam, appellans, & defendens, & quorum intereſt, à die obiectionis inſra menſem arripere debent iter eundi ad Papam, cap. 1. De electione, lib. 6.

17 Electionis verbum large ſumptum comprehendit etiam poſtulationem, d. cap. 1. §. 1. & ibi gl. 1. De electione, lib. 6.

ex Electione ſola non oritur ius, ſed ex ſcrutinio exinde ſecuto, cap. 2. eod.

Electio debet eſſe pura, non conditionalis, vel alternatiua, ibid.

Electio Romani Pontificis quomodo debeat fieri cum moritur in ciuitate, in qua cum ſua curia reſidebat, enarratur in cap. vbi periculum, §. hoc ſacro. eod.

in Electione Papæ ſpeciali iure abſentes non vocantur; ſed expectantur decem diebus tantummodo, d. §. hoc ſacro. & ibi gl. decem.

pro Electione Papæ non poſſunt intromitti aliqui in conclaui, niſi omnes Cardinales conſenſerint, d. cap. vbi periculum, §. nulli.

Electio non debet fieri in loco interdicto, niſi dicatur hoc eſſe ſpeciale in electione Romani Pontificis, gl. interdicta, in d. cap. vbi periculum, §. præterea.

Electio Papæ, eo mortuo in mari, debet celebrari in ciuitate, per quam locus ille maris diſtinguitur; quòd ſi mare non diſtinguatur per aliquam ciuitatem, tunc in viciniori eſt facienda, gl. territorium, in d. §. præterea.

18 Electio debet eſſe libera, cum ex conſenſu procedat, gloſ. electio, in d. cap. vbi periculum, §. cæterum.

Electio & poſtulatio non includuntur ſub verbo prouiſionis ſtricte ſumpto, gloſ. 2. in cap. vt circa. De electione, lib. 6

contra Electionis formam poteſt obijci, quòd non fuerit ſeruata forma cap. *quia propter*, contra poſtulationis formam poteſt obijci, quòd non eſt concors, vel ſaltem à duabus partibus celebrata, & hoc quando vnus poſtulatur, & alter eligitur, vel quando poſtulatus eſſet, qui debuiſſet eligi, gl. formam, in d cap. vt circa.

Electio eſt, actus legitimus, gl. eligentium, in d. cap. vt circa, §. edicto.

in Electione diſpoſitum quoad confirmationem eius, idem cenſetur diſpoſitum in poſtulatione, gloſ. fin. in cap. quam ſit, eod.

Electio communis non poteſt dici nominatio, vel votorum publicatio, gl fi. in cap. perpetuo, 7. eod.

Electio in Eccleſia Collegiata de iure communi ſpectat ad Collegium; in Eccleſia non Collegiata, ſpectat ad patronum, niſi aliud conſuetudine inducatur, gl. ſpectat, in cap. ſciant, 12 eod.

Electionis negotium debet tractari de iure in curia, quando Eccleſia immediatè eſt ſubiecta Papæ, vel quando appellatur ab electione, cap. cupientes, §. hac generali, eod.

19 ex Electione quæritur ius electo, d. cap. cupientes, § inſuper.

ſuper Electionibus & contingentibus illas, debet ſuperior diligentem inquiſitionem facere, d. cap. cupientes, §. ad hæc

in Electione Prælati expenſæ occurrentes debent fieri de bonis pertinentibus ad Prælatum tantum, de cuius electione agitur, ibid.

Electio concors dicitur, quæ ab omnibus, nemine diſcrepante, facta eſt, gl. concordem, ibid.

Electiones vbi ſunt factæ in diſcordia, electi debent prouidere de expenſis, & inſtructoribus, qui mittuntur ad curiam, gl. neceſſariis, in d. cap. cupientes, §. ſi vero.

Electio præſentata procuratori generali electi infra tempus debitum, non excuſat electores à pœna conſtitutionis *cupientes*: niſi electus ratum haberet infra tempus, infra quod debuit præſentari, gl. electis, ibid.

Electio præſentata procuratori ſpeciali electi, excuſat electores à pœna conſtitutionis *cupientes*, ibid.

Electionis pronunciatio debet fieri per vnum, licet ipſe actus eligendi fiat per plures, ſiue procedatur per viam compromiſſi, ſiue ſcrutinij, cap. ſicut, eod.

Electio communis debet fieri per eum, qui habet primam vocem, vel eum, cui capitulum commiſerit; ſed ſi capitulum, vel illi qui conſenſerunt non committant hoc expreſsè alicui, vnus præſentibus alijs facta collatione eligat vice capituli, & conſentientium: & ſatis eſt, quia ratihabitio, & taciturnitas mandato comparantur, gl. 2. in d. cap. ſicut.

20 in Electione fienda per ſcrutinium, voces illorum de capitulo ſunt recipiendæ ſecreto & ſigillatim, cap. ſi cui, 23. eodem.

in Electionibus iura voluerunt, quòd ſeruarentur certæ formæ; ſi illæ non ſeruentur, non teneat electio, licet omnes conſentiant, gl. præter, in cap. ſi cui, 23. eod.

Electionem duplicem in eadem Eccleſia habere poteſt quis: non tamen poteſt petere confirmationem, niſi ex vna, cap. vt quis, 25. eod.

per Electionem vnius Prælaturæ quis videtur alteri renunciare, ibid.

Electio non ſortitur effectum per quatuor modos, ſcilicet quando electus non conſentit, vel poſt conſenſum renunciat, vel moritur, vel propter vitium occultum ipſius electi, cap. ſi electio, 26. eod.

Electio poteſt fieri poſt mortem Prælati, antequam corpus ſuum tradatur ſepulturæ: quia tempus electionis currit à morte, ibid.

Electio ſi ex iure deuoluto ſpectet ad Archiepiſcopum, vel alium ſuperiorem, propter negligentiam Canonicorum, & is eligit, & electus diſſentit, vel renunciat, vel moritur, ad Canonicos redibit electio, gl. integrum, in cap. ſi electio 26. De electione, lib. 6.

Electio in Eccleſia comprehendit etiam electionem principalis Prælaturæ, cap. nullus, 28. eod.

pro Electionis negotio inſtruendo per decretalem *cupientes*, 21
accedens ad ſedem Apoſtolicam, eundo, & hac de cauſa ſtando, & redeundo, integrè, præter quotidianas diſtributiones, percipit fructus beneficiorum, quos poſſet percipere, in ipſa Eccleſia reſidendo, cap. cum non deceat, 30. eodem.

Electionis ius non cadit in laicum etiam conuerſum, gloſ. fin. ibid.

Electionis negotium proſequens, dicitur facere & procurare vtilitatem Eccleſiæ, d. cap. cum non deceat.

Electionis forma tradita per decretalem *cum dilecti*, non eſt ſublata per conſtitutionem *quia propter*, cap. cum expediat, 29. eod.

Electio mala eſt in culpa, gl. pacificam, in cap. commiſſa, 35. eod.

Electio poteſt fieri, antequam Epiſcopus tradatur ſepulturæ cap. ſi compromiſſarius, 37. eod.

Electio vbi defertur à iure, poteſt ſæpius fieri, & variari, ſed vbi defertur ab homine, vna electione conſumitur poteſtas eligendi, d. cap. ſi compromiſſarius, §. ſi vero, & ibi gl. conſentire, eod.

Electio & confirmatio ſunt partes totaliter ſeparatæ, cap. ſi confirmationem, 39. eod.

ad Electionem paſſiuam requiritur expreſſa profeſſio; ſecus eſt 22
in actiua, cap. indemnitatibus, 43. eod.

Electio Abbatiſſæ debet confirmari ſecundum formam, cap. fi. *De electione*, d. cap. indemnitatibus, §. ſane.

Electio per viam ſcrutinij, & electio per viam compromiſſi parificantur quandoque, gl. expectare, in d. cap. indemnitatibus, §. cæterum.

in Electione monialium ponentes vel nutrientes diſcordiam, ipſo iure ſunt excommunicati: abſolui tamen poſſunt ab Epiſcopo, d. cap. indemnitatibus, §. poſtremo, & ibi gloſ. ſubiacere.

de Electione virorum tractantia iura non mutantur per conſtitutionem *indemnitatibus*, dict. cap. indemnitatibus, 43 §. fi. eod.

Electio monialium ad Abbatiſſam habet decem ſpecialia, quæ non habet electio virorum, gl. in multis, & ibi add. in d. §. fi.

Electio eſt actus per ſe ſeparatus à confirmatione, cap. ſi eo tempore, 45. eod.

ad Electionis actum poteſt quis non ſolum vnum, ſed etiam plures procuratores conſtituere; dum tamen cuilibet illorum det poteſtatem in ſolidum, & tunc erit melior conditio occupantis, cap. pe. De election. lib. 6.

ad Electionis actum procuratores duo vel plures conſtituti in ſolidum, ſi concurrant in ſimul, & poſtulent ſe admitti, admitti non debent; ſed is debet admitti, quem capitulum vel maior pars elegerit: & ſi non concordauerint, tunc debet admitti is, qui primò in inſtrumento procurationis fuerit nominatus, ibid.

ad Electionis actum ſi plures procuratores fuerint conſtituti, non in ſolidum, tunc nullus eorum debet admitti, ibid.

Electio per ſcrutinium fit ita, *conſentio in talem*, & debet fieri ſecretò & ſigillatim, gl. fi. in d. cap. pe. §. fi.

Electio incertæ perſonæ quando committitur, in quam debet 23
fieri executio actus, cenſetur electa induſtria perſonæ; & ſic non poteſt committere vices ſuas, cap. is cui. De officio deleg. lib. 6.

ex Electionibus diuerſis factis in eadem Eccleſia, fit damnum ipſi Eccleſiæ, cap. 1. Vt lite pendent. lib. 6.

Electio ſecunda facta, non caſſata prima, in litigium deducta, eſt nulla, gl. ſtatuimus, ibid.

Electio licet conficiatur ex plurium conſenſu: tamen ea deducta in eſſe dicitur actus vnicus, cap. cum ab vno. De re iudic. lib 6.

Electio, poſtulatio, & prouiſio ſunt actus extraiudiciales, & poſſunt fieri extra territorium exercentis, cap. concertationi. De appell. lib 6.

in Electionibus qui non multum diſtat, vocari debet: ſed qui in remotis eſt, non debet vocari, gl. in remotis, in cap. religioſus, §. 1. De teſtam. lib. 6.

per Electionem alicuius de ſimul incompatibilibus, videtur quis alteri renunciare, cap. beneficium, 4. De regular. lib. 6.

Electionis & poſtulationis actus eſt extraiudicialis, cap. ſolet, § fi. De ſententia excommunic. lib. 6.

Electio & poſtulatio dicuntur actus legitimi, ibid.

Electiones duas quis ſimul proſequi non poteſt; nec vna ele- 24
cta,

ctâ, redire ad alteram, gl. 1. in cap. nullus pluribus. De reg. iuris, lib. 6.
ad Electionem abſentes, qui in loco ſunt, indiſtinctè ſunt vocandi, gl. 2. in cap. cum qui certus, 31. eod.
Electio vel poſtulatio non debet fieri ſub conditione, gl. 2. in reg. actus legitimi, 50 eod.
Electionis cauſa per appellationem ad ſedem Apoſtolicam emiſſa, ita demum ad eandem ſedem deuolui debet, cum procuratores aut domini in ipſa cauſa interpoſita ſpecialiter conſtituti fuerunt, gl. effundendis, in clem. ne Romani, §. ſi. De electione.
Electio, poſtulatio, ſeu prouiſio ſunt diuerſa, clem. cauſam, eod.
Electio ſi ſpectat ad religioſos, ea eorum negligentia fit deuolutio poteſtatis eligendi ad confirmantem, ſiue ſit ille diœceſanus, ſiue non, gl. diſpoſitionem, in clem. 2. De ſupplen. negli. Præl.
in Electionibus quod dicitur inſpici initium quoad habilitatem, intelligitur de initio electionis, non vacationis Eccleſiæ, gl. conſtitutus, in clem. 2. de ætate & qualit.
25 Electio Prælati debet fieri per ſuperiorem, ſi nullus de capitulo ſit in ſacris, vt habeat vocem: ipſe tamen ſuperior debet expectare lapſum termini iuris, vt pertineat ſibi electio per deuolutionem, ibid.
Electionis nomine non continetur poſtulatio, vel prouiſio, & ponuntur tanquam diuerſa, clem. diſpendioſam. De iudicijs.
in Electionum cauſis olim non tenebat proceſſus partibus præſentibus, lite non conteſtata: hodie tamen poteſt procedi ſimpliciter, & de plano, ſine ſtrepitu & figura iudicij, dict. clem. diſpendioſam, & ibi glo. electionibus.
in Electionibus neceſſarium eſt decretum, non tamen de neceſſitate ſubſtantiali, clem. Romani, §. nos eodem. De iureiur.
in Electione Prælati Eccleſiaſtici reprobatur mixtura laicorum; non tamen reprobatur in electione Imperatoris, ibidem.
Electionum tempora currunt eligentibus, qui compromiſerunt; ſecus eſt in appellationum temporibus, quæ non currunt durante compromiſſo, clem. quamdiu, 4 & ibi gl. 2. De appellat.
Electio poteſt fieri per procuratorem, gl. præſenti, in clem. 2. §. ſi. De concell. præbend.
Electio & baptiſmus habet ſuas formas, nec ſine illis ſufficeret animus, etiamſi de eo conſtaret, gl. quia etiam, in clem. 1. De conceſſ. præbend.
26 Electiones licet non poſſint fieri alternatiuè, rectè tamen poſſunt fieri pr[illegible]tiones: quod intellige verum in laicis, vel etiam clericis p[illegible]tantibus ex patrimonio, gl. præſentare, in clem. 2. De [illegible] patron.
Electio miniſtri Pr[illegible] quandoque non ſpectat ad capitulum Prouinciale, [illegible]erum, in clem. exiui, §. nos volentes. De verb. ſignif.
Electio Abbatis quandoque non ſpectat liberè ad conuentum, ibid.
Electio mali miniſtri eſt in culpa, gl. minus idoneus, in extrauag. exectrabilis. Ioann. 22. gl. ſurrogari, in extrauag. ſuper. De ſepult. inter communes.
Electione prima non caſſata, poteſt tranſire ad ſecundam electionem, quando illa eſt notoriè nulla: alias non, gl. executorea, in extrauag. ſedes Apoſtolica. De officio deleg. inter communes.
in Electione attenditur conſuetudo, gl. de Primatibus, in can. nos, diſt. 12.
in Electionibus priorem vocem debent habere illi, qui ſunt maioris authoritatis, gl. præponimus, in can. placuit, § Iſidorus, diſt. 16.
de Electionis forma & modo futurorum Pontificum, poteſt Papa ſtatuere vnà cum concilio, can. in nomine, diſt. 23.
Electioni Papæ debet populus Romanus præſtare conſenſum: intellige iam factæ, ſed fiendæ non, can. in nomine, diſt. 23.
Electio Papæ fieri debet Romæ, ſi fieri poteſt, ibid.
27 Electio Papæ debet eſſe pura, & ſine conditione, ibid.
Electio Papæ ſi non poteſt fieri purè in loco, debent Cardinales accedere ad alium locum habilem: & exiſtentes habent vocem & poteſtatem eligendi, etiamſi ſit minor pars quam extat, ibid.
Electioni factæ de Epiſcopo poſſunt laici contradicere, gl. ſi. in can. qui Epiſcopus, diſt. 23.
per Electionem voius ex duobus incompatibilibus ſibi competentibus, videtur quis alteri renunciare, can. lectores, diſt. 32.
Electionis appellatione comprehenditur etiam confirmatio, can. ante omnia, diſt. 40.
ex Electione ſola non conſequitur quis aliquod ius, gl. ſi. in can. ſicut, diſt. 40.
ad Electionem Epiſcopi dantur tres menſes à die mortis prædeceſſoris, & alij tres menſes ad petendam confirmationem, niſi ex neceſſitate prorogetur, gl. fin. in can. poſtquam, diſt. 50.
Electio facta ab inhabili admittitur quandoque, & confirmatur ſpeciali iure, can. Apoſtolica, diſt. 56.

Electio inhabilis valet, licet eſſet de iure poſtulandus, can. Cenomanenſem, diſt. 56. 28
Electio facta ſine decreto valet, licet in electione requiratur decretum, cum ſubſcriptionibus canonicorum, gl. 2. in can. Epiſcopus, diſt. 61.
in Electionibus ſubſcriptiones fiunt duabus de cauſis; vna, vt ſi quis vellet variare vota ſua, inciperet ei obuiare propria confeſſio: alia, vt per ſubſcriptionem ſciatur, an omnes canonici fuerint præſentes in electione, ibid.
in Electione præferendi ſunt hi, qui in ſua Eccleſia bene militant, exteris & peregrinis, can. nec emeritis, diſt. 61.
Electione caſſata poteſtas eligendi reuertitur ad eoſdem, can. illud, diſt. 61.
Electio poteſt differri, dum non inuenitur idoneus, gloſ. 1. in can. bene, diſt. 61.
in Electione requirendus eſt conſenſus plebis, & eo ipſo conſentiunt, quod perhibent ei teſtimonium, gl. 2. in can. nulla, diſt. 62.
Electioni æquiualet teſtimonium plebis, ibid. 29
Electionem eſſe communem non ſufficit, niſi & ſit Canonica, gl. 1. in can. nullus, diſt. 63.
Electio debet eſſe communis, concordans, & Canonica: quod ſi vnum iſtorum trium deſit, vitioſa ſit electio, gloſ. 1. ibidem.
Electioni Metropolitani intereſſe debent omnes Epiſcopi comprouinciales: ſed in hoc magis attenditur conſuetudo cuiuſque Eccleſiæ, de iure tamen ſpectat ad capitulum, gl. 1. in can. Valentinianus, diſt. 63.
Electio eſt periculo eligentium; & ideo ſi quis malum nominat, tenetur de omni damno & diſpendio, quod per eum acciderit, gl. ſuper nos, ibid.
Electio prælatorum non poteſt fieri in Eccleſiis Treuerenſi, & Coloniæ Agrippinæ, & Rauennatenſi, niſi prius ſedi Apoſtolicæ referatur, can. porro, & ibi gl. ſi. diſt. 63.
Electiones eorum, qui ad Epiſcopatum ſunt promouendi, non debent fieri à turbis clericorum, can. non eſt, diſt. 63.
Electiones eorum, qui ad ſacerdotium & Epiſcopatum promouentur, fieri non poſſunt à populo, ſed in iudicio Epiſcoporum ſint, can. non licet, diſt. 63.
Electioni Epiſcoporum debent intereſſe laici, non ad eligendum, ſed ad conſentiendum electioni factæ ab Eccleſia, & ſynodo Epiſcoporum, gl. 1. ibid.
Electioni Pontificis, hoc eſt Epiſcopi, vel Archiepiſcopi, 30 debent intereſſe clerus, & populus, & illi conſentire, can. quanto, diſt. 63.
ad Electionem Prælati abſentes, etiam ex cauſa neceſſaria, ſunt vocandi, ibid.
Electionis decretum debet eſſe omnium eligentium ſubſcriptionibus collegialiter roboratum: quod ſi omiſſum fuerit, debet inſtaurari, ibid.
in Electione fienda debent eſſe præſentes ad minus duæ partes eligentium: & in confirmandis Prælatis debet ſeruari conſuetudo Eccleſiæ, ibid.
Electio facit Imperatorem, gl. 2. ibid.
Electio debet eſſe communis, & non debet ſeparatim fieri; ſed per collegialiter exiſtentes, ibid.
de Electionis ſubſtantia non eſt ſubſcriptio eligentium, ſed de ſolemnitate ſic, gl. 1. ibid.
ad Electionem vocantur abſentes à Mediolano vſque ad Genuam, ſed non vſque ad duodecim dietas, gl. Genuam, ibidem.
in Electione Epiſcopi clerus totius ciuitatis debet intereſſe ad conſentiendum, non ad eligendum, niſi ſit conſuetudo longiſſima & præſcripta, gl. 2. ibid.
Electio Epiſcopi eſt ſacerdotum: fidelis tamen populi eſt conſenſum adhibere electioni a clero factæ, can. noſce, & can. cum longe, & can. electi, diſt. 63.
Electio Epiſcopi debet fieri conuocatis clero & populo; ita 31 vt clerus eligat, populus vero electioni factæ conſentiat, d. can. noſſe.
in Electione Epiſcopi celebrata requiritur eſt conſenſus principis, niſi aliud ſuadeat ſcandalum, vel præſcripta conſuetudo, gl. licentia, in can. Reatina, diſt. 63.
in Electionis confirmatione deſideratur Imperatoris epiſtola, can. lectis, diſt. 63.
Electioni Metropolitani debent intereſſe Epiſcopi comprouinciales, can. Metropolitano, & ibi gl. 1. diſt. 63.
in Electione prior eſt, qui eſt prior in ordine; ita quod Presbyter prius eliget, deinde Diaconus, gl. 2. ibid.
Electio Archipresbyteri debet fieri cum clero & populo, can. ſi in plebibus, diſt. 63.
Electio Romani Pontificis pertinet ad ius Imperatoris, can. in ſynodo, diſt. 63.
in Electione Epiſcoporum principis aſſenſus deſideratur, can. cum longe, diſt. 63.
in Electione concurrere debent conniuentia, & conſenſus ciuium, bona fama populi, maiorum laicorum arbitrium, & voluntas, & electio clericorum, ac eorum ſubſcriptio, can. vota, diſt. 63.
in Electione Romani Pontificis non vocatur Imperator, 32 nec legati eius, etiamſi ſint præſentes in loco, ne id ſibi vendicent poſtea in futurum, can. cum Adrianus, diſt. 63.

in Ele-

in Electione requirendus eſt conſenſus plebis, & eo ipſo conſentiunt, quòd perhibent teſtimonium ei, gloſ. a. in can. nulli, diſt. 2.

de Electione Papæ olim nullus audebat tractare ante diem tertium, poſt ſepulturam præmortui: ſed per contrariam conſuetudinem hodie hoc abrogatum eſt, gl. migrauerit, in can. ego Ludouicus, diſt. 63.

Electioni Papæ olim omnes Romani intererant ex conſuetudine, gl. pen. ibid.

Electio & conſecratio Romani Pontificis non debet fieri niſi iuſte, & canonicè, can. inter vos, diſt. 63.

Electioni Romani Pontificis nullum obſtaculum generari debet ab Imperatore, vel eius nuncijs, can. conſtitutio, diſt. 63.

Electio Epiſcoporum per clerum & populum quod celebretur, Imperator conſentit, can. ſacrorum, diſt. 63.

Electio Epiſcopi debet fieri de propria diœceſi, remota perſonarum & munerum acceptione, ibid.

Electionis nomen propriè & impropriè ponitur cum illis genitiuis, cleri, & populi, gl. t. ibid.

in Electione Epiſcopi prius ſunt examinandi omnes de diœceſi, priuſquam eligatur extraneus, gl. a. ibid.

33 Electio Romani Pontificis, non tantum à Cardinalibus, ſed etiam ab alijs religioſis clericis, authoritate Nicolai Papæ eſt facienda, d. can. ſacrorum, §. fi. & can. ſeq. diſt. 63.

Electio Epiſcopi non à Canonicis tantum, ſed etiam ab alijs religioſiſſimis clericis debet fieri, ibid.

ab Electione Epiſcopi tunc dicuntur religioſi excludi propriè, cum non vocantur, vel vocati non audiuntur, vel ſi ſponte veniant, non admittuntur, gl. s. in can. ſi, diſt. 63.

Electio Epiſcopi facta à Canonicis eſt nulla, niſi conſilium religioſorum ciuitatis fuiſſet requiſitum: ſi tamen ſuit habitum conſilium, & non conſenſit, tenet electio: & expone, conſenſu requiſito, licet non habito, gloſ. aſſenſu, ibidem.

in Electione Epiſcopi non ſufficit religioſorum præſentia, niſi habeatur conſilium, gl. eorum, ibid.

in Electione licet ſit diſcordia inter eligentes, canon tamen præſumit, quòd vtraque pars bono zelo moueatur, gl. s. in d. cap. ſi.

ex Electione acquiritur ius, gl. fi. in can. ſi. diſt. 72.

Electio nullius Epiſcopi debet fieri, niſi poſt diem tertium depoſitionis defuncti Epiſcopi, can. nullus Pontifex, diſt. 79.

per Electionem vnius vel per renunciationem intelligitur alij abrenunciatum, gloſ. fi. in can. ſi quis ſacerdotum, diſt. 81.

34 Electio concors non valet, niſi canonica ſit, gl. deſideret, in can. pen. diſt. 92.

Electioni debent ſubſcribere ciues, non vt eligentes, ſed vt conſentientes electioni factæ, gloſ. pen. in can. ſi quis autem, 2. q. 6.

Electio, ſeu conſenſus, ſicut & ordinatio debet fieri ſine venalitate, can. ſicut is, 1. q. 6.

ad Electionem non ſunt vocandi abſentes, maximè ſi ſint remoti, can. ſactus eſt, & ibi gl. t. 7. q. 1.

ad Electionem non ſunt vocandi qui in hortis ſunt: ſufficit enim ad citationem pulſatio campanæ, ibid.

ad Electionem ſemper vocandi ſunt omnes, qui commodè vocari poſſunt, & ſi abſentes non poſſunt intereſſe, reliqui poſſunt eligere; ſi tamen aliquis non poſſit intereſſe, & ſuo iuramento fidem de hoc fecerit, permittitur ei per procuratorem eligere, qui ſit de collegio, d. gl. s.

ad Electionem non ſunt vocandi extra Prouinciam, ibid.

ad Electionem qui ſint vocandi, & quomodo, ſtatui hodie conſuetudini Eccleſiarum, ibid.

Electio Papæ non confirmatur verè: dicitur tamen confirmari ſpeciali iure, in eo quod cum eligitur, confirmatur, & confirmando eligitur, gl. confirmato, ibid.

35 Electio poteſt fieri ſub conditione tali, niſi ſuperſtes conualuerit: & tunc eo conualeſcente irritatur electio, eo tamen mortuo confirmatur, gl. eligendo, in can. quamuis, 7. q. 1.

in Electione debet interuenire decretum, can. Epiſcopus de loco, 7. q. 1.

Electioni poſſunt intereſſe laici, non vt eligant, ſed ad tractandum, vel conſulendum, ibid.

Electionem de ſe factam qui recuſat, dignè ab Eccleſia contemnitur, can. olim, 8. q. 1.

in Electione Epiſcopi requiritur præſentia populi, maximè populi, cui præeſſe debet, can. licet ergo, 8. q. 1.

in Electionis principio cum quis conſenſit, poſtea non auditur contradicens, gl. populo, ibid.

Electionem, quæ fit in populi abſentia, non poteſt populus retractare, gl. retractatio, ibid.

Electionem debet præcedere oratio, can. ſi ergo, & ibi gl. clamoribus, 8. q. 1.

36 Electio Epiſcopi non debet venire ex fauore, ſed ex iudicio, can. nec nouum, 8. q. 2.

in Electione Epiſcopi populi vota ſe diuidere in duas partes non eſt nouum, ibid.

Electio Epiſcopi non debet fieri per preces aliquorum, niſi ille, pro quo petitur, ſit dignus, can. illud, & ibi gl. a. 8. q. 2.

in Electione Epiſcopi communi vtilitati, non ſuo lucro quiſque proſpicere debet, can. dilectiſſimi, 8. q. 2.

Electio Abbatis, vel Prælati præſentanda eſt principi, vel patrono, gl. 1. in can. Abbatem, 2. 18. q. 2.

Electiones eorum, qui præficiuntur monaſterijs, præpoſituris, vel alijs dignitatibus conuentualibus, per Pontificem Romanum debent confirmari: & aliter factæ abſque ſedis Apoſtolicæ prouiſione, vel confirmatione, ſunt nullæ, extrauag. ad eius peruenit. Pij 4.

Electiones ſuperiorum quorumcumque Abbatum temporalium, & aliorum officialium, ac Generalium, & Abbatiſſarum, & præpoſiturarum fieri debent per vota ſecreta, ita vt ſingulorum eligentium nomina numquam publicentur. Concil. Trident. ſſ. 25. De regularibus, cap. 6.

ad Electionis faciendæ effectum non licet Prouinciales, Abbates, Priores, aut alios quoſcumque titulares conſtituere voces, ſuffragia abſentium ſupplere, ibid.

in Electione eius qui ſupra omnes gradus conſtituitur, ne erretur, multum elaborandum eſt; nam totius familiæ Domini ſtatus & ordo nutabit, ſi quod requiritur in corpore, non inueniatur in capite. Concil. Trident. ſſ. 24. De reform. cap. 1.

Reliqua in verbo, Abbas, n. 11. Abſens, n. 9. Alternatiua, Appellare, n. 8. Appellans, n. 21. Appellatio, n. 11. 43. Capitulum, 20. 21. 22. Canonicus, 13. 14. 15. Cardinalis, n. 1. 3. 10. 11. Compromiſſum, n. 1. Compromittens. Confirmare. Confirmatio, 1. 2. 5. 6. 7. Conſilium. Conſuetudo, 3. 4. 11. Eccleſia, 147. Papa, 22. 24. 25. Epiſcopus, 53. vſque 60. Expenſæ, 5. 8. Monachus, 30. vſque 34. Nominatio. Optio. Præſentatio. Religioſus, 27. vſque 31.

ELECTIO vel poſtulatio vnius ex quo caſſatur vitio perſonæ, non eſt aſſumendus ad eamdem, cap. nitebantur. De poſtul. Prælat. 37

Electio numquam tenet, niſi fiat à maiori parte capituli: quod verum eſt, niſi maior pars peccet, quia tunc minoris partis electio valet, gloſ. intenta, in cap. bonæ, 1. eodem.

Electio vel poſtulatio facta contempto & non vocato illo, qui debebat interuenire, debet irritari, cap. bonæ, 2. & ibi gl. eis, eod.

Electio vel poſtulatio debet irritari, non ſolum quando fuit contemptus & non vocatus ille, qui debebat interuenire de iure communi: ſed etiam ſi non [illegible] vocatus, qui debebat interuenire de iure ſpeciali, [illegible], ex conſuetudine, ibidem.

Electio reproba nulla eſt, gl. [illegible] in cap. cauſam quæ. De electione.

Electio facta poſt appellationem [illegible] iudicialem, non eſt ipſo iure nulla: ſed venit irritanda, ſi appellatio fuit legitima, cap. conſiderauimus, eod.

Electio facta poſt primam non caſſatam, licet ſit in cauſa caſſationis, non tenet, ibid.

Electio alicuius licet retractetur, propter hoc eius opinio & fama non læditur, ſi electio non fuit caſſata vitio perſonæ electi, ibid.

Electio caſſatur ex duplici defectu; ſcilicet perſonæ electi, & formæ ipſius electionis, cap. ſuper, 12. eodem. De electio.

Electio alicuius qualitercumque caſſetur, ſine vitio vel defectu electi, talis caſſatio non impedit, quo minus is iterum eligi poſſit: ſecus ſi vitio perſonæ, d. cap. ſuper eo.

Electio conditionalis non valet, gl. fi. in cap. cum terra, 14. De electione.

Electio attentata poſt & contra appellationem extraiudicialem, non eſt irritanda, cap. cum nobis, 19. & ibi gl. a. eodem.

Electio vel poſtulatio prima facta de aliquo, ſi fuerit caſſata propter vitium perſonæ, debet etiam caſſari ſecunda electio, vel poſtulatio de eodem facta, gl. recuſatus, in cap. cum inter, 21. eod.

Electio facta per metum eſt ipſo iure nulla; nam requiritur in ea liber conſenſus, gl. metuebant, in cap. bonæ, 38 23. eod.

Electio facta in Eccleſia regulari de non profeſſo, irritari debet, conſuetudine in contrarium non obſtante, cap. cum cautam, 27. eod.

Electio à principio nulla, putà quia facta à minori parte capituli, non poteſt conualidari per ſubſequentes conſenſus aliorum particulariter præſtitos, cap. auditis, 29. eodem.

Electiones duæ quando ſunt factæ ex interuallo, ſi prima eſt euidenter nulla, tunc non requiritur aliqua caſſatio eius; ſed poteſt procedi ad ſecundam; ſed ſi prima eſt nulla non euidenter, immo eſt probabilis dubitatio ſuper nullitate, tunc non debet procedi ad ſecundam, niſi prius caſſetur prima, quæ habebat colorem validitatis, gl. fi. in d. cap. auditis, verſ. ſed ſi, eod.

Electio de excommunicato facta, ipſo iure eſt nulla, gloſ. electus, in cap. venerabilem, 34. eod.

Electio facta per capitulum aliquibus ex canonicis contemptis,

tis, ſeu non legitimè vocatis, non eſt ipſo iure nulla: ſed potius venit irritanda per ſententiam, cap. bonæ, 36. & ibi gl. 1. eod.

Electione alicuius reprobata propter impedimentum, vel defectum temporalem, poteſt illo defectu ceſſante, iterum eligi ad eamdem Prælaturam, cap. officij, 38. eod.

39 Electio poteſt caſſari eo, quòd non non fuerit expectatum conſilium eorum, de quorum conſilio debuit fieri electio, gl. conſilio in cap. ne pro defectu, 41. eod.

Electio facta contra formam, *cap. quia propter*, eſt annullanda per ſententiam, cap. quia propter, 42. & ibi gloſ. viris, eod.

in Electionibus debet eſſe liber conſenſus eligentium: ſi verò fuerit coactus, non valet electio: imò nulla eſt, quia eſt contra Eccleſiaſticam libertatem, cap. quiſquis, 43. & ibi gl. 1. & 2. eod.

Electioni de ſe factæ per abuſum poteſtatis ſecularis conſentiens, efficitur inhabilis ad dignitatem, & electio eſt nulla: eligentes quoque à beneficiis per triennium ſuſpenduntur, & per totum triennium priuati ſunt poteſtate eligendi, d. cap. quiſquis, & ibi gl. ea tunc.

Electio dicitur fieri per abuſum poteſtatis ſecularis, quando princeps vel poteſtas ſecularis interest electionibus, quod eſt contra libertatem Eccleſiaſticam, gl. 1. ibid.

Electio quæ fit contra libertatem Eccleſiaſticam, eſt nulla, gl. 2. ibid.

Electio facta de perſona indigna, eſt ipſo iure nulla, gloſ. vltimam, ibid.

Electio facta ex interuallo poſt collationem habitam zeli ad zelum, & ſimilium, non valet, cap. cum poſt petitam, 46. eod.

Electio non valet, in qua prius eſt præſtitus conſenſus electi, quam eligatur, propter ambitionem quam habere demonſtrat, d. cap. cum poſt, & ibi gl. pen.

40 Electio attentata contra formam ſubſtantialem, eſt ipſo iure nulla, dd. in d. cap. cum poſt.

ad Electionis validitatem non ſufficit ſeruare omnia contenta, in *cap. quia propter*, niſi ſeruentur ſecundum ordinem ibi traditum: quia non ſufficit facere electionem, nec requirere conſenſum eligendi, niſi hæc fiant tempore debito, ibid.

Electio facta requiſito conſenſu electi, non valet, ibidem.

Electio, quæ nulla eſt, non præſtat impedimentum ſecundæ, gloſ. fi. in cap. congregato, 53 De elect.

ad Electionem nullam validandam, non ſufficit vitium ceſſare poſt factam electionem, cap. dudum, 54. §. verum, eod.

Electio irrita eſt, quam collatio non præceſſit, vel quæ facta non eſt à maiore parte capituli, vel quæ non ſunt communis, cap. in Geneſi, 55. eod.

Electio Epiſcopi per canonicos & laicos facta, nulla eſt, etiamſi hoc habeat conſuetudo, cap. Maſſana, eod.

Electio Prælati redditur nulla propter defectum ætatis, & non ſufficientem ſcientiam, gl. in ætate, & gl. ſufficientis, in cap. Eccleſia veſtra, 57. eod.

Electione caſſata propter ſimoniam, etiam ſine culpa electi commiſſam, non diſpenſat Epiſcopus ea vice cum caſſato: ſecus ſi electus liberè reſignaret, cap. pe. & ibi gl. 2. eod.

41 Electio facta primo non canonicè renunciante, non valet, cap. fi. De renunciatione.

Electio facta de gremio Eccleſiæ, ſemper præualet electioni factæ de alia, etiamſi ſit facta a minore parte, gl. fi. in cap. fi. De cleric. peregri.

Electio alias nulla & iniuſta, non includitur in mandato confirmationis electionis, cap. cum olim. De maior. & obed.

Electio facta, contempto poſſeſſore iuris eligendi, caſſatur, cap. 2. verſ. ſed iudices. De re in integ. reſt.

Electio vt non teneat, poteſt obijci contra electum de dilapidatione, excommunicatione, periurio, & quòd adminiſtrauerat, confirmatione non habita: item quod erat in minoribus conſtitutus, gl. quædam, in cap. cum dilecti. De dolo & contum.

Electio eſt nulla, quando electa perſona eſt excommunicata, vel per ſimoniam eſt electa, vel is eſt inutilis, aut inſufficiens, vel ſi in ea non eſt ſeruata forma, vel non fuit ſeruatus iuris ordo, gl. 3. in cap. ad probandum, 24. De re iudi.

Electio facta de excommunicato, vel ſuſpenſo nulla eſt, & ideo non impedit ſecundam, cap. conſtitutis, 23. & ibi gl. 2. De appellat.

Electio ſecunda non valet poſt primam, qualitercumque non caſſatam, ſi de validitate primæ dubitatur: ſecus ſi notoriè conſtat eſſe nullam, cap. conſtitutus, 45. & ibi gl. fi. eod.

42 Electio ita facta, *eligimus ad proximam vacaturam*: non valet, ſed ſi dicatur, *eligimus te in canonicum, & in fratrem, & promittimus tibi beneficium conferre, dum primum vacauerit*, valet, gl. approbante, in cap. cum iamdudum, 18. De præb.

Electio non tenet, cum duo ad vnam præbendam ſimpliciter eliguntur, cap. cum fraternitatis, 20. eod.

Electio facta ad importunum clamorem, non valet, gl. 2. ibid.

Electiones clandeſtinæ non valent, gl. occulta, in cap. 2. Vt Eccleſiaſti. benefi. ſine dimin.

Electio prima, quæ nulla eſt, non impedit ſecundam, gl. pe. in cap. quia clerici. De iure patro.

Electio de excommunicato, vel ſuſpenſo facta, non tenet, licet ignoret ſe excommunicatum, vel ſuſpenſum, gl. 2. in cap. propoſuit, fi. De clerico excomm.

Electio de excommunicato minori excommunicatione, facta ſcienter ab electoribus non tenet, gl. ſcienter, in cap. fi. eod.

Electione prima non caſſata attentari non debet ſecunda, cùm fiat de re non vacante, & ita nulla, cap. inter dilectos, & ibi gl. irritam. De exceſſibus Prælat.

Electio prima ipſo iure nulla, quia perſona fuit indigna, & ſcienter electa, non valet poſtea ſecunda electio facta, quia ipſo iure priuatus fuit poteſtate eligendi illa vice, gl. poſtmodum, in d. cap. inter dilect.

Electio attentata contra conſuetudinem, vel priuilegia Eccleſiæ, eſt reprobanda, cap. Abbate, De verborum ſignif.

Electio eſt nulla, & irrita, ſi quis dicat, *eligo vel poſtulo prout melius de iure valere poteſt*, niſi probabiliter dubitaretur, an eſſet eligendus, vel poſtulandus: & tunc electus vel poſtulatus debet eligere vnam viam, ſcilicet electionis, vel poſtulationis: & vna via electa, non poterit redire ad aliam, cap. 1. & ibi gl. pe. & vlt. De poſt. Prælat lib. 6.

Electio eſt nulla, ſi quis eligat poſtulando, vel poſtulandum, vel in poſtulandum: nec conualeſcit poſtea, etiamſi ſequatur admiſſio vel confirmatio talis electionis, quia à principio nulla erat, d. cap. 1. & gl. irritum, ibid. 43

Electionem reddit inualidam inhabilitas, tam in perſona eligentium, quam in perſona electi, gl. perſonam, in cap. 1. De electione, lib. 6.

Electionem reddit nullam vitium formæ, ibid.

Electio non tenet, ſi aliquis ex eligentibus erat excommunicatus, & eligentes ſcienter communicauerant: ſecus ſi ignoranter, gl. fi. in cap. ſi quando, 9. eod.

Electio ſi fuerit nulla propter defectum occultum electi, vel propter defectum ſuperuenientem, redit poteſtas eligendi ad electores, cum in culpa non fuerint: ſecus ſi ſcienter illum elegiſſent, quoniam tunc poteſtas non ad eos, ſed ad ſuperiorem deuolueretur, gl. occultum, in cap. ſi electio, 26. eod.

Electio quæ nulla eſt, ſubſequenti conſenſu non confirmatur, gl. 1. ad fi. in reg. non firmatur, 18. De reg. iur. lib. 6.

Electio quæ nulla eſt, ſed non euidenter, impedit ſecundam electionem, donec declaretur prima caſſa & irrita, gl. 1. in reg. ſimol, eod.

Electione caſſata, quandoque indiſtinctè ius eligendi ad eligentes reuertitur, gl. demum in clem. extra, § nos volentes. De verborum ſignif. 44

ad Electionem annullandam admittitur exceptio, quæ votum eligentis reddit nullum, ibid.

Electiones, ſeu prouiſiones factæ per ſimoniam non valent, nec ius percipiendi fructus tribuunt, extrau. cum deteſtabile, De ſimonia, inter communes.

Electionem debet præcedere tractatus, alioquin electio eſt nulla, gl. tractantes, in can. in nomine, diſt. 23.

Electio ſi non fiat in loco determinato, ſed in alio, eſt nulla, niſi ſubſint cauſæ, gl. fieri, ibid.

in Electionibus nominationes factæ ſeparatim, & conuenticula priuata ſunt nulla, gl. 1. in can. nullus, diſt. 63.

Electiones clandeſtinæ, & ſingulariter factæ, ſunt nullæ, ibid.

Electio Epiſcopi, Presbyteri, vel Diaconi facta à principe laico, nulla eſt, can. omnis electio, diſt. 63.

Electione facta ab eligentibus in diſcordia, ſi vtriuſque partis electio eſt vitioſa, vtraque caſſatur, gl. fi. in can. pe. diſt. 63.

Electio vtriuſque electi caſſabitur timore ſcandali, gl. fi. in can. fi. diſt. 63. 45

Electionem vitiat non tantùm timor mortis, vel cruciatus corporis, ſed etiam timor verborum, gl. fi. in can. ſi quis autem, 2. q. 6.

Electio non valet, ſi omnes canonici elegerint aliquem ſeorſum, non conuocato concilio, gl. publicum, in can. ei qui, §. nominationes, 2. q. 6.

Electio facta ad clamorem populi, non valet, can. ſi ergo, & ibi, gl. clamoribus, 8. q. 1.

Electio à non Catholicis facta, irrita eſt, nec debet confirmari: & ſi ſecus factum fuerit, non valet, can. fi. 9. q. 1.

Electio facta ad aliorum impulſum non valet; ſicut nec libertas, can. ſunt qui opes, 17. q. 4.

Electio eius, quem princeps præcepit eligi, non valet; quia eſt iuſta cauſa timoris, gl. moriere, in can. conuenior, 23. q. 8.

Electio imperiti, qui per falſum errorem credebatur peritus, poſtea ſi conſtet de eius imperitia, caſſatur eius electio: ſicut & caſſatur eius inſtitutio, gl. 1. in can. veniam, 35. q. 9.

Electio ſummi Pontificis ſimoniaca labe procurata, vel in dando, vel promittendo, vel recipiendo pecunias, vel bona cuiuſcumque generis, vel beneficia, vel quid ſimile, nulla eſt; & taliter electus, à nullo debet haberi pro Romano Pontifice, quinimmo ipſe à priori Cardinalatu, vel alio honore Eccleſiaſtico priuatus eſt, extrauag. cum tam diuino, Iulij 2.

Reliqua in verbo, Eligens. Elector. Epiſcopus, 53. vſque 60. 62. vſque 65.

46 ELECTIO facta à maiori & ſaniori parte capituli, præualet; ſiue de ſua Eccleſia eligant, ſiue de alia; dummodo aliud canonicum non obſiſtat, gloſ. aliam, in cap. cum inter, 21. De electione.

in Electionibus inferiorum Eccleſiarum ſufficit maior, & ſanior pars collegij, vel capituli; ſed in electione Romani Pontificis ſpeciali iure requiruntur duæ partes collegij concordes, cap. licet, & ibi gl. maioris. De elect.

in Electionibus inferiorum Eccleſiarum requiruntur copulatiuè duo, ſcilicet maior pars collegij, & ſanior, d. cap. licet.

in Electione Papæ ſi duæ partes Cardinalium nullo modo conſentiant, tunc brachium ſeculare ſe interponere debet, ita vt Cardinales includantur in aliquo loco, de quo exire non valeant, donec conſenſerint: & ita factum fuit in electione Honorij 3. & Gregorij 9. gl. nullatenus, in d. cap. licet.

ad Electionem maior & ſanior pars capituli poterit procedere, ſi velit, vt prouideat Eccleſiæ viduatæ, gloſ. aduocare, in cap. cum nobis, eod.

electionibus duabus concurrentibus ſuper eadem dignitate, quarum vna eſt facta à maiori parte de indigno ſcienter, alia à minori parte de digno, electio facta à minori parte venit confirmanda, etiamſi ambæ electiones fuerint factæ vno contextu, cap. dudum, 22. verſ. cum autem, eod.

contra Electionem factam à maiori parte, etiam in Eccleſia regulari, poſſunt ſe opponere aliqui, licet ſint regulares, cap. cum cauſam, 27. eod.

Electio etiam confirmata caſſatur, ſi vocandus non vocatus proſequutus ſit contemptum, & poteſt proſequi, niſi conſenſerit electioni, quod poteſt etiam ex poſtfacto, cap. quod ſicut. 28. De elect.

47 Electio facta à maiori & ſaniori parte confirmari debet, cap. coram, 35. eod.

in Electione quando longè maior numerus eſt ex vna parte, quàm ex alia, non habetur reſpectus ad meritum perſonæ, nec ad zelum eligentium; dum tamen ſit conueniens ille, qui eſt electus à maiori parte: ſed ſi numerus in modicum excedat, tunc recurritur ad merita, & ad zelum, & præferuntur numero, gl. maiorem, in cap. in ſcriptum, 40. eod.

Electiones duæ licet fiant vno contextu, & maior pars eligat indignum, & minor dignum, numquam obtinebit minor, niſi maior ſcienter deliquerit in eo, gl. priuari, in add. ibid.

ex Electionum diuerſis formis nulla pericula & impedimenta proueniebant Eccleſijs Cathedralibus viduatis, cap. quia propter, 42. De electione.

in Electionibus collatio votorum eligentium debet fieri numeri ad numerum; vt ſciatur, in quem maior pars conſenſerit; & zeli ad zelum, & meriti ad meritum, gl. collatio, ibid.

Electio vt confirmetur, debet habere electus maiorem partem capituli, gl. 1. in cap. Eccleſia veſtra, eod.

Electio dicitur fieri contra formam, quando ſit ex ſcrutinio, in quo non appatet maiorem partem conſenſiſſe, cap. Cumana, 50. eod.

Electio facta à non maiore parte capituli, & omiſſa collatione, non valet, ibid.

48 ad Electionis validitatem requiruntur iſta duo copulatiuè; ſcilicet quòd ſit maior pars, & ſanior capituli. Maior pars conſiſtit in numero; & ſanior in zelo: quod conſiſtit in tribus, ſcilicet in idoneitate electi, & eligentium, & authoritate, in cap. in Geneſi, 55. eod.

in Electione collatio numeri, zeli, & meriti debet eſſe plena, ibid.

de Electionis forma ſubſtantiali ſunt tria, ſcilicet quòd electio ſit à maiori, & ſaniori parte capituli; & quòd procedat plena collatio; & ſubſequatur communis electio poſt publicationem ſcrutinij, & collationem, ibid.

in Electionibus ſunt conſideranda authoritas, zelus & numerus. Authoritas conſideratur in dignitatibus, & meritis vitæ: zelus conſiſtit in animo, vt ſine carnali amore eligant; ſed ſecundum meritum vitæ ſunt eligendæ perſonæ: de numero patet. Et ſecundum iſta tria debet fieri collatio zeli ad zelum, meriti ad meritum, & numeri ad numerum, gl. ſi. in cap. Eccleſia veſtra, 57. eod.

in Electione ſi ex vna parte ſit dignitas, & zelus melior, tam reſpectu eligentium, quam reſpectu electi; & ex alia parte ſit maior numerus: præualebit dignitas cum zelo ipſi numero: quod intellige verum, dummodo numerus non excedat multùm: aliàs ſtaretur numero, dum tamen electus eſſet ſufficiens, ibid.

in Electione ſi ex vtraque parte ſit meritum par, ſtandum eſt numero, licet ex alia parte ſit authoritas; & ſic zelus & numerus præferuntur authoritati, ibid.

in Electione ſi ſit par zelus in meritis eligentis, & numerus, & authoritas hinc inde, tunc recurrendum eſt ad meritum electi: & ſi omnia hinc inde ſint æqualia, neutra electio valebit de iure, & iterum poſſunt venire ad actum electionis: & ſi iterum taliter eligant, tunc priuantur iure eligendi, & Papa poterit facere gratiam cui vult ex illis, ibid.

in Electionibus, ex quo vocati ſunt omnes, ſufficit conſenſus maioris, & ſanioris partis, gl. præter aſſenſum, in cap. conſtitutus, 45. eod. 49

Electio facta à duplo maiori parte capituli, præſumitur ſanior, quam facta à minori, cap. ſi quando, 9. De electione, lib. 6.

in Electionibus numerus maior præfertur authoritati, & præſumitur zelus melior, gl. pe. ibid.

in Electione habens plures voces, non dicitur habere maiorem partem capituli, cap. ſi cui, 23. eod.

ex Electione à minori parte facta, nullum ius acquiritur electæ in Abbatiſſam: nec aliæ poſſunt accedere ad eam, nec ſit collatio niſi numeri ad numerum, cap. indemnitatibus, 43. §. ſane, eod.

in Electione Abbatiſſæ debet ſeruari forma, cap. quia propter, d. §. ſane.

contra Electionem factam à duabus partibus Monialium, non admittitur aliqua exceptio, d. §. ſane.

in Electione Monialium ſi opponatur, quòd ſint excommunicatæ, ſuſpenſæ, vel interdictæ, tunc illæ benè computantur in numero, vt noceant electioni, non vt profuturæ niſi, quando in forma ſcrutinij facta eſt electio à duabus partibus à principio, vel per acceſſum, vt facta electione in forma compromiſſi, cui minor pars ſe opponit; quo caſu talium ſuffragium eſt validum, & nulla exceptio admittitur contra eam, gl. magna, poſt medium, ibid.

ad Electionis concordiam difficilius deuenitur, quando ſit collatio zeli & meriti, quàm ſi fieret ſine illa, d. cap. indemnitatibus, §. vt autem. 50

in electione facienda mulier ſeminans diſcordiam inter Moniales, ipſo iure incurrit excommunicationem, gl. hi, in d. cap. indemnitatibus, §. poſtremo.

contra Electionem de Papa factam à duabus partibus, non poteſt excipi de excommunicatione, vel ſuſpenſione eligentium, etiamſi ſit notoria, gl. cæterum, in clem. ne Romani, §. cæterum. De electione.

Electiones mendicantium, & non mendicantium ſuper diſcordia à minore parte capituli, non valent, clem. quod circa, eod.

ex Electione in diſcordia facta de mendicantibus, extra adminiſtrationem ſui ordinis, nullum ius eis acquiritur, nec audere debent conſentire, gl. diſcordia, ibid.

ex Electione à minore parte facta de non mendicantibus ad qualcumque Prælaturas, nullum ius eis acquiritur, gl. minoritate, ibid.

in Electione Papæ à duabus partibus Cardinalium non computantur non incluſi, qui ſunt excluſi ex renunciatione tacita, vel expreſſa; licet aliàs computentur etiam excommunicati, gloſ. in facto, in fin. in dict. clem. quod circa.

Electio miniſtri Prouincialis, à minori parte capituli facta, valet; dummodo ſit facta à maiori parte partium, comparatione minorum, gl. demum, in clem. exiui, §. nos nolentes. De verbor. ſignif. 51

in Electione miniſtri Prouincialis, vel Abbatiſſæ, non habetur conſideratio meriti, vel zeli, ſed numeri eligentium, ibid.

Electio facta à maiori & ſaniori parte capituli, præualet vndecumque, ſiue de ſua Eccleſia, vel de gremio ſuo eligant, ſiue de aliena; dummodo aliud canonicum non obſiſtat, gl. 2. in can. nullus inuitis, diſt. 61.

in Electionibus ad minus duæ partes debent intereſſe, gl. 2. in can. quamo, diſt. 63.

in Electione ſtatur pro parte maiori numero, licet ex alia parte ſit authoritas & bonus zelus: niſi numerus in paruo eſſet maior, & authoritas aliorum longè præcelleret, & poſſet eo caſu fieri compenſatio: & idem dicendum eſt, quando ad zelum decurrendum eſt, cum par vel ſere par numerus eſt hinc inde, gl. ſin. in can. pen. diſt. 63.

in Electione quando hinc & inde eſt par numerus, zelus, & authoritas, tunc recurritur ad meritum perſonæ; ſed ſi omnia ſint æqualia, caſſatur vtriuſque electio, & nouus eligitur; vel iudex coget eos ad concordiam: vel res ſorte dirimitur; vel Metropolitanus gratificet cui velit; vel præfertur, qui prius ordinatus fuit, vel ſenior; vel qui prius nominatus eſt; vel qui ſemper fuit bonus ei, qui aliquando deliquit; vel qui diutius militauit in Eccleſia, ibidem.

Reliqua in verbo, Maior, 7. vſque 10. Capitulum, 17. 18. 19. Collegium.

1 ELECTVS poſtquam quis eſt, non poſſunt electores mutare propoſitum ſuum, dummodo ipſe electus velit conſentire, gloſ. ſubſcriptam, in cap. cum inter 22. De electione.

Electus debet eſſe idoneus ſcientiæ, ætate, & ordinibus, tempore electionis: alias electio eſt nulla, cap. dudum, 22. verſ. cum autem. De electione.

Electi ſi fuerint duo in eadem Eccleſia in diſcordia, & vtraque electio aliquo defectu caſſata ſit, non debet in illa vocatione aliquis eorum aſſumi in eadem Eccleſia, cap. conſiderauimus, & ibi gl. ſi. De electione.

Electus in Abbatem quòd poſſit adminiſtrare, non habita confirmatione à ſuperiore, non poteſt conſuetudine induci, cap. cum venerabilis, & ibi gl. s. De conſuet.

Electus ad clamorem populi non debet confirmari per ſuperiorem, cap. 2. De electione.

Electus in Romanum Pontificem à duabus partibus Cardinalium, abſque vlla exceptione eſt Papa, cap. licet de euitanda, 6. eod.

Electus in Romanum Pontificem à tertia tantùm parte Cardinalium, gerens ſe pro Papa, incidit vnà cum ſibi adhærentibus in pœnas contentas in d. cap. licet de vitanda, ibid.

Electus in Romanum Pontificem à paucioribus, quàm à duabus partibus Cardinalium, debet aſſumi ad Pontificatum, niſi maior concordia interceſſerit, ſub pœna contenta, in d. cap. licet de vitanda.

Electus in Romanum Pontificem, conſequitur Papatum, & habet plenam, & liberam adminiſtrationem ex ſola electione duarum partium Cardinalium: & non appellatur electus, ſed Romanus Pontifex, d. cap. licet, & ibi gl. ſi.

2 Electus in Papam non poteſt computari in numero duarum partium, quæ requiruntur ad electionem Papæ: intellige, quando electio fit per ſcrutinium ſecretum; ſed quando fit per publicum ſcrutinium, tunc vox electi poteſt computari in numero, gl. à duabus, ibid.

in Electi ad Epiſcopatum perſona ſunt inquirendæ, ætas, grauitas, & literarum ſcientia, & quòd ſit de legitimo matrimonio, & quòd ſit in ſacris ordinibus, cap. cum in cunctis, & ibi gl. r. eod.

Electus in Epiſcopum, ante confirmationem nihil debet attingere in adminiſtratione: alioquin ſe ingerens, repelli debet, gl. confirmationem, in dict. cap. cum in cunctis, §. r.

Electus in Epiſcopum ante confirmationem non poteſt conferre beneficia, vel præbendas, vel aliter diſponere de rebus Eccleſiæ, cap. noſti, eod.

Electus in Epiſcopum ante confirmationem adminiſtrans, debet repelli ab Epiſcopatu; quandoque tamen ex gratia tali electo parcere ſolet Papa: qui poteſt & ipſum repellere, & facere ei gratiam, gloſ. 1. & gl. de prædictis, ibid.

Electus extra Eccleſiam ante confirmationem poteſt adminiſtrare, ne interim Eccleſia patiatur detrimentum in temporalibus vel ſpiritualibus, ibid.

Electus in Epiſcopum, per confirmationem acquirit plenam adminiſtrationem: & vinculum coniugale contractum eſt, gl. confirmata, ibid.

3 Electus & conſecratus poteſt appellari Metropolitanus, etiamſi nondum receperit pallium, cap. ſuffraganeis, eod.

Electus & conſecratus ſicut poteſt exercere ea quæ ſunt ordinis: ita electus & confirmatus, non tamen conſecratus, poteſt exercere quæ ſunt iuriſdictionis, ibid.

Electus in Epiſcopum, de iure communi debet conſecrari ab aliis Epiſcopis Prouinciæ, & Archiepiſcopo ſuo, vel de eius mandato, ibid.

Electus confirmatus, non conſecratus, poteſt exercere quæ ſunt iuriſdictionis; ſed non quæ ſunt ordinis Epiſcopalis, cap. tranſmiſſam, 25. eod.

Electus confirmatus poteſt excommunicare ſubditos, ibidem.

Electus ſi non habet ſufficientem ſcientiam, vel ante confirmationem adminiſtrat, eius electio caſſari debet, cap. qualiter, 17. De elect.

Electus in Epiſcopum, poſt confirmationem poteſt ſe ingerere adminiſtrationi Epiſcopatus, ibid.

Electus adminiſtrans ante confirmationem non perdit ipſo facto ius ſibi quæſitum per electionem: ſed debet electio per ſententiam irritari, ibid.

Electus ante confirmationem ſi aliquid diſpoſuit de rebus Eccleſiæ, vt ſaluæ eſſent, quæ erant perituræ, & hoc non fecit tanquam Prælatus, ſed tanquam ſimplex Canonicus, non cenſetur per hoc adminiſtraſſe, & ei nocere non debet: cautius tamen faceret, ſi abſtineret, ſi eſſet aliquis alius, qui hoc faceret, gl. a. ibid.

Electum examinare ſpectat ad confirmatoris officium, etiam nemine opponente: & niſi electus doceatur legitimæ ætatis & literaturæ, habetur pro non legitimè electo, cap. cum nobis, 9. eod.

Electus non eſt confirmandus, niſi doceat ſe idoneum, quoad idoneitatem extrinſecam, ibid. 4

Electum indignum ſi quis confirmauerit, ipſe punitur, & promotus repelli debet, gl. ex officio, ibid.

Electum non legitimæ ætatis in Epiſcopum ſi Papa concedit in procuratorem Eccleſiæ, non datur ob id confirmare eius electionem: ſed cum fuerit in legitima ætate, debet eligi in Epiſcopum, gl. pe. ibid.

Electus à maiore parte capituli, ſi eſt idoneus, & conſenſerit, vel conſentire velit, etiamſi non ſit de gremio Eccleſiæ, non poteſt refutari, cap. cum inter, 22. eod.

Electus à meiori parte capituli ſufficit, ne malus exiſtat, licet in Eccleſia multi meliores reperiantur, gl. aliam, ibidem.

Electus ante confirmationem rectè poteſt renunciare electioni de ſe factæ, quantumcumque conſenſerit, gl. coniugale, ibidem.

Electus à maiori, & ſaniori parte capituli, ſi eſt & erat idoneus tempore electionis, confirmabitur, cap. dudum, 22. eodem.

Electus à minori parte capituli, ſi eſt dignus, confirmabitur repulſo electo à maiori parte, qui erat indignus in ordinibus, ſcientiæ, vel ætate, & fuit ſcienter electus, ibidem.

Electus debet eſſe idoneus, ſcientia, ætate, & ordinibus tempore electionis: alias electio eſt nulla, d. cap. dudum, verſ. cum autem.

Electus an ſit idoneus, inſpicitur tempus electionis: & ſi tunc non tenuit electio, ipſo iure non poteſt tractu temporis conualeſcere: ſi vero ab initio non erat nulla ipſo iure, ſed per exceptionem poterat retractari, tunc tractu temporis poteſt rata haberi, gl. electionis, ibid.

Electo ſufficit ad obtinendum, eligentem fuiſſe in quaſi poſſeſſione, tempore electionis; licet non probet, quòd proprietas iuris eligendi ad illum pertineret, cap. querelam, 24. eodem. 5

Electus ſi impugnetur, quòd ſit electus à non domino, ſufficit ei probare, quòd eligens erat in quaſi poſſeſſione eligendi, licet alter obtineat poſt modum in petitorio, gl. ſuper iure, ibid.

Electus in Epiſcopum ſi reperiatur minor legitima ætate, electio caſſari debet, & ſolus Papa diſpenſat in ætate, gl. in ætate, in cap. cum dilectus, eod.

Electus conſentiendo electioni de ſe factæ à media parte ad eligendum deputatorum, auget numerum, & electionem perficit, ſi is ſit de deputatis ad eligendum, cap. cum in iure, & ibi gl. ſi. eod.

Electi perſona conſentiendo electioni de ſe factæ, auget numerum eligentium, & connumeratur inter eos, ſi ipſi per viam compromiſſi facti eum elegerunt: ſecus ſi per viam ſcrutinij elegerunt, ad. reprob. d. gl. ſi.

Electus in Imperatorem ſacrilegus, vel excommunicatus, vel tyrannus, vel fatuus, vel hæreticus, vel paganus non debet coronari, vel conſecrari, cap. venerabilem, 34. verſ. verum, eod.

Electus ſtatim poſt Monachationem in Prælatum, præſumitur ambitione Prælaturæ inductus, cap. officii, 18. De electione.

de Electi meritis inquirendum eſt in loco, vbi natus eſt, & vbi diutius eſt conuerſatus, cap. ſcriptum, 40. eodem. 6

contra Electum in Prælatum poſſunt ſe opponere Archidiaconus, & Canonici de Eccleſia, tanquam quorum intereſt ratione inhabilitatis ipſius Prælati, cap. dudum, 54. eod.

Electus conſentiens electioni de ſe factæ per abuſum poteſtatis ſecularis, contra canonicam libertatem eſt ineligibilis, adeo quod non poteſt promoueri ad aliquam dignitatem, cap. quiſquis, 43. & ibi, gl. ex tunc. De electione.

Electi ad animarum regimen, id eſt ad Epiſcopatum, ante confirmationem, poſſunt adminiſtrare in temporalibus, & ſpiritualibus: ſi electio fuit facta in concordia; & ipſi electi ſint valde remoti, puta vltra Italiam; & ſint immediate ſubiecti Papæ, cap. nihil, 44 §. Epiſcopi, eod.

Electus ad regimen animarum, ſi recognoſcit alium Superiorem præter Romanum Pontificem, etiam ſi ſit valde remotus à ſuo Metropolitano, à quo debet confirmari, non poterit adminiſtrare ante confirmationem, gl. h. in d. cap. nihil.

Electus Prælatus, ſi ante confirmationem adminiſtrauit, & poſtea tempore confirmationis repertus indignus ſi fuerit deiectus, geſta ab eo, ſiue circa ſpiritualia, ſiue in temporalibus bene adminiſtrando, puta emendo & recipiendo ad vtilitatem Eccleſiæ valent, ibid.

Electi perſona non computatur in numero eligentium, nec auget numerum, cap. Gumana, 50. & ibi gl. ad maiorem, eod.

Electus à maiori parte capituli, ſi eſt idoneus, confirmatur: alias confirmatur electio de digno facta à minori parte, cap. congregato, 53. eod.

contra Electi perſonam opponens, ſi deficit in probatione, à beneficiis Eccleſiaſticis per triennium eſt ſuſpenſus, ad quæ ſi intra id tempus ſe ingeſſerit, ipſo iure illis perpetuò eſt priuatus, gl. contra electum, in cap. dudum, 54. eod.

Electus in Prælatum ſi ſit ſufficientis ſcientiæ, licet non 7
emi-

Digitized by Google

cu. ſentis, toleratur, gl. ſufficientes, in cap. Eccleſia ve ſtra, 57. eod.

Electus a minori parte capituli, præfertur electo a maiori parte, ſi electus à maiori non ſit ſufficientis ſcientiæ, ſed electus a minori ſit ſufficientis, d. cap. Eccleſia, & ibi gl. ſufficientis.

Electus ſimoniacè, licet ignoranter, non poteſt ea vice obtinere illam Prælaturam, etiamſi legitimè ſibi de nouo conferatur, cap. pen. & ibi gl. 2. eod.

Electus ſi ſit quis ſimoniacè, licet ignoranter, & ſine eius culpa ſi tamen poſtea conſentiret, idem eſſet ac ſi ab initio procuraſſet, gl. 1. ibid.

Electus in Epiſcopum vel Archiepiſcopum, licet ſit confirmatus, non tamen dicitur Archiepiſcopus, vel Epiſcopus, antequam conſecratus ſit, cap. 1. De tranſlat. Epiſcoporum.

Electus in Archiepiſcopum confirmatus, nondum conſecratus, poteſt omnia quæ ſunt iuriſdictionis exercere; ſed non ea quæ ſunt ordinis: vnde licet poſſit confirmare electos in Epiſcopos ſibi ſubiectos, illos tamen conſecrare non poterit ante pallium acceptum, gl. confirmaſſe, ibidem.

Electus in Archiepiſcopum & confirmatus poteſt conferre beneficia, ibid.

Electus in Epiſcopum vel Archiepiſcopum confirmatus, nondum conſecratus, poteſt committere alteri ſed tamen habenti poteſtatem exercendi ea quæ ſunt ordinis, d. gl. confirmaſſe, ad fi.

8 Electus tranſlatus nondum conſecratus, vel qui nondum habuit pallium, non appellatur ſub nomine Archiepiſcopi, ſed vocatur tantum electus, cap. poſt tranſlationem, iuncta ſupraſcriptione. De renunciatione.

Electus in Epiſcopum abſque Archiepiſcopi mandato non debet ordinari ad ſacros ordines, cap. dilectus. De tempor. ordin.

Electus in Prælatum etiam religioſus poteſt proſequi electionem ſuam, etiam in iudicio litigando, cap. 2. De in integ. reſtit.

Electus ante confirmationem poteſt iuri ſuo renunciare, in manibus eligentium; vnde non tenetur adire ſuperiorem: ſecùs poſt confirmationem, d. cap. 2. & ibi gloſ. renunciauit.

11 Electis duobus vno mortuo in diſcordia, non ad eamdem Prælaturam, non debet fieri alia electio, niſi prius diſcutiatur per iudicem de viribus, ſeu validitate illius electionis factæ de ſuperuiuente, cap. ex parte, & ibi gl. ruralis, & gl. allegant. De arbitris.

Electus legitime ad aliquod officium, non adminiſtrat, antequam adipiſcatur poſſeſſionem officij, cap. fi. De iudicijs.

Electo ad aliquod officium temporale, non valenti officium exercere, etiam ſine culpa ſua currit tempus, nec poteſt petere officium pro tempore ſequenti, d. cap. fi.

contra Electum & non confirmatum ſi quis opponat, vel excipiat, & poſtea non compareat, ſuperior debet præfigere certum terminum, intra quem compareat, proſecuturus intentionem ſuam: alioquin confirmabit eum, gloſ. canonibus, in fi. in cap. quoniam frequenter, §. porro. Vt lite non conteſt.

9 Electus & inſtitutus ab eo, qui eſt in pacifica poſſeſſione eligendi, obtinet ex ſola poſſeſſione, licet poſtea appareat ius ad alios pertinere, cap. pen. De cauſa poſſeſſ.

pro Electo ſe gerens, non ſequitur, quod verè ſit electus, cap. cum ſuper, eod.

Electus & confirmatus appellatur ſimpliciter electus, cap. tam literis, 33. De teſtibus.

Electus confirmatus, nondum conſecratus, poteſt dici Prælatus, licet adhuc non vocetur Epiſcopus, ibid. & cap. tua nuper. De his quæ fiunt à Prælat.

Electo petenti ſuam confirmationem contra ſibi reſiſtentes, obſtat exceptio periurij, vel excommunicationis: & ſi illa inciat tempore excommunicationis, electio fuit nulla, cap. dilecti. De except.

Electus an ſit idoneus, poteſt ſuperior examinare, & confirmare, vel reprobare electum, gl. 1. in cap. ſignificauerunt eodem.

Electum ſibi præſentatum poteſt Prælatus ex officio examinare, an ſit idoneus, gl. fi. in cap. exceptionem, eod.

Electus poteſt agere vt ſua electio confirmetur, gl. aduerſus, in cap. cum Bertholdus. De re iudic.

Electus & confirmatus, non obſtante electione, vel confirmatione extraiudiciali de alio facta, debet conſequi poſſeſſionem, cap. conſtitutis, 45. De appel.

Electo cum crimen obijcitur in modum exceptionis, niſi electus publicè ſit infamatus de illo crimine, admiſſa electione, differenda eſt exceptio, gl. fi. ibid.

10 Electus ad ſecundam Eccleſiam ſi noluerit dimittere primam, eligentes poſſunt reſilire, & electum non acceptare, cap. cum non ignores, 15. De præbend.

Electus ad curam animarum ſi velit retinere priorem Eccleſiam cum illa, ad quam ſuit electus, nec velit priorem dimittere, electores poſſunt recedere ab electione ipſius: ſecus, ſi vellet dimittere primam, & ſecundam recipere, gl. pen. ibid.

Electus ad onus non debet repelli à mercede, cap. cum ſecundum, eod.

contra Electum ad dignitatem Eccleſiaſticam poteſt opponi de multitudine dignitatum, de pluralitate præbendarum, de vitio ambitionis, & de delicto auaritiæ, a quo ſe ingeſſit ad dignitatem obtinendam, de qua quæritur, & quod intruſit ſe ante confirmationem, cap. cum iam dudum, eod.

Electus non dicitur de gremio Eccleſiæ ille, qui de minoribus Eccleſiis electus eſt, licet ſit eiuſdem ciuitatis, gloſ. quarta, in cap. requiſiſti. De teſtament.

Electus in conſecratione aſſumit nomen Epiſcopi, cap. 1. De religioſ. domibus.

Electus ſi fuerit repulſus ob crimen contra ipſum probatum, efficitur inhabilis ad alias dignitates conſequendas, non autem priuatur conſequutis, cap. ſuper his, & ibi, gl. impedit. De accuſat.

Electus ſi ſuper criminibus publicè fuerit infamatus, debet electionis executio differri, cap. accedens, 23. eod.

Electo contradicens ſi pro pecunia de voluntate electi tradita à contradictione ceſſat, electus poſtea confirmatus ſimoniacus eſt, & tenetur renunciare beneficio, cap. Mathæus, 23. De ſimonia.

Electo confirmato non imputatur, ſi eo prohibente, pro ipſius confirmatione pecunia data fuit, cap. ſicut tuis, 33. De ſimon.

Electa perſona nullo modo poteſt computari inter eligentes, quando eis ſimpliciter eſt data poteſtas eligendi, gl. 5. in cap. fi. De ſortilegijs. 11

Electo non imputatur, ſi confirmatori, eo ignorante, & reclamante, pecunia data eſt, gl. imputari, in cap. ſicut, 33. De ſimonia.

Electo obeſt, ſi ante eius electionem data ſit pecunia electoribus, licet eo reclamante, quia per pecuniam eligitur; niſi dantes pecuniam hoc facerent in odium eius, vt eius electio efficeretur nulla, ibid.

Electus & confirmatus poteſt facere ea, quæ ſunt iuriſdictionis; ſed non ea quæ ſunt ordinis, gl. iuriſdictionis, in cap. fi. De cler. excomm. miniſtr.

Electus in Abbatem debet recipere conſecrationem ab Epiſcopo loci, ſi eam obtinere poteſt, cap. Abbate. De verb. ſignif.

Electo opponens aliquid videtur agere & aſſumere perſonam actoris, cap. 1. De electio. lib. 6.

contra Electum in Papam a duobus partibus nulla exceptio admitti poteſt, gl. decem diebus, in cap. vbi periculum, §. hoc ſacro, & gl. idoneo, in §. cæterum. De election. lib. 6.

contra Electum in Epiſcopum vel beneficiatum poſſunt ſe opponere Canonici, & etiam Parochiani, & etiam patroni, gl. aliqui, in cap. vt circa, eod.

contra Electum in Epiſcopum vel beneficiatum Romana Eccleſia admittit quemlibet clericum de diœceſi vel ciuitate, ſiue beneficiatus ſit, ſiue inde oriundus, ſi vult obijcere in perſonam: contra formam autem non admittit, niſi Canonicos, ibid.

contra Electi perſonam obijci poſſunt defectus ætatis, ſcientiæ, & natalium, gl. electi ibid. 12

Electus ante confirmationem non debet adminiſtrare per ſe, vel per alium, in totum, vel in partem, ſub quocumque colore: qui contra fecerint, ipſo iure priuati ſunt iure quæſito ex electione, cap. auaritiæ, eod.

Electus ad Eccleſiam poteſt dici rector, d. cap. auaritiæ.

Electus vltra montanus concorditer, immediatè ſubiectus Papæ, poteſt ante confirmationem adminiſtrare quæ iuriſdictionis ſunt, gl. Eccleſiarum, ibid.

Electus poſt confirmationem poterit adminiſtrare ea, quæ ſunt iuriſdictionis; non vero quæ ſunt ordinis, gl. confirmetur, ibid.

Electus ante confirmationem ideo non poteſt adminiſtrare, quia alias de confirmatione non curaret, maximè qui non debet conſecrari: item quia confirmatio nihil operaretur, ſi adminiſtrationem haberet per electionem, ibid.

Electus confirmatus, a cuius confirmatione, appellatum eſt, pendente appellatione, non debet adminiſtrare: alias incurrit pœnas ſtatutas contra adminiſtrantes ante confirmationem, niſi appellatio eſſet talis, quæ non teneret, d. gl. confirmatur.

Electus ſine ſuperioris legitimi authoritate adminiſtrans, incurrit pœnam ſtatutam contra adminiſtrantes ante confirmationem, gl. procurationis, in add. ibid.

Electus ante confirmationem adminiſtrans, ſoluendo quod debet Eccleſia, liberat eam, ſed debitor Eccleſiæ ſoluendo tali electo non liberatur, gl. temporalibus, in add. ibid. 13

Electus nullum ius habens ex electione, vel poſtquam ei renunciauerat, ſi adminiſtret, tenetur ad fructuum reſtitutionem: & alias arbitrio iudicis puniri debet, gloſ. fi. ibid.

Electus intra menſem electioni debet conſentire; aliàs priuatus eſt iure quæſito, niſi conditio perſonæ ipſum excuſet, cap. quam ſit, eod.

Electus poſt præſtitum conſenſum electioni, debet petere confirmationem intra tres menſes aliàs electio viribus euacuatur, d. cap. quam ſit.

Electus intra menſem debet conſentire electioni; & menſis debet

Digitized by Google

debet eſſe tot dierum, ſecundum quod occurrunt menſes tunc, vel triginta dierum; & idem dicendum eſt in tribus menſibus, qui dantur ad confirmationem petendam, gl. menſem, in d. cap quam ſit.

Electus monachus, vel canonicus regularis, vel alius frater, ſine ſuperioris licentia, non poteſt electioni conſentire, ſed obtenta licentia intra menſem conſentire poterit: nam illi non currit ille menſis, niſi ex quo conſentire potuit, gl conditio, ibid.

Electo monacho vel canonico regulari ſi ſuperior noluit præſtare licentiam conſentiendi electioni, tranſacto menſe, electus, iure quod ſibi competebat, ſit priuatus, & electores habeant facultatem liberam procedendi ad aliam, gl. facultatem, ibid.

Electus monachus vel canonicus regularis ſi poſt menſem obtineat licentiam conſentiendi electioni, non poterit fieri confirmatio illius electionis; & licet electores non eligant alium, non conualeſcit ius electi, d. gl. facultatem, & ibi add.

14 Electi confirmationem ſufficit quod petant electores, & tunc electo etiam nihil petente, euitatur pœna non petentis confirmationem, gl. petere, ibid.

Electo ſufficit, quod petat confirmationem intra tres menſes poſt conſenſum electioni de ſe celebratæ præſtitum, licet non obtineat, cum per eum non ſtat, ibid.

Electus per ſuum procuratorem poteſt petere confirmationem, imò & poterit ratam habere confirmationem petitam per amicum ipſius electi, etiam ſine mandato, ibid.

Electo non ſufficit, ſi propter infirmitatem, vel viarum diſcrimina, vel ſuperioris impedimentum, vel longam diſtantiam, vel propter frequentem curiæ mutationem, vel aliam iuſtam cauſam, non potuit petere confirmationem intra tres menſes, à tempore præſtiti conſenſus electioni, gl. pen. ibid.

Electus ſi ceſſante infirmitate, viarum diſcrimine, vel alio iuſto impedimento, intra tres menſes à tempore præſtiti conſenſus omiſerit petere confirmationem, electio eius ipſo iure eſt nulla, ibid.

Electus non petens confirmationem intra tres menſes à tempore præſtiti conſenſus, cadit ipſo iure ab electione ſua, gl. ſi. ibid.

Electus ſi poſt tres menſes elapſos à tempore præſtiti conſenſus electioni, petiit confirmationem, & obtinuit eam, non conualeſcit quod à principio fuit nullum: & ideo peccat detinendo Epiſcopatum, & fructus non facit ſuos, niſi confirmatio fuiſſet facta ſcienter per eum, qui alias ſuo iure conferre potuiſſet, gl. ſi. ibid.

Electo quæritur ius ex electione, etiam antequam conſentiat, d. cap. quàm ſit, verſ. electus. De electione, lib. 6

15 Electus poteſt petere confirmationem ſuæ electionis, abſque vitio ambitionis, d. cap. quàm ſit, §. cæterum, & cap. cupientes, § hoc generali, eod.

Electus debet eſſe moribus temperatus, & moribus debet proſperari, non verbis, gl. morum, in cap. nulli liceat, 8. eod.

contra Electum à duplo maiori parte, vel contra ipſius electores, nihil quod tenebit vocum, poteſt à reliqua parte opponi: ſed bene id quod votum annullet, cap. ſi quando, 9. eod.

Electus debet petere confirmationem ſuæ electionis, quàm citò commodè poteſt: quod iudex arbitrari debet, inſpecta qualitate temporum, locorum, perſonarum, & ætatum, gloſ. commodè, in cap. cupientes, §. hac generali, eod.

Electus non veniens pro confirmatione, Sede Apoſtolica vacante, non incidit in pœnam, gl. coram, ibid.

Electus adſtrictus venire ad curiam per conſtitutionem *cupientes*, tenetur venire, etſi aduerſarij ſui non veniant: quia in ipſorum abſentia procedi poteſt, gl. opponentes, in d. cap. cupientes, §. quòd ſi par viginti.

Si Electus non poſſit habere copiam vel Papæ, vel auditoris, intra tempus in conſtitutione *cupientes*, præfixum, vt liberetur, tutum eſſet ei pluries proteſtari, gl. propoſita, ibid.

Electus ſi hora & loco competentibus pro confirmatione requiſiuit Papam, & eius copiam habere non potuit, & hoc legitimè fuerit proteſtatus, tempus non currit, donec Papa ſui copiam fecerit. ibid.

Electo non nocet labi tempus interim, dum iudex deliberat, an electio ſit admittenda, vel non, gl. videbitur, ibid.

Electus ipſo iure ſeruatur illæſus, ſi ipſe, vel procurator intra tempus ſtatutum fuit impeditus venire ad proſequendam electionem, & petendam confirmationem, d. cap. cupientes, § inſuper, & ibi gl. impedimento.

16 Electo intra tempus non veniente, nec mittente procuratorem, aduerſarius præſens ſi petat pronunciari, ipſum in conſtitutionem *cupientes*, incidiſſe, iudex benefaciet in non multum accelerando, maximè ſi ſit ſpes de vicino aduentu: & ſi iudex proceſſerit, tunc electus veniens ſi probat impedimentum, propterquod nec venire, nec mittere procuratorem potuit, reſtituetur contra proceſſum, ibid.

contra Electum vel poſtulatum opponens, ſi ſit Archiepiſcopus, vel Epiſcopus, non tenetur comparere perſonaliter: & ideo ſufficit, quòd procuratorem ſufficienter inſtructum mittat, tanquam iuſta & rationabilis cauſa eum excuſet, gloſ. opponens, in d. cap. cupientes, §. ſi vero.

contra Electum quando plures opponunt de diuerſis criminibus ſufficit duos procuratores mittere ſufficienter inſtructos: ſed ſi plures opponant de vno crimine, magis idoneus admittitur à iudice, gl. duo, ibid.

contra Electum opponenti ſi obiciat electus, quod intra tempora conſtitutionis *cupientes*, non oppoſuit: & è contra opponens contra electum, quòd intra tempus dictæ conſtitutionis electionem non præſentauit, nec petiit confirmationem, primò diſcutietur de iure opponentis, tanquam de præiudiciali, gl. comparesant, ibid.

Electo non nocet extraiudicialis negligentia eligentium, gl. nullum, in d. cap. cupientes, §. vel ſi perſona.

Electus a maiori parte, aliorum comparatione, ex quo placuit omnibus, quod ipſe fuiſſet electus, non cenſetur electus à maiori parte capituli, cap. ſi cui, 23. De electione, lib. 6.

Electus non poteſt duas electiones proſequi, petendo confirmationem ex illis, etiamſi reſtatur ſe contentum altera, per quam conſequi poſſet ſuæ intentionis effectum; neceſſe ergo habet alteram eligere: qua electa ad alteram redire non poterit, cap. vt quis, 25. eod. 17

Electus poteſt electionem ſuam proſequi ex multiplici iure eligentium, puta ex conſuetudine præſcripta, & ex priuilegio ſpeciali. gl. ex vna, ibid.

Electus ſi non conſentit, vel poſt conſenſum renunciat, vel moritur, vel propter occultum ſui vitium electio caſſatur, eligentes ad eligendum ex tunc integrum tempus habebunt, niſi circa id egerint fraudulenter, cap. ſi electio, 26. eod.

Electus in omni caſu ante confirmationem poteſt renunciare electioni ſine ſuperioris authoritate, & tenet renunciatio quoad ipſum electum; ſed in nullo caſu tenebit quoad ſuperioris præiudicium, gl. renunciat, in cap. ſi electio, 26. eod.

Electus & confirmatus in Epiſcopum, poteſt exercere iuriſdictionalia, cap. is cui, 42. eod.

Electus & confirmatus poteſt exercere iuriſdictionalia: ſed non ea quæ ſunt ordinis, & conſecrationis, d. cap. is cui, & ibi add.

Electus ante confirmationem in certis caſibus poteſt adminiſtrare, gl. authoritate, in cap. indemnitatibus, 43. §. verum, eod.

Electæ in Abbatiſſam per compromiſſum impendetur benedictio, non obſtante minoris partis contradictione: ſed ſi maior ei ſe opponat, liberè adminiſtrabit, nec confirmabitur: ſi vero ei ſe opponat pars duplo maior, non adminiſtrabit, nec confirmabitur, ſed expectabit litis euentum, d. cap. indemnitatibus, §. cæterum.

Electus in diſcordia abſque cauſæ cognitione non vocato ſpecialiter & peremptoriè coelecto, vel opponente, non debet confirmari, cap. ſi. eod. 18

Electus concorditer non debet confirmari ſine vocatione, & citatione illorum quorum intereſt, quæ debet eſſe generalis & peremptoria, & debet poni in valuis illius Eccleſiæ; alias confirmatio facta non valet, ibid.

Electus ſi præſentata electione ſibi renuat conſentire intra tempus iuris electoribus in eadem voluntate adhuc manentibus, poterit conſentire, alias non, gl. ſi. in cap. ſi cui, De procuratoribus, lib. 6.

Electus poteſt proſequi electionem ſuam, nec per hoc poteſt dici ambitioſus, cap. 2. Vt lite pendente, lib 6.

ex Electis duobus ad beneficium, ſi alter deceſſerit & appareat defuncto non deberi, non ſequitur propter hoc ſuperſtiti viuenti deberi, gl. electi, ibid.

ex Electis duobus ad beneficium, ſi alter deceſſerit, & appareat ſuperſtitem ius non habere, non conualeſcit beneficium in eo, ſed rectè poteſt de nouo eligi: quod intellige, vbi non eſt vitium perſonæ, gloſ. ſi. & ibi add. ibidem.

Electos duos ad beneficium ſi apparuerit ius non habere, nulla fiet electio; ſed ſi apparuerit per ſententiam eos ius non habere, fiet electio vel præſentatio per eos, ad quos illa pertinet, gl. finita, in cap. 2. eod.

Electus poſt Sacramentum ponens vel reſpondens contraria directè, niſi rationabiliter excuſetur, velut periurus, a confirmatione repellitur; & idem ſi hoc fecerit procurator, ipſo mandante, vel ratum habente, vel non reuocante, cap. ſi. De iureiura, lib. 6.

Electum repellunt non ſolum antiqua crimina, ſed etiam noua, gl. debebit, ibid. 19

Electus, qui conſentit electioni de ſe factæ propria authoritate, poteſt pœnitere ante confirmationem, gl. 2. in reg. qui ſemel, 21. De reg. iur. lib 6.

Electus in Romanum Pontificem tenetur ire, vel mittere ad curiam, clem. ne Romani, §. ſi. De elect.

Electus in Romanum Pontificem, ſi non venerit intra tempus à iure ſtatutum, incurrit in cenſuras, de quibus in *clem. ne Romani*, & iuriſdictio Papæ, & eius exercitium remanent penes collegium Cardinalium gl. verum, ibid.

Electus

Electus in præpoſituram, ante confirmationem in curia moriens, non dicitur præpoſitura in curia vacare, etiamſi ſuper electione, vel confirmatione in curia litigaretur, gl. collato, in clem. 1. Vt lite pendente.

Electus ſi confirmatur in curia ad talem dignitatem, per cuius adeptionem vacent priora beneficia, illa priora beneficia non dicuntur vacare in curia, ſed in loco adeptionis poſſeſſionis pacificæ, vel in quo potuit apprehendere poſſeſſionem, ibid.

Electus nondum conſecratus non poteſt dici Pontifex, vel Epiſcopus: & eum capiens vel percutiens non incurrit in pœnam, quam capiens vel percutiens Epiſcopum, gloſ. quamuis, in clem. 1. De pœnis.

Electus ad dignitates Eccleſiaſticas, vel etiam ſeculares, ante confirmationem non adminiſtrat, gl. præſumat, in extrauag. Eccleſiæ Romanæ, Ioann. 22.

Electi, qui pro ſuarum electionum negotio tenentur etiam ſede vacante ad curiam venire, non tenentur de neceſſitate in ipſa curia moram trahere, & licet alibi morentur, nullum eis præiudicium generatur, extrau. ad onus, Ioann. 22.

Electi omnes, ſiue exempti, ſiue non exempti, ad Cathedrales, vel regulares, vel collegiatas, tenentur venire ad curiam, vel mittere aliquem, extrauag. ad onus, & ibi gl. quibuſcumque.

20 Electus ante confirmationem non adminiſtrat: quia ante confirmationem non habet ius adminiſtrandi, niſi ſint Archiepiſcopi vltramontani, vel niſi ſint exempti: qui ſi tranſmontani ſunt, ſtatim poſſunt adminiſtrare, gl. & diſponendi, in can. in nomine, diſt. 23.

Electus in Papam ſtatim obtinet authoritatem regendi Romanam Eccleſiam, & omnem illius diſponendi facultatem: quòd ſecus eſt in alijs prælatis, d. cap. in nomine, & ibi gl. diſponendi.

Electo in Epiſcopum, ſi in conſecratione obijciantur aliqua crimina, ne conſecretur; & cauſa ipſum conſecrandi apud plebem diſcutiatur, per quinque vel ſex Epiſcopos debet cognoſci, can. illud, diſt. 23.

contra Electum & confirmatum in Epiſcopum poteſt opponi crimen, & ad finem vt repellatur a conſecratione, ibidem.

Electus ſuo ſuperiori vel maiori tenetur præſtare iuramentum, de fide & canonibus ſeruandis, & de indemnitate rerum Eccleſiæ ſeruanda, de immoderata exactione non facienda, de fidelitate, de penſionibus debitis ſoluendis, & de penſionibus non augendis, gl. vt ſidem, in can. quam quam, diſt. 23.

Electus ſuſpectus de inobedientia iuramentum præſtat de obedientia ſeruanda, ibid.

21 Electæ perſonæ qualitates poſſunt per ſuperiorem diſcuti & examinari, antequam præſentetur ſcrutinium electionis, can. priuſquam, diſt. 28.

Electus ſciens ſe habere vitium habile ad caſſationem electionis, non debet electioni conſentire: ſed conſentiendo peccat, ibid.

Electus in Epiſcopum habens vxorem & filios, non ſtatim eſt confirmandus: ſed aliquanto tempore differtur: & antequam confirmetur, debet præſtare cautionem de conſeruandis bonis Eccleſiæ, can. de Syracuſanæ, diſt. 28.

Electo nullum ius acquiritur ante confirmationem, gloſ. 2. ibid.

Electi perſona vbi eſt nota, non requiritur examinatio, can. de Petro, diſt. 57.

Electi quando ſunt duo, licet vnus ſit dignior altero, non tamen confirmatur, niſi etiam conſtet electionem ſore canonicam, can. Apoſtolica, diſt. 56.

ab Electo illegitimo ad Epiſcopatum ſolus Papa diſpenſat, ibid.

Electus dicitur ab Eccleſia, qui a maiori parte capituli eſt electus, gl. 1. ibid.

Electus, eo ipſo quòd ſit quis, præſumitur eſſe melior alijs, gl. pe. in can. miramur, diſt. 61.

Electus niſi fuerit canonicè electus, non debet conſecrari, can. docendus, diſt. 62.

22 Electo acquiritur ius per conſenſum eligentium, dum tamen ipſe conſentiat, vel conſentire velit, gl. 2. in can. quanto, diſt. 63.

Electo per electionem acquiritur ius prælaturæ, & ius adminiſtrandi: ſed non acquiritur exercitium prælaturæ, ſeu adminiſtrationis: per confirmationem autem nihil noui iuris acquiritur, ſed tantum exercitium, ibid.

Electus in Papam olim, cum imperium eſſet apud Græcos, mittebat per legatos ſuos decretum electionis ſuæ: & tunc præſentabat certam pecuniæ quantitatem: à qua tandem Imperator liberauit Papam, ita tamen vt electio Pontificis ſemper Imperatori repræſentaretur, can. Agatho, diſt. 63.

Electus fuit Romanus Pontifex Adrianus ſecundus inconſulto Imperatore, & eius legatis, can cum Adrianus, diſt. 63.

Electis duobus ad Epiſcopatum æqualibus vocibus, Metropolitani iudicio præfertur ille, qui maioribus iuuatur meritis, & ſtudijs, can. ſi diſt. 63.

Electis duobus ad Epiſcopatum æqualibus vocibus, licet Archiepiſcopus poſſit præferre alterum alteri: non tamen debet dare Epiſcopum inuitis canonicis, & plebe inuita, ne plebs, quem non vult, odio habeat vel contemnat, dict. cap. ſi.

Electis duobus ad Epiſcopatum æqualibus vocibus, ſi Metropolitanus nolit conſecrare illum, qui maioribus iuuatur meritis & ſtudijs, à ſuffraganeis petenda eſt conſecratio: vel melius erit, quòd petatur à ſuperiore, gl. iudicio, ibid.

Electus in Epiſcopum confirmatus, debet conſecrari à Metropolitano cum ſuis ſuffraganeis: quòd ſi Metropolitanus non poſſit adeſſe, vel etiam non vult, præſtabit authoritatem hoc faciendi tribus ad minus, alijs omnibus per litteras ſuas conſenſum præbentibus, gloſ. 2. in ſumma, diſt. 64.

Electus à maiori parte capituli, ſufficit quòd ſit bonus, licet alius ſit melior, gl. ſi. in can. ſi. diſt. 75. 23

Electus diaconus in Epiſcopum alterius diœceſis, ſine licentia ſui Epiſcopi tranſire non poteſt, can. ſi. diſt. 76.

Electus de aliena diœceſi poteſt tranſire ad alienam diœceſim ſine licentia ſui Epiſcopi, can. 1. diſt. 85.

Electus inhoſpitalis, & neſciens hoſpitalitatem, non debet conſecrari in Epiſcopum, ibid.

Electus in Epiſcopum debet habere ſcientiam ſacræ ſcripturæ, ibid.

Electus de propria Eccleſia primò examinatur, quàm electus de extranea, gl. ſingulorum, in d. cap. 1.

Electus de proprio gremio Eccleſiæ præfertur electo de extranea, licet fuerit electus à maiori parte, ibid.

Electus Archidiaconus priùs examinatur, tamquam maior, quàm diaconus, ibid.

Electus in alia prouincia non debet priuari priori beneficio antequam transferatur ad aliam, gl. non abijciatur, in can ſi qui, diſt. 92.

Electus & ordinatus in alia prouincia, ſi non vult renunciare Epiſcopatui, ad quem eſt electus, non erit clericus eius Epiſcopi, in quo habebat beneficium, & illud ſibi remanebit; ſi verò renunciauit Epiſcopatui, erit clericus illius Epiſcopi, & ab eo iudicabitur, niſi in cauſa criminali: non tamen poteſt eum deponere, in memoriam priſtinæ dignitatis, gl. ſi. ibid.

inter Electum poſt confirmationem, & Eccleſiam eſt matrimonium, gl. viduatis, in can. 1. diſt. 100. 24

Electo vel ordinato penitus ignorante ſi ſit pecunia data, vel promiſſa, illa datio nihil nocet electo, vel ordinato, can. ſicut is, §. ſi. 1. q. 7.

Electi ad prouincias regendas debent iurare ſe nihil dediſſe, & quòd non dabunt per ſe, vel per mediam perſonam, pro adminiſtratione ſibi conceſſa vel commiſſa, & quod durante adminiſtratione, vel poſt, occaſione ſui officij, nihil præter ſalarium accipient, can. ſancimus, 1 q. 7.

Electus ad aliquam dignitatem ſtatim tenetur appellare, niſi eligatur, vt ſit defenſor ciuitatis: ibi enim non habet locum appellatio, gl. excuſatio, in can. biduum, 2. q. 6.

Electus ſiue confirmatus, ſi ante ordinationem ſiat inhabilis, remouendus eſt: vitæ tamen neceſſaria ei dari debent, gl. 1. in ſumma, 7. q. 1.

Electus poteſt adminiſtrare res Eccleſiaſticas, can. quamuis, 7. q. 1.

Electus ſi adhuc eſt in peccato mortali, non eſt ideo electio vitioſa, ſi ipſe velit corrigi, gloſ. fin. in can. in ſcripturis, 8. q 1.

contra Electum poteſt populus excipere; nec populo dari debet Epiſcopus, gl. retractare, in can. licet ergo, 8. q. 1.

Electus ad preces aliquorum, immediatè eſt ſubiectus illis, ad quorum preces eſt electus, adeo quòd illis obedire compellitur, ſaltem propter verecundiam vel timorem, can. illud quidem, 8. q. 2.

Electus debet eſſe vita & moribus decoratus, ibid.

Electus ſemel approbatus non poteſt amplius reprobari ab eligentibus, niſi ex cauſa noua, vel de nouo ad eorum notitiam veniente; tunc enim poteſt ab eis reprobari, gl. ſi. in can. dilectiſſimi, 8. q. 2. 25

Electus in Epiſcopum de rebus Eccleſiaſticis aliquam ſecuritatem nulli debet facere, can. 1. 8. q. 3.

Electo poſt electionem licitum eſt præſtare iuramentum ſuper indemnitate rerum Eccleſiæ, can. 2. 8. q. 3.

Electus iniuſtè licet bene vtatur dignitate, per hoc non conualeſcit dignitas: hoc tamen quandoque fallit, can. neque enim, 14. q. 5.

Electa perſona non debet computari inter eligentes, vt augeat numerum eligentium; quia à ſe oriri non debet, gl. ſi. in cap. per noſtras. De iurepatron.

Electus in ſuperiorem, putà in Priorem vel Abbatem, vel Prouincialem, ſi quis fuerit contra decreta Concilij Tridentini, electio eſt irrita & nulla: & is qui in Prouincialem, Priorem vel Abbatem taliter creari paſſus ſit, ad omnia officia in religione obtinenda inhabilis exiſtit: & facultates ſuper his conceſſæ, eo ipſo cenſeantur abrogatæ. Concil. Trident. ſeſſ. 25. De regulat. cap. 6.

Electiuus modus non includitur ſub verbo prouiſionis, vel diſpoſitionis, cap. cum in illis, §. illis verò, & ibi gl. electionem. De præbend. lib. 6.

Reli-

Reliqua in verbo, Abſens, num. 1. Confirmatus. Meritum. Obiectiones. Opponere. Opponens. Religioſus, 27.

1 **ELEEMOSYNA** vnius, quandoque occaſionaliter eſt peccatum alterius, cap. iniuſtum. De rerum permutatione.

Eleemoſynam ſibi facere primo debet quis, deinde proximo: quia ordinata charitas incipit à ſeipſo, gloſ. ſi. in cap. petitio, 31. De iureiur. gl. ſi. in cap. niſi ſpecialis. De authorit. & vſu pallij.

Eleemoſyna poteſt fieri de illicitè acquiſitis, ſi de illis non competit repetitio, & dominium transferatur: & ſic meretrix, hiſtrio, ſimoniacus, & qui de mammona iniquitatis viuunt, id eſt per ſolicitudinem temporalem acquirunt, eleemoſynam facere poſſunt; & de eo quod extorquetur ratione officij, quia in his dominium transfertur, non competit repetitio, gloſ. 1. in can. ex tranſmiſſa, 23. De decimis.

Eleemoſyna non poteſt fieri de eo, cuius dominium non transfertur in facientem eleemoſynam; vel ſi transfertur, competit repetitio; cum non ſit facientis eleemoſynam, vt in vſuris & ſimonia, ibid.

Eleemoſynam dare non eſt peccatum: ſed dare ad iactantiam, malum eſt, gl. 2. in cap. 2. De celebr. Miſſar.

Eleemoſynarum quæſtores ſine Apoſtolicis vel diœceſanorum literis admitti non debent: nec tunc proponere debent vltra id, quod in ipſis literis continetur, cap. cum ex eo. De pœnitent. & remiſſ.

Eleemoſynarum quæſtores debent eſſe modeſti, & locis & expenſis incongruis abſtinere, ibid.

Eleemoſynam non eſt licitum recipere ceſſante neceſſitate, ab excommunicato vel detentore alienarum rerum, cap. cum voluntate, 54. §. 1. De ſententia excommunic.

2 Eleemoſyna, hoc eſt oblatio, ab vſurariis manifeſtis recipi non debet, gl. vel alios, & ibi add. marg. ibid.

Eleemoſyna poteſt fieri etiam de illicitis, dummodo transferatur dominium, & non competat repetitio, gl. licitis, in cap. cauſa, 53. De verb. ſignif.

Eleemoſyna non poteſt fieri de eo, quod non eſt ſuum, gl. ſuas, in cap. 1. De clericis non reſid. lib. 6. gl. aſſerit, in extrauag. cum inter nonnullos, Ioan. 22.

Eleemoſynarum quæſtores non debent hoſpitari in locis incongruis: ſicut ſunt hoſpitia Beguinarum; quod genus mulierum eſt periculoſum, gl. 2 in clem. 1. De religioſ. domib.

Eleemoſyna non debet dici, quæ de rapina ſit, gl. iniuſtis, in clem. ad noſtrum. De cenſib.

Eleemoſynarum largitio debet fieri die Corporis Chriſti, poſt puram, veram, & non fictam confeſſionem, ad recipientium Corpus Domini, clem. 1. §. ideoque. De reliquiis & vener. ſanct.

Eleemoſyna delet pœnam peccatorum, can. vnum, §. alias, diſt. 25.

Eleemoſynam petenti concedenda eſt, ſine inueſtigatione an egeat, vel non, can. quieſcamus, diſt. 42.

In Eleemoſynis dandis, cauſa adminiſtrandi Sacramenta, primò debet perſona, cui danda eſt, diſcuti: ſed in danda eleemoſyna pro nutrimento, ſeu ſuſtentatione corporali, ſine examinatione ſunt dandæ, ibid.

Eleemoſyna omnibus eſt danda indiſtinctè, gl. 3. ibid.

3 Eleemoſynam petentes, quidam ſunt cogniti, quidam incogniti: item quidam petunt quaſi ex debito: quidam pro ſuſtentatione corporis, ibid.

Eleemoſynam petens ex debito, & ratione officij, quia dicit ſe ad hoc miſſum, vt ibi prædicet, ſi tale officium conſtat ei eſſe commiſſum, recipiendus eſt: ſi eſt incognitus, eſt examinandus, an ita ſit, ibid.

Eleemoſynam petens pro nutrimento, tunc indiſtinctè omnibus eſt danda, niſi quis per ſeueritatem cibi negligat iuſtitiam: nam tunc ſubtrahenda eſt ei, niſi tam fame moriatur: ſi autem non poſſumus omnibus ſufficere, tunc danda eſt potius bono, quam malo; & conſanguineo potius, quàm extraneo, ibid.

Eleemoſynarum generæ ſunt tria, prima corporalis, alia ſpiritualis, tertia delinquentes corrigere, can. tria ſunt, diſt. 45.

Eleemoſyna corporalis eſt, egeori dare quicquid poteris; ſpiritualis verò, dimittere ei a quo læſus es: alia eſt delinquentes corrigere, & errantes reducere in viam veritatis, ibid.

Eleemoſyna non conſiſtit tantùm in dando egenti, ſed etiam in exercendo cum proximo alia opera charitatis, ibid.

ad Eleemoſynam dandam non adſtringitur quis, vel vltra eius poſſibilitatem, ibid.

Eleemoſyna magna eſt, dare vltra id quod poteſt, gl. 2. in can. tria, diſt. 45.

Eleemoſyna cordis præfertur eleemoſynis pecuniæ, can. duæ ſunt, diſt. 45.

Eleemoſynæ duæ ſunt, vna cordis, alia pecuniæ, ibid.

4 Eleemoſyna cordis eſt, dimittere ei a quo læſus es, ibidem.

Eleemoſyna charitatis ſine ſubſtantiæ terrena ſufficit: illa verò, quæ corporaliter datur, & ſine benigno corde tribuitur, omnino non ſufficit, ibid.

Eleemoſyna data, non ratione animæ, non prodeſt danti, ibidem.

Eleemoſynam dans pauperi, non ex charitate, ſed ideo vt remoueat a ſe importunam petitionem, rem perdit, & meritum, & venialiter peccat, gl. benigno, in d. cap. duæ ſunt.

Eleemoſynam facere tenetur quis, de his quæ ſibi ſuperabundant, detracto vſu ſibi neceſſario, can. ſicut hi, diſt. 47.

Eleemoſyna licet pauperi ſit debita, non tamen poteſt peti iure actionis: officio tamen iudicis poteſt agi, vt ſiat eleemoſyna, can. duo ſunt, diſt. 50.

Eleemoſynæ conferenda debet attendi integritas, & robur membrorum, gl. ſi. in ſumma, diſt. 82.

in Eleemoſyna menſura teneri debet, in can. non ſatis, diſt. 86.

Eleemoſyna de eleemoſynis eſt facienda, gl. pauper, in can. in ſingulis, diſt. 86. & gl. 1. in can. habebat, 12. q. 2.

Eleemoſynæ fieri poſſunt de bonis per oppreſſionem quæſitis, gl. ſi. in can. 2. diſt. 90.

Eleemoſyna non debet fieri ex rebus illicitè acquiſitis, & ex 5
pecunia ſimoniacè acquiſita, can. non eſt putanda, 27. 1. qu. 1.

Eleemoſynam non poteſt facere de illicitè acquiſitis, intellige quando dominium non eſt in eum translatum, vel repetitio competit: ſed vbi repetitio non competit, rectè poteſt fieri: vnde meretrix rectè poteſt facere eleemoſynam, ſed latro non, gl. 1. ibid.

Eleemoſynas facere propter peccata aliud eſt: & aliud eſt propter eleemoſynas peccata perpetrare, d. cap. non eſt putanda.

Eleemoſyne non eſt putanda, quæ ex pretio ſimoniæ erogatur pauperibus, can. fertur, 2. 1. q. 1.

Eleemoſynam dare in vanam gloriam, eſt peccatum, gl. 1. in can. vide, 65. 1. q. 1.

Eleemoſyna dari debet anathematizato Catholico, gl. negabantur, in can. 2. 1. q. 2.

ad Eleemoſynam tenemur pauperi: pauper tamen eam nullo iure poteſt petere, gl. 1. in can. exigunt, 1. q. 7

Eleemoſyna non eſt danda excommunicato, gl. 1. in can. 2. 5. q. 5.

Eleemoſyna nulli eſt deneganda, gloſ. ſi. in can. quoniam multos, 11. q. 3.

Eleemoſyna vnius ne fiat peccatum alterius, ſummopere debent cauere rectores Eccleſiarum, can. iniuſtum, 12. q. 2.

Eleemoſynæ defunctis proſunt, gl. non valdè, in can. tempus, 13. q. 2. 6

Eleemoſynæ & orationes proſunt ad minorem pœnam defunctis, decedentibus in peccato mortali, qui ſunt mediocriter mali, ibid.

Eleemoſynæ non ſunt faciendæ ex fœnore, vel vſuris, nec ex quolibet malè acquiſito, in ſumma, & can. 2. 14. q. 5.

Eleemoſyna non poteſt fieri de illicitè acquiſitis, ſiue transferatur rerum dominium, ſiue non transferatur: ſi tamen competat repetitio, vt in vſura & ſimonia, gl. 1. in ſummis, 14. q. 5.

Eleemoſyna non poteſt fieri de his quæ extorta ſunt per violentiam, & non ratione officij, vt de rapina & furto, ibidem.

Eleemoſyna non poteſt fieri ex nummis redactis ex venditione rei furtiuæ, ibid.

pro Eleemoſyna facienda pauperibus non eſt furandum, vel rapiendum diuitibus, can. fortè, 14. q. 5

Eleemoſynæ & ſacrificia non placent Deo, quæ offeruntur 7
ab iniquis, can. ſcriptum eſt, 14. q. 5.

Eleemoſyna de rebus illicitè acquiſitis rectè poteſt fieri, dum tamen transferatur dominium in accipientem, can. ſi. & ibi gl. tanquam, 14. q. 5.

Eleemoſyna deludet in manu tua, donec inuenias iuſtum, gl. non multum, in can. ſi cupis, 16. q. 1.

Eleemoſynam quiſque primo ſibi debet facere, deinde proximo, gl. ſemetipſo, in can. ſi non licet, 23. q. 5.

ab Eleemoſynis eorum, quibus in vita non debuimus communicare, poſt mortem non debemus abſtinere, can. ſanè, 24. q. 2.

Eleemoſyna exterior liberat quem à morte, id eſt à peccato occaſionaliter, quia citiùs illuſtratur, gl. eleemoſyna, in can. miror. De pœnit. diſt. 2.

Eleemoſynis redime peccata tua, can. quamobrem. De pœnitent. diſt. 2.

Eleemoſynæ à morte liberant peccatorem, qui per delicta ſubruerat, gl. eleemoſynis, ibid.

Eleemoſynæ non valeat, niſi ex bono fonte procedant, gl. fortitan, ibid.

Eleemoſyna habet effectum ſpiritualem, can. eleemoſyna, & ibi gl. ſi. De pœnitent. diſt. 1.

Eleemoſynis redimuntur & relaxantur peccata, id eſt pœnæ debitæ pro peccatis; vel eleemoſynæ redimunt peccata, id eſt oſtendunt eſſe dimiſſa de miſericordia, vel de eleemoſynæ virtute, gl. 1. ibid.

Eleemoſyna eſt præcipua, & maxima partium ſatisfactionis, 8

ca æ.

can. medicamentum. De pœnit. diſt. 1.

Eleemoſyna ordinatè eſt facienda, incipiendo à nobiſmetipſis, ibidem.

Eleemoſynam ordinatè dare qui vult, debet à ſeipſo incipere, & eam primo ſibi dare, can. qui vult. De pœnitent. diſt. 1.

Eleemoſyna pecuniæ, quam quis facit manens in peccato mortali, non dicitur propriè eleemoſyna, gl. fi. ibid.

contra Eleemoſynarum quæſtorum abuſus prauos, multa remedia à diuerſis concilijs ſunt adhibita, quæ poſterioribus temporibus reddita ſunt inutilia. Concil. Trident. ſſ. 21. De reform. cap. 9.

Eleemoſynarum quæſtorum malitia ita quotidie magno fidelium omnium ſcandalo & querela excreſcit, vt de eorum emendatione nulla ſpes amplius relicta videatur, ibid.

Eleemoſynarum quæſtorum nomen & abuſus, in quibuſcumque Chriſtianæ Religionis locis, penitus debet aboleri, nec aliquis ad officium huiuſmodi exercendum nullatenus admitti. Concil. Trident. ſſ. 21. De reform. cap. 9.

Reliqua in verbo, Quæſtores. Charitas. Acquirere. Acquiſita. Pauper. Paupertas.

ELEMENTA, lunam, ſtellarum curſum ac planetarum obſeruare, & colere non debet quis in ædificanda domo, vel in ſegetibus ferendis, vel plantandis arboribus, & ſimilibus: ſed omnia debet facere in nomine Domini, can. non liceat, 26. q. 1.

Reliqua in verbo, Auſpicia. Aſtronomia.

ELIZABET prætenſa regina Angliæ, cum ſuis adhærentibus, declaratur hæretica, & omni iure regni & dignitate priuatur: eiuſque ſubditi ab omni fidelitatis & obſequij debito liberantur, & ei de cætero obedientes excommunicantur, extrauagante regnans in excelſis. Pij Quinti.

EMANCIPATIO filiorum & ſubditorum per hæreticos facta, nulla eſt, etiamſi poſtea vitium detegatur, cap. 2. §. fi. De hæreticis, lib. 6.

Emancipatio facta de liberis poſt hæreſim parentum, nulla dicitur: ergo antea facta tenet, gl. regum, in extrauag. execrabilis. Ioann. 22.

EMANSOR eſt miles, qui diu euagatus, tardiùs ad caſtra rediit, gloſ. emanſorem, in can. facta. De pœnitentia, diſt. 1.

EMENDA idem importat, quod ſatisfactio, clem. religioſi. De decimis.

Emenda competens debet fieri, ibid.

Emendæ poſſunt recipi ab excommunicatis, extrauag. 1. De decimis, inter communes.

Emendare debet quis, quod perperam geſſit, & palliare quod fecit, gl. pen. in cap. pen. De officio Ordin.

Emendans rem laudabilior eſt eo, qui priùs inuenit rem, gl. in melius, in cap. ſtatutum, 11. De reſcript. lib. 6.

Emendatus de crimine, incipit eſſe, quod non fuit, gl. 2. in cap. teſtimonium, 54. De teſtibus.

Emendatus de crimine, ſi ei non remanſit nota infamiæ, teſtimonium dicere poteſt, tam in ciuili, quàm in criminali cauſa ciuiliter mota, d. cap. teſtimonium, & ibi gl. 2.

Emendationis conceſſæ ius nemo debet tranſgredi, gl. 1. in cap. ad audientiam, 12. De homicidio.

Reliqua in verbo, Satisfactio. Corrigere.

EMERE vel vendere altare, & decimas, ac Spiritum Sanctum, dicitur eſſe ſimoniacam hæreſim, cap. presbyter, 3. 1. q. 1.

Emere non poteſt quis rem ſuam, gl. emeret, in can. tributum, §. fi. 23. q. 8.

EMENS rem Eccleſiaſticam à ſolo prælato, non poteſt præſcribere, cum ſciat Epiſcopum non habere ius diſtrahendi, quia contra leges mercatur, gl. pen. in cap. 1. De his quæ fiunt à Prælato.

Emens rem Eccleſiaſticam à ſchiſmatico, ipſo iure eſt excommunicatus, cap. 1. De ſchiſmaticis.

Emens rem, non deceptus in pretio, ſed ſciens, maiori pretio quàm valeat propter dilatam ſolutionem, dicitur contrahere contractum habentem ſpeciem vſuræ: ſecus ſi deceptus eſſet in pretio, vt quia dedit ignoranter vltra iuſtum pretium, gl. 2. in cap. in ciuitate. De vſuris.

Emens rem iuſto pretio ea lege, vt quandocunque venditor ſibi reſtituat pretium, res ſit inempta, & teneatur venditori eam reddere, interim dum ſibi reſtituatur pretium, lucratur fructus: niſi modico pretio emiſſet, & ipſe conſueuiſſet vſuras exercere, gl. fi. in cap. conqueſtus. De vſuris.

Emens rem bona fide ab eo, quem dominum credebat, ſi antequam vſucaperet à poſſeſſione cadat, petit rem à poſſeſſore iure quaſi dominij, & appellatur actio Publiciana: ſi verò poſt vſucapionem à poſſeſſione cadat, tunc non competit Publiciana, ſed datur ciuilis actio, ſcilicet rei vendicatio, ſeu vtilis directa, gl. dominij, in cap. Abbate ſanè. De re iudic. lib. 6.

Emens à pupillo, ſine tutoris authoritate, exceptione repellit pupillum agentem poſt pubertatem, ſi ex ſua pecunia locupletior factus ſit, gl. 1. in reg. locupletari, 48. De reg. iuris, lib. 6.

Emens ſeruum adſcriptitium ſine gleba, contra iura mercatur & ideo habet malam fidem, gl. 1. in reg. qui contra, 82. eodem.

Emens rem à pupillo ſcienter, ſine tutoris authoritate, dicitur habere malam fidem, d. gl. 1. in add. marg.

Emens rem Eccleſiæ, vel aliam in caſu illicito non poteſt præſcribere, gl. monitum, in can. bene quidem, diſt. 96.

Ementes & vendentes id, quod gratuitò dare de iure tenentur, pariter à Deo damnantur, can. vendentes, 1. qu. 3.

Emens rem Eccleſiæ à Prælato vendente iniuſtè, habet regreſſum contra dictum Prælatum, gl. 2. in can. Vulteranæ, 12 q. 2.

Emens Prælatus aliquid de rebus Eccleſiæ, ad rationem Eccleſiæ, debet inſtrumenta conficere; præſertim ſi aliquid proprij haberet, can. 1. 12. q. 4.

Emens tempore vindemiæ vel meſſis vinum vel frumentum, non neceſſitate, ſed propter cupiditatem, vt ſeruando illam vſque dum vendantur carius, dicitur hoc turpe lucrum, can. quicumque, 14. q. 4.

Emens rem habitam pro derelicto à venditore, licet ſciat eam in bonis venditoris non fuiſſe, nihilominus eam vſucapiet, gl. pertineant, in can. placuit, 16. q. 3.

Reliqua in verbo, Vendere. Venditio. Venditor. Vendita. Emptio. Emptor. Empta.

EMERGERE in cauſa dicuntur omnia, quæ in iudicio proponentur, cap. fraternitatis, 17. De teſt.

Reliqua in verbo, Quæſtio, 2. 3.

EMOLVMENTVM vbi eſt, ibi debet eſſe onus, gl. 2. in cap. 1. De Eccleſ. ædifican.

Emolumentum cuius eſt, eius dicitur eſſe periculum, vel euictionis, vel deteriorationis, gloſ. fi. in cap. ſalubriter. De vſuris.

Emolumentum dictio, ſumitur pro reditu pecuniario: & intelligitur deductis expenſis, clem. ſtatutum. De electione.

Emolumentum ex ſigillo curiæ, vel aliàs pertinens ad prælatum Cathedralis Eccleſiæ, vel Collegiatæ, ea vacante, non obſtante conſuetudine, deductis expenſis reſeruandum eſt ſucceſſori; niſi tunc certæ dignitati competat iuriſdictio cum ipſius emolumento, ibid.

Emolumentum ſentiens debet ſentire onus: hoc verum niſi ex diſpoſitione iuris, vel hominis alius ad ſupportandum onera ſit adſtrictus, gl. alijs Eccleſiæ, in extrauag. ſuſcepti. Ioann. 22.

Emolumentum abdicatum à non obtemperante, quandoque applicatur obedienti, & hoc inducit malum inobedientiæ, & virtus obtemperantiæ, gl. vniuerſos, ibid.

Reliqua in verbo, Onus. Commodum.

EMPHYTEOSIS fit tantum de rebus immobilibus, gl. 1
1. in can. potuit. De locato.

Emphyteoſeos contractus magis accedit ad naturam locationis, quàm venditionis: quia ſicut locator retinet dominium, & ſingulis annis aliquid recipit: ita & emphyteota ſingulis annis ſoluit canonem conſtitutum, ibid.

in Emphyteoſi dominium vtile tranſit in emphyteotam, dominio directo remanente penes dominum; ſed in contractu cenſuali, dominium directum & vtile transfertur in recipientem ad cenſum, gl. iuxta, in cap. conſtitutus. De relig. domib.

EMPHYTEOTA non poteſt vendere meliorationes ſuas, domino irrequiſito: quod ſi vendiderit, dominus poterit illas reuocare, gl. alienandi, in cap. quæ in Eccleſiarum. De conſtitut.

Emphyteota poteſt vendere meliorationes, facta denunciatione domino, an is velit ſibi emere, vel ſi à denunciatione ſpatium duorum menſium ſit elapſum; dummodo non vendat perſonis prohibitis, ibid.

Emphyteota rei Eccleſiæ, ſi non ſoluerit penſionem rei Eccleſiaſticæ in emphyteoſim datæ per biennium, cadit à iure ſuo; hodie vero emphyteota poteſt moram purgare, ſi celeri reſtitutione ſibi proſpexit, gl. 1. in cap. pe. De dilatio.

Emphyteota rei priuatæ, ſi non ſoluerit penſionem per triennium, cadit à iure ſuo, ibid.

Emphyteota ſi patiatur proprietarium experiri de re emphy- 2
teotica, & in ea ſuccubuit, res iudicata obſtabit emphyteotæ, ſi poſtea agere velit, gl. 1. in cap. pe. De re iud.

Emphyteota ſi velit alijs meliorationes, & iura ſibi competentia vendere, debet denunciare domino, quantum ſibi ab alijs offeratur: & ſi dixerit dominus ſe nolle emere, vel à tempore denunciationis duo menſes lapſi ſint, licitè poterit vendere: alioquin vendens cadit à iure ſuo, cap.

cap. potuit, & ibi gl. 2. De locato.

Emphyteota licet non ſit ei denunciatum, vt canonem ſoluat, nihilominus per ceſſationem penſionis per biennium, cadit à iure ſuo: quia dies ſtatuta interpellat pro eo, ibidem.

Emphyteota poteſt donare, & pignori dare meliorationes, etiam ſine conſenſu domini, gl. vendere, ibid.

Emphyteota ſi promiſit pœnam, rato manente pacto; ſi non ſoluat penſionem per biennium, poterit dominus petere pœnam; & nihilominus poterit expellere emphyteotam, ob ceſſationem canonis, quia illud in fauorem domini dictum fuit, ibid.

3 Emphyteota poteſt purgare moram, offerendo canonem poſt biennium, d. cap. potuit, & ibi gl. celeri.

Emphyteotæ, qui non ſoluit canonem per biennium, datur modicum tempus poſt biennium ad moram purgandam; quod relinquitur arbitrio iudicis, ex quo non eſt determinatum in iure, conſiderando an debitor ſit pauper, diues, vel pecunioſus, gl. celeri, ibid.

Emphyteotam ob ceſſationem canonis per biennium, poteſt dominus expellere authoritate ſua: ſed melius faciet, ſi expellat authoritate iudicis, gl. expelli, ibid.

Emphyteota ſi tradidit poſſeſſionem emphyteoſis, irrequiſito domino, vel ſi ab aliquo fuerit expulſus, poſſeſſorem non poterit dominus deijcere authoritate propria, ibid.

Emphyteota rei priuatæ, licet ceſſauerit per triennium, & tantum amplius quod non poteſt purgare moram; ſi tamen dominus poſtea receperit penſionem, non poterit expelli, quia recipiendo penſionem, videtur ipſo facto renunciare iuri ſuo, ibid.

Emphyteota Eccleſiæ ſi ceſſauit per biennium, & tantum tempus quod non poſſit purgare moram, ſi Prælatus de conſenſu capituli recepit penſionem, non poterit expellere emphyteotam; ſecus ſi ſolus Prælatus ſine conſenſu capituli recepiſſet penſionem, niſi poſtea capitulum conſenſerit, ibid.

ab Emphyteota ſi ſacerdos vel rector ſolus, qui erat in Eccleſia, cui debebatur canon, receperit canonem poſt moram, non poterit is expellere emphyteotam, ibid.

4 Emphyteotam dominus, etiamſi poſt moram receperit canonem, nihilominus poterit expellere, ſi tempore receptionis proteſtatus ſit, quòd recipiebat canonem ſaluo iure ſuo, vt per hoc ſibi non fiat præiudicium, quominus poſſit expellere, ibid.

Emphyteotæ plures hæredes ſi fuerint, quorum vnus non ſoluit penſionem, non præiudicat alijs, ſi totam penſionem ſoluerint: qui poſtea contra coheredem agent familiæ herciſcundæ, ibid.

Emphyteotam nouum dominus, non per procuratorem, ſed per ſe in poſſeſſionem inducere debet, gl. 1. in reg. poteſt quis. 68. De reg. iur. lib. 6.

Emphyteotæ vel vaſalli licet diuiſerint inter ſe emphyteoſim, vel feudum: propter illam diuiſionem ius dominorum non debet diminui, gl. integris, in extrauag. ſedes Apoſtolica. De officio deleg. inter communes.

Emphyteota poteſt vti materia rei ruinoſæ in ædificatione illius, can. 2. §. ſi quis, 10 q. 2.

5 Emphyteota Eccleſiæ non ſoluens canonem per biennium cadit à iure ſuo; & nihilominus tenetur ſoluere penſionem, & pro tempore præterito, & etiam pro præſenti, d. can. 2. §. qui rem, & ibi gl. per biennium.

Emphyteota licet non ſoluerit canonem infra annum, non expellitur, gl. ſi. in can. longinquitate, 12. q. 2.

Emphyteoticus contractus eſt medius inter locationem & venditionem: in hoc autem accedit ad venditionem, quia cum talis contractus celebratur, aliquid datur, ſicut in venditione datur pretium: differunt tamen inter ſe, quia per venditionem transfertur dominium: ſed in emphyteoſi dominus retinet dominium, gl. 1. in cap. potuit. De locato.

Emphyteoticum ius & meliorationes emere prohibentur ſerui Eccleſiæ, capitanei, & omnes perſonæ maiores, qui non ſunt idonei facilitate conueniendi, vnde poſſit dominus præiudicium pati, gl. prohibentur, in d. cap. potuit.

Emphyteoticus fundus, etiamſi clade vel chaſmate perierit, vltra medietatem plus vel minus, non debet diminui ob id penſio; ſed tota integrè ſolui debet, gl. expelli, in d. cap. potuit.

ob Emphyteoticariæ rei ſterilitatem non poteſt diminui penſio; licet ſecus ſit in locatione, ibid.

Reliqua in verbo, Cenſualis. Eccleſia, 105. Cenſus, 1.

1 EMPTIO voluntaria eſt, gl. vice omnium, in cap. quia propter. §. vel ſaltem, De electione.

Emptio quando eſt facta cauſa pignoris, non quod ſcriptum eſt ſed quod ſuggeſtum, inſpiciendum eſt, gl. 2. in cap. ad noſtram. De empt. & vend.

Emptio communi conſenſu contrahitur, & etiam diſſoluitur, gl. 1. in cap. 1. De rerum permut.

Emptio nulla eſt ſine pretio, quod conſiſtit in quantitate, & pecunia numerata, gl. queat, in cap. ad quæſtiones, eod. gl. 2. in cap. pe. De ſimonia.

Emptionis & venditionis annui cenſus contractus, cum conditione reuendibonis, non eſt contractus vſurarius, extra. vag. regimini, 1 & 2. De emptione & venditione inter communes.

EMPTOR ſi patiatur venditorem experiri de proprietate rei venditæ, a quo cauſam habuit, & ſuccubuit, res iudicata obſtabit ipſi emptori, ſi poſtea agere velit, gl. 2. in cap. pe. De re iudicata.

Emptor non habet actionem furti in re vendita ſubtracta, ſi ei res non fuerit tradita, glo. ſi. in cap. 3. De conceſſ. præbend.

Emptor ſeu venditor, ob deceptionem vltra dimidium poteſt agere ad reſcindendum contractum, vel pretium ſupplendum vſque ad 30 annos, per quos durat actio perſonalis, in cuius locum ſuccedit, ſiue competat emptori, ſiue venditori, officium iudicis, vel condictio ex lege, vel actio ex eo contractu, glo. fin. in cap. peo. De emptio. & venditio.

Emptor vel venditor maior 25 annis, deceptus vltra dimi- 2
dium iuſti pretij, non poteſt agere ad reſcindendum contractum, vel pretium ſupplendum, ſi iurauit ſe non venturum contra venditionem: ſed minor nihil obſtante iuramento poteſt, d. gl. ſi.

Emptor, ad hoc vt venditor teneatur de euictione, debet ei denunciare, vt ipſum defendat ſuper re ab ipſo ſibi vendita, de qua quæſtio ei mouetur: alioquin non tenetur venditor, nec eius fideiuſſor, quem de euictione recepit, gl. 2. in cap. ſi eod.

Emptor, mota ſibi quæſtione de re empta, abſente venditore debet denunciare eius fideiuſſori, vt teneatur de euictione, ibid.

Emptor, mota ſibi quæſtione de re empta, ſufficit quòd denunciet venditori quolibet tempore, dummodo non denunciet nimis iuxta ſententiam, ibid.

Emptor ſi compromiſerit in arbitrum quæſtionem motam ſuper re empta, & contrariam ſententiam reportauerit, venditor non tenetur de euictione, ibid.

Emptor ſi potuit vſucapere rem emptam, & non vſucepit, imputatur ei: quia & venditor non tenetur ei, ſi res euincatur ab eo, gl. 1. ibid.

Emptor ſi mota quæſtione ſibi de re empta fuit contumax, quia citatus non venit ad ſententiam, ſiue ſumpturet, ſi lata fuerit contra ipſum ſententia: nec tunc venditor tenetur de euictione: quia videtur potius condemnatus propter ſuam contumaciam, quam propter aliam cauſam: nec poteſt appellare tanquam contumax, gl. 2. ibid.

Emptor prius tenetur offerre pretium, quàm venditor ei rem 3
tradat: ſed ſi neuter habeat fidem alteri, pretium & res deponitur apud ſequeſtrum, gl. qui prius, in cap. in tantum. De ſimonia.

ex Emptoribus duobus vel donatarijs præponitur in rei venditione ille, cui res prius tradita fuit, gl. 1. in. reg. qui prior, 54. De reg. iuris, lib. 6.

Emptor conuentus ſi in iudicio non fuit, re euicta, de euictione non agit contra venditorem: quia culpa ſua res euicta videtur, gl. 2. in reg. damnum, 86. eod.

Emptores redituum clericorum non gaudent immunitate ſolutionis vectigalium, ſicut nec clerici deferentes cauſa negotiationis gauderent, gl. non negotiandi, in clem. præſenti. De cenſibus.

EMPTA vel vendita ſi fuerit res vltra dimidium iuſti pre- 4
tij, in emptoris optione eſt, aut pretium recipere, & rem reſtituere: aut ſupplere iuſtum pretium, cap. pe. & ibi gl. pe. De empt. & vend.

Empta res ex pecunia Eccleſiæ, per talem adminiſtrationem efficitur res Eccleſiæ, licet clericus emerit nomine proprio, cap. 1. De pecul. cleric.

Empta præſumuntur res ex pecunia illius, cuius nomine inſtrumentum emptionis eſt conſectum, cap. 2. eod.

Empta per Prælatum ex emolumentis Eccleſiæ, efficiuntur Eccleſiæ, licet Prælatus emerit nomine alieno, cap. pen. eod.

Empta res ex pecunia militis, vel etiam pupilli, ſpeciali iure efficitur militis, vel pupilli: & ab eis poteſt vendicari, etiamſi ſit empta alieno nomine, & non nomine militis, vel pupilli, gl. 2. ibid.

Empta res ex pecunia aliena, regulariter eſt emptoris, & non domini pecuniæ, ibid. & gl. ſi. in cap. cum tu. De vſuris, gl. 2. in can. 1. 12 q. 3.

Empta res de vſuris ſuccedit loco pecuniæ de vſuris receptæ, d. cap. cum tu.

Empta res ex pecunia vſuraria, ad quemcumque peruenerit ex cauſa lucratiua, tenetur is illam reſtituere ei, à quo vſuræ fuerunt extortæ, d. gl. ſi. ibid.

Empta res de rebus Eccleſiæ, non eſt emptoris, ſed Eccleſiæ, gl. 1. in can. res Eccleſiæ, 12. q. 2. & gl. pen. in can. Apoſtolicus, 12 q. 2. & gl. 2. in can. 2. 12. q. 3.

Empta res de pecunia Prælati & Eccleſiæ, pro rata pretij, diuidenda eſt inter Eccleſiam & hæredes Prælati, gl. 1. in ſumma, & in can. 2. 12. q. 4.

Reliqua

Reliqua in verbo, Contractus, 6. Venditio. Venditor. Vendita. Læſionum.

ENCÆNIORUM verbum ſignificat innouationes: nam encæniare eſt nouam rem in vſum ducere, gl. fi. in can. ſolemnitates, 2. De conſecrat. diſt. 1.

ENCHIRIDION eſt liber manualis, in can. incaſſum, De pœnit. diſt. 3.

ENERGVMENI dicuntur lunatici, & obſeſſi à dæmonibus, gl. fi. in can. exorciſta, diſt. 23. gl. fi. can. omni die. De conſecr. diſt. 5.

Energumeni omnibus diebus debent exorcizari, d. can. omni die. De conſecrat. diſt. 5.

Reliqua in verbo, Exorciſmus.

EOIPSO dictio etiamſi apponatur verbo futuri temporis inducit canonem latæ ſententiæ, gl. fi. in cap. quam ſit De electione, lib. 6.

Epiſcopus in genere, num. 1 vſque ad num. 49.
Quoad capitulum, num. 50. 51. 52.
Quoad electionem, promotionem, & poſtulationem, num. 53. vſque ad 60.
Quoad inhabilitatem, & ſcientiam, impedimentum, & coadiutorem, num. 61. vſque 66.
Quoad conſecrationem, & ordinationem, num. 67. vſque 74.
Quoad ordines conferendos, & benedictionem Abbatum, num. 75. vſque 83.
Quoad iuriſdictionem, & poteſtatem, & ſubiectionem, num. 83. vſque 98.
Quoad delegandam iuriſdictionem, & collationem ordinum, num. 99. & 100.
Quoad excommunicationem, ſuſpenſionem, interdictum, depoſitionem, & abſolutionem, num. 101. vſque 108.
Quoad collationem, prouiſionem, & pluralitatem beneficiorum, num. 109. vſque 113.
Quoad reſidentiam, num. 114. vſque 116.
Quoad animarum curam, & audiendas confeſſiones, num. 117. 118 119.
Quoad crimina, & cauſas criminales, & ciuiles Epiſcoporum, & aliorum, num. 120. vſque 126.
Quoad offendentem, & percutientem Epiſcopum, & pœnam infligendam, num. 126. 127. & 128.
Quoad percutientes, & offendentes Epiſcopum, num 129.
Quoad pœnam infligendam Epiſcopo, num. 130.
Quoad agendum in iudicio, num. 131.
Quoad renunciationem, & demiſſionem beneficij, num. 132. vſque 136.
Quoad translationem de vna in aliam, num. 137. vſque 140.
Quoad conceſſionem, vnionem, & ſuppreſſionem Eccleſiarum, num. 141. 142. 143.
Quoad celebranda officia, & exercenda Epiſcopalia munera, num. 144. 145.
Quoad diſpenſationem, num. 146. vſque 153.
Quoad iura Epiſcopalia, decimas, & collectas, num. 154. vſque 162.
Quoad viſitationem, & procurationem, num. 163. vſque 168.
Quoad correctionem, & punitionem, num. 169. & 170.
Quoad erigendas, ædificandas, & conſecrandas Eccleſias, num. 171. & 172.
Quoad Eccleſias iuris patronatus, num. 173.
Quoad ſynodum, & conſtitutiones faciendas, num. 174. & 175.
Quoad res Eccleſiarum, & illarum adminiſtrationem, & alienationem. num. 176. vſque ad num. 188.

1 **EPISCOPVS** Græcè, Latinè ſpeculator interpretatur: nam ideo eſt præpoſitus in Eccleſia, vt ſpeculetur populorum mores, & vitam, can. eleros, diſt. 21.

Epiſcopi nomen ideo dictum eſt, quia ille qui efficitur Epiſcopus, ſuperintendat: curam gerens ſubditorum, d. can. cleros, verſ. Epiſcopus.

Epiſcopi dicuntur fungi legatione Dei, can. in nouo, diſt. 21.

Epiſcopus omnis eſt par Apoſtolis, quantum ad ordinem & rationem conſecrationis, gl. pari, ibid.

Epiſcopi à principio inuitis non dantur: ſed ex poſt facto ſolum, gl. fi. ibid.

Epiſcopi ſunt ſubrogati loco Apoſtolorum, d. can. in nouo.

Epiſcopi omnes ſunt de numero Concilij Prouincialis, can. nunc autem, diſt. 21

Epiſcopi appellatione comprehenditur etiam Patriarcha, can. Conſtantinopolitana, diſt. 22.

Epiſcopus dicitur præeſſe generaliter curæ totius diœceſis, cap. cum in cunctis. De electione.

Epiſcopus in ſeipſo debet eſſe ſpeculum aliorum in moribus, ibid.

2 Epiſcopus omnis dicitur Vicarius Chriſti, gl. Vicarium, in cap. inter corporalia. De tranſlat. Epiſcop.

Epiſcopi dicuntur ſucceſſores Apoſtolorum; Papa vero Petri ſucceſſor, d. gl. Vicarium.

Epiſcopus poteſt quis eſſe, & tamen nullius eſſe Epiſcopus vt contingit in eo, qui renunciauit oneri Epiſcopali, hoc eſt loco, ſed non honori, d. cap. inter corporalia, §. ſicut.

inter Epiſcopum conſecratum, & Eccleſiam, & inter electum Epiſcopum, maximè confirmatum, & Eccleſiam, idem vinculum matrimonij ſpiritualis contrahitur, ibidem.

Epiſcopi principale officium eſt prædicare verbum Dei: & illo ſuſcepto, non debet propter ſuſceptionem melioris vitæ, illud deſerere, can. niſi cum pridem. De renunciat.

Epiſcopus plus debet appetere æternam ſalutem, quàm temporalem honorem, d. cap. niſi cum pridem, §. pro grauı.

Epiſcopus debet eſſe vnius vxoris, hoc eſt vnius Eccleſiæ, cap. niſi cum pridem, §. perſonæ.

Epiſcopus ſi non ſit de legitimo matrimonio natus, quilibet non debet tacere impedimentum: ſi tamen eſt occultum, poteſt cum eo miſericorditer diſpenſare, maximè ſi laudabiliter miniſterium exerceat, ibid.

inter Epiſcopum & Eccleſiam eſt matrimonium ſpirituale, d. cap. niſi cum pridem, §. verum.

Epiſcopus deligendo manum, id eſt per manualem obedientiam, obligauit ſe pro ouibus ſuis apud Deum, qui & credidit gregem ſuum, mediante ſuo Metropolitano, cui obedientiam fecit manualem, gloſ. deligendo, ibid. 3

Epiſcopus licet ſit in Eccleſia, & Eccleſia in Epiſcopo; tamen quandoque nomine Epiſcopi non deſignatur Eccleſia, licet ipſe ſit caput Eccleſiæ, gloſ. 1. in cap. Rodulphus, 35. De reſcript.

Epiſcopus non poteſt ad libitum nouam dignitatem, vel beneficium conſtituere in Eccleſia, in præiudicium aliarum, dignitatum; ſecùs nulla cauſa interueniente, cap. cum olim 6. & ibi gl. præiudicium. De conſuetud.

Epiſcopus non poteſt ſtatuere contra ius commune, gl. conſtitutum, in cap. cum dilectus, eod.

Epiſcopus non poteſt facere, quod vna Eccleſia ſibi eligat Prælatum de alia Eccleſia: intellige, quando illæ Eccleſiæ ſunt iam inſtitutæ & dotatæ, & ab inuicem diſtinctæ & ſeparatæ, ibid.

Epiſcopus non eſt de collegio inferioris Eccleſiæ ſibi ſubiectæ, licet ſit caput collegij, gl. 1. in cap. cauſam quæ, 6. De electione.

Epiſcopi Prouinciæ tenentur obedire Archiepiſcopo Prouinciæ, cap. ſuffraganeis, 11. eod.

Epiſcopus ſolus poteſt honorem dare; ſolus tamen auferre non poterit, cap. inter corporalia. De tranſlat. Epiſcoporum.

ad Epiſcopi munus ſpectat, vt Eccleſiæ manuteneantur in ſtatu antiquo, in quo fuerant inſtitutæ, cap. 2. De ſuppl. negl. Præl.

Epiſcopus non debet exponere grammaticam populo: & ſi exponat, reprehendi debet, gl. pen. in cap. fi. De ætate & qualit. 4

Epiſcopus debet habere bonum teſtimonium ab his qui intus ſunt, & ab his, qui foris ſunt, cap. 1. §. ad exhibendum. De ſacra vnctione.

Epiſcopi appellantur ſummi ſacerdotes, cap. 1. §. per frontis, eod.

Epiſcopi ſunt vicarij Apoſtolorum, & tenent eorum locum, ibid.

contra Epiſcopi decretum, factum ab Archipresbytero non valet, cap. fi. De officio Archipresb.

Epiſcopus non poteſt per ſe totam diœceſim gubernare, & ideo per alios debet hoc facere, dict. cap. fin. & ibi gloſ. valeat.

Epiſcopus plebaniam ſibi aſſumere non debet, dict. gloſ. valeat.

Epiſcopus debet partiri ſua onera cum alijs, gl. ſua, ibid.

Epiſcopi ſubiecti Archiepiſcopo dicuntur ſuffraganei ſui, cap. quod ſedem. De officio Ordinar.

Epiſcopus, cùm in ciuitate vel diœceſi ſunt populi diuerſarum linguarum, debet eis prouidere per viros idoneos, qui ſecundum varietatem linguarum, officia ei celebrent, & ſacramenta miniſtrent; & ſi fuerit vrgens neceſſitas, conſtituet ſibi vicarium, qui eis ſit ſubiectus & obediens, cap. quoniam, eod.

Epiſcopus dicitur caput ciuitatis, & diœceſis, ibid.

Epiſcopi plures poſſunt eſſe in eadem ciuitate propter neceſſitatem: vno tamen alteri exiſtente ſubiecto, ibid. 5

Epiſcopus poteſt eſſe vicarius Epiſcopi, ibid

Epiſcopus ratione loci poteſt eſſe ſubiectus, licet par ſit in dignitate, ibid.

Epiſcopus non poteſt ſibi vicarium Epiſcopum facere iure ſpeciali: ſed diſpenſatiuè poteſt ratione neceſſitatis, d. cap. quoniam, & ibi gl. neceſſitas, ibid.

Epiſcopi vicini ſibi inuicem debent & tenentur mutuum conſilium exhibere ibid.

Epiſcopi, qui per ſe non poſſunt, tenentur aſſumere idoneos,

qui ſuppleant ſuo loco quoad præſentationes, viſitationes, & confeſſionum auditiones, cap. inter cætera. De offic. Ordin.

Epiſcopi munus eſt prædicare, ibid.

Epiſcopi præſtant iuramentum obedientiæ Archiepiſcopo metropolitano, cap. dilecti. De maior. & obed.

ab Epiſcopo iuramentum præſtitum in præiudicium ſuæ dignitatis, non præiudicat Eccleſiæ: & inuito Prælato, & contradicente Eccleſia, poteſt pro defenſione ſua contradicere, & repetere quod præſtitum eſſet occaſione talis iuramenti, gl. 1. ibid.

6 Epiſcopus in diœceſi propria non poteſt alteri inferiori præiudicare, cap. cum inferior, eod.

Epiſcopus cenſetur pater inferiorum clericorum, ibid.

Epiſcopos ſolus Papa eximit, gl. exemptum, ibid.

Epiſcopi ad iuſtitiam conſeruandam tenentur ſibi inuicem mutuò præſtare auxilium, & conſilium, cap. 1. De tregua & pace.

Epiſcopus poteſt conſtituere aliquos ex canonicis Vicarios, & procuratores generales, cap. petitio. De procuratoribus.

Epiſcopus conſtituendo procuratorem, & œconomum generalem, non tenetur habere conſenſum capituli, ibid.

Epiſcopus poteſt eſſe prælatus monachorum, cap. cauſam quæ. De iudicijs.

Epiſcopus non debet retinere, quod debet alijs dare, gl. 1. in cap. nouit, eod.

Epiſcopus & Comes poteſt quis eſſe, cap. inter dilectos. De fide inſtrum. dd. reprob. gl. venue, in can. præſens, 20. qu. 3.

Epiſcopus debet iurare fidelitatem Sancto Petro, & Romanæ Eccleſiæ, & Papæ tunc exiſtenti, & ſuis ſucceſſoribus, cap. ego N. De iureiur.

Epiſcopus & aliæ dignitates debent iurare Papæ, ſecundum formam, de qua in dict. cap. ego N. ibid.

Epiſcopus tenetur ex iuramento defendere & adiuuare Papatum, & regulas ſanctorum Patrum, ibid.

7 Epiſcopus tenetur ſubuenire legatis ſedis Apoſtolicæ in ſuis eorum neceſſitatibus, ibid.

Epiſcopi tenentur viſitare limina Apoſtolorum ſingulis annis perſonaliter, aut per nuncium, ibid.

Epiſcopi non debent habere in familia prauos homines, & viles, gl. 1. in cap. 2. De exceptio.

Epiſcopus contra Epiſcopum, locum per ſe conuerſum ad fidem præſcribit triennio, cap. 1. De præſcript.

Epiſcopus vicinus ſi admoneat Epiſcopum, vt plebem ſuam conuertat ad fidem Catholicam, & is negligens fuerit per ſex menſes a tempore admonitionis computandos, poſtea poterit ille qui admonuit, conuertere eam plebem, & præſcribet eam triennio poſt lapſos ſex menſes, gloſ. 2. ibid.

Epiſcopus, ſi fuerit hæreticus, non currit Eccleſiæ præſcriptio: quia tunc quaſi vacare dicitur, dict. cap. 1. & ibi gloſ. fin.

Epiſcopus dicitur caput omnium de diœceſi; inferiores verò Prælati dicuntur eſſe membra, cap. cum non liceat, eodem.

Epiſcopus eo ipſo quod ſit Epiſcopus, omnes de ſua diœceſi debent ei ſubeſſe, niſi oſtendant ſe exemptos, d. cap. cum non liceat, & ibi gl. 2.

ab Epiſcopo clerici & omnes Eccleſiæ, eo ipſo quod ſunt in diœceſi, tenentur recipere omnia ſacramenta, niſi contrarium oſtendatur, cap. pen. eod.

8 Epiſcopo debent iura ſua illæſa ſeruari, ne Eccleſiaſticus ordo confundatur, gloſ. 1. in cap. fin. De conſuetud. vtili, vel inutili.

Epiſcopus poteſt ſtatuere certum numerum clericorum in Eccleſia ſecundum ipſius facultates, qui viuant in communi: & contradictores ad hoc compellere, & illos in communi viuentes poteſt abſoluere ab excommunicatione incurſa propter manuum iniectionem in ſocium, cap. quoniam. De vita & honeſtate.

Epiſcopus non arctatur ad compellendos clericos viuere in communi, licet poſſit facere, ibid.

Epiſcopi in publico, & in Eccleſia debent vti ſuper induentis lineis, niſi monachi fuerint, quos oportet ferre habitum monachalem, cap. pe. eod.

Epiſcopi non debent vti pallijs diſſibulatis in publico: ſed vel poſt collum, vel ante pectus hinc inde connexis, ibidem.

Epiſcopus poteſt habere duos ex canonicis Eccleſiæ ſuæ ad ſibi deſeruiendum, & ſe aſſociandum, gloſ. vt duo, in cap. ad audientiam. De cleric. non reſid.

Epiſcopus non poteſt cogere vltra duos canonicos ad ſibi deſeruiendum, ibid.

Epiſcopi non debent permittere quemquam duas, vel plures Eccleſias obtinere, cap. quia in tantum. De præbend.

ab Epiſcopo factum contra prohibitionem Papæ, eſt ipſo iure nullum, dd. reprob. gl. 1. 2. in cap. conſtitutus. De conceſs. præbend.

9 Epiſcopi appellatione non venit electus in Epiſcopum, & confirmatus non tum conſecratus, cap. tua nuper. De his, quæ fiunt è Prælat.

Epiſcopus licitè poſſidet proprium, nec tenetur illud conferre Eccleſiæ, ſi non vult, cap. Epiſcopi, 4. De rebus Eccleſiæ non alien.

Epiſcopi res eodem gaudent priuilegio, quo res Eccleſiæ, gl. pe. in cap. ex literis. De pignor.

Epiſcopi, & alij citra Epiſcopos dicuntur Prælati, cap. 2. De donatio.

Epiſcopus poteſt extra Eccleſiam Cathedralem ſibi eligere ſepulturam, cap. pen. eod.

Epiſcopus de rebus patrimonialibus teſtari poteſt: de rebus vero Eccleſiæ, vel intuitu Eccleſiæ acquiſitis, teſtari non poteſt, cap. 1. & ibi gl. ſi De teſt.

in Epiſcopum promouendus poteſt habere proprium, & illud retinere poſt conſecrationem, ibid.

Epiſcopus ſupplet negligentiam executoris teſtamenti, cap. 3. De teſtam.

Epiſcopus poteſt hæredem cogere iuſſa teſtatoris adimplere, eique interdicere res relictas, & fructus earum, donec adimpleuerit iuſſum teſtatoris, cap. ſi hæredes, 6. eodem.

Epiſcopi bona, eo mortuo, non deuoluuntur ad collegium maioris Eccleſiæ, ſed reſeruanda ſunt eius ſucceſſori, gl. vous, in cap. relatum, 12. eod.

inter Epiſcopum & Eccleſiam inferiorem, & alia loca pia eſt communio: ſed non tanta, ſicut inter Epiſcopum & Eccleſiam Cathedralem, cap. requiſiſti, 25. eod.

Epiſcopus dicitur contrahere matrimonium ſpirituale cum Eccleſia ſua Cathedrali, & non cum alijs Eccleſijs inferioribus, ibid. 10

Epiſcopus in Eccleſia, & Eccleſia in Epiſcopo, gl. exprimat, ibid.

Epiſcopi nomine non intelligitur de Eccleſia, veluti in eo, qui renunciauit Epiſcopatui, ibid.

Epiſcopo quando relinquitur ab extraneo in vltima voluntate, ſub proprio nomine, præſumitur intuitu Eccleſiæ: ſed quando relinquitur inter viuos, præſumitur intuitu amicitiæ, gl. nec eſt, ibid.

Epiſcopus poteſt compellere fideicommiſſarios, ſeu executores teſtamenti, ad exequendas voluntates defunctorum, etiamſi teſtator hoc interdixiſſet, cap. tua nobis eod.

Epiſcopo incumbit cura, vt teſtamentum executioni mandetur, etiamſi legata non ſint pia, gl. 2. in ſi hæredes, eoque reprob. gl. 1. in d. cap. tua nobis.

Epiſcopus non poteſt emittere votum peregrinationis, ſine conſenſu capituli, cap. magnæ, verſ. verum. De voto.

Epiſcopus non poteſt emittere votum longæ peregrinationis, ſine licentia Papæ, ſecus ubi non eſſet longa peregrinatio, d. cap. magnæ, & ibi, gl. aſtrictus.

Epiſcopus poteſt dici religioſus, cap. ex multa, eod.

Epiſcopus poteſt conferre alicui Eccleſiæ priuilegium, ſed non in præiudicium aliorum: ſed hoc ſolus Princeps vel Papa poteſt conferre vni, & dare alteri, cap. conſtitutus. De religioſ. domib. 11

Epiſcopus in præiudicium Archidiaconi non poteſt aliquem priuilegiare, ibid.

Epiſcopus fructus Eccleſiarum Parochialium, ſiue præbendarum, ſibi retinere non debet vltra modum ſibi permiſſum, gl. præſumant, in cap. prohibemus. De cenſib.

Epiſcopus Eccleſiæ de manu laici per ſe erectæ, non poteſt ob hoc cenſum imponere, cap. Eccleſias, eod.

Epiſcopus ideo ius nec plus debet habere in Eccleſiis nouis, quod habet in antiquis, d. cap. Eccleſiis.

Epiſcopus cum clero poteſt laicis præbere ſubſidia in neceſſitate, can. non minus. De immunit. Eccl.

Epiſcopi tenentur de ſua diœceſi expellere hæreticos in tantum, quòd ſi fuerint negligentes, debent remoueri ab adminiſtratione, gl. pen. in cap. ſi. Ne clerici, vel monachi.

Epiſcopus habens inhoneſtos familiares, præſumitur contra eum, cap. nulli Epiſcoporum, 5. De accuſ. 12

Epiſcopus vbicumque gratis debet facere aliquid ratione officij, ſi aliquid exigat, ſimoniam committere videtur: maximè cum iuriſdictio ſit ſpiritualis, gl. pretio, in cap. 2. Ne Prælati vices ſuas.

Epiſcopus loci ſupplet negligentiam aliorum prælatorum, nedum in conferendis Eccleſijs, ſed etiam in inſtituendis magiſtris in eorum Eccleſiis, cap 2. De magiſtr.

Epiſcopus appellat ſubditos ſuos, *fratres* vel *ſocios*, gloſ. in plurali, in cap. quam graui. De crimine falſi.

Epiſcopi & alij Prælati Presbyteros quaſi filios & fratres, benignè & fraterna charitate debent fouere, cap. 2. De exceſſib. Prælat.

Epiſcopi non debent ius alicuius diminuere, citra eius conſenſum, gl. 1. in cap. 2. eod.

Epiſcopus in alicuius præiudicium non poteſt dare priuilegium, ibid.

Epiſcopus cum capitulo, etiam mortuo Archidiacono, non poteſt præiudicare futuro Archidiacono in aliquibus ſeruitijs, & obſequijs, liberando clericos, vel ſubtrahendo iuri Archidiaconatus, ibid.

Epiſcopi non prohibentur, quin poſſint dare conſilium principibus in criminibus, gl. 2 in cap. ex literis, eod. 13

Epiſcopis ſunt reſeruata omnia grauia, & excellentiora, cap. 1. De priuileg.

Epiſcopus debet habere ſuam ſedem non in villis, ſed in ciuitatibus populoſis, & ibi reſidere debet, ibid.

Epiſcopus parochianum ſuum infamatum poteſt compellere

ad

ad ſe purgandum, niſi ab eo legitimè appellauerit, cap. nos inter. De purgat. canon.

Epiſcopus non poteſt de quolibet crimine contra parochianum ſuum procedere: ſed tantum in criminibus, quæ pertinent ſpecialiter ad Eccleſiam: putà de hæreſi, vel de adulterio, ſi conſanguineus teneat conſanguineam, niſi habeat iuriſdictionem temporalem, gl. 2. ibid.

ſi Epiſcopus excedat modum in purgatione parochiano indicanda, vel aliàs eum grauet, poteſt ab eo appellari: aliàs non admittitur appellatio, gl. fi. ibid.

Epiſcopus poteſt concedere indulgentias in ſua diœceſi, ſecundum formam Concilij generalis, cap. pe. & ibi gl. 2. De pœnit. & remiſſ.

Epiſcopi, & alij ſuperiores, & etiam inferiores prælati poſſunt ſibi eligere confeſſorem prouidum, ſine ſuperioris licentia, cap. fi. eod.

Epiſcopus non poteſt facere, quòd ex ſola voluntate habeatur quis pro abſoluto: ſed oportet quod eum abſoluat: ſecus eſt in Papa, cap. cum deſideres. De ſententia excommunic.

inter Epiſcopum & alias Eccleſias diœceſis non eſt tanta communio, quanta inter ipſum & Eccleſiam Cathedralem, cum qua ipſe efficitur vnum corpus, & ipſi membra, gl. pen. in cap. cum clerici. De verb. ſignif.

14 Epiſcopi & Archiepiſcopi præferuntur Cardinali, argumento ex ordine literæ, in §. ſanè, in proœmio, lib. 6.

Epiſcopo in ſuum fauorem aſſerenti aliquid, non creditur niſi probet, gl. exceſſibus, in cap 3. De conſuet. lib. 6.

Epiſcopus debet canones obſeruare, & à ſubditis facere obſeruari, gl. priuentur, in cap. cupientes, §. vel ſi perſona. De elect. lib. 6.

Epiſcopus eſt ſacrorum canonum miniſter, & cuſtos, gloſ. priuentur, ibid.

Epiſcopus Eccleſiæ cathedralis regulares monachos ad profeſſionem recipit, vt Abbas, gl. fi. in cap. ſi religioſus, § quia vero. De elect. lib. 6.

Epiſcoporum appellatione non comprehenduntur ſuperiores, can. cum ex eo, 36. eod.

Epiſcopi originis, domicilij, vel beneficij æquiparantur, quoad dandas dimiſſorias, gl. ſubiectas, ibid.

Epiſcoporum appellatione, in materia pœnali, includuntur Prælati ſuperiores ab Epiſcopis, can. ſi compromiſſarius, §. huiuſmodi. eod.

Epiſcopos mendicare verecundum eſt, gl. de iure, ibid.

Epiſcopo à paganis vel ſchiſmaticis capto, non Archiepiſcopus, ſed capitulum adminiſtrat: niſi Papa, quàm citò hoc fieri poterit ſuper hoc per capitulum conſulendus aliter ordinauerit. cap. ſi Epiſcopus, 3. De ſupplend. neglig. Prælat. lib. 6.

Epiſcopus à paganis captus, efficitur ſeruus: reuerſus tamen iura ſui Epiſcopatus recuperat, quaſi iure poſtliminij, gl. libertati, ibid.

ad Epiſcopi officium ſpectat ordines celebrare, Eccleſias conſecrare, & his ſimilia, gl. pen. in cap. cum Epiſcopus. De offic. Ordin. lib. 6.

15 Epiſcopus poteſt dare œconomum etiam monaſterio vacanti, gl. reſeruari, in cap. fi. eod.

Epiſcopus vel ſuperior, propter reuerentiam ipſius Pontificalis officij, ad mulierculas ire non debent, gl. perſonæ, in cap. 2 De iudicijs, lib. 6.

Epiſcopus de Eccleſiis exemptis non poteſt ſe intromittere, gl. exempti, in cap. 1 De præbend. lib. 6.

de Epiſcopis loquentia iura videntur includere etiam ſuperiores, cap. 1. De clerico ægrotant. lib. 6.

de Epiſcopis loquentes canones habent locum etiam in aliis Prælatis ſuperioribus, cap 1. §. fi. eod.

Epiſcopi debent præponi Presbyteris Cardinalibus, cap. 1. De reliquiis & vener. lib. 6.

Epiſcopi habent multas indulgentias, ſeu priuilegia à iure communi eis conceſſa, de quibus in gl. indulgemus, ibid.

Epiſcoporum officium conſiſtit in chriſmatis confectione, in frontis chriſmatione, in ordinum collatione, in conſecratione Eccleſiarum & altarium, gl. 2. in cap. quam periculoſum. De ſenten. excommun. lib. 6.

de Epiſcopis dictum, intelligitur dictum etiam de Archiepiſcopis, & aliis ſuperioribus, gl. pen. in cap. quàm periculoſum, eod.

Epiſcopus non includitur in iure prohibente generaliter, clem. 1. De elect.

16 in Epiſcopis opprobrioſa eſt mendicitas, in clem. in pleriſque. De elect.

Epiſcopi poſſunt appellari ſereniſſimi, ibid.

Epiſcopus poteſt eſſe nullius diœceſis quis, gl. honore, ibid.

Epiſcopi regulariter factum in propria diœceſi tenentur vicinis Epiſcopis denunciare: non autem in aliena diœceſi factum, clem. 1. & ibi gl. promiſſis. De foro compet.

Epiſcopi cum iurant fidelitatem, tangunt ſacra: ſed non quando teſtimonium dicunt, aut iurant de calumnia, gloſ. tactis, in clem. Romani, §. porro. De iureiur.

Epiſcopi officium quandoque per literas Papæ excitatur, gl. ſcribamus, in clem. ſi de beneficio, 5. De præbend.

de Epiſcopo facta diſpoſitione vniuerſali, comprehenditur etiam Archiepiſcopus, & alij ſuperiores, gloſ. cuiuſcumque, ibid.

Epiſcopi officium eſt egentibus prouidere, gl. conſentiente, in clem. 2. De rebus Eccleſiæ non alien.

Epiſcopus non poteſt authorizare in facto proprio, nec œconomus, nec capitulum, gl. menſæ ſuæ, ibid. 17

Epiſcopi appellatione venit ſolum Epiſcopus conſecratus: quod verum eſt, quando ratio, quare conceditur priuilegium Epiſcopo conſecrato, non militat in electo & confirmato tantùm; ſecus ſi militaret eadem ratio, clem. 2. & ibi gl. Pontificum. De celebrat. Miſſar.

Epiſcoporum ſtatus eſt perfectior religioſorum, gl. proinde, in clem. exiui, §. proinde. De verb. ſignif.

Epiſcopum non facit nomen, ſed vita, gl. puritate, in extrauag. execrabilis. Ioann. 22.

Epiſcopus dicitur eſſe in Eccleſia, quoad gubernationem & protectionem, & Eccleſiam eſſe in illo, quoad obedientiam, gl. Romanæ, ibid.

Epiſcopus dicitur præordinator in cunctis, & omnes Eccleſiæ cum ſuis iuribus in eius poteſtate conſiſtunt, & regendæ ſunt Parochiæ ſub eius tuitione, gloſ. ordinario, ibidem.

Epiſcopus triplex eſt, originis, domicilij, & beneficij, gl. commorantur. ibid.

Epiſcopos appellat Papa ſuos Cœpiſcopos, quaſi ſimul Epiſcopos, gl. 2. in extrauag. ſi fratrum. Ioann. 22.

Epiſcopi, quoad ea, quæ ſunt de efficacia conſecrationis, vel ordinis, tanta gaudent poteſtate, quanta gaudet Papa: licet quoad alia Epiſcopi ſibi pares non poſſint dici, cum dicantur vocati in partem ſolicitudinis, ipſe verò ſolus in plenitudine poteſtatis, ibid.

Epiſcopi, & alij Prælati ſuperiores, necnon Abbates, Priores, & cæteri monaſteriorum Rectores, qui apud Sedem Apoſtolicam promouentur, aut conſecrationis, confirmationis, aut benedictionis munus recipiunt, non debent recipi ad commiſſas ſibi Eccleſias abſque literis dictæ Sedis: aliàs recipientes, & recepti incurrunt in pœnas, de quibus in extrau. iniunctæ. De elect. inter comm.

Epiſcopi, & alii Prælati, Abbates, & Priores non debent diſcedere ab vrbe, non præſtito ſolito fidelitatis iuramento, ibid. 18

Epiſcopus cum Eccleſia cathedrali maiorem coniunctionem habet, quàm cum aliis Eccleſiis, gl. religioſa, in extrau. debent. De Offic. Ordin. inter comm.

Epiſcopus poteſt inducere conſuetudinem in Eccleſia ſua, can. nouit. diſt. 12.

Epiſcopi erant etiam tempore Apoſtolorum, can. ſexaginta, diſt. 16.

Epiſcopi hæretici non ſunt de numero Epiſcoporum generalis Concilii, can. regula, diſt. 17.

Epiſcoporum appellatione comprehenduntur etiam Archiepiſcopi, can. propter, & can. ſi Epiſcopus, diſt. 18.

Epiſcopi licet non indigeant doctrina: diſcere tamen debent, gl. 1. in can. non oportet, diſt. 18.

Epiſcoporum ordo quadripartitus eſt, ſcilicet in Patriarchis, Archiepiſcopis, Metropolitanis, & Epiſcopis; & Epiſcopi verbo appellantur, can. cleros, diſt 21.

Epiſcopus debet reddere rationem omni poſcenti, gl. ſi docibilis, in can. qui Epiſcopus, diſt. 23.

Epiſcopo creditur aſſerenti per ſe de qualitatibus ordinati, can. lector, diſt. 23.

ad Epiſcopum pertinet baſilicarum conſecratio, vnctio altaris, & conſecratio chriſmatis: ipſe prædicta officia, & ordines Eccleſiaſticos diſtribuit: ipſe ſacras virgines benedicit, & dum præceſſerit vnuſquiſque in ſingulis ordinibus, ille eſt ordinator in cunctis, can. perlectis, §. ad Epiſcopum, diſt. 25.

Epiſcopum audire attentius oportet, & ab ipſo ſuſcipere doctrinam fidei, can. audire, diſt. 25. 19

Epiſcopum oportet eſſe irreprehenſibilem, id eſt obnoxium reprehenſioni, can. vnum, §. oportet, diſt. 25.

Epiſcopum oportet eſſe ſine crimine: & nomine criminis intellige quodlibet peccatum, ſiue mortale, ſiue veniale, ſiue procedat ex deliberatione, ſiue ex ignorantia, ſecundum quod dicitur, nemo ſine crimine viuit, d. §. oportet, & ibi gl. nomine.

Epiſcopum oportet ſine crimine eſſe, hoc eſt ſine infamia procedente ex crimine, vel ſine crimine quod ex deliberatione procedit, ſiue illud ſit mortale, ſiue veniale: vel ſecundum alios oportet ſine crimine eſſe, quod ſit dignum depoſitione, ibid.

Epiſcopum oportet eſſe vnius vxoris virum, non vinolentum, prudentem, ornatum, hoſpitalem, pudicum, doctorem, non percuſſorem, non litigioſum; non cupidum, domus ſuæ bene præpoſitum, non neophytum, gl. regulam, ibidem.

in Epiſcopum conſecrandus, à die baptiſmi debet eſſe ſine crimine, can. primum, diſt. 25.

in Epiſcopum conſecrandus debet eſſe vnius vxoris vir, & non plurium, can. vnius, & ibi, gl. 2 diſt. 26.

in Epiſcopum conſecrari non poteſt ille, qui habuit vxorem vnam ante baptiſmum, & aliam poſt baptiſmum, can. Acutius, diſt. 26.

in Epiſcopum conſecrari poteſt, qui habuit vnicam vxorem, 20 vel qui poſt mortuam vxorem habuit concubinam; ſed virgo corrupta non poteſt inter virgines conſecrari; quia Epi-

ſcopus

ſcopus ſignat Eccleſiam militantem, vbi ſunt boni & mali; ſed virgo ſacra, ſignat Eccleſiam triumphantem, in qua non eſt macula vel ruga, gl. 2. ibid.

in Epiſcopum eligi non poteſt ille, qui non habet longam corporis ſui continentiam, can. priuſquam, diſt. 28.

Epiſcopus debet vitare nimiam familiaritatem mulierum, etiam conſanguinearum, can. quorumdam, diſt. 34.

Epiſcopo, presbytero, vel diacono, non licet habere canes, accipitres, aut huiuſmodi res ad venandum: quod ſi ſæpius detentus fuerit; ſi Epiſcopus, tribus menſibus ſuſpendatur: ſi diaconus, ab omni officio & beneficio, can. Epiſcopum, diſt. 34.

Epiſcopi ſunt loco Apoſtolorum, can. Eccleſiæ, diſt. 35. & can. ſi. diſt. 68.

Epiſcopus poteſt intereſſe bellis, vt conſulat, & hortetur, bellantes ad bellum, ſi bellum ſit pro fide Catholica contra hoſtes fidei, gl. 1. in can. ſi quis, diſt. 36.

Epiſcopi poſſunt appellari ſummi Sacerdotes, can. omnes, diſt. 39.

Epiſcopus debet eſſe cautus circa ſua negotia, gl. ſi. in can. Petrus, diſt. 39.

Epiſcopi, Diaconi, & Presbyteri officium ſuaue & leue eſt, ſi ſeruetur ſecundum Dei præceptum: difficile & laborioſum, ſi non recte ſeruetur, can. ante omnia, diſtinct. 40.

21 Epiſcopi, Presbyteri, & Diaconi officio, in hac vita, maximè in hoc tempore nihil difficilius, nec laborioſius, & periculoſius; ſed apud Deum, nihil beatius, ſi eo modo militetur, quo noſter Imperator præcipit, ibid.

Epiſcopus vt fiat poteſt quis cogi; quod verum eſt, ſi ab initio cogitur, vt fiat de nolente volens, quod ſi perſeuerauerit in voluntate, non eſt cogendus, gloſ. mihi, ibid.

Epiſcopi appellatione non comprehenditur electus, & confirmatus; ſed demum quando eſt conſecratus, can. ſicut, diſt. 40.

Epiſcopus debet ponere ſtudium non in diuitijs, ſed in merito vitæ, can. Epiſcopus, diſt. 41.

Epiſcopus debet habere habitationem non multum remotam ab Eccleſia, ibid.

Epiſcopi non debent quærere exquiſita ſuppellectilia, nec etiam epulas, ibid.

Epiſcopus, qui conuiuijs occupatur, eſt corripiendus, can. multis, diſt. 44.

Epiſcopus tenetur ad ſtudium lectionis, & exercitium prædicationis, can. multis, & ibi gl. pe. diſt. 44.

in Epiſcopo non præſumitur ignorantia canonum, can. quid autem, diſt. 45.

Epiſcopus ſi ſcribat alicui æqualis dignitatis, debet præmittere nomen illius, cui ſcribit, can. domino ſancto, 18. diſt. 50.

22 Epiſcopus ex officio ſuo debet defendere ſeruum Iudæi, volentem fieri Chriſtianum, can. fraternitatem, diſtinct. 54.

Epiſcopi poſſunt appellari duces: item ſummi Sacerdotes, can. ſi officia, diſt. 59.

inter Epiſcopos non ſunt habendi, qui nec à clericis eliguntur, nec à plebibus expetuntur, can. nulla, diſtinct. 62.

Epiſcopus debet non verbo ſolo, ſed etiam conuerſatione gubernare ſubiectos; & totius virtutis ſemetipſum imitatorem oſtendere, & teſtem doctrinæ habere bonam conuerſationem, can. Valentinianus, diſt. 63.

Epiſcopi non ſunt, qui minus quàm à tribus ordinati ſunt Epiſcopis; qui ſi nomen Epiſcopi non habent: nec officium, can. Chorepiſcopi, §. quod autem, diſtinct. 68.

Epiſcopi dicuntur Patres, quia Eccleſiam protegunt, & defendunt, & per eorum prædicationem conuertuntur homines, & pullulat & creſcit Eccleſia, can. ſi. & ibi gl. Patres, & gl. per quos, diſt. 68.

Epiſcopus comparatur patri, & Eccleſia filio: quia ſicut filius non poteſt litigare ſine authoritate patris, ſic Eccleſia ſine authoritate Prælati: & ſicut filius non conuenitur, ſed pater nomine filij; ita Prælatus ipſe eſt conueniendus, non Eccleſia, niſi negotia Eccleſiæ ſint diſtincta à negotijs Prælati, gl. illos, ibid.

Epiſcopus, qui per inuidiam clericum in altiorem locum promouit inuitum, illum cogitur reſtituere, can. Honoratus, diſt. 74.

23 Epiſcopi fuerunt Paulus & Barnabas, gloſ. 1. in can. quod die, diſt. 75.

Epiſcopi duo vel plures non poſſunt eſſe in vna ciuitate; & ſpeciale fuit in Valerio & Auguſtino, gloſ. ſingulos, in can. 2. diſt. 80.

Epiſcopum habent Veneti, & etiam Patriarcham; ſed is non eſt Patriarcha Venetorum, ſed Groudenſis; qui locus differt à Venetijs, ibid.

Epiſcopi non debent conſtitui in caſtellis, neque in modicis ciuitatibus, can. Epiſcopi, & can. illud, diſt. 80.

Epiſcopus debet intitulari non ad modicam ciuitatem, ne viloſcat nomen eius, ſed ad honorabilem, d. cap. Epiſcopi.

Epiſcopus quandoque dicitur inſtitutus & intitulatus in caſtro, gl. 1. ibid.

Epiſcopi non debent conſtitui & intitulari in vicis & caſtellis; ſed Archipresbyteri, & Presbyteri ſunt ponendi, can. non debere, diſt. 30.

Epiſcoporum ſedes non longo interuallo inter ſe diſtantes debent conſtitui, vt ad conſecrationes Epiſcoporum poſſint faciliter conueniri, can. ſi. diſt. 80.

Epiſcopus, Presbyter, vel diaconus ſuſcipiens vxorem, vel ſuſceptam retinens, priuari debet officio & beneficio, can. ſi quis à modo, & ſeq. diſt. 81.

Epiſcopus nullam ſecum debet habere mulierem, gl. mea, in can. legitur, diſt. 81. 24

Epiſcopi non debent accedere ad virgines, vel viduas, niſi cum clericis vel alijs, can. clerici, diſt. 81.

Epiſcopi & Presbyteri Parochiales prouidere debent, ne occaſione ſuſtentandæ vitæ, viduæ adoleſcentiores clericorum familiaritatibus ſubijciantur, can. pen. diſt. 81.

Epiſcopus debet prouidere neceſſaria his, qui ſuis manibus laborare non poſſunt, in ſumma, diſt. 82.

Epiſcopus in quantum poſſibile fuerit, debet largiri victum & veſtitum pauperibus, & infirmis, qui ſuis manibus laborare non poſſunt, can. Epiſcopus, diſt. 82.

Epiſcopus debet eſſe ſolicitus, & vigilans circa defenſionem pauperum, releuationem oppreſſorum, & tuitionem monaſteriorum: quod ſi fuerit negligens, aſperè eſt corrigendus, in ſumma, & can. 1. & 2. diſt. 84.

Epiſcopi, Presbyteri, & diaconi, & qui Sacramentis diuinis inſeruiunt, hoc eſt ſubdiaconi, continentes eſſe, & ab vxoribus abſtinere debent: & id Apoſtoli exemplo docuerunt, & Syricius Papa id conſtituit, can. cum in præterito, diſt. 84.

Epiſcopi, Presbyteri, diaconi, & etiam ſubdiaconi ab vxoribus debent abſtinere; quod ſi incontinentes fuerint, etiam cum vxoribus legitimis, ſunt remouendi ab officio Eccleſiæ: inferiores vero ſunt relinquendi conſuetudini patriæ, can. cum de eorumdem, & ibi gl. diaconis, diſt. 84. 25

Epiſcopus non debet cogi, vt concedat clericum ſuum ſine voluntate ſua, gl. ſi. in can. 1. diſt. 85.

Epiſcopus debet eſſe liberalis circa egentes, aliàs vanum habet nomen Epiſcopi, can. cum multa, §. ſi. & can. fratrem, diſt. 86.

Epiſcopo non ſufficit legere, & orare, ſed oportet eum circa pauperes largam manum habere, & eorum inopiam ſubleuare, d. cap. fratrum.

Epiſcopus ſi non ſit liberalis circa egenos, nomine & re priuandus eſt, d. cap. fratrem, & ibi gl. nomen.

Epiſcopus in liberalitate adminiſtrata, modum rerum & perſonarum debet adhibere: rerum, vt non omnia vni, ſed ſingulis quædam præbeantur: perſonarum, vt primò iuſtis, deinde peccatoribus, d. cap. fratrem, § in ipſa.

Epiſcopus non debet eſſe cupidus turpis lucri, ne aliquo negotio inhoneſto victum & cætera ſibi neceſſaria quærat, can. non liceat, §. ſi. & can. peruenit, diſt. 85.

Epiſcopus debet præſidium Eccleſiæ præbere orphanis, viduis, & oppreſſis, in ſumma, & ibi gl. 1. diſt. 87. 26

Epiſcopi debent præbere patrocinium ſuum omnibus implorantibus illud, maximè viduis, & orphanis, can. licet, & can. ſeq. diſt. 87.

Epiſcopus tenetur iuuare ſenes, & pupillus, præſertim deſolatos, can. defenſionis, diſt. 87.

Epiſcopus teſtamentorum tuitionem, & curam rei familiaris ſuſcipere non debet, can. Epiſcopus, cum duobus ſeqq. diſt. 88.

Epiſcopus debet vacare lectioni, & orationi, & verbo prædicationis, can. Epiſcopus, diſt. 88.

per Epiſcopum debet adimpleri, quod in teſtamento relictum eſt, gl. 1. in can. Epiſcopus, 5. diſt. 88.

Epiſcopus gubernationem viduarum, pupillorum, & peregrinorum non per ſeipſum, ſed per Archipresbyterum, aut Archidiaconum gerere debet, can. Epiſcopus, 7. diſt. 88. & gloſ. 1. in reg. poteſt quis, 68. De reg. iuris, lib. 6.

Epiſcopus non debet alicui quantumcumque exercitatæ perſonæ, committere duo ſimul officia, in ſumma, & can. 1. diſt. 89.

Epiſcopus ſecularibus viris res Eccleſiaſticas gubernandas committere non debet, ibid.

Epiſcopus quilibet debet habere vice-dominum, ſiue œconomum ad gubernationem domus ſuæ: quod ſi neglexerit, per clericum debet ſuppleri, can. 2. diſt. 89.

Epiſcopus debet conſtituere œconomum de ſuo clero, per quem facultates Eccleſiæ ad mandatum ipſius Epiſcopi diſpenſentur, can. quia in quibuſdam, diſt. 89.

Epiſcopus non debet committere Eccleſiaſtica officia propinquis, vel fauore coniunctis, can. decenter, diſtinct. 89. 27

Epiſcopus non debet committere Eccleſiaſtica officia his, qui ſunt malæ vitæ, gl. 1. ibid.

Epiſcopis ideo prohibetur dare propinquis, quia ſunt magis proni ad dandum coniunctis, quàm alijs; tum etiam quia ſemper præſumitur, quod res Eccleſiæ latenter lædantur per eos, ibid.

Epiſcopi debent ſibi viciſſim præſtare auxilium ad pacem ſeruandam, gl. 1. in ſumma, diſt. 90.

Epiſcopus clericos diſcordantes debet ratione, vel poteſtate

extra

extra iudicium ad concordiam trahere; inobedientes autem debet condemnare ſynodus, can. 2. & ibi gl. 1. diſt. 90.
Epiſcopi diſſidentes ad concordiam cogantur redire, can. diſſidentes, diſt. 90.
Epiſcopi ad pacem firmiter tenendam, viciſſim ſibi conſilium & auxilium debent præſtare, can. præcipimus, diſt. 90.
Epiſcopi puniri debent, ſi ſibi non præſtant mutuum auxilium; & etiam mortuo Epiſcopo, vel infirmo, vicini Epiſcopi tenentur ſupplere defectum Epiſcopi, gl. præcimus, ibid.
Epiſcopus poteſt corripere clericos, officijs quotidianis ſe ſubtrahentes, quæ in ſua Eccleſia celebrari promiſit, can. Eleutherius, diſt. 91.
28 Epiſcopus poteſt inducere conſuetudinem nouam in ſua Eccleſia, quoad officia celebranda, gl. fi. in d. cap. Eleutherius.
Epiſcopus, quem ſua Parochia non recipit, ſacerdotis tantum officium debet gerere in alterius Parochia, cui debet prouidere ſynodus, can. ſi quis ordinatus, & ibi gl. 2. & cap. ſi quis Epiſcopus. & can. ſi qui, diſt. 92.
Epiſcopum ſuum non recipiens populus, excommunicandus eſt; ſicut Epiſcopus recuſans ire ad ſuam Eccleſiam, excommunicandus eſt, gl. fi. in cap. ſi quis ordinatus.
Epiſcopus electus & ordinatus non receptus à populo, in alterius Parochia non debet exercere Epiſcopalia, niſi inuitatus; ſacerdotalia autem rectè poterit exercere, gl. pe. in d. cap. ſi quis.
Epiſcopus noviter creatus ſi ab illa Eccleſia non recipitur, in priuno ſuo beneficio remanebit; niſi fortè alterius diœceſim occupare tentauerit; quo caſu deponi debet, can. ſi qui, diſt. 92.
Epiſcopus ſi habuit corporalem poſſeſſionem per ſe, vel per alium eius Eccleſiæ, ad quam modò non recipitur, non tenetur prior Eccleſia eum recipere, licet nondum eius beneficium ſit collatum: ſi verò non habuit poſſeſſionem pacificam, prior Eccleſia tenetur eum recipere, licet iam alijs fuerint eius beneficia conceſſa, gl. vbi prius, in d. cap. ſi qui.
Epiſcopus quilibet ſuffraganeus eſt de clero Metropolitani, gl. 1. in can. 2. diſt. 93.
29 Epiſcopi qui Apoſtolicæ ordinationi ſubiacent, eam debent reuerentiam, vt ſingulis annis Apoſtolorum liminibus ſe repræſentent, can. qui cathedram, §. fi. & can. iuxta, diſt. 93.
Epiſcopus omnia, etiam ea quæ de nouo eueniunt, inſimul cum alijs debet diuidere; nec ea debet diſtribuere ſine conſenſu Canonicorum, licet ſit prœordinator in cunctis: niſi ſi hoc vendicaret Epiſcopus ſibi ex conſuetudine, gl. acculatur, in can. diacon. 13. diſt. 93.
Epiſcopum inferiorem vel ſublimiorem non facit potentia diuitiarum, aut paupertatis humilitas, can. legimus, diſt. 93.
Epiſcopi plures in vna ciuitate eſſe non debent, gl. cum Epiſcopis, ibid.
Epiſcopi ſinguli ſingularum Eccleſiarum debent eſſe, gloſ. contentioſe, in d. cap. legimus.
Epiſcopus dicitur Presbyter, gl. ſignificationis, ibid.
Inter Epiſcopos & ſimplices Presbyteros ab initio fuit differentia, ſicut nunc eſt, & in adminiſtratione, prælatione, & officiis, & ſacramentis: ſed quoad appellationem non erat differentia, quia communiter & indifferenter illi & illi dicebantur Epiſcopi, & Presbyteri: ſed quia ſchiſmata inceperunt in Eccleſia, tunc ex ipſa paulatim appellationis eſt facta differentia in appellatione ſcilicet, vt ſimplices Sacerdotes non dicantur Epiſcopi, can. legimus, & ibi gl. ruſtica, diſt. 93.
30 Epiſcopus parum ciuitatis contemnitur ab idiotis, gloſ. eiuſdem, ibid.
Epiſcopi vt Sacerdotes ſunt honorandi, nedum boni, ſed etiam dyſcoli, can. Dominus, diſt. 93.
Epiſcopi intelliguntur ſub nomine etiam Presbyteri, can. illud, & ibi gl. 2. diſt. 95.
Epiſcopi debent honorare clericos, vt ipſis Epiſcopis, à clericis quaſi Epiſcopis honor deferatur, can. eſto, diſt. 95.
Epiſcopi & Presbyteri ſe mutuo diligere & honorare debent, quia ſunt patres & filij, ibid.
Epiſcopi debent ſubditos appellare fratres, non filios: caueant tamen clerici, ne cum ſcribunt Epiſcopo, vocent eum fratrem, gl. 1. ibid.
Epiſcopus ſi non deferat honorem clerico ſubdito, non poteſt clericus negare obedientiam ei; poteſt tamen agere per ſuperiorem ad id, gl. 2. ibid.
Epiſcopus debet ita ſe habere erga Presbyteros, ſicut Aaron habuit ſe erga filios ſacerdotes, gl. ſcitum eſt, ibid.
Epiſcopi debent habere penes ſe literatos, gloſ. inuideant, ibid.
Epiſcopus in quolibet loco ſedens non debet pati presbyterum ſtare, can. Epiſcopus, diſt. 95.
Epiſcopus in Eccleſia, in conſeſſu Presbyterorum, ſublimior debet ſedere: intra domum, collegam Presbyterorum ſe eſſe cognoſcat, can. Epiſcopus, in Eccleſia, diſt. 95.
Epiſcopus laico poteſt committere officium ad tempus: non tamen poteſt ei largiri iuriſdictionem in perpetuum, gloſ. præter, in can. bene quidem, diſt. 96. 31
Epiſcopi pro modico balſami, quod benedictum pro ſacramento baptiſmi per Eccleſias datur, nihil debent exigere à ſacerdotibus, can. placuit, 102. 1. q. 1.
Epiſcopus poteſt iuſta de cauſa, ab Abbatibus & clericis auxilium petere, gloſ. pen. in can. nullus Epiſcopus, 124. 1. qu. 2.
Epiſcopi cæci ſunt circa nepotes, vt plurimum, gl. fi. in can. peruenit, 1. q. 3.
Epiſcopus ſi redimeret decimas à quodam milite, non eſt ſimoniacum, ſed res Eccleſiaſticæ liberatio: ſi tamen emeret à laicis, cum aliter noilent tribuere, eſſet ſimoniacum, gl. fi. in can. aliate, 1. q. 3.
Epiſcopus non poteſt priuare beneficio clericum, cuius parentes, & conſanguinei ipſum offenderunt, gl. pe. in can. quia præſulatus, 1. q. 4.
Epiſcopus cum lauat, non debet hodie tangere librum: olim tamen tangebat, gl. ſalutem, in can. quoties, 1. q. 7.
Epiſcopi ideo ſunt honorandi, quia Dei miniſtri ſunt, & perſonam Chriſti, & eius vicarij repræſentant, can. habeat, 2. q. 5.
Epiſcopi dicuntur Dei legati, & in eorum perſonis Deus honoratur, ibid.
Epiſcopus vel alius Prælatus Eccleſiæ, ſi vult deferre appellationibus ad ipſum factis; & ipſe tenetur deferre appellationibus factis ad ſedem Apoſtolicam, gl. 1. in can. qui ſcit, 2. q. 6.
Epiſcopos ſuos debent diligere ſacerdotes & alij Eccleſiæ miniſtri, & debent etiam eorum præceptis obedire, can. ſacerdotes, 2. q. 7. 32
Epiſcopum non facit nomen, ſed vita, can. plerumque, 2. q. 7.
Epiſcopus malus eſt Epiſcopus nomine, ſed non re, can. non omnes, 2. q. 7.
Epiſcopi nomen non meretur reuerentiam, ſed vita, can. non omnis, 2. q. 7.
Epiſcopi nomen non facit quem maiorem, ſed vita & ſanctitas, can. quamquam, 2. q. 7.
Epiſcopus eſt maior Presbytero Cardinali, gl. fi. ibid.
Epiſcopi licet ſint pares meritis, gradu tamen differunt dignitatis, can. puto, 2. q. 7.
Epiſcopi concubicularij debent eſſe religioſi, clerici, vel electi Monachi, qui de eius vita teſtimonium dicere poſſint, can. nullus Monachus, & can. cum pallium, 2. q. 7.
Epiſcopus, etiam contradicente Abbate, poteſt ſumere Monachum ſibi ſocium, niſi Monaſterium ſit exemptum, cum maiora poſſit, gl. vt quidam, ibid.
Epiſcopus puniendus eſt, qui in ſui familiaritate & ſocietate tenet perſeuerantes in crimine, can. pe. 2. q. 7.
Epiſcopi debent vacare orationi, can. ſi. 2. q. 7. 33
Epiſcopi debent habere ſecum clericos boni teſtimonij, ibid.
Epiſcopus rebus proprijs ſpoliatus, non obſtante criminis exceptione, reſtitui debet, can. Epiſcopis, 3. q. 1.
Epiſcopus gaudet eodem priuilegio in bonis patrimonialibus, quo gaudet in Eccleſiaſticis, ibid.
Epiſcopi ſpoliati rebus proprijs vel Eccleſiæ, antequam reſtituantur, non poſſunt accuſari, vel ad ſynodum vocari, can. Epiſcopi, 3. q. 1.
Epiſcopi debent præſtare ſibi inuicem auxilium, præſertim contra ſpoliatores, deprecatores, & oppreſſores eorum, can. nulli, & ibi gl. 1. 3. q. 1.
Epiſcopi dicuntur eſſe conſtituti loco Apoſtolorum, ibid.
Epiſcopi Epiſcopum ſpoliatum iuuare debent, & ſpoliatores excommunicare, can. Deus, 3. q. 1.
Epiſcopi poſſunt dici ſummi ſacerdotes, ibid.
Epiſcopi debent remouere iniuſtitias, præſumptiones abſcindere, in ſacerdotio laborantibus ſuccurrere, opprobrijs & calamitatibus eorum locum non præbere, d. can. Deus.
Epiſcopus deiectus inuitus reſtituendus eſt, antequam accuſari poſſit in quoquam; & deinde legitimo tempore expectabitur, can. cum Eccleſiæ, 3. q. 2.
Epiſcopus pro rebus ſuis patrimonialibus poteſt agere poſſeſſorio recuperandæ contra laicos, coram iudice Eccleſiaſtico, ibid. 34
Epiſcopus ante omnia eſt reſtituendus per aduerſarium; & ſubſtitutus Epiſcopo ſpoliato debet tanquam adulter & infamis remoueri, cap. audiuimus, 3. q. 2.
Epiſcopus ſpoliatus ante omnia integraliter eſt reſtituendus, & ante reſtitutionem non eſt vocandus ad cauſam, & poſt reſtitutionem excepto termino eſt reſtituendus, can. ſi Epiſcopus, 3. q. 2.
Epiſcopi dicuntur vices Papæ gerere, can. multum, 3. q. 6.
Epiſcopi dicuntur gubernatores Eccleſiarum, can. non liceat, 3. q. 6.
Epiſcopi dicuntur columnæ, can. 1. 3. q. 8.
Epiſcopo ſoli quandoque non creditur, gl. 1. in ſumma, & can. 2. & can. fi. & ibi gl. 1. 6. q. 2.
Epiſcopi aſſertioni ſimplici, in recuſando ſuum accuſatorem, non creditur ſine teſtibus. ibid.
Epiſcopus ſciens aliquem incidiſſe in canonem, ſed id probare non valens, illum ſecreto vitabit, ſed non publicè: cum tamen ſequentes ſecretis correctionibus arguere debet, cap. 2. & ibi gl. 1. 6. q. 2.

Epiſcopus

Digitized by Google

Epiſcopus non debet reuelare crimen ſibi ſoli confeſſum, can. ſi. 6. q. 2.
Epiſcopi ſcripto quandoque non creditur, niſi adſit ſubſcriptio teſtium, can. ſi. & ibi gl. 1. 6. q. 2.
Epiſcopi literis creditur, quibus ſignificat ſe aliquem excommunicaſſe, gl. 1. ibidem.
Epiſcopo viuente alius ſubrogari vel ſubſtitui non poteſt loco eius, niſi ſit depoſitus: niſi renunciauerit de licentia Papæ, vel niſi per ambitionem ſe tranſtulerit ad aliam Eccleſiam: quo caſu carebit habita Eccleſia, & etiam ambita, gl. 1. in ſumma, 7. q. 1.
35 Epiſcopo viuente, non debet ſibi alius ſuccedere, can. factus eſt, 7 q. 1.
pro Epiſcopo non eſt habendus, qui locum viuentis occupauit: & quæ facit, carent effectu, can. Nouatianus, 7. q. 1.
Epiſcopus communionem non habens, non eſt in Eccleſia, can. ſcire debes, 7. q. 1.
Epiſcopi dicuntur legati Dei, can. ſicut vir, & can. omnis, 7. q. 1.
Epiſcopus ſi capiatur ab infidelibus, non dicitur ob id eius Eccleſia vacare, can. paſtoralis, 7. qu. 1. cap. ſi Epiſcopus. De ſupplen. negli. Præl. lib. 6.
Epiſcopi conſtituuntur in ciuitatibus, & non alibi, can. temporis, 7. q. 1.
Epiſcopus, qui morbo caduco ſuſpectus habetur, deinde conuincitur, per 30. dies carnibus indifferenter vtendo ſe expurgare cogitur, can. nuper, 7. q. 2.
Epiſcopus non eſt cenſendus, qui præeſſe deſiderat, & non prodeſſe, can. qui Epiſcopatum, 8 q. 1.
Epiſcopi mali, qui officia ſibi incumbentia non exercent, à laicis bonis vitæ melioris comparatione iudicantur, can. vereor, 8. q. 1.
Epiſcopo non ſufficit ad ſalutem, moribus, & vita populo adæquari, can. ſi. 8. q. 1.
Epiſcopus non eſt eligendus muneribus, vel precibus, can. 1. 8. q. 2.
36 Epiſcopus is tantum eſt eligendus, qui vita & moribus commendatus exiſtit, & nullius incongruæ voluntati deſeruiat, ibid.
Epiſcopus ſolus cum non habet compurgatores, ſola manu ſe expurgat, gl. 1. in can. 2. 8. q. 3.
Epiſcopus non debet tranſire terminos ſui Epiſcopatus, can. Epiſcopi, 9. q. 2.
Epiſcopi debent per ſingulas Prouincias Metropolitanum ſuum cognoſcere, & ipſe Primatus ſui curam ſuſcipere, can. 1. 9. q. 3.
ad Epiſcopum vnumquemque pertinet ſine Metropolitano cura agendorum intra ſuam diœceſim, can. 2. 9. q. 3.
Epiſcopus quilibet eſt ſubiectus Metropolitano ſuo, ibid.
Epiſcopus nihil vltra ea, quæ ſpectant ad propriam diœceſim, poteſt facere: quia debet eſſe contentus ea poteſtate, quam habet in ſua diœceſi, ibid.
Epiſcopus in his, quæ pertinent ad diſpoſitionem totius Prouinciæ, id eſt de communibus, nihil poteſt facere ſine Metropolitani conſenſu & conſilio, ibid.
Epiſcopus quando eſt negligens in diœceſi ſua facere ea, ad quæ tenetur, tunc Metropolitanus illius defectum & negligentiam poteſt ſupplere, can. ſi. §. ſed &, 9. q. 3.
Epiſcopi tempore primitiuo erant pauperes: & eo tempore ſtatutum fuit, vt Epiſcopi de Eccleſijs Epiſcopalibus, & omnibus bonis Eccleſiæ ſumerent medietatem; ſed in omnibus Parochialibus Eccleſijs tertiam: procedente poſtea tempore de Parochialibus tertiam partem tantum oblationum, & decimarum poſtmodum quartam quòd haberent, ſtatutum fuit, gl. 1. in can. de his, 10. q. 1.
37 Epiſcopus debet prædicare verbum Dei, & intendere lucris animarum potius, quàm in prædandis & ſpoliandis ſubditis: quod non poteſt fieri niſi cum ſcandalo fratrum, can. cauendum, 10. q. 3.
Epiſcopi debent viuere irreprehenſibiliter, & ſecularia vitare negotia, can. te quidem, 11. q. 1.
Epiſcopi debent niti quantum poſſunt, vt huiuſmodi occupationes ſeculares abijciant, ibid.
Epiſcopus poteſt ſeruare aurum non ſibi, ſed in neceſſitatem pauperum, & captiuorum, can. nolo, 12. q. 1.
Epiſcopus tenetur per ſe, vel per alium prouidere cuilibet clerico indigenti, can. videntes, 12 q. 1.
Epiſcopus debet ſummo affectu diligere laicos, in fide Chriſti exiſtentes, can. ſancimus, 12. q. 2.
Epiſcopus non habens filios, vel nepotes, non debet inſtituere hæredem alium, quàm Eccleſiam, can. Epiſcopus qui, 12. qu. 2.
Epiſcopus etiamſi non habeat filios, vel nepotes, nihilominus poteſt de bonis ſuis inſtituere vxorem, vel ſeruum ſuum, gl. 1 ibid.
Epiſcopus ſi læſit Eccleſiam in aliquo, & eam non fecit heredem, ab herede Epiſcopi Eccleſia debet ſeruari indemnis, can. Epiſcopus qui, & ibi. gl. ſi. 12. q. 2.
Epiſcopi gloria eſt, pauperum neceſſitatibus prouidere, & non diuitijs proprijs, vel vitio gulæ intendere, can. gloria, 12. qu. 2.
38 Epiſcopus non debet ornare templum gemmis, & lapidibus, & negligere curam clericorum, per quos Eccleſia gubernetur, ibid.

Epiſcopo datum ſi quidem à propinquis, non tenetur is diuidere cum Eccleſia; ſed datum Eccleſiæ, diuidendum eſt cum Epiſcopo, gl. 2. in can. pe. 12. q. 3.
Epiſcopus ſi quid ſimpliciter dedit Eccleſiæ, intelligitur illud perpetuò dediſſe, gl. ſi. in can. ſi 12. q. 2.
Epiſcopo non licet conficere teſtamentum, niſi de proprijs bonis, in ſumma, 12. q 5.
Epiſcopus, qui præſcripſerat res alterius, ſi cecidit à poſſeſſione illarum rerum, tunc licitè poterit illos vendicare à poſſeſſore, gl. 2. in can. 1. 13. q. 2.
Epiſcopus poteſt eligere ſepulturam, etiam in minori Eccleſia, gl. 1. in can. vbicumque, 13. q. 2.
Epiſcopo non eſt imputandum, ſi cùm iure ſuo vtitur, aliquid mali inde accidit, gloſ. 1. in can. presbyter, 15. qu 5.
Epiſcopus ſolus poteſt dare honorem ſacerdotibus, ac miniſtris ſed ſolus auferre non poteſt, can. 1. can. ſi. 15. q. 7.
Epiſcopus poteſt præcipere Monacho, & ei iniungere aliquam legationem, can. quidam, 16. q. 1.
Epiſcopi proprios recipere non debent diœceſes, quæ nunquam habuerunt, niſi cum voluntate eius Epiſcopi, à quo retinentur, can. multis, 16. q. 1.
Epiſcopos eximere poterit Papa à iuriſdictione Metropolitani, can. frater noſter, 6. q. 1.
Epiſcopi potius debent iudicari defenſores rerum ſibi creditarum, quàm cuſtodes chartarum, hoc eſt librorum, can. in canonibus, 16. q. 1. 39
Epiſcopus non debet libris inſiſtere ſemper, gloſ. ſi. ibidem.
Epiſcoporum res patrimoniales dicuntur eſſe Eccleſiæ, & ideo eodem priuilegio, quo res Eccleſiæ, debent gaudere, can. ſimiliter, 16. q. 1.
Epiſcoporum res inuadens excommunicari debet; ſicut & inuadens res Eccleſiæ, niſi admonitus reſipiſcat, ibid.
Epiſcopus dicitur eſſe in ipſa Eccleſia, gl. 1. in d. can. ſimiliter.
Epiſcoporum res dicuntur eſſe Eccleſiæ, ſcilicet quoad defenſionem: quia Eccleſia debet eas defendere, ſicut ſuas, ibid.
Epiſcoporum res dicuntur Eccleſiæ quoad hoc, quòd ſi damnificat Eccleſiam Epiſcopus, Eccleſia habet recurſum ad res eius, ibid.
Epiſcopi nihil debent auferre de iure ſuæ diœceſis, can. conſtitutum eſt, 16. q. 1.
Epiſcopus diœceſim, id eſt Eccleſiam exiſtentem intra eamdem Prouinciam, vel Epiſcopatum, id eſt in interiori parte Prouinciæ, vel Epiſcopatus, præſcribere poteſt 30. annis; ſed non Eccleſiam, quæ eſt in limite Epiſcopatus, vel Prouinciæ, aut iuxta, can. quicumque, 16. q. 3.
Epiſcopus ſi poſſideat Eccleſiam intra diœceſim alterius Epiſcopi remotam à limite, & fluuius quidam ſit limes, ſi fluuius paulatim accedat ad illam Eccleſiam, ita quod efficiatur vicina limiti, tunc interrumpitur præſcriptio naturaliter, nec præſcribitur, gl. conuenit, in can. licet, 16. qu. 3.
Epiſcopi ſi diœceſes ſuas lucrari negligunt, poſt triennium peruenìunt ad Epiſcopos illos, quorum ſtudio fidei Catholicæ ſunt reconciliatæ, can. placuit, 15. 16. q. 3.
Epiſcopus, qui Eccleſias ſuas ab alio detentas propria authoritate inuaſit, cauſæ ſuæ detrimentum patitur: & ſic ipſe Epiſcopus non poterit agere durante vita ſua: ſed Eccleſia vel ſucceſſor, poſt eius mortem, rectè poterit, can. placuit, & ibi gl. detrimentum, 16. q. 6. 40
Epiſcopus etiamſi conſenſu canonicorum propria auctoritate inuaſerit Eccleſias detentas ab alio, nihilominus ex hoc Eccleſia non debet pati, gl. detrimentum, ibid.
Epiſcopi Illyrici erant ſub Patriarcha Conſtantinopolitano, can. ſane, 16. q 7.
Epiſcopi in monaſterijs hoc tantum ſibi vendicent, quod eis concedunt canones, ſcilicet Monachos præmonere ad ſanctam conuerſationem, Abbates, & alia officia inſtituere, vel confirmare, & extra regulam malefacta corrigere, can. 1 18. q. 2.
Epiſcopus poteſt Monachis inſtituere Abbatem, ſi ipſi ſunt negligentes; vel etiam alium inſtituere, cum minus idoneum volunt eligere, gl. 2. ibid.
ſine Epiſcopi licentia non licet ædificare oratorium, nec in oratorijs ponere campanas, gloſ. 2. in can. quidam, 18. qu. 2. 41
Epiſcopus debet dare licentiam adeundi Monaſterium clericis, cùm meliorem vitam ſequi cupiant, can. 1. 19. q. 1.
Epiſcopis expedit habere diuites ſubiectos, gl. neceſſitatem, in can. 1. 21. q. 1.
ſi Epiſcopus præcipiat alicui ire Romam pro vtilitate Eccleſiæ, tenetur obedire: & ſi clericus ſe excuſet, & dicat, *mittatis eum qui ditior eſt*, reſpondeat ei Epiſcopus, ſicut & Chriſtus Petro: *quid ad te, ſic eum volo manere, tu me ſequere*, gl. ſi. in can. ſi. 23. q. 1.
Epiſcopus ſi vocat milites ad pugnam, non eſt imputanda ei mors alicuius, quæ contigit, gl. 2. in can. Maximianus, 23. q. 3.
Epiſcopi poſſunt intereſſe bellis: nam & Paulus interfuit, ſed non Moyſes, gl. ſi. in can. igitur, 23. q. 8.
Epiſcopi non tantum cuſtodes chartarum, ſed etiam defenſores

ſores Eccleſiarum debent eſſe, gl. 1. in can. ſcire vos, 23. q. 8.

Epiſcopi vaſſallos ſuos tenentur defendere: defendendo, non vlciſcendo iniurias, ibid.

Epiſcopi non debent occupari militaribus negotijs, can. reprehenſibile, 23. q. 8.

Epiſcopi licet magis debeant obedire mandato regis, quàm metropolitani; tamen Papæ magis debent obedire, quam regi, gl. 1. in can. reprehenſibile, 23. q. 8.

42 Epiſcopi non debent ſe immiſcere in morte alicuius hominis, can. ſi in morte, 23 q. 8.

Epiſcopi Leuitica portione contenti, non debent proficiſci ad comitatum, putà regium, vel alium, abſque authoritate Romani Pontificis, can. quo auſu, 23. q. 8.

Epiſcopum quando Papa vocat ad ſe venire, cum vocetur ad maius tribunal, obedire debet, gl. 1. ibid.

Epiſcopi, qui de regalibus, & alijs ſuis poſſeſſionibus viuunt, poſſunt ire ad comitatum, ibid.

Epiſcopi non debent pergere ad Imperatorem, vel regem abſque Metropolitani conſilio, vel comprouincialium Epiſcoporum, can. ſi quis Epiſcopus, 23. q. 8.

Epiſcopi relicto & contempto Eccleſiaſtico iudice, non debent pergere ad Imperialem iudicem, gl. 1. ibid.

Epiſcopi non vocati à religioſis Imperatoribus, non debent proficiſci ad comitatum, can. ſi vobis, 23. q. 8.

Epiſcopi duo in ſolidum, non poſſunt eſſe in vno Epiſcopatu, gl non fuit, in cau. diliximus, 24. q. 1.

Epiſcopis non licet, contra Romanorum Pontificum decreta aliquid agere, can. omnia, 25. q. 1.

Epiſcopi vicini ſupplent defectum vicinorum Epiſcoporum, gl. viſitationis, in can. ſi. 25. q. 2.

Epiſcopi probatione & cura morientes reconciliari debent, can. de his, 26 q. 6.

43 Epiſcopus eſt vicarius Chriſti, can. pen. 33. q. 5.

Epiſcopus non debet clericos alienæ diœceſis ambire ſibi vendicari, can. baſilicas. De conſecrat. diſt. 1.

Epiſcopus pallio Apoſtolico debet vti in die cœnæ, intra miſſarum ſolemnia, can. porro. De conſecrat. diſt. 1.

Epiſcopus ſolus conficit chriſma, & debet conficere in die cœnæ tantum. gl. 5. ibid.

Epiſcopus prædicans debet habere mitram & baculum, quia tunc allegat cauſam Dei apud populum, gloſ. 2. in can. nullus. De conſecrat. diſt. 1.

Epiſcopus Deo ſacrificans, teſtes ſecum debet habere. In ſolemnioribus diebus aut ſeptem, aut quinque, aut tres Diaconos & Subdiaconos, & reliquos miniſtros ſecum habeat: qui ſacris induti veſtimentis à fronte, & à tergo, & presbyteri è regione dextra læuâque cuſtodiant eum, & ſacrificio conſentient, can. Epiſcopus Deo. De conſecrat. diſt. 5.

Epiſcopi debent habere ſemper ſecum Presbyteros duos, & Diaconos tres, propter teſtimonium Eccleſiaſticum, can. viuemus. De conſecrat. diſt. 5.

Epiſcopi nullum debent prohibere ingredi Eccleſiam, audire verbum Dei, ſiue Gentilem, ſiue Iudæum, ſiue hæreticum, vſque ad Miſſam cathecumenorum, can. Epiſcopus. De conſecrat. diſt. 1.

44 Epiſcopus diebus Dominicis debet eſſe in Eccleſia, niſi infirmitate fuerit impeditus, can. Epiſcopus, & ibi gl. 1. De conſecrat. diſt. 3.

Epiſcopus cogendus eſt cum clericis ſuis apud Eccleſiam ſuam communiter habitare, gl. 1. ibid.

Epiſcopi non debent baptizatos confirmare, niſi ieiuni, can. vt Epiſcopus. De conſecrat diſt 5.

Epiſcopi & Archiepiſcopi vniuſcuiuſque ordinis profeſſores, & abſoluti per ſedem Apoſtolicam à vinculo Eccleſiaſtico, quibus præfuerant, etiamſi ad clauſtra ſuorum ordinum redierint, non poſſunt aſſumi ad officia, & dignitates ſui ordinis, extrauag. in ſacra, beati Pauli 4.

Epiſcopi non poſſunt poteſtatem conferendi ſacramentum confirmationis delegare alijs inferioribus, qui ex officio illud non poſſunt conferre, gloſ. 5. in cap. quanto. De conſuetud.

Epiſcopi & Archiepiſcopi poſſunt conferre Sacramentum confirmationis, in diœceſi alterius Epiſcopi, de ipſius licentia, ibid.

Epiſcopus confirmari, aut electio ſubſcribi non debet pretio, timore, vel potentum ſuffragio, can. ſi quis autem, 1. qu. 6.

Epiſcopo non licet, etiam cuiuſuis priuilegij prætextu, Pontificalia in alterius diœceſi exercere, niſi de Ordinarij loci expreſſa licentia, & in perſonas eidem Ordinario ſubiectas tantùm: quod ſi ſecus fecerit, ipſe Epiſcopus ab exercitio Pontificalium, & ordinati ſic ab executione ordinum, ſunt ipſo iure ſuſpenſi. Concil. Trident. ſſ. 6. De reform. cap. 5.

45 Epiſcopi debent ſe habere vt paſtores, non vt percuſſores: atque ita debent præeſſe ſubditis, vt non eis dominentur, ſed illos tanquam filios & fratres diligant. Concil. Trident. ſſ. 13. De reformat. cap. 1.

Epiſcoporum propriè munus eſt, ſubditorum omnium vitia redarguere. Concil. Trident. ſeſſ. 14. De reformat. in princip.

Epiſcopi in Eccleſijs etiam quæ in partibus infidelium conſiſtunt, clero & populo Chriſtiano carentes, cathedram quaſi Epiſcopalem ſua temeritate erigere non debent. Concil. Trident. ſeſſ. 14. De reform. cap. 2.

Epiſcopi debent curare, ne ſuperſtitioni aliquis locus detur, edicto & pœnis propoſitis; item ne ſacerdotes alijs, quam debitis horis celebrent, neve ritus alios, aut alias ceremonias, & preces in miſſarum celebratione adhibeant, præter eas, quæ ab Eccleſia probatæ, ac frequenti & laudabili vſu receptæ fuerint. Concil. Trident. ſeſſ. 22. in decreto. De obſeruandis in celebratione Miſſæ.

Epiſcopi debent omnino remouere ab Eccleſia quarundam 46
Miſſarum & candelarum certum numerum, qui magis à ſuperſtitioſo cultu, quàm à vera religione inuentus eſt, ibidem.

Epiſcopi debent docere populum, quis ſit, & à quo potiſſimum proueniat ſanctiſſimi ſacrificij Miſſæ tam pretioſus & cæleſtis fructus, ibid.

Epiſcopi debent monere eumdem populum, vt accedant frequenter ad ſuas parochias, ſaltem diebus dominicis & maioribus feſtis, ibid.

Epiſcopi in Apoſtolorum locum ſucceſſerunt. Concil. Trid. ſeſſ. 23. cap. 4.

Epiſcopi ad hierarchicum ordinem præcipuè pertinent, & ſunt ſuperiores presbyteris, & conferunt Sacramentum confirmationis, ordinant miniſtros Eccleſiæ, atque alia pleraque peragere ipſi poſſunt, quarum functionum poteſtatem reliqui inferioris ordinis nullam habent, ibid.

Epiſcopos ſi quis dixerit non eſſe presbyteris ſuperiores, vel non habere poteſtatem confirmandi, & ordinandi; vel eam quam habent illis eſſe cum presbyteris communem; vel ordines ab ipſis collatos ſine populi vel poteſtatis ſæcularis conſenſu, aut vocatione, irritos eſſe; aut eos, qui ab Eccleſiaſtica & canonica poteſtate, nec rite ordinati, nec miſſi ſunt, ſed aliunde veniunt, legitimos eſſe verbi & Sacramentorum miniſtros, anathema ſit. Concil. Trid. ſeſſ. 23. De Sacramento ordinis, can. 7

Epiſcopos, qui authoritate Romani Pontificis aſſumuntur, ſi quis dixerit non eſſe legitimos, & veros Epiſcopos, ſed figmentum humanum, anathema ſit. Concil. Trident. ſſ. 23. De Sacramento ordinis, can. 8.

Epiſcopi comprouinciales, prætextu cuiuslibet conſuetudinis, ad metropolitanam Eccleſiam accedere inuiti non debent compelli. Concil. Trident. ſeſſ. 24. De reformat. cap. 2.

Epiſcopi in Eccleſia ſua per ſeipſos, aut ſi legitime impedi- 47
ti fuerint, per eos, quos ad prædicationis munus aſſument; in alijs autem Eccleſijs per Parochos; aut illis impeditis, per alios ab Epiſcopo deputandos, impenſis eorum qui prædicationes præſtare, vel tenentur, vel ſolent; ſaltem omnibus Dominicis, vel ſolemnibus diebus feſtis: & tempore ieiuniorum Quadrageſimæ, & Aduentus Domini, quotidiè; vel ſaltem tribus diebus in hebdomada debent annunciare ſacras ſcripturas, diuinàmque legem. Concil. Trident. ſeſſ. 24. De reformatione, cap 4.

Epiſcopus debet monere populum diligenter, teneri vnumquemque intereſſe parochiæ ſuæ, vbi commodè id fieri poteſt ad audiendum verbum Dei, d. cap. 4.

Epiſcopi debent curare, vt fidelium viuorum ſuffragia, ſcilicet miſſarum ſacrificia, orationes, eleemoſynæ, & alia pietatis opera, quæ à fidelibus, pro alijs fidelibus defunctis fieri conſueuerunt, ſecundum Eccleſiæ inſtituta piè & deuotè fiant. Concil. Trident. ſeſſ. 25. in decreto. De purgatorio.

Epiſcopi debent curare, vt quæ pro defunctis, ex teſtatorum fundationibus, vel alia ratione debentur, non perfunctoriè, ſed à ſacerdotibus, & Eccleſiæ miniſtris, & alijs, qui hoc præſtare tenentur, diligenter & accuratè perſoluantur. ibid.

Epiſcopi debent docere diligenter, per hiſtorias myſteriorum 48
noſtræ redemptionis, picturis vel alijs ſimilitudinibus expreſſas, erudiri & confirmari populum in articulis fidei commemorandis, & aſſiduè recolendis: tum etiam ex omnibus ſacris imaginibus magnum fructum percipi. Concil. Trident. ſeſſ. 25. in decreto. De inuocatione ſanctorum.

Epiſcopus debet curam habere, quod in ſacris imaginibus, & picturis nihil inordinatum, vel præpoſterè aut tumultuariè accommodatum: nihil prophanum, nihilque inhoneſtum appareat, ibid.

Epiſcopi ita mores ſuos omnes debent componere, vt reliqui ab eis frugalitatis, modeſtiæ, continentiæ, & quæ nos tantopere commendat Deo, ſanctæ humilitatis exempla, petere poſſint. Concil. Trident. ſeſſ. 25. De reformatione, cap. 1.

Epiſcopi non ſolum modeſta ſupellectile, & menſa, ac frugali victu debent eſſe contenti: ſed etiam in aliquo vitæ genere, ac tota eiuſdem domo caueant, ne quid appareat, quod à ſancto hoc inſtituto ſit alienum, quodque non ſimplicitatem, Dei zelum, ac contemptum vanitatum præ ſe ferat, ibid.

Epiſcopis interdictum eſt omnino, ne ex redditibus Eccleſiæ, conſanguineos, familiareſve ſuos augere ſtudeant, ibidem.

Epiſcopi conſanguineis non debent donare res Eccleſiaſticas,

quæ Dei ſunt, ſed debent pauperibus diſtribuere, nec diſtrahant, neque diſſipent eas, conſanguineorum cauſa, ibid.

Epiſcopi debent deponere omnem humanum carnis affectum erga fratres, nepotes, & propinquos; vnde multorum malorum in Eccleſia ſeminarium extat, d. cap. 2.

49 Epiſcopis vbique is honor debet tribui, qui eorum dignitati par eſt, eiſque in capitulo, in choro, & proceſſionibus, & alijs actibus publicis ſit prima ſedes, & locus, quem ipſe elegerit, & præcipua omnium rerum agendarum authoritas. Concil. Trident. ſeſs. 25. De reformat. cap. 6.

Epiſcopi quidam ſui ſtatus obliti, Pontificiam dignitatem non leuiter dicuntur dehoneſtare, cum Regum miniſtris, & Regulis, & Baronibus in Eccleſia & extra, indecenti quadam demiſſione ſe gerentes, & velut infimi miniſtri altaris, non ſolum loco cedentes, ſed etiam perſonaliter illis inſeruientes: à quibus debent omnino ſe abſtinere. Concil. Trident. ſeſs. 25. De reform. cap. 17.

Epiſcopi tam in Eccleſia, quam foris, ſuum gradum & ordinem præ oculis debent habere, & vbique ſe patres, & paſtores eſſe meminiſſe, ibid.

Epiſcopi debent commendare omnibus fidelibus, omnia illa, quæ Sancta Romana Eccleſia, omnium Eccleſiarum mater, & magiſtra ſtatuit: nec non ea, quæ tam in Concilio Tridentino, quàm in alijs ſtatuta ſunt; & vt omni diligentia obſeruent. Conc. Trident. ſeſs. 25. in decreto. De delectu ciborum.

Epiſcopi debent commendare omnibus fidelibus, quòd omnia, quæ ad mortificandam carnem conducunt, vt ciborum delectus, & ieiunia; vel etiam, quæ faciunt ad augendam pietatem, vt dierum feſtorum deuota & religioſa celebratio, quæ ab Eccleſia Romana, & Concilijs ſtatuta ſunt, obſeruent, ibid.

Epiſcopi debent admonere populos crebrò, quòd obediant præpoſitis ſuis: quos qui audiunt, Deum remuneratorem audient; qui verò contemnunt, Deum ipſum vltorem ſentient.

Reliqua in verbo, Accuſare, num. 1. 4. 6. Accuſatio, num. 2. 3. 4. 6. Antiſtes. Apoſtoli. Archiepiſcopus. Canonicus. num. 2. Ciuitas. Contemplationes. Decima, 27. Diœceſanus. Suffraganei. Executor. Iacobus. Paſtor. Prædicare. Prædicandi. Prædicans. Prædicatio. Presbyter, 2. 5. 13. Reſidere. Reſidentia.

50 EPISCOPVS & canonici ſunt vnum corpus, & vnum collegium: ita quòd ipſe eſt caput, & canonici ſunt membra, gloſ. conſenſu, in cap. cum dilectus. De conſuet. & gloſ. 2. in cap. cum Eccleſia, 32. De elect. gloſ. per capitulum, in cap. irrefragabili. De officio Ordin.

Epiſcopus in ſpectantibus ad Epiſcopum, non iure proprio, ſed deuoluto, debet requirere conſilium capituli de honeſtate, ſed non de neceſſitate, cap. ne pro defectu, & ibi gl. conſilium. De elect.

Epiſcopus de iure communi debet requirere conſilium capituli, non ſolum in iuriſdictione, quæ ad eum pertinet de iure naturali; ſed etiam in ijs, quæ ad eum deuoluuntur per negligentiam inferioris, qui præſcripſerat contra Epiſcopum, gl. per capitulum, in cap. irrefragabili. De officio Ordin.

Epiſcopus in quibuſdam Eccleſijs retinet ius canoniæ, & præter reditus ſuos percipit aliquid de capitulo; & tunc Epiſcopus adeſt in electionibus tanquam canonicus: & tunc quoque propter negligentiam transfertur poteſtas eligendi ad Epiſcopum, niſi malitiam adhibeat, ibid.

Epiſcopus, inito capitulo, non poteſt aliquam ſubiectionem quærere contra Eccleſiam, cap. dilecti. De maior. & obed.

Epiſcopus vel Archiepiſcopus quandoque reſidet in capitulo, vt ſimplex canonicus: quandoque vt Prælatus, cap. pe. De conceſſ. præbend.

Epiſcopus de iure canonico non poteſt intereſſe capitulo, vt canonicus, quia iura Prælati & capituli ſunt diſtincta: de conſuetudine tamen poteſt eſſe, quòd poſſit intereſſe vt canonicus, & ſtatim atque fuerit electus in Epiſcopum, eligitur etiam in ius canonicum annexum Epiſcopatui, cap. pe. & ibi gl. 2. eod.

Epiſcopus tenetur in negotijs Eccleſiæ requirere conſilium capituli, cap. 4. De his quæ fiunt à Præl.

ad Epiſcopum pertinent inſtitutiones & deſtitutiones, ſed cum conſilio capituli, ibid.

per Epiſcopum geſta ſine conſilio capituli, ſunt nulla, ibidem.

51 Epiſcopus cum capitulo facit vnum corpus, cuius ipſe eſt caput; ſed cum clero ciuitatis, vel diœceſis, non dicitur facere vnum corpus, gloſ. 2. in cap. dilecta. De exceſſ. Prælat.

Epiſcopus poteſt cum conſenſu canonicorum vnam Eccleſiam eximere à iuriſdictione ſua; intellige in multis, ſed non ex toto; ſed ſine conſenſu canonicorum, in nullo poteſt, cap. cum olim, 14. De priuil.

Inter Epiſcopum & capitulum eſt tanta coniunctio, quòd etiam in obedientia præſtanda faciant vnum corpus, cap. cum clerici, 19. De verb. ſignific.

Epiſcopus poteſt eſſe præbendarius, & canonicus in Eccleſia, gl. niſi vnicum, in cap. 2. De conſuet. lib. 6.

Epiſcopus quandoque habet vocem in capitulo, vt canonicus, cap. à collatione, 11. De appell. lib. 6.

Epiſcopus in capitulo ſi eſt in primo loco, & ei primò ſcribitur, tunc dicitur intereſſe capitulo, vt Epiſcopus, aut vt caput; ſed quando ſedet, vel ſcribit poſt Archidiaconum, vel alium, qui ibi præſit capitulo, tunc patet eum ibi eſſe vt canonicum, gl. Prælat. ibid.

Epiſcopus habens vocem in capitulo vt canonicus, non habet primam vocem, d. gl. Prælatus, in add.

Epiſcopus quandoque intereſt capitulo vt canonicus, quandoque vt Prælatus, cap. 1. & ibi gl. & ſi, & gl. vt Prælatus. Ne ſede vacante aliq. lib. 6.

Epiſcopi debent regi conſilio canonicorum, gl. conſilio, in extrauag. vas electionis, De cenſibus, inter communes.

Epiſcopus de iure communi, cum alijs eligit canonicos, 52
niſi conſuetudine aliud inducatur, gloſ. 2. in ſumma, diſt. 21.

Epiſcopus vt extra viſitationem procedere poſſit contra vnum de capitulo, debet capitulum initio cuiuslibet anni eligere duos de capitulo: de quorum conſenſu & conſilio Epiſcopus, vel eius vicarius, tàm in formando proceſſum, quàm in cæteris omnibus actibus, vſque ad finem cauſæ incluſiuè, coram notario ipſius Epiſcopi procedere tenetur. Concil. Trident. ſeſſ. 25. De reformatione, cap. 6.

Epiſcopus cum procedit contra vnum de capitulo, cum duobus electis de capitulo; illi duo habent tantum vnum votum, quorum alter poteſt accedere Epiſcopo; quòd ſi ambo fuerint diſcordes ab Epiſcopo, tunc intra ſex dierum ſpatium cum Epiſcopo ambo eligent tertium; & ſi in electione tertij fuerint etiam diſcordes, ad viciniorem Epiſcopum electio debet deuolui, & iuxta eam partem, cum qua tertius conueniet, articulus, in quo erat, diſcordia terminabitur: aliàs proceſſus, & inde ſecuta nulla ſunt, ibid.

Epiſcopus in criminibus ex incontinentia prouenientibus, & in atrocioribus delictis, depoſitionem ſeu degradationem requirentibus, vbi de fuga timetur, & ſi opus ſit detentione perſonali, Epiſcopus ſolus contra aliquem de capitulo, procedere poteſt ad ſummariam informationem, & neceſſariam detentionem, in reliquis ſeruato ordine requiſito, ibid.

Epiſcopi ſi aliquid proponant canonicis ad liberandum, nec de re ad ſuum vel ſuorum commodum ſpectante agatur, poſſunt ipſi capitulum conuocare, vota exquirere, & iuxta ea concludere: abſente vero Epiſcopo, omnino hoc ab his de capitulo, ad quos hoc de iure vel conſuetudine ſpectat, perficiatur: nec ad id admittatur vicarius Epiſcopi. Concil. Trident. dict. cap. 6.

Epiſcopo ſubiiciuntur omnes, qui non obtinent dignitates, nec ſunt de capitulo, in cauſis Eccleſiaſticis, ſaluis in omnibus priuilegijs, quæ vniuerſitatibus ſtudiorum generalium, ſeu earum perſonis ſunt conceſſa. Concil. Trident. dict. cap. 6.

Reliqua in verbo, Capitulum, 28. 29. 30.

EPISCOPVS non debet eligi ad aliam dignitatem, ſed debet 53
poſtulari, cap. ſi. De poſtulat. Prælat.

Epiſcopus non poteſt conſentire electioni de ſe factæ ad aliam Eccleſiam: & ita nec poteſt eligi, ſed debet poſtulari, dict. cap. ſi. & ibi gl. 1.

in Epiſcopum eligendus debet compleuiſſe 30. annum, & quod ſit de legitimo matrimonio: propter temporis tamen neceſſitatem poteſt cum eo diſpenſari circa hoc, cap. cum in cunctis. De electione.

in Epiſcopum eligendus ſi patiatur aliquem defectum eorum, quæ ad Epiſcopatum requiruntur, poteſt cum eo diſpenſari in tali defectu, propter temporis neceſſitatem, ibid.

Epiſcopus debet eligi intra tres menſes à die vacationis, cap. cum in cunctis, §. 1. eod.

Epiſcopo & Abbati de iure ſpeciali poteſt competere poteſtas intereſſendi electioni ſecus de Archiepiſcopo, cap. quod ſicut, 28. eod.

Epiſcopus conſecratus electus in Archiepiſcopum, non debet appellari Archiepiſcopus ante pallij receptionem: poteſt tamen appellari electus in Archiepiſcopum, cap. niſi ſpecialis, & ibi gloſ. 2. De authorit. & vſu pallij.

Epiſcopus, qui tranſiuit ad Monachatum, non debet eligi, ſed poſtulari, cap. poſt translationem, & ibi gl. poſtulandum. De renunciat.

Epiſcopus, qui propter defectum ſcientiæ renunciauit Epiſcopatui, poſtea ſi acquiſierit ſufficientem ſcientiam, poteſt denuo poſtulari ad Epiſcopatum, dict. cap. poſt translationem, § item ſi quis.

Epiſcopus nondum conſecratus appellatur electus, cap. literas. De tempor. ordinat.

in Epiſcopum poteſt eligi ſubdiaconus, & diaconus, & Presbyter, cap. à multis. De ætat. & qualit.

ad Epiſcopum eligendum duo requiruntur: primò quòd eligendus ſit in ordine ſacro, & quòd religioſè, id eſt honeſtè viuat, ibid. 54

in Epiſ-

in Epiſcopum poteſt promoueri habens filios, cap. ad hoc. De filiis Presbyter. cap. 1. De teſtam.

in Epiſcopos in primitiua Eccleſia non eligebantur, niſi in ſacris ordinibus conſtituti, hoc eſt Presbyteri, & diaconi: ſed ſubdiaconi cum non eſſent in ſacris ordinibus, non poterant eligi: hodie vero ſic, gl. fi. in cap. miramur. De ſeruis non ordinand.

Epiſcopus de conſuetudine poteſt habere ius eligendi Prælatum in Eccleſia collegiata, vel etiam regulari, cap. cum venisſent, 2. De in integ. reſtit.

Epiſcoporum electio de iure canonico pertinet ad canonicos, niſi conſuetudo præſcripta aliud inducat, cap. cum Eccleſia Sutrina. De cauſ. poſſeſ.

in Epiſcopum ſi promoueatur quis exiſtens in peccato mortali, non remouetur ob id à promotione, niſi illud peccatum mortale eſſet de grauibus, quæ inducant depoſitionem, cap. ſicut noſtris, 27. & ibi gl. 1. De iureiurand.

Epiſcopus promotus non perdit ipſo facto beneficia priora: ſed poſt conſecrationem, vel poſt lapſum præfixum tempus ad conſecrandum, gl. poſt receptionem, in cap. de multa. De præbend.

Epiſcopus nullus debet dari inuitis, dum tamen iuſtam cauſam oſtendant: volentibus tamen rectè poteſt dari, licet facultates non ſufficiant: & ita poſſant ſibi in hoc præiudicare, & victum poſtea ſibi quærant, gl. fi. in cap. 4. De inſtitutio.

Epiſcopi duo poſſunt eſſe in eodem Epiſcopatu ex cauſa: quando ſcilicet alter labitur in hæreſim, & alter canonicè eligitur, cap. 1. De parochiis.

inter Epiſcopum ſubſtitutum hæretico Epiſcopo, & ipſum Epiſcopum hæreticum reuerſum ad fidem, ex diſpenſatione etiam receptum, diuiditur Epiſcopatus, modo ibi expreſſo, d. cap. 1.

55 de Epiſcopis dictum intelligendum eſt de electis, & confirmatis, gl. duximus, in cap. canonica, 50. De ſententia excommunicat.

Epiſcopus ante conſecrationem, vel coronationem ſic ſcribitur, *Bonifacius electus Epiſcopus*, gloſ. 2. in proœmio, lib. 6.

Epiſcopus, qui renunciauit Epiſcopatui, poteſt eligi, non poſtulari, gl. allegati, in cap. cupientes, §. fi. De elect. lib. 6.

in Epiſcopum, vel Archiepiſcopum exemptum electus ſi fuerit canonicus, vel alius, legatus à latere confirmat eum: ſed inferiores legati non poterunt ſine ſpeciali mandato, gl. fi. in cap. ſi Abbatem, 36. §. fi. eod.

in Epiſcopum, vel Archiepiſcopum exemptum ſi fuerit poſtulatus Epiſcopus: tunc vt tranſire poſſit, requiritur ſpecialis licentia Papæ, nec ſufficit licentia legati etiam de latere, d. gl. fi.

Epiſcopi non eliguntur, ſed poſtulantur, ibid. & gl. 1. in reg. cum quid, 84. De reg. iur. lib. 6.

in Epiſcopum ſicut minor ſubdiacono non eligitur: ita nec debet eligere, vt bene conueniant electus, & eligentes, gl. vt hi qui, in clem. 2. De ætate & qualitate.

Epiſcopus electus, poſt examinationem conſecrari debet, ſi ita eſt quòd omnes clerici conſenſerint in eum, gl. fi. in can. qui Epiſcopus, diſt. 23.

in Epiſcopum promoueri non debet ille, qui eſt negligens circa ſua negotia, d. can. qui Epiſcopus.

56 in Epiſcopum non debet eligi ille, qui non habet longam corporis ſui continentiam, can. priuſquam, diſt. 28.

in Epiſcopum eligi non debet ille, qui habet filiam paruulam: & hoc ideo quia eſt argumentum, quòd non diu fuerit continens: aliud eſſet, ſi habuiſſet grandem filiam: hodie tamen iure communi nullus habens filios debet epiſcopari. gl. 2. in can. priuſquam, diſt. 28.

in Epiſcopum eligi non debet habens vxorem, vel filios, vel nepotes: quod intellige quando filij ſunt mali, vel nepotes: vel quando ita temerè diligit eos, vt præſumatur ratione eorum dilapidare bona Eccleſiæ: idem, ſi habet patrem, vel fratres, de quibus eſt idem timor: aliàs non repellitur habens filios vel nepotes, gl. principalis, in can. de Syracuſanæ, diſt. 28.

in Epiſcopum non debent ordinari litigioſi, quia cum tales ſint arrogantes, neſciunt humiliter docere, vnde ſubditi vilipendunt eius doctrinam, tum quia tales ſolent eſſe adulatores, proditores, detractores, & maledici, gl. 1. in ſumma. & can. 1. diſt. 46.

Epiſcopum ſibi eligebant ciues antiquitus: hodie ſecus, can. de Petro, iuncta ſupraſcriptione diſt. 47.

in Epiſcopum conſecrandus debet eſſe domui ſuæ bene præpoſitus: & tunc dicitur bene præpoſitus, quando familiam ſuam bene gubernat verbo & exemplo: quia qui negligenter ſuos gubernat, præſumitur circa extraneos magis negligens, gl. neceſſe, in can. ſicut hi, diſt. 47.

in Epiſcopum ordinandus à vitijs immunis debet eſſe, & neceſſe eſt, vt cum interceſſor pro populo ad Deum pareciur, eius gratiam bene viuendo mereatur, in ſumma, diſt. 49.

Epiſcopum debent eligere electores intra tres menſes à tempore vacationis, can. poſtquam, diſt. 50.

in Epiſcopum ordinandus debet eſſe immunis à criminibus, & impedimentis relatis in can. qui in aliquo, diſt. 51.

in Epiſcopum promoueri non poteſt laicus, d. can. qui in aliquo. 57

Epiſcopum ſibi eligere poterat populus antiquitus, ibid.

in Epiſcopum poteſt eligi conſtitutus in ſacris: & ſic poteſt eligi ſubdiaconus, cum ſubdiaconatus ſit hodie ſacer ordo, gl. 1. in can. nullus, & can. fi. diſt. 60.

in Epiſcopum laicus poſtulari poteſt, gl. 1. in can. fi. diſt. 60.

in Epiſcopum laicus non debet eligi, vel ordinari, can. 1. diſt. 61.

in Epiſcopos laici non debent ſubitò promoueri, ſed illi qui ſunt irreprehenſibiles, & longa vita in clericatu probati, can. in ſacerdotibus, diſt. 61.

in Epiſcopum laicus irreprehenſibilis vitæ promoueri poteſt, ſi adſit neceſſitas: & in anno & dimidio poteſt recipere ordines, gl. 1. in can. 1. diſt. 61.

Epiſcopum fieri eum, qui in nullo gradu vnquam obſequutus fuit ſacerdoti, eſt planè ſemiarum, can. miſerum, diſt. 61.

in Epiſcopum multi ex laicis electi ſunt, vt beatus Nicolaus, beatus Seuerus, beatus Ambroſius, & alij, can. ſtatuimus, § è contra, diſt. 61.

in Epiſcopum ſi laicus vel ſcholaſticus poſtuletur, prius ordinatus ad Eccleſiaſticos ordines omnes promouebitur, & poſtea conſecrabitur, can. Oſius, diſt. 61.

Epiſcopi electio debet fieri cum ſolemnitate decreti, omnium ſubſcriptione roborati, can. Epiſcopus, diſt. 61.

Epiſcopus clericis inuitis dari non debet de aliena Eccleſia: clerici enim debent habere liberam electionem, can. nullus inuitis, diſt. 61. 58

Epiſcopus de aliena Eccleſia tunc debet eligi, quando in propria nullus inuenitur idoneus, ibid.

Epiſcopus laicis inuitis dari non debet, ſi ipſi habeant iuſtam cauſam contradicendi, gl. 1. ibid.

Epiſcopus clericis inuitis datur de aliena Eccleſia, ſi ipſi per negligentiam neminem elegiſſent: ſimiliter vbi minor pars contradicit, nec habent iuſtam cauſam contradicendi, d. gl. 1. ibid.

in Epiſcopum eligi debet, qui non habet vxorem, nec filios, nec crimen aliquod canonicum, can. Catinenſis, diſt. 61.

in Epiſcopum non debet eligi filios habens, quando præſumptio eſt, quod propter filios dilapidet bona Eccleſiæ: & tunc dabit cautionem, & faciet inuentarium, gloſ. 2. ibidem.

in Epiſcopum eligendus non debet eſſe reus criminum, quæ ſacra lex morte punit, can. bene, diſt. 61.

Epiſcopum debent eligere clerici, & populus conſentire, & Metropolitanus cum ſuis Suffraganeis conſecrare, can. nulla, diſt. 62.

Epiſcopi & etiam Metropolitani electio de iure ſpectat ad capitulum, gl. 1. in cap. Valentinianus, diſt. 63.

Epiſcopus eſt eligendus Apoſtolica authoritate, non regio fauore, can. porro, diſt. 63.

in Epiſcopum promotus regia poteſtate, non debet recipi à comprouincialibus Epiſcopis: & qui eum receperit, debet ab aliorum Epiſcoporum communione ſegregari, can. ſi per ordinationem, diſt. 63.

Epiſcopi debent ad ſacerdotium vel Epiſcopatum promouere illum, qui in ſermone, fide, & ſpirituali vita edoctus ſit, can. non licet, diſt. 63. 59

in Epiſcopum hodie poteſt eligi non ſolum ex Presbyteris, & diaconibus, ſed etiam & ex ſubdiaconibus, gloſ. vel à diaconibus, in cap. Metropolitano, diſt. 63.

Epiſcopus quilibet conſueuerat olim dare aliquid Imperatori in electione ſua, dummodo reditus Epiſcopales excederent duas libras auri, & forte cum tunc eſſet mos, crimen non erat, gl. 1. in can. Agatho, diſt. 63.

Epiſcopus debet eligi ob vitæ meritum, & ſapientiæ donum, vt exemplo & verbo ſibi ſubiectis vſquequaque prodeſſe valeat, can. ſacrorum, diſt. 63.

Epiſcopum non debent eligere canonici maioris Eccleſiæ, abſque religioſorum virorum eiuſdem ciuitatis conſilio, can. fi. & ibi gl. 2. diſt. 63.

Epiſcoporum electio ad ſolum Metropolitanum eſt referenda: ſed conſecratio non debet fieri ſine notitia Primatis, gl. 2. in can. quoniam, diſt. 65.

Epiſcopus malè electus, toleratus tamen, ſi fuerit promotus diſpenſatiuè poterit miniſtrare in Eccleſia, ad quam ordinatus fuit, can. ſi qui clerici, 40. 1. q. 1.

de Epiſcopi electione faciendum eſt decretum, & præſentandum Papæ, can. qualiter, 7. q. 1.

Epiſcopo viuente poteſt alius eligi ibi, ſed non debet conſecrari, can. quamuis, 7. q. 1.

Epiſcopus poteſt ſpeciali priuilegio Papæ ſibi eligere ſucceſſorem, can. petiſti, 7. q. 1. 60

Epiſcopum olim eligebant ciues: hodie vero collegium ſibi eligit Prælatum, can. mutationes, 7. q. 1.

Epiſcopo non licet ſibi eligere ſucceſſorem, ſed poſt eius mortem per canonicos eſt eligendus, & per ſynodum conſecrandus, can. Epiſcopo non, cum duobus ſeq. & qu. 1.

Epiſcopus de iure communi non poteſt ſibi eligere ſucceſſorem, ſed benè ex diſpenſatione Papæ, gl. 1. ibid.

Epiſcopo non licet filios inſtituere in paternis Eccleſijs, niſi

per mediam perſonam, gl. 1. in can. Apoſtolica, 8. q. 1. ſed per extrauag. Clementis ſeptimi etiam per mediam perſonam non licet.

in Epiſcopum eligi debet qui eſt præſtantior, doctior, & in omni virtute eminentior, can. licet virgo, 8. q. 1.

Epiſcopi ex electione non præficiuntur, ſed comprobantur, can. illud, 8. q. 1.

Epiſcopus is tantum eſt eligendus, qui vita & moribus commendatus exiſtit, & nullius incongruæ voluntati deſeruiat, can. 1. 8. q. 2.

Epiſcopus poteſt fieri quis, poſtquam per decem annos antea fuerit Presbyter, gl. 2. in can. 29. 16. q. 1.

Epiſcopi ſunt ordinandi, vbi multitudo fidelium excreſcit, can. percipimus, 16. q. 1.

Reliqua in verbo, Clericus, 36. vſque 45. Confirmatio, 1. 2. 5. 6. 7. Confirmatus. Diuer. Electio. Electus. Abbas, 12. 13.

61 EPISCOPVS electus, propter defectum ſcientiæ repelli debet ab Epiſcopatu, etiamſi fuerit promotus, glo. literarum, in cap. cum in cunctis. De elect.

Epiſcopus electus is, qui numquam Grammaticam didiſcit, nec legit Donatum, & ita de cuius illiteratura vel inſufficientia conſtat, à Pontificalis officij executione, & ab adminiſtratione Eccleſiæ remoueri debet, ibid.

Epiſcopus ſufficit, quod ſit conuenientis ſcientiæ, licet non ſit eminentis, cap. qualiter, & ibi gloſ. conuenients. De electione.

in Epiſcopo requiritur idoneitas in ordinibus, ſcientia, & ætate, cap. dudum, & ibi gl. electionis, eod.

Epiſcopus ſi non ſit ſcientiæ eminentis, ſaltem debet eſſe ſufficientis, cap. in literatura, in cap. congregato, 53. eodem.

Epiſcopus debet habere ſcientiam, non ſolum ſacrarum literarum, ſed etiam ſæcularium negotiorum, vt ſit paratus omni poſcenti reddere rationem, ibid.

Epiſcopus cum debeat alios docere, non debet ipſe tunc doceri, ibid. gl. fi. in cap. fi. De æt. & qualit.

Epiſcopus debet habere ſcientiam competentem, & ſufficientem ad gubernationem temporalium & ſpiritualium, nec propter carentiam ſcientiæ eminentis, datur cauſa legitima cedendi Eccleſiam, cap. niſi cum pridem, §. pro defectu. De renunciat.

Epiſcopus aliorum doctrina indigere non debet. & ideo debet habere ſcientiam neceſſariam ſpiritualium & temporalium, in quibus docere debet, gl. temporalium, ibid.

62 Epiſcopus ordinatus in ſcrutinio Epiſcopi ordinandi poteſt reſpondere illum dignum, ſi illum non nouit indignum, cap. fi. De ſcrutin. in ordine facit.

in Epiſcopo quatuor præcipua requiruntur, ſcilicet ſcientia literarum, maturitas ætatis, grauitas morum. & quod ſit de legitimo matrimonio natus, gl. fi. in cap. fi. De ætate & qualit.

Epiſcopum habere inutilem, & non habere aliquem, pariſicantur, cap. 1. De præſcript.

Epiſcopo, qui propter morbum incurabilem Paſtorale officium exercere non poteſt, dandus eſt coadiutor ab Archiepiſcopo, cap. pen. De cler. ægrot.

Epiſcopus ſenio vel infirmitate impeditus, de conſenſu capituli ſui, vel maioris partis, authoritate Apoſtolica vnum vel duos coadiutores aſſumere poteſt, cap. 1. De clerico ægrot. lib. 6.

Epiſcopus, ſi fuerit demens, poterit capitulum vel maior pars eligere Epiſcopo coadiutorem, ibid.

Epiſcopo inuito capitulum non poteſt dare coadiutorem: ſed debet capitulum intimare Papæ, Epiſcopi & Eccleſiæ conditionem, vt ipſe Papa prouideat Eccleſiæ: & ſi videat id debere fieri, dabit coadiutorem aſſignando ei moderatos ſumptus de prouentibus ipſius Epiſcopi, ibid.

Epiſcopos fore impeditos circa illa, quæ concernunt Pontificale officium, periculoſum eſt, cap. quia periculoſum. De ſententia excommun. lib. 6.

63 Epiſcopus, antequam conſecretur, debet examinari, can. qui Epiſcopus, diſt. 23.

Epiſcopus debet ſcire articulos fidei explicitè, & ſingulariter, nec ſufficit ſcire implicitè & generaliter. ibid.

Epiſcopus electus propter ſimplicitatem repellitur: ſed iam promotus non deponitur, ſed datur ei coadiutor, gl. cauens, ibid.

in Epiſcopum promouendus debet examinari per Metropolitanum, & vicinos Epiſcopos, can. Epiſcopi, diſt. 24.

Epiſcopus cum examinatur, debet interrogari ſuper articulis fidei, ibid.

in Epiſcopum ordinari non debet ignorans Eccleſiaſticas diſciplinas, aliàs promotus & promouens puniuntur, can. qui Eccleſiaſticis, diſt. 36.

Epiſcopi ſemper debent eſſe parati aſſignare rationem pœnitentibus, de his quæ concernunt fidem Catholicam, d. can. qui Eccleſiaſticis, §. ecce.

Epiſcopo licitum eſt audire leges, vt per eas melius intelligat canones, can. Epiſcopus, diſt 37.

Epiſcopus perlegat libros hæreticorum, pro neceſſitate, aut tempore, ibid.

Epiſcopi & ſacerdotes filios ſuos inſtruere ſæcularibus literis, maximè ſumptibus beneficiorum prohibentur, can. legant, diſt. 37

Epiſcopi debent in locis diœceſum ſuarum, vbi expedit, ponere magiſtros & doctores, qui debeant inſtruere in ſtudijs literarum & liberalium artium, can. de quibuſdam, diſt. 37.

Epiſcopus debet examinare clericos venientes ad concilium, videlicet qualiter officium celebrent, & baptizent, can. quando, diſt. 38. 64

Epiſcopi debent habere ſcientiam ſacrarum ſcripturarum, & canonum, can. omnes, diſt 38.

Epiſcopus non debet dedignari ex ſenectute, vel nobilitate, diſcere à minoribus ſuis, c. nullus diſt. 38.

in Epiſcopum ordinari non debet, qui eſt imperitus ſæcularium negotiorum, can. Petrus, diſt. 39.

in Epiſcopo non præſumitur ignorantia canonum, can. quid autem, diſt. 45.

Epiſcopus dicitur non habere ſufficientem ſcientiam, quando aliquid dicit, quod ſit contra canonum determinationem, can. miror, diſt. 50.

in Epiſcopo non præſumitur ignorantia iuris, can. lator diſt. 55.

Epiſcopus debet ſcire totum pſalterium, gl. quantos, in can. 1. diſt. 85.

Epiſcopus debet eſſe doctor, ne inferiorum culpæ in eum refundantur, in ſumma, diſt. 86.

Epiſcopi doctrina conſiſtit in diſciplina correctionis, & in ſermone prædicationis: in diſciplina, vt corrigat ex charitate cum vnitate, non ex odio, nec modum excedat in correctione: in ſermone; prædicationis ſcilicet, vt prædicet ſcientiam ſacræ ſcripturæ, non humanæ, gl. 1. in ſumma, diſt. 86.

Epiſcopus in doctrina, ſacræ ſcripturæ debet authoritatem proferre, non ſæcularium literarum peritiam oſtentare, can. quando, §. in doctrina, diſt. 86.

Epiſcopus debet exponere ſacram ſcripturam, non Grammaticam, can. cum multa, diſt. 86. 65

Epiſcopi non debent indigere doctrina aliorum, cum ipſi debeant eſſe aliorum doctores, can. conuenientibus, §. item Conſtantinus, 1. q. 7.

Epiſcopi viuenti quandoque ex magna diſpenſatione alter adiungitur, qui ſit ei coadiutor, gl. 1. in ſumma, 7. q. 1.

Epiſcopo ægrotanti ægritudine etiam incurabili, alius loco eius ſubſtitui non debet: neque etiam ei, qui nimis ſenex eſt: ſed eis dantur coadiutores, ibid.

Epiſcopus leproſus non remouetur propter lepram, cum matrimonium carnale non diſſoluatur propter lepram, ergo multò fortius matrimonium ſpiritnale diſſolvi non debet: ſed et rectè adiungitur coadiutor, can. ſcripſit, 7. q. 1.

Epiſcopus licet infirmus & ægrotus, dicitur præeſſe, ſicut ſeruus dicitur ſeruire, licet ſit infirmus, gl. 2. ibid.

Epiſcopo etiam inuito, & nolenti datur coadiutor propter eius ægritudinem incurabilem, vel lepram, gloſ. fi. ibidem.

Epiſcopi non ſunt abijciendi, propter eorum infirmitatem, & ægritudinem, nec in eorum locum alij ſunt ſubſtituendi, can. Pontifices, 7. q. 1.

Epiſcopo viuenti poteſt alius in Coepiſcopum dari, de iure ſpeciali, can. non autem, 7. q. 1.

Epiſcopi duo quandoque poſſunt eſſe in ſolidum in vna Eccleſia ex diſpenſatione Papæ: vt fuit datus Auguſtinus Coepiſcopus Valerio Epiſcopo viuenti, & incolumi, & vterque poteſt hominem ſoluere, & ligare, d. can. non autem, & gl. 2.

Epiſcopus vicarius alterius propter neceſſitatem poteſt quis eſſe; ſed non poſſunt duo principales eſſe: ne detur monſtrum habens duo capita, gl. fi. ibid. 66

Epiſcopus infirmitate grauatus, ita quòd ab ea aſſurgere non poſſit, ſi renuntiauerit, & petierit alium ſubſtitui, debet eius renunciatio admitti, & alius ei ſubrogari, can. qualiter, 7. q. 1.

Epiſcopo infirmo datur licentia ſe abſentandi per quadriennium, vt poſſit curari, ibid.

Epiſcopo viuente, quem non crimen, ſed infirmitas impedit ſuum officium exercere, non debet ei, niſi renunciauerit, alius Epiſcopus ſubrogari: cui tamen renuncianti, quouſque vixerit, debent ſumptus de ipſa Eccleſia miniſtrari: quòd ſi renunciare non poſſit, quia perpetuum mentis patiatur exilium, dabitur adminiſtrator Eccleſiæ: illo tamen viuente non conſecrabitur in Epiſcopum, can. quamuis, 7. q. 1.

Epiſcopo ſenectute grauato non datur ſucceſſor, ſed dari debet coadiutor, qui ei decedenti ſuccedat, can. nihil, §. ecce, & can. petiſti, 7. q. 1.

Epiſcopo ſeni non debet dari ſucceſſor, etiamſi hoc petat: ſed debet dari coadiutor, d. can. petiſti.

Epiſcopo viuenti non datur ſucceſſor, ſed coadiutor, can. quia frater, 7. q. 1.

Epiſcopo, qui propter ſimplicitatem Eccleſiæ curam non poteſt exercere, datur coadiutor, ibid.

Epiſcopus non debet erubeſcere à ſubdito doceri, gl. ſenex, in can. ſi habes, 24. q. 3.

Reliqua in verbo, Electio, 37 vſque 45. Indignus.

67 **EPISCOPVS** vnus ſolus non poteſt aliquem conſecrare, imò ad minus debent eſſe tres, & eſt de ſubſtantia conſecrationis, ita quod alias non eſſet conſecratus, gl. pauciores, in cap. 2. De poſtulat. Prælator.

in Epiſcopum antequam quis ſit conſecratus, non poteſt dici promotus, cap. eam te. De reſcript.

Epiſcopus electus intra tres menſes tantum poſt confirmationem debet conſecrari, niſi neceſſitas eum impedierit petere conſecrationem: quia tunc non currit ei tempus, gloſ. tempore, in cap. cum in cunctis, §. 1. De electione.

Epiſcopus electus & confirmatus, ante conſecrationem non dicitur pleno iure habere Eccleſiam, cum adhuc tempore conſecrationis poſſit excipi contra ipſum: & ideo eius beneficia ante conſecrationem non vacant, nec debent conferri, gl. ad quem, ibid.

Epiſcopus electus & confirmatus ſi fuerit conſecratus, eius beneficia vacant, & conferri poſſunt, & etiam ante conſecrationem, ſi præfixum tempus ad petendam conſecrationem lapſum ſit eius negligentia & mora, gl. ad quem, ibid.

Epiſcopus conſecratus dicitur maritus Eccleſiæ, ita vt ſine licentia Papæ eam dimittere non poſſit, ibid.

Epiſcopus electus & confirmatus etiamſi ante tempus ad conſecrationem conſtitutum fuerit conſecratus, nihilominus eius beneficia priora conferri poſſunt ſtatim: nec debet expectari tempus trium menſium, ibid.

Epiſcopus minor 30 annorum ordinari non debet, gl. canonea, in cap. cum nobis. De electione.

68 Epiſcopo electo ad conſecrationem petendam dantur tres menſes, gl. 2. in cap. ne pro defectu, 41. eod.

Epiſcopi poſſunt accipere munus conſecrationis à ſuis Metropolitanis, cap. inter corporalia. De tranſlat. Epiſcop.

de Epiſcopis conſecratis dictum extenditur ad electos confirmatos, dict. cap. inter corporalia, §. ſicut, & ibi gl. ſic & electorum.

Epiſcopus electus & confirmatus arctatur ad petendam conſecrationem intra ſex menſes: aliàs Metropolitani iudicio cedat, dict. cap. inter, §. ſed neque.

Epiſcopum conſecrare non poſſunt Suffraganei ſine conſenſu Metropolitani; nec Metropolitanus, ſine duobus vel tribus Epiſcopis comprouincialibus poteſt conſecrare Epiſcopum, cap. ſi Archiepiſcopus, & cap. nec Epiſcopi. De tempor. ordin.

Epiſcopus cum conſecratur, debet inungi chriſmate in capite, & manibus: quod ſi fuerit prætermiſſum, per tres Epiſcopos eſt ſupplendum, cap. 2. De ſacra vnctione.

Epiſcopus non tam in corpore, quam in corde vngi debet chriſmate, quod fit ex oleo & balſamo: vt interius nitorem conſcientiæ quantum ad Deum, & exterius habeat odorem famæ quoad proximum, d. cap. 2. §. ad exhibendum, eodem.

Epiſcopi manus inunguntur chriſmate, vt Epiſcopus operetur bonum ad omnes, maximè autem ad domeſticos fidei: caput autem vngitur balſamo charitatis, vt Epiſcopus diligat Deum ex tota corde, & ex tota mente, & ex tota anima, & proximum ſuum ſicut ſeipſum, ibid.

Epiſcopi caput in conſecratione inungitur, propter authoritatem & dignitatem, & manus propter miniſterium & officium: & vt oſtendatur repræſentare perſonam illius, de quo dicitur per Prophetam, *ſicut vnguentum in capite eius*, &c. ibid.

69 Epiſcopi manus inunguntur, vt oſtendatur accipere poteſtatem benedicendi & conſecrandi: vnde dum conſecrator vngit manus, dicit: *Conſecrare & ſanctificare digneris Domine manus iſtas per iſtam vnctionem, & per noſtram benedictionem, vt quæcumque conſecrauerint, conſecrentur; & quæcumque benedixerint, benedicantur in nomine Domini*, ibid.

In Epiſcopi conſecratione vnus eſt principalis, ſcilicet Archiepiſcopus, vel eius commiſſarius: alij non ſunt principales, ſed aſſiſtunt, cap. quod ſedem. De offic. ordin.

Epiſcopus non debet conſecrari ſine Archiepiſcopi præſentia, gl. 2. ibid.

Epiſcopus conſecratus debet viſitare Archiepiſcopum intra duos menſes à ſua conſecratione. & ſi non poſſit impeditus iuſta de cauſa, hoc debet ei ſignificare, ibid.

Epiſcopus conſecrandus vel ordinandus tenetur recipere conſecrationem ab eo, cui Archiepiſcopus ſuas vices commiſit, ibid.

Epiſcopus ſeu Archiepiſcopus poteſt committere ea quæ, ſunt conſecrationis, vel ordinis Epiſcopalis, d. cap. quod ſedem.

Epiſcopus non poteſt conſecrari, niſi aſſiſtentibus tribus Epiſcopis, gl. vicarium, in cap. quoniam. De officio ordin.

in Epiſcopi conſecratione prius requiritur conſenſus clericorum, quam laicorum, can. qui Epiſcopus, diſt. 23.

Epiſcopus non debet conſecrari ſine conſenſu Archiepiſcopi, & Epiſcoporum Prouinciæ, ibid.

Epiſcopus conſecrandus antea examinari debet, an natura ſit prudens, docibilis, moribus temperatus, vita caſtus, ſobrius, peruigil, ſemper ſuis negotiis cauens, humilis, affabilis, miſericors, literatus: ſi in lege Domini ſit inſtructus, in ſcripturarum ſenſibus cautus, vel acutus: ſi in dogmatibus Eccleſiaſticis exercitatus, & alia multa, de quibus in dict. cap. qui Epiſcopus.

Epiſcopus conſecrandus debet examinari, nec eſt omittenda examinatio, quæ fit in conſecrando etiam circa notum: imo repellitur, ſi in vno deficiat; ſed examinatio noti, quæ fieri debet ad eum eligendum, non eſt facienda, niſi ſummatim, gl. examinetur, ibid. 70

Epiſcopus cum ordinatur, duo Epiſcopi debent tenere librum Euangeliorum ſuper caput ordinandi, & tertius ſuper eum fundat benedictionem, & reliqui Epiſcopi, qui adſunt, manibus ſuis tangant caput eius, can. Epiſcopus, diſt. 23.

Epiſcopus ſolus non poteſt conſecrare Epiſcopum, gl. 1 ibid. & can. extra conſcientiam, diſt. 64

Epiſcopi manus & caput inungitur chriſmate, cùm conſecratur, gl. 1. in can. præterea, diſt. 23.

in Epiſcopi conſecratione ad minus tres Epiſcopi conſtituuntur: plures tamen bene poſſunt intereſſe, can. qui in aliquo, diſt. 51.

Epiſcopi conſecratio debet fieri die Dominico, ibid.

Epiſcopi conſecratio non poteſt fieri ſine conſenſu Metropolitani, ibid.

Epiſcoporum conſecratio poteſt quandoque differri vltra annum, gl. Presbyteri, in can. Oſius, diſt. 61.

in Epiſcopum non debet quis aliquem conſecrare, niſi fuerit canonicè electus: aliàs conſecrans & conſecratus deponuntur, can. nullus, diſt. 62.

Epiſcoporum conſecrationes & promotiones debent fieri clericorum electione, & decreto & collegio Epiſcoporum, can. Adrianus, diſt. 62. 71

Epiſcopus non debet conſecrari, niſi poſt electionem & conſenſum cleri, & populi, can. Epiſcopos, diſt. 63.

Epiſcopus conſecrari debet regio præcepto in Eccleſia, in qua rex eſt patronus, can. nobis, diſt. 63.

Epiſcopus à nemine debet conſecrari niſi à rege laudetur, & inueſtiatur, vt definitum fuit ab Adriano, can. Adrianus, diſt. 63.

Epiſcopus ſine licentia Papæ conſecratus remouendus eſt: ſed ſi hoc fecit iuſſu Imperatoris, Papa huiuſmodi iniuriam remittere conſueuit, can. Salonitanæ, diſt. 63.

Epiſcopi debent conſecrari ab omnibus comprouincialibus Epiſcopis, quod ſi hoc difficilè ſit fieri, tres Epiſcopi debent in vnum congregari, à quibus conſecretur, can. Epiſcopi, diſt. 64

In Epiſcopi conſecratione requiruntur tres Epiſcopi abſque Metropolitano, vel ſaltem duo, cum Metropolitano, gl. 1. ibid.

Epiſcopus debet conſecrari per omnes Epiſcopos Prouinciæ, vel eorum conſenſu expreſſo literis, can. ordinationes, diſt. 64.

Epiſcopus debet conſecrari iuſſu Archiepiſcopi à tribus comprouincialibus Epiſcopis: cæteris tamen adſiſtentibus, & aſſentientibus, can. comprouinciales, diſt. 64.

Epiſcopus, vacante Archiepiſcopali Eccleſia, debet conſecrari authoritate Apoſtolica, vel capituli matricis Eccleſiæ Archiepiſcopalis, gl. 2. ibid. 72

Epiſcopus non debet ordinari præter conſcientiam Metropolitani, can. extra conſcientiam, diſt. 64.

Epiſcopus debet conſecrari ab omnibus Epiſcopis Prouinciæ: qui ſi pro neceſſitate, vel longinquitate itineris id non poſſint, ſaltem tres ex omnibus eligi debent, qui eum debent conſecrare cum approbatione Metropolitani, can. pen. diſt. 64.

Epiſcopus, qui præter Metropolitani conſcientiam fuerit ordinatus, debet remoueri ab executione Epiſcopalis officii, can. ſi. diſt. 64

in Epiſcoporum ordinatione requiritur conſenſus Epiſcoporum comprouincialium vniuerſaliter, in ſumma, diſtinct. 65.

Epiſcoporum ordinationi, cæteris conſentientibus, ſi duo vel tres contradicant, obtineat ſententia plurimorum, can. 1. 2. & 3. diſt. 65.

Epiſcopus non debet ordinari abſque conſilio & præſentia Metropolitani: debent tamen adeſſe omnes Epiſcopi comprouinciales, quos Metropolitanus per ſuas literas debet conuocare, can. non debet, diſt. 65.

ad Epiſcopi ordinationem, ſi omnes Epiſcopi comprouinciales adeſſe non poſſint, ſaltem duo cum Metropolitano debent adeſſe: cæteri debent facere præſentiam ſui, per ſuas literas, & ſic omnium conſenſu ordinatio fieri debet, ibid. & can. Epiſcopi, & can. ſi. diſt. 80.

Epiſcopum conſecrare non debet Archiepiſcopus ſine Primatis conſenſu, cap. placet, diſt. 65.

Epiſcopum conſecrare poſſunt tres Epiſcopi, cum Primatis præcepto, ſi Archiepiſcopus non ſit in Prouincia, ibidem.

Epiſcopus conſecratus abſente Metropolitano ſuo, licet ex eius commiſſione, debet illum intra tres menſes viſitare, can. ſi quis, diſt. 65.

Epiſcopus ibi debet conſecrari, vbi vult Metropolitanus, gl. 1. ibid. 73

Epiſcopus conſecratus præter conſcientiam Metropolitani, debet

debet ſe præſentare eius conſpectui infra tres menſes: ſed Epiſcopus ordinatus à Papa, debet ſe præſentare eius conſpectui ſingulis annis, gl. 2. ibid.

Epiſcopus vnus ſolus ſi ſit in Prouincia, cæteris defunctis, non poteſt ille ſolus conſecrare Epiſcopum, ſed debet conuocare Epiſcopos viciniæ Prouinciæ, & cum ipſis debet ordinare; & ſi is nolit id facere, populi conuenient Epiſcopos viciniæ Prouinciæ, qui requiſito illo Epiſcopo conſecrabunt Epiſcopum, can. fi. diſt. 65.

Epiſcopis, qui ad conſecrationem Epiſcopi venerunt, Eccleſia vacans debet facere expenſas: quæ ſi tenuis ſit, conueniens de ſuo, gl. ſuperſtes, ibid.

Epiſcopus vnus ſolus ſi remanſit in Prouincia, cæteris defunctis, ad eius vocationem Epiſcopi viciniæ Prouinciæ conuenire tenentur: aliàs peccarent, & ab illo poſſunt cogi conuenire, gl. conuenire, gl. conuocet, ibid.

Epiſcopus nullus debet ordinare à paucioribus, quàm à tribus Epiſcopis, reliquis omnibus conſenſum præbentibus: & ſic beatus Iacobus, primus Archiepiſcopus Hieroſolomytanus, à Petro Iacobo, & Ioanne Apoſtolis fuit ordinatus, ſucceſſoribus formam dantibus, can. 2. diſt. 6.

Epiſcoporum ordinationes, authoritate Apoſtolica ab omnibus Epiſcopis, qui in eadem Prouincia fuerint, celebrandæ ſunt, can. ordinationes, diſt. 75.

Epiſcoporum ordinatio debet fieri die Dominica, & hora tertia, & ſacra vnctione interueniente, exemplo Prophetarum, Apoſtolorum, & Moyſis, ibid.

in Epiſcoporum conſecratione duo Epiſcopi ponent ſuper caput conſecrandi codicem Euangeliorum, tertius fundet benedictionem, alij omnes ponent manus ſuper caput eius, gl. manus, ibid.

74 Epiſcopus poteſt conſecrari ſine Miſſa, gloſ. tertia, ibidem.

Epiſcopus, ex quo confirmatus eſt, debet conſecrari intra tres menſes, nullo impedimento ceſſante, can. 2. diſtinct. 75.

in Epiſcopi conſecratione non eſt neceſſaria continuatio ieiunij die Sabbati & Dominicæ ſequentis, cum tantum die Dominico fiat conſecratio Epiſcopi, gl. 1. in can. quod à Patribus, diſt. 75.

Epiſcopi conſecratio die Dominica tantum debet celebrari, can. quod die, & ibi gl. 1. & pe. diſt. 75.

Epiſcopus antequam quis conſecretur, debet eſſe prius clericus, oſtiarius, deinde lector, poſtea exorciſta, inde acholythus, deinde ſubdiaconus, poſtea diaconus, exinde presbyter, can. illud, diſt. 77.

Epiſcopus benedictionem diaconatus minoribus viginti quinque annorum non debet committere, can. Epiſcopus, diſtinct. 77.

Epiſcopus conſecrandus ſufficit, quòd ſit ſine crimine, quamuis non ſit ſine peccato, can. 1. diſt. 81.

Epiſcopus à tempore electionis conſecrari debet intra tres menſes: quòd ſi vltra tres menſes diſtulerit, communione priuari debet, quouſque loco cedat, aut ſe conſecrandum offerat: quòd ſi vltra quinque menſes diſtulerit, neque ibi, neque alibi debet conſecrari, & Metropolitani iudicio cedere debet, can. 1. §. fi. diſt. 100.

Epiſcopus grauatus, vel confirmatus, volens conſecrari ſine aliquo impedimento, poteſt liberè appellare, vel adire Sedem Apoſtolicam, can. ad Romanam, 2. q. 6.

Epiſcopo viuente non debet alius in eiuſdem Eccleſiæ Epiſcopum conſecrari, can. petiiſti, 7. q. 2.

Epiſcopus debet conſecrari primo à Metropolitano, qui ſi nolit, vel omittat, recurrendum eſt ad Papam, can. 2. 8. q. 3.

Epiſcopus in ſchiſmate conſtitutus, conſecrans, potius dicitur execrare, & ideo non conſecrat, can. pudenda, 24. q. 1.

Reliqua in verbo, Conſecratio. Ordinari. Ordinatio, 1.

75 **EPISCOPVS** in die conſecrationis ſuæ, antequam Miſſarum ſolemnia finiantur, non poteſt acolythum ordinare, cap. quod ſicut, 28. §. ſuper eo. De elect.

Epiſcopi ad ſacros ordines debent promouere tales, qui commiſſum ſibi officium valeant dignè exercere, ſi & ipſi velint canonicam vltionem effugere, cap. nihil, 44. §. Epiſcopi, eod.

Epiſcopus diœceſanus ſi nolit benedicere Abbatem Ciſtercienſem, poterit ipſe Monachos proprios ſibi ſubſtitutos benedicere, cap. 1 De ſupplend. neglig.

Epiſcopo benedicere recuſante, recipit ſubiectus poteſtatem benedicendi, ibid.

Epiſcopus Latinus malè facit, ſi clericos ſuos ab Epiſcopo Græco faciat ordinari, cap. quod translationem. De tempore ordinat.

Epiſcopus eidem conferens plures ſacros ordines vna die, etiamſi de mandato Metropolitani id faciat, ab ordinandi poteſtate ſuſpenditur, cap. dilectus, eod.

Epiſcopus, qui renunciauit loco tantùm, inuitatus ab aliquo Epiſcopo, poteſt conferre ordines vt prius: ſi vero renunciauit loco & dignitati Epiſcopali, cum ordinato per eum ad minores, vel ignoranter ad ſacros ordines, diſpenſat Epiſcopus ſuus; cum ordinato autem ad ſacros ſcienter non diſpenſat, cap. 1. De ordinat. ab Epiſcopo qui renunciat.

Epiſcopus ſi renunciauit dignitati Epiſcopali, talis renunciatio non abſtulit ei ordinem, ſed executionem illius, gloſ. executionem, ibid.

Epiſcopi debent eſſe diligentes per ſe, vel alios, vt informent promouendos ad ordines in ſcientia miniſtrandorum ordinum, & diuinorum officiorum, cap. pen. De ætate & qualit.

Epiſcopus ſcienter ordinans indignum, compellitur ei proui- 76
dere, cap. veniens. De filijs Presbyter.

Epiſcopo cuilibet in conſecratione dicitur, ***Vide ne quemlibet ſeruilis conditionis præſumas ordinare***, cap. conſuluit. De ſeruis non ordin.

Epiſcopus ordinans bigamum priuari debet poteſtate & officio ordinandi, niſi fuerit cum eo diſpenſatum, cap. 2. De bigamis.

Epiſcopo ſuſpenſo & non valente, vel non volente ſine prauitate ordines conferre, inferior non poteſt Epiſcopum ſibi eligere, qui talia ſibi conferat, niſi aliud priuilegium habeat, cap. pen. De præſcriptione.

Epiſcopus non debet recipere clericum alterius diœceſis ſine literis commendatitijs, nec ordinare, nec retinere, gl. 1. in cap. fraternitatis. De clericis non reſident.

Epiſcopo non licet ordinare clericos ſine titulo, cap. 2. De præbend.

Epiſcopus non poteſt ordinare aliquem etiam de minoribus ordinibus, niſi habeat vnde viuere poſſit: ſed hoc in minoribus ordinibus Eccleſia Romana non admiſit, ſed tantum in ſacris, quibus inſignire non poteſt Epiſcopus ſine titulo, vel vnde viuere poſſit de ſuo, cap. 2. & ibi gl. 1. & can. Epiſcopus, & ibi gl. 1. eod.

Epiſcopus ſi ordinauerit aliquem ad ſacros ordines ſine titulo, non habentem de ſuo vnde viuat, tenetur prouidere de ſuo neceſſaria, donec aliquem titulum fuerit conſecutus, d. cap. Epiſcopus, & cap. tuis quæſtionibus, 23. & ibi gl. fi. eod.

Epiſcopus ſi aliquem ordinauerit, vel ordinare fecit ſine titulo ad ſacros ordines, tenetur prouidere ei, donec per ipſum ordinatus conſecutus fuerit beneficium Eccleſiaſticum, d. cap. tuis, & ibi gl. fi. & cap. cum ſecundum, 16. De præbend.

Epiſcopus pro ordine conferendo nihil temporale debet exigere, neque miniſtri, vel notarij debent exigere, cap. 1. De ſimonia.

Epiſcopus ſi non vult, non poteſt compelli aliquem promouere ad duos ordines minores eodem die, imo de iure temporum interſtitia ſeruanda ſunt, gl. 1. in cap. fi. De eo qui ordines furtiuè.

Epiſcopus Italiæ non debet ordinare vltramontanum, niſi 77
de ſpeciali licentia Papæ, vel per literas dimiſſorias ſui Epiſcopi continentes iuſtam cauſam, quare nolit, vel non poſſit illum ordinare, cap. 1. De tempor. ordin. lib. 6.

Epiſcopus Italiæ ordinans vltramontanum ſine licentia ſpeciali Papæ, vel ſine literis dimiſſorijs ſui Epiſcopi, puniri debet pœna condigna: & ordinatus manebit ſuſpenſus, ita quod etiam à pœnitentiariis Papæ, ſine ipſius ſpeciali licentia abſolui non poterit, ibid.

Epiſcopus vltramontanus ordinans Italum ſine ſpeciali Papæ licentia, vel ſine literis dimiſſorijs ſui Epiſcopi, non punitur, nec in ordinato habet locum pœna ſtatuta, d. cap. 1. gl. Italiæ. ibid.

Epiſcopus non poteſt in executione ordinum diſpenſare cum eo, qui fuit ordinatus, ſine dimiſſorijs literis, & ſolus Papa diſpenſat, gl. abſque, ibid.

Epiſcopus ordinans ſcienter clericum alienum ſine licentia ſui Epiſcopi, per annum à collatione ordinum eſt ſuſpenſus. & poſtquam eius ſuſpenſio fuerit manifeſta, poterunt ſubditi ſine eius licentia ordinari à vicinis Epiſcopis, cap. 2. eodem.

Epiſcopus quemlibet ordinandum tenetur ſcrutari, gl. ſcientia, ibidem.

Epiſcopus originis, domicilij, vel Eccleſiaſtici beneficij, literas commendatitias ad ordines dare poteſt: inferiores vero Prælati non niſi ex priuilegio, nec officiales Epiſcoporum, ſed hi qui habent adminiſtrationem ſpiritualium illas bene concedunt, cap. cum nullus, eod

Epiſcopi poſſunt ordinare Priores Prioratuum non exemptorum, & ipſorum ſocios, quamdiu morantur in illis, licet exinde non fuerint oriundi, d. cap. cum nullus, §. religioſi.

Epiſcopus, ſiue alius inferior primam tonſuram infanti con- 78
ferre non debet: aliàs contrafaciens punitur, can. fi. eod.

Epiſcopus non poteſt conferre primam tonſuram homini alterius diœceſis abſque ſui Prælati licentia; neque etiam coniugato, niſi religionem intret, aut ad ſacros promoueatur legitimè: aliàs contrà faciens punitur, ibid.

Epiſcopus ordinans clericali tonſura infantem, vel laicum alterius diœceſis ſine ſuperioris ſui licentia, aut coniugatum, ſuſpenſus eſt ipſo iure à collatione primæ tonſuræ per vnum annum: quòd ſi contulerit vlteriores ordines, ſuſpenſus eſt per annum à collatione illorum ordinum, quos contulit, gl. pe. ibid.

Epiſcopus poteſt generaliter committere ordinationes clericorum, non exprimendo clericos, cap. ſi Epiſcopus, 37. De præbend. lib. 6.

Epiſcopus, cui nullis perſonis expreſſis in genere conceſſa fuit licentia ordinandi ab Epiſcopo diœceſano, abſque titulo ad ſacros ordines promouens, tenetur ſic ordinatis vitæ neceſſaria miniſtrare, donec de competenti beneficio cuilibet eorum ſit prouiſum, ibid.

Epiſcopus, qui ex licentia ordinandi certas perſonas à diœceſano conceſſa ordinaort illas, non tenetur ordinans ſine titulo: ſed ipſe concedens licentiam, tenetur miniſtrare neceſſaria ſic ordinatis, donec de beneficio competenti eis prouideatur, ibid.

Epiſcopo non licet ordinare bigamum, corpore vitiatum, alteri colligatum, vel tempore non permiſſo, can. non confidat, diſt. 52.

Epiſcopus non tenetur prouidere ordinato, cum alter eum examinauit, gl. fi. in can. ſi ſeruus, diſt. 54.

79 Epiſcopus in ordinationibus debet ſeruare interſtitia temporum, gl. 2. ibid.

Epiſcopus debet ordinare ad ſacerdotium illum, qui in ſermone, fide, & ſpirituali vita edoctus ſit, can. non licet diſt. 63.

Epiſcopus ſolus poteſt ordinare aliquos in presbyteros ſine aliis Epiſcopis: ſed deponere non poterit, can. 2. & ibi gl. 2. diſt. 67.

Epiſcopus Parochianum alterius diœceſis, ſine licentia ſui Epiſcopi ordinare non poteſt, nec in ſua diœceſi promouere: aliter ordinatio facta rata non erit, can. illud quoque, diſt. 71.

Epiſcopus inuitum vel reclamantem ordinare non debet, ſub pœna annuæ ſuſpenſionis: quod intellige, ſi cauſa odii vult eum coactè ordinare; ſecus ſi cauſa neceſſitatis Eccleſiæ, can. 1. can. quorumdam, §. fi. diſt. 74.

Epiſcopus, qui ſine examinatione criminoſum ordinat, debet deponi: nec credatur Epiſcopo dicenti ſe diſpenſaſſe cum eo, niſi id probet, vel uni ſint bonas literas dederit, can. ſi qui ſine, & ibi, gl. 2. diſt 81.

Epiſcopus ſi per pecuniam aliquem in clericum ordinauerit, aut fecerit œconomum, aut vice-dominum, conuictus deponi debet: & ordinatus etiam ſuum locum perdit: & mediator, ſi ſit clericus, deponi debet: laicus vero excommunicatur, can. ſi quis Epiſcopus, 8. q. 1.

Epiſcopus cum pretio ordinatus, quod dedit pro ordinatione, aurum fuit; quod perdidit, fuit anima: cum alium ordinat, quod accipit, aurum fuit; quod dedit, lepra fuit, can. cum ordinaretur, 14. 1. q. 1.

80 Epiſcopus quilibet ſiue Catholicus, ſiue hæreticus, ſiue in Eccleſia, ſiue extra, ordines confert, dum tamen conferat ſecundum formam Eccleſiæ; & ordinatus recipit ordinem, licet non recipiat executionem ordinis: ſimiliter ſi talis ordinatus alios ordinet, & ſic in infinitum, ſimiliter conficit talis Corpus Chriſti, gl. 1. in cap. qui perfectionem, 17. 1. q. 1.

Epiſcopus hæreticus ſi extra formam Eccleſiæ confert ordines, ordinatus taliter nihil recipit, nec poteſt aliquid ei conferre, quia quod non habet, non poteſt dare, ibidem.

Epiſcopus ſi ordinauerit indignum, etiamſi depoſitionem euadat, de cætero non ordinabit, nec intererit illi ordinationi, quam contulit indigno, can. ſi quis Epiſcopi, 43. 1. q. 1.

Epiſcopi, qui ſeruientes, vel ſeruos ſuos indignos ordinant, rei ſunt infidelitatis eorum, qui ſcandalizantur, can. hi quoſcumque, 44. 1. q. 1.

Epiſcopi debent promouere mundos corpore, & prouectiores ætate, & qui ſunt moribus commendati; & non potentia: nec ſupplicatio præualeat, can. eſtote, 119. 1. q. 1.

Epiſcopus nihil debet accipere pro ordinatione, can. nullus, & can. ſicut, 1. q. 2.

Epiſcopus non poteſt in alterius Epiſcopatu ordinare, nec Sacramenta dare, can. 2. 6. q. 3.

Epiſcopo non licet clericos alienos ordinare, & altaria conſecrare, can. Epiſcopus, 7. q. 1.

Epiſcopus non debet ordinare clericos alterius diœceſis, Epiſcopo ſuo non requiſito, gl. 2. in ſumma, 9. q. 1. & in ſumma, & ibi gl. 1. 9. q. 2.

81 Epiſcopus non debet vſurpare terminos alterius diœceſis, nec alterius Epiſcopi Parochianum ordinare, vel condemnare, vel excommunicare: quia talis ordinatio, condemnatio, vel excommunicatio nulla eſt, can. 1. 9. q. 2.

Epiſcopus ſi ordinauerit clericos alterius Epiſcopi, credens eum ratum habiturum, poteſt talis ordinatio ratihabitione confirmari: ſecus ſi non poneret ſpem in ratihabitione illius, gl. 2. in d. cap. 2.

Epiſcopo, vel alteri nihil licet in alterius loco, vel diœceſi iudicare, ordinare, vel diſponere, niſi fuerit inuitatus: alias ipſe damnabitur, & quod factum fuerit, irritum erit, can. nullus, 1. & can. nullum, 9. q. 2.

Epiſcopus amicabiliter vocatus poteſt ordinare & iudicare clericos alterius diœceſis, ibid.

Epiſcopus non debet tranſire de vna diœceſi ad aliam, vt ordinet ibi clericos alterius Epiſcopi, niſi fiat inuitatus, dict. can. nullum, & can. Epiſcopum, 9. q. 2.

Epiſcopus non debet accedere ad ordinationem Eccleſiæ alterius diœceſis, niſi ſibi commiſſa fuerit à proprio Epiſcopo dict. can. Epiſcopum.

Epiſcopus poteſt ordinare clericos alterius diœceſis, credens id placere Epiſcopo illorum, & quando talem ordinationem vtiliter geſſit, gl. 2. in can. fi. 9. q. 2.

Epiſcopus in ſua diœceſi poteſt ordinare Presbyteros, & Diaconos, & de ſingulis cauſis ſuæ diœceſis cum moderatione & pondere diſceptare, can. 2. 9. q. 3.

Epiſcopus non debet facere illicitas ordinationes clericorum, can. conceſſa, 22. q. 2. 82

Epiſcopi qui titulares vocantur, etiamſi in loco nullius diœceſis, etiam exempto, aut aliquo monaſterio cuiuſuis ordinis reſederint, aut moram traxerint vigore cuiuſuis priuilegii ſibi de promouendo quoſcumque ad ſe venientes pro tempore conceſſo, alterius ſubditum, etiam prætextu familiaritatis, vel continuæ commenſalitatis, abſque ſui Prælati expreſſo conſenſu, aut literis dimiſſorijs ad minores, vel ad ſacros ordines, promouere vel ordinare non poſſunt. Concil. Trid. ſeſſ. 14. De refor. cap. 2.

Epiſcopus promouens non ſubditum ad ordines etiam minores, abſque literis dimiſſorijs, ab exercitio Pontificalium per annum, & taliter ordinati ab executione ordinum ſic ſuſceptorum, donec ſuo Prælato viſum fuerit, ipſo iure ſunt ſuſpenſi, d. cap. 2. ad fi.

Epiſcopus clericos ſuos, præſertim in ſacris conſtitutos, ſi repererit abſque ſuo præcedente examine, & commendatitijs literis, quacumque authoritate promotos, ad diuina officia celebranda, ſeu Eccleſiaſtica ſacramenta miniſtranda minus idoneos, & capaces, poteſt ſuſpendere ab ordinum ſuſceptorum exercitio ad tempus, de quo ei videbitur, Concil. Trid. ſeſſ. 14. De refor. cap. 3.

Epiſcopi per ſemetipſos debent conferre ordines ſubditis ſuis. Concil. Tridént. ſeſſ. 23. De refor. cap. 3.

Epiſcopi, ſi ægritudine fuerint impediti, ſubditos ſuos non aliter quàm iam probatos, & examinatos, ad alium Epiſcopum ordinandos debent dimittere, ibid.

Epiſcopus quando ordinationem facere diſpoſuerit, omnes, qui ad ſacrum miniſterium accedere voluerint, feria quarta ante ordinationem, vel quando Epiſcopo videbitur, ad ciuitatem euocentur. Epiſcopus, aſcitis ſibi viris prudentibus, & exercitatis in Eccleſiaſticis ſanctionibus debet inueſtigare, & examinare ordinandorum genus, perſonam, ætatem, inſtitutionem, mores, doctrinam, & fidem. Conc. Trident. ſeſſ. 23. De refor. cap. 7.

Epiſcopi familiarem ſuum non ſubditum ordinare non poteſt, niſi per triennium ſecum fuerit commoratus, & beneficium, ceſſante omni fraude, ſtatim re ipſa illi conferat. Concil. Trident. ſeſſ. 23. De reform. cap. 9.

Reliqua in verbo, Benedictio. Ordinans. Ordinari. Ordo, 31. vſque 35.

EPISCOPVS electus & confirmatus, nondum conſecratus, ea quæ ſunt iuriſdictionis exercere poteſt, veluti iudicare, excommunicare, corrigere, iuramenta recipere à ſuis vaſſallis, confirmare, & inueſtire, & beneficia conferre, & alia ſimilia: ſed ea, quæ ſunt conſecrationis, non poteſt exercere, veluti clericos ordinare, & chriſma conficere, clericos deponere, benedicere virgines, & Eccleſias, & altaria conſecrare, & alia ſimilia quæ in conſecratione Epiſcopi conferuntur, cap. tranſmiſſam, & ibi gl. 3. De electione. 83

ad Epiſcopum quædam pertinent quæ ſunt iuriſdictionis, & quædam quæ ſunt ordinis, gloſ. fin. in cap. cum terra, eodem.

Epiſcopus in Eccleſiis exemptis non poteſt iuriſdictionem ſupplere, cap. 2. De ſupplenda neglig.

Epiſcopus exceſſus exemptorum punire non poteſt, cap. 2. & ibi gl. prædictos, eod.

Epiſcopus in omnibus Eccleſijs, quæ ſunt ſitæ in territorio ſuo, habet intentionem ſuam fundatam de iure communi; ſed inferior Epiſcopo non habet fundatam intentionem ſuam in Eccleſia, quæ eſt ſita in territorio ſuo; puta Archidiaconus in Eccleſia ſita in Archidiaconatu, cap. fi. §. coram, & ibi gl. 1. De officio Archidiac.

Epiſcopus habet de iure communi fundatam intentionem ſuam, nedum ſuper Eccleſijs, ſed etiam ſuper hoſpitalibus ſuæ ditionis in diœceſi ſua, ac ipſorum vacantium cuſtodiam habet, cap. cum ad ſedem. De reſtit. ſpoliat.

Epiſcopus ſolus eſt iudex ordinarius in ſua diœceſi, cap. fi. & ibi gl. renunciet. De offic. Archipresb. gl. fi. in cap. 3. gl. 2. in cap. paſtoralis. De officio Ordin. cap. cum contingat. De foro comp.

Epiſcopus poteſt compellere ſibi ſuſpectum de aliquo delicto, ad ſe purgandum, cap. ex parte. De officio Ordin.

Epiſcopus poteſt, quos habet ſuſpectos, compellere ad purgationem præſtandam, dummodo publica laborent infamia, & non ſit orta ab inimicis, gloſ. fin. in dict. cap. ex parte. 84

Epiſcopus ſupplet negligentiam Abbatis in compellendo Monachos, vt vitam ſeruent regularem, per cenſuras, cap. quanto, eod.

Epiſco-

Epiſcopus de iure communi debet cognoſcere de cauſa criminali: quia ſolus eſt ordinarius diœceſis: niſi conſuetudine aliud inducatur, cap. per capitulum, in cap. irrefragabili, eodem.

Epiſcopus poteſt inuocare brachium ſæculare, cap. quoniam. De officio Ordin.

Epiſcopus eſt iudex ordinarius in ſua diœceſi, tam Monachorum, quàm aliorum, gl. iuriſdictionem, in cap. conquerente. De officio Ordin.

Epiſcoporum omnis poteſtas conſiſtit vel in legibus iuriſdictionis, vel in legibus diœceſanis, cap. dilectus filius. De officio Ordin.

ad Epiſcopum pertinent lege iuriſdictionis, datio curæ animæ delictorum coërtio, ordinatio Eccleſiarum, ſiue conſecratio altarium, & virginum, confectio chriſmatis, & generaliter omnium ſacramentorum, & ordinum collatio, quæ conſiſtunt in dando, & alia, gl. de lege, ibid.

ad Epiſcopum pertinent lege diœceſana vocatio ad ſynodum, ſepultura mortuorum, cathedraticum, tertia vel quarta mortuariorum, item quarta decimarum, d. gl. de lege, in d. cap. dilectus.

Epiſcopo ſubſunt omnia monaſteria diœceſis, quoad legem iuriſdictionis: ſeculares vero Eccleſiæ, ſubſunt Epiſcopo, quoad legem iuriſdictionis & legem diœceſanam, dict. gl de lege.

Epiſcopo ſubſunt capellæ monaſteriorum, etiam exemptorum, ſicut & aliorum capellæ, niſi monaſteria ſint exempta cum capellis ſuis, d. gloſ. de lege.

85 Epiſcopo ſubſunt capellæ monaſteriorum, ſeu regularium, quarum ad legem diœceſanam, & iuriſdictionis: niſi pleno iure ſubſint monaſterijs, gl. de lege, ad med. in d. cap. dilectus.

Epiſcopo qui non obedierit, excommunicari debet, cap. 2. De maior. & obed.

Epiſcopo obediendum eſt ab omnibus, qui ſunt de ſua diœceſi, cap. omnes, eod.

Epiſcopus non debet ſubeſſe principibus, ſed debet præeſſe, cap. ſolite, eod.

Epiſcopus pariter debet ſedere cum imperatore, dict. cap. ſolite, §. hoc autem.

Epiſcopus in capellis monaſterio ſubiectis ſibi vendicat poteſtatem iure communi, etiam quoad ſpeciem legis diœceſanæ, cap. audiris. De in integr. reſtit.

Epiſcopus ſuper ſubiectione fundat intentum de iure communi: & obtinet, niſi præſcriptio probetur, cap. ſuſcitata, eod.

Epiſcopus poteſt eſſe iudex in cauſa Eccleſiæ ſuæ: conſultius tamen & honeſtius faciet, ſi committat alij hoc, gl. 1. in cap. cum veniſſent. De iudicijs.

Epiſcopus eſt ordinarius generalis totius diœceſis, reſpectu clericorum: & ad eum ſolum recurrendum eſt, cap. ſi quis contra clericum. De foro compet.

Epiſcopus electus & confirmatus recipit plenam adminiſtrationem, quantum ad ea, quæ pertinent ad iuriſdictionem, gl. 2. in cap. verum. De foro compet.

Epiſcopus loci delicti poteſt deponere ac priuare clericum delinquentem beneficio ſuo, quod habet alibi, dd. reprob. gl. 1. in cap. cum contingat, eodem.

Epiſcopus loci delicti condemnat clericum de delicto, priuando beneficio alibi ſito: ſed executio realis fit ab Epiſcopo loci beneficii, cap. poſtulaſti, eod.
86

Epiſcopus, in cuius diœceſi deliquit clericus, debet ferre ſententiam ſuper crimine: & etiam ſuper beneficio, quod habet extra ſuum territorium: ſed Epiſcopus loci beneficii executionem realem faciet, dict. reprobat. dict. gloſ. 1. & 2. ibid.

Epiſcopus licet habeat fundatam intentionem ſuam de iure communi ſuper Eccleſiis ſuæ diœceſis, quoad proprietatem: non tamen quoad poſſeſſionem, cap. olim inter, 17. De reſtit. ſpoliat.

Epiſcopus poteſt impetere aliquos de hæreſi, impetrando iudices delegatos, cap. literas. De præſumptio.

Epiſcopus de iure communi eſt ſuperior in omnibus ſpiritualibus exercendis intra diœceſim, cap. cum olim. De præſcriptio.

Epiſcopus dicitur diœceſanus in tota diœceſi, & non alius, ibid.

Epiſcopus poteſt ſibi eligere ſedem in aliqua cauſa, non dum in Eccleſia, ſed etiam in palatio, vel camera ſua, cap. qua fronte, 25. De appell.

Epiſcoporum & eorum officialium tribunal, ſiue auditorium eſt vnum & idem; & ideo ab Officiali ad eius Epiſcopum non poteſt appellari, nec poteſt id introduci conſuetudine, gl. fi. & ibi add. in cap. dilecti. De appellat.

ab Epiſcopi ſui iuriſdictione non eximitur quis, licet recipiatur à Papa ſub ſua protectione, vel aſſumatur in confraternitatem hoſpitalariorum, ſeu templariorum, gl. 1. in cap. fi. De confirm. vtili.

Epiſcopus habet iuriſdictionem in laicos, vbi verſatur cauſa pietatis: nam cauſa pia eſt, vt peregrini & naufragiones humaniter tractentur, cap. 1. De empt. & vend.

87 Epiſcopus non poteſt iudicare parochianum alterius diœceſis, nec eum ordinare ſine licentia ſui Epiſcopi, cap. 3. De parochiis.

Epiſcopus poteſt iudicare parochianum alterius diœceſis, ſi domicilium ſuum eo tranſtulerit, vel ſi ibi deliquerit, gl. 1. ibid.

Epiſcopus non poteſt iudicare parochianum alterius diœceſis, nec eum ordinare ſine licentia ſui Epiſcopi: ſed ſecus eſt in inferioribus iudicibus, vt ſunt Archidiaconi, & alii Prælati, qui poſſunt iudicare, ſed non ordinare, d. cap. 3. & ibi gl. fi.

Epiſcopus poteſt compellere religioſos ad profitendum expreſſe, & ad carentiam proprii, & ad alias obſeruantias regulares, cap. ex parte, 22. De regularib.

Epiſcopus loci poteſt coniugi prohibere ingreſſum religionis, cap. 3. De conuerſ. coniug.

Epiſcopi poſſunt exercere iuriſdictionem in laicos, ratione offenſæ commiſſæ contra Eccleſias, & Eccleſiaſticas perſonas, cap. in ſingulos. De ſtatu Monach.

Epiſcopus habet fundatam intentionem ſuam ſuper omnibus Eccleſijs, & pijs locis, etiam religioſis, ſitis in diœceſi ſua, etiamſi illæ Eccleſiæ vnitæ ſint Eccleſiæ alterius diœceſis, cap. 2. De religioſis domibus.

Epiſcopus non poteſt Eccleſiam vnam in totum eximere à ſua iuriſdictione, gl. à quocumque, & gloſ. confirmatum. De religioſ. domibus.

Epiſcopus petens vnam Eccleſiam quoad temporalia, & ſpiritualia, obtinet in ſpiritualibus, eo ipſo quod probet eſſe ſitam in ſua diœceſi, niſi oſtendatur exempta: ſed in temporalibus ſuccumbit, niſi aliter doceat de iure ſuo, cap. cum venerabilis, 7. eod.

Epiſcopus poteſt compellere Abbates, vt Monacos à Prioratibus reuocet ad clauſtrum, vel eis ſocios adiungat, cap. fi. & ibi gl. fi. De capel. Monachorum.

Epiſcopus, qui vendit iuriſdictionem Epiſcopalem, quandoque deponitur, quandoque ſuſpenditur ad tempus, gl. fi. in cap. 1. & 2. Ne Prælati vices ſuas. 88

Epiſcopus iuriſdictionem Epiſcopalem pretio non debet dare: & ſi dederit, priuatur eo officio is, qui dedit pecuniam, & Epiſcopus conferens amittit poteſtatem conferendi officium, d. cap. 1. & 2.

Epiſcopus habet fundatam intentionem ſuam de iure communi, ſuper inſtitutione & deſtitutione ſacerdotum, cap. cum ex iniuncto, §. fi. & ibi gl. fi. De hæreticis.

Epiſcopus vel Abbas habens temporalem iuriſdictionem poteſt exigere pœnam pecuniariam, ſtatutam pro delicto commiſſo, à maiore 40. annorum, ſed non à minore, cap. fi. & ibi gl. fi. De delictis pueror.

ab Epiſcopo habente regalia ex principis conceſſione pro regalibus ipſis appellandum eſt ad Papam, & non ad principem: quod intellige, niſi conſuetudo contrarium inducat, vel fuiſſent conceſſa in feudum, gl. fi. ibid.

Epiſcopi debent ſeruare manus ſuas innoxias Deo, legi, & principi, nullumque perſtringere lucrum, niſi ex magna & graui cauſa, gloſ. præſumatis, in cap. 1. De exceſſ. Prælat.

Epiſcopi habent iuriſdictionem in monaſteriis, & alijs locis pijs diœceſis, niſi ſint exempti, gloſ. 1. in cap. ſane, eodem.

Epiſcopus habet iuriſdictionem in Abbates, & poterit eos viſitare, & corrigere corrigenda, & confirmationem Abbatis habere, ibid.

Epiſcopus habens iuriſdictionem temporalem in loco, non debet præſentiam ſuam exhibere, cum iuſtitia corporalis exhibetur: alias incidit in irregularitatem, ſi inde ſequatur mors, vel membri mutilatio: ſecus eſt in alio habente iuriſdictionem temporalem, cap. ex literis, eod.

Epiſcopus habet territorium proprium, in quo habet iuriſdictionem, cap. fi. & ibi gl. ſtatuto. De conſtitut. lib. 6. 89

Epiſcopus poteſt in quolibet loco non exempto ſuæ diœceſis pro tribunali ſedere, gl. diœceſim, in cap. 2. De eod.

Epiſcopus habet totam iuriſdictionem ordinariam in ſua diœceſi, ibid.

Epiſcopi auditorium & eius officialis cenſetur idem, cap. 2. De conſuetud. lib. 6.

Epiſcopi conſiſtorium in quantum eſt canonicus, & eiuſdem Epiſcopi in quantum eſt Epiſcopus, non eſt idem, gl. fi. ibidem.

Epiſcopi & eius Officialis licet ſit idem conſiſtorium, ita tamen quòd non appellatur de Officiali ad Epiſcopum: tamen ſi Officialis Epiſcopi recuſatur, cauſa recuſationis coram Epiſcopo eſt probanda, ibid.

Epiſcopus licet ex ſua culpa ſit excommunicatus, ita quòd iuriſdictionem exercere non poſſit: non tamen propter hoc ad Metropolitanum ſuum transfertur iuriſdictio, gl. culpis, in cap. 1. De ſupplem. neglig. Prælat. lib. 6.

ob Epiſcopi negligentiam transfertur iuriſdictio ad Metropolitanum, & etiam præbendarum donatio, ibid.

in Epiſcopi negligentia licet Archiepiſcopus ſuppleat vicem eius, non tamen in delicto, ibid.

Epiſcoporum iuriſdictio non ita dependet ab Archiepiſcopo, ſicut delegatorum Papæ, ab ipſo Papa, ibid.

Epiſcopus poteſt cognoſcere de recuſatione ſui delegati, cap. ſi contra. De officio delegat. lib. 6. 90

Epiſcopus poteſt agere ſuper facto ſui Officialis, per viam inquiſitionis, ibid.

Epiſcopus in qualibet parte diœceſis exiſtens poteſt iuriſdi-

ctionem exercere, gl. fiunt, in cap. præſenti. De officio legati, lib. 6.

Epiſcopus debet prouidere Officiali ſuo de neceſſarijs, cap. ſi Epiſcopus. De officio Ordin. lib. 6.

Epiſcopus in quolibet loco ſuæ diœceſis non exempto, per ſe & per alium poteſt pro tribunali ſedere, & liberè exequi, quæ ad ipſius officium ſpectant, cap. cum Epiſcopus, 7. eod.

Epiſcopus ſolus eſt, qui habet iuriſdictionem generalem ordinariam in diœceſi ſua, ibid.

Epiſcopus habens iuriſdictionem ordinariam totius loci, poteſt collocare ſedem in qualibet eius parte, ibid.

Epiſcopus etiam in cauſis Eccleſiaſticis non poteſt capere laicos, & incarcerare, ibid.

Epiſcopus extra ſepta domorum Epiſcopalium non poteſt facere captionem, gl. 2. in d. cap. cum Epiſcopus.

Epiſcopus poteſt de iure habere carcerem, ibid.

91 Epiſcopus, quoad iuriſdictionem ordinariam Epiſcopalem, habet fundatam intentionem de iure communi, ita quòd qui dicit ſe exemptum, debet hoc probare, gl. 3. ibid.

Epiſcopus in loco exempto cathedram collocare non poteſt, vt iudicia exerceat, gl. non exempto, ibid.

Epiſcopus non debet detinere perſonas Eccleſiaſticas, ſi dederint fideiuſſoriam cautionem de parendo iuri, gl. exegerint, ibid.

Epiſcopus non debet manus iniicere in aliquem, gloſ. capere, ibidem.

Epiſcopi mandato capientes clericos non ſunt excommunicati, ibid.

Epiſcopus ſi à paganis vel ſchiſmaticis captus ſit, ad capitulum pertinet interim iuriſdictio Epiſcopalis, quaſi ſede vacante, gl. 2. in cap. 2. De maiori, & obed. lib. 6.

Epiſcopi dicuntur habere conſiſtorium, ſeu auditorium, cap. Romana. De appellat. lib. 6.

Epiſcopus poteſt prohibere officialem, ne iudicet, gl. idem, ibidem.

Epiſcopi ſunt capaces iuriſdictionis temporalis in loco, d. cap. Romana, §. debet.

Epiſcopus poteſt eſſe iudex in cauſa Eccleſiæ ſuæ, cap. cum perſonæ, 7 §. ſi autem. De priuileg. lib. 6.

Epiſcopus ſuper ſubiectione quarumlibet perſonarum Eccleſiaſticarum diœceſis, habet fundatam intentionem ſuam de iure communi: ita vt non Epiſcopus, ſed dicens contrarium, arctetur onere probandi, d. cap. cum perſonæ, §. ſi vero.

92 Epiſcopus non poteſt ponere vel collocare ſedem, vel cathedram in locis exemptis, etiam ſuæ diœceſis, cap. ſi Papa, in. §. & eſt, & ibi gl. collocare, eod.

Epiſcopus ſolus poteſt conſentire, vt non habens iuriſdictionem in ſubditos ſuos certo caſu illos iudicet, poſito quòd ſubditi non conſentiant, cap. 2. §. ex quo tamen. De cenſibus, lib. 6.

Epiſcopus eſt ordinarius regis, in cuius diœceſi delinquit, vel domicilium habet, gl. reges, in cap. quicumque, 11. De ſententia excommun. lib. 6.

Epiſcopus poteſt habere plures officiales, gl. 2. in clem. 2. De reſcriptis.

Epiſcopis expulſis à ſuis ſubditis concedit concilium, quòd in locis aliarum diœceſum, ſeruata forma quam limitat, poſſint procedere contra expulſores, conſiliarios, & fautores: & poſſint inter ſubditos ius dicere, clem. 1. De foro compet.

Epiſcopus non poteſt exercere iuriſdictionem in aliena diœceſi, niſi cognoſceret inter volentes, & haberet licentiam ab Epiſcopo illius loci: & de hac licentia debet fieri mentio in proceſſibus, d. clem. 1.

Epiſcopus poteſt in quolibet loco ſuæ diœceſis, non exempto, pro tribunali ſedere, ibid.

Epiſcopus ſi expellatur à ſua diœceſi iniurioſè, tunc in perſona ipſius fit iniuria ſuæ Eccleſiæ, & eam poteſt vendicare, ibid.

Epiſcopus nec per ſe, nec per alium poteſt iuriſdictionem exercere regulariter extra diœceſim, niſi fuerit expulſus: quo caſu habita licentia à diœceſano poterit exercere iuriſdictionem ſuam extra diœceſim, ibid.

93 Epiſcopus poſtquam diœceſim ſuam eſt egreſſus, ad inſtar priuati habetur, quoad iuriſdictionem contentioſam: quia iuriſdictio cohæret loco ſeu territorio, gl. iuriſdictionem, in add. marg. ibid.

Epiſcopus expulſus de propria ſede, ſi poteſt ſtare & manere in aliquo loco exempto ſuæ diœceſis, & ſic de facto ibi recipitur, poterit ibi procedere, & ſedere pro tribunali, gl. aut earum, ibid.

Epiſcopus expulſus, ſi in minima parte ſuæ diœceſis poteſt ſecurè morari, debet in illa exercere iuriſdictionem ſuam, & non extra ſuam diœceſim: licet in maiori, idest dimidia parte non poſſit ſecurè morari, ibid.

Epiſcopus expulſus non poſſidens iuriſdictionem, olim non poterat exercere eam, ſed hodie ſic, gloſ. indulgendum, ibidem.

Epiſcopus expulſus vt poſſit extra diœceſim exercere iuriſdictionem, requiritur quòd ibi ſit habitatio ſecura, & liberum poſſit habere exercitium iuriſdictionis, & locus ſit ſecurus ciuitatis, & locus ſit inſignis, & vicinus diœceſis Epiſcopi expulſi, d. clem. 1. & ibi gl. inſignibus, & gl. vicinioribus, & gl. & iuriſdictionem.

Epiſcopus poteſt de iure communi in aliena diœceſi, de licentia diœceſani loci, ius dicere inter ſubditos volentes, ſed non inter inuitos, gl. indulgentes, ibid.

Epiſcopus expulſus, ſpeciali iure de licentia diœceſani, ad illius diœceſim poteſt ſubditos ſuos etiam inuitos trahere, ibidem.

Epiſcopus expulſus poteſt cognoſcere in aliena diœceſi, petita licentia à diœceſano, inter ſubditos etiam laicos de cauſa, quæ ſit fori Eccleſiaſtici: ſed inter non ſubditos, non habita, licet petita licentia, iudicare non poteſt, gl. ſubditos, ibid.

94 Epiſcopi expulſi inter ſuos ſubditos poſſunt in diœceſibus alienis, in quibus morantur, iuriſdictionem ſuam exercere, ſi hoc per ſe, vel per alium in proprijs diœceſibus non audent, vel non poſſunt: ita tamen quòd ſubditi, qui non ſunt expulſores, fautores, vel conſiliarij vltra duas dietas à fine diœceſis ſuæ non trahantur, d. clem. 1. §. eiſdem.

Epiſcopi expulſi inter ſuos ſubditos poſſunt in diœceſibus alienis, in quibus morantur, iuriſdictionem temporalem & Eccleſiaſticam, ſpiritualem, ciuilem & criminalem exercere, etiamſi depoſitionem beneficij, vel ordinis exigat: & ſit merum & mixtum Imperium: vnde exigentibus culpis, incarcerare poſſunt, d. §. eiſdem, & ibi gl. omnimodam.

Epiſcopus expulſus inter ſubditos non poteſt iudicare in diœceſibus alienis, de actibus commiſſis extra diœceſim, & non expulſus & exiſtens in ſua diœceſi, ſecundum conſtitutiones non poteſt cognoſcere, nec iudicare de actibus commiſſis extra diœceſim, d. gl. omnimodam, ibid.

ab Epiſcopo expulſo etiam inter ſubditos ſuos proceſſus factus in diœceſi aliena, non petita licentia à diœceſano loci, non valet: vnde iſta licentia debet præcedere exercitium iuriſdictionis, gl. ante omnia, & ibi add. ibid.

Epiſcopus expulſus, vt inter ſubditos exercere poſſit iuriſdictionem in diœceſi aliena, debet petere licentiam à diœceſano, hoc eſt ab habente iuriſdictionem Epiſcopalem, vel quaſi, qui eam ita habeat, quòd diœceſanus illam exercere ibi non poſſit: ſi tamen poſſit exercere, debet ab eo petere, gl. diœceſanis, ibid.

95 Epiſcopo expulſo non poteſt Officialis dare licentiam exercendi iuriſdictionem in diœceſi Epiſcopi Officialis: ſed ipſe Epiſcopus eſt requirendus, ſi eſt in diœceſi, vel circa: ſed ſi multum diſtat, nec ſit ibi Officialis, à quo poſſit petere & habere, tunc facta requiſitione apud locum habitationis, poterit exercere, ibid.

Epiſcopus expulſus vt inter ſubditos exercere poſſit iuriſdictionem in diœceſi aliena, ſufficit quòd à capitulo illius diœceſis, ſede vacante, vel ab eo ſibi data exerceat, ibid.

Epiſcopus expulſus vt poſſit exercere iuriſdictionem in aliena diœceſi, inter expulſores, & inter ſubditos, ſufficit quòd petat generaliter licentiam à diœceſano, vel quòd ſibi ab eo generaliter detur, gl. in præmiſſis, ibid.

Epiſcopus expulſus poteſt exercere iuriſdictionem inter expulſores, & etiam inter ſubditos in aliena diœceſi, petita licentia à diœceſano, licet non obtenta, vel quia ſibi denegatur, vel quia petita, & expectata ſibi non datur, gl. nequiuerint, ibid.

de Epiſcopi expulſi facto ſubditi eius non poſſunt conqueri coram diœceſano, in cuius diœceſi moratur, cum par in parem non habeat imperium: niſi Epiſcopus expulſus deliquerit in eius diœceſi: quo caſu ratione delicti diœceſanus loci poterit de eius facto cognoſcere, gl. procedant, ibidem.

Epiſcopus expulſus vt inter ſubditos poſſit cognoſcere in aliena diœceſi, petita licentia loci diœceſani, ſufficit, quòd aſſerat ſe non auſum citare expulſores, fautores, & conſiliarios perſonaliter, vel ad domum, aut publicè in Cathedrali Eccleſia, vel ipſos malitioſè impediuiſſe, ne ſic citarentur, & ſe in nulla parte ſuæ diœceſis contra tales tutè poſſe procedere: & in hoc ſtatur eius aſſertioni, d. clem. 2. §. ſane.

Epiſcopus quilibet poteſt habere carcerem, can. in memoriam, diſt. 19.

96 Epiſcopus cauſas criminales ſuorum clericorum debet de iure non ſine alijs clericis iudicare, can. ſummittitur, diſt. 25.

Epiſcopus poteſt iudicare etiam de ſubditis ſuorum ſubditorum, cum Epiſcopus ſit iudex ordinarius omnium clericorum ſuæ diœceſis, gl. iniungere, in can. in capite, 64. diſt. 50.

Epiſcopus à ſeculari poteſtate prorſus ſolui, vel ligari non poteſt, can. ſatis, diſt. 96.

Epiſcopus & clerici cum appellentur Dij, non poſſunt à ſeculari poteſtate iudicari, cum nec Deus ab hominibus poſſit iudicari, ibid.

Epiſcopus licet ſit in parua ciuitate, Rex tamen non poteſt cognoſcere & iudicare de clericis eius, gl. 2. in can. pen. diſt. 96.

Epiſcopos ab Archiepiſcopis ad Primates appellare neceſſe eſt: ſed à Primatibus ad Archiepiſcopos non licet, in ſumma, diſt. 99.

Epiſcopus habet poteſtatem quoſcumque Monachos, & clericos conuocandi ad ſe, cum neceſſe fuerit, gl. 2. in can. per principalem, 12. 1. q. 1.

Epiſcopus poteſt eſſe iudex in cauſa ſuæ Eccleſiæ, gl. ſi. in can. ſi quis erga, 2. q. 7.

Epiſcopus ſolus habet merum Imperium in ſua diœceſi: & merum Imperium eſt, cognoſcere de criminibus, cap. ſi quis Epiſcopus, & ibi gl. 1. 2. q. 7.

Epiſcopus habet iuriſdictionem in ſua diœceſi tantum, vnde ſi exierit, erit tunc priuatus, can. ſi quiquam, 11. q. 1.

Epiſcopus cognoſcere non debet de ſecularibus negotijs, can. te quidem, 11. q. 1.

97 Epiſcopus non debet eſſe fideiuſſor, nec litium aduocatus, nec iudex ſecularium negotiorum, ibid.

Epiſcopi non debent ſuſcipere ſecularia negotia, can. ſicut, 11. q. 1.

Epiſcopus eſt iudex ordinarius loci, vel diœceſis, can. de perſona, 11. q. 1.

Epiſcopus non debet eſſe cognitor ſecularium negotiorum, can. clericum nullus, 2. §. ex his, 11. q. 1.

Epiſcopi poſſunt tractare mediocres cauſas, ſed magnas non, gl. noſtri in can. frater noſter, 16. q. 1.

Epiſcopus non poteſt facere aliquem iudicem ordinarium in diœceſi ſua, nec poteſt remittere plenè ius Epiſcopale, vt nihil habeat in eo, gloſ. tradiræ, in can. viſis, 16. q. 1.

Epiſcopus non poteſt Eccleſiam à ſe totaliter eximere, ibidem.

Epiſcopus quantumcumque generaliter eximat aliquam Eccleſiam, ſemper retinet correctionem, viſitationem, procurationem, & cathedraticum; nec etiam in præiudicium Archidiaconi poteſt Epiſcopus aliqua iura remittere Eccleſiæ, ibid.

Epiſcopus ſi plene exemerit aliquam Eccleſiam, totaliter erit exempta, ſi à Papa talis exemptio fuerit confirmata, ibidem.

Epiſcopus non poteſt in Monaſterijs cathedram collocare, vel quamlibet poteſtatem imperandi exercere, nec aliquam ordinationem, quamuis leuiſſimam facere, niſi ab Abbate fuerit rogatus, can. luminoſo, 18. q. 2.

98 Epiſcopis & clericis licitum eſt habere principatus ſeculares, dum tamen exerceant per alium cauſam ſanguinis, gloſ. ad honores, in can. conſtituit, 10. q. 3.

Epiſcopi habentes iuriſdictionem temporalem & ſecularem non poſſunt præſidere in cauſis ſanguinis, gloſ. 3. in can. de occidendis, 23. q. 5.

Epiſcopus in cauſa criminali poteſt ferre ſententiam, ſub hac tamen conditione, quòd iuret imperator indulgentiam conceſſurum ſupplicij: & ſi poſtea imperator corporaliter puniat eum, non imputatur Epiſcopo, gl. c. in can. ſæpe, 23. q. 8.

Epiſcopus ſi habet iuriſdictionem de omnibus, tunc debet delegare cauſam criminalem: licet ſecundum leges non poſſit delegare, niſi cum contingit ipſum abeſſe, gl. præcipiant, in can. his à quibus, 23. q. 8.

Epiſcopus poteſt ſine accuſatore contra aliquem inducere teſtes, & pronunciare, gl. amodo, in can. Epiſcopus, 35. q. 6.

Epiſcopus apud Eccleſiam reſidens, de obreptione, vel ſubreptione gratiæ, quæ ſuper abſolutione alicuius criminis, de quo ipſe inquirere cœperat, aut remiſſione pœnæ, ad quam criminoſus per eum condemnatus fuerat, precibus falſis impetratur, per ſeipſum, tanquam Sedis Apoſtolicæ delegatus, etiam ſummariè cognoſcat: ipſamque gratiam, poſtquam per falſi narrationem aut veri taciturnitatem obtentam eſſe legitime conſtiterit, non debet admittere. Concil. Trident. ſeſſ. 13. De reform. cap. 5.

Epiſcopis licitum eſt in ſuæ cuique diœceſi, reſeruare ſibi quædam delicta; & præcipuè dicuntur illa ſibi reſeruata, quibus excommunicationis cenſura annexa eſt, Concil. Trident. ſeſſ. 14. De reformatione, cap. 8.

Epiſcopus ſi quis dixerit non habere ius reſeruandi ſibi caſus, niſi quoad externam politiam, atque ideo caſuum reſeruationem non prohibere, quominus ſacerdos à reſeruatis vere abſoluat, anathema ſit. Concil. Trident. ſeſſ. 14. De ſacramento pœnitentiæ, can. 11.

Epiſcopus ad Eccleſiam vacantem promotus, à vicario, œconomo, & alijs quibuſcumque officialibus, & adminiſtratoribus, qui ſede vacante fuerunt à capitulo conſtituti, etiamſi fuerint ex eodem capitulo, poterit exigere rationem officiorum, iuriſdictionis, & adminiſtrationis, & eos punire, qui in officio deliquerint, etiamſi dicti officiales, redditis rationibus, à capitulo abſolutionem ſeu liberationem obtinuerint. Concil. Trident. ſeſſ. 24. De reform. cap. 16.

Epiſcopi, & eorum vicarij, in Eccleſijs in quibus ex conſtitutionibus, vel priuilegijs, aut conſuetudinibus, ſeu concordijs maiorem poteſtatem vel iuriſdictionem habent, quam quæ ex concilio eis datur, in illis concilium non intendit derogare, ſed omne id eis illæſum remanet. Concil. Trident. ſeſſ. 25. De reform. cap. 6.

Reliqua in verbo, Abbas, num. 5. 9. 10. Iuriſdictio, 2. vſque 11. 12. 13. Poteſtas. Lex, 31. Hoſpitalia. Iudex, 42. 43.

EPISCOPI, ea quæ ſunt iuriſdictionis, vt puta iudicare, excommunicare, & ſimilia, delegare poſſunt alijs, etiam non habentibus iuriſdictionem: ſed ea quæ ſunt ordinis, delegare non poſſunt eiſdem inferioribus, gloſ. 1. in cap. quanto. De conſuetud. cap. pen. & ibi gl. 1. De conſecrat. Eccleſ. 99

Epiſcopi non poſſunt poteſtatem conferendi ſacramentum confirmationis delegare alijs inferioribus, qui ex officio illud non poſſunt conferre, ibid.

Epiſcopus poteſt circa commiſſa, inferiori Prælato vel eius vicario in aliquibus inhibere poteſtatem: & ſi Prælatus inferior facit contra illud, non valet, cap. fin. De officio Archipresbyt.

Epiſcopus vel Archiepiſcopus poteſt committere ea, quæ ſunt conſecrationis, vel ordinis Epiſcopalis, cap. quod ſedem De officio Ordin.

Epiſcopus vt ſuſpectus recuſatus, de cuius ſuſpicione notoriè conſtat, poteſt dare delegatum partibus non ſuſpectum, cuius ſententiam poterit per ſe executioni mandare, cap. ſi quis contra clericum. De foro comp.

Epiſcopus ea, quæ ſunt iuriſdictionis, committere poteſt inferiori: quia iuriſdictio committitur ſola voluntate, & verbo, ſiue ſit delegatus, ſiue ordinarius, & reuocatur, gl. in cap. pen. De conſecrat. Eccleſiæ vel alt.

Epiſcopus ea, quæ ſunt ordinis Epiſcopalis, committere non poteſt inferiori: quia collatio ſacramentorum non confertur ſola voluntate, vel verbo, imo facto opus eſt, quia neceſſaria eſt viſibilis vnctio, & exterior, quæ perpetua eſt, & committi non poteſt, licet executio quandoque ſuſpendatur, ibid.

Epiſcopus poteſt alii Epiſcopo demandare etiam ea, quæ ſunt ordinis Epiſcopalis, ibid.

Epiſcopus ſi committat vices ſuas alicui, poteſt & debet ei conſtituere ſalarium de camera ſua, cum ille ad hoc non teneatur, cap. 1. Ne Prælati vices ſuas.

Epiſcopus non poteſt demandare ea, quæ ſunt ordinis Epiſcopalis, niſi Epiſcopo: ſed ea quæ ſunt iuriſdictionis, poteſt demandare etiam Presbytero, ſicut & reconciliare, gl. 1. in can. 1. diſt. 95. 100

Epiſcopus non poteſt demandare quædam, quæ iuriſdictionis ſunt, niſi illis, qui adminiculo ordinis illa exercere poſſunt, vt deponere, verberare clericum, ibid.

Epiſcopus poteſt etiam laicis quædam demandare, ſicuti iudicare in cauſa ciuili, ibid.

Epiſcopus nihil habet hodie, quod ſit meri imperii, quod demandari non poſſit: quia omnia poteſt demandare, niſi vſum pallii, ibid.

Epiſcopus poteſt demandare poteſtatem excommunicandi, etiam non Epiſcopis, dict. gl. 1. in add. marg.

Epiſcopus laico poteſt committere officium ad tempus: non tamen poteſt largiri ei iuriſdictionem in perpetuum, gl. propter, in can. bene quidam, diſt. 96.

Epiſcopus poteſt committere laicis cauſam ciuilem, gl. præter Romanum, ibid.

Epiſcopus in cauſis Eccleſiaſticis laicum non poteſt præficere, gl. 1. in can. denique, diſt. 96.

Epiſcopus recuſatus ſi deputat partibus delegatum, ab eo ſi appellari contingat, appellabitur ad Primatem, vel concilium ſuæ Prouinciæ, vel ad Papam, can. placuit, 2. q. 6.

Epiſcopus poteſt delegare cauſas ſuorum clericorum, can. peruenit, 11. q. 1.

Epiſcopus non poterit delegare ſimplici ſacerdoti ea, quæ adhærent ordini Epiſcopali: poterit tamen Papa delegare, gl. fi. in can. omni tempore, De conſecratione, diſt. 4.

Reliqua in verbo, Iuriſdictio. 14 15 16. Delegare. Delegata. Delegatio.

EPISCOPVS electus nondum conſecratus poſt confirmationem poteſt excommunicare, iure dicere, & præbendas dare, gloſ. à ſuſpenſis, in cap. dilectus. De conſuetudine. 101

Epiſcopus vnus poteſt ſuſpendi ab executione officii, remanente habitu officii, & charactere, cap. fin. De ætate & qualitate.

Epiſcopus excommunicatus, ſuſpenſus, vel ſchiſmaticus non poteſt ordinare, nec ordinari: & ordinatus licet recipiat characteres, non tamen recipit ordinum executionem, gl. fi. in cap. quod ſedem. De officio Ordinar.

Epiſcopus ſæpe propter factum ciuium interdicit Eccleſiam Cathedralem, & Epiſcopus ceſſat ibi à diuinis: ſed in alijs Eccleſijs non ceſſat, gloſ. 1. in cap. irrefragabili, §. cæterum, eod.

Epiſcopus poteſt ſuſpendi ab officio, & beneficio, propter contumaciam, cap. veritatis. De dolo & contum.

Epiſcopus depoſitus ſi appellauit, & pendente appellatione excommunicauit ſubditum, valet excommunicatio, ſi proſequatur Epiſcopus appellationem, ſiue non, gl. ſententiæ in cap. ſæpe, 44 De appellat.

Epiſco-

Epiſcopus ſi præcepit ſub excommunicatione debitori, vt ſolvat creditori intra certum tempus, non incidit debitor in excommunicationem, ſi non ſoluat creditor, prorogante terminum, argumento. cap. 1. De locato.

Epiſcopus loci poteſt laicum excommunicare propter adulte-
102 rium, cap. intelleximus. De adulter.

Epiſcopus, Presbyter, & etiam diaconus deponi poteſt, cap. 1. De clerico excommunicat.

Epiſcopi ſine conſenſu capituli ſententiam excommunicationis, vel ſuſpenſionis, aut interdicti non debent ferre, cap. 1. & ibi gl. capituli. De exceſſibus Prælat.

Epiſcopus non debet aliquem excommunicare ſine ordine iudiciario, lata tamen tenet, d. cap. 1. & ibi gl. iudicario.

Epiſcopum vel Prælatum contra iuramentum negans dominium ſuum, vel coram iudice ſeculari de illo conquerens, vel ipſum inuadens, deponi debet, cap. grauem, 25. eodem.

Epiſcopus cum debeat prohibere alios, ne communicent cum excommunicato, ipſe id facere non debet, gloſ. 1. cum deſideres, 15. De ſent. excomm.

Epiſcopus poteſt abſoluere ab excommunicatione canonis *ſi quis ſuadente*, eos, qui ſecum modicam iniuriam intulerunt clerico, propter quam incidit in excommunicationem, cap. peruenit, & ibi gl. 1. eod.

Epiſcopus excommunicatus, vel ſuſpenſus non debet abſolui, niſi prius iuramento præſtito: ſi tamen ſine ſcandalo iuramentum haberi non poteſt, poterit fieri abſolutio per æquiualentem promiſſionem, cap. ſuper eo, 51. eod.

Epiſcopus inuito patrono poteſt reſtituere Presbyterum à ſe depoſitum, ſi appellauit depoſitus intra decennium: alias non, gloſ. cum talis, in cap. quamuis. De reſcript. lib. 6.

Epiſcopi poſſunt abſoluere aliquem ab excommunicatione, in quam ipſo iure incurrerat, perſequens, vel grauans Eccleſiaſticas perſonas, vel eorum conſanguineos, pro eo, quòd eum, pro quo rogabatur, noluerit eligere, cap. ſciant, 22. De elect. lib. 6.

Epiſcopus non poteſt incurrere pœnam ſuſpenſionis, à iure poſitam, niſi de eo exprimatur, cap. ſi compromiſſarius, 37 §. huiuſmodi, eod.

Epiſcopus non incurrit aliquam pœnam ſuſpenſionis, etiam à fructibus beneficiorum, niſi de ipſo expreſsè caueatur, gl. de iure, ibid.

Epiſcopus poteſt abſoluere à qualibet iuris excommunicatione, niſi ſit reſeruata abſolutio eius Papæ, gl. iuris, in cap. 1. De maior. & obed. lib. 6. gl. pe. in cap. ſi. De his quæ vi, lib. 6

103 Epiſcopus poteſt abſoluere ab excommunicatione Epiſcopi prædeceſſoris mortui, vel eius vicarij, vel delegati, gl. hominis, ibid.

Epiſcopus ſi ſit in mora in petenda relaxatione ſuſpenſionis, poſt ſex menſes poteſt capitulum ſe intromittere in collatione præbendarum, quæ pertinet ad Epiſcopum cum conſilio, & aſſenſu capituli, d. cap. 1. §. cum vero, & ibi gl. in mora. Ne ſede vacante. lib. 6.

Epiſcopus dicitur eſſe in mora in petenda abſolutione à ſuſpenſione, eo ipſo quòd quàm cito potuit petere, non petiit: ſed non ita amara facienda eſt interpretatio, & iudicis arbitrio relinquitur, d. gl. in mora.

Epiſcopus ſi malitioſè impeditur, ne petere poſſit abſolutionem à ſuſpenſione, ſubuenitur ei, vt non dicatur eſſe in mora: quo caſu nec capitulum poterit ſe intromittere, ibid.

Epiſcopus poteſt reſeruare ſibi abſolutionem caſuum pœnitentialium, cap. 2. De pœnitentia, & remiſſione, lib 6.

Epiſcopus eſt generalis rector ſuæ diœceſis, & ideo poteſt concedere cuilibet de diœceſi facultatem, vt poſſit eligere ſuum confeſſorem; quia concurrit cum quibuſcumque rectoribus ſuæ diœceſis, d. cap. 2. & ibi gl. 1.

Epiſcopo, & non ſimplici ſacerdoti, vel rectori, competit abſolutio excommunicationis maioris, gl. reſeruantur, ibidem.

Epiſcopus ſi communicat cum excommunicato à ſe in crimine, non incurrit maiorem excommunicationem, gloſ. conſtituentibus, in cap. ſolet, 2. De ſententia excommu. lib. 6.

Epiſcopus non poteſt communicare cum excommunicato à ſe, ante ſolemnem abſolutionem: ſi tamen communicauerit, incurrit in minorem excommunicationem, ibid.

104 Epiſcopi nullam ſententiam interdicti, vel ſuſpenſionis incurrunt: niſi in ſententia ſint expreſſi, cap. quàm periculoſum, 4. eodem.

Epiſcopi includuntur in excommunicationis ſententia, etiamſi in ea non ſint expreſſi: non enim ſunt in excommunicatione priuilegiati, ſicut ſunt in ſententia interdicti vel ſuſpenſionis, gl. ſuſpenſionis, ibid.

Epiſcopi non cenſentur incluſi in ſuſpenſionis ſententia, quam Papa, Legatus, vel alius fert ſuſpendendo contra facientes, gl. ſententiis, & gl. mandati, ibid.

Epiſcopo depoſito propter crimen, non debet Eccleſia rebus ſuis ſpoliari, gl. 1. in reg. delictum, 76. De regul. iuris, lib. 6.

Epiſcopus ſuſpenditur ſuſpenſione iuris per triennium, contra iuſtitiam vel conſcientiam aliquid faciens, vel omittens malitioſè in cauſa hæreticorum, clem. 1. §. verum. De hæreticis.

Epiſcopum capientis terra, tam diu ſubiacet interdicto Eccleſiaſtico, quamdiu durat captio, clem. 1. De pœnis.

Epiſcopi ſententiam excommunicationis canonis incurrere poſſunt: ſententiam autem depoſitionis ab officio non incurrunt, niſi expreſſe reperiatur cautum, gl. ſubiacere, in extrauag. ſancta Romana. Ioannis, 22.

Epiſcopi & etiam Cardinales comprehenduntur ſub excommunicatione iuris, ipſo iure lata contra eos qui recipiunt vel acceperant, dant vel promittunt pro gratia vel iuſtitia ſedis Apoſtolicæ conſequenda, gl. clericos, in extrauag. antiquorum. De pœnit. & remiſſ. inter communes.

Epiſcopus non poteſt deponere clericum ſine clericorum præſentia, can. ſummittitur, diſt. 24.

Epiſcopus, Presbyter, vel diaconus in ludo alearum, vel ebrietate perſeuerantes, deponuntur: ſubdiaconi & inferiores clerici, & laici excommunicantur, can. Epiſcopus, diſt. 35.

Epiſcopi non debent ſtatim pro quolibet delicto fulminare excommunicationem, vel depoſitionem, gl. aut deſinat, ibidem. 105

Epiſcopus poteſt degradatum reſtituere, can. clericus maledicus, & ibi, gl. 2. diſt. 46.

Epiſcopus, Presbyter, vel diaconus exigens vſuras cum effectu debet deponi: ſecus ſi deſinat exigere, can. Epiſcopus, diſt. 47.

Epiſcopus non poteſt depoſitum ab ordine reſtituere, can. Presbyteri, diſt. 50.

Epiſcopus poteſt deponi pro crimine quolibet mortali, ab Epiſcopatu, can. poſtquam, diſt. 50.

Epiſcopus poteſt depoſitum & infamem reſtituere, gl. atque ignominiam, in can. Domino ſanctorum, diſt. 50.

Epiſcopus non debet reuocare ſententias excommunicationis iuſtè latas ab eorum Prælatis, ſine eorum conſenſu, gl. iniungere, in can. in capite, 63 diſt. 52.

Epiſcopus ab officio ſuſpenditur, ſi fornicationi clericorum ſuorum, pretio interueniente, vel precibus conſenſerit, vel eos non punierit, can. ſi quis Epiſcopus, diſt. 81.

Epiſcopus non poteſt aliquem abſoluere pro pretio, niſi ſit conſuetudo: nec reconciliare, gl. fi. in can. nullus Epiſcopus, 124 1. q. 1.

in Epiſcopum poteſt ferri ſententia excommunicationis ab Archiepiſcopo, vel Primate, gl. 2. in can. Primates, 2. q. 1.

Epiſcopi Epiſcopum deponere non poſſunt, gl. 1. in can. ſi. 2. q. 4.

Epiſcopus poteſt pro propria iniuria excommunicare aliquem, ſi illa iniuria ſibi facta tangit ad Eccleſiam; non tamen poteſt excommunicare pro iniuria, quæ tangit ſpecialiter ipſum Epiſcopum, gl. fi. in can. ſi quis erga, 2. qu. 7. 106

Epiſcopus poteſt excommunicare aliquem, propter conuitium ſibi factum, quando illud redundat in Eccleſiæ iniuriam, vt ſi ei dixit, *Tu es ſimoniacus*: ſecus ſi non redundat in Eccleſiæ iniuriam, ſed in ſuam propriam, veluti ſi dixit Epiſcopo, *Tu es filius ruſtici*, gloſ. fi. in cap. ſi quis ab Epiſcopo, 2. q. 7.

Epiſcoporum depoſitiones quandoque pro bono pacis, & pro ſcandalo euitando, tolerat Papa: dum tamen talis cauſa ſubſit, pro qua poſſit deponi, can. dudum, §. aliquando, 3. q 6.

Epiſcopus eum quem ſolus ſcit excommunicatum, in publicum vitare non debet: Ipſe tamen Epiſcopus priuatim debet eum vitare, can. placuit, 6. q. 2.

Epiſcopus poteſt excommunicare alienum ſubditum in ſua diœceſi delinquentem, can. placuit, 6. q. 3.

Epiſcopus abſens extra diœceſim poteſt excommunicare ſubditum ſuum: tamen pro tribunali non poteſt ferre ſententiam, gl. 1. in cap. Epiſcopum, 9 q. 2.

Epiſcopus ſolus habet poteſtatem excommunicandi, gl. non ab alio, in can. de perſona, 11. q. 1.

Epiſcopus debet moneri à Metropolitano, vt iniuſtè excommunicatum abſoluat, vel quòd talia facere non attentet, can. Epiſcopi, & ibi gl. 1. 11. q. 3. 107

Epiſcopus debet nomina excommunicatorum facere nota, non ſolum ſubditis, ſed etiam vicinis Epiſcopis, vt ſic excommunicati vtique euitentur, & vt in hoc ignorantia prætendi non poſſit, can. cum, 11. q. 3.

Epiſcopus vel alius clericus ſi ſit iniuſtè degradatus, & ſententia contra eum lata retractetur, non habebit executionem ſui officij, niſi recipiat de nouo ea, quæ in ſui ordinatione ante perceperat, can. Epiſcopus Presbyter, 11. qu. 3.

Epiſcopus hodie non deponitur à Concilio, ſed à ſolo Papa: nec Concilium reſtituit depoſitum Epiſcopum, ſed ſolus Papa, gl. 1. ibid.

Epiſcopus poteſt reſtituere clericum depoſitum, cum dicitur depoſitio nulla, quia per falſos teſtes, vel per allegationes eſt conuictus, ibid.

Epiſcopus ſi dicat, *excommunico te, & abſoluo te*; nulla eſt excommunicatio, propter ſui contrarietatem: ſed ſi ex interuallo diuerſæ ſententiæ proferantur, valet vtraque, gl.

cogi, in can. ſi is qui, §. cum ergo, 11. q. 3.

Epiſcopus ſi mandauerit duobus, vt aliquem excommunicarent, & vnus illorum dicat, *excommunico te, ſi ille non excommunicet te*, nulla eſt excommunicatio: ſed ſi ambo illa verba ita proferant, nihilominus tenet excommunicatio, ibid.

Epiſcopus ſi excommunicat indeterminate ita, *excommunico alterum illorum*, ambo ſunt vitandi, quoniam in genere poteſt ferri excommunicatio, ibid.

Epiſcopus poteſt reſtituere clericum depoſitum, gl. pen. in can. hi qui, 15. q. 8.

Epiſcopus poteſt deponere Abbatem, intellige ab honore, ſed non ab ordine, gl. 1. in can. Epiſcopo, 16. q. 6.

108 Epiſcopus ſi Eccleſiam ſuſcipiet à poteſtatibus ſæcularibus debet deponi, & ſegregari, & omnes qui illi communicant, can. ſi quis Epiſcopus, 16. q 7.

Epiſcopus clericum alienum recipiens, excommunicandus eſt, & etiam ipſe clericus, quouſque reuertatur: vel vterque eſt deponendus, vel eſt remouendus ad tempus ab officio, gl. in ſumma, 21. q. 2.

Epiſcopus, ex quo fidem Eccleſiæ docet, alium excommunicare poteſt, can. ait Celeſtinus, 24 q 1.

Epiſcopus vnus propter excommunicationem poteſt auferre præbendam: ſimiliter & alius Epiſcopus poteſt ei auferre id, quod ab ipſo habet, gl. 1. in can. præceptum, 32. qu. 5.

Epiſcopus poſt Concilium Tridentinum poteſt per ſe, vel eius vicarium, procedere contra clericum in ſacris, ob eius delicta, ad illius condemnationem, necnon ad verbalem depoſitionem: & per ſeipſum etiam ad actualem degradationem, adhibitis certis Abbatibus, habentibus ex priuilegio vſum mitræ, & baculi: vel illis deficientibus poterit cum alijs perſonis in dignitate conſtitutis. Concil. Trident. ſeſſ. 13. De reform. cap. 4.

Epiſcoporum certus numerus ſecundum canones requirebatur ad degradationem clerici: ſed poſt concilium Tridentinum, poteſt Epiſcopus cum eodem numero Abbatum habentium vſum baculi & mitræ, vel illis deficientibus, cum alijs perſonis in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutis, procedere ad degradationem, ibid.

Epiſcopus poteſt abſoluere in quibuſcumque caſibus occultis, etiam ſedi Apoſtolicæ reſeruatis, delinquentes quoſcumque ſibi ſubditos in diœceſi ſua per ſeipſum, aut per vicarium eius ad id deputandum in foro conſcientiæ, gratis impoſita pœnitentia ſalutari. Concil. Trident. ſeſſ. 24. De reform. cap. 6.

Epiſcopus per ſe tamen, & non per eius vicarium, poteſt in foro conſcientiæ abſoluere in crimine hæreſis, ibid.

Reliqua in verbo, Excommunicatio, per tot. Excommunicare. Excommunicatus. Suſpenſio. Suſpenſus. Interdictum, 1. vſque 15. Depoſitio.

109 EPISCOPVS, cui ſcribitur, vt in ſua diœceſi, vbi pro alio ſcriptum non eſt, prouideat, vel faciat prouidere, non poteſt id exequi circa beneficium ſpectans ad collationem alterius iam pro alio grauati, cap. Abbatem, 40. De reſcript.

Epiſcopus ſcienter conferens beneficium indigno in Eccleſijs inferioribus, priuatur poteſtate illud conferendi; intellige pro illa vice, & deuoluitur ad capitulum: & ſi capitulum fuerit negligens ad Metropolitanum, cap. cum in cunctis, §. ſi. De elect.

Epiſcopus non poteſt clericos coniugatos reddere capaces beneficiorum, cap. diuerſis. De clericis coniugat.

Epiſcopus in conferendo beneficium dicitur vti liberalitate: quia etſi neceſſe habeat conferre, non tamen habet neceſſe conferre illi, vel iſti; & ideo quando confert vni, dicitur vti liberalitate, cap. relatum, 9. & ibi gl. ſi. De præbend.

Epiſcopus & capitulum poſſunt onus honeſtum imponere præbendæ vacanti, ad quod præbendarius teneatur, cap. ſignificatum, 11. eod.

Epiſcopo ſi ſimpliciter ſcribatur à Papa, vt alicui prouideat in Eccleſia ſua: non ſolum in cathedrali Eccleſia poteſt prouidere, ſed etiam in Parochiali, in cap. cum ſecundum, 16. eod.

Epiſcopus, qui diu tolerauit ſubditum in beneficio ſuo, non poteſt compellere eum ad oſtendendum titulum beneficij ſui, cap. dilectus, 25. eod.

Epiſcopus ex cauſa poteſt delegare præbendarum collationes, cap. conſtitutus, 11. De conceſſion. præbend.

Epiſcopus non poteſt delegare ſeu committere vicario ſuo collationem certi beneficij vacaturi: ſed bene in genere, quòd poſſit conferre primum vacaturum, gl. 2. in d. cap. conſtitutus.

110 Epiſcopus ſi dedit ſimpliciter aliquod beneficium ei, qui prius habebat aliud, non videtur ei prius ademiſſe, gl. abſolutè, in cap. officij, 14. De teſtam.

Epiſcopus non poteſt ſibi reſeruare primam vacaturam, cum talem poteſtatem non habeat: imò ſi vacaret, cum ad eum non pertineret, non poteſt conferre: ſecus eſt in Legato à latere, gl. præſentare, in cap. cum dilectus, 28. De iure patronat.

Epiſcopus non debet permittere aliquem Presbyterum habere duas Eccleſias, quarum vna non dependeat ex altera; vel niſi ſint ita pauperes, quòd proprium rectorem nequeant ſuſtentare: vel niſi habeat vnam in titulum, aliam in commendam, cap. 1. & ibi gl. neque duas. De exceſſibus Prælat.

Epiſcopus non poteſt ſpecialiter conferre collationem alicuius præbendæ nondum vacantis, quia id poſſet in fraudem vacaturarum, gl. ſi. in cap. ſi. De officio vicarij, lib. 6.

Epiſcopus poteſt generaliter committere alicui collationem beneficiorum ad ſe ſpectantium, putà vicario generali, ibidem.

Epiſcopus poteſt perpetuò committere beneficiorum collationem, in genere, vel in ſpecie alicui dignitati, ibid.

Epiſcopus de iure communi non debet prouidere dignitatibus particularibus in Eccleſia Cathedrali conſtitutis: ſed fit electio, & per eum confirmatio, cap. pe. De officio Legati, lib. 6.

Epiſcopus non poteſt ſpecialiter alicui committere, quòd conferat certum beneficium cum vacabit, licet cum vacauerit, poſſet illud conferre, gl. cuicumque, in cap. pe. §. prohibemus, eod.

Epiſcopus licet poſſet generaliter tradere poteſtatem Officiali, vel vicario ſuo conferendi beneficia vacatura: non tamen alium quàm Officialem conſtituere, gloſ. cuicunque, ibidem. 111

Epiſcopus ſi mihi habenti aliud beneficium hoc tacito mihi conferat, tenet collatio, licet vtrumque non poſſim retinere, gl. ſi. in cap. ſi. eod.

Epiſcopus præſens non poteſt conferre beneficium, quod vacauerat in curia per alium, cap. ſtatutum, De præbend. lib. 6.

Epiſcopus non poteſt concedere poteſtatem conferendi beneficia ſuæ diœceſis, niſi alicui ſuo Officiali, ibid.

Epiſcopi ante conſtitutionem Clementis habebant procuratores in curia, qui ſtatim, cum vacabant beneficia, conferebant illa: & ſic præueniebant Papam, gl. per ſeipſos, ibidem.

Epiſcopus exiſtens extra ſuam diœceſim, beneficia olim conferre poterat, ibid.

Epiſcopus beneficium quod ad certum tempus non poteſt conferre, non poteſt vnire illud, gl. perſonam, in cap. ſi tibi abſenti, eod.

in Epiſcopum ſi quis ſcienter & iniuſtè ſe faciat conſecrari, putà lite pendente, priora beneficia eius perinde vacant, ac ſi canonicè fuiſſet conſecratus, gl. obtinebat, in cap. eum qui, 18. eod.

Epiſcopus ſi debet conferre præbendam cum conſenſu capituli, ſi ſunt viginti canonici, & decem conſentiant, non valet collatio, quia non habuit maiorem partem capituli: ſed ſi haberet vocem in capitulo vt canonicus, tunc diceretur facta ab vndecim, & ſic à maiore parte capituli, gl. aſſenſu, in cap. 1. §. cùm vero. Ne ſede vacante aliquid innouetur, lib. 6. 112

Epiſcopus non poteſt clericum remouere à beneficio ſine cauſa rationabili, cap. 1. De capellis Monach. lib. 6.

Epiſcopus poteſt ſupplere negligentiam Prælati regularis, & conferre beneficia regularia, etiamſi Prælatus religioſus negligens fuerit exemptus à iuriſdictione Epiſcopi: quo caſu Epiſcopus confert, authoritate Apoſtolica ſibi delegata à iure, clem 1. & ibi gl. ſua. De ſuppl. negl. lib. 6.

ad Epiſcopum deuoluta poteſtate conferendi propter negligentiam Prælati regularis, ſi ipſe Epiſcopus fuerit etiam negligens in conferendo intra ſex menſes, non poterit ipſe Epiſcopus conferre ſupplendo ſuam negligentiam, quia tunc deuoluta eſt collatio ad Metropolitanum, vel ad Papam, ſi Epiſcopus ſit ei immediatus: & hoc verum eſt in beneficijs non exemptis, gl. ſua, ibid.

ad Epiſcopum deuoluta poteſtate conferendi beneficia exempti, propter negligentiam Prælati exempti, Epiſcopo ipſi negligenti conferre beneficia ſibi deuoluta, non currit tempus ſemeſtre conferendi: & dato quòd curreret etiam ipſi propter eius negligentiam, poteſtas tamen conferendi, non ad Metropolitanum, ſed ad Papam deuoluitur, ibidem.

ad Epiſcopos iure veteri non deuoluitur poteſtas conferendi beneficia exempta, propter negligentiam Prælatorum exemptorum, ſed ad Papam tantùm: hodie ſecus, gloſ. in exemptis, ibid.

ad Epiſcopum non deuoluitur poteſtas conferendi beneficia exempta, quando Prælatus exemptus priuatus eſt collatione propter delictum: quod ſecus eſt in non exemptis, gl. negligentiam, ibid.

Epiſcopus plus iuris confert in inſtitutione illi, qui recipit beneficium, quia confert ius adminiſtrandi, quàm patronus in præſentatione, ex qua parum acquiritur præſentato, maximè ſi patronus ſit laicus, cui variare licet: ſed ex hoc non ſequitur, quin libentius quem vult, præſentet patronus, quàm inſtituat Epiſcopus, gl. ordinationem, in extrauag. Sedes Apoſtolica. De officio delegat. inter communes. 113

Epiſcopus ſolus beneficia conferre non poteſt, ceſſante conſuetudine, gl. ſolus, in can. 2. diſt. 67.

Epiſcopus, Presbyter, vel Diaconus, ſi per pecuniam obtinuerit dignitatem, ipſe & ordinator à communione priuantur, ſicut Simon magus, gl. canon. in can. eos qui, 21. 2. q. 2.

Epiſcopus vendens Eccleſiaſtica officia, vel beneficia, ab officio ſuſpenditur, can. ſi quis Epiſcopus, 2. q. 3.

Epiſcopis non licet vendere altaria, vel Eccleſias, aut præbendas, can. quæſitum, 1. q. 3.

Epiſcopus omnis, vel Presbyter, aut Diaconus, conuictus, quòd ordinationem dederit, vel acceperit muneribus, deponi debet ab ordinibus, cap. 2. 1. q. 7.

Epiſcopus ſolus confert dignitates, ſi hoc habet ex conſuetudine, gl. ſi. in can. 1. 15. 7.

Epiſcopus dicitur ordinarius collator, & habet intentionem ſuam fundatam, quoad collationem beneficiorum intra diœceſim ſuam ſitorum, & vacantium, can. omnes Baſilicæ, 16. q. 7.

Epiſcopus vel Eccleſia benè poteſt concedere alicui beneficium alicuius Eccleſiæ: non tamen eſt ibi canonicus, gl. 2. in can. clericus, 21. q. 1.

Epiſcopi non poſſunt diſpenſare circa pluralitatem beneficiorum, gl. 2. in can. ſi quis iam, 21. q. 2.

Reliqua in verbo, Collatio. Collator. Beneficium, 17. vſque 21. & 27. vſque 39. Canonicatus. Clericus, 15. Conferre. Canonicus, 25. 26.

114 EPISCOPVS non reſidens, ſi citatus non reuertitur in termino ſibi præfixo, debet priuari, niſi habeat iuſtum impedimentum: vt quia ſit apud Imperatorem iuſſione ſua, cap. qualiter, & ibi gl. 1. De clericis non reſident.

Epiſcopus non debet facere reſidentiam continuam in diœceſi ſua: ſed debet facere in Eccleſia ſua principali diœceſis, cap. ſi. De priuil. lib. 6.

Epiſcopus non debet peregrinari, vel abſentare ad loca remota, ſine authoritate & licentia Papæ, gl. 2. in d. cap. ſi.

Epiſcopus ſolus poteſt dare licentiam, quòd clericus non reſideat in Eccleſia, can. contumaces, diſt. 50.

Epiſcopus, qui ſibi commiſſam Eccleſiam adire neglexerit, priuari debet communione, donec vadat coactus, can. ſi quis Epiſcopus, diſt. 92.

Epiſcopus monitus ad reſidentiam, & monitioni non parens, in Monaſterium detruditur, quouſque, quid faciendum ſit, Papa deliberabit, can. peruenit, 7. q. 1.

Epiſcopi & Archiepiſcopi ab Eccleſiis & diœceſibus ſuis abſentes, trahentes moram in Romana curia intra menſem, extra eam in Italia intra duos menſes, extra Italiam exiſtentes intra quatuor à die publicationis illius bullæ, tenentur perſonaliter ſe conferre, extrauag. de ſalute gregis. Pii Quarti.

Epiſcopi & Archiepiſcopi ſi ſe abſentent à diœceſibus ſuis per ſex menſes continuos, ceſſantibus rationabilibus cauſis, pœnam quartæ partis fructuum vnius anni, fabricæ Eccleſiæ & pauperibus loci applicandorum, ipſo iure incurrant: quòd ſi per alios ſex menſes perſeuerauerint in abſentia, amittant eo ipſo aliam quartam partem fructuum, ſimiliter applicandam: & creſcente contumacia, debent puniri ſeueriori etiam pœna, ibid.

115 Epiſcopi reſidentes, Archiepiſcopis abſentibus à ſuis diœceſibus, & perſeuerantibus in abſentia, debent denunciare Romano Pontifici intra tres menſes; vt in ipſos abſentes animaduertere poſſit, prout cuiuſque fuerit contumacia abſentiæ: & idem è contra Archiepiſcopi reſidentes tenentur denunciare Epiſcopis Suffraganeis abſentibus à ſuis diœceſibus, ibidem.

Epiſcopi & Archiepiſcopi reſidentes in ſuis diœceſibus non poſſunt ad comparendum perſonaliter citari a quibuſcumque iudicibus, etiam delegatis ſedis Apoſtolicæ, prætextu quorumcumque delictorum, vel exceſſuum, etiam hæreſis, & læſæ maieſtatis: & tales citationes ſunt nullæ, niſi vigore ſpecialis commiſſionis, manu Romani Pontificis ſignatæ fiant, ibid.

Epiſcopi & Archiepiſcopi reſidentes eximuntur à ſolutione decimarum, ſubſidii, & aliorum onerum, ibid.

Epiſcopi, & alij Eccleſiarum Prælati debent reſidere in ſuis Eccleſijs, ceſſantibus iuſtis & rationabilibus cauſis, quòd ſi ſex menſibus continuis, extra ſuam diœceſim morando abfuerint, pœnam quartæ partis fructuum vnius anni fabricæ Eccleſiæ, & pauperibus loci per ſuperiorem Eccleſiaſticum applicandorum, ipſo iure incurrant: quòd ſi per alios ſex menſes in abſentia perſeuerauerint amittunt aliam quartam partem fructuum ſimiliter applicandam. Concil. Trident. ſeſ. 6. De reformat. cap. 1.

Epiſcopi perſeuerantes in abſentia vltra annum, ſubijciuntur cenſuræ ſeueriori ſacrorum canonum, ita quòd Metropolitanos Suffraganeos Epiſcopos abſentes, & Suffraganeus Epiſcopus antiquior Metropolitanum abſentem, ſub pœna interdicti ingreſſus Eccleſiæ eo ipſo incurrenda, intra tres menſes per literas vel per nuncium Romano Pontifici denunciare teneatur, ibid.

Epiſcopos abſentes à ſua diœceſi, perſeuerantes in abſentia, poteſt Papa, prout fuerit eius contumacia, animaduertere, & Eccleſijs ipſis de paſtoribus vtilioribus prouidere, ſicut in Domino expedire nouerit, ibid.

Epiſcopi & Archiepiſcopi, Primates, & alij Eccleſiarum Prælati ſi velint abeſſe à ſua Eccleſia vel diœceſi, ob Chriſtianam charitatem, vel vrgentem neceſſitatem, debitam obedientiam, aut euidentem Eccleſiæ vel Reipublicæ vtilitatem, hæ legitimæ abſentiæ cauſæ a Papa vel Metropolitano, vel eo abſente, à Suffraganeo Epiſcopo antiquiori reſidente, in ſcriptis ſunt approbandæ: niſi cum abſentia inciderit propter aliquod munus, & reipublicæ officium Epiſcopatibus adiunctum. Concil. Trident. ſeſſ. 23. De reform. cap. 1. 116

Epiſcopus cum licentia ſi abeſſe contingat, pertinet ad Metropolitanum cum concilio Prouincialium iudicare de licentiis à ſe, vel à Suffraganeo datis; & videre ne quis eo iure abutatur, ibid.

Epiſcopi diſceſſuri à diœceſi ſua debent ita prouidere ouibus ſuis, vt quantum fieri poteſt, ex ipſorum abſentia nullum damnum accipiant, ibid.

Epiſcopi & alij Prælati, qui aliquantiſper tantum abſunt à ſuis diœceſibus, non videntur abeſſe, quia ſtatim reuerſuri ſunt: quod quidem tempus, ſeu ſpatium extra cauſas legitimas ſe abſentandi, nullo pacto debet duos, aut ad ſummum tres menſes excedere, idque fiat ex æqua cauſa & abſque vllo gregis detrimento, dict. cap. 1. verſ. quoniam.

Epiſcopi & alij Eccleſiarum Prælati, ſi contra Concilii decreta abfuerint à ſuis diœceſibus, præter alias pœnas aduerſus non reſidentes ſub Paulo III. impoſitas, peccant mortaliter, & pro rata temporis abſentiæ, fructus ſuos non faciunt, nec tuta conſcientia illos ſibi detinere poſſunt: ſed tenentur erogare fabricæ Eccleſiæ, vel pauperibus loci, omni conuentione vel compoſitione pro fructibus malè perceptis prohibita, ibid.

Reliqua in verbo, Beneficiatus, 3. 4. 8. Beneficium, 9. 47. Canonicus, 8. Clericus, 46. vſque 51. Eccleſia, 72. vſque 76. Reſidere. Reſidentia.

EPISCOPVS debet habere curam animarum omnium, & ſingulorum de diœceſi, & ipſorum animæ de eius manibus requiruntur, gl. vt cum decet, in extrauag. ſedes Apoſtolica. Ioann. 22. & inter communes. 117

Epiſcopis caſus reſeruati ſunt plures: vt, cum ſolemnis pœnitentia eſt imponenda: item vbicumque factum eſt arduum & graue: item in reſtitutione malè ablatorum incertorum in magna quantitate: item vbicumque abſolutio ab excommunicatione reſeruata Epiſcopo eſt neceſſaria: item in publico blaſphematore Dei & Sanctorum: in incendiarijs domorum: in truncatore membrorum: in homicidio: & ſunt alij caſus, gl. à iure, in extrauag. ſuper cathedram. De ſepulturis, inter communes.

Epiſcopi poſſunt etiam Fratribus Prædicatoribus, & Minoribus reſeruare ſibi caſus, de quibus ante poterant Curati abſoluere: nam ſi Epiſcopi poſſunt reſeruare ordinariam inferiorum ſuorum, ſcilicet Curatorum: multò fortius extraordinariam, & aduenticiam, ſcilicet dictorum Fratrum, d. gl. à iure.

Epiſcopus debet habere curam totius Epiſcopatus, can. nos, diſt. 12.

Epiſcopus eſt iudex corporum & animarum: & ideo oportet ipſum ornari tam ſpirituali, quam ſeculari ſcientia, gl. ſi. in ſumma, diſt. 36.

ad Epiſcopum tantum pertinet ſolemnis pœnitentiæ impoſitio: item & reconciliatio ad eum tantum ſpectat: niſi in neceſſitate, gl. 1. §. pœnitentes, diſt. 50.

in Epiſcopos ordinati poſſunt inſtitui in Eccleſijs Parochialibus, can. ſi officia, diſt. 59.

Epiſcopus electus & ordinatus, ſi non potuit ire ad Parochiam, ad quam fuit ordinatus, non culpa ſua, ſed propter populi contentionem, aut aliam iuſtam cauſam, in Parochia alterius Epiſcopi poteſt officium ſacerdotis tantum gerere: ita quod de rebus Eccleſiæ, vbi celebrat, nihil ſumat ſua authoritate, ſed ſpectet, quod ei conciliam ſtatuat, can. ſi quis ordinatus, & ibi gl. 2. can. ſi quis Epiſcopus, & can. ſi qui, diſt. 92. 118

Epiſcopo videntur commiſſæ totius plebis animæ, can. quæcumque, 10. q. 1.

Epiſcopus inungitur, vt ſit procurator animarum: nam ei ſunt creditæ animæ ſuæ diœceſis, can. clericum nullus, 2. §. ex his, 11. q. 2.

ad Epiſcopum pertinet omnis cura diœceſis, tam in Monaſterijs, quam in alijs Eccleſijs, gloſ. 1. in can. Abbates, 18. q. 2.

Epiſcopus tenetur reddere rationem Deo pro animabus ſibi commiſſis, ſi malè cuſtodierit oues ſuas, gl. deſignendo, in cap. niſi cum pridem, §. verum. De renunciatione.

Epiſcopus debet ponere animam ſuam pro ſalute animarum ſubiectorum, d. cap. niſi cum pridem, §. quippe.

Epiſcopus non debet laborem paſtoralis regiminis recuſare, d. cap. niſi cum pridem, §. pen.

Epiſcopis reſeruatur poteſtas imponendi pœnitentias blaſphematoribus Dei & Sanctorum, ſortilegis, & his qui contraxerunt clandeſtina matrimonia, vel contra interdictum Eccleſiæ, gl. reſeruantur, in cap. 2. De pœnit. & remiſ. lib. 6.

Epiſco-

Digitized by Google

119 Epiſcopis ſolent reſeruari pœnitentiæ omnium publicorum enormium criminum, oppreſſionis filiorum ex propoſito, vel ex caſu cuiuſcumque homicidij, falſi teſtimonij, vel inſtrumenti, periurij, inceſtus, corruptionis monialium, coeuntis cum brutis, & his ſimilia, gloſ. reſeruantur. ibid.

Epiſcopus non poteſt reuocare ſine cauſa licentiam datam ad audiendas confeſſiones, gl. conceſſerint, in clem. dudum. De ſepultur.

Epiſcopus ſi contendit cum fratribus, dicens minorem numerum ſufficere ad audiendas confeſſiones, debet Epiſcopus recipere minorem numerum, de quo ſibi videtur: de reliquis recurritur ad arbitrium boni viri, id eſt iudicis, gl. exigit, ibid.

Epiſcopus poteſt omnes ſibi præſentatos ad audiendas confeſſiones refutare, ſi idoneos non repererit, gloſ. quemquam, ibid.

Epiſcopus poteſt refutare aliquem ſibi præſentatum ad audiendas confeſſiones, etiam ſine cauſa, proprio motu & voluntate, gl. nolent, ibid.

Epiſcopus poteſt non accipere ſubrogatum ad audiendas confeſſiones ex iuſta cauſa; vt quia non ſit idoneus, gl. ſubrogati, ibid.

Epiſcopus ſi non recuſat expreſsè licentiam ad audiendas confeſſiones religioſis præſentatis à ſuis ſuperioribus: ſed tamen non dat, vel negligit dare licentiam: poſt trinam admonitionem factam Epiſcopo, poſſunt liberè audire confeſſiones volentium ſibi confiteri, atque beneficium abſolutionis gratioſè impertiri, clem. dudum, §. etſi idem, & ibi gl. ſecularium, eod.

Epiſcopus cum poſſit reſtringere poteſtatem ordinariam curatorum circa audiendas confeſſiones, & præſtandas abſolutiones, multo fortius poterit arctare poteſtatem extraordinariam fratrum Prædicatorum, & Minorum circa eaſdem, gl. conceſſa, ibid.

Epiſcopi, & alij poſſunt ſpeciali conceſſione concedere quibuſdam confeſſoribus poteſtatem abſoluendi, etiam caſus ſibi reſeruatos, gl. Prælati, ibid.

Reliqua in verbo, Cura, Anima. Curatus. Sacerdos, 27. vſque 31. Confeſſio, 15 vſque 19.

120 **EPISCOPI** non poſſunt condemnari, niſi per Romanum Pontificem, cap. inter corporalia. De tranſlatione Epiſcoporum.

Epiſcopus ſi habeat cauſam cum clerico ſuo, coram arbitris debet tractari: intellige in cauſis ciuilibus, gl. 2. in cap. irrefragabili, §. cæterum. De officio Ordin.

de Epiſcoporum criminibus poteſt agi coram Primatibus, cap. 2. De accuſat.

Epiſcopus per exceptionem criminis, ab accuſatione ſua non poteſt repellere illum, quem antea ſua familiaritate neglexit ſeparare, cap. nulli Epiſcoporum, eod.

Epiſcopus inſtituens hæredem hæreticum conſanguineum, vel extraneum, vel paganum, etiam poſt mortem, excommunicatus nunciatur, cap. ſi quis Epiſcopus. De hæreticis.

Epiſcopus negligens in hæreſi perſequenda, à dignitate Epiſcopali eſt repellendus, & alius idoneus eſt ſubrogandus, cap. excommunicamus, §. fi. eod.

Epiſcoporum quæſtionum appellatione comprehenduntur etiam quæſtiones dignitatum ſuperiorum, cap. quamuis, 10. De elect. lib. 6.

Epiſcoporum electionum cauſæ non dicuntur de maioribus: quia illas confirmant Archiepiſcopi, Patriarchæ, & Legati, gloſ. maioribus, in add. & gl. ſeq. in d. cap. quamuis.

Epiſcopus remiſſus & negligens in hæreticis extirpandis à diœceſi ſua, debet remoueri, glol. pe. in cap. in cauſis, 30. De electione.

Epiſcopus non debet ſe exhibere litigioſum, gl. continuè, in cap. ad conditorem, Ioan. 22.

Epiſcoporum dicta poſſunt corrigi & emendari per prudentiores, & authoritate grauiores, can. quis neſciat, diſtinct. 9.

Epiſcoporum cauſæ criminales, & cauſæ fidei ſunt reſeruatæ Sedi Apoſtolicæ, can. præceptis, diſt. 12.

121 Epiſcopus in cauſa inquiſitionis, non debet conuocare, niſi canonicos tantum, gloſ. fin. in canon. ſi quid, diſtinct. 86.

Epiſcopus poteſt tractare cum ſuis clericis de cauſa pecuniaria, vel etiam de cauſa criminali clericorum ſuæ diœceſis, ibid.

Epiſcopus non debet multa negotia tractare per propriam perſonam, vnde illa per vice-dominum, vel œconomum gerit, gl. pe. in can. 2. diſt. 89.

Epiſcoporum accuſatio ſemper præſumitur, quòd fiat ex odio, gl. accuſantur, in can. diaconi, 22. diſt. 93.

de Epiſcopis Eccleſia debet iudicare: non eſt enim humanarum legum de illis ferre ſententiam, can. numquam, diſt. 96.

Epiſcopus dicitur ſimoniacus, qui decimas & oblationes diſtribuit laicis, & non clericis, can. peruenit, 1. q. 3.

Epiſcopus in hæreſim lapſus, deinde rediens ad Eccleſiam, licet populus, quem ſubuerterat, adhuc non redierit ex toto, nihilominus admitti debet ad communionem Eccleſiæ ex diſpenſatione, can. didici, 1. q. 7.

Epiſcopum condemnare non poteſt niſi Papa, aut ſynodus authoritate Papæ congregata, gl. 2. in can. Primates, 2. qu. 1.

Epiſcopi cauſa prius tractari debet, quàm alterius inferioris, vt eò melius memoriæ commendetur, can. In primis, 2. qu. 1.

Epiſcopus infamatus de ſimonia, aut alijs criminibus, per iuramentum proprium debet ſe purgare, & abſolui: ſecus ſi non ſit infamatus, tunc ſtetur eius dicto ſingulari ſine iuramento, can. quanto, 2. q. 5.

Epiſcopus poteſt conuinci, & damnari duorum vel trium 122
teſtimonio, can. placuit, 2. q. 4.

Epiſcopus Cardinalis non debet damnari, niſi cum 72. teſtibus: ſed Presbyter Cardinalis cum 64. teſtibus, can. pen. & can. fi. 2. q. 4.

Epiſcopi Cardinalis cauſam criminalem duodecim Epiſcopi debent audire, & per 72. teſtes idoneos iuratos conuincitur, & ab alio quàm à Papa Epiſcopus inuitus non iudicatur, can. fi. 2. q. 4.

Epiſcopi grauioribus cauſis pulſati, quoties neceſſe fuerit, liberè poſſunt appellare ad ſedem Apoſtolicam, can. omnes, 2. q. 6.

contra Epiſcopum ſuum non debet quis querelam proponere coram ſuperiore, priuſquam eum ſæpiſſime familiariter commoueat: quòd ſi ſecus egerit, communione priuari debet, can. ſi quis erga, 2. q. 7.

de Epiſcopo ſola conuentio ſi fuerit facta ſine conuitio, punienda non eſt, can. ſi quis ab Epiſcopo, 2. q. 7.

Epiſcopus non poteſt propter crimen amoueri ab Eccleſia ſua ſine authoritate Papæ, can. audiuimus, 3. q. 2.

Epiſcopos accuſare non poſſunt detractores, & inimicitiarum actores, nec poſſunt teſtificari contra eos, can. detractores, 3. q. 4.

Epiſcopus ſcienter retinens familiarem criminoſum, ab eius accuſatione repellere non poteſt, can. nulli Epiſcoporum, 3. q. 5.

Epiſcopi Prouinciæ poſſunt audire cauſam criminalem Epiſ- 123
copi comprouincialis: non tamen poſſunt definire, can. ſi quis Epiſcoporum, 3. q. 6. can. quamuis, ibid.

Epiſcoporum cauſæ criminales non poterant definiri à concilijs prouincialibus; ſed crebreſcentibus perſecutionibus Eccleſiæ, cum cauſæ Epiſcoporum non poterant ad Papam referri, eo caſu concilium definiebat cauſas Epiſcoporum; & ita intelliguntur iura dicentia concilium definire, dd. reprob. gl. 1. in can. accuſatus, 3. q. 6.

Epiſcopi cauſa audienda eſt ab omnibus Epiſcopis prouinciæ, vel ſaltem ad duodecim ad minus, quos Metropolitanus eliget, vel ipſe reus, ſi à Metropolitano electos habeat ſuſpectos, & tales Epiſcopi non ſunt iudices, ſed aſſeſſores, gl. 1. in ſumma, 3. q. 8.

Epiſcopus non debet audiri, & iudicari, niſi à pluribus, can. 1. 3. q. 8.

Epiſcopus debet eligere iudices, qui cauſam ſuam criminalem audiant, d. can. 1. §. iudices.

Epiſcopus accuſatus debet congregare Epiſcopos, qui debeant audire eius cauſam, can. fi. 3. q. 8.

Epiſcopus à ſuis familiaribus poteſt accuſari; quia religioſos viros debet habere Epiſcopus in ſua familia, gl 2. in can. prius, §. ſi quis eum, 3. q. 11.

Epiſcopus ſine concilio poteſt damnari à Romano Pontifice, gl. 1. in ſumma, 5. q. 4.

Epiſcopos in cauſa criminali non poſſunt inferiores à Papa 124
abſoluere, can. 2. 5. q. 4.

Epiſcopi iudicantur ab Eccleſia, can. oues, 6. q. 1.

Epiſcopus obiiciens alicui aliquod crimen in ſynodo, probet quod obiicit, can. Epiſcopus ſi clerico, 6. q. 2.

Epiſcopus conuenire debet ſubditum ſuum coram ſynodo, ibidem.

Epiſcopus non debet proferre crimen, quod probare non poteſt, can. ſi tantum, 6. q. 2.

Epiſcopus non debet reuelare crimen ſibi ſoli confeſſum, can. fi. 6. q. 2.

ad Epiſcopos comprouinciales ſpectant omnes cauſæ Epiſcoporum, ac reliquorum ſacerdotum, ac ciuitatum, can. ſcitote, 6. q. 3.

Epiſcopi cauſa tractanda eſt coram xij, Epiſcopis, gloſ. 1. ibidem.

Epiſcopi comprouinciales iudices in cauſa criminali Epiſcopi, ſi fuerint diſcordes in ſententia ferenda, Metropolitanus vicinæ prouinciæ, cum aliquibus Cœpiſcopis ſuis conuocari debet, qui quamcomque dirimant quæſtionem, can. 1. & 2. 6 q. 4.

inter Epiſcopos duos vnius prouinciæ ſi fuerit controuerſia de aliquo negotio, Metropolitanus eorum cum alijs Epiſcopis terminabit negotium: à qua ſententia ſi fuerit appellatum, debet conferri appellatio ad Primatem, & ipſe decidet cauſam appellationis, can. ſi inter, 6. q. 4.

Epiſcoporum negotia ciuilia tractantur in concilio, ibid.

Epiſcopus, qui ab Epiſcopis ſuæ prouinciæ conſonam ſententiam reportauit, non debet iterum iudicari ab alijs

Epiſco-

Epiſcopis, niſi appellatum fuerit, can. ſi quis Epiſcopus criminaliter, 6. q. 4.

125 Epiſcopi omnes prouinciæ de alicuius Epiſcopi delicto diudicantes debent concordare in ſententia, ipſum abſoluendo, vel condemnando, d. can. ſi quis criminaliter, & ibi gl. 1.

Epiſcopus accuſatus, ab Apoſtolica Sede vocatus, non debet reuerti ad domum, niſi purgatus, & Apoſtolicis litteris inſtructus, cau. 2. 8 q. 5.

Epiſcopus non eſt trahendus ad iudicium ſeculare: quod ſi iudex ſecularis traxerit eum ad iudicium ſuum, debet mulctari dignitate, & rerum amiſſione, can. nullus Epiſcopus, 3. 11. q. 1.

Epiſcopus non cogitur ad teſtificandum coram iudice laico, nec volens admittitur, canon. teſtimonium, §. 1. 11. q. 1.

Epiſcopi tenentur iurare cum teſtificantur: ſed hoc eſt priuilegium eorum, quòd non tangunt Euangelia, ſed tantum à longè manus eleuant verſus Evangelia, gl. iureiurando, ibid.

Epiſcopus iurans non tenetur ſacra tangere, ſed ſufficit habere Euangelia in præſentia, ibid.

Epiſcopus cum deponit teſtimonium, non vadit ad iudicem; ſed iudex mittit ad eum, vt propoſitis Euangelijs deponat teſtimonium, d. can. teſtimonium, §. fi.

Epiſcopus ſi conueniatur à ſubdito, cognoſcet Legatus, aut eo monente eligentur iudices à partibus, can. peruenit, 11. q. 1.

Epiſcopus ſi habet litem cum clerico, debet audiri, & terminari per arbitros ab vtraque parte electos, can. ſi clericus aduerſus, 11. q. 1.

126 Epiſcopus non debet audire cauſas criminales clericorum, ſine clericorum ſuorum præſentia, can. pe. 15. q. 7.

Epiſcopi vel presbyteri, qui magos, & haruſpices, vel ſortilegus conſulunt, honore debent priuari, can. ſi quis Epiſcopus, 26. q. 1.

Epiſcoporum cauſæ hæreſis, Romano Pontifici ſpeciali iure reſeruantur, extrauag. ſi de protegendis. Pij 4.

Epiſcopus niſi ob cauſam, ob quam deponendus, vel priuandus venit, etiamſi ex officio, aut per inquiſitionem, ſeu denunciationem, vel accuſationem, ſiue alio quouis modo procedatur, vt perſonaliter compareat, nequaquam citari vel moneri debet. Concil. Trid. ſeſs. 13. De reformatione, cap. 6.

Epiſcoporum cauſæ cum pro criminis obiecti qualitate comparere debent, coram Pontifice maximo debent referri, ac per ipſum terminari. Concil. Trid. ſeſs. 13. De refor. cap. 8.

Epiſcopi ſi ſe non abſtinuerint à concubinatu, & admoniti à ſynodo prouinciali ſe non emendauerint, ipſo facto ſunt ſuſpenſi: & ſi perſeuerent, debent referri ad Papam, qui pro qualitate criminis etiam per priuationem debent puniri. Concil. Trident. ſeſs. 25. De refor. cap. 6.

Reliqua in verbo, Cauſa, 11. vſque 14. 17. & 18. vſque 20. Criminalis. Eccleſiaſtica.

127 EPISCOPVS, qui crudeliter fuſtigari curauit aliquem, duobus menſibus ſuſpenditur à miſſarum adminiſtratione, cap. 2. De clerico percuſſor.

Epiſcopus poteſt mulierem propter delictum ſuum facere fuſtigari, ibid.

Epiſcopus ſuis manibus nullum clericum debet percutere: cui ſanctitas ignoſcendi gloriam dereliquit, gl. 2. in cap. vniuerſitatis. De ſent. excom.

Epiſcopus poteſt per alium clericum ſuum verberare, non autem per ſe ipſum, gl. 2. in reg. poteſt quis. De reg. iuris, lib. 6.

Epiſcopus non debet eſſe percuſſor, nec iraſcibilis & perturbati ſenſus: ſed patiens exemplo, in ſumma, & ibi gl. 1. diſt. 45.

Epiſcopus ſuis manibus neminem debet verberare, ſed per alium poteſt: non tamen per laicum, ſed per clericum, ſi clericus fuerit verberandus: niſi pœnitens ſit incorrigibilis, tunc etiam per laicum poteſt, ibid.

Epiſcopus in minoribus ordinibus conſtitutum licite poterit facere verberari, etiam pro criminibus minoribus: ſed conſtitutos in ſacris, non poteſt facere verberari, niſi pro maioribus & enormibus criminibus, ibid.

Epiſcopus debet timeri verborum correctione, non verberibus, can. quid autem, diſt. 45.

Epiſcopus debet corrigere verbis, & non verberibus ſubditos ſuos, ibid. & can. cum beatus, diſt. 45.

Epiſcopus, presbyter, vel diaconus percutiens etiam delinquentem, vt ex hoc magis timeatur, deponitur ab officio, can. Epiſcopum, diſt. 45.

128 Epiſcopi clericos maiores pro grauibus delictis poſſunt punire verberibus, ibid.

Epiſcopus non poteſt ſententiam ſanguinis ferre, nec dare conſilium, nec dictare, nec intereſſe, nec ſcribere: ſed alijs debet vices ſuas delegare: & ei ſecundùm leges non poſſet delegare, niſi ex cauſa proficiſcendi, gl. 1. in cap. pen. Ne clerici vel Monachi ſecul.

Epiſcopus ſi interfuit, quando fuit lata ſententia ſanguinis, peccat in intereſſendo contra canonem, dd. reprob. gloſ. 1. ibid.

Epiſcopus non debet eſſe percuſſor, id eſt facilis ad vindictam, can. qui clementiam, §. fi. & can. ſi quid, diſt. 86.

Epiſcopus prohibetur eſſe percuſſor, ne videlicet proprijs manibus aliquem cedat, can. tantam, § fi. & can. non liceat, diſt. 86.

Epiſcopus poteſt punire clericum per alium clericum: ſed non per ſe, nec per laicum, gl. 1. in d. can. non liceat, & gl. fi. in can. 1 23. q. 5.

Epiſcopus poteſt verberare clericum, ſi non habeat clericum, per quem poſſit verberare, d. gl. 1.

Epiſcopus intra Eccleſiam poteſt verberare clericum, cum Epiſcopus iudicet intra Eccleſiam, & in iudicijs Epiſcoporum interueniant verbera, gl. prima, in can. nullus clericorum, 17. q. 4

Epiſcopus poteſt aliquos verberibus caſtigare: item poterit in carcerem mittere reos, gl. 1. in can. contra, 26. q. 5.

Reliqua in verbo, Verberare. Pœna. Prælatus, 62. vſque 65.

EPISCOPOS perſequentes ſunt infames, & exules, can. hi qui, 3. q. 4. 129

Epiſcopum comprehendens, vel percutiens, aut expellens per violentiam de ſua ſede, debet excommunicari, & res eius tradi debent Eccleſiæ, cui iniuriam intulit: niſi Epiſcopus fuerit canonicè depoſitus, can. ſi quis deinceps, 17. q. 4.

Epiſcopus ſolus non poteſt iniuriam factam Eccleſiæ remittere, gl. poſſumus, in can. ſi is qui, 23. q. 4.

Epiſcopus poteſt remittere iniuriam ſibi factam, & alia quæ ad ipſum ſpectant, non quæ ad Deum, gl. relaxari, in can. Salonitane, diſt. 63.

in Epiſcopi, vel alterius Prælati perſonam quæ fiunt, in contemptum Eccleſiæ, & in Deum, ſed principaliter in perſonam Prælati fiunt, ibid.

Epiſcopus percuſſor, presbyter, vel diaconus per ſe, vel alium, debet deponi, can. 2. §. fi. 2 qu 7.

in Epiſcopum vel Prælatum commiſſus exceſſus ſemper dicitur enormis, cap. cum illorum, §. qui ſi, 32. De ſententia excomm.

Epiſcopum percutiens, capiens, vel banniens, aut ratum habens, vel mandans, excommunicantur ipſo iure: à quo non poſſunt abſolui ab alio, quam à Papa, præterquam in mortis articulo, clem. 1 De pœn.

Epiſcopum percuti, vel capere, aut bannire dans conſilium, vel fauorem, vel ſcienter defendens id facientem, vel ſocius facientis puniuntur eadem pœna, qua ipſi facientes, ibidem.

Epiſcopum percutiens, capiens vel banniens, & eorum conſultores, fautores, & mandatores, vltra excommunicationem priuantur omnibus feudis, locationibus, & beneficijs, quæ obtinent ab ipſa Eccleſia, cuius Epiſcopum offenderunt, ibidem.

Epiſcopum percutientis, capientis vel bannientis poſteri maſculi, vſque ad ſecundam generationem, ipſo facto ſunt inhabiles ad obtinenda beneficia Eccleſiaſtica, in ciuitate & diœceſi Epiſcopi offenſi, ibid.

Epiſcopum percutiens defendendo ſe, non incurrit excommunicationem, nec alias pœnas, gloſ. vel temerè, ibid.

Epiſcopus renuncians loco, non ordini, ſi fuerit captus vel percuſſus, ipſe capiens vel percutiens mandans, vel faciens, aut dans conſilium, ipſo iure excommunicantur: ſed non priuantur feudo illius loci renunciati ab Epiſcopo, gl. quamuis, ibidem.

Reliqua in verbo, Cardinalis, 4 5. 9. 12. Clericus, 116. vſque 124. Clericalem. Percutere.

EPISCOPI de periurio magis ſunt puniendi, quam alij cap. cum quidam. De iureiur. 130

Epiſcopus priuatur ordine Epiſcopali in tribus caſibus: ſcilicet propter ſimoniam, hæreſim, & propter defectum gratiæ Apoſtolicæ ſedis, cap. pen. De præſcript.

Epiſcopo pœna imponi non poteſt, per ſynodum, cum ipſe ſit caput ſynodi, argum. cap. grauè nimis, 29. De præbend.

Epiſcopus punitur ex ſola diſſimulatione, cap. 2. Ne Prælati vices ſuas.

Epiſcopus ex eodem delicto aliter punitur quàm inquiſitor: nam ille ſuſpenditur, inquiſitor verò excommunicatur, clem. 1. §. verum. De hæret.

Epiſcopi non permittentes publicari proceſſus, & ſententias delegatorum Apoſtolicorum pro exemptis, poſſunt puniri per Epiſcopos delegatos, vel eorum ſubdelegatos, ex eo quòd impediant eorum iuriſdictionem, gloſ. non permittunt, in clem. 1. De exceſſib. Prælat.

Epiſcopus poteſt priuari Epiſcopatu, propter vitioſum ingreſſum, puta per nimiam ambitionem, ac per ſimoniam, in extrauag. diuinis exemplis. De pœnis, inter communes.

Epiſcopus propter varios exceſſus per eum commiſſos, præſertim quia ſedi Apoſtolicæ, ſuis ſubditis, & ſibi ipſi iniurioſus

motus fuerat, variis pœnis puniri debet: quoniam perpetuò deponi, ac priuari Pontificali, Sacerdotali, & quolibet alio officio, & ad perpetuum carcerem condemnari debet, ibid.

Epiſcopus, qui alienam meſſem fecit deſtrui, & fines eradicari, etiam cum ſuis conſiliariis grauiter eſt puniendus; niſi propter ſenectutem, & ſimplicitatem indulgeatur eidem, can. tantam, diſt. 86.

Reliqua in verbo, Pœna. Cardinalis, 4.

131 **EPISCOPVS** in cauſa Eccleſiaſtica poteſt procuratorem conſtituere, etiam ante litis conteſtationem, ſine decreto alicuius ſuperioris, cap. pen. De iuramento calum.

Epiſcopus inconſulto Papa non iurat de calumnia, nec clericus inconſulto Epiſcopo: ſed non ſeruatur hoc, quia tam Epiſcopus inconſulto Papa, quàm clericus inconſulto Epiſcopo poſſunt iurare, cap. 1. & ibi gl. ſi. eod.

Epiſcopus poteſt per ſe litigare in cauſa pecuniaria, cap. fin. eod.

Epiſcopus iurat de calumnia, ſi per ſe ipſum litigare elegit propoſitis tantum, non tactis euangeliis: ſi vero per ſyndicum litigat, per illum poterit iurare, ibid.

Epiſcopus hodie nouo iure debet iurare de calumnia in animam propriam, & in animam ſui capituli, gl. 2. ibidem.

Epiſcopus in teſtimonio dicendo iurat, propoſitis non tactis Euangeliis, ibid.

Epiſcopus, vel alius Prælatus, agens ſeu defendens iura Eccleſiaſtica, debet agere ſeu defendere nomine Eccleſiæ, cap. olim, 12. De reſtit. ſpoliat.

Epiſcopus poteſt in iudicio contendere, tam petendo, quàm defendendo nomine Eccleſiæ inferioris ſibi ſubiectæ, cap. ſi. De ſucceſſ. ab inteſt.

Epiſcopus debet iurare tactis Euangeliis, ad purgandum ſe de infamia ſimoniæ. cap. quotiens. De purgat. canon.

Epiſcopus per alium litigare debet, gl. 2. in reg. poteſt quis. De reg. iuris, lib. 6

Epiſcopus poteſt etiam agere pro ſpoliatione facta de ſuo ſubdito: nam Epiſcopus poteſt agere non ſolum pro Eccleſiis ſibi ſubiectis, ſed etiam pro iniuriis & ſpoliatione facta de ſuis ſubditis, can. in primis, 2. q. 1.

Epiſcopi debent litigare ſemper per procuratorem, can. ſi & ibi gl. 1. 5 q 3.

Epiſcopus ſine Metropolitano non poteſt agere communia negotia Prouinciæ, nec Metropolitanus ſine Suffraganeis, can. 1. & 2. 9. q. 3.

Epiſcopus quamuis prouocatus non debet litigare per ſe pro rebus tranſitoriis: per alium tantum debet litigare, gl. 1. in can. præcipiendum, 23. q. 4.

Epiſcopus non debet fouere cauſam Eccleſiæ, ſi illa ſit mala: ſicut nec pupilli cauſam tutoris, gl. 2. ibid.

Epiſcopus, presbyter, aut diaconus non debet aſſumere curam negotiorum, can. Epiſcopus, diſt. 88.

Epiſcopus ſecularibus negotiis occupari non debet, can. per latum, diſt. 88.

Epiſcopus in cauſis ſecularibus non debet patrocinari, ibid.

Reliqua in verbo, Prælatus, 43. uſque 46. Canonicus, 20 21. Eccleſia, 148. 149.

132 **EPISCOPVS** dicitur alligatus matrimonialiter Eccleſiæ ſuæ, & ideo non habet liberam facultatem dimittendi eam, & ad aliam tranſeundi ſine licentia Papæ, cap. ſi. & ibi gl. 2. De poſtulat. Prælat. gl. tempore, in cap. cum in cunctis, §. 1. De elect.

Epiſcopus conſecratus ſicut ſine licentia Papæ non debet ſuam Eccleſiam derelinquere, ita nec electus confirmatus, cap. inter corporalia, § ſicut. De tranſlat. Epiſcoporum.

Epiſcopus electus ante confirmationem poteſt ſine authoritate Papæ derelinquere Eccleſiam, ad quam ſuit electus: adhuc tamen habet ius, cum poſſet repelli per exceptionem, gl. confirmatus, & gl. poſt, ibid.

Epiſcopo non datur licentia cedendi ſeu renunciandi propter ſenectutem, ſi ſit neceſſarius, vel vtilis Eccleſiæ ſuæ, cap. 2. De renunci.

Epiſcopus quando non poteſt tutè, ſine periculo mortis accedere ad Epiſcopatum, eſt legitima cauſa renunciandi Epiſcopatui, cap. ad ſupplicationem, eod.

Epiſcopus non poteſt renunciare Eccleſiæ ſuæ, ſola cauſa humilitatis, cap. niſi cum pridem, eod.

Epiſcopus poteſt poſtulare licentiam cedendi Eccleſiæ ſuæ per vnam ex ſex cauſis: ſcilicet, vel propter conſcientiam criminis, debilitatem corporis, defectum ſcientiæ, malitiam plebis, graue ſcandalum, & irregularitatem perſonæ, & in his omnibus diſcretio eſt adhibenda, d. cap. niſi cum pridem, § muenti.

Epiſcopus poteſt poſtulare licentiam cedendi Eccleſiæ ſuæ, propter conſcientiam criminis illius tantum, propter quod executio ipſius officii, poſt peractam pœnitentiam, impeditur, d. cap. niſi cum pridem, §. propter.

133 Epiſcopus poteſt poſtulare licentiam cedendi Eccleſiæ non pro qualibet debilitate corporis ex infirmitate, vel ſenectute procedente; ſed pro illa per quam impotens redditur ad exequendum paſtorale officium, d. cap. niſi cum pridem, §. alia vero.

Epiſcopus non poteſt petere licentiam dimittendi Eccleſiam, propter defectum ſcientiæ, quam cito addiſcere poteſt, gl. plerumque, §. pro defectu, ibid.

Epiſcopus poteſt petere licentiam dimittendi Eccleſiam propter malitiam plebis: veluti quando Epiſcopus non poteſt dare doctrinam plebi, & gregi ſibi ſubiectis: non tamen pro qualibet culpa ſubditorum, ſed quando ſunt incorrigibiles, & ad grauia delicta deſcendunt, ita quod conuertantur in lupos, d. cap. niſi cum pridem, §. propter malitiam. De renunciatione.

Epiſcopus non debet deſerere gregem ſuum pro qualibet culpa ſubditorum, ne comparetur mercenario, qui videns lupum venientem, dimittit oues, & fugit, ibid.

Epiſcopus poteſt petere licentiam dimittendi Eccleſiam pro graui ſcandalo euitando, cum aliter ſedari non poteſt, d. cap. niſi cum pridem, §. pro grauir.

Epiſcopus poteſt petere licentiam cedendi Eccleſiam propter irregularitatem ex defectu ſacramenti: quæ committitur duobus modis, vel quia contraxit cum vidua, vel quia habuit duas vxores, d. cap. niſi cum, §. perſonæ.

Epiſcopus propter alias cauſas, quàm expreſſas ibi, non debet poſtulare licentiam Eccleſiam cedendi, d. cap. niſi cum, §. velut,

Epiſcopus non poteſt petere licentiam cedendi Eccleſiam propter otium laboris, hoc eſt propter labores vitandos, nec propter perſecutionem, iniuſtam, vel propter inſpirationem, conſiderando quod vita contemplatiua ſit melior actiua, d. §. verum.

Epiſcopus qui ea cauſa petiit licentiam cedendi Eccleſiam, & obtinuit, compelli debet, vt cedat, gl. ſi. in d. cap. niſi cum pridem, §. ſi. 134

Epiſcopus qui propter crimen renunciauit Epiſcopatui, & tranſiuit ad religionem, non poteſt reaſſumi ad Epiſcopatum: ſecus ſi renunciaſſet propter perſecutionem, infirmitatem, defectum ſcientiæ, vel propter ſimoniam, etiam ipſo ignorante commiſſam, vel aliam ſimilem cauſam, cap. poſt tranſlationem, eod.

Epiſcopus renuncians loco, ordini, & dignitati, ſi ad Monachatum tranſiuit, & eſt dubium ex qua cauſa, præſumitur quod ratione delicti tranſierit: ſecus, quando renuncians loco tantùm, hoc eſt Epiſcopatui, fieret Monachus, d. cap. poſt tranſlationem, §. ſi.

Epiſcopus poteſt renunciare loco, & non ordini Epiſcopali, d. §. ſi.

Epiſcopus cum inſtantia debet petere licentiam cedendi Epiſcopatum: & ea obtenta, compellitur cedere, cap. quidam, eodem.

Epiſcopum non decet dimittere Eccleſiam ſine rectore, cap. ſi. De officio Archipresb.

Epiſcopo non licet propria authoritate, ſine licentia Papæ, tranſire ad alium Epiſcopatum ipſum acceptando: alias priuatur habito & ambito, cap. 2. & ibi gl. 1. De clericis non reſid.

Epiſcopus non poteſt deſerere Epiſcopatum quacumque occaſione, etiam tranſeundi ad religionem, abſque Papæ licentia, cap. licet, 18. De regular.

Epiſcopi non poſſunt renunciare Epiſcopatui in manibus Prælatorum, ſine licentia Papæ: ſed inferiores poſſunt renunciare in manibus ſuorum Prælatorum, gloſ. dimittunt, in cap. de regularibus, 25. De ſimon. & gloſ. ſi. in can. ſi qui, diſt. 92.

Epiſcopus non debet ſine licentia Papæ renunciare Epiſcopatui, etiam ex cauſa: quæ per ſuum Primatem, & comprouinciales Epiſcopos, & non per extraneum iudicem debet examinari, can. denique, 6. q. 3. 135

Epiſcopo cum difficultate dat Papa licentiam cedendi Epiſcopatum, can. qualiter, 7. q 1.

Epiſcopus potius debet accedere ad eam Eccleſiam, in qua plus lucri poteſt facere, licet maior ibi pœna ſua ſit, gl. 1. in can. ſcias, 7. q. 1.

Epiſcopus non debet fieri Monachus inuito Papa, quia ibi conſulit propriæ vtilitati tantùm: ſed in Epiſcopali dignitate conſulit communi & propriæ: quæ duo ſunt præferenda propriæ tantum; ibid.

Epiſcopus poteſt cauſa neceſſitatis, vel vtilitatis, de vna Eccleſia ad aliam tranſire, authoritate tamen Apoſtolica, can. ſicut, 7. q. 1.

Epiſcopus deſerens Eccleſiam ſuam propria authoritate, viuente ſubſtituto, interim non habebit executorem Epiſcopalis dignitatis, vel non habebit interim illam Epiſcopalem dignitatem, can. eos ſacerdotes, & ibi gloſ. 1. & 2. 7 q. 1.

Epiſcopus deſerens Eccleſiam propria authoritate, re integra poteſt recuperare, d. gl. 1

Epiſcopus, qui cauſa humilitatis propter crimen Monachus efficitur, ad Pontificatum redire non valet, can. hoc nequaquam, 7. q. 1.

Epiſcopus cauſa humilitatis poteſt effici Monachus de licentia Papæ, & talis per ſe non poteſt redire ad Epiſcopatum: ſed de licentia ſuperioris bene poterit, gl. 2. ibid.

Epiſcopus, qui cauſa humilitatis factus eſt Monachus de licentia Papæ poteſt eſſe Abbas, ibid. 136

Epiſcopus non debet propter vitandos labores deſerere Eccleſiam

Digitized by Google

cleſiam ſuam, & ad Monaſterij quietem tranſire, can. ſuggeſtum, 7. q. 1.

Epiſcopus licitè fugit perſequutores, dum timet inſidias: non tamen propter id debet ſuum gregem deſerere, & ad religionem tranſire, can. ſciſcitaris, 7. q. 1.

Epiſcopi dicuntur arietes, quia tanquam arietes ducatum gregibus præbent: alibi dicuntur canes, d. cap. ſciſcitaris, & ibi gl. fi.

Epiſcopus, qui propter infirmitatem de licentia Papæ renunciauit Epiſcopatui, & alter ſubſtitutus eſt, etiam recuperata ſanitate, non poteſt repetere illum, in ſumma, & ibi gl. 1. 7. q. 2.

Epiſcopus non poterit deſerere Epiſcopatum ex cauſa religionis, ſine licentia obtenta à Papa, gloſ. fi. in can. duæ ſunt, 19. q. 2.

Epiſcopus rectè poteſt de Eccleſia ſua tranſire ad Monaſterium, gl. 1. in ſumma, 19. q. 3.

Epiſcopus quandoque efficitur Archiepiſcopus alterius ciuitatis, nec priorem deſerit Eccleſiam: ſed prior relinquitur ei, quaſi commendata; ſecunda quaſi intitulata, can. clericum, 21. q. 1.

Epiſcopus poteſt renunciare dignitati propter malitiam populi, gl. fi. in can. tribus. De conſecrat. diſt. 1.

Reliqua in verbo, Clericus, n. 36. vſque 45. Eccleſia, 154. vſque 155. Beneficium, 52. vſque 54. 55. vſque 64
Deſeri.

137 **EPISCOPVS**, qui propria authoritate de ſua Eccleſia transfert ſe ad aliam, ad quam fuit electus; vel adminiſtrat temporalia, vel ſpiritualia, perdit primam Eccleſiam, & etiam ſecundam, gl. 1. in cap. bonæ, 23. De electione.

Epiſcopus electus vel poſtulatus ad aliam Eccleſiam, non debet tranſire ſine noua examinatione, cap. in cauſis, 30. De electione.

Epiſcopus non transfertur ad alium Epiſcopatum, niſi primò abſoluatur à vinculo Eccleſiæ ſuæ, cui matrimonialiter alligatus eſt, cap. ſcriptum, 40. & ibi gl. maiorem, eodem.

Epiſcoporum tranſlationes, depoſitiones, ceſſiones, ſeu renunciationes, ſoli Romano Pontifici ſunt reſeruatæ: non tàm canonica inſtitutione, quàm diuina, cap. inter corporalia. De tranſlat. Epiſcoporum.

Epiſcoporum conſecratorum tranſlatio, depoſitio, ſeu ceſſio, ſicut ſunt reſeruatæ ſoli Romano Pontifici: ita & tranſlationes, depoſitiones, ſeu ceſſiones electorum, poſt confirmationem, d. cap. inter corporalia, §. ſicut.

Epiſcopum transferens, & qui tranſlationi conſentit, & tranſlationem confirmat ſine licentia Papæ, ſuſpenduntur à Pontificali officio, d. cap. inter corporalia, §. ſane.

Epiſcopum transferendi poteſtatem ita Dominus ſibi retinuit, quòd ſoli beato Petro vicario ſuo, & per ipſum ſucceſſoribus ſuis, ſpeciali priuilegio tribuit, atque conceſſit, cap. quanto, eod.

Epiſcopus, quòd ſit tranſmiſſus vel tranſlatus ad aliam Eccleſiam, non poteſt eſſe, quòd non ſit notorium, d. cap. quanto. De tranſlatione Epiſcoporum.

Epiſcopus, qui propria authoritate de ſua Eccleſia ſe transfert ad aliam, carebit vtraque, ibid. & can. ſi quis Epiſcopus, 7. q. 1.

Epiſcopus non debet propria authoritate de vna Eccleſia ad aliam ſe transferre, neque in hoc Archiepiſcopus cum Suffraganeo poteſt diſpenſare, gloſ. diſpenſare, in cap. at ſi clerici. De iudicijs.

138 Epiſcopus propter cauſas neceſſarias poteſt facere commutationes præbendarum, & tranſlationes perſonarum, non promiſſa aliqua pactione, cap. quæſitum. De rerum permut.

Epiſcopo non licet de vno Epiſcopatu ad alium tranſire ſine licentia Papæ: nec ſufficit petere licentiam, niſi obtineatur, cap. illud. De cleric. excommun.

Epiſcoporum tranſlationes ſunt reſeruatæ Papæ, gl. fi. in cap. ſi Abbatem, § fi. De electione, lib. 6.

Epiſcopus etiam non habens propriam Eccleſiam, ſi ad aliam etiam vacantem, & etiam populo volente, ſe transfert, deponendus eſt, can. ſi quis Epiſcopus, 8. diſt. 92.

Epiſcopus, vel quilibet alius, relicta Eccleſia ſua, non debet ad aliam tranſire; quod ſi fecerit, in irritum reuocabitur, & ad priorem Eccleſiam reuocabitur, can. non oportet, can. Epiſcopum, 7. q. 1.

Epiſcopus, Presbyter, vel diaconus non debent tranſire de vna ciuitate ad aliam; & ſi quis contra præſumpſerit, Eccleſiæ ſuæ reſtituatur, ibid.

Epiſcopo nulli conceditur principalem cathedralem Eccleſiam relinquere, & ad aliam ſe transferre, can. placuit, 7. q. 1.

Epiſcopus non debet ſe conferre ad aliquam Eccleſiam diœceſis, niſi cauſa viſitandi, gl. pe. ibid.

Epiſcopo non licet de vna diœceſi ad aliam tranſire, can. Epiſcopum, 7. q. 1.

139 Epiſcopus debet manere in illa Eccleſia, quam ab initio ſortitus eſt, ibid.

Epiſcoporum mutationes non pendent ex arbitrio Epiſcoporum, vel populorum, ſed ſolius Papæ, ibid.

Epiſcopi vel clerici, qui relictis ſuis Eccleſijs ad alias tranſeunt ſua authoritate, ſeruari debent in eis conſtitutiones datæ à ſanctis patribus, can. propter, 7. q. 1.

Epiſcopus ab Eccleſia, cui irrepſerit, remouendus eſt, & ad ſuam redire cogendus eſt, can. remoto, 7. q. 1.

Epiſcopus, qui ſe tranſtulit ad aliam Eccleſiam propria authoritate, compellitur redire ad primam, & in alia, ad quam ſe tranſtulit, eſt alius eligendus, can. remoto, 7. qu. 1.

Epiſcopi tranſlatio facilius diſpenſatur de minori ad maiorem Eccleſiam, quàm ad parem: difficilius tamen ad minorem, quàm ad parem, gl. 1. in can. ſi quis Epiſcopus, 7. q. 1.

Epiſcopus eo ipſo quòd tranſit ad maiorem, præſumitur potius ambitio, quam leuitas: quia nullus tranſit ad minorem, ibid.

Epiſcopus contemptu minoris, adſpirans ad maiorem, vtraque caret Eccleſia, can. ſi quis. De ordine, 7. q. 1.

Epiſcoporum mutationes fieri poſſunt neceſſitatis, vel vtilitatis cauſa, can. mutationes, & can. ſcias, & can. omnis, 7. q. 1.

Epiſcopi, & alij inferiores clerici, propter vtilitatem Eccleſiæ, poſſunt tranſire de vna Eccleſia ad aliam, ſuperioris authoritate, can. Epiſcopus de loco, 7. q. 1. 140

Epiſcopus poteſt de licentia concilij tranſire de ſede ad ſedem: ſupplen. interueniente authoritate Papæ, & non alias, ibidem.

ad Epiſcopos ſolos pertinet dare licentiam inferioribus clericis tranſeundi ad aliam Eccleſiam, ibid.

Epiſcopus poteſt ex cauſa vtilitatis, authoritate Apoſtolica de Eccleſia mutari ad aliam, can. ſicut alterius, 7. q. 1.

Epiſcopus propter hoſtilitatem poteſt tranſire de ſua Eccleſia ad aliam; ita tamen quòd ceſſante hoſtilitate, reuerti debet ad primam, can. Paſtoralis, 7. q. 1.

Epiſcopus, qui propter hoſtilitatem tranſiuit ad aliam Eccleſiam, dicitur purè inſtitutus in hac ſecunda Eccleſia: ſed ſub conditione reſoluitur talis inſtitutio: ita quòd ceſſante hoſtilitate, reuertitur ad primam, vel iure poſtliminij ſibi reſtituitur prior Eccleſia; nec poteſt dici, quòd interim maneat Epiſcopus prioris Eccleſiæ, ibid.

Epiſcopi ſua authoritate de ſuis Eccleſijs ad alias tranſeuntes, remouentur à communione, quouſque ad ſuas redierint: quòd ſi eis alij fuerint ſubſtituti, vacabunt quouſque ſuperuixerint ſubſtituti, can. eos ſacerdotes, 7. q. 1.

Epiſcopo non licet de vna Eccleſia ad aliam tranſire; & contra faciens excommunicari debet, quouſque ad ſuam redierit, ibid.

Epiſcopi non debent accedere ad alias Eccleſias, quæ ſunt extra eorum diœceſim, can. Epiſcopi, 9. q. 2.

Epiſcopus vnus poteſt præfici duabus Eccleſijs, can. relatio, 21. q. 1.

Reliqua in verbo, Eccleſia, 154. 155. Elector, 1. Transferre. Beneficium, 152. vſque 154. 155. vſque 162.

EPISCOPI conceſſio, ſine conſenſu capituli, vel maioris partis non ſufficit, vt poſſit transferre Eccleſias, vel fructus illarum ad regulares, gl. 2. in cap. 2. De ſupplenda neglig. 141

Epiſcopus, ſi donet Eccleſiam Monachis, cathedraticum debet habere, gl. in Epiſcopalibus, ibid.

Epiſcopus non poteſt dignitatem inferioris Eccleſiæ vnire propriæ menſæ, cap. fi. De offic. Archipresbyteri.

Epiſcopus poteſt augere præbendas canonicis ſuis, ſi non poſſint de ſuis præbendis commodè ſuſtentari, & hoc de capellis, vel aliunde, reſeruata debita portione capellanis, cap. cupientes, 33. De præbend.

Epiſcopus poteſt cum conſenſu ſui capituli concedere inferiori dignitati iura pertinentia ad dignitatem ſuam, cap. cum veniſſent. De inſtit.

Epiſcopus non poteſt ius vnius Eccleſiæ alteri Eccleſiæ dare, gloſ. fi. in cap. cum Apoſtolica. De his quæ fiunt à Prælato.

Epiſcopus non poteſt ſine conſenſu capituli concedere Eccleſias alijs Eccleſijs, etiamſi habeat ius patronatus in Eccleſijs conceſſis, cap. tua nuper, eod.

Epiſcopus Parochiales Eccleſias, vel obuentiones ipſarum, de conſenſu patroni ſine conſenſu capituli ſui, Monaſterio conferre non poteſt, can. Paſtoralis, 9. eod.

Epiſcopus, ſi in Eccleſia, quam de conſenſu capituli conceſſit pio loco, percipiebat certos prouentus, illos donaſſe videtur: alioquin omnes prouentus præter cathedraticum, cedunt pio loco, cap. paſtoralis. De donatio.

Epiſcopus de conſenſu patroni ſi conceſſit pio loco Eccleſiam, in qua patronus habebat ius patronatus, intelligitur patronum donaſſe ius patronatus, ibid. 142

Epiſcopus quandoque percipit in Eccleſia inferiori certos prouentus, vel certam portionem fructuum, & hoc aſt de iure ſpeciali, d. cap. paſtoralis.

Epiſcopus non poteſt ius, quod habet in Eccleſia inferiori transferre etiam in locum pium ſine conſenſu capituli, etiamſi illud ius conſiſtat in perceptione temporalium, ibidem.

Epiſcopus concedens Eccleſiam pio loco, intelligitur concedere ius ſuum, hoc eſt ius ſingulare, ſi quod habet in illa, gl. s. ibid.

Epiſcopus quando concedit Eccleſiam generaliter, tunc intelligitur dediſſe etiam ius inſtituendi, gl. cathedraticum, in d. cap. paſtoralis. De donatio.

Epiſcopus etiamſi concedat Eccleſiam alicui pio loco, & quantumcunque generaliter eximat eam à ſe, ſemper intelligitur ſibi retinuiſſe ius correctionis; item procurationem, & viſitationem, & cathedraticum, ibid.

Epiſcopus cum capitulo poteſt ſupprimere vnam dignitatem, & propter neceſſitatem poſſeſſiones alienare: multò fortius prouentus percipere, gl. concedimus, in cap. ſi propter, 10. De reſcript. lib. 6.

Epiſcopus ex iuſta cauſa ad tempus poteſt fructus alicuius beneficij retinere, ibid.

Epiſcopus poteſt bona vnius Eccleſiæ auferre, & dare alteri; videlicet quando vna abundat, & alia eſt pauper, & redditus eius ſunt adeo tenues, quòd non poſſit ſuſtentari, cap. 2. de rebus Eccleſiæ non alien. lib. 6.

Epiſcopus de conſenſu capituli ſui poteſt Eccleſiam, & res ſuas ex iuſta & honeſta cauſa alteri dare, gl. tenues, ibidem.

143 Epiſcopus poteſt vnire Eccleſiam alteri, vel loco religioſo donare, etiam non vocato rectore, vel detentore, clem. 2. De rebus Eccleſ. non alien.

Epiſcopus non poteſt vnire Eccleſiam menſæ ſuæ, vel capituli ſui, etiam interueniente conſenſu capituli ſui, ibidem.

Epiſcopus cum capitulo poteſt vnire Eccleſiæ præbendæ ſingulari maioris Eccleſiæ: nec dicitur tunc in facto proprio authorizare, gl. capitulo, ibid.

Epiſcopus non poteſt redditus deputatos ad locum pauperum, vel ad alium certum vſum, conuertere ad alium vſum, vel ad alium locum: quia hoc ſoli Papæ pertinet, cap. quia contingit. De religioſ. domibus.

Epiſcopus non poteſt diuidere Parochiam inuito plebano illius, nec Papa Epiſcopatum inuito Epiſcopo: ſed ex cauſa poteſt Papa Epiſcopatum, & Epiſcopus Parochiam diuidere, gloſ. diuiſiones, in can. lege Imperatorum, diſtinct. 10.

Epiſcopus ſi conceſſit alicui Eccleſiam, quæ ab eo euicta eſt, tenetur idem Epiſcopus eidem aliam concedere, gloſ. ſi. in can. præſentium, 7. q. 2.

Epiſcopus poteſt de iure vnius Eccleſiæ detrahere, & alij conferre, dummodo alij Eccleſiæ grauia damna non infligat, gl. s. in can. pe. 12 q. 5.

Epiſcopus poteſt vnam Eccleſiam ſubijcere alij, imo & vna Eccleſia poteſt ſe ſubijcere alij: ſi tamen hoc non præiudicat Epiſcopo, gl. ſi. in can. Abbas, 16. q. 2.

Epiſcopus poteſt cum debita ſolemnitate concedere ſubiectionem vnius Eccleſiæ pleno iure alteri Eccleſiæ, cap. cum inter nos. De re iudicata.

Epiſcopus poteſt vni Eccleſiæ detrahere, & dare alteri, gl. 2. in ſumma, 25. q. 2.

Epiſcopus poteſt dare extra Eccleſiam baptiſmalem decimas, ibid.

Epiſcopus non poteſt tollere ius vnius Eccleſiæ, & dare alteri, gl. conſtitutum, in cap. cum dilectus. De conſuetudine.

Reliqua in verbo, Eccleſia, 57. 566. Vnio. Vnire, Auferre. Papa, 63.

144 EPISCOPI poſſu[illegible] cum altari viatico & portatili celebrare, & ſibi facere celebrari: ita tamen quòd non violent interdictum, cap. ſi. De priuileg. lib. 6.

Epiſcopus debet celebrare, vel facere ſibi celebrari quolibet die, d. cap. ſi.

Epiſcopus vadens ad curiam, de mane ante campanam diei poterit dicere, vel facere dici Miſſam, & pergere viam, ne impediretur in dieta, gloſ. indulgemus, in dicto cap. ſin.

Epiſcopus licet poſſit celebrare in loco interdicto, non tamen alta voce, & admiſſis perſonis interdictis, & interdictum violando, gl. ſi. ibid.

Epiſcopus expulſus à ſua diœceſi poteſt celebrare extra eam, cum altari portatili, gl. iuriſdictionem, in clem 2. De foro comp.

Epiſcopus in locis ſuæ diœceſis etiam exemptis poteſt populum benedicere, audire diuina officia, & ea etiam celebrare in Pontificalibus, & in ſua præſentia facere celebrari: per hoc tamen exemptis nullum ſit præiudicium in alijs, clem. ſi De priuileg.

Epiſcopus in diœceſibus alienis poteſt etiam ſine diœceſani licentia, in Pontificalibus celebrare ſine iuriſdictionis exercitio: ſed vti Pontificalibus cum iuriſdictione, vel officio, puta degradando, chriſmando, ordinando, vel alia ſimilia faciendo, ſine licentia diœceſani loci non poteſt facere, gloſ. etiam celebrare, in d. clem. ſi.

Epiſcopus ſine diœceſano loci non poteſt Miſſam celebrare, niſi neceſſitate inſtante: quo caſu & ſi non poſſit habere diaconum, abſque eo Miſſam celebrare poterit, gl. habet, in cap. diaconi, 22. diſt. 93.

Epiſcopus alterius diœceſis inuitari debet ex vrbanitate ad celebrandum Miſſas, & ad prædicandum: quòd alias non poſſet, can. Epiſcopi, 7. q. 5. 145

Epiſcopus non debet celebrare, & exercere Epiſcopalia extra ſuam diœceſim, niſi fuerit inuitatus, can. Epiſcopi, 9. qu. 2.

Epiſcopus cum in aliquo loco celebrat, præſumitur quòd ille locus ſit ſubiectus, gl. ſi. in can. Abbas, 18. q. 2.

Epiſcopus non poteſt celebrare Miſſam publicam conuocato populo in Monaſterio, niſi ſit de voluntate fratrum, d. can. Abbas, & ibi gl. 2. & can. ſuſtinuio, 18. q. 2.

Epiſcopus cum primò in Miſſa ſalutat populum, non dicit, *Dominus vobiſcum*: ſed *Pax vobis*: quia hæc fuit prima vox Chriſti ad diſcipulos, poſt reſurrectionem, vt ſe oſtendat vicarium Chriſti: poſt verò dicitur *Dominus vobiſcum*, vt ſic oſtendatur eſſe de numero aliorum ſacerdotum, gl. ſi. in can. hoc quoque. De conſecrat. diſt. 5.

Epiſcopus pallio Apoſtolico debet vti in die Cœnæ, intra Miſſarum ſolemnia, can. porro. De conſecrat. diſt. 5.

Epiſcopus ſolus conficit chriſma, & debet conficere in die Cœnæ tantum, gl. 2. ibid.

Epiſcopus prædicans debet habere mitram, & baculum: quia tunc allegat cauſam Dei apud populum, gl. 2. in can. nullus. De conſecr. diſt. 2.

Reliqua in verbo, Chriſma, 2. 4. Confirmatio, 8. 9. Archiepiſcopus, 7. 8. & ſuprà n. 44.

EPISCOPVS non poteſt diſpenſare contra conſtitutionem concilij, gloſ. in ætate, in cap. cum dilectus, 32. De electione. 146

Epiſcopus diſpenſat cum ſimoniaco promoto ad beneficium, vbi ex benignitate ſupplicat diſpenſationem ante ſententiam, ſuper ſimonia commiſſa ignorante electo, gl. 2. in cap. pe. De electione.

Epiſcopus poteſt diſpenſare cum ſimoniaco electo, ſi ſimonia fuit commiſſa ignorante electo, nec ratum habeat ſuper beneficio ſimplici, & ipſe electus liberam reſignationem fecerit, d. cap. pe. & ibi gl. ſi. ad ſi.

Epiſcopi diſpenſare non poſſunt in tangentibus ſtatutum generale Eccleſiæ, niſi in quantum reperitur ſpecificè permiſſum, gl. permiſſa, in cap. dilectus. De tempor. ordin.

Epiſcopi diſpenſare non poſſunt ſuper faciendo contra ius, antequam fiat, niſi appareat eis à iure conceſſio, dd. reprob. gl. permiſſa, ibid.

Epiſcopi diſpenſare non poſſunt in grauioribus adulterijs, & ſupra, niſi appareat eis permiſſum: ſed in inferioribus diſpenſare poſſunt, niſi appareat eis prohibitum, dd. reprob. d. gl. permiſſa.

Epiſcopi non poſſunt diſpenſare in delictis, infamiam tollendo, dd. reprob. d. gl. permiſſa.

Epiſcopus diſpenſare poteſt quoad executionem ordinis cum ordinato, extra tempora, cap. pe. De tempore ordin.

Epiſcopus poteſt diſpenſare cum ignoranter ordinatis ab excommunicato, cap. 2. De ordinatis ab Epiſcopo qui ren.

Epiſcopus non poteſt diſpenſare cum minoribus ætate, vt ad beneficium ſimplex promoueantur, cap. 2. & ibi gl. s. De ætate & qualit.

Epiſcopi poſſunt diſpenſare cum eo, qui eſt in minoribus ordinibus, quoad conferendum ei Parochialem Eccleſiam, dummodo ſit talis, quòd intra breue tempus in Presbyterum poſſit ordinari, cap. præterea, & ibi gl. ſi. eod. 147

Epiſcopus poteſt diſpenſare cum grauiter delinquente, cap. 5. De corpore vitiatis ordinan.

Epiſcopus poteſt diſpenſare cum criminoſis, quòd poſſint ordinari: quamuis Apoſtolus prohibuit criminoſum ordinari, gl. diſpenſare, in cap. 2. De bigamis.

Epiſcopus non poteſt diſpenſare cum bigamo, & viduarum marito, vt poſſint ordinari, ibid.

Epiſcopi propria authoritate non poſſunt cum irregularibus diſpenſare, cum hoc ex commiſſione ſummi Pontificis concedatur, cap. ſi. §. ſi. & ibi gl. ſi. De officio delegat.

Epiſcopi poſſunt diſpenſare cum clericis, peracta pœnitentia, in adulterio, & alijs criminibus adulterio minoribus, cap. at ſi clerici, § 5. De iudicijs.

Epiſcopus non poteſt diſpenſare in maioribus criminibus adulterio, niſi expreſsè à iure concedatur, gloſ. de adulterijs. ibid.

Epiſcopus poteſt diſpenſare in crimine hæreſis, in ſacrilegio, & alijs criminibus grauioribus occultis, ibid.

Epiſcopus poteſt diſpenſare cum ſimoniaco, quandoque in beneficio, quandoque in ordine: item cum ſchiſmatico, ibid.

Epiſcopus non poteſt diſpenſare in canonibus, qui inducunt pœnam depoſitionis, vel ſuſpenſionis, in criminibus enormibus, ibid. 148

Epiſcopus non poteſt diſpenſare contra canones, qui irregularitatem inducunt ex defectu natalium: & in hoc caſu diſpenſare ſolum poteſt in minoribus ordinibus, & in beneficijs, ibid.

Epiſcopus diſpenſare non poteſt contra canones, qui irregularitatem inducunt ex defectu ſacramenti: veluti non poteſt diſpenſare cum eo, qui contraxit cum vidua corrupta, vel habuit duas vxores: vel alias eſt factus bigamus, eod.

Epiſco-

Digitized by Google

Epiſcopus poteſt diſpenſare in adulterio, & alijs minoribus criminibus, vbi expreſsè in iure non reperitur prohibitum, gl. diſpenſare, ibid.

Epiſcopus poteſt diſpenſare in irregularitate proueniente ex alieno delicto, etiam maiore adulterio: veluti in ſimonia, quod eſt maius delictum adulterio: nam ſi aliquis dedit alicui, te ignorante, pecuniam, vt tibi daret præbendam, vel te ad ordines præſentaret, poteſt Epiſcopus tecum diſpenſare poſt tuam liberam reſignationem, quamuis in dignitate acquiſita diſpenſare non poſſit, ibid.

Epiſcopus diſpenſat quandoque contra canones, inducentes irregularitatem, & non contra canones non inducentes irregularitatem: quia in canonibus inducentibus irregularitatem, ceſſat cauſa conſtitutionis tempore diſpenſationis; ſed in canonibus irregularitatem non inducentibus, nunquam ceſſat cauſa conſtitutionis, ibid.

Epiſcopi poſſunt diſpenſare poſt peractam pœnitentiam cum ſacerdotibus, qui matrimonium de facto contraxerunt, reſtituendo eos officio ſuo, cap. ſanè ſacerdotes, 4. De clericis coniug.

Epiſcopus non poteſt diſpenſare cum ſacerdote, qui ante ſacerdotium in laicali habitu habuit vxorem, & poſtea factus ſacerdos de facto contraxit matrimonium: quia pro bigamo reputatur, gl. fi. ibid.

149 Epiſcopi non poſſunt diſpenſare circa pluralitatem beneficiorum incompatibilium, gl. fi. in cap. de multa, 28. De præbend.

Epiſcopi olim per iura antiqua poterant diſpenſare, quòd vnus haberet plura beneficia curam animarum habentia: ſed hoc hodie immutatum eſt, ibid.

Epiſcopus non poteſt diſpenſare, vt quis habeat duas præbendas, ſeu duos canonicatus in eadem Eccleſia, cap. literas, 9. De conceſs. præbend.

Epiſcopus non poteſt diſpenſare, quòd quis habeat duo beneficia curam animarum habentia: poteſt tamen diſpenſare, quòd poſſit habere duo beneficia ſimplicia, vel vnum beneficium cum alio habente curam animarum, gloſ. fin. ibid.

Epiſcopus non poteſt diſpenſare, quòd quis habeat plures perſonatus, vel dignitates, ibid.

Epiſcopus non poteſt diſpenſare in voto proprio, cap. magnæ, 7. De voto.

Epiſcopus poteſt diſpenſare cum ſimoniacè ordinatis, vel beneficiatis, eis ignorantibus: ſed cum ſimonia commiſſa eo ſciente, tacitè vel expreſsè, vel eo dante pecuniam, ſolus Papa diſpenſat, gl. 3 in cap. De ſimoniacis, 22. De ſimonia.

Epiſcopus non poteſt diſpenſare cum electo, reprobato per vitium ſimoniæ, cap. nobis, 27. eod.

Epiſcopus non poteſt diſpenſare cum electo, qui ſimoniam
150 ipſe per ſe commiſit, vel alius eo ſciente, & ratum habente; ſed dominus Papa poteſt diſpenſare: ſed cum alijs ignorantibus poterit Epiſcopus diſpenſare, gl. fin. ibidem.

Epiſcopus ſimoniacus cum ordinato à ſe diſpenſare non poteſt, ſi pecunia data eſſet Epiſcopo, gl. fi. in cap. fi. De ſchiſmat.

Epiſcopus poteſt diſpenſare cum clerico in duello pugnante, ſi mors, vel membri mutilatio ſecuta non ſit, cap. 1. & ibi gl. fi. De clericis pugnant. in duello.

Epiſcopus poteſt diſpenſare cum clerico homicida, etiam voluntario, circa habendum beneficium, ſed non circa promotionem ordinum, cap. 2. eod.

Epiſcopus poteſt diſpenſare cum ſortilego, ideſt, vt non deponatur, ſed vt alia pœna ei imponatur, gl. 2. & fi. in cap. fi. De ſortilegis.

Epiſcopi non poſſunt diſpenſare cum illis, qui excommunicati diuinum officium exercere præſumunt, gl. diſpenſis, in cap. 1. De eo qui ordin. fuit. ſuſcept.

Epiſcopus non poteſt diſpenſare in ætate requiſita ad curam animarum, nec poteſt prorogare annum, intra quem promiſſus ad curatum promoueri debet, gl. carere, in cap. licet canon. 14. De electione, lib 6.

Epiſcopus poteſt diſpenſare cum habente curam animarum, quoad reſidentiam ad tempus, ibid.

Epiſcopi cauere debent, ne diſpenſent cum curato, qui docilis non ſit ſuper non promouendo ſe ad ſacerdotium per ſeptennium, ſtudiorum cauſa, gl. literarum, in cap. cum ex eo, 34 De elect. lib. 6.

151 Epiſcopus diſpenſare poteſt cum maioribus 20. annis, quoad dignitates, & perſonatus, quibus animarum cura non imminet: ſi aliud canonicum non obſtet, cap. 1. De ætate & qualitat. lib 6.

Epiſcopus non poteſt diſpenſare cum illegitimo, cum corpore vitiato, cum bigamo, vel criminoſo, gl. canonicum, ibidem.

Epiſcopus promouendo aliquem ad dignitatem vel perſonatum, ad quem obtinendum non habebat ætatem requiſitam, non cenſetur diſpenſare, gl. fi. ibid.

Epiſcopus promouens, ſi ſciat defectum promoti, & faciat hoc cum cauſæ cognitione, an ſit facienda diſpenſatio, vel non, tunc videtur diſpenſare, etiamſi in promotione non exprimat verbum diſpenſatio: ſi vero non præmiſſa cauſæ cognitione promouet, non videtur diſpenſare, imò punitur, dd. add. gl. fi.

Epiſcopus poteſt diſpenſare in minoribus ordinibus, & beneficio ſine cura, cum illegitimè natis, ſiue ſint ſpurij, ſiue adulterini, ſiue naturales, cap. 1. & ibi gl. 1. De filijs Presbyter. lib. 6.

Epiſcopus diſpenſare non poteſt cum illegitimè natis, in perſonatu, vel dignitate ſine cura, gl. beneficium, ibid.

Epiſcopus poteſt diſpenſare cum illegitimo in canonicatu Eccleſiæ Cathedralis, vt poſſit illum obtinere, ibid.

Epiſcopus non poteſt diſpenſare, vt filius, etiam legitimus, paternum beneficium immediatè obtineat, gl. tale, ibidem.

Epiſcopus non poteſt diſpenſare cum illegitimo, in beneficio, quod ex priuilegio, conſuetudine, vel ſtatuto requirit ſacrum ordinem: cum enim in tali ordine non poſſit diſpenſare, ergo nec in beneficio requirente illum ordinem, ibidem.

Epiſcopus poteſt de iure promouere ad ſacros ordines illegitimum regularem, ſine Papæ diſpenſatione: non tamen per hoc cenſetur diſpenſatum cum eo ad Epiſcopatum, gl. maiores, ibid. 152

Epiſcopus poteſt diſpenſare in criminalibus ab adulterio citra: ſed in defectu natalium non, gl. ſedis Apoſtolicæ, ibidem.

Epiſcopus diſpenſare poteſt cum patientibus defectum in ætate, in dignitatibus non curatis: ſed non in curatis, gl. prouideri, in cap. cum in illis, 16. De præbend. lib. 6.

Epiſcopus ſicut non poteſt diſpenſare cum rectore in ætate, ita nec cum vicario poterit, gl. ætate, clem. 1. De officio vicarij.

Epiſcopus audiens Miſſam, vel recipiens procurationem à malè ordinato, vel inſtituto, non cenſetur diſpenſare cum eo, gl. approbare, in clem. 2. De ſententia excommun.

Epiſcopus non poteſt diſpenſare cum homicida, nec cum ſimoniaco, ſi eo ſciente eſt facta: ſecus ſi eo ignorante ſit commiſſa: quod obtinet in ſimplici videlicet beneficio: nam in Prælatura, cum ſimoniaco, ſiue ſciente, ſiue ignorante diſpenſare non poteſt, gloſ. 1. in can. miror, diſt. 50.

Epiſcopus non poteſt diſpenſare cum depoſito, nec cum eo, qui excommunicatus celebrat, nec cum eo, qui accedit ad iudicium ſæculare, nec cum bigamo, neque cum filijs Presbyterorum hodie, d. gloſ. 1. & can. contumaces, diſt. 5.

Epiſcopus diſpenſare poteſt in pleriſque criminibus: & generaliter, vbicumque non prohibetur Epiſcopo diſpenſatio, ſemper poterit diſpenſare, d. gl. 1. ibid

Epiſcopus poteſt diſpenſare in ſacrilegio, & in hæreſi, & in occultis criminibus etiam magnis, can. ſi quis Presbyter. 32. & ibi gl. 1. diſt. 50.

Epiſcopus poteſt diſpenſare in caſibus à iure permiſſis, ibid. 153

Epiſcopus non poteſt diſpenſare in ſacrilegio enormi, gl. 1. ibidem.

Epiſcopus peccat quandoque, ſi non diſpenſat, vbi patet ratio diſpenſandi, gl. neceſſe, in can. domino ſancto, 28. diſt. 50.

Epiſcopus vbicumque poteſt diſpenſare, poteſt etiam tollere infamiam, ibid.

Epiſcopi diſpenſare poſſunt cum hæreticis ad fidem reuerſis, vel cum ſchiſmatico, can. Presbyteros, & ibi gloſ. pen. diſt. 50.

Epiſcopus non potuit diſpenſare cum excommunicato miniſtrante, gl. pen. ibid.

Epiſcopus ſolus olim non poterat ſine concilio reconciliare hæreticum: hodie tamen poteſt, gl. 1. in can. Deo, diſt. 50

Epiſcopus non poteſt diſpenſare, vt bigamus etiam ad minores ordines ordinetur, can. non confidat, diſt. 50.

Epiſcopus non diſpenſat, vt penitus illiteratus ordinetur, ibidem.

Epiſcopus ordinans ſeruum, abſente Domino, videtur cum eo diſpenſaſſe, gl. 3. in can. ſi ſeruus, diſt. 54.

Epiſcopus ordinando aliquem ſibi notum, ipſo facto cenſetur diſpenſare, ibid.

Epiſcopus poteſt diſpenſare in inceſto, qui maior eſt adulterio, gl. fi. in can. virginem, 27. q. 2.

Epiſcopus poteſt diſpenſare, vbicumque non prohibetur, d. gl. fi.

Epiſcopus non poteſt diſpenſare cum bigamis quoad ordinem, ſiue ſint bigami verè, ſiue interpretatiuè, ibid. & gl. 1. in can quotquot, 27. q. 1.

Epiſcopus poteſt diſpenſare in omnibus irregularitatibus, & ſuſpenſionibus ex delicto occulto prouenientibus, excepta ea, quæ procedit ex homicidio voluntario, & exceptis alijs deductis ad forum contentioſum. Concil. Trident. ſſ. 24. De reform. cap. 6.

Reliqua in verbo, Diſpenſare. Diſpenſatio.

154 **EPISCOPVS** in Eccleſijs ſuæ diœceſis debet eſſe contentus iuribus Epiſcopalibus, cap. conquerente. De officio Ordin.

Epiſcopus ab Eccleſijs ſuæ diœceſis nihil poteſt petere vltra iura Epiſcopalia in iure expreſſa; vnde non poteſt petere à clericis aliqua ſeruitia, quæ in iure non ſunt expreſſa, ibidem.

Epiſcopus poteſt petere moderatum auxilium, & charitatiuum ſubſidium, cum rationabili & neceſſaria cauſa, ibid.

Epiſcopus poteſt petere à qualibet Eccleſia ſuæ diœceſis duos ſolidos, nomine cathedratici, præterquam à Monaſterijs: & dicitur cathedraticum, quia honore cathedræ datur: vel ſynodaticum, quia in ſynodo datur, gl. duos, ibid.

Epiſcopo præſtant Monaſteria totius diœceſis ſeruitium ex prima conſtitutione, ſeu conuentione habita in dedicatione: item ratione viſitationis, vel quod debetur ex conſuetudine, gl. de lege, in cap. dilectus, eod.

Epiſcopus in exemptis Eccleſijs nihil habet, cap. a. & ibi gl. ſua. De ſupplend. neglig.

Epiſcopus habet fundatam intentionem ſuam de iure communi ſuper quarta decimarum in Parochia: & idem eſt in quarta oblationum, cap. de quarta. De præſcript.

Epiſcopus in Parochia alterius Epiſcopi non poteſt decimas & Eccleſias poſſidere de iure communi: vnde ſi alleget præſcriptionem in decimis, & Eccleſijs alterius diœceſis, allegare debet titulum, & hunc probare, gl. ſi. in cap. ſi diligenti. De præſcrip.

Epiſcopo debetur canonica portio, ſcilicet quarta pars omnium: quæ relinquitur Eccleſijs, Monaſterijs, & alijs locis pijs, cap. officij, 14. De teſtam.

155 Epiſcopus rectè poteſt petere partem ſuam de relictis Eccleſiæ, licet ſibi fuerit aliquid relictum à teſtatore: niſi eo modo, & non in fraudem fuerit relictum à teſtatore, quod remaneret ea parte contentus, & legatum agnouerit, ibid.

Epiſcopo canonica portio debita varia eſt, & diuerſa, ſecundum locorum conſuetudinem, gl. 1. in d. cap. officij, & cap. requiſiſti, & ibi gl. quartam. De teſtament.

Epiſcopus, cui relictum eſt minus quarta, ex relictis Eccleſiæ poteſt agere ad ſupplementum illius quartæ; quia illa quarta portio non admittit aliquod grauamen, ſicut nec quarta debita iure naturæ, gl. fraudaretur, ibid.

Epiſcopus de relictis Eccleſiæ, & ad pias cauſas, ſecundum conſuetudinem locorum debet habere vel tertiam, vel quartam, d. cap. requiſiſti.

Epiſcopus, vel Eccleſia Parochialis non debet deducere canonicam portionem ex legatis relictis pro ornamentis, pro cereis, ſeu fabrica, pro luminarijs, anniuerſario, ſeptimo, vigeſimo, vel trigeſimo die: niſi in fraudem hoc fieret: vt ex Epiſcopus vel Parochialis Eccleſia defraudaretur, cap. ſi. eod.

Epiſcopo petenti iura Epiſcopalia in Eccleſijs ſuæ diœceſis, etiam poſſeſſis per religioſos, ſufficit probare illas Eccleſias eſſe ſitas in ſua diœceſi: niſi contrarium probetur, cap. conſtitutus. De relig. domibus.

Epiſcopus poteſt remittere iura Epiſcopalia pro annua penſione, nec poteſt dici, quòd in eo committatur ſimonia: quia ex paruitate penſionis non præſumitur Epiſcopum fuiſſe inductum ad ſpiritualia concedenda pro modico temporali, cum plus commodi percipere ſ tum & in ſignum ſubiectionis impoſuiſſe dictam penſionem præſumitur, gl. recompenſationem, ibid.

Epiſcopus non poteſt imponere collectam ſubditis, cap. cum Apoſtolus, §. prohibemus. De cenſib.

Epiſcopus, vbi ſubeſt rationabilis cauſa & manifeſta, poteſt petere à ſubditis moderatum auxilium, quod hodie dicitur charitatiuum ſubſidium: & quæ ſit iuſta cauſa, relinquitur iudicis arbitrio, d. §. prohibemus, & ibi gloſ. rationabilis.

156 Epiſcopi & alij Prælati potius debent de ſuo donare ſubditis, quam ab eis recipere, ibid.

Epiſcopus de omnibus redditibus Epiſcopalia Eccleſiæ medietatem debet habere, de Parochialibus tertiam: deinde illa tertia fuit mutata in quartam: demum ſtatutum fuit, quòd nihil perciperent, niſi velint recipere onus fabricæ, gl. quartæ, in cap. cum olim, 19. De cenſibus.

Epiſcopus in iuribus Epiſcopalibus, & quarta decimarum, quid debeat habere, hodie ſeruatur conſuetudo cuiuſque loci, ſicut & in relictis teſtamentorum, d. gl. quartæ.

Epiſcopus remittens Eccleſiæ ſeruitia, quæ ſibi debebat, & ſtatuens, quòd aliud ſeruitium non imponetur, non intelligitur procurationem remiſiſſe, cap. cum venerabilis, 21. eodem.

Epiſcopi nihil debent exigere, vt permittant in Eccleſijs ſibi ſubiectis clericos inſtitui, Monachos profiteri, vel mortuos ſepeliri: alioquin exacta debent reſtitui duplicata, cap. audiuimus, 41. De ſimonia.

Epiſcopi in Presbyteros non debent exercere tallias, & exactiones indebitas, nec irrationabiliter eos grauare, vel inhoneſtè tractare, cap. 1. De exceſſ. Prælat.

Epiſcopus remittens alicui Eccleſiæ decimas Epiſcopales indefinitè, videtur remiſiſſe non ſolum præteritas, ſed etiam futuras, cap. quia circa 22. De priuilegijs.

Epiſcopus poteſt decimas Epiſcopales ſibi debitas remittere Eccleſiæ inferiori, ibid.

Epiſcopus non debet plus petere à ſubditis, quàm ſit permiſſum à iure: alias reſtitueret duplum, gl. 2. in cap. in quibuſdam. De pœnis.

157 Epiſcopi licet poſſint aliqua iura Epiſcopalia remittere, vel conferre; non tamen poſſunt à ſe correctionem & viſitationem abdicare, gl. ſedis Apoſtolicæ, in clem. quia contingit. De religioſ. dom.

Epiſcopi, qui in Monaſterijs Ciſtercienſis ordinis procurantur ex debito, ipſis volentibus carnes miniſtrari, debent extra ſepta Monaſterij, vel ſaltem extra portam, quæ dicitur regularis, clem. ad noſtrum. De cenſibus.

Epiſcopi prohibentur petere carnes ſibi miniſtrari in Monaſterio, quòd ratione loci aliquid prohibetur, quod aliàs licet, ibidem.

Epiſcopi, qui in Monaſterijs Ciſtercienſis ordinis charitatiuè procurantur, ſint contenti cibarijs, quæ per illos ſibi miniſtrantur, ibid.

Epiſcopus poteſt exigere charitatiuum ſubſidium, dummodo ſit moderatum, gl. in exigendo, in clem. 1. De exceſſ. Prælat.

Epiſcopi comprouinciales poſſunt iura Epiſcopalia ſupplere, cum ſemper vicini Epiſcopi ſuppleant defectum alicuius vacantis Eccleſiæ, gloſ. Epiſcoporum, in can. 2. §. ſi. diſt. 100.

Epiſcopus non debet grauamen, ſeu ſeruile ſeruitium ex vſu, contra Eccleſiaſticam normam imponere Abbatibus, ſeu clericis, can. nullus Epiſcopus, 164. 1. q. 1.

Epiſcopi nihil debent habere de Eccleſia, præter cathedraticum, gl. 1. in can. de his, 10 q. 2.

158 Epiſcopus habet dimidiam de redditibus & oblationibus Eccleſiæ Cathedralis: & alij clerici eiuſdem Eccleſiæ, aliam dimidiam, can. antiquos, 10. q. 1.

Epiſcopus nomine cathedratici debet habere duos ſolidos à qualibet Eccleſia diœceſis, præterquam à Monaſterijs, gl. 1 in ſumma, 10 q. 3.

Epiſcopus poteſt in neceſſitate petere collectam à clericis, ibid.

Epiſcopus præter cathedraticum poteſt petere procurationem moderatam, gl. 1. in ſumma, 10. q. 3.

Epiſcopus nihil debet exigere ab Eccleſijs diœceſis, præter honorem cathedratici, id eſt duos ſolidos à qualibet illarum, can. 2. 10. q. 3.

Epiſcopus non poteſt petere ab Eccleſijs Parochialibus tertiam partem oblationum: ſed illa fabricæ Eccleſiæ reſeruari debet, d. cap. 1.

Epiſcopus non debet compellere clericos ſibi ſeruire more ſeruili, ibid.

Epiſcopis, quibus bona ſua non ſufficiebant, olim erat debita tertia portio de Parochialibus Eccleſijs: hodie illa tertia illis ſubtrahitur, & deputatur fabricæ, can. priſcis, 10. q. 3.

Epiſcopi olim recipiebant tertiam partem de oblationibus Eccleſiarum Parochialium, ibid.

159 Epiſcopus de Eccleſijs Parochialibus nihil debet exigere vltra tertiam partem oblationum, can. vom. 10. q. 3.

Epiſcopus ad ſuum commodum habet vnam tertiam pro ſe, & aliam poteſt tenere, ſi vult ſubire onus fabricæ: præterea habebit tertiam partem oblationum tempore dedicationis, gl. 1. ibid.

Epiſcopus poſtquam accepit quartam fabricæ, debet & tenetur reparare Eccleſiam: cum res tranſeat cum onere ſuo: nec poterit cedere illam partem Eccleſiæ, d. gl. ibidem.

Epiſcopus poteſt tertiam oblationum Parochialis Eccleſiæ, in vſus ſuos conuertere, cùm Eccleſia non eget reparatione, ibid.

Epiſcopi pro itinere ad Papam, vel Regem, non poſſunt petere vltra ſtatutam quantitatem, gloſ. pro regijs, ibidem.

Epiſcopus vltra duos ſolidos pro cathedratico non poteſt exigere, nec procurationes vltra vires, procurantium exigere debet, can. illud, 10. q. 3.

160 Epiſcopus non debet ſeruare antiquam conſuetudinem in exigendo cathedratico, & parte oblationum factarum in die dedicationis Eccleſiæ, can. nec numerus, 10. q. 3.

Epiſcopi prohibentur vltra id, quod canones iubent, ab Eccleſijs vel clericis exigere: & contrà facientes debent per Metropolitanum coerceri, can. quia cognouimus, 10. q. 3.

Epiſcopus non præſcribit in his, quæ contra ius commune vſurpauit, ibid.

Epiſcopi non poſſunt fatigare clericos angarijs, & parangarijs, & indictionibus, ibid.

Epiſcopi nihil debent petere ab aliquo, niſi oſtendant per canones illud ſibi debitum, gl. 2. ibid.

Epiſcopus ſi habeat ſumptus, vnde poſſit expendere, non debet alios grauare, can. cauendum eſt, 10. q. 3.

Epiſcopus debet expendere, dum eſt in via, omne id quod domi expendere conſueuit: immo plus, gloſ. fin. ibidem.

Epiſcopus à qualibet Eccleſia non debet exigere vltra duos ſolidos pro cathedratico, à quo Monaſteria ſunt exempta, can. inter cætera, 10. q. 3.

Epiſcopus tertiam partem ſibi debitam de rebus Parochialium, & Eccleſiarum poterit relinquere illi Eccleſiæ, vel alteri, can. ſi. 12. q. 2.

161 Epiſcopus debet recipere tertiam partem de prouentibus Eccleſiarum Parochialium: & aliàs percipit quartam, d can. fin.

Epiſcopus tàm de oblationibus, quàm de tributis & fructibus, tertiam debet habere: quòd ſi aliquid amplius de illis perceperit, omne id per concilium reſtaurari debet, conditoribus ipſis appellantibus, can. conſtitutum eſt, 16. q. 1.

Epiſcopo quandoque debetur tertia, quandoque quarta, vel medietas de oblationibus & tributis: & in his loci conſuetudo eſt ſeruanda, gl. 2. ibid.

Epiſcopus non debet exigere aliquid à clericis, & pijs locis. vltra ſtatutum à patribus, can. nulli Epiſcoporum, 16. qu. 1.

Epiſcopus à pauperibus nihil debet exigere, gl. fi. ibid.

Epiſcopus, ſi exigat aliquid à ſubdito, negari poteſt ei, niſi oſtendat hoc à canone ſibi conceſſum, gl. 1. ibid.

Epiſcopus gratia turpis lucri, nihil debet exigere à Monachis, vel clericis ſuis, can. prædicator Eccleſiæ, 16. q 1.

Epiſcopus alterius diœceſis, etiamſi præſcribat Eccleſiam alterius diœceſis, quoad temporalia. & iura Epiſcopalia præſcribit: non tamen præſcribit ius Epiſcopale, can. ſicut diœceſim, 16 q. 3.

162 Epiſcopus, qui decimas & oblationes dat militibus conſanguineis, vel ſeruitoribus, & non ſacerdotibus, inter maximos hæreticos & antichriſtos haberi debet: & laici recipientes, & Epiſcopus dans illas, pœnis æternis deputentur, can. peruenit, 16. q. 7.

Epiſcopi in Monaſterijs non debent plus vendicare, quàm canones ei concedunt, can. 1. 18. q. 2.

Epiſcopi debent eſſe contenti ſuis Eccleſijs, & Monaſteria angarijs, vel quibuslibet obſequijs ſecularibus nullo modo debent ſubijcere, can. quam ſit, 18. q. 2.

Epiſcopus non debet exigere aliquid à Monaſterio, vltra id, quod conuentum & conſtitutum eſt tempore dedicationis, can. Eleutherius, 18. q. 2.

Epiſcopus poteſt vnam Eccleſiam in totum eximere, gl. 1. in ſumma, 25. q. 2.

Epiſcopus poteſt auferre alicui priuilegium eligendi, ibid.

Epiſcopus poteſt eximere aliquam Eccleſiam à iure procurationis: hoc autem priuilegium concedere debet Epiſcopus conſenſu capituli ſui, ibid.

Epiſcopus nihil poteſt petere, niſi quod ſibi permiſſum eſt à canone, gl. 1. in can. amputato, 25. q. 2.

Reliqua in verbo, Cathedraticum. Eccleſia, 136. vſque 140.
Procuratio. Subiectio. Quarta. Decima. 17 21.
Contributio. Collecta. Mortuariorum.
Præſcribere, 3 Prælatus, 5.

163 EPISCOPVS ſingulis annis debet viſitare Parochiam ſuam, id eſt diœceſim: niſi dimittat hoc, ne Eccleſiæ grauentur propter eius acceſſum; vel quia Epiſcopus ire non poteſt, & tunc mittat Archidiaconum, cap. 1. & ibi gl. de tertio. De officio Archidiaconi.

Epiſcopus poteſt viſitare Eccleſias ſemel tantùm in anno, imò quoties neceſſitas fuerit, gl. annuam, & gl. viſitandas, in cap. conquerente. De officio Ordinar.

Epiſcopus poteſt viſitare Monaſteria, ſicut & Eccleſias ſeculares, cap. vt iuxta, eod.

Epiſcopus viſitans Monaſterium non introducat ſeculares, ſed duos aut tres canonicos ſuos cum aliquibus religioſis, ibidem.

Epiſcopus dum viſitat, dicitur militare, cap. cum ex officij. De præſcriptio.

Epiſcopus quantumcumque eximat Eccleſiam, nihilominus ſibi retinet viſitationem & procurationem, cap. cum venerabilis, & ibi gl. 2. De cenſibus.

Epiſcopi non debent habere procurationem, niſi quando accedunt ad Eccleſiam cauſa correctionis, ibid.

Epiſcopi debent habere moderatam procurationem, ibid.

Epiſcopus non debet viſitare Eccleſiam, quam certus eſt non indigere viſitatione: quia cum cauſa correctionis viſitare debeat, ceſſante cauſa debet ceſſare effectus, gl. fin. ibid.

Epiſcopus regulariter ſemel in anno viſitare debet: ſi tamen videat, quòd pluries indigeat viſitatione, poterit viſitare, quoties opus erit, ibid.

164 Epiſcopus cum ſolito ordine ſuorum anteceſſorum viſitat, ſolemnis procuratio ſemel tantum in anno ei debet dari: aliæ autem procurationes debentur ei non cum tanta ſolemnitate, ibidem.

Epiſcopus ſi non viſitat, non poteſt aliquid exigere ratione procurationis, cap. procurationes, 23. De cenſibus.

Epiſcopus poteſt viſitare diœceſim per alium, cum ipſe intereſſe non poſſit, propter latam & diffuſam diœceſim, gl. 3. ibid.

Epiſcopi exercentes officium viſitationis, non debent quærere quæ ſua ſunt, ſed quæ ſunt Ieſus Chriſti, prædicatione & exhortatione, ibid.

Epiſcopus poteſt & debet viſitare, non ſolum Eccleſias diœceſis, ſed etiam ciuitatis, in qua eſt Epiſcopus: & procurationes ratione viſitationis poteſt exigere ab eis, cap. venerabili, 24. eodem.

Epiſcopus non debet exigere procurationem, ratione viſitationis, ab Eccleſia, quæ eſt adeo pauper, quòd non poſſit Epiſcopum procurare, gl. 2. ibid.

Epiſcopus viſitans vel conſecrans, procurationem integram recipit, & nihil deducit, gl. moderatas, in cap. ſtatutum, §. inſuper. De reſcriptis, lib. 6.

Epiſcopus, cum poteſt, ſuam diœceſim viſitat per alium, & debet illi prouidere in neceſſarijs: viſitati autem prouidebunt in victualibus ipſi vicario viſitanti, & non Epiſcopo, cap. ſi Epiſcopus. De officio Ordin. lib. 6.

Epiſcopus non viſitando perſonaliter, non debet habere procurationem reſpectu perſonæ ſuæ, ibid.

Epiſcopus, cum viſitat per ſuum vicarium, debet ei ſubminiſtrare neceſſaria; ſcilicet parare equos, veſtes, & familiam, & alia oportuna, præterquam victualia, gloſ. prouidere, ibid.

Epiſcopus ſemel in anno debet viſitare diœceſim, & ex cau- 165
ſa etiam pluries, gl. 1. ibid.

Epiſcopus, ſi non poteſt accedere particulariter ad quemlibet locum in viſitatione, debet conuocare clericos & laicos ad vnum congruum locum illius viciniæ, cap. 1. De cenſib. lib. 6.

Epiſcopus viſitans Monaſterium, non tenetur Monachos illius Monaſterij accipere pro tabellionibus, etiamſi hoc haberet conſuetudo, extrauag. debent. De officio Ordin. inter communes.

Epiſcopus in actu viſitationis non debet eſſe ſolus: ſed duos, vel tres clericos, cum notario, qui ſimiliter ſit clericus, ſecum debet aſſumere, ibid.

Epiſcopi non debent petere procurationes viſitationis, ſi non viſitant, gl. 1. in can. non oportet, 1. diſt. 42.

Epiſcopus poteſt viſitare Eccleſias, quoties fuerit neceſſarium & vtile Eccleſijs, can. regenda, 10. q. 1.

Epiſcopi debent eſſe ſoliciti in viſitandis ſuis Parochijs, ad prædicandum, & confirmandos pueros, negligentia & auaritia omnino ceſſantibus, can. relata, 10. q. 1.

Epiſcopus non viſitans Parochias non debet habere procurationem, nec poteſt exigere commeſtionis æſtimationem, ibidem.

Epiſcopi debent viſitare ſingulis annis ſuas Eccleſias, ibid. & can. Epiſcopus, 10. q. 1.

Epiſcopus valetudine impeditus, ſi non poterat viſitare ſuas 166
Eccleſias per ſe, poterat viſitationis officium committere alijs, can. decernimus, §. fi. & can. Epiſcopi, 10. q. 1.

Epiſcopus viſitans, quando inuenit ignaros Presbyteros, debet eos docere, can placuit, 10. q. 1.

Epiſcopus viſitans Parochias debet ante omnia diſcutere de vita clericorum, & de baptiſmo, & ordine Miſſarum, & de officio, in officio celebrando, ibid.

Epiſcopus non debet compellere Presbyteros, aut clericum conuiuia nimis magna ſibi præparare, cum viſitat eos, ne victum longi temporis breuis hora conſumat, can. illud, & ibi gl. 1. 10 q. 3.

Epiſcopo viſitanti dandum eſt lac ad bibendum, ne ieiuniorum doctrinam rubentibus buccis prædicet: nec bibet vltra tertiam vicem, & comedet lardum, vel carnes vaccinas, vel veruecinas cum aceto, gl 1. in can. illud, 10. q. 3.

Epiſcopi viſitantes Parochias lucris animarum intendant, & non ſpoliandis vel depredandis hominibus, cum fratrum ſcandalo: & ſi eis proprij ſumptus deſint, ſine grauamine charitatiuè recipiant, can. cauendo, 10. q. 3.

Epiſcopus in viſitatione Parochiarum debet confirmare homines, ibid.

Epiſcopi in viſitandis Parochijs debent præcauere, ne aliquem grauent vltra quàm poſſit, ibid.

Epiſcopi viſitantes Parochias debent præcauere, quando proprij ſumptus deſunt, ibid.

Epiſcopus cum viſitat, poteſt percipere ſumptus, non ſolum à clericis, ſed etiam a laicis, ibid.

Epiſcopus diœceſim viſitans vltra quinquaginta equitaturas 167
non ducit, nec vltra diem vnam in qualibet Eccleſia morari poteſt: & horum tranſgreſſor correctioni canonicæ ſubiacebit, can. inter cætera, 10. q. 3.

Epiſcopus viſitans non debet in procurationibus ſibi debitis nimis Eccleſiam aggrauare, can. pen. 10. q. 3.

Epiſcopus vltra duos ſolidos nomine cathedratici exigere non debet, & procurationem, ſecundum mediocritatem loci, moderatam tantum debet recipere, can. ſi. 10. q. 3.

Epiſcopo debetur procuratio, cum accedit ad Eccleſiam, propter vtilitatem illius: ſecus ſi accedit cauſa proprij negotij, gl. fi. in can. viſitanti, 18. q. 2.

Epiſcopus adire poteſt Monaſterium gratia viſitandi & exhortandi, quoties vtilitas & neceſſitas exegerit: alias ſemel in anno tantum veniet, d. cap. viſitanti, & ibi gl. 1.

Epiſcopus hodie bis in anno poteſt ex officio ſuo viſitare, d. gl. 1.

Epiſcopus cum viſitat Eccleſiam, vel Monaſterium, non debet exigere immoderatum & enormem procurationem,

ſed

ſeu ſecundum quod eſt taxatum, gloſ. fin. ibidem.

Epiſcopi non tantum ſemel, ſed ſæpius, viſitare poſſunt Monaſteria Monachorum: & ſi aliquid corrigendum fuerit, corrigatur, can. non ſemel, 18 q. 2.

Epiſcopi per ſeipſos ſolos, vel illis quibus ſibi videtur adiunctis, iuxta canonicas ſanctiones, toties quoties opus fuerit, poſſunt viſitare, corrigere, & emendare capitula cathedralium, & illorum perſonas, non obſtantibus exemptionibus, conſuetudinibus, & ſententijs. Concil. Trid. ſeſs. 6. De reform. cap. 4.

Epiſcopi debent elaborare, vt hortando & monendo ſubditos, ab illicitis deterreant, ne, vbi deliquerint, debitis eos pœnis coercere cogantur: quos ſi quid per humanam fragilitatem peccare contigerit, illud Apoſtoli dictum ſeruandum eſt ab eis, vt eos arguant, obſecrent, increpent in omni patientia. Concil. Trident. ſeſs. 13. De reformat. cap. 1.

168 Epiſcopi, etiam tanquam Apoſtolici delegati, poſſunt viſitare ſingulis annis Monaſteria commendata, Abbatias, Prioratus, in quibus non viget regularis obſeruantia: & etiam beneficia, tam curata, quàm non curata, ſecularia, & regularia, qualitercumque commendata, etiam exempta. Concil. Trid. ſeſs. 21. De reform. cap. 8.

Epiſcopi cum viſitant Monaſteria, Prioratus, vel etiam beneficia curata, vel non curata, debent curare congruentibus remedijs, etiam per ſequeſtrationem fructuum, vt quæ renouatione, aut reſtauratione indigent, reficiantur, & cura animarum, ſi qua illis, vel eorum annexis imminet, & alia obſequia rectè exerceantur, non obſtantibus appellationibus, priuilegijs, &c. ibid.

Epiſcopi in caſibus à iure expreſſis omnium piarum voluntatum ſunt executores, & habent ius viſitandi hoſpitalia, collegia, & confraternitates laicorum: non vero quæ ſub Regum immediata protectione ſunt, ſine eorum licentia. Concil. Trid. ſeſs. 22. De reform. cap. 8.

Epiſcopi ex officio ſuo poſſunt viſitare, cognoſcere, & exequi eleemoſynas montis pietatis, & quæcumque pia loca, etiamſi prædictorum locorum cura ad laicos pertineat, atque illa loca exemptionis priuilegio ſint munita: tum & omnia loca, quæ ad Dei cultum, aut animarum ſalutem, ſeu pauperes ſuſtentandos ſunt inſtituta, ibid.

Epiſcopi, Archiepiſcopi, Patriarchæ, Primates, propriam diœceſim per ſeipſos, aut per ſuum vicarium generalem, aut viſitatorem, viſitare non prætermittant: quòd ſi quotannis totam, propter eius latitudinem, viſitare non potuerint, ſaltem debent maiorem eius partem viſitare: ita quòd totam biennio per ſe, vel viſitatores viſitent, Concil. Trid. ſeſs. 24. De reform. cap. 3.

Epiſcopi in omnibus his, quæ ad viſitationem, ac morum correctionem ſuorum ſubditorum ſpectant, ius, & poteſtatem habent, tanquam Sedis Apoſtolicæ delegati, ea ordinandi, moderandi, puniendi, & exequendi, iuxta canonicas ſanctiones, quæ illis ex prudentia ſua, pro ſubditorum emendatione, ac diœceſis ſuæ vtilitate neceſſaria videbuntur. Concil. Trident. ſeſs. 24. De reform. cap. 20.

Reliqua in verbo, Viſitare. Viſitans. Viſitatio. Viſitator. Appellare, 10 Archidiaconus, 5 2. 3. Archiepiſcopus, 21. Procuratio. Correctio, num. 4. 7. Prælatus, 66. 67. 68.

169 EPISCOPVS, quòd non teneatur requirere conſilium capituli in inquirendo, corrigendo, & puniendo ſubditorum exceſſus, poteſt conſuetudine introduci, cap. 3. De conſuetud. lib. 6.

Epiſcopus dicens ſe præſcripſiſſe poteſtatem in requirendis exceſſibus ſubditorum, ſine conſilio capituli, arctatur onere probandi, ibid.

Epiſcopi ita debent corrigere clericorum exceſſus, quòd metu pœnæ ipſi coerceantur, & alij pertimeſcant, clem. 5. De officio Ordin.

Epiſcopus ſolus ſuper correctione exceſſuum, & delictorum in ſua diœceſi, habet fundatam intentionem de iure communi, ibid.

Epiſcopi debent eſſe vigilantes circa correctionem clericorum, ibid.

Epiſcoporum officium eſt, ſubditos delinquentes corrigere, ibid.

Epiſcopis licet de iure communi deferatur, & pertineat ad eos correctio clericorum ſuæ diœceſis: poteſt tamen ad alios de iure ſpeciali pertinere, gl. Epiſcopis, ibid.

Epiſcopus negligens punire crimina ſubditorum, dicendus eſt magis canis impudicus, quàm Epiſcopus, can. nemo, diſt. 83.

Epiſcopus, ſi exceſſerit modum in corrigendo, non cogitur veniam à ſubditis poſtulare, gl. 1. in ſumma, diſt. 86.

Epiſcopus poteſt corrigere œconomum diſpenſantem res Eccleſiæ, ſicut & Archidiaconos, gloſ. 2. in can. quia in quibuſdam, diſt. 89.

170 Epiſcopus ſi non corrigit ſubditum, ſuſpendendus eſt, gloſ. excommunicationi, in can. quicquid, 101. 1. q. 1.

Epiſcopus, qui clericos non corrigit, non valet corrigere populum, cap. pen. 8. q. 1.

Epiſcopus non debet cum iracundia commoueri contra ſubditum ſuum, ſiue corrigendo, ſiue excommunicando eum, can. ſi Epiſcopus forte, 11. q. 3.

Epiſcopus ita debet ſe habere cum ſubditis, quòd plus erga corrigendos agat beneuolentia, quam authoritas, plus exhortatio quàm comminatio, plus charitas quam poteſtas. Concil. Trident. ſſ. 13. De reform. cap. 1.

Epiſcopus eum videns, quòd ad electi grauitatem virga opus fuerit, tunc enim manſuetudine rigor, cum miſericordia iudicium, cum lenitate ſeueritas adhibenda eſt, vt ſine aſperitate, diſciplina populis ſalutaris & neceſſaria conſeruetur: & qui correcti fuerint, emendentur: aut ſi reſipiſcere noluerint, cæteri ſalubri in eos animaduerſionis exemplo à vitijs deterreantur, ibid.

Reliqua in verbo, Correctio. Punire. Pœna. Viſitare. Viſitans. Viſitator. Prælatus, 61. vſque 65.

EPISCOPVS cum capitulo poteſt Eccleſiam Parochialem facere Eccleſiam collegiatam, & diſponere, vt clerici etiam ſeculares viuant in commum, & ſub vno tecto dormiant, cap. quoniam, De vita & honeſtat. 171

Epiſcoporum proprium priuilegium eſt, & non inferiorum, Monaſterium vel Eccleſiam conſtruere in diœceſi ſua, cap. pen. De donation.

Epiſcopus non poteſt conſtruere Monaſterium, vel Eccleſiam, extra diœceſim ſuam, ibid.

Epiſcopus à principio non poteſt conſtruere Monaſterium de nouo, nec Eccleſiam ſecularem conſtructam regulis Monaſticis informare, ſine conſenſu capituli: ſed poſtquam hæc ſunt acta, poteſt Epiſcopus ſolus donationem quinquageſimam, vel centeſimam facere, quando tamen eſt neceſſaria, dd. repr. gl. largiri, in cap. pen. in fi. eodem.

Epiſcopus pro Eccleſiæ conſecratione nihil poteſt, vel debet exigere, præter procurationem, cap. cum ſit Romana, in. & ibi gl. 2. De ſimonia.

Epiſcopus Eccleſiam debet conſecrare ſuis ſumptibus, ſi Eccleſia non habeat, vnde procurationes præſtare poſſit Epiſcopo, d. gl. 1.

ab Epiſcopis diœceſanis ſunt poſtulanda chriſma, oleum ſanctum, conſecrationes Baſilicarum, & ordinationes, niſi aliud in ipſorum priuilegiis concedatur, gl. inſtituta, in cap. 2. De priuileg. lib. 6.

Epiſcopus, qui ex ordine poteſt conſecrare, ſi conſecret alienam Eccleſiam, vel altare: vel ordinet alienum ſubditum, quod non poteſt ex iuriſdictione: conſecratio tamen & ordinatio bene tenet, licet ordinatus executione ordinum careat, gl. 5. in fi. in reg. ea quæ, 26. De reg. iur. lib. 6.

Epiſcopus prohibetur, ne conſecret alterius Eccleſiam: tamen ſi conſecrauerit, tenet conſecratio, gl. 2. in can. viles, diſt. 10.

Epiſcopus licet non conſecret Eccleſiam, niſi dos fuerit ei aſſignata: tamen illud non eſt ſimonia, gl. conſolationi, in can. quicquid, 101. 1. q. 1.

Epiſcopus cum conſenſu capituli ſui poteſt parochialem Eccleſiam erigere in Monaſterium: & eo casu poteſt ei aliquid donare de rebus Eccleſiæ ſuæ, ſine illius graui detrimento, can. ſi Epiſcopus vnam, 22. q. 2.

Epiſcopus conuertens Eccleſiam ſecularem, in regularem, requirere debet conſenſum clericorum Eccleſiæ cathedralis, & etiam illius Eccleſiæ ſecularis: ſi tamen Epiſcopus clericis illius Eccleſiæ ſecularis prouideat neceſſaria ibi, vel alibi, tunc etiam eis inuitis poteſt hoc facere, gloſ. fin. in d. can. ſi Epiſcopus vnam, & can. bonæ rei, 12. qu. 2. 172

Epiſcopus, qui ædificauit Eccleſiam in alienis diœceſibus, ſed in proprijs prædiis, id eſt in patrimoniali loco, non habet ibi poteſtatem, nec quoad temporalia, nec quoad ſpiritualia, in ſumma, & ibi gl. 2. 16. q. 5.

Epiſcopus, qui ædificauit Eccleſiam in ſolo Eccleſiæ cui præeſt, & in alterius diœceſi, habet poteſtatem ibi quoad temporalia, non quoad ſpiritualia: ſicut & Monachi, gloſ. 2. ibidem.

Epiſcopus, qui in alterius diœceſi Eccleſiam ædificat, eius conſecrationem ſibi vendicare non poteſt: ex gratia tamen ius præſentandi ſibi tanquam patrono reſeruatur: ſed inſtitutio Epiſcopo territorij, can. 2. 16. q. 5.

Epiſcopo non præiudicant decreta, quæ dicunt, quòd Eccleſia inuito Epiſcopo poteſt conſtitui vel conſecrari: ſi contrà factum fuerit, nullum ſeruitium Dei ibi debet celebrari, gl. non maculent, in can. certum, De conſecrat. diſt. 5.

Epiſcopi particularia decreta poſſunt condere, & leges & canones conſtituere, & conſuetudines inducere ſeruandas in parochijs ſuis in ſubditos ſuos, conſenſu eorumdem, ſine præſentia Papæ, vel eius delegati, gl. fi. in can. 2. De conſecrat. diſt. 3.

ſine Epiſcopi licentia non licet ædificare oratorium, nec in oratorijs ponere campanas, gloſ. 2. in can. quidam, 18. qu. 2.

Reliqua

Reliqua in Verbo, Eccleſia, 65. 66. 67. 68. vſque 72. Conſacratus. Conſacrari.

173 **EPISCOPVS** timens, ne patronus præſentet aliquem non idoneum Eccleſiæ, poterit ipſum adiurare, vt bonum, & vtilem præſentet, cap. conſtitutis, 46. De appellatione.

Epiſcopus poteſt compellere patronos Eccleſiarum diſcordantes per ſubſtractionem diuinorum, vt ad concordiam redeant, cap. 2. De iur. patron.

Epiſcopo poteſt concedi ius patronatus: etſi in dubio videtur ſibi conceſſum contemplatione Eccleſiæ, cap. ſignificaſti, 28 eod.

Epiſcopus ſine præſentatione poteſt inſtituere rectorem in Eccleſia iuris patronatus, ſi quando præſentatus ſine ſcandalo inſtitui non poteſt, & quando patroni contendunt de iure patronatus, vltra debitum tempus ad præſentandum præfixum, cap. 3. De iure patron.

Epiſcopus poteſt inſtituere ſecundò præſentatum, & non primum, cap. quod autem, 5. eod.

Epiſcopus non poteſt conferre beneficium iurispatronatus ſine præſentatione patroni, etiam Eccleſiaſtici; & inſtitutio facta ſine præſentatione patroni eſt de rigore iuris irritanda, cap. illud, eod.

Epiſcopus, qui debet inſtituere Eccleſiam, non debet expectare patronos contendentes ſuper iure patronatus, niſi vſque ad tempus patronis præfixum ad præſentandum, cap. ſi vero, 22. eod.

Epiſcopus ſi ordinauerit alios, non quos patronus præſentauerit, talis ordinatio, ſeu collatio irrita eſt: & alius, quem patronus voluerit, ſubſtituetur, can. decernimus, 7. q. 7.

Epiſcopus inuito patrono non poteſt de Eccleſia facere Monaſterium: quia in hoc iam derogaretur iuri patroni in electione, & in recipiendo ab Eccleſia alimenta, gloſ. à domino, in can. Monaſterium, 16. q. 7.

Epiſcopus tenetur præſentatum recipere, niſi aliquid obijciatur in perſonam eius: & ſi ob id Epiſcopus nolit admittere, poteſt patronus eum ſuperiore agere, vt Epiſcopus crimen probet, vel eum admittat, gloſ. fin. ibid.

Epiſcopus propter diſcordiam patronorum debet claudere Eccleſiam, gl. 2. in can. ſi plures, 16. q. 7.

Epiſcopus in fundatione Eccleſiæ poteſt ad petitionem patroni transferre in alium ius confirmandi Prælatum illius Eccleſiæ, licet illud ius competat ipſi Epiſcopo, cap. cum dilectus. & ibi gl. conſtitutum. De conſuetud.

Epiſcopus in ipſa fundatione Eccleſiæ cum capitulo, poteſt conſtituere de voluntate patroni, quòd illa Eccleſia ſit alteri ſubiecta: & quòd clerici inſtituendi ſemper eligerent ſibi Prælatum de maiori Eccleſia, gl. conſtitutum, ibidem.

Reliqua in verbo, Eccleſia, 152. 153. Patronus. Iuſpatronatus. Clericus, 53. vſque 57.

174 **EPISCOPVS** poteſt facere ſtatuta in diœceſi, etiam quæ vires extendant ad ſeculares: dum tamen non faciat contra canones, cap. licet. De offic. Ordin. & can. certe, 12. q. 2.

Epiſcopus non poteſt ſtatuere contra ius commune, cap. quod ſuper his. De maior. & obed.

Epiſcopi debent facere ſynodos Epiſcopales ſingulis annis, & publicare agitata in prouinciali ſynodo: & hæc negligentes ab executione officij ſuſpenduntur, cap. ſicut olim 25. De accuſat.

Epiſcopus poteſt adiuuare diſpoſitionem canonis, per appoſitionem pœnæ, cap. 2. De eo qui ord. furt.

Epiſcopi poſſunt facere ſtatuta in ſuis diœceſibus: quod verum eſt, quando non ſtatuunt contra ius canonicum: ſecus ſi ſtatuerent contra ius canonicum: quia tunc non valerent, cap. ſi. & ibi gl. ſtatuto. De conſtit. lib. 6.

Epiſcopus poteſt condere ſtatutum, quo, in omnes qui furtum commiſerint, excommunicationis ſententia promulgatur, d. cap. ſi.

Epiſcopi non poſſunt facere contra inhibitionem generalis canonis, gloſ. concilij, in extrauag. ſancta Romana. Ioannis 22.

Epiſcopi ſunt adſtricti ad obſeruantiam canonum, ibid.

Epiſcopi non tenentur venire ad concilium, ad citationem Regis, vel Imperatoris, can. concilia, § huic etiam, & ibi gl. 2. diſt. 17.

Epiſcopi in concilijs congregati, ſecundum ordinationis tempus, in ſeſſionibus, ſubſcriptionibus, & alijs rebus debent præferri, can. Epiſcopos, diſt. 17 ſi alij ſint loco Metropolitani vel alicuius maioris dignitatis qui licet ſint poſterius ordinati, præferuntur antea ordinatis, gl. 1. ibid.

Epiſcopi poſſunt condere canones Epiſcopales, & Archiepiſcopi Prouinciales in ſuis ſynodis: ſed non poſſunt ſtatuere de maioribus negotijs, gl. 2. in ſumma, diſt. 18.

Epiſcopi ſecundum ſuæ ordinationis tempus, conſeruato Metropolitano, Primatum debent præſcire in ſeſſionibus, & alijs, can. placuit, diſt. 18.

Epiſcopi debent facere ſynodum bis in anno: in quibus, de omnibus querelis, quæ inter diuerſos Eccleſiæ ordines naſci ſolent, iudicetur: quòd ſi ibi decidi non poſſint, ad Metropolitanum, vel ad Papam referuntur, can. de concilijs, diſt. 18.

Epiſcopi, qui ad concilium vocati venire recuſant, debent corripi, can. peruenit, diſt. 18. 175

Epiſcopus, ſi legitimè impeditus venire nequeat ad ſynodum, debet mittere ſubſtitutum, can. Epiſcopus, diſt. 18.

Epiſcopum non excuſat quodlibet impedimentum, vt ire non debeat ad ſynodum: ſed requiritur, quòd impedimentum ſit graue, ibid.

Epiſcopi ad ſynodum Prouincialem vocati, ſi neque ætate, neque ægritudine, neque alia grauiori neceſſitate impediuntur, debent ire, can. placuit, 2. diſt. 18.

Epiſcopus impeditus ire ad ſynodum, literas excuſatorias debet dirigere Archiepiſcopo: alioquin aliorum Epiſcoporum communione priuatur, ibid.

Epiſcopus impeditus ire ad ſynodum non ſufficit, quòd in literis excuſatorijs dicat ſe non poſſe venire, niſi & rationem impedimenti aſſignet, & eam probet ſaltem per vnum teſtem, & ſuo iuramento, gl. pe. ibid.

Epiſcopus non debet cogere Abbatem ire ad ſynodum: niſi rationabilis cauſa exiſtat, can. Epiſcopus non debet, diſt. 18.

Epiſcopus à Metropolitano vocatus ad ſynodum, ſi abſque graui neceſſitate ſynodo adeſſe neglexerit, vſque ad proximam ſynodum à communione Epiſcoporum priuatur, can. ſi Epiſcopus, & can. ſi quis Epiſcoporum, diſt. 18.

Epiſcopus vocatus ad ſynodum à Metropolitano, licet teneatur obedire ei: ſi tamen vocetur a rege, debet primo obedire regi, quam ſynodo, can. ſi Epiſcopus, diſt. 18.

Epiſcopi in ſuis Eccleſijs debent notificare, & publicare intra ſex menſes, quæ ſtatuta ſunt in concilio Prouinciali, vel Epiſcopali: alias duorum menſium ſpatio ſuſpenduntur officio, can. decernimus, diſt. 18.

Epiſcopi omnes ſunt de numero concilij Epiſcopalis, can. nunc autem, diſt. 21.

Epiſcopi debent compellere ſubditos ad obſeruandum canones, can. ſubdiaconibus, diſt. 32. clem. 1. De ætate & qualit.

Epiſcopi, qui nulli Archiepiſcopo ſubijciuntur, aliquem vicinum Metropolitanum ſemel eligant, in cuius ſynodo Prouinciali cum alijs intereſſe debent, & quæ ibi ordinata ſunt obſeruent, & faciant obſeruari: in reliquis eorum exemptio, & priuilegia ſalua, & integra maneant. Concil. Trident. ſeſſ. 24. De reform. cap. 2.

Reliqua in verbo, Synodus. Concilium. Statutum.

EPISCOPVS ſi fuerit ſuſpectus de dilapidatione, datur ei coadiutor, cap. venerabili, 37. De officio delegat. 176

Epiſcopus poteſt concedere poſſeſſiones Eccleſiæ, pro oratorijs & hoſpitalibus conſtruendis, ſine maxima Eccleſiæ læſione, cap. olim, 12. De reſtit. ſpoliat.

Epiſcopus non eſt ſimoniacus, cum ipſe Epiſcopus concedit aliquas Eccleſias pijs locis, ſi in eis aliquid reſeruet nomine penſionis, gl. 2. in d. cap. olim.

Epiſcopus, qui ſuſpectus eſt de dilapidatione, debet cautionem præſtare, gl. 1. in cap. intellecta, 33. De iureiurand.

Epiſcopi iurant in conſecratione, quòd iura ſui Epiſcopatus non alienabunt, nec de nouo infeudabunt, ibid.

Epiſcopus licet non ſit rerum Eccleſiaſticarum, & ipſarum Eccleſiarum dominus, habetur tamen loco domini: & permutare poteſt, ſicut dominus, cap. cum venerabilis. De exceptio.

Epiſcopus non poteſt de iure communi ad libitum diſponere de rebus pertinentibus ad Eccleſiam ſibi ſubiectam, ibidem.

Epiſcopus ſine conſenſu capituli non poteſt donare quartam decimæ ſibi competentem alteri Eccleſiæ, gl. pe. cap. de quanto. De præſcript.

Epiſcopus non poteſt alienare res Eccleſiæ vacantis ſibi ſubiectæ, niſi ex magna neceſſitate, gl. vacante, in cap. 1. Ne ſede vacante.

Epiſcopus nec donare, nec vendere, nec permutare poteris rem Eccleſiaſticam magnam ſine approbatione capituli, cap. De his quæ fiunt à Prælat.

Epiſcopus poteſt alienare rem Eccleſiaſticam paruam ſine conſenſu capituli, licet magnam non poſſit, gl. 2. ibid.

Epiſcopus non debet vendere bona Eccleſiæ, nec debet venditioni authoritatem præſtare, cap. cum Apoſtolica, & ibi gl. clerico, eod. 177

Epiſcopus ſolus poterit rem Eccleſiæ alienare ad tempus, cap. tua nuper, eod.

Epiſcopus poteſt dare ſine conſenſu capituli pijs locis centeſimam, vel quinquageſimam portionem ex obuentionibus Eccleſiarum, cap. paſtoralis, eod.

Epiſcopus poteſt cum conſenſu capituli imponere penſionem Eccleſiæ abundanti ſoluendam ad vitam religioſorum, cap. pe. eodem.

Epiſcopus cum maiore parte capituli ad opus pium poteſt obligare etiam portionem redituum canonicorum, licet para minor contradicat, cap. ſi. De his quæ fiunt à maior.

Epiſcopus poteſt deputare fructus beneficij vacantis, in ali-

quem

Digitized by Google

quam vſum laudabilem Eccleſiæ, ex iuſta & neceſſaria cauſa, cap. primo. Vt Eccleſiaſt. beneficia ſine dimin.

Epiſcopus non poteſt rem vnius Eccleſiæ alteri dare, ſine cauſa; ex cauſa tamen poteſt: veluti ſi Epiſcopus iuſta de cauſa ædificauerit Eccleſiam nouam, poterit dare illi Eccleſiæ iura matricis, puta decimas, oblationes, mortuaria, & ſimilia, gl. à quocumque, in cap. conſtitutus. De relig. domibus, cap. 5. & ibi gl. 1. De reb. Eccleſ. non alienan.

Epiſcopus non poteſt permutare rem vnius Eccleſiæ, cum re alterius, ſine ambarum Eccleſiarum conſenſu, d. cap. 5.

Epiſcopi & Archiepiſcopi iuramento tenentur non alienare de nouo poſſeſſiones Eccleſiæ, cap. vt ſuper, eod.

Epiſcopus quilibet, qui immediatè ſubeſt Papæ, iurat tempore conſecrationis fidelitatem ei, & quòd non alienabit bona Eccleſiæ, nec infeudabit de nouo: & idem iuramentum præſtant alij Epiſcopi ſuis Metropolitanis, gl. ſacramento, ibidem.

178 Epiſcopus poteſt reuocare res Eccleſiæ malè alienatas, etiam non oblato pretio, cap. ad audientiam, eod.

Epiſcopus non poteſt alienare poſſeſſiones ad menſam ſuam vel capituli pertinentes, cap. poſſeſſiones, eod.

Epiſcopus, non obſtante iuramento de non infeudando bona Eccleſiæ, poteſt feudum antiquum per mortem vaſſalli, vel alias reuerſum ad Eccleſiam, nouo vaſſallo concedere, cap. ſi. De feudis.

Epiſcopus poterit filio vel conſanguineo vaſſalli dare feudum reuerſum ad Eccleſiam propter alienationem eius factam a vaſſallo ſine licentia domini, d. cap. ſi.

Epiſcopus poterit feudum alienatum a vaſſallo, quod de facile non poteſt recuperare, dare in feudum alicui, qui illud recuperet, & cognoſcat in feudum ab Eccleſia, ibid.

Epiſcopus ſi obligauit rem Eccleſiæ pro facto proprio, eius bona ſunt tacitè obligata pro indemnitate ipſius Eccleſiæ, cap. 3. De pignoribus.

Epiſcopus non poteſt obligare Eccleſiam pro alienis debitis, cap 2. De ſolutio.

Epiſcopus poteſt pro ſeruitijs factis Eccleſiæ alicui concedere ad vitam poſſeſſionem ipſius Eccleſiæ, cap. ſi. De peculio clericorum.

Epiſcopus poteſt alicui clerico aſſignare poſſeſſionem Eccleſiæ pro beneficio, vſque ad tempus vitæ ſuæ, gl. ſi. ibid.

Epiſcopus donationem quinquageſimæ vel centeſimæ poteſt facere, non ſolum de redditibus, ſed etiam de poſſeſſionibus; imò expeditius eſt Eccleſiæ donare de poſſeſſionibus, quam perpetuò donare quinquageſimam partem redituum, gl. elargiti, & ibi add. marg. in cap. pen. De donat.

Epiſcopus non poteſt donare centeſimam vel quinquageſimam, niſi Eccleſiæ donatariæ conferat competens ſubſidium, cap. pe. ibid.

Epiſcopus vltra centeſimam, vel quinquageſimam, quantumcumque abundans, non poteſt aliquid donare ſine authoritate ſuperioris, ibid.

179 Epiſcopus non poteſt facere magnam donationem Monaſterio de rebus Epiſcopatus, etiamſi ſit pecunia numerata, cap. cum olim, 14. De priuil.

Epiſcopus quicquid poſt ſuam conſecrationem acquiſiuit, acquirit Epiſcopatui: & ideo illud donare non poterit: quia qui nihil habet, nihil donare poteſt, gl. reſtitutionem, ibidem.

Epiſcopus, ſi alienet rem menſæ ſuæ, debet in tali alienatione interuenire conſenſus capituli: & Archiepiſcopus debet interponere authoritatem, gl. defenſore, in cap. 5. De rebus Eccleſiæ non alienan. lib. 6.

Epiſcopus non poteſt præſcribere facultatem alienandi res Eccleſiæ ſine conſenſu capituli, gl. conſentiente, in clem. 2. De rebus Eccleſiæ non alien.

Epiſcopus poteſt donare capitulo ſuo, de his quæ ſpectant ad menſam Epiſcopi; tutius tamen eſſet, ſi id fieret ſuperioris authoritate, gl. Eccleſiam, ibid.

Epiſcopus etiamſi iurauerit non alienare nouum feudum: poterit tamen licitè alienare feudum de nouo vacans, gl. 2. in can. principiis, diſt. 12.

Epiſcopo non licet vſurpare res Eccleſiæ, gloſ. 1. in ſumma, 10. q. 2.

Epiſcopo non licet alienare aliquo modo res Eccleſiæ mobiles, vel immobiles, niſi ex cauſa neceſſitatis, vel vtilitatis primitùs comprobata coram duobus vel tribus Epiſcopis vicinis ſe ſubſcribentibus, can. caſellas, & can. huiuſmodi, §. quod ſi, 10. q. 2.

Epiſcopus ante peractam venditionem, in alienatione rei Eccleſiaſticæ, debet hoc clericis ſuis ſignificare, can. 2. §. quòd ſi neceſſitas, 10. q. 2.

180 Epiſcopus habet poteſtatem diſpenſandi res Eccleſiæ cum Dei reuerentia & timore, can. pe. 10. q. 2.

Epiſcopus habet poteſtatem ſuſcipiendi de rebus Eccleſiæ, quantum ſibi & ſuis fuerit neceſſarium, ibid.

Epiſcopus non poteſt vſurpare res Eccleſiæ, nec conſanguineis ad voluntatem dare: alias eſt corrigendus, ibid.

Epiſcopus habens patrimonium debet viuere de eo, & Eccleſiaſticos prouentus dare pauperibus, ibid.

Epiſcopus ſine iuſta cauſa alienans aliquid de rebus Eccleſiæ, vel alienans rem Eccleſiæ vacantis ſibi ſubiectæ, tenetur ipſam tenetur eidem Eccleſiæ reſtituere, & conuictus debet deponi, can. ſi. 10. q. 2.

Epiſcopus nulla neceſſitate cogente, non debet, nec poteſt vendere bona Eccleſiæ: ſed bene inſtante neceſſitate, ibidem.

Epiſcopus id, quod habet de rebus proprijs, poteſt relinquere cui vult: ſed quod habet de rebus Eccleſiæ, totum id debet Eccleſiæ reſeruare, can. Epiſcopi, 12. q. 1.

Epiſcopus tenetur oblationes in vſus Eccleſiæ conſeruare, ibidem. 181

Epiſcopo vſus tantummodo, non proprietas rerum Eccleſiaſticarum, tam mobilium, quam immobilium conceditur; & efficitur diſpenſator rerum Eccleſiarum, ibid.

Epiſcopi res propriæ, à rebus Eccleſiæ debent eſſe diſtinctæ: ne pro illorum ignorantia, Epiſcopus vel eius hæres, nec Eccleſia præiudicium patiatur ex confuſione bonorum, can. ſint manifeſtæ, 12. q. 1.

Epiſcopus moriens habet poteſtatem diſponendi de rebus proprijs, ſicut voluerit, & quibus voluerit, ibid.

Epiſcopus, vel alius prælatus, ſi permixtim viatur rebus ſuis proprijs & Eccleſiæ, cùm non ſit facta diſtinctio, cogentur heredes Epiſcopi probare, illas res eſſe Epiſcopi, & non Eccleſiæ, gl. probantur, ibid.

Epiſcopum ante Epiſcopatum ſi eſt certum habere proprium, tunc incumbit Eccleſiæ onus probandi, eas res eſſe acquiſitas de rebus Eccleſiæ, ibid.

Epiſcopus ſi indiget, de rebus Eccleſiæ ſibi & ſuis neceſſaria poteſt ſumere, can. ex his, 12. q. 1. & can. Epiſcopus Eccleſiaſticarum, ibid.

Epiſcopus ſi habet propria, non debet paſci de rebus Eccleſiæ, ibid.

Epiſcopus non poteſt conuertere res Eccleſiaſticas in ſuos domeſticos vſus, nec illos ſine clericorum ſuorum conſenſu aliter pertractare: nec ſuper illis habet poteſtatem dandi conſanguineis, vel propinquis, ibid.

Epiſcopi dicuntur diſpenſatores rerum Eccleſiaſticarum, ibid.

Epiſcopi non debent committere diſtributionem rerum Eccleſiarum conſanguineis, ſine cauſa, ibid.

In Epiſcopi poteſtate ſunt res Eccleſiæ, quoad diſpenſationem, can. præcipimus, 12. q. 1.

Epiſcopus debet eſſe ſolicitus in adminiſtrandis rebus Eccleſiæ, & inde tenetur de leui culpa, & etiam de his quæ acquirere potuit, ibid.

Epiſcopus diſpenſat res Eccleſiæ vt communes, non vt proprias, can. res Eccleſiæ, 12. q. 2.

Epiſcopo non licet res mobiles vel immobiles Eccleſiæ in vſus ſuos conuertere, can. pen. 12. q. 2.

Epiſcopo non licet alienare res acquiſitas in Epiſcopatu, can. res in Epiſcopatu, 12. q. 2.

Epiſcopus ſi de redditibus Eccleſiæ Monaſterium conſtruxerit, illud ſubijciet illi Eccleſiæ, can. Apoſtolicos, 12. qu. 2.

Epiſcopus, vel alius clericus prohibetur vendere, vel quocumque modo alienare vaſa ſacra, ibid.

Epiſcopus poteſt conſtruere Eccleſiam de bonis Eccleſiæ, 182 dum tamen non lædat Eccleſiam: & tradetur Eccleſiæ, vt habeat in ipſa ius patronatus, quod habetur ex fundatione ſeu ædificatione, gl. conſtruaiſſe, ibid.

Epiſcopo, vel Abbati non licet donare poſſeſſiones & prædia Eccleſiæ alicui: quod ſi fecerit, irritum eſt quod datum fuerit, can. quiſquis, 12. q. 2.

Epiſcopus habet ſolicitudinem rerum Eccleſiaſticarum, ibid.

Epiſcopus debet diſtribuere bona Eccleſiaſtica pauperibus, & per conſequens cognatis, & conſanguineis ſuis pauperibus: dum tamen ſub hoc prætextu non fraudent Eccleſiam, ibid.

Epiſcopus ex mala adminiſtratione temporalium remoueri poteſt, & alius ſubrogari eidem remoto: & ille ſubrogatus erit coadiutor, can. vobis. 12. q. 2.

Epiſcopus ex mala adminiſtratione temporalium licet remoueatur: non tamen ob id debet remoueri ab adminiſtratione ſpiritualium, gl. 5. ibid.

Epiſcopo a temporalium adminiſtratione remoto, temporalium rerum adminiſtratio committenda eſt alicui, ad cuius officium ſpectabit malè alienata reuocare, ac etiam omnes reditus Eccleſiaſticos ad Epiſcopum deferre, vt eius diſpoſitione fiant quatuor partes, can. Vulteranæ, 12. qu. 2.

Epiſcopus debet diuidere redditus Eccleſiæ in quatuor partes, quarum prima ſit ipſius, alia clericorum, alia fabricæ, alia pauperum & peregrinorum, can. concesſo, 12. 183 q. 2. & can. quatuor, & can. de redditibus, & can. mos, 12. q. 2.

Epiſcopus quicquid recepit de redditibus Eccleſiæ vltra quartam portionem ſibi debitam, omne id tenetur reſtituere, can. de redditibus, 12. q. 2.

Epiſcopus ſi quid de rebus Eccleſiæ alienauerit, alienatio talis irrita eſt, & ad Eccleſiam, quod alienatum eſt, debet reuocari: & ſi filios habeat, quibus bona ſua reliquit, de bonis illis indemnitati Eccleſiæ conſuli debet, can. Epiſcopus, qui 12. q. 2.

Epiſcopus, qui de proprio nihil Eccleſiæ dedit, ſeruum Eccleſiæ manumittere non poterit, & ipſum manumiſſum reuocabit ſucceſſor ad ius Eccleſiæ, can. vt ſi illi, 12. qu. 2.

Epiſcopus, qui res ſuas contulit Eccleſiæ, poterit manumittere

tere ſeruum Eccleſiæ, d. can. vt ſi illi, & ibi gl. 3.

Epiſcopus, vel Abbas, ſine conſenſu capituli non poterit alienare res Eccleſiæ, etiamſi ſubſit neceſſitas, niſi in paruis rebus, gl. 1. in can. Abbatibus, 12. q. 2.

Epiſcopus in minoribus Eccleſijs, mortuo ſacerdote, tempore neceſſitatis poteſt alienare aliqua bona, gloſ. 2. in can. ſi qua de rebus, 12. q. 2.

Epiſcopo mortuo vel remoto, conuenire debent œconomus, & clerici Eccleſiæ maioris: & in præſentia ipſius Epiſcopi debet de rebus Eccleſiæ confici inuentarium, pro cuius labore ſcriptor nihil habere debet, can. charitatem, 12. qu. 2.

Epiſcoporum deficientium res debent diſpenſari per manus Archipresbyterorum, aut ſecundum eorum iudicium in eleemoſynas pro eorum ſalute: aut ſucceſſori, qui futurus eſt, debent reſeruari, can. de laicis, 12. q. 2.

184 Epiſcopus de rebus Eccleſiæ non poteſt teſtari, moriens autem poteſt aliquid dare, ſi hoc habeat Eccleſia, gl. 2. ibidem.

Epiſcopus de bonis proprijs ſi habet heredem, ei ſunt danda illa: ſi non habet heredem, Eccleſia ſuccedit: ſicut collegium ſuccedit in hereditate decurionis, gl. pen. ibid.

Epiſcopus moriens poteſt committere in bonis proprijs voluntatem ſuam alterius iudicio, gl. fi. ibid.

Epiſcopo moriente, vel ſacerdote Parochiali, eius bona reſeruantur ſucceſſori eius: ſed canonico moriente, nihil reſeruatur ſucceſſori, ſed eius bona diuiduntur inter canonicos, gl. 1. in can. illud, 12. q. 2.

Epiſcoporum decedentium res debent eſſe penes œconomum Eccleſiæ: ſi Eccleſia non habeat œconomum, erunt in poteſtate maiorum Eccleſiæ: ſi illi non ſunt idonei, tunc erunt in poteſtate aliorum clericorum: & omnibus deficientibus, erunt in poteſtate Metropolitani, niſi ibi ſit viſitator: quo caſu apud eum cuſtodiri debent, gl. fi. in can. illud. 12. q. 2.

Epiſcopi morientis res non licet Metropolitano inuadere, can. non liceat alicui, 12. q. 2.

Epiſcopo non habenti neceſſitatem non licet vſurpare vel alienare in ſuum commodum rem Eccleſiæ ſuæ, ſed ex cauſa neceſſitatis poterit, can. non habenti, 12. q. 2.

Epiſcopus debet requirere conſenſum ſacerdotum in alienatione rerum Eccleſiæ, can. placuit, & ibi gloſ. 2. 12. qu. 2.

Epiſcopi poſſunt alienare res Eccleſiæ, inconſultis clericis, tempore neceſſitatis, gl. fi. ibid.

185 Epiſcopus non poteſt alienare res Eccleſiæ ſuæ, niſi ex cauſa vtilitatis, & cum tractatu, conſenſu, & ſubſcriptione capituli: aliter alienatio facta non tenet, can. ſine exceptione, 12. q. 2.

Epiſcopus debet vti rebus Eccleſiæ tanquam commendatis, non tanquam proprijs: quia res Eccleſiæ non ſunt propriæ, ibid.

Epiſcopus poterit manumittere ſeruum Eccleſiæ benè meritum, etiamſi nihil de ſuo proprio recompenſauerit: ſecus ſi non eſſet benè meritus, quia tunc tenetur de ſuo proprio recompenſare Eccleſiæ, can. ſi quos, 12. q. 2.

Epiſcopus manumittens ſeruum Eccleſiæ benè meritum, poteſt ei dare viginti ſolidos, vel vineolam, vel terrulam, ibid.

Epiſcopus volens manumittere ſeruum Eccleſiæ, patrocinio ipſi Eccleſiæ non ſeruato, debet duos ſeruos eiuſdem meriti & peculij Eccleſiæ compenſare, de conſenſu canonicorum ſubſcribentium, can. Epiſcopus qui mancipium, 12 qu. 2.

Epiſcopus poteſt alienare inconſulto capitulo terrulas Eccleſiæ minus vtiles, aut longè poſitas, inſtante neceſſitate, can. terrulas, 12. q. 2.

Epiſcopus, Monaſterio per eum in ſua diœceſi conſtructo, vltra quinquageſimam: & Eccleſiæ, quam in Monaſterium erigere, vel pro ſuis ſepulturis magnificare voluerit, vltra centeſimam partem rerum ſuæ Eccleſiæ donare non debet: & vnam tantum de dictis donationibus facere poteſt, can. bonæ rei, 12. q. 2.

186 Epiſcopus non poteſt donationem quinquageſimæ, vel centeſimæ de bonis Eccleſiæ ſuæ facere Monaſterio à ſe conſtructo extra diœceſim ſuam, ibid.

Epiſcopus Monaſterio per eum in ſua diœceſi erecto & conſtructo non poteſt quinquageſimam de bonis ſuæ Eccleſiæ ſine conſenſu capituli donare, licet à iure ei permittatur talis donatio, gl. 1. ibid.

Epiſcopus ſi Monaſterio per vim conſtructo fecerit de bonis Eccleſiæ ſuæ plures donationes, ita quòd omnes ſimul excedant quinquageſimam, ſola illa donatio reuocatur, per quam Eccleſia grauatur in donatione vltra quinquageſimam: reliquæ validæ ſunt, ibid.

Epiſcopus Monaſterio per eum erecto vel conſtructo poteſt dare quinquageſimam de bonis Eccleſiæ ſuæ, non ſolum in cenſu, ſed etiam in poſſeſſionibus illius Eccleſiæ, gl. fi. ibidem.

Epiſcopus non poteſt aliquid dare per vltimam voluntatem de rebus Eccleſiæ: ſi tamen habeat conſuetudo, poteſt mobilia aliqua dare, gl. 1. in ſumma, 12 q. 5.

Epiſcopus poteſt de rebus proprijs teſtari, & diſponere ſuo arbitrio: de rebus vero Eccleſiæ, vel illius occaſione quæſitis, non poteſt, can. nulli, 12. q. 5.

Epiſcopus de rebus Eccleſiæ teſtari non poteſt: & ſi de illis aliquid reliquerit, illud eſt reſarciendum Eccleſiæ, can. obitum, 12. q. 5.

Epiſcopus de rebus Eccleſiæ teſtari non poteſt. niſi ſuper hoc authoritate Apoſtolica muniatur, can. quia Ioannes, 12. q. 5.

Epiſcopus de rebus proprijs, & intuitu perſonæ quæſitis, poteſt teſtari ſuo arbitrio, can. fixum, 12. q. 5.

Epiſcopus de rebus Eccleſiæ, vel intuitu Eccleſiæ quæſitis, non poteſt teſtari: ſed in ius Eccleſiæ debent deuenire, ibidem. 187

Epiſcopus poteſt rem Eccleſiæ legare, ſi Eccleſiæ tantumdem de proprio recompenſauerit, ibid.

de Epiſcopi bonis defuncti ab inteſtato debent Presbyteri & diaconi conficere inuentarium, nec à quoquam de bonis illis debet aliquid præſumi, vel tolli, can. pen. 12. qu. 5.

Epiſcopus poteſt ſine canonicis facere donationem temporalem rei Eccleſiæ, quia tantum conceſſiones perpetuæ ſpectant ad alienationem: ſed conceſſiones Eccleſiarum, licet ſint temporales, non poteſt facere Epiſcopus ſolus, niſi hoc habuerit ex conſuetudine, gloſ. non perpetuo, can. poſſeſſiones, 16. q. 2.

Epiſcopi habent facultatem regendi Eccleſiæ facultates; ita tamen vt de duabus earum partibus prouideant viduis, & pupillis, atque pauperibus: reliquas duas ſibi poſſunt vendicare, pro ſe, & peregrinis & captiuis, can. præſulum, 16. q. 3.

Epiſcopi res non gaudent eodem priuilegio, quo & res Eccleſiæ: nam rem clerici vel Epiſcopi laici præſcribunt 30. annis: ſed non rem Eccleſiæ: intellige de rebus Eccleſiæ, quæ Epiſcopi ſunt, gloſ. a. in can. poſſeſſiones, 16. qu. 4.

Epiſcopi præcedentes ſi clericis dederunt res Eccleſiæ, ſubſequentes Epiſcopi non debent illas eis auferre, can. fi. 16. qu. 6.

Epiſcopus, ſi Eccleſias ſuas detentas ab alio inuadit propria authoritate, detrimentum cauſæ ſuæ ita patitur, non vt Eccleſia ſuo iure priuetur: ſed quòd Eccleſia vel clericis coram ſuo iudice ſtantibus pro rebus vel Eccleſijs repetendis, Epiſcopus propter inuaſionem debet ſilere, & in proprijs bonis, ſi quæ habeat, puniri, d. cap. fi. §. fi. & ibi gl. fi.

Epiſcopi ſinguli debent habere ſuos œconomos de clero proprio, qui diſpenſent res Eccleſiaſticas, ſecundum ſententiam proprij Epiſcopi, can. quoniam, 16. q. 7. 188

Epiſcopus debet eligere œconomum de proprio clero, & ſi elegerit laicum, apud Deum iudicabitur reus, tanquam contemptor canonum, can. in nona actione, 16. q. 7.

Epiſcopus non poteſt confirmare donationem ſibi factam de re Eccleſiaſtica, gl. fi. in can. queſti, 17. q. 4.

Epiſcopus dicitur procurator Eccleſiaſticarum rerum, gloſ. poſſumus, in can. ſi is qui, 23. q. 4.

Epiſcopus cum ſit procurator, non poteſt conditionem Eccleſiæ facere deteriorem, ibid.

Reliqua in verbo, Acquirere. Adminiſtraſſe. Adminiſtrator. Adminiſtratio, & ſuprà 59. Res. Eccleſia, 102 vſque 118. Vaſa. Alienatio.

EPISCOPALES actus adminiſtrandi poteſtas deſcendit ex confirmatione, non ex electione collegij, cap. noſti, 9. De electione. 1

Epiſcopalis ordinis quæ ſunt, non poſſunt acquiri per inferiorem, ex conſuetudine quantumcunque vetuſtiſſima, cap. quanto. De conſuetud.

Epiſcopalis ordo confertur die Dominica: alij ordines in ſabbato: quia ſicut vigilia ſeruit feſto, ita promoti ad ſacros Epiſcopis. gl. pertinere, & ibi add. marg. in cap. literas. De tempore ordinat.

ad Epiſcopalem dignitatem poteſt vocari in minoribus conſtitutus, via poſtulationis, non electionis, cap. dilectus, & ibi gl. 1. eod.

ad Epiſcopalem dignitatem ſi in minoribus conſtitutus fuerit ſimpliciter electus, non valet electio, gloſ. 1. in cap. dilectus, eod.

ad Epiſcopalia iura tenentur Epiſcopo capellæ, & Eccleſiæ ſubiectæ Monaſterio: intellige niſi Monaſterium ſit exemptum cum capellis, cap. conquerente. De officio Ordin.

Epiſcopalia iura dicuntur, canonica obedientia, ſubiectio, reuerentia, inſtitutio, deſtitutio, correctio, reformatio, cenſuræ Eccleſiaſticæ, iuriſdictio cauſarum omnium ad forum Eccleſiaſticum pertinentium, pœnitentia, & ſacramentorum omnium, quæ ab Epiſcopo ſunt recipienda, collatio, ſynodus, & ſynodatici nomine duo ſolidi, quarta decimarum, & mortuariorum, & viſitatio annua, ibid.

Epiſcopalis iuris charitatiuum ſubſidium petitur ex cauſa rationabili & manifeſta, puta quia Epiſcopus eſt grauatus onere debitorum, vel eſt tenuis, vel vult ire ad concilium, vel ad Papam, ibid.

Epiſcopalia iura, in aliquibus Eccleſijs poſſunt præſcribi ab inferiore Prælato Epiſcopo, ſed non ea quæ ſunt ordinis,

cap. auditis, & ibi gl. ius Epiſcopale. De præſcriptio.
Epiſcopale ius eſt nomen generale, & habet multas ſpecies, ibid.
Epiſcopale ius in multis articulis conſiſtit, & licet præſcribatur in vno, non tamen in alio, cap. cum olim. De præſcript.
2 Epiſcopalia iura præſcriptibilia numerantur nouem, in d. cap. cum olim, § quia prædictus.
Epiſcopalis ordinis non eſt collatio inferiorum ordinum, ſed bene collatio ſacramentorum, cap. pe. eod.
Epiſcopalis ordinis, & ab Epiſcopo proprio neceſſario poſtulanda ſunt hæc quinque, ſcilicet chriſma, oleum ſanctum, conſecrationes altarium, & baſilicarum, & promotiones ad ſacros ordines, ibid.
contra Epiſcopalia non admittitur præſcriptio, niſi quadraginta annorum, gl. pe. in cap. olim. De cenſib.
Epiſcopale officium non poteſt exerceri ſine ordine Presbyterali, cap. ex literis. De exceſs. Præl.
ad Epiſcopalem dignitatem ſpectat cognoſcere de cauſa matrimoniali: item pœnitentias publicas & indulgentias concedere: vnde de his inferior Prælatus non debet ſe intromittere, niſi ei competat de iure ſpeciali, cap. accedentibus, 22. & ibi gl. 1. eod.
Epiſcopalis dignitas non debet tribui, niſi locis inſignibus & populoſis, cap. 2. De priuileg.
Epiſcopalis dignitas eſt ordo, gl. 2. in cap. quotiens. De purgat. canon.
Epiſcopalis iuriſdictionis quædam ſunt: quædam verò ſunt ordinis, & conſecrationis, cap. is cui, & ibi add. marg. De elect. lib. 6.
Epiſcopali dignitati deferendum eſt in coactionibus, & pœnis, cap. 2. De officio delegat. lib. 6.
3 Epiſcopalis dignitatis ratione, illa quæ exercet Epiſcopus, dicuntur competere ex officio, & non ex ordine, d. cap. 2.
Epiſcopali dignitati quæ competunt, non dicuntur eſſe ordinis, ſed officij, d. cap. 1. §. verum.
Epiſcopalis dignitas non eſt merè regularis, ſed ſecum compatitur corpus regulare, clem. 1. De elect.
ex Epiſcopali vita ſurgit maior fructus & vtilitas, quàm ex religioſa, clem. exiui, §. proinde. De verb. ſignif.
Epiſcopalis dignitas liberat quem à ſeruili conditione: & etiam à patria poteſtate, canon. ſi ſeruus ſciente, diſtinct. 54.
Epiſcopalis dignitas liberat quem à curiali officio, ſecundum canones, d. canon. ſi ſeruus ſciente, & ibi gloſ. fin.
Epiſcopalis officij non eſt Grammaticam exponere, nec laudes Iouis perſonare, can. quoniam, §. in doctrina, & cum multa, diſt. 86.
ad Epiſcopalem dignitatem pertinet, egentium commodis piam ſolicitudinem non negare, canon. diuinæ, diſtinct. 87.
ad Epiſcopalem dignitatem nemo debet accedere per ambitum, can. nullus, 118. 1. q. 1.
Epiſcopalem ſedem Papa tranſtert ad alium locum eiuſdem diœceſis, propter hoſtilitatis incurſum, can. temporis, 7. q. 2.
Epiſcopalis ſedes ab Apoſtolica ſede tueri & defendi debet, can. 1. 8. q. 5.
Epiſcopalis dignitas ſubtrahitur ciuitati, quæ ſuos præſules interemit, can. 6. 25. q. 2.
Epiſcopales ſedes permutari, vel duæ in vnam redigi poſſunt, hoſtilitatis, vel paupertatis neceſſitate, d. can. ſi. §. hoſtilitatis.
Epiſcopale munus ſuſcipientes, quæ ſua ſint partes, debent agnoſcere, ac intelligere ſe non ad propria commoda, non ad diuitias, aut luxum, ſed ad labores, & ſolicitudines, pro Dei gloria vocatos eſſe. Conc. Trident. ſeſſ. 25 De regularibus, cap. 23.

Reliqua in verbo, Concilium. Epiſcopus, 99. 100. 144. 145. Dignitas. 12. 13. 14. Ordo, 27.

1 **EPISCOPATVS** auferendus eſt deſiderantibus, gloſ. colloquium in cap. per inquiſitionem. De electio.
ab Epiſcopatu propter defectum ſcientiæ debet repelli quis, etiamſi fuerit promotus, gl. literarum, in cap. cum in cunctis, 7. eod.
ad Epiſcopatus adminiſtrationem pertinet, recipere iuramenta fidelitatis & obedientiæ à ſubditis, cap. qualiter, 17. eod.
Epiſcopatus & Prælaturæ regulares æquiparantur, cap. ne pro defectu, & ibi gl. 2. eod.
Epiſcopatus adminiſtratio non eſt indiuidua ab ordine Epiſcopali, cum Epiſcopus poſſit renunciare loco, & non ordini Epiſcopali, cap. poſt tranſlationem, §. ſi. De renunciat.
Epiſcopatus eſt ordo, cap. ſi Archiepiſcopus. De tempor. ordinat. cap. pe. De conſecrat. Eccleſ. vel altar. gl. 2. in proœm. lib. 6. can. noſite, diſt. 6. gl. Epiſcopus, in can. cleros, diſt. 22.
Epiſcopatus non eſt ordo, cap. 2. De iuramento calumniæ, can. quia ſimpliciter, diſt. 56.
Epiſcopatus non venit appellatione dignitatis vel perſonatus, & hoc verum in odioſis: in fauorabilibus tamen venit, cap. dilectus, 22. eod.
in Epiſcopatus munere præponitur ſcientia, vel doctrina ſilentio, ſolicitudo contemplationi, & labor quieti, cap. licet. De regularib.
ad Epiſcopatum promotus, ſtatim atque fuerit confirmatus, & conſecratus, vel elapſum ſit tempus conſecrationis, vacant prima beneficia, glo. 2. in cap. ſi gratioſe. De reſcript. lib. 6.
Epiſcopatus conferendi poteſtas ad Papam olim pertinebat: ſed poteſtas conferendi inferiores ad Epiſcopos ſpectabat: ſed poſtea iura voluerunt, quòd canonici ſibi eligerent: & etiam in inferioribus Collegiatis canonici eligunt, & eis fuerunt ſtatuta ad id tempora, gl. deuoluetur, in cap. quamquam. De electioo. lib. 6. 2
Epiſcopatuum cauſæ connumerantur inter maiores, gl. cathedralis, in cap. ſi eo tempore, 45. eod.
Epiſcopatus non dicuntur vacare in Curia Romana, gloſ. 2. in cap. 2 De præbend. lib 6.
Epiſcopatus vacans in Curia non comprehenditur ex generali reſeruatione Eccleſiarum dignitatum & perſonatuum vacantium in Curia, gl. 2. ibid.
Epiſcopatus non eſt dignitas, ſed dignitatum culmen, ibidem.
Epiſcopatuum diuiſio, & vnio ad ſolum Papam ſpectat, gl. diuinitus, in extrauag. ſedes Apoſtolica, Ioann. 22. gloſ. authoritate, in extrauag. ad Apoſtolatus, Ioann. 22.
Epiſcopatus erigendi facultatem ſolus Papa habet: & cauſa noui Epiſcopatus erigendi eſt multiplicatio populi, dum tamen inſignibus & frequentioribus locis fiant, ne viloſcat Epiſcopalis dignitas, gl. multiplicarat, in extrau. ſedes Apoſtolica. De officio deleg. inter communes.
Epiſcopatus in redditibus plurimum abundans, & territorium grande habens, ita quòd Epiſcopus ſingularium omnium vultum inſpicere non poſſit, poteſt erigi in Metropolim nouam, cui pro ſuffraganeis Eccleſijs poſſunt erigi noui Epiſcopatus illi, & alij deputati, extrauag. Saluator. De præbend. inter communes.
Epiſcopatus ſuffraganeus, factus Metropolis, debet eximi à iuriſdictione, poteſtate, & ſubiectione Archiepiſcopi Metropolitani, ibid.
Epiſcopatus erectionem factam à Papa in Cathedralem, vel Metropolim impedientes, vltra pœnas excommunicationis, interdicti, & ſuſpenſionis, perdunt feuda, & quæcunque beneficia ſpiritualia & temporalia: & ſi ſint perſonæ Eccleſiaſticæ, efficiuntur inhabiles ad quæcunque beneficia Eccleſiaſtica, extrauag. nuper. De præbend. inter communes.
Epiſcopatus eſt ordo, can. qui Epiſcopus, diſtinct. 23. can. omnium, & ibi gloſ. pen. diſtinct. 32. canon. ſi ſeruus, ſciente, diſtinct. 54 can. ſi. diſt. 59 gl. 2 in can. diaconus, diſtinct. 93. & can. accuſatus, 3 q. 6. & can. non oportet, 7. q. 2. 3
ad Epiſcopatum antequam promoueatur quis, debet eſſe doctus in ſcientia, quæ in Epiſcopo requiritur, can. qui Eccleſiaſticis, diſt. 36.
ad Epiſcopatum promoueri poteſt habens filios, can. legant, diſt. 37.
ad Epiſcopatum promouendus debet ſcire pſalterium, vt ex eo omnis clericus, qui ſub eo eſt, inſtruatur, can. omnes, diſt. 38.
ad Epiſcopatum promouendus debet examinari ab Archiepiſcopo, ibid.
Epiſcopatum deſiderans in terra, inuenit confuſionem in cœlo, gloſ. periculoſius, in cap. ante omnia, diſtinct. 40.
Epiſcopatus licet debeatur bono, non tamen poteſt illum petere, gloſ. detrahendum, in can. vt conſtitueretur, diſt. 50.
ad Epiſcopatum non debet promoueri, qui Eccleſiaſticis diſciplinis non eſt imbutus, can. qui Eccleſiaſticis, & can. ſi. diſt. 59.
ad Epiſcopatum quis promoueri non poteſt, non ſeruatis debitis temporibus, & gradatim inferioribus ordinibus non collatis, cap. qui Eccleſiaſtici, diſt. 59.
Epiſcopatus poteſt appellari Ducatus, can. hæc ad nos, diſt. 59.
ad Epiſcopatum non ſunt eligendi, niſi præcedente iudicio Metropolitanorum, & finitimorum Epiſcoporum, canon. Epiſcopum, diſt. 61.
ad Epiſcopatum non ſunt eligendi, niſi quos multò antemota & probabilis vita commendat, ibid. 4
Epiſcopatum ſuſcipere poteſt quis cogi, ſicut & alios ordines, gl. ſi. in can. Carnenſis, diſt. 61.
Epiſcopatum obtinens à ſecularibus poteſtatibus debet deponi, & omnes qui illi communicant, debent ſegregari ab Eccleſia, cap. omnis electio, diſt. 63.
Epiſcopatus ſunt diſtinguendi inter ſe interuallo conuenienti, habita conſideratione ſitus, & qualitatis regionis, & difficultatis viarum, gl. 1. in can. ſi. diſt. 80.
ad Epiſcopatum inuitatus ſi quis renuit, talis debet promoueri: non quòd ſemper inuoluntarius ſit cogendus, ſed faciendo, vt de nolente fiat volens, can. ſicut in, & ibi gl. 1. 2. q. 6.

ad Epi-

Digitized by Google

ad Epiſcopatum ambitioſè ſe ingerens, eſt repellendus, ibidem.

ad Epiſcopatum contra canonum decreta ſi laici fuerint promoti, ex miſericordia ſuſceptum officium relinquitur, can. eaigunt, 1. q. 7.

Epiſcopatum ſuſceptum non adminiſtrans, non eſt Epiſcopus, ſed canis impudicus, can. qui regimine, 2. q. 7.

Epiſcopatus licet ſit Presbyterio maior: Auguſtinus tamen in multis minor eſt Hieronymo, canon. quamquam, 2. q. 7.

5 Epiſcopatum viuentis iniuſtè & ſcienter occupans, infamis efficitur, can. audiuimus, 3. q. 2.

Epiſcopatum relinquere non poteſt quis inconſulto Papa, can. ſciſcitaris, 7. q. 1.

ad Epiſcopatum ſi quis petatur, non dicet expreſsè nolo quia tunc mentiretur, nec debet ſtatim ſe ingerere: ſed dicat, vt dixit Mutinenſis Epiſcopus, nolens volo, & volo nolens, gl. pe. in can. in ſcripturis, 8. q. 1.

Epiſcopatus dari non debet ei, qui deſiderat præeſſe, & non prodeſſe, can. qui Epiſcopatum, 8. q. 1.

Epiſcopatus eſt nomen oneris, pluſquam honoris, ibid.

Epiſcopatus eſt nomen Græcum, inde dictum, quod ille qui præficitur, illis, quibus præficitur, ſuperintendit, curam eorum ſcilicet gerens: quippe . . . . ſuper . . . . verò intentio eſt: ergo Epiſcopos, ſi velimus latinè, ſuperintendentes poſſumus dicere, ibid.

Epiſcopatum deſiderans bonum opus deſiderat, ibid.

Epiſcopatum deſiderare poteſt quis, dum tamen ingerat ſe propter neceſſitatem charitatis: & non tantùm vt præſit, ſed vt proſit, ibid.

6 Epiſcopatum poſſumus ſperare, & deſiderare, gloſ. 1. ibidem.

ad Epiſcopatus ordinem promoueri per ſaltum non debet quis, nec poteſt promoueri non ſeruatis legitimis temporum interſtitijs, canon. Monachos, & ibi gloſ. 1. 16. q. 1.

Epiſcopatus duos propter vicinitatem locorum, & temporis qualitatem, poteſt Papa vnire, can. & temporis, 16. q. 1. Item propter hoſtilem deſolationem ciuitatum, ita quòd propria Prælatus habere non poſſint, canon. poſtquam, 16. q. 1.

Epiſcopatum nouum poteſt facere Papa in diœceſi ſua, etiam inuito Epiſcopo, gl. 1. in cap. multis, 16. q. 1.

Epiſcopatum vnus poteſt diuidi in duos, conſentiente Epiſcopo, d. can. multis.

Epiſcopatus non fiunt ſine authoritate Papæ, gl. 1. in can. percipimus, 16 q. 1.

Epiſcopatus duo ſicut poſſunt in vnum redigi, & vnus in duos diuidi poteſt, hoc idem poterit Epiſcopus de baptiſmalibus & Parochialibus Eccleſiis facere, ibid.

Epiſcopatus vel alicuius Eccleſiaſticæ dignitatis inueſtituram, ſi aliquis laicus etiam regia dignitate præditus dare præſumpſerit, excommunicatus eſt, & eamdem pœnam incurrit ſuſcipiens, can. ſi quis deinceps, & can quoniam, 16. q. 7.

7 Epiſcopatus liberat Monachum ab obedientia, quam ipſe fecit Abbati, cum ſit factus ipſe de filio pater, cap. 1. & ibi gl. 1. 18 q. 1.

ad Epiſcopatum & regimen Eccleſiarum nullus, niſi ex legitimo matrimonio natus, ætate matura, grauitate morum, literarumque ſcientia præditus, aſſumi debet. Conc. Trid. ſeſs. 7. De reform. cap. 1. ſeſſ. 24. De reformat. cap. 1.

ad Epiſcopatum electus, ſi intra tres menſes munus conſecrationis non ſuſceperit, ad reſtitutionem fructuum perceptorum tenetur: quòd ſi intra alios tres menſes etiam id facere neglexerit, Eccleſia ipſo iure priuatur. Concil. Triden. ſeſſ. 23. De reform. cap 2.

ad Epiſcopatum vt quis promoueatur, debet per Metropolitanum in Prouinciali ſynodo fieri inquiſitio de qualitatibus promouendi, & quis magis eidam loco vtilis & opportuna videbitur; & inquiſitio cum fuerit perfecta, & in inſtrumentum publicum redacta cum toto teſtimonio & profeſſione fidei, quam primum debet tranſmitti ad Papam, vt ipſe habita notitia plena totius negotii & perſonæ, Eccleſiis, id quod vtilius fuerit, prouideat. Concil. Trid. ſeſſ. 24 De reform. cap 1.

ad Epiſcopatum promouendorum informationes, inquiſitiones, teſtimonia, & probationes quæcumque de eorum qualitatibus & Eccleſiæ ſtatu à quibuſcumque, etiam in Romana curia, habitæ, per Cardinalem, qui relationem facturus eſt in conſiſtorio, & alios tres Cardinales diligenter debent examinari, & ſubſcriptione dictorum quatuor Cardinalium roborari: in quo ſinguli affirment, adhibita accurata diligentia, ſe inueniſſe promouendos, qualitatibus à iure, & à ſynodo Tridentina requiſitis, præditos & idoneos eſſe, & facta relatione in aliud conſiſtorium, iudicium differtur: niſi aliud ſanctiſſimo Papæ videbitur. Concil. Trident. ſeſſ. 24. De reformat. cap. 1.

* *Reliqua in verbo, Beneficium, 3. Ceſſio. Clericus, 36. vſque 45. Prælatura.*

EPISTOLA decretalis habet vim conſtitutionis, gl. 1. in cap. quæ V. De iudiciis.

Epiſtolam legere pertinet ad ſubdiaconum: ſed legere lectiones ad lectorem, gl. 1. in can. 1. diſt. 69.

Reliqua in verbo, Decretales.

EPITIMIVM dictio, ſignificat ſuſpenſionem vnius ſeptimanæ, vel increpationem, vel eſt genus pœnæ, gl. 2. in can. omnes, 21. q. 4.

EPVLÆ cum multo labore quæruntur, gl. epulis, in can. Eccleſiæ, diſt. 35.

EQVVS alicuius, vel aliud animal, ſi præter voluntatem domini aliquod damnum fecerit, non tenetur eius dominus ad illud, cap. dilectus. De homicid.

ex Equi ferocitate damnum contingens, præter voluntatem & culpam equitantis, vel ſeſſoris, non imputatur equitanti vel ſeſſori quoad irregularitatem, ibid.

Equi ferocitatem ſi ignorauit equitans, non imputatur ei, ſi contigit, quòd raptus ſit in curſum, & interfecerit quemdam præter voluntatem ipſius ſeſſoris, cap. ſignificaſti, 16. eodem.

Equi ferocitatem ſi ſciuit equitans, & aſcenderit eum, ſciens ſe non ſufficere ad eius retentionem, & equus raptus in curſum obuium habuit quemdam, & interficit eum, irregularis eſt: quia non fuit ſine culpa, ibid.

Equus laxatis habenis currit quo vult, cap. 1. De ſtatu regular. lib. 6.

Reliqua in verbo, Damnum. Bos. Animalia.

EREMITA proprium habere poteſt, gl. in eremo, in cap. cum monaſterium, 13. De electione.

Eremita non poteſt eligi in Abbatem Monaſterij Monachorum, ibidem.

Eremitæ alias non religioſi poſſunt habere proprium, gl. eligendam, in cap. 1. De exceſſibus Prælatorum.

Eremitæ ſubſunt Epiſcopo, in cuius territorio ſunt, gl. fin. in can. nulla diſt. 93.

Eremitæ digni ſunt conuenienti honore, can. qui verè, 16. quæſt. 1.

Eremitæ non ſubſunt Epiſcopis, quia ſunt locuſtæ, quæ non habent regem ſecundum quoſdam: contrarium tamen verius, quòd ſubſunt Epiſcopis loci, gl. vero, ibid.

Eremita poteſt vocari ad Prælaturam, d. gl. vero.

Eremitæ habent priuilegium clericorum, ibid.

Eremita non renunciat propriis, ibid.

Eremita licitè poteſt tranſire ad Monachatum, gl. contubernium, in can. ſic viue, 16. q. 1.

Eremita habet propria, & poteſt teſtari, can. per latum, & ibi gloſ. fin. 19. quæſt. 3 & gloſ. fin. in can. ſcripſit, 27. quæſt. 2.

Eremita non eſt religioſa perſona, niſi ſpecialiter ſe voueat alicui religioni, gloſ. fin. in can. ſcripſit, 27. quæſt. 2.

Eremiticam vitam agentes religioſi poſſunt acquirere noua loca ad habitandum, & etiam mutare abſque licentia Papæ, cap. 1. De exceſſibus Prælator. lib. 6.

Reliqua in verbo, Religioſus, 2. Solitarius.

ERGO dictio ſtat inchoatiuè, & non electiuè: quando ponitur in principio orationis, vel in principio verſiculi. can. quid eſt hoc, diſt. 50.

Ergo, eſt dictio illatiua, cap. ſuper quæſtionum, §. fin. De officio delegat.

ERRARE præſumitur aliquis, quando non reſiſtit aliorum errori, cum poſſit, cap. 2. De hæret.

Errare in fide conuincitur, qui alios errantes, cum poteſt, ab errore non reuocat, ibid

Errare, eſt aliud pro alio putare, gl. 1. in reg. contra eum, 27. de reg. iuris, lib. 6 clem. dudum. De iudic. gl. error in extrauag. ſancta Romana. Ioan. 22. gloſ. erraviſſe, in extrauag. quia quorundam, Ioan. 22. gloſ. 2. in can. quamuis, diſt. 38. gl. 1. & gl. errauit, in ſummis, 29. q. 41.

Errare probabiliter vt quis dicatur, non requiritur, vt ſit quis nimis ſcrupuloſus, & diligens, & curioſus in inquirendo; nec nimis negligens & diſſolutus in non inquirendo, gl. omnes, in can. turbatur, §. notandum, 1. quæſt. 4

Errare in rebus eſt peccatum mortale, ſcilicet cum putat quis id opus eſſe bonum, quod eſt malum: vel è conuerſo, gl. fi. in can. ſi quis dixerit, 22. q. 3.

Errare in miſericordia remittendi melius eſt, quàm in ſeueritate vlciſcendi, can. alligant, 27. q. 7.

Errat in Trinitate, qui errat in vna perſona, gl. 1. in can. ego Berengarius. De conſecrat. diſt. 2.

Errari non dicitur ibi, vbi ex deliberatione aliquid fit, gl. tractandi, in can. ſi quis iratus, 2. q. 3.

ERRANTIS nullus eſt conſenſus, gl. 1. in cap. fi. De coniug. ſeruor.

Errantem reuocare ab erroris ſui ſemita inter opera charitatis non minimum eſt cap. inter opera, 18. De ſponſalibus.

Errantibus, non ſtultis, iura ſubueniunt, gloſ. in curia, in cap.

in cap. ex parte. De conſuetud. gloſ. deceptis, in cap cum voluerſorum. De rerum permut.
Errantes in viam veritatis inducere tenemur, clem. 1. De magiſtris.
Errans videtur conſentire, qui ad reſecanda, quæ corrigi debent, non occurrit, gl. conſentiret, in extrauag. ad conditorem. Ioan. 22. can. conſentire, diſt. 83.
Errans ſimpliciter & non ſcienter, ignoſci poteſt, can. conſuetudo, diſt. 8.
Errans dicitur eſſe extra viam veritatis, can. tria ſunt, diſt. 45.
Errantes varijs modis corripiuntur à Deo, can. quod erraverat, 23 q. 6.
Errantes in his, & in errorem mittentes debent excommunicari, can. Apoſtolicæ, 24. q 3.
2 ERROR iuris circa qualitatem beneficij non excuſat quem a pœna, cap. de multa. De præbend. cap. dudum, 54. §. licet. De electione.
Errorem ſuum quilibet tenetur emendare, gl. præiudicium, in cap. 3. Vt lite pendente.
Error facti non nocet, dummodo ante ſententiam error probetur, cap. ſi. De confeſſis.
Error facti excuſat, ſi probetur nondum negotio finito: ſed error iuris non excuſat, cap. ſi eod.
Error communis ſolus abſque poſſeſſione non eſt ſufficiens, vt actus geſtus a non poſſeſſore valeat, cap. conſultationibus, 19. De iure patro.
Error reuocari poteſt ante litis conteſtationem indiſtinctè, & etiam poſt, ſi nulla captio ſit aduerſarij: & quandoque etiam poſt ſententiam poteſt reuocari error probabilis, gl. 2. in cap. olim, 20 De cenſibus.
Error probabilis excuſat, gl. per errorem, in cap. ſraternitatis, De frigid. & maleficiat.
Error facti facit exhæredationem nullam, gl. intolerabilem, in cap. per tuas, 40 De ſent. excomm.
Error facti vbi eſt expreſſus, non valet decretum de datione tutoris, ibid.
Error nemini nocet, dummodo probetur negotio nondum finito, gl. erroris, in cap. 2. De reſtitutione in integr. lib. 6,
2 Error iuris non excuſat, ibid.
Error eſt conſenſui contrarius, gl. iuuare, ibid.
Error opponitur conſenſui, & proprium erroris eſt, falſum pro vero approbare, gloſ. ex certa, in clem. dudum. De iudicijs
Error cadit in ignorantia, ibid.
Error non præſumitur in facto proprio, vt in alieno, gloſ. feciſſe, in clem. 1. De probatio.
Error, cui non reſiſtitur, cum poſſet, approbatur, gloſ. præbetur, in extrauag. execrabilis. Ioan. 22. & extrauag. ſi fratrum, §. quia igitur. Ioan. 22. can. error, diſt. 83.
Erroris proprium eſt, falſum approbare, gl error, in extrauag. ſancta Romana. Ioan. 22.
Error debet cedere rei manifeſtatæ, gl. veritas. ibid.
Erroris magiſtri dicuntur, qui non ad Propheticas voces, non ad Apoſtolicas literas, non ad Euangelicas authoritates, ſed ad ſemetipſos recurrunt, gloſ. anteponunt, ibidem.
Errores ſludentibus multipliciter ſeminare, reſiſtendum eſt muro inexpugnabili bellatorum, gloſ. ſeminare, ibid.
Errores multorum cordibus impreſſi nequeunt facilè deleri, extrauag. grauè nimis. De reliquijs & vener. inter communes.
3 Error principis ius facit, gl. 2. in can. in iſtis, diſt. 4.
in Errorem ne quis incidat, in quantum eſt poſſibile, quilibet debet præcauere, & eſſe ſolicitus, can. quamuis diſt. 38.
Errore ſuo non polluí non prodeſt illi, qui alieno conſentit, can. quid enim, diſt. 83.
Error ſiue ignorantia in alieno facto magis excuſat, quàm in proprio; quia probabilis eſt ignorantia in alieno facto: ſed non eſt veriſimile, quòd quis dubitet vel erret de proprio facto, vel de propria re, gl. omnis, in can. iubetur, §. notandum, 1. q. 4.
Error facti nemini nocet gloſ. epiſtolam, in can. quanto, 2. q. 5.
Error eſt, aliud pro alio putare, can. in quibus, 22. q. 2.
Erroris magiſtri dicuntur, qui veritatis diſciplinam contemnunt, can. quid autem, 24 q. 3.
Errorem aliorum defendens multo amplius eſt damnabilior illis, qui errant, can. qui aliorum, 24. q. 3.
Error omnis non euacuat conſenſum, in ſumma, 29. q. 1.
Error in matrimonio alius eſt perſonæ, alius fortunæ, alius qualitatis, alius conditionis, ibid.
4 Error perſonæ eſt, quando hic putatur Virgilius, & ipſe eſt Plato: error fortunæ, quando hic putatur eſſe diues, qui eſt pauper, vel è conuerſo: error qualitatis eſt, quando hic putatur eſſe bonus, & eſt malus: error conditionis, quando hic putatur liber, & eſt ſeruus, ibid.
Error fortunæ & qualitatis coniugij conſenſum non excludit: ſed error perſonæ & conditionis coniugij conſenſum non admittit, ibid.
Error impedit emptionem, gloſ. 1. & gloſ. errauit, in ſumma, 29. q. 1.

Error perſonæ & conditionis matrimonium dirimit, non ex ſua natura, ſed ex conſtitutione Eccleſiæ, ibid.
Error perſonæ non facilè committitur. ibid.
Error ſi ſit in diſpari conditione, dirimitur matrimonium: ſed in pari non: vnde ſi libera vult contrahere cum libero, & contrahit cum ſeruo; vel ſeruus cum ſerua, & contrahit cum libera, dirimitur matrimonium: ſed ſi liber vult cum ſerua, & contrahit cum libera; vel ancilla cum libero, & contrahit cum ſeruo, tenet matrimonium, gloſ. 2. in ſumma, 29. qu. 2.
Error in ſyllaba non nocet, gloſ. 2. in can. retulerunt. De conſecrat. diſt. 4.

Reliqua in verbo, Confeſſio, 2 4 5 9. 10. Conſenſus. Matrimonium, 70.

ERVBESCENTIA eſt maxima pars veniæ, can. plerumque. 11. q. 3
Erubeſcentia eſt pars pœnitentiæ, gl. 2. & 3. in cap. lachrymæ. De pœnit. diſt. 1.

Reliqua in verbo, Pœnitentia.

ERVCA eſt vermis, qui in ſpicis teneris naſcitur, gl. aut erugo, in can. reuertimini, §. verbum, 16 q 1.
ERVDITIONIS nouerca eſt negligentia: ſicut artium in ſuo opere eſt mater inſtantia, & diligentia, can. ſi. diſt. 83. & in clem. dudum, in princip. De ſepulturis.

Reliqua in verbo, Scientia, num. 1. & per tot. Negligentia. Vigilare.

ERVGO eſt ros, qui cadit ſuper teneras ſpicas, & propter hoc ſole veniente marceſcunt, gl. aut erugo, in can. reuertimini, § verbum, 16 q 1.
ESCA ſi ſcandalizauerit fratrem meum, non manducabo carnem in æternum, cap. niſi cum pridem, §. pro grani. De renunciatione.
ESAIAS linguam ſuam amputauit, gl. 2. in can. qui partem, diſt. 55.
ESAV ſemel ceſſit primatui ſuo, poſtmodum recipere non potuit, gl. adijcere, in cap. Eccleſia veſtra, 57. De electione.
Eſau alio nomine dicitur Edom; inde dicuntur Idumæi, quaſi Edomæi, gl. Eſau, in can. Eccleſia, §. ſi. 1. q. 4.
Eſau vendit primogenituram Iacob, can. quam periculoſum, 7. q. 2.
Eſau & Iacob in Rebeccæ vtero bella geſſerunt, dominandi cauſa, can. in apibus, 7 q. 1.
ESSE non dicitur, quod inutile eſt, gl. deerat, in cap. fraternitatis. De frigid. & maleficiat.
Eſſe, ſed inutilem, & non eſſe, paria ſunt, cap. inter corporalia, §. ſed neque. De transl. Epiſcoporum.
ESSENTIA diuina eſt inſeparabilis reſpectu ſubſtantiæ; ſed reſpectu perſonarum eſt diſcreta, cap. firmiter, in princip. & in §. hæc ſancta. De ſumma Trinit.
Eſſentia, ſubſtantia, ſeu natura Trinitatis eſt incomprehenſibilis, cap. damnamus, §. nos, eod.

Reliqua in verbo. Beatifica. Beatitudo. Deus. Opus. Trinitas.

ESVRIENTEM paſcere tenetur dominus ex præcepto; vnde fur furans fame coactus, ſi illè credit dominum id permiſſurum: & ſic in furando non delinquit, gl. ſi. in can. diſcipulos. De conſecrat. diſt. 5.
Eſurienti facilius tollitur panis, quam ſi ſecurus de cibo iuſtitiam negligat. gl. in curia, in §. ex parte. De conſuetud.

Reliqua in verbo, Paſcere. Fames.

ET pro *vel* quandoque exponitur, gl. & in clem. 1 De cauſa poſſeſſ.
Et coniunctio copulat, gl. & conſcientiam, in clem. 1. §. verum. De hæreticis, gl. & rectoribus, in extrauag. ad conditorem. Ioann. 22.
Et dictio ponitur quandoque pro id eſt, gl. & omnes, in can. propter, diſt. 18.

Reliqua in verbo, Aut. Copulatiua.

ET CÆTERA dictio ſcripta extenſe, denotat alia ſolubiliter ſimilia expreſſis, cap. 1. § ſed licet. De re iudic. lib. 6.
Et cætera dictio ſi ſcribitur extenſe, eſt apta denotare omnia, quæ applicari poſſunt termino, cui adiungitur, cap. 1. §. in cæteris. De clericis coniugat. lib. 6. cap. ſi pater. De teſtament. lib. 6.
Et cætera clauſula eſt comprehenſiua multorum verborum, gl. & cætera, in extrauag. quia quorundam. Ioann. 22.
Et cætera ſcripta abbreuiatè, quia eſt apta includere illa quæ ſunt deputata comprehendi ex alio iure termino cui adiungitur, can. nullus, diſt. 32.

Reliqua in verbo, Verbum, 20.

ETHNICVS vel Ethnica idem eſt, quod gentilis, ab ...... id eſt gens, gl. Ethnica, in cap. quemadmodum, 25. §. illud. De iureiur.

ETIAM dictio eſt implicatiua, & addit vltra caſum iam poſitum, alium, clem. religioſus. De procuratoribus, clem. 1. De teſtament. can. placuit, diſt. 32.

Etiam dictio eſt extenſiua, & ampliatiua, clem. 1. in fi. De re iudicat.

Etiam dictio ſtat implicatiuè, can. canones, 59. diſt. 50.

Etiam dictio eſt implicatiua, addens ad materiam præcedentem, cui adijcitur, can. fraternitatem, diſt. 54.

Etiam dictio implicat: nam verbum *de leuiſſima etiam*, includit latam & leuem culpam, cap. 1. De mandato, & clem. 2. De hæreticis.

ETSI, id eſt quamuis, gl. 1. in clem. 2. De reſcrip.

ab **ETYMOLOGIA** vocabuli licitum eſt arguere, can. nulli dubium, & ibi gl. 1. 3. q. 1.

EVA dicitur plus peccaſſe, quàm Adam ex tranſgreſſione, argum. can. illud autem, diſt. 40.

Reliqua in verbo, Adam.

EVANGELIVM non eſt in verbis ſcripturarum, ſed in ſenſu: non in ſuperficie, ſed in medulla: non in ſermonum folijs, ſed in radice rationis, can. Marcion. 64. 1. qu. 1.

Euangeliorum præſentia eſt quoddam iuramentum in Epiſcopo, can. teſtimonium, 11. q. 1.

Euangelia non ſedendo, ſed ſtando debemus audire, & fideliter adorare, can. Apoſtolica. De conſecr. diſt. 1.

EVANGELICA admonitio debet præcedere cauſam & denunciationem, can. nouit. De iudic.

Euangelicæ legis finis eſt operari ſalutem vniuerſæ rationabili creaturæ, can. ita Dominus, diſt. 19.

Euangelica admonitio non ſolum habet in occultis, ſed etiam in manifeſtis, gl. fi. in can. præcipuæ, 11. q. 3.

in Euangelica denunciatione poteſt idem eſſe iudex, accuſator, & teſtis, ibid.

EVANGELISTÆ quatuor apertè per animalium facies figurantur: Hominis ſcilicet, Leonis, Bouis, & Aquilæ, gl. Ezechiel, in clem. 1. De ſumma Trinit.

Euangeliſtæ ſupplent ſe ad inuicem, cap. cum Marthæ. De celebrat. Miſſar.

Euangeliſtæ vbi ad literam non poſſunt concordare, quoad ſenſum ſpiritualem ſunt concordandi, gl. 1. in cap. cum in. De teſtibus.

Euangelizantibus ac viris Apoſtolicis ſubtrahens neceſſaria, ſeipſum condemnat, can. pe. 16. q. 1.

Reliqua in verbo, Denunciatio.

1 **EVCHARISTIA** in loco ſingulari, mundo, & ſignato ſemper honorificè collocata, deuotè, & fideliter conſeruari debet, cap. ſanè. De celebrat. Miſſar.

ad Euchariſtiæ ſubſtantiam ſunt tantùm illa verba, *Hoc eſt enim Corpus meum*: aliæ verò orationes ſunt de ſolemnitate, cap. de homine eod.

in Euchariſtiæ eleuatione, & delatione populus debet ſe inclinare flexis genibus: & tranſgreſſor grauiter debet puniri, ibid.

Euchariſtia cum defertur ad infirmum, debet ferri in decenti habitu, & cum lumine, & contrà faciens grauiter puniendus eſt, ibid.

in Euchariſtiæ eleuatione poteſt quis dicere iſta verba: *Verbum Patris, Hoſtia vera, viua Caro, Deitas integra, verus Homo*, vel orationem Dominicam, gloſ. 2. in cap. ſanè, eod.

ante Euchariſtiæ conſecrationem poteſt quis dicere hæc verba, *Tranſubſtantientur res iſtæ in Corpus & Sanguinem tuum Domine, ad honorem & laudem nominis tui, ad confeſſionem peccatorum, & ad ſalutem animarum noſtrarum*, ibid.

Euchariſtiæ ſacramento in ſacrificijs nihil eſt maius, gloſ. in rub. De baptiſmo.

Euchariſtia & chriſma debent ſub clauibus fideliter cuſtodiri: & contrà faciens puniendus eſt, cap. 1. De cuſtodia Euchariſt.

Euchariſtiæ ſacramentum ad infirmos non debet deferri per laicos: ſed Presbyter debet hoc facere: vel per diaconum ſi neceſſe eſt poteſt deferri, gl. 2. ibid.

2 Euchariſtiæ ſacramentum recipere tenetur quilibet doli capax, ad minus in Paſcha, cap. omnis vtriuſque. De pœnitent. & remiſſ.

Euchariſtia hodie de neceſſitate pluries non eſt recipienda in anno, ſed ſemel tantum, ibid.

ab Euchariſtiæ aſſumptione non debet quis abſtinere ex conſilio alicui ſacerdotis, ſed bene proprii, ibid.

Euchariſtia appellatur verus cibus, & panis Angelorum, clem. 1. De reliquiis & venerat.

Euchariſtia dicitur ab .... quod eſt bonum: & .... quod eſt gratia: quaſi bona gratia, gl. Euchariſtiæ, in clem. religioſi. De priuileg.

Euchariſtiam accipere non licet ab hæretico etiam in neceſſitate: ſed baptiſmum ſic, can. ſuperueniente, 72. & ibi gl. fi. 1. q. 1.

Euchariſtia, Latinè bona gratia interpretatur, can. multi, 84. 1. q. 1.

Euchariſtia, & omnia quæcumque in altari ponuntur, non ab homine, ſed à Deo ſanctificationem accipiunt, can. non nocet, 89. 1. q. 1.

Euchariſtiam faciunt non verba, ſed merita ſacerdotum, can. ſacerdotes, 90. 1. q. 1.

Euchariſtiam dare debet Presbyter, & etiam diaconus tempore neceſſitatis, gl. 1. in can. nullus, 100. 1. q. 1.

Euchariſtia non eſt danda gladiatoribus, cum peccent mortaliter, can. monomachiam, 2. q. 5. 3

Euchariſtia eſt neceſſaria ad ſalutem taliem, quia tollit peccata venialia, gl. 1. in cap. ſi quis 26 q. 6.

Euchariſtia non debet alicui denegari, etiamſi debeat ſuſpendi in patibulo, ibid.

per Euchariſtiæ ſumptionem dimittuntur peccata venialia, gloſ. pronunciare, in can. magna. De pœnitentia, diſtinct. 1.

Euchariſtiæ ſacramento communicaturus debet accedere bona conſcientia, can. conſideret, §. paueat. De pœniten. diſt. 5.

Euchariſtiam aſſumens mala conſcientia ſeparat ſe à corpore Chriſti, gl. bona, ibid.

ad Euchariſtiam accedere quis debet præcedente continentia, propter reuerentiam ſacramenti, can. 2. & ibi gloſ. non poteſt, 33. q. 4.

Euchariſtiæ ſacramentum fuit inſtitutum à Domino in Cœna, quando poſt typicum Paſcha completum comedit agnum cum Apoſtolis, gloſ. 2. in can. 1. De conſecrat. diſt. 2.

in Euchariſtiæ ſacramento tria continentur; forma viſibilis panis & vini, veritas corporis & ſanguinis Chriſti, & virtus ſpiritualis, id eſt virtus vnitatis & charitatis; hoc eſt æterna coniunctio & dilectio Chriſti ad Eccleſiam. Primum eſt ſacramentum tantùm, & non res ſacramenti: ſecundum eſt ſacramentum, & res ſacramenti: tertium eſt res ſacramenti tantùm, & non ſacramentum, ibid.

in Euchariſtiæ ſacramento ſubſtantia panis & vini definit eſſe, & remanent accidentia tantùm, id eſt ſapor, color, pondus, & ſimilia: & ſub illis accidentibus eſt corpus Chriſti: item vinum & aqua, non ut duo, ſed vt vnum compactum tranſmutantur in ſanguinem, ibid. 4

Euchariſtiæ ſacramentum quotidie aſſumens nec reprehenditur, nec laudatur, can. quotidie. De conſecrat. diſt. 2.

Euchariſtiæ ſacramentum quòd ſumatur ſingulis Dominicis, hortandum eſt; dum tamen mens non ſit in affectu peccandi: ſed habens voluntatem peccandi, perceptione magis grauatur, quàm purificetur, ibid.

Euchariſtiæ ſacramentum vni dicitur ſalutiferum, alii dicitur mortiferum, gl. purificari, ibid.

Euchariſtiæ ſacramentum ſemper debet accipere, qui ſemper peccat, can. ſi quotieſcumque. De conſecration. diſt. 2.

ab Euchariſtiæ ſumptione non debet abſtinere ille, qui excommunicari non meretur, can. ſi non ſunt. De conſecrat. diſt. 2.

Euchariſtiam ſumere debet quilibet Chriſtianus, ſaltem ter in anno; ſcilicet in Paſcha, Pentecoſte, & in Natali Domini: niſi quis maioribus criminibus ſit irretitus: & tunc etiam abſtinere eſt peccatum, can. & ſi non frequentius, & ibi gl. 1. De conſuetud. diſt. 2.

Euchariſtiam debemus accipere in Cœna Domini, can. in Cœna. De conſecrat. diſt. 2.

ab Euchariſtiæ ſumptione auertens ſe pro luxuria ſua debet excommunicari, donec agat pœnitentiam, can. ſi quis intrat. De conſecrat. diſt. 2.

Euchariſtiæ ſacramentum non aſſumentes diebus Paſchatis, Pentecoſtes, & Natalis Domini, non creduntur Catholici, nec inter Catholicos debent haberi, can. ſeculares, & can. omnis homo. De conſecrat. diſt. 2. 5

Euchariſtiam ſumere hodie debent laici de præcepto ſemel in anno, gl. 1. in d. can. ſeculares.

Euchariſtiam ſumere ſi conſummant illi, qui intrant in Eccleſiam, debent corripi, can. hi qui intrant. De conſecrat. diſt. 2.

Euchariſtiam propter ebrietatem vel voracitatem euomens laicus, 40. diebus debet pœnitere: clericus, Monachus, Presbyter, vel diaconus ſeptuaginta diebus: Epiſcopus nonaginta diebus, can. ſi quis per ebrietatem. De conſecrat. diſt. 2.

Euchariſtiam cauſa infirmitatis euomens ſeptem diebus pœnitere debet.

Euchariſtia tradi non debet laico vel mulieri deferenda infirmo, can. peruenit. De conſecrat. diſt. 2.

in Euchariſtia ſpecies & ſimilitudo rerum illarum, vocabula vocantur, quæ antea fuerunt panis & vini, cum iam non ſunt: ſcriptura ſpeciem panis, panem; & ſpeciem vini, vinum; & corpus Domini, panem; & ſanguinem, vinum & calicem conſueuit appellare, can. ſpecies, & ibi gl. vocabula. De conſecrat. diſt. 2.

in Euchariſtia poſt conſecrationem ſubſtantia panis & vini deſinat

ſinat

ſinit eſſe, & remanent accidentia tantùm, ſcilicet color, ſapor, pondus & ſimilia, gl. ſunt, ibid.

6 in Euchariſtia viſibiles creaturæ in Chriſti corpus & ſanguinem inuiſibiliter conuertuntur, can. quia corpus. De conſecrat. diſt. 2.

Euchariſtiæ ſacramentum inſtituit Chriſtus, vt ille qui ſemel eſt oblatus prò noſtra redemptione, in memoriam paſſionis ſuæ quotidie in ſacramento offeratur: in quo verbo ſuo ſecreta virtute panem & vinum in corpus ſuum conuertit, quod à ſenſu corporeo non percipitur, ſed intellectu comprehenditur, can. quia corpus. De conſecratione, diſt. 2.

Euchariſtiam debet Presbyter ſemper habere paratam pro infirmantibus, can. Presbyter. De conſecrat. diſt. 2.

Euchariſtia non debet dari hiſtrionibus cum cæteris Chriſtianis, can. pro dilectione. De conſecrat. diſt. 2.

Euchariſtia non debet dari exiſtenti in mortali crimine notorio, gl. 2. ibid.

Euchariſtia denegari non debet ſcænicis atque hiſtrionibus, cæteriſque perſonis apoſtaticis, conuerſis, & reuerſis ad Dominum, can. pe. De conſecrat. diſt 2.

Euchariſtiæ ſacramentum in vltima Cœna Chriſtus Dominus noſter inſtituit, cum poſt panis vinumque benedictionem ſe ſuum ipſius corpus illis præbuit, & ſuum ſanguinem diſertis ac perſpicuis verbis teſtatus eſt. Conc. Trid. ſeſs. 13. cap. 1

7 in Euchariſtiæ ſacramento poſt panis & vini conſecrationem, Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, verum Deum, atque Hominem, verè, atque realiter & ſubſtantialiter ſub ſpecie illarum rerum ſenſibilium contineri, apertè, & ſimpliciter profiteri tenemur, ibid.

Euchariſtiam ſanctam conſuetudo aſſeruandi in ſacrario adeo antiqua eſt, quòd eam agnouerit etiam Concilium Nicænum. Conc. Trid. ſeſs. 13. cap. 6.

Euchariſtiam ipſam ſacram deferri ad infirmos, & ad hunc vſum in Eccleſiis conſeruari, præterquamquod cum ſumma æquitate & ratione coniunctum eſt, in multis Conciliis præceptum inuenitur, & vt vetuſtiſſimo Eccleſiæ Catholicæ more obſeruatum eſt, ibid.

ad Euchariſtiæ ſacramentum percipiendum caueat quis diligenter, ne accedat abſque magna reuerentia & ſanctitate: præſertim cum illa plena formidinis verba apud Apoſtolum legimus: *Qui manducat, & bibit indignè, iudicium ſibi manducat & bibit*. Conc. Trid. ſeſs. 13. cap. 7.

Euchariſtiam ſanctam ſumere volenti, reuocandum eſt in memoriam Pauli præceptum: *Probet ſeipſum homo* &c. ibid.

ad Euchariſtiam ſanctam nullus ſibi conſcius mortalis peccati debet accedere, abſque præmiſſa ſacramentali confeſſione, quantumuis ſibi contritus videatur. Quod obſeruandum eſt ab omnibus Chriſtianis, & etiam à Sacerdotibus modò eis non deſit copia Confeſſoris: quòd ſi neceſſitate vigente, ſacerdos abſque præuia confeſſione celebrauerit, quàm primum poteſt, tenetur confiteri, ibidem.

Euchariſtiam ſanctam quidam ſumunt ſacramentaliter tantùm, vt peccatores: alii ſpiritualiter tantùm, nimirum illi, qui voto propoſitum illum cæleſtem panem edentes, fide viua, quæ per dilectionem operatur, fructum eius & vtilitatem ſentiunt: tertij autem ſacramentaliter, & ſpiritualiter ſumunt, vt ſunt illi, qui ita ſe prius probant, & inſtruunt, vt veſtem nuptialem induti ad diuinam hanc menſam accedant. Conc. Trid. ſeſſ. 13 cap. 8.

8 in Euchariſtiæ ſacramentali ſumptione ſemper in Eccleſia Dei mos fuit, vt laici à ſacerdotibus communionem acciperent: ſacerdotes autem celebrantes ſe ipſos communicarent: qui mos tanquam ex traditione Apoſtolica deſcendens, iure meritòque retineri debet, ibid.

in Euchariſtiæ ſanctiſſimæ ſacramento ſi quis negauerit contineri verè, realiter, & ſubſtantialiter corpus & ſanguinem, vnà cum anima & diuinitate Domini noſtri Ieſu Chriſti, ac proinde totum Chriſtum: ſed dixerit tantummodo eſſe in eo, vt in ſigno, vel figura, aut virtute, anathema ſit. Concil. Trid. ſeſſ. 13 De ſacramento Euchariſtiæ, can. 1.

in Euchariſtia ſi quis dixerit remanere ſubſtantiam panis & vini, vnà cum corpore & ſanguine Domini noſtri Ieſu Chriſti, negaueritque illam eſſe ſingularem conuerſionem totius ſubſtantiæ panis in corpus, & totius ſubſtantiæ vini in ſanguinem, manentibus dumtaxat ſpeciebus panis & vini, quam conuerſionem Catholica Eccleſia tranſubſtantiationem appellat, anathema ſit, can. 2. ibid.

in Euchariſtia ſi quis negauerit ſub vnaquaque ſpecie, & ſub ſingulis cuiuſque ſpeciei partibus, ſeparatione facta, totum Chriſtum contineri, anathema ſit, canon. 3. ibidem.

in Euchariſtiæ ſacramento ſi quis dixerit, peracta conſecratione, non eſse corpus & ſanguinem Domini noſtri Ieſu Chriſti: ſed tantùm in eſu dum ſumitur, non autem ante vel poſt, & in hoſtijs ſeu particulis conſecratis, quæ poſt communionem reſeruantur, vel ſuperſunt, non remanere corpus Domini, anathema ſit, can. 4. ibid.

Euchariſtiæ ſanctiſſimæ præcipuum fructum ſi quis dixerit eſſe remiſſionem peccatorum, vel ex ea non alios effectus prouenire, anathema ſit, can. 5. ibid.

in Euchariſtiæ ſacramento ſi quis dixerit Chriſtum vnigenitum Dei filium non eſſe cultu latriæ etiam externo adorandum, atque ideo nec feſtiua peculiari celebritate venerandum, nec in proceſſionibus ſecundum laudabilem & vniuerſalem ſanctæ Eccleſiæ ritum & conſuetudinem ſolemniter circumgeſtandum, vel non publicè, vt adoretur, populo proponendum, & eius adoratores eſſe idolatras, anathema ſit, can. 6. ibid.

Euchariſtiam ſanctam ſi quis dixerit non licere in ſacrario reſeruari, ſed ſtatim poſt conſecrationem adſtantibus neceſſariò diſtribuendam, aut non licere, vt illa ad infirmos honorifice deferatur, anathema ſit, can. 7. ibid.

in Euchariſtia ſi quis dixerit Chriſtum ſpiritualiter tantum 9
manducari, & non etiam ſacramentaliter & realiter, anathema ſit, can. 8. ibid.

ad Euchariſtiæ ſanctiſſimæ ſacramentum ſumendum ſi quis dixerit ſolam fidem eſſe ſufficientem præparationem, anathema ſit, can. 11. ibid.

ad Euchariſtiæ ſacramentum ſumendum illi, quos peccati mortalis conſcientia grauat, quantumcumque etiam ſe contritos exiſtiment, habita confeſſoris copia, debent neceſſariò præmittere ſacramentalem confeſſionem: quòd ſi quis contrarium prædicare, docere, vel pertinaciter aſſerere, vel publicè diſputando defendere præſumpſerit, eo ipſo ſit excommunicatus, can. 11. ibid.

ad Euchariſtiæ ſacramentum ſub vtraque ſpecie ſumendum, nullo diuino præcepto obligantur laici, vel clerici non conficientes: nec vllo pacto ſalua fide dubitari poteſt, quin illis alterius ſpeciei communio ad ſalutem ſufficiat. Concil. Trident. ſeſſ. 21. cap. 1.

Euchariſtiæ ſacramentum Chriſtus Dominus noſter in vltima Cœna in panis & vini ſpeciebus inſtituit, & Apoſtolis tradidit: non tamen illa inſtitutio & traditio tendunt ad illud, vt omnes Chriſti fideles ſtatuto Domini ad vtramque ſpeciem accipiendam adſtringantur, ibid.

Euchariſtiæ ſacramentum licet ab initio Chriſtianæ religionis ſub vtraque ſpecie non infrequenter ſumeretur: progreſſu tamen temporis, mutata illa conſuetudine, grauibus & iuſtis cauſis Eccleſia approbauit conſuetudinem communicandi ſub altera ſpecie, & pro lege habendam decreuit. Concil. Trident. ſeſſ. 21. cap. 2.

Euchariſtiæ ſacramentum Chriſtus redemptor noſter, licet inſtituerit in vltima illa cœna in duabus ſpeciebus, & Apoſtolis tradidit: tamen fatendum eſt etiam ſub altera tantum ſpecie totum atque integrum Chriſtum ſumi. Concil. Trid. ſeſſ. 21. cap. 3.

Euchariſtiæ ſacramentum ſumentes ſub vna ſola ſpecie, nulla gratia neceſſaria ad ſalutem defraudantur, cum etiam ſub altera tantum ſpecie totum atque integrum Chriſtum, verumque ſacramentum ſumi fatendum ſit, ibid.

ad Euchariſtiæ ſacramentalem communionem nulla neceſſitate obligantur paruuli vſu rationis carentes. Conc. Trid. ſeſſ. 21. cap. 4.

Euchariſtiæ ſanctiſſimi ſacramenti vtramque ſpeciem ſi quis dixerit ex Dei præcepto, vel neceſſitate ſalutis omnes & ſingulos Chriſti fideles debere ſumere, anathema ſit. Concil. Trid. ſeſſ. 21. De communione ſub vtraque ſpecie, can. 1.

Reliqua in verbo, Chriſtus, 14. 15. 16. 17. 18. *Corpus, n.* 5. *vſque ad* 11. *Conſecratio*, 5. *Sacramentum*, 13. *vſque* 17 *Sacerdos*, 20. *vſque* 26.

EVENIRE quid potuit conſiderandum eſt, non quod euenit, gl. fi. in can. ſi quis abſciderit, diſt. 55.

EVENTVS dubius ſpectandus eſt, clem. 1. Vt lite pendente.

Reliqua in verbo, Raro.

EVIDENS dicitur illud, quod ſemper eſt palam, & euidenter apparet, gloſ. manifeſtum, in cap. 2. De verb. ſignific. lib. 6.

in Euidenti quod eſt, nulla tergiuerſatione celari poteſt, ibidem.

Reliqua in verbo, Conſtare.

EVLOGIA dicitur id, quod ſolet aſſignari Epiſcopo, tempore conſecrationis: & illud quod ei auſertur in ſynodo, gl. 1. in can. non ſemel, 18. q. 2.

Eulogiæ dicuntur munera, quæ deferunt ſubditi ſuis Prælatis, gl. 1. in can. de eulogijs, diſt. 18.

EVNVCHVS per inſidias hominum factus, vel ita natus, vel cui in perſecutione virilia ſunt amputata, non prohibetur ad ordines promoueri: imo & in Epiſcopum promoueri poteſt, cap. 3. De corpore vitiat. ord. & can. eunuchus, diſt. 55.

Eunuchus factus in cunabulis promoueri poteſt ad ordines, cum eo tempore non videatur animi iudicium habuiſſe: ſecus eſt in eo, qui affectauit ab alijs ſibi abſcindi virilia, aut ſeipſum abſciderit, d. cap. 3.

Eunu-

Eunuchus latè ſumpto vocabulo dicitur, & qui natus eſt, & etiam qui ex poſt facto caſtratus eſt, ibid.
Eunuchos voluntarios diligit Deus, non ex neceſſitate factos, gl. infirmitatis, in cap. ex parte M. eod.
Eunuchus à natiuitate poteſt promoueri ad ordines, can. eunuchus, diſt. 55.
Eunuchus ſeruus vitioſus eſt: quandoque tamen reputatur pretioſior, gl. 2. ibid.
Eunuchorum tria ſunt genera: nam quidam ſunt eunuchi propter naturalem frigiditatem; alij propter ſectionem; alij voluntate; & illi præferuntur, & horum virginitas redolet vitam Angelicam, can. omnes, & ibi gl. trium, 32. q. 7.

Reliqua in verbo, Caſtrari.

EX & ab dictiones differunt: in quòd dictio *ex* denotat coniuncta: ſed dictio *ab* denotat remota, cap. qualiter, 17. De electione.
Ex & *ab* dictiones differunt: quia vna denotat cauſam mediatam, alia immediatam, cap. auditis, De procuratoribus, cap. 6. De rerum permut. cap. pen. §. prohibemus. De offic. legati, lib. 6.
Ex dictio non ſemper priuat, veluti extruxerat, id eſt conſtruxerat: & ibi, mulier quædam nomine Martha excepit eum, id eſt ſuſcepit, gl. extruxerat, in extrauag. execrabilis. Ioann. 22.
Ex ſyllaba ponitur quandoque priuatiuè; quandoque vero non priuat, ſed ponit, gl. expropriationem, in extrauag. ad conditorem. Ioann. 22.
Ex dictio denotat quandoque priuationem qualitatis, cui adiungitur, can. accedens, 10. diſt. 50.
Ex dictio deformitatem deſignat, ſicut dicitur depactus, id eſt turpiter pactus, gl. execratus, in can. pudenda, 24. qu. 1.

Reliqua in verbo, Verbum, 23.

EXACTIO particularis, hoc eſt per partes, multa habet incommoda, gl. obierunt, in clem. 1. De iure patro.
Exactiones illicitæ fieri non debent ſub ſpecie tributorum, gl. a in cap. ea quæ, 12. De cenſib.
in Exactione iterum poteſt actor ſe fundare ſuper antiqua dumtaxat conſuetudine. cap. dilectus. De officio Ordin.
Exactum ſemel, iterum non debet exigi, reg. bona fides, 83. De reg. iuris, lib. 6.
Exactum ſemel iterum non debet exigi: verum eſt in his, quorum cauſa vnica exactione finitur: ſecus vbi vnica exactione non finitur, ibid.
Exacta ſemel pœna iterum poteſt exigi, vbi actum eſt in contractu, vt toties pœna committatur, & exigi poſſit, quoties contrà factum fuerit, ibid.

Reliqua in verbo, Creditor, 1. Soluere. Solutio. Exigere.

EXÆSTVARE idem eſt, quod quaſi feruere, bullire, caleſieri, gl. exæſtuat, in clem. dudum. De ſepultur.
EXAMINATIO perſonæ pertinet ad eum, ad quem impoſitio manus ſpectat, cap. venerabilem, 34. verſ. verum. De electione.
Examinatio clericorum, qui ad ordines promouentur, pertinet ad Archidiaconum, vel ad ſacerdotes de iure electos ab Epiſcopo, quando deficit Archidiaconus, gl. examinentur, in cap. ad hæc. De officio Ordin.
Examinatione perfecta habita, non eſt amplius iteranda, cap. licet. De officio legati.
ſine Examinatione poteſt promoueri notus: habet enim teſtimonium totius populi, cap. conſtitutis, 46. De appellat.
Examinatio ſeu indagatio nimia vitanda eſt quandoque, gl. inquireres, in cap. conſtitutus, 5. De purgat. canon.
Examinationi æquiualet teſtimonium populi, gl. a. in can. nullus, 2. diſt. 24.
circa Examinationis formam à Concilio Tridentino traditam, ad Eccleſias parochiales, poterit Concilium Prouinciale addere, vel remittere, ſi qua cenſuerit. Concil. Trident. ſeſſ. 24. De reform. cap. a. ad ſi.
EXAMINARI non debet notus, ſed bene qui non eſt omnino notus, ſed aliqualiter, clem. ne Romani, §. non eodem. & ibi gl. aliqualiter. De iureiurando.
Examinari debet clericus ad beneficia, in his præcipuè, in quibus vertitur periculum animæ, gloſ. examinentur, in add. marg. in cap. ad hæc. De officio Archidiac.
in Examinando ſuper idoneitate promouendorum, ſuperior non tenetur recipere iuramenta teſtium: ſed poteſt ſine iuramento inquirere ad informandam ſuam conſcientiam, cap. cum nobis, 29. De electione.
Examinatus ſemel poteſt iterum examinari de his, quæ poſtea contigerunt: de antiquis vero debet examinari, ne promoueatur indignus contra publicam vtilitatem, gl. examinati, in cap. accepimus. De ætate & qualitate.
Examinatus ſemel poteſt iterato examinari, quando eſt ſuſpicio de indignitate, d. cap. accepimus.

EXAMINATOR ſi approbauerit indignum, & Epiſcopus ignorans eum ordinauerit, de eius indignitate tenebitur Epiſcopus, niſi examinator ſit talis, quòd non ſit verſimile ipſum mentiri, gl. examinentur, in cap. ad hæc. De offic. Arch.
Examinator ſi approbauerit aliquem ad ordines ſine titulo, & eum Epiſcopus ignorans ordinauit, ipſe examinator tenetur prouidere ei: & ſi non ſit ſoluendo, habet regreſſum contra Epiſcopum: quia adhuc erat Epiſcopo reſeruatum ius examinandi, ibid.
Examinatoris prioris negligentia non debet impedire, quominus quæratur, an dignus ſit primo examinatus, gl. examinari, in cap. accepimus. De ætate & qualit.
Examinatores ſinguli annis in diœceſana ſynodo ab Epiſcopo, vel eius vicario, ad minus ſex debent proponi, qui ſynodo ſatisfaciant, & ab eo probentur. Concil. Trid. ſeſſ. 24. De reformat. cap. 18.
Examinatores debent eſſe magiſtri, vel doctores, aut licentiati in Theologia, aut iure Canonico, vel alij clerici ſeu regulares etiam ex ordine mendicantium, aut etiam ſeculares, qui ad id videbuntur magis idonei, iurentque omnes ſe, quacumque humana affectione poſtpoſita, munus executuros, d. cap. 18.
Examinatores debent cauere, ne occaſione examinis, nec ante, nec poſt, aliquid accipiant: alioquin ſimoniæ vitium tam ipſi, quàm dantes incurrunt, à qua abſolui non poſſunt, niſi dimiſſis beneficiis, quæ quomodocumque antea obtinebant, & ad alia etiam in poſterum inhabiles reddantur, ibidem.
Examinatores, ſi compertum fuerit in ſynodo prouinciali, aliquid contra ſuum officium feciſſe, grauiter debent puniri arbitrio ipſius ſynodi, ibid.
Examinatores peracto examine debent renunciare, quotcumque ab eis idonei reperti fuerint ætate, moribus, doctrina, prudentia, & aliis rebus ad vacantem Eccleſiam gubernandam opportunis: & ex eis Epiſcopus eum eliget, quem ceteris magis idoneum iudicauerit, atque illi & non alteri collatio Eccleſiæ fiet ab eo, ad quem ſpectabit eam conferre, ibid.
Examinatorum relationem non debet impedire, vel ſuſpendere deuolutio, aut appellatio, etiam ad Sanctiſſimum, quominus illa executionem habeat, dict. cap. 18. verſ. nec prædictorum.

Reliqua in verbo, Cognitio. Beneficiandi. Maior, 5. Notus. Ordinandus, 2. 3. 4.

EXAVTHORATVS clericus priuatur ſacramento: vnde talis poteſt verberari ſine ſacrilegio, gl. a. in can. dictum, diſt. 81.
EXCEDI dicitur portio aſſignanda, tam in plus, quàm in minori, clem. 1. De iure patronat.

Exceptio in genere, n. 1. vſque ad n. 15.
Quoad exceptionem dilatoriam, n. 16. vſque ad n. 20.
Quoad exceptionem declinatoriam, & ſpoliationis, num. 21. & num. 22.
Quoad exceptionem excommunicationis, num. 23. 24. 25.
Quoad exceptionem peremptoriam, num. 26. vſque 29.
Quoad exceptionem rei iudicatæ, num. 30.

EXCEPTIO eſt actionis excluſio, gl. irritari, in cap. dudum, §. licet. De electione. 2
Exceptio & actio poteſt competere alicui ex eadem cauſa, diuerſo tamen iudicio: verum ſi contra electum oppoſuit quis exceptionem de pluralitate beneficiorum curatorum, eadem poterit agere contra electum de eadem pluralitate beneficiorum, ut alio tamen iudicio, d. cap. dudum, §. licet, & ibi gl. irritari.
Exceptionum quædam ſunt perpetuæ, quædam temporales, gl. excolari, in cap. ſi autem. De reſcript.
Exceptio perpetua dicitur illa, quæ perpetuò competit, quandocumque actor agit, vt eſt exceptio doli, ibid.
Exceptio doli non competit, niſi quis agat, ibid.
Exceptio temporalis eſt illa, quæ non ſemper competit, & euitari poteſt, ibid.
Exceptio notoria poteſt opponi ad proceſſum, & ſic ante litem conteſtatam, licet ſit peremptoria, gl. niſi forſan, in cap. ſuper literis. De reſcript.
Exceptio nulla admittitur contra electum in Romanum Pontificem à duabus partibus Cardinalium, niſi de hæreſi, cap. licet, 6. & ibi gl. exceptione. De electione.
Exceptio ſpontaneæ abiurationis, hoc eſt renunciationis factæ cum iuramento, vel ſine, obſtat, clerico repetenti illud, cap. ſuper hoc. De renunc.
Exceptio vbi proponitur, ſufficit indifferenter proponere factum, ex quo cauſatur exceptio, ibid.
Exceptio etiam ſine cauſæ expreſſione admitti poteſt, licet actio non admittatur ſine expreſſione cauſæ, ibid.
Exceptio legitima infringit actionem, ſi non repellatur per legitimam replicationem, ibid. 2
Exceptiones legitimæ admitti debent, quantumcumque Papa ſcribat præciſè, niſi expreſsè dicat, quod nullæ admittantur: vel niſi dicat, non obſtante tali & tali exceptione: quia tunc

tuis illæ non ſunt admittendæ, gl. 1. in cap. accepimus. De ætate & quali.

Exceptionum remotio in reſcripto appoſita refertur ad exceptiones friuolas, & irrationabiles, ſed non ad rationabiles, cap. ex parte. 13. De officio delegat.

Exceptiones legitimas recipiens, ſecundum ius facere intelligitur, ad quod etiam tenetur, gl. 1. ibid.

Exceptiones in ſe concludentes, non tamen admittendæ, ſi de facto fuerint per iudicem admiſſæ, debet iudex ſecundum illas pronunciare, gl. nihilominus, in cap. cum contingat, eod.

Exceptio an ſit admittenda, vel non, ſi iudex dubitat, debet eam admittere cum proteſtatione, *ſi, & in quantum de iure ſit admittenda*, & non aliter, d. gl. nihilominus.

Exceptiones an ſint admittendæ, vel non, debet iudex prouidere: ſi ſunt admittendæ, tunc iudex debet admittere probationes ſuper illis, ibid.

Exceptio hæc non eſt admittenda, habeo te ſuſpectum, quia aduocatus alterius partis eſt clericus tuus, vel commenſalis, vel familiaris, niſi iudex foueat latenter partem ſui clerici commenſalis, qui ſtat aduocatus, gl. fi. in cap. 2. De officio iudicis.

Exceptio quælibet, quæ reddit iudicium retrò nullum, poteſt quandocumque opponi, etiam poſt litis conteſtationem, gl. momenti, in cap. noſtra. De procuratoribus.

Exceptio militiæ non oppoſita contra procuratorem ante litem conteſtatam, in cauſa appellationis opponi non poteſt, gl. poſtulauit, in add. marg. in cap. ſuſcitata. De in integr. reſtit.

3 Exceptionis oblatio, & eius oblata probatio iuſtificat appellationem ab interlocutoria, abſque probatione veritatis exceptionis, cap. exhibita. De iudiciis.

Exceptio eſt actionis excluſio, vt peremptoria, ſiue iudicis, ſiue actionis repulſio, vt ſunt dilatoriæ, gl. fi. in cap. ex tenore. De foro comp.

Exceptionem non debet proponere reus ante fundatam intentionem actoris, ne fruſtrà ſe grauet, cap. 2. De ordin. cognit.

Exceptio quando eſt talis, ſuper qua, non facta pronunciatione tacitè vel expreſsè, non poteſt expediri negotium principale, tunc prius pronunciandum ſuper exceptione, vt eſt omnis exceptio concernens ipſum proceſſum: item exceptio defectus natalium, dict. reprobat. gloſ. 2. ibidem.

Exceptio ſi eſt talis, ſuper qua non facta pronunciatione poteſt definiri quæſtio principalis, tunc poteſt differri pronunciatio exceptionis: vt cum pronunciatur ſuper principali, ſatis pronunciatur ſuper illa exceptione: vt eſt exceptio pacti de non petendo, & ſimiles, dict. reprobat. dict. gl. 2.

Exceptio omnis concernens ipſum factum principale, ſeu quæ opponitur ad ipſum factum, dicitur incidens: quia perimit ipſum factum principale, d.d. reprob. d. gl. 2.

Exceptio omnis concernens proceſſum dicitur emergens: quia in veritate tunc competit reſpectu obiectus ſiue ſit peremptoria, vt exceptio litis finitæ, ſiue non, dict. reprobat. d. gl. 2.

Exceptio natiuitatis petenti hæreditatem obſtat, quæ prius coram iudice Eccleſiaſtico debet terminari, cap. tuam. De ordin. cogn.

Exceptio proprietatis non admittitur contra agentem interdicto recuperandæ poſſeſſionis, niſi actore volente, & conſentiente, cap. 2. De reſtit. ſpol.

Exceptio dominii non admittitur contra agentem interdicto recuperandæ: ſed bene contra agentem adipiſcendæ poſſeſſionis, d. cap. 2. & ibi gl. 2.

4 Exceptio generaliter propoſita, quæ poteſt obſtare, & non obſtare, non debet reiici ſtatim; ſed iudex debet inſtare, vt pars excipiens declaret, an opponat in caſu concludentis, an non: vt in primo caſu admittatur, in ſecundo reiiciatur, cap. 2. De reſtit. ſpoliat.

Exceptiones plures opponens, quarum vnaquæque eſt ſufficiens ad obtinendum in cauſa, non arctatur ad probandum omnes: ſed ſufficit, quòd probet vnam illarum, cap. audita, & ibi gl. 2. eod.

Exceptio criminis non obſtat agenti interdicto vnde vi, vel quòd vi, aut clàm, cap. item cum quis, eod.

Exceptio criminis nullo modo debet admitti ante exceptionem ſuper poſſeſſorio, ibid.

Exceptio defectus proprietatis non obſtat agenti interdicto recuperandæ, etiamſi probationes offerantur incontinenti, cap. literas, eod.

Exceptio inopiæ, de qua conſtat, à clerico oppoſita, impedit executionem ſententiæ, etiam latæ in poſſeſſorio, cap. olim, eodem.

Exceptio ex parte rei ita debet concludere, ſicut & probatio ex parte actoris, cap. in præſentia. De probatio.

Exceptio falſitatis teſtium cum corruptione poteſt opponi, & directè probari, poſt publicatas probationes, cap. licet cauſam, eod.

Exceptio danda eſt in ſcriptis, & poſtea redigenda eſt in actis, gl. exceptiones, in cap. quoniam contra, eod.

Exceptio legitima, oppoſita contra perſonas teſtium, ſi non admittitur, licitè appellatur, cap. ex parte. De teſtibus.

Exceptio contra perſonas teſtium non eſt propriè dilatoria, nec peremptoria, nec merè ſapit naturam alterius, cap. præſentium, 31. eod.

Exceptio procuratoria contra militem expreſsè remitti non poteſt, ſed tacitè bene poteſt, gl. fi. in cap. tuis quæſtionibus, 39. eod. 5

Exceptionem proponere volenti dari debet tempus, quo elapſo amplius non auditur, gl. vlterius, in cap. accepimus. De fide inſtr.

Exceptio facilius datur alicui, quàm actio, gl. fortius, in cap. quemadmodum, 25. De iureiurand.

Exceptio contra teſtem debet probari ante ſententiam, cap. 2. De exceptio.

Exceptio falſi ſi probetur contra teſtem, & ſtatur in finibus ſolius exceptionis, teſtis non punitur pœna legis, ſed incidenter & extra ordinem, ibid.

Exceptio in perſonas teſtium vſque ad ſententiam poteſt opponi, & probari, gl. per ſententiam, ibid.

Exceptio, quæ in dicta, & perſonas teſtium opponitur; vt cum teſtis arguitur de falſo, vel actor vſus fuerit falſis teſtibus, vel inſtrumentis, poteſt opponi etiam poſt ſententiam vſque ad viginti annos, ibid.

Exceptio falſi poteſt opponi in cauſa matrimoniali, vſque in infinitum, ibid.

Exceptio falſi ſi fuerit oppoſita ante ſententiam, & non fuerit probata, poſt ſententiam non poteſt opponi, niſi fuerit appellatum, gl. per ſententiam, ibid.

Exceptio contra perſonam teſtis propriè non eſt dilatoria, neque peremptoria: accedit tamen magis ad naturam peremptoriarum: & ideo dici poteſt quaſi peremptoria, quæ ſaltem per obliquum, ſiue indirectè, perimit: quia ſublata probatione remanet ius partis inutile, dict. gloſ. per ſententiam.

Exceptio alicuius rei non debet opponi ab illo, qui in eadem re laborat, cap. 3. De except. 6

Exceptiones duæ contrariæ poſſunt proponi ſimul ſub conditione, veluti nego mutuatum: & ſi mutuaſti, ſolui, dd. reprob. gl. proteſtatam, in cap. paſtoralis, eod.

Exceptiones duæ contrariæ ſimul purè non poſſunt proponi, d. gl. proteſtatæ, in d. cap. paſtoralis.

Exceptionem vnam proponens ſi ſuccubuit, poteſt intra terminum ſibi aſſignatum proponere aliam, niſi ſit contraria primæ, ita quòd non poſſint ſimul ambæ proponi, ibid.

Exceptionem perdit quis, ſi intra terminum ſibi aſſignatum non propoſuerit: ſed actionem non, ibid.

Exceptionem iuris non poteſt quis proponere poſt terminum aſſignatum, etiamſi dicat ad eius notitiam peruenisse poſt terminum: quia iuris ignorantia non excuſat eum, gloſ. fin. eod.

Exceptio fundatur ſuper æquitate, cap. cum inter, & ibi gl. 2. De exceptione.

Exceptio falſi poteſt proponi, etiam poſt ſententiam, cap. cum venerabilis, eod.

Exceptio falſi poteſt opponi, etiam poſt viginti dies, ibidem.

Exceptio iuriſdictionis excluſiua, propter quam fuit appellatum, ſi probatur vera, iudex appellationis non debet cognoſcere de cauſa principali, ſed debet ſuperſedere, cap. olim, 7. eod.

contra Exceptionem ſuſpenſionis, contra quam replicatur de nullitate, ſi ordinatio Eccleſiæ retardatur, debet fieri abſolutio ad cautelam, cap. Apoſtolicæ, 9. De exceptione.

Exceptionem habens, ſi doloſè proponere diſtulit ad proceſſum, condemnatur in expenſis, cap. exceptionem, eodem. 7

Exceptio falſi procuratoris quodammodo ſimilis eſt exceptioni excommunicationis; quia illa poteſt proponi quandocumque, etiam poſt ſententiam, gl. 2. ibid.

Exceptio, quæ proponitur contra perſonam teſtis, obiicienda eſt, & probanda ante ſententiam, niſi per iudicem ſteterit, gloſ. iuramentum, in cap. cum I. & A. 22. De re iudicata.

Exceptionem inhabilitatis teſtium in cauſa appellationis non ſufficit probare; ſed requiritur, quod pars in prima inſtantia probare voluit; nec ſufficit, quòd obtulerit ſe probaturum, niſi nunc verè probet, gloſ. iuramenta, ibid.

Exceptio contra perſonas teſtium dicitur tangere negotium principale; & ſi non principaliter, ſaltem per obliquum, d. cap. cum I. & A. & ibi gl. fi.

Exceptio de falſi ſuggeſtione poſt litis conteſtationem non valet; intellige, quando in reſcripto ſuit falſum ſuggeſtum, cap. ſuper eo, 20. & ibi gloſ. fin. in add. De appellatione.

Exceptio falſitatis etiam poſt ſententiam poteſt opponi, d. gl. fi. in add. marg.

Exceptiones, & earum probationes ſi per iudicem non admittantur, præbent legitimam cauſam appellandi, cap. interpoſita. De appell.

Exceptiones friuolæ non ſunt admittendæ, cap. dilectus, 34. De præbend.

Exceptio abiurationis vel reſignationis non debet impedire, quominus prouiſus ante omnia conſequatur effectum collationis, ſcilicet conſequendo corporalem poſſeſſionem, cap. poſt electionem. De conceſs. præbend.

Exceptio,

8 Exceptio, quæ competit reo, & fideiuſſori competit, gloſ. indemnem, in cap. peruenit. De fideiuſſ.

Exceptionem ſcienter omittens, poſtea eam non poteſt opponere ſiue ſit reus, ſiue fideiuſſor, ibid.

Exceptio aliquorum caſuum, non firmat regulam in alijs, qui alio iure non includuntur ſub regula, cap. in noſtra. De ſepultur.

In Exceptione, licet verba proponantur impropriè, non per hoc vitiatur exceptio, ex quo verba generaliter capiendo concludunt intentum excipientis, cap. conſtitutus. De religioſ. domib.

Exceptiones plures competentes alicui, quæ non ſunt contrariæ, ſi non proponantur intra terminum, poſtea non auditur eas proponere volens, gloſ. fi. in cap. cum dilectus, eod.

Exceptiones contrarias competentes poteſt quis proponere eodem tempore diſiunctiuè, vel diuerſis temporibus: vt quia propoſuit primò ſe exemptum, & ſuccubuit: poterit poſtea proponere aliam, ſcilicet præſcriptionem, ibidem.

Exceptiones omiſſæ in primo iudicio poſſunt opponi, cum variatur modus agendi, gl. ſalui, in cap. pe. De deſponſ. impub.

Exceptio ſemel acquiſita ex ſententia ſemper durat, cap. de illa. De diuortijs.

Exceptionem opponens, fundata intentione actoris, ſi eam non probat, punitur in expenſis: quia malitioſè videtur eam opponere, gloſ. fin. in cap. accedens, 22. De accuſatione.

Exceptio aliqua criminis ſi obijciatur, ſtatim eſt audienda, antequam confirmetur; ſed ſi electus fuit confirmatus per Papam, & non deſit ei, niſi ſola poſſeſſio, mitti debet in poſſeſſionem, niſi ſit publicè infamatus, propter quod differtur, gl. 1. in d. cap. accedens.

Exceptio adulterij manifeſti obſtat contra petentem reſtitutionem coniugis, cap. intelleximus. De adulter.

Exceptio licet non infamet, tamen ſuggillat opinionem infamati, gl. 2. in cap. inter ſollicitudines. De purgat. canon.

Exceptiones legitimæ ſemper excipiuntur, quantumcumque
9 præcisè ſcribatur, gl. 1. in cap. de cætero. De ſententia excommunic.

Exceptio procuratoris poteſt opponi etiam poſt litis conteſtationem, quoad effectum, vt onus probandi tranſeat in opponentem, gl. abſentia, in cap 1. §. 1. De electione, lib. 6.

Exceptio non eſt probanda, niſi per iudicem primò fuerit admiſſa tanquam legitima; poſſet tamen probari, ſi iudex cum proteſtatione illam admitteret, cap. cupientes, §. quod ſi per viginti. De elect. lib. 6.

Exceptionis propoſitio ſola non ſufficit, licet ſit legitima, niſi probetur, ibid. & cap. ſi contra. De officio deleg. lib. 6.

Exceptio differt à contradictione: & ſic videtur, quòd qui excipit, non contradicat, cap. indemnitatibus, §. ſane. De elect. lib. 6.

Exceptio, quæ obſtat venditori, obſtat emptori, gl. proponatur, in cap. iudex. De officio deleg. lib 6.

Exceptiones perſonales non egrediuntur perſonam: vnde mutatione perſonæ vitium aboletur, ibid.

Per Exceptionem quòd ſit aliquid inefficax, vel ipſo iure, nihil refert, d. cap. iudex.

Exceptio vbicumque concludit quem non habere iuriſdictionem, etiam in ipſo incidenti deuoluit iuriſdictionem ad alium iudicem ſuperiorem illius, cuius iuriſdictio denegatur, cap. ſi a ſubdelegato, 14. eod.

Exceptio concludens funditus ius non haberi per actorem in re petita, impedit litis conteſtationem, cap. 2. De litis conteſt. lib. 6.

10 Exceptio præſcriptionis poteſt opponi ante litis conteſtationem, gl. finita, ibid.

Exceptio ſpoliationis rerum priuatarum, vel è conuerſo, non obſtat agenti ſuper rebus Eccleſiaſticis, cap. 1. §. fin. De reſtit. ſpoliat. lib. 6.

Exceptio defectus proprietatis notoria habet obſtare agenti poſſeſſorio recuperandæ. cap. ad decimas, eod.

Exceptionem objiciens non fatetur, gl. fi. in cap. 1. De teſtib. lib. 6.

Exceptio criminis contra teſtes poteſt opponi in genere abſque ſpecificatione aliqua: tamen ad probandum non admittitur quis, niſi crimina ſpecificet, cap. 2. §. teſtes, eod.

Exceptiones debent porrigi in ſcriptis, & non verbo, ibidem.

Exceptio criminis ad repellendum teſtes, potius videtur oppoſita contra teſtes, quàm contra producentem, d. cap. 2. §. fin.

Exceptio quando opponitur, debent ſpecificari omnes eius circumſtantiæ. cap. 1. §. ſi quis. De exception. lib. 6.

Exceptionis oppoſitio ſola non ſufficit, niſi probetur, d. cap. 1 §. ſi vero, & cap. ſolet. De ſententia excommunicat. lib. 6. & cap. venerabilibus. §. ſecus, eod.

11 Exceptio vbi ponitur poſt plures caſus, & non poteſt adaptari de iure, niſi ad alterum tantum, debet intelligi, vt excipit tantum ab illo caſu, cui eſt adaptabilis, gl. niſi in d. cap. 1. De except. lib. 6.

Exceptio & impugnatio, quæ non eſt rationabilis, non eſt admittenda, cap. appellanti. De appellat. lib. 6.

Exceptiones dari in ſcriptis ſufficit, licet illæ non legantur, gl. fi. ibid.

Super Exceptione nullitatis ſi fuit pronunciatum, non poteſt de tali nullitate poſtea agi, ſi deffinitiua tranſit in rem iudicatam, cap. licet, eod.

Exceptio falſi reddit iudicium nullum, gloſ. reddens, ibidem.

Exceptio contra reſcriptum, quod ab excommunicato fuerit impetratum, reddit iudicium nullum, ibid.

Exceptionem alleganti non creditur, niſi exceptionem, vel priuilegium oſtendat, cap. cum perſonæ, 7. De priuileg. lib 6.

Exceptio notoria vbi opponitur, nihilominus eſt probanda coram iudice; quod intellige, quando non eſt notorium iudici; vt iudici, cap. ſolet. De ſententia excommunic. lib. 6.

Exceptio hoc operatur, vt illud, quod aliàs ſub verbis regulæ comprehendebatur, ad determinationem regulæ exceptionis virtute tollatur, gl. 1. in rub. De regul. iuris, lib. 6.

Exceptionibus, vel defenſionibus pluribus vti nullus prohibetur, reg. nullus pluribus. 20. eod. 12

Exceptionibus pluribus etiam contrarijs poteſt vti quis, niſi ſpecialiter ius impediat: quia quandoque ius impedit contrarias defenſiones proponi, gl. 1. ibid

Exceptionem objiciens non conteſtatur litem, nec fatetur, gl 1. ibid.

Exceptio de ſuſpecto in principio litis debet proponi, vel poſtea ex ſuperuenienti cauſa recuſatur iudex per actorem & reum, gl. 2. in reg. non licet, 32. eod.

Exceptio non numeratæ pecuniæ, ſi intra debitum tempus non opponatur, petens locupletatur cum aliena iactura, gl. 2. in reg. locupletari. eod.

Exceptio dicitur legitima, quæ replicatione eliditur, gloſ. 1. in reg. non eſt in mora, 60. eod.

Exceptionem objiciens, non videtur de intentione aduerſarij confiteri, reg. exceptionem, 63. eod.

Exceptionem proponens ineptè ſuccumbit, clem. conſtitutionem, 4. De elect.

Exceptio excludens quem ab opponendo perpetuo, illa vt peremptoria poteſt quandocumque opponi; ante oppoſitionem tamen non vitiat geſta, quando ius opponendi fundatur ſuper fauore priuati opponentis, d. clem. conſtitutionem, §. illius vero.

Exceptio repellens quem à poteſtate probandi poteſt dici peremptoria, ibid.

Exceptiones, quæ opponuntur in cauſis beneficialibus, interdum concernunt ius Eccleſiæ: vt ſi Eccleſia, vel Prælatus ipſius nomine ſe opponit, puta dicendo hoc eſſe de iure Eccleſiæ illius, quòd vocem habeat in electione, vel quòd debeat eligi de ipſius gremio, vel quòd ad eam ſpectat prouiſio, gl. Eccleſiæ, in d. clem. conſtitutionem, in princip. 13

Exceptiones, quæ opponuntur in cauſis beneficialibus, concernere ius opponentis dicuntur, quando quis dicit beneficium ad ſe ſpectare; vel ſibi debitum; vel quod ipſe debet prouidere, forte iure ad ipſum ſolum deuoluto; vel quia fuit contentus; vel quia eſt canonicè electus, gl. opponentis, ibid.

Exceptio nullitatis ſententiæ impedit executionem ſententiæ; niſi vbi plures, vel ſaltem tres ſententiæ conformes latæ fuerint, clem. 1. De re iudic.

Exceptio vnius eſt aliorum interclusio, gl. deinde, in clem. exiui, §. deinde. De verb. ſignif.

Exceptio firmat regulam: ſi tamen per alia iura de illo erat diſpoſitum, non tollitur illa diſpoſitio, ibid.

Exceptio debet eſſe de eodem, de quo eſt regula: aliàs inepta eſſet exceptio, veluti ſi diceretur: *omnis homo currit præter aſinum*, gl. declaramus, in extrauag. cum inter nonnullos, Ioan. 22.

Exceptio, quæ fundatur ſuper conſuetudine iniuſta, tanquam fruſtratoria non eſt admittenda, can. fruſtra, diſt. 8.

Exceptio omnis remouens ſtatutum generaliter, per hoc non excludit exceptiones legitimas, quæ ex eodem ſtatuti capite admittuntur, can. quoniam, & ibi gl. excuſatione, diſt. 18.

Exceptiones rationabiles ſemper admittuntur, etiamſi generaliter omnes remoueantur, gl. excuſationi, ibid. & can. ſi Epiſcopus, diſt. 18. 14

Exceptio, *quod tu es alienigena*, contra Prælatum, vel beneficiandum non poteſt opponi, can. Ielus, diſt. 50.

Exceptiones legitimè ſemper reſeruantur cuilibet, gloſ. dubitare, in can. 2. diſt. 94.

Exceptio, quæ teſti eſt obijcienda, ante publicationem debet opponi: ſi tamen iudex non admiſit eam oppoſitam à reo, & tulit ſententiam iuxta teſtimonium teſtium, poſt ſententiam inquiri debet de opinione teſtium, & de exceptione oppoſita contra teſtes, gl. quærendum, in can. in primis, §. quia igitur, 2. q. 1.

Exceptio ſpoliationis eſt dilatoria, & ſic ante litem conteſtatam

ſtatim proponenda eſt, gl. 2. in can. 1. 2. q. 2.

Exceptio criminis non obſtat agenti poſſeſſorio recuperandæ, can. Epiſcopis, 3. q. 1.

Exceptio iudicis recuſatoria eſt proponenda vſque ad viginti dies tantùm: nec dicitur dilatoria, quòd vſque ad litis conteſtationem poſſit obijci; ſed quia ſemper eſt obijcienda ante litis conteſtationem, gl. fideiuſſore, in can. ſi. §. ſi. 3. q. 3.

Exceptionem ſuſpecti iudicis omittens, ſi proponat alias exceptiones, amodo non poteſt reuerti ad eam: item probans aduerſarium ſuum eſſe excommunicatum, videtur approbare iudicem, nec de cætero poterit illum recuſare, ibid.

Exceptio criminis inducentis poteſtatem priuandi quem beneficio, etiamſi ſit manifeſta, non obſtat agenti poſſeſſorio recuperandæ, can. ſi. 3. q. 5.

15 Exceptio recuſationis poteſt ſemper opponi antequam lis inchoetur: & ſic vſque ad litis conteſtationem, ibid.

Exceptiones quædam ſunt anomalæ, quæ etiam poſt ſententiam obijciuntur, vt Velleiani, Macedoniani, Armatæ militiæ, gl. exceptio, in can. 2. 3. q. 6.

in Exceptionis iudicio dicitur etiam agi, can. prius, §. ſi de hæreditate, 3. q. 11.

Exceptionem nullam audiendam licet Papa dicat, nihilominus ſunt audiendæ legitimæ, gl. 1. in can. ſine exceptione, 12. q. 2.

Exceptionem vnam opponens poteſt tranſire ad aliam etiam contrariam, gl. vt aſſeritis, in ſumma, 13. q. 2.

Exceptiones plures, quæ non ſunt contrariæ, ſi competant alicui: ſi omnes illas infra præfixum terminum non proponit, in vna ſuccumbens, non auditur in altera, ibid.

Exceptiones plures contrariæ ſi competant alicui, vt ſi primo dixit ſe exemptum, tunc licet ſuccubuerit, nihilominus poterit tranſire ad aliam, & poſt tempus præfixum illam proponere, ibid.

Exceptione alia poteſt vti ille, qui negauit ſe debere, & victus fuerit, niſi in caſibus à iure expreſſis, ibid.

Exceptio lenocinij, vel adulterij repellit agentem, gl. 2. in can. nihil, 32. q. 6

Exceptiones plures quando opponuntur ſingulariter concludentes ad eundem effectum, primo debent diſcuti illæ, quæ facilius & citius probari poſſunt, cap. ſi forte. De elect. lib. 6.

contra Exceptionem doli non datur replicatio doli, quando replicatione admiſſa agens remaneret in lucro: ſed admittitur replicatio, quando ea non admiſſa, excipiens remaneret in lucro, gl. ſi. in cap. dilecti. De exceptio.

Reliqua in verbo, Actio, n. 2. 4. 5. Agere. Papa, 23. 24. Electus, 1. Nullitas.

16 EXCEPTIONVM alia eſt dilatoria, alia peremptoria, alia mixta, ſeu media, gl. exceptio, in can. 2. 3. q. 6.

Exceptionum dilatoriarum alia declinatoria iudicij, alia dilatoria ſolutionis, ibid.

Exceptio dilatoria ſolutionis debet opponi ante litem conteſtatam: ſed probari debet, poſtquam actor fundauerit intentionem ſuam, ibid.

Exceptio dilatoria non poteſt opponi in cauſa appellationis, gl. ſi. in cap. ad audientiam, 31. De reſcript.

Exceptio dilatoria ſtatim & ſummariè eſt probanda: & ſi altiorem exigat indaginem, repellitur: & actor interim agere permittitur, cap. prudentiam, §. ſexta. De officio deleg.

ſuper Exceptionibus dilatorijs ſententia debet ita pronunciari: ſcilicet, *non obſtantibus exceptionibus ad vlteriora procedendum eſſe, & actorem abſque offendiculo ad agendum admitti*, ibid.

in Exceptionibus dilatorijs non eſt neceſſaria litis conteſtatio, nec libelli oblatio, gloſ. ex confeſſione, & ibi add. marg. ibid.

in Exceptionibus dilatorijs iuramentum calumniæ præſtari debet, d. gl. ex confeſſione.

Exceptionem dilatoriam opponens debet concludere ſe non ſtaturum iudicio iudicis, cuius iuriſdictionem declinat, cap. cum cauſa, 22. eod.

Exceptio dilatoria poteſt proponi poſt litem conteſtatam, ſi poſtea incipiat de nouo competere, cap. inſinuante, & ibi gl. poſtmodum, eod.

Exceptio procuratoria, quod quis non poteſt eſſe procurator, veluti miles, non poteſt opponi poſt litis conteſtationem, cum ſit dilatoria, & hanc exceptionem poteſt omittere fideiuſſor, gl. exceptio, in cap. in noſtra. De procuratoribus.

17 Exceptio procuratoria, quod quis non habeat mandatum, poteſt opponi poſt litis conteſtationem: ſed non poteſt opponi poſt ſententiam: & hanc exceptionem non debet omittere fideiuſſor, ibid.

Exceptio falſi procuratoris, vt reddens iudicium retro nullum, poteſt quandocumque opponi, etiam poſt ſententiam, d. cap. in noſtra.

Exceptiones dilatoriæ, quæ malitioſè opponuntur, non ſunt admittendæ; ſecus ſi peremptoriæ ſint, niſi ſit maxima præſumptio, quod malitioſè opponantur, cap. ſuſcitata. De in integ. reſtit.

Exceptiones dilatorias iudex videtur repellere procedendo ad vlteriora: quibus propoſitis, & non admiſſis, proceſſus inde ſecutus, eſt nullus. cap. exhibita. De iudicijs.

Exceptiones dilatorias repellere non videtur quis, per proceſſum ad vlteriora, quando datur proceſſus ſuper dilatorijs, & ſuper meritis cauſæ ſimul, ibid.

ſuper Exceptionibus dilatorijs tacitè vel expreſſè pronunciandum eſt, ibid.

Exceptio dilatoria, vel petitio habens in ſe dilatoriam poteſt opponi ante litis conteſtationem, & poſt ſi per opponentem non ſtat, ſed per iudicem, quominus admittatur, cap. ex conqueſtione, & ibi gl. 3. De reſtit. ſpoliat.

Exceptio omnis dilatoria, ſiue omnes quæſtiones dilatoriæ, ſunt proponendæ ante litis conteſtationem: poſtea vero non, gl. 3. ibid.

ad Exceptiones omnes dilatorias proponendas iudex debet ſtatuere terminum: & propoſitis illis, procedetur ſtatim primo loco ſuper iudicis recuſatione, pendentibus alijs, quouſque expedita ſit quæſtio recuſationis: quia illa probata, aliæ locum non habent, gl. exceptiones, in cap. quoniam contra. De probatio.

Exceptiones dilatoriæ intra terminum à iudice ſtatuendum debent proponi; ita quod poſt illum lapſum, nullatenus debet quis audiri, niſi fuerit proteſtatus, vel de nouo ſibi competat, vel niſi poſtmodum ea ad ſuam notitiam perueniſſet, cap. paſtoralis. De exceptio.

Exceptiones dilatorias, vel peremptorias vt poſſit quis proponere poſt terminum aſſignatum, oportet, quod proteſtetur ſpecificè, quas vult proponere exceptiones; vt ſi velit proponere exceptionem recuſationis, vel tranſactionis, illam exprimere debet: nec ſufficit in genere dicere, ſaluis alijs exceptionibus, gl. proteſtatus, in cap. paſtoralis. De exceptio.

Exceptionem dilatoriam poſt litis ingreſſum, hoc eſt conteſtationem proponens, punitur in vna libra auri, ibid. 18

Exceptio dilatoria orta ante terminum aſſignatum, poſt illum poteſt proponi, ſi iuret pars ad eius notitiam perueniſſe poſt terminum, gl. ſi. ibid.

Exceptio dilatoria orta ante litis conteſtationem, poteſt etiam poſtea proponi, ſi pars iuret poſt conteſtationem ad ſuam notitiam perueniſſe: nec poteſt ſibi imputari negligentia: ſecus ſi poſſet negligentia imputari, d. gl. ſi.

Exceptiones quædam ſunt dilatoriæ, quædam peremptoriæ, gl. 1. in cap. exceptionem. De exceptio.

Exceptionem dilatoriarum alia eſt declinatoria iudicij, alia dilatoria ſolutionis, ibid.

inter Exceptiones dilatorias primò proponenda eſt recuſatio iudicis: & qui illam omittit tranſeundo ad alias, ad illam poſtea non poteſt reuertere: quia litigando coram ipſo ſuper alijs, perſonam iudicis approbare videtur, d. gl. 1. ibidem, & gl. 2. in cap. inter Monaſterium. De re iudic.

Exceptiones dilatoriæ ante ingreſſum litis debent proponi: vnde poſt litis conteſtationem, aut poſt terminum aſſignatum ad proponendas dilatorias, non poſſunt proponi, niſi de nouo ortæ fuerint, ibid.

Exceptio dilatoria ſolutionis, ante litis conteſtationem proponi debet: ſed probanda eſt, poſtquam actor fundauerit intentionem ſuam: & quandoque etiam poteſt proponi in cauſa appellationis, ibid.

Exceptio quædam eſt dilatoria, quæ partim accedit ad naturam verè dilatoriæ, & partim ad naturam peremptoriæ, ſicut eſt exceptio excommunicationis, ibid.

Exceptiones dilatoriæ ante litis ingreſſum debent proponi, 19
cap. inter Monaſterium, 20. De re iudic.

Exceptio recuſationis contra iudicem eſt dilatoria, & proponenda ante litis conteſtationem, ibid.

Exceptio recuſationis de ſuſpecto iudice proponi debet intra viginti dies: & ſi iudex abſens ſit, quem vult recuſare, debet illud proteſtari, gl. 1. ibid.

Exceptio dilatoria conteſtationem præcedit de ſua natura, gl. 2. in cap. 2. De litis conteſt. lib. 6.

Exceptio dilatoria debet diſcuti & terminari prius, quàm ſuper negotio principali procedatur, cap. 1. De reſtit. ſpoliat. lib. 6.

in Exceptionis dilatoriæ probatione deficiens condemnatur in expenſis ſtatim, non expectato fine principalis litis, ibidem.

Exceptio quælibet dilatoria poteſt eſſe peremptoria, ſaltem de facto, licet non de iure, gl. perimitur, in cap. 1 eod.

Exceptionis dilatoriæ effectus & natura eſt lites tantum diſ- 20
ferre, non autem perimere, cap. 1. De exceptio. lib. 6.

Exceptio dilatoria obſtans executioni ſententiæ, licet impediat eius effectum, non tamen tollit ipſam ſententiam, d. cap 1, §. ſi.

ad Exceptionem dilatoriam probandam aſſignatur terminus octo dierum, cap. ſolet. De ſententia excommunicat. lib. 6.

Exceptio fori dilatoria eſt: atque ideo in initio litis debet opponi, & probari, can. ſi. §. ſi. & can. ſi quis Epiſcoporum, §. 1. 3. q. 6.

Exceptio omnis dicitur dilatoria, quæ concludit tantùm ex-

cluſionem proceſſus, & non parit exceptionem rei iudicatæ ſuper negotio principali, gl. non admittantur, can. placuit, 3. q. 10.

Exceptiones plures dilatorias ſibi ſimul competere allegant datur vnicus terminus ad probandas dilatorias, can. 2. 3. qu. 5.

Exceptiones dilatorias iudicij rectè poteſt quis omittere: ſed non illas quæ ſunt dilatoriæ ſolutionis, gl. 2. in can. ſi virgo, 34. q. 1.

Reliqua in verbo, Peremptorium. Recuſatio. Excludere.

21 EXCEPTIO fori poſt ſententiam non debet admitti: quod quidem non habet locum in exceptione, in qua agitur de falſo, glo. fi. in cap. ad audientiam, 31. De reſcript.

Exceptio declinatoria, etiam poſt litis conteſtationem, ſed & poſt atteſtationes publicatas, poteſt opponi, ſi poſtea deuenit ad notitiam ipſius opponentis, cap. cum olim, 32. De officio deleg.

Exceptiones declinatoriæ fori non admittuntur poſt litis conteſtationem: vnde reus interrogatus, an velit litigare coram tali iudice, ſi reſpondeat quod ſic, non admittitur ad declinationem, cap. 1. & ibi gl. interrogatus. De iudicijs.

Exceptio declinatoria fori poteſt opponi poſt litis conteſtationem ex noua cauſa, quæ poſt litis conteſtationem emerſerat, d. gl. interrogatus.

Exceptio declinatoria fori eſt dilatoria, & debet proponi ante litem conteſtatam, ſicut & exceptio facultatis domum reuocandi, ante litem conteſtatam debet proponi, cap. fi. De foro comp.

Exceptio omnis declinatoria iudicij, maximè ratione ſuſpecti iudicis, poteſt dici defenſio, & eam poteſt opponere excommunicatus, cap. cum inter, & ibi gloſ. 1. De exceptio.

Exceptio declinatoria iudicij triplex eſt: quædam proponitur contra iudicem, quædam contra reſcriptum, alia contra impetrantem, gl. 1. in cap. ſignificauerit, 22. eod.

Exceptio declinatoria iudicij in principio litis eſt proponenda, & probanda: niſi exceptio illa de nouo ad notitiam eius peruenerit, vel niſi de nouo competere ſibi cœperit, can. 2. 3. q. 6

22 Exceptio ſpoliationis eſt dilatoria: & poteſt opponi ante litis conteſtationem: & poteſt differri vſque ad litis conteſtationem, cap. 2. De ordin. cogn.

Exceptio ſpoliationis repellit actorem ſpoliantem ab agendo, etiam ſuper alia re, ſiue agatur ciuiliter, ſiue criminaliter, ibid.

Exceptio ſpoliationis obſtat nedum ſpolianti & poſſidenti rem ſpoliatam, ſed etiam ſi non poſſideat, ibid.

Exceptio ſpoliationis eſt probanda incontinenti, ibid.

Exceptio ſpoliationis hodie debet probari intra quindecim dies poſt diem, in qua opponitur, cap. frequens. De reſtit. ſpoliat.

Exceptio ſpoliationis non interrumpit præſcriptionem: quæ præſcriptio in odium non potentium inducta eſt, ſed qui excipit; non petit, ſed petentem repellit, & ideo non interrumpit, gloſ. in modum, in d. cap. 2. De ordin. cognit.

Exceptio ſpoliationis poteſt opponi in qualibet cauſa, etiam in cauſa depoſiti, cum fauorabilior ſit cauſa ſpoliationis, quàm depoſiti, ibid.

Exceptio ſpoliationis eſt dilatoria, non peremptoria, cap. 2. & ibi gl. perimit. De reſtit. ſpoliat. lib. 6.

Reliqua in verbo, Declinare. Spoliatio, 2. 3. Excipere, 2. 3. Pactum, 2.

23 EXCEPTIO excommunicationis hodie probari debet intra octo dies, non computato die, in quo proponitur: & terminus iſte ad probandum non eſt arbitrarius, gl. competente, in cap. prudentiam, 22. §. ſexta. De officio deleg.

Exceptio excommunicationis oppoſita ſi non fuerit probata, iudex in cauſa procedet, reum in expenſis actori, quas propter hoc legitime docuerit, condemnando, taxatione præmiſſa, ibid.

Exceptio excommunicationis proponi non poteſt vltra duas vices, ibid.

Exceptionem excommunicationis opponens debet ſpeciem ipſius, & nomen excommunicatoris exprimere, ibid.

Exceptio excommunicationis repellit excommunicatum, nedum à proſecutione iuris proprij, & priuati, ſed etiam à proſecutione iuris publici, cap. exhibita, & ibi gl. excommunicationem, in add. marg. De iudicijs.

Exceptio excommunicationis poteſt quandocumque opponi, etiam termino aſſignato ad proponendum non obſtante, gl. 1. & ibi add. marg. in clem. 2. De exceptio.

per Exceptionem excommunicationis non debet quis repelli à proſecutione appellationis, cap. dilecti. De exceptio.

Exceptione excommunicationis non obſtante, valet reſcriptum impetratum in cauſa appellationis, licet de excommu-

nicatione lata poſt appellationem de grauamine, non faciat mentionem, ibid.

per Exceptionem excommunicationis à proſecutione appellationis non debet repelli originalis actor, cap. ſignificauerit, 21. eod.

Exceptio excommunicationis habet naturam peremptoriæ, quia proponi poteſt quandocumque, & ante litis conteſtationem, & etiam poſt ſententiam, & etiamſi non appelletur: quia quandoque facit retroiudicium nullum, gl. 2. in cap. exceptionem, eod. 24

Exceptio excommunicationis habet naturam verè dilatoriæ: quia, ea probata, iudicium ſiue proceſſus eſt nullus: ſed actio remanet ſalua: quandoque tamen iudicium non facit nullum, ibid.

Exceptio excommunicationis quædam ſpecialia habet, quæ aliæ non habent: quia ſi ex certa ſcientia quis eam omittat, nihilominus poteſt eam opponere quandocumque poſt: quod ſecus eſt in alijs: punitur tamen quis in expenſis litis, propter dolum ſuum, ibid.

Exceptio excommunicationis ſi inſtantia iudicij durante proponatur, & probetur, proceſſus habitus valebit: ſed in ſequentibus actor non auditur, donec fuerit abſolutus: & per hoc obuiatur malitijs eorum, qui eam ſcienter & doloſè omiſerunt ab initio, gl. condemnandus, ibid. & gl. 1. in cap. in præſentia, 45. De ſententia excommunicat.

Exceptio excommunicationis in qualibet parte litis poteſt opponi, etiamſi fuerit omiſſa ſcienter, gl. fi. in cap. ad probandum, 24. De re iudic. & gl. tempore, in cap. aduerſus. De immunitate Eccleſiar. & gl. 2. in cap. in præſentia, 46. De ſententia excommunicat.

Exceptio excommunicationis poteſt contra actorem opponi, & excipiens quoties deficit in probando, toties debet puniri in expenſis, cap. pia. De exceptio. lib. 6. gl. 2. in cap. 2. De pœnis.

Exceptio excommunicationis poteſt opponi, non obſtante lapſu peremptorij aſſignati ad proponendas dilatorias, gl. oppoſita, in cap. 1 in princip. De exceptio. lib. 6. 25

Exceptio excommunicationis debet admitti etiam per iudicem ciuilem: & ab eo debet ſeruari forma ſtatuta per canones, gl. Eccleſiaſticis, ibid.

Exceptioni excommunicationis ſi opponatur peremptoriæ; vt ſi dicatur electus excommunicatus excommunicatione maiori, vel ab excommunicatis electus, tunc dabitur competens dilatio, gl. opponi, in d. cap. 2. §. ſi quis, eodem.

Exceptio excommunicationis eſt dilatoria, & nihilominus impedit executionem ſententiæ. d. cap. 2. §. ſi

Exceptio excommunicationis licet ſit dilatoria, poteſt nihilominus obijci in quacumque parte litis contra naturam dilatoriarum, clem. 1. De exceptio.

Exceptionem excommunicationis opponendi poteſtas non repellitur ex lapſu termini aſſignati ad proponendas dilatorias, ibid.

Exceptio excommunicationis opponi poteſt dupliciter: ſcilicet dilatoriè, ad differendam litem actoris excommunicati; & peremptoriè, ad perimendam electionem, propter excommunicationem eligentium, vel electi, gl. dilatoriè, ibid.

Reliqua in verbo, Excommunicatio, 27. 28. Reus, 6.

EXCEPTIO peremptoria dicitur illa, quæ intentionem principalem elidit, id eſt perimit, ſeu excludit, cap. 2. De ordi. cogn 26

Exceptio peremptoria ante ſententiam oppoſita debet examinari, & cognoſci de ea, antequam ſententia ſuper principali quæſtione feratur: quia ex illa apparebit, qualiter debeat formari ſententia, ibid.

ſuper Exceptione peremptoria, ſiue incidenti, non pronunciatur: ſed ſuper principali quæſtione, ibid.

Exceptio peremptoria quando venit ex natura ſua examinanda coram alio iudice, quàm iudice principalis cauſæ, operatur effectum dilatoriarum, cap. tuam, eod.

Exceptio peremptoria poteſt opponi, & probari poſt fundatam intentionem actoris: & ſic publicatis atteſtationibus: ſed hoc intellige, quando exceptio eſt compatibilis cum intentione actoris: ſecus ſi eſſet directè contraria, cap. accepta. De reſtit. ſpoliat.

Exceptio peremptoria poteſt opponi, & probari publicatis atteſtationibus, cap. finem litibus, & ibi gl. exceptionem. De dolo & contumacia, & cap. de teſtibus, 29. & ibi gl. fi. de teſtibus.

Exceptio peremptoria poteſt opponi & probari, poſtquam eſt renunciatum productioni teſtium ſuper negotio principali, d. cap. de teſtibus.

Exceptio peremptoria, veluti præſcriptio, pactum de non petendo, & res iudicata, poteſt opponi etiam poſt publicationem teſtium, ibidem.

Exceptio peremptoria litis conteſtationem impedit, ſi quis eam opponere voluerit, & probare, videlicet ſi de ipſo negotio ſit iudicatum, tranſactum, vel finitum, gl. 2. ibid.

Exceptio peremptoria poteſt opponi & probari ante litis conteſtationem, & ſic repelletur actor ab agendo, gl. per exceptionem, in cap. cum olim, eod. 27

Exceptio peremptoria poteſt opponi in cauſa appellationis, in

cap. cum Ioannes. De fide inſtrum.

Exceptio peremptoria omiſſa ante ſententiam poteſt poteſt opponi poſt ſententiam in cauſa appellationis: aliàs non poſſet, niſi per beneficium reſtitutionis, gl. fi. ibid.

Exceptio peremptoriæ contra reſcriptum gratioſum poteſt opponi in vim dilatoriæ, cap. fi. De præſumptio.

Exceptio peremptoria, quæ debuit opponi ante ſententiam, in cauſa appellationis iterum opponi poteſt, gl. per ſententiam, in cap. 1. De exceptio.

Exceptio peremptoria omiſſa ex malitia in cauſa principali, non poteſt opponi in cauſa appellationis, dd. reprob. d. gl. per ſententiam.

ad Exceptiones peremptorias poteſt iudex ex cauſa ſtatuere terminum, ita quòd poſt illum non debet quis admitti ad illas proponendas, niſi fuerit proteſtatus, vel de nouo poſt terminum ſibi competat, vel niſi poſt modum ad eius notitiam peruenit ſſet, dd. reprob. gl. 1. in cap. paſtoralis. De exceptio.

Exceptio peremptoria poteſt opponi quandocumque, ſiue ante ſententiam, ſiue antequam ſit in cauſa concluſum, ſiue ante litis conteſtationem, & etiam poſt ſententiam in cauſa appellationis, gloſ. 1. in cap. ſignificauerunt, De exceptio.

Exceptio falſi procuratoris eſt ſimilis quodammodo exceptioni excommunicationis: quia illa poteſt proponi quandocumque etiam poſt ſententiam. ibid.

28 Exceptio peremptoria locum non habet poſt ſententiam, niſi appellatum fuerit, gl. fi. in cap. inter Monaſterium, 20. De re iudic.

Exceptionem peremptoriam ſcienter & doloſè omittens in prima inſtantia, cauſa fatigandi aduerſarium ſuum, non poteſt in cauſa appellationis eam proponere; ſecus ſi omiſit ignoranter, d. gl. fi.

Exceptio peremptoriæ in beneficialibus ad proceſſum opponi poteſt: quando ea exceptio eſt talis, quæ pariter concernat gratiam, & literas gratioſas, cap. dilecto, 63. De appellat.

Exceptio peremptoriæ poteſt opponi & probari etiam publicatis atteſtationibus, cap. fi. De exceptio.

Exceptio peremptoria regulariter non poteſt opponi ad impediendam litis conteſtationem, ſed tantùm opponitur ad merita cauſæ; fallit in exceptione rei iudicatæ, tranſactionis, & litis finitæ, cap. 1. & ibi gl. 1. De litis conteſt. lib. 6.

Exceptio peremptoriæ regulariter non poteſt opponi ante litis conteſtationem; fallit in quibuſdam caſibus, d. cap. 1.

Exceptiones litis finitæ poſſunt dici anomalæ, quæ poſſunt opponi ante litis conteſtationem, ibid.

Exceptionis peremptoriæ taciturnitas non inducit ſubreptionem in reſcriptis ad lites, ſecus ſi taceatur exceptio dilatoria, ibid.

29 Exceptio peremptoria eſt illa, quæ intentionem agentis perimit; vt pactum de perpetuo non petendo, & exceptio doli mali, & iuramentum de non agendo, vel accuſando, gl. 1. in d. cap. 1.

in Exceptione peremptoriæ debet præcedere actio, cui opponatur exceptio ipſa, ibid.

Exceptio omnis peremptoria, quæ perimit literas, & gratiam, opponi poteſt ante litis conteſtationem, & poſt: ſed illa quæ perimit literas tantùm, opponi debet ante litis conteſtationem, ibid.

per Exceptionem peremptoriam non fit litis conteſtatio, cap. 1. De litis conteſt. lib. 6.

Exceptio quælibet peremptoria dicitur præiudicare negotio principali, cap. licet, & cap. fi. & ibi gl. præiudicans. De appellat. lib. 6.

ab Exceptione peremptoriæ repulſus ex alia quàm propter ineptitudinem, ſecundo appellans & ſuccumbens non auditur ſuper illa in appellatione à definitiva, clem. fi. De appellat.

Exceptiones peremptorias, vt ſunt præſcriptiones longi temporis, ſufficit in initio litis conteſtari, can. fi. §. 3. q. 3.

Exceptio peremptoria dicitur, quæ poteſt opponi & probari quandocumque; dum tamen ante ſententiam, gl. exceptio, in can. 2. 3. q. 6.

Exceptio media in eo habet ſimilitudinem cum peremptoria, quod poſt litis conteſtationem poteſt obijci: & in hoc habet diſſimilitudinem cum dilatoria, quæ poteſt quandocumque ante ſententiam obijci: & in hoc habet ſimilitudinem cum dilatoria, quia ante litis conteſtationem poteſt obijci, ibid.

Reliqua in verbo, Peremptorium.

30 EXCEPTIO rei iudicatæ non obſtat, variata ſpecie agendi, vel defendendi, cap. dilectus. De officio Ordinar.

Exceptio rei iudicatæ, vt litis finitæ, poteſt opponi ad proceſſum impediendum, & ad ſolum finem referendi, ibid.

Exceptio rei iudicatæ licet tranſeat de authore ſuo, ſcilicet vendente ad emptorem, vt ſcilicet emptor poſſit ſe iuuare ſententia lata in fauorem venditoris, ſeu authoris: non tamen è contra tranſit de ſucceſſore in authorem, gl. pe. in cap. pe. De cauſa poſſeſſ. & propriet.

Exceptio rei iudicatæ non obſtat, ſi ex alia cauſa eadem res petatur, ſuper qua fuerat aduerſarius abſolutus, cap. fi. eod.

Exceptio rei iudicatæ non competit reo abſoluto, quia non poſſidebat, ſi nunc poſſideat, cap. pe. De exceptio.

Exceptio rei iudicatæ vt obſtet, oportet quòd tria concurrant; ſcilicet quòd idem ſit corpus, ſiue eadem quantitas, & idem ius, ſiue cauſa petendi, & eadem conditio perſonarum, & quod ille, qui abſoluitur, poſſideat rem tempore ſententiæ, gl. 2. ibid. & gl. fi. in cap. fi. De exceptio, lib. 6.

Exceptio rei iudicatæ eſt exceptio litis finitæ, & impedit litis ingreſſum, cap. ſicut nobis, 56. De re iud.

Exceptio rei iudicatæ impedit litem conteſtari, gl. 1. ibid.

Exceptio rei iudicatæ per iudicem Eccleſiaſticum debet admitti in foro ſeculari: & è conuerſo, cap. fi. De except. lib. 6.

Exceptionem rei iudicatæ per iudicem competentem, non admittens dicitur derogare, & contemnere illius iuriſdictionem, cap. fi. eod.

Exceptio rei iudicatæ inter eaſdem perſonas poteſt opponi coram quocumque iudice, ibid.

Exceptio rei iudicatæ poteſt opponi ante litem conteſtatam, gl. admitti, ibid.

Exceptionem rei iudicatæ reijciens iudex puniri debet pœna arbitraria, & etiam tenetur parti ad intereſſe, gl. fi. ibidem.

Reliqua in verbo, Res, 6. Iudicare, 3. Sententia, 50. vſque 53.

EXCIPERE & denunciare excommunicationem alicuius poteſt etiam tertius, maximè ſi fuit excommunicator, c. cum pridem, 59. De appell. 1

Excipere, ſed non probare, & non excipere, paria ſunt, c. cum ſuper, 8. De conceſſ. præbend.

Excipere volenti nullum crimen obſtat, gluſ. 2. in cap. in præſentia, 64. De ſententia excommunic.

Excipere non debet reus contra actorem de ſpoliatione contra actorem facta à tertio, cum in hoc non deliquerit actor, gloſ. ab actore, in cap. 1. De reſtitutione ſpol. lib. 6.

Excipere nihil dicitur, qui omnia dicit, gl. Trebellianicæ, in cap. ſi pater. De teſtam. lib. 6.

Excipere non debemus nos, ex quo à canone nihil excipitur, gl. indefinitè, in can. ſaluator, §. 2. 1. q. 3.

Excipiendo quandoque conſequimur id, quod agendo potere non poſſumus: & è contra, quædam conſequimur agendo, quæ non conſequimur excipiendo, gl. fortius, in cap. quemadmodum, 25. De iureiur.

Excipiendi formam certam vbi ius dat, ille qui non ſeruat, repellitur à poteſtate probandi exceptionem, cap. is qui, 19. De elect. lib. 6.

ab Excipiendi poteſtate excluſus, ne differatur negotium, non cenſetur excluſus à poteſtate accuſandi, vel denunciandi poſt actum finitum, cap. indemnitatibus, 43. §. verum. De elect. lib. 6.

Excipiendo conſequi poſſumus quædam, quæ non poſſumus conſequi agendo, gl. fi. in can. nihil, 32. q. 6.

Excipiens non cenſetur conteſtari litem: & ſic patet, quod qui negat, non excipit, ergo qui excipit, non confitetur, gl. 1. in cap. 2. De ordine cognit. 2

Excipiens debet probare ſuam exceptionem, gl. fi. in cap. 3. De probatio.

Excipiente reo de excommunicatione contra actorem, non obſtat replicatio communionis, cap. 1. De exceptio.

Excipiens non videtur fateri ea, quæ in exceptione includuntur, cap. cum venerabilis, eod.

Excipiens licet confiteatur factum contentum in exceptione, non tamen confitetur id, quod iure tacitè eſt comprehenſum in ipſa exceptione, d. cap. cum venerabilis, & ibi gl. confeſſus.

Excipiens de permutatione non confitetur de intentione aduerſarij: quia poteſt eſſe, quòd de facto fuit permutatio, & non de iure, d. gl. confeſſus.

Excipiens de pacto de non petendo debitum, per hoc non confitetur debitum, quia poteſt eſſe, quòd non debuit de iure, ibid.

Excipiens ad vitandum omne periculum ne videatur confiteri, debet excipere ſub conditione: veluti non confiteor, quod tu dicis, ſed ſi feciſſem, pactum factum eſt mihi de non petendo, ibid.

Excipiens de interruptione non confitetur de præſcriptione: & ideo debet probare præſcriptionem, qui eam opponit, ibid.

Excipiens de interruptione, optimè faciet, ne videatur confiteri, ſi excipiat ſub conditione ita, non credo te præſcripſiſſe, ſed ſi hoc verum eſſet, dico quod interrupi præſcriptionem tuam, ibid.

Excipiens de conſanguinitate, optimè faciet ſi excipiat ſub conditione ita, non confiteor me eſſe virum tuum, & ſi ſum vir tuus, conſanguinitas eſt inter me & te: & ita reſpondendo, non confitetur de intentione aduerſarij, nec onerat ſe aliqua probatione, ibid.

Excipiens de præſcriptione contra allegantem præſcriptionem, non videtur confiteri præſcriptionem, cap. illud. De præſcriptione.

Excipiens de crimine debet inſcribere ad pœnam extraordinariam, ſi per exceptionem deijcitur ab obtento: aliàs ſecus.

Digitized by Google

cus, cap. ſuper his, 16. De accuſatio.

Excipiens quod ſciat veras eſſe ſuas exceptiones, non eſt neceſſe: ſed ſufficit, quòd illud credat, & probare poſſit, cap. vt circa, §. edicto. De elect. lib. 6.

Excipienti exceptionem ſuam proponere non ſufficit, niſi eam probet, cap. 1. & ibi gl. perimit. De reſtit. ſpoliat lib. 6.

Excipiens de ſpoliatione facta à tertio intra certum tempus à iudice ſtatuendum debet reſtitutionem petere, aliàs accuſabitur, exceptione non obſtante, cap. 1. §. ſolet. De reſtitutione ſpoliat.

Excipiens debet probare ſuam exceptionem, cap. 1. §. ſi quis & §. ſi vero, De exceptio. lib. 6.

Excipiens de præſcriptione debet illam probare, & non tantùm exceptionem, ſed etiam qualitates neceſſarias ad illam, cap. 1, De præſcriptio. lib. 6.

Excipienti non ſufficit allegare legitimam defenſionem, niſi illam probet, ibid.

3 Excipiens de pacto de non petendo, videtur confiteri debitum fuiſſe, ſed non eſt verum: quia poteſt eſſe, quòd illud non erat verè debitum, vel naturaliter tantùm, vel nullo modo, gl. 1. in reg. exceptionem, 63. De reg. iuris, lib. 6.

Excipiens contra te, ſe interrupiſſe præſcriptionem, videtur fateri te præſcripſiſſe: imo contrarium videtur fateri, ſcilicet præſcriptionem non fuiſſe completam, vel completam ſine titulo & bona fide, d. gl. 1.

Excipiens contra te, ſe præſcripſiſſe, videtur fateri, quòd erat ſibi debitum illud, quod præſcripſerat, ibid.

Excipiens ſicut non confitetur actionem, ita nec replicans exceptionem eadem de cauſa: & ſicut ſe habet exceptio ad actionem, ita replicatio ad exceptionem, & triplicatio ad replicationem, gl. 1. ibid.

Excipientis conditio eſt potior in pari delicto, vel cauſa, gl. 1. in add. in reg. in pari delicto, 65 eodem.

Excipiens vnam cauſam, omnes alias videtur incluſiſſe, gl. 1. in can. dominus, 32. q. 7.

Excipiens alimenta ſibi, videtur excipere vxori, cum ambo ſint vnum corpus, & etiam filijs & ſeruientibus, gl. 2 in can. admonere, 33. q. 2.

EXCEPTVM quando non eſt aliquid, eo ipſo intelligitur includi, gl. fi. in can. ſi non licet, 23. q. 5.

Exceptus caſus à regula poteſt extendi ad ſimiles caſus, cap. dilecta. De confirmat. vtili vel inutil.

Reliqua in verbo, Spoliatio, 3.

EXCESSVS viam aperimus, ſi ea, quæ malè vſurpantur, omittimus, gl. in exemplum, in cap. quanto. De transla. Epiſcoporum.

Exceſſus appellatione continetur delictum, quod committitur tam in committendo, quàm in omittendo, cap. 2. De ſuppl. neglig.

Exceſſus debent per ſingulas diœceſes denunciari, cap. ſicut olim, 25. De accuſation.

Exceſſus enormis quoad excommunicationem canonis *ſi quis ſuadente* dicitur, quando proceſſum eſt ad mutilationem membri, vel effuſionis ſanguinis, vel quando in Epiſcopum, vel Abbatem à Monacho manus violentæ iniectæ ſunt, cap. cum illorum, §. quod ſi. De ſententia excommunicat.

Exceſſus quoad canonem *ſi quis ſuadente* qualis dicatur, relinquitur arbitrio iudicis, gl. mutilationem, ibid.

ad Exceſſus ſubditorum corrigendos proceditur multis modis, gl. exceſſibus, in cap. 3. De conſuetud. lib. 6.

Exceſſus ſubditorum inquirere, punire, & corrigere de conſilio capituli tenetur Epiſcopus de iure communi: alias ſententia ſua eſſet irrita, gl. fi. ibid.

Exceſſus in ſuis Eccleſijs corrigere, ſpectat ad Prælatos Eccleſiarum, & in eorum defectum & negligentiam, ad locorum Ordinarios, ſi non ſunt exempti: alioquin ad eorum ſuperiores, clem. 1. §. ne igitur. De celebratione Miſſarum.

Exceſſus debent ita puniri, vt alijs ſint exemplo, clem. fi. verſ. quod ſi. De pœnis.

Exceſſus non debent relinqui impuniti, ne alij habeant cauſam delinquendi, clem. 2. De ſententia excommunicat.

Reliqua in verbo, Effuſio. Delictum. Epiſcopus, 127. 128. 129.

EXCLVDERE aliquem ſimpliciter aliud eſt, & aliud in perpetuum excludere, gl. in perpetuum, in cap. ex literis. De conſtit.

Excluſio iuris à prima gratia, per adeptionem ſecundi beneficij, ſurgit ex viribus tacitè cuiuſdam præſumptæ renunciationis, quæ eſt præſumptio iuris, & de iure, clem. gratiæ, 4. de reſcript.

Excluſus per viam iuris communis, poteſt per viam iuris ſpecialis, id eſt per reſtitutionis beneficium, venire, cap. coram felicis. De in integ. reſtit.

Excluſus à poteſtate proponendi exceptionem dilatoriam intelligitur excluſus in eadem inſtantia: ſecus videtur in diuerſa, cap. 1. §. ſi vero. De exceptio. lib. 6.

Excommunicatio in genere, n. 1. vſque ad n. 24.
Quoad executionem & ſuſpenſionem, n. 24.
Quoad abſolutionem, n. 25. 26.
Quoad exceptionem excommunicationis, n. 27. & 28.
Quoad minorem excommunicationem, & quoad participantes, 29. 30.
Quoad nullam, vel iniuſtam, 31. vſque ad n. 36.

EXCOMMVNICATIO dicitur æternæ mortis damnatio, 11. q. 3. nemo can. 1

Excommunicatio eſt à fraterna ſocietate ſeparatio, gl. 2. in cap. quanto, 26. De priuilegijs.

Excommunicatio debet ferri cum cauſæ cognitione, gloſ. terminos, in cap. nouit. De officio legat.

Excommunicatio quædam eſt maior, quæ repellit excommunicatum ab agendo: alia minor, quæ non repellit ab agendo, gl. ſpeciem, in cap. 1. §. ſi quis. De exceptio.

Excommunicatio poteſt ferri in genere in incertam perſonam, ratione furti, & ſimilium, cap. De officio Ordinarij.

Excommunicatio verbum includit maiorem, & minorem, quando fit prolatio in materia congruenti vtrique, gl. excommunicationis, in cap. præſidentes, 6. De hæreticis, lib. 6. & cap. ſtatuimus. De ſententia excommunicat. lib. 6.

Excommunicatio quædam eſt ſimplex ſiue minor, quæ ſeparat à ſacramentis, & ab ingreſſu Eccleſiæ; alia ſolemnis, quæ propriè dicitur anathema, quæ etiam ſeparat à communione fidelium, gl. 1. in can. ſi inimicus, 11. q. 3. can. Engeltrudam, 3. q. 4.

Excommunicatio eſt mucro Epiſcopalis, gloſ. 1. in can. nemo Epiſcopus, 2. q. 1.

Excommunicatio magis eſt iuriſdictionis, quàm ordinis: & ideo habens iuriſdictionem, ſaltem ex conſuetudine, poteſt excommunicare, ibid.

Excommunicatio ſolo verbo contrahitur, & ſolo verbo tollitur, gl. 1. in cap. quamuis, 58. De ſententia excommunic.

Excommunicatio ſimpliciter lata intelligitur de maiori, cap. ſi quem, & ibi gl. 3. eod. gl. 2. in cap. cum non ab homine. De iudicijs, dd. reprob. gloſ. 1. in can. debent, 11. q. 3. & gl. excommunicationis, in extrauag. dierum, Ioannis 22 & gloſ. excommunicamus, in extrauag. excommunicamus. De ſententia excommunic. inter communes.

Excommunicatio venit appellatione diſtrictionis Eccleſiaſticæ, cap. pro illorum, 22. De præbend.

Excommunicatio non promulgatur per hæc verba, *à communione habeantur alieni*, cap. ſi diligenti. De foro compet. 2

ſub Excommunicatione præcipio, per hæc verba contrà faciens non eſt excommunicatus, gl. pe. in cap. 1. De eo qui ordines furt. ſuſcepit, gl. fi. in cap. 1. De ſagittarijs.

Excommunicatio ſi ſit prolata per hæc verba, *quiſquis furtum fecerit, ſit excommunicatus*, omnes intelliguntur nominatim excommunicati, qui furtum committunt, tanquam expreſſis proprijs nominibus, gl. 1. in cap. à nobis, 21. De ſententia excommunicat.

Excommunicatio in aliquem pro futuro delicto non poteſt ferri: veluti, *excommunico te, ſi tale quid feceris*: rectè tamen poteſt ferri pro futuris culpis, per viam ſtatuti generalis, gloſ. commiſerint, in cap. fi. De conſtit. lib. 6. & ibi dd.

Excommunicatio ipſo iure incurritur per hæc verba, *nouerit te excommunicationi ſubiacere*, cap. non minus. De immunit. Eccleſ.

Excommunicatio ipſo iure infertur per hæc verba, *talis ſicut excommunicatus euitetur ab omnibus*, cap. magnopere. Ne Clerici vel Monachi.

Excommunicatio ſi fuerit lata per hæc verba, *excommunico quicumque furtiuè ordines ſuſceperit*, contra faciens eſt excommunicatus, gl. fi. in cap. 1. De ſagittarijs.

Excommunicatio non fulminatur ipſo iure per iſta verba, *ſtatuo ſub pœna excommunicationis, ſuſpenſionis*, etiamſi proferantur per Papam, cap. dura. De crimine falſi, & ibi gl. fi. in cap. 1. De bigamis, lib. 6.

Excommunicatio incurritur ipſo facto per iſta verba, *ſubiaceat excommunicationi*, dd. reprob. gloſ. ſubiaceat, in d. cap. dura.

Excommunicationis ſententia profertur per hæc verba, *te ipſo facto eſſe excommunicatum*, cap. ſciant, 12. De elect. lib. 6. 3

ſub Excommunicationis pœna, hæc verba ſunt comminationis, non ſententiæ, gl. ſub excommunicationis, in extrauag. ſi fratrum. Ioann. 22.

Excommunicationis ſententia fertur per hæc verba, *ipſo facto*, aliàs per ſola verba, *ſub pœna excommunicationis* non inducitur ſententia, ſed comminatio, gl. volumus, in extrau. ſancta Romana; Ioann. 22. & gl. ſub excommunicationis, in extrauag. cum ad ſacroſanctæ, Ioan. 22.

ſub Excommunicationis pœna, hæc verba inducunt comminationem, non ſententiam: niſi aliter conſtaret de mente proferentis, gloſ. ſub excommunicationis, in extrauag. quorumdam. Ioannis 22. gloſ. 2. in canon. Salonitanæ, diſtinct.

ſinct. 63. gloſ. ſub pœna, in cap. 2. De regular. lib. 6.

Excommunicationis ſententia profertur per hæc verba, *noſcas te eſſe excommunicatum*, can. Engeltrudam, 3. q. 4.

Excommunicatio ſi ſit lata ita, *quòd ſi quis non venerit tali die ad iudicium, ſit excommunicatus*, etiamſi caſu impeditus non veniat, nihilominus erit excommunicatus: ſed abſoluetur ſine expenſis, gl. 2. in can. 1. 4. q. 5.

Excommunicatio maior imponitur vel pro maiori crimine, vel pro contumacia: minor infligitur pro quolibet peccato mortali, & imponitur ſiue pœnitenti, ſiue non pœnitenti, vel à ſe ipſo, vel à ſuo ſacerdote, loco pœnæ; pœnitens tamen melius faciet, ſi authoritate ſacerdotis abſtinet à ſacramentis, gl. 1. in can. ſi inimicus, 11. q. 3.

4 Excommunicationis ſententia lata in aliquem ſub nomine officij, non tranſit ipſo facto in ſucceſſorem; ſed tunc demum, ſi ſatisfacere noluerit de delicto commiſſo per prædeceſſorem, cap. aduerſus. De immunitat. Eccleſi.

Excommunicationis pœna eſt maior in Eccleſia; & ideò in proferenda illa contra presbyteros, requiritur conſenſus capituli, gl. capituli, in cap. 1. De exceſſibus Prælat.

Excommunicatio eſt iuriſdictionis, non autem ordinis Epiſcopalis, cap. tranſmiſſam. De elect.

Excommunicationem ſemper debet præcedere contumacia, cap. paſtoralis, § præterea. De officio Ordin.

Excommunicatio dicitur ſacra, cap. sacris, & ibi gl. 1. De his quæ vi metuùe cauſa.

Excommunicationis ſententia videtur promulgari per illa verba, *nullus communicet tali*, cap. 1. De iudicijs.

Excommunicationis & ſuſpenſionis ſententia poterat ferri in capitulum, de iure antiquo, cap. capitulum, 30. De reſcript.

Excommunicationis & ſuſpenſionis ſententia debet relaxari ſecundum formam Eccleſiæ; & ſic forma eſt ſeruanda in relaxatione ſuſpenſionis, ibid.

Excommunicatio extenditur ad illos, qui præſtant auxilium excommunicato, gloſ. terram, in cap. 2. De poſtulat. Prælat.

Excommunicatio debet eſſe publica, ad hoc vt repellatur quis à proſecutione iuris ſui, gl. publica, in cap. venerabilem, 34. De elect.

5 Excommunicationis ſententiæ obediendum eſt; ſiue ſit iuſta, ſiue iniuſta: niſi in duobus caſibus, gl. 2. in cap. ad aures. De tempor. ordinat.

Excommunicationi latæ ab hæretico, ſchiſmatico, rebelli, excommunicato, non tenetur ſubditus obedire, d. gl. 2. in add. marg.

Excommunicatio extenditur ad eos, in quos lata non fuit, ſi poſt excommunicationem latam contra aliquem ob aliquod delictum, ipſi communicauerint cum excommunicato in eodem delicto, gloſ. 2. in cap. 2. De officio delegat.

Excommunicatio repellit quem ab agendo, cap. prudentiam, §. ſexta, eod.

Excommunicationem ſi reus obijciat actori, & eam non probat intra debitum tempus, audiatur actor: ſed ſi probet, delegatus abſoluet actorem, ſi excommunicatus ſit propter cauſam ſibi commiſſam: ſi propter aliam, ad excommunicatorem remittet illum: & ſi illum non vult abſoluere, delegatus Papæ abſoluet, niſi fuerit de caſibus reſeruatis ipſi Papæ, ibid.

Excommunicatio maior repellit actorem ab agendo: ſed minor non repellit nec ab agendo, nec à conſortio fidelium, nec ab electione, d. § ſexta, & ibi gl. excommunicationis.

Excommunicationis timor æquiparatur metui, qui cadit in conſtantem virum, gl. 2. in cap. olim inter. De reſtit. ſpoliat.

Excommunicatio repellit excommunicatum ab adeptione Eccleſiaſticorum beneficiorum, & ab officio honorabili, & publico, cap. poſt ceſſionem. De probationibus.

Excommunicatio poteſt ferri ex cauſa in ſingulos de collegio, in cauſa collegij, vel Monaſterij, cap. dilecto, De probatio.

ad Excommunicationis obſeruantiam non tenemur, niſi poſt publicationem, gloſ. publicè, in cap. exceptionem, De exceptio.

6 Excommunicationis publicitas quando conſideratur ad præſumendam ſcientiam aliorum, tunc notorietas non ſumitur pro notorietate iuris, vt quando eſt lata à iudice in tribunali coram officialibus; ſed pro notorietate facti per hominum notitiam diuulgata; ſecus vbi conſideratur notorietas reſpectu excommunicati, & tunc ſufficit notorietas iuris, gl. publicè. in clem. 2. De ſepult. dd. reprob. gl. publicè in cap. exceptionem. De except.

de Excommunicatione per ſimplicem querelam poteſt cognoſcere ſuperior excommunicatoris, gl. pen. in cap. qua fronte. De appellat.

Excommunicationis vel ſuſpenſionis ſententia nunquam eſt ferenda ab homine, niſi canonica monitione præmiſſa, cap. reprehenſibilis, 20. eod.

Excommunicationem quando ius fulminat propter delictum, bene poteſt iudex excommunicare delinquentem ſine aliqua admonitione, ibid.

Excommunicatio, ſeu cenſuræ ſententia purè lata non ſuſpenditur per appellationem ſequentem: ſecus tamen eſt in excommunicatione, ſeu ſuſpenſione lata ſub conditione ſuſpenſiua, cap. præterea 40. De appellat.

Excommunicatione lata ſub conditione, pendente conditione, ſi excommunicatus fuerit factus de alterius foro; nihilominus exiſtente conditione erit ligatus, niſi appellaſſet pendente conditione, gl. ſi. ibid.

Excommunicatio non tranſit in tertiam perſonam: id eſt communicans cum excommunicato non incidit in eamdem excommunicationem, ſed in minorem, gl. delegatus, in cap. cum cauſam, 42. eod.

Excommunicationem fulminare poterit ſuperior contra tenentes beneficia Eccleſiaſtica ſine legitimo titulo, cap. ex frequentibus. De inſtitutio. 7

Excommunicatio percutit animam, cap. ſi quis Presbyterorum. De rebus Eccleſ. non alien.

Excommunicationem debet quis ſuſtinere potius, quàm contra conſcientiam venire, gl. ſi. in cap. veniens. De eo qui cognouit conſang.

Excommunicatio poteſt ferri pro delicto, id eſt pro contumacia ſurgente ex delicto, cap. 2. De raptoribus.

Excommunicatio poteſt pro eodem facto frequenter innouari, cap. dura. De crimine falſi.

Excommunicationis notitiam habens per famam ſolam, ſi celebrat, debet de rigore deponi, licet cum eo poſſit miſericorditer diſpenſari, cap. illud. De clerico excommunicato.

Excommunicatio poteſt ferri pro exceſſibus, id eſt pro contumacia ſurgente ab exceſſibus in non ſatisfaciendo, cap. fraternitati, eod.

Excommunicatio non notat excommunicatum infamia perpetua; imò ea ſublata, tollitur infamia: & excommunicatus abſolutus eſt capax omnium bonorum, cap. propoſuit eodem.

Excommunicatio non trahit ſecum excuſationem reſpectu pœnæ, quoad probabiliter ignorantem, cap. Apoſtolicæ, eodem.

ſi Excommunicatio lata fuerit, ne aliquis ſuſcipiat duos ſacros ordines eodem die, & poſtea quis ſuſceperit, licet remaneat in eis ordinatus, non tamen habet executionem illorum, nec Epiſcopus cum eo poterit diſpenſare, tamquam cum eo qui excommunicatus diuina præſumpſit, cap. ſi. De eo qui ordines furtiuè.

contra Excommunicationis ſententiam recipientes plures ordines ſacros eodem die, de iuris rigore ſunt deponendi, gl. a. ibid. 8

in Excommunicatione perſiſtens per biennium ſuſpectus eſt de hæreſi: nam præſumitur malè ſentire de ſacramentis, cap. ſi. De pœnis.

Excommunicationem contemnere dicitur, qui longo tempore abſolutionem ab ea non petijt, ibid.

Excommunicationis denunciatio non fit, niſi propter ignorantes; Deus enim ligat, & non homo, gloſ. 1. in cap. cum non ab homine. De iudicijs.

Excommunicatio vbi pluribus eſt nota, debent ſcientes vitare excommunicatum, citra omnem denunciationem, cap. cum deſideres, 15. De ſentent. excommunic.

Excommunicatio generalis non ligat niſi ſubditos proferentis, cap. a nobis, 21. De ſentent. excommun.

Excommunicatio ferri non poteſt ab homine, pro futuris culpis; ſed bene poteſt ab ſtatuto, ibid.

Excommunicatio ſpeciali ſtatuto lata, ſuper actu iam lege diuina vel naturali, aut humana vniuerſali lata, damnatum ſtatim efficit, & ligat eius actus authores etiam ignorantes, gl. a. ibid.

Excommunicationis ſententia ſimpliciter lata non durat vltra tempus proferentis, niſi ſucceſſor eam confirmet, & tantum habeat; ſed quando definiendo ſtatutum vel decretum aliquod facit, ligat etiam poſt receſſum: quia talia ſtatuta perpetua ſunt, niſi per ſucceſſorem expreſſim reuocentur, d. gl. 2. in ſi.

Excommunicatio non impedit ingreſſum religionis; vnde tenet ingreſſus & profeſſio, non obſtante excommunicatione, cap. cum illorum, §. qui ſi. De ſentent. excommunicat.

Excommunicationis vinculum poteſt multiplicari, multiplicatis exceſſibus, cap. officij, 41. eod. 9

Excommunicationis duo ſunt effectus; ſcilicet expellendi extra Eccleſiam, & confirmandi eiectum extra Eccleſiam. Quantum ad primum, non poteſt iterum excommunicari, qui eſt excommunicatus; ſed quantum ad ſecundum, rectè poteſt: quia triplex funiculus difficilius rumpitur, gl. 1. ibidem.

Excommunicationem potius debet quis pati, quàm mortaliter peccare, cap. inquiſitioni, 44. eod.

ab Excommunicationis denunciatione repellitur ille, qui non præmonuit, & ei communicauit, cap. in præſentia, 46. eodem.

Excommunicatio eſt maxima pœna, cap. ſacro, 48. De ſentent. excommunicat.

Excommunicatione pœna maior nulla eſt in Eccleſia; quia illa ſeparat à corpore Chriſti, quod eſt Eccleſia, gl. tantum, ibid.

Excommunicatio maior priuat quem à participatione ſacramentorum

mentorum & à communione fidelium, cap. ſi quem, 59. & ibi gl. 3. eod.

Excommunicatio maior eſt ſeparatio à qualibet licita communione, & legitimo actu: vnde Adam excommunicatus fuit ab eſu ligni, gl. 3. ibid.

Excommunicatio, quæ dicitur anathema, infligitur tam ab homine, quàm à iure: & pro contumacia, & pro crimine, ibid.

10 Excommunicatione maiore notatus ab homine, ſemper ab eodem, vel eius ſuperiore debet abſolui, niſi ſit incendiarius, poſt publicationem, d. gl. 3.

Excommunicatione maiore notatus à canone, à ſuo Epiſcopo poteſt abſolui; niſi conditor canonis ſibi retinuerit abſolutionem, ſicut in his, qui violentas manus iniecerunt in clericum, ibid.

Excommunicationem ipſo facto incurrit perſequens vel percutiens laicum conſanguineum eius, qui eum eligere noluit, gl. conſanguineos, in cap. ſciant, 22. De electione, lib 6.

Excommunicatio, apoſtaſia, & irregularitas differunt inter ſe, cap. 2. De tempor. ordinat.

Excommunicationis ſententia in aliquem promulgata ex propria culpa, non debet extendi ad eius vicarium, cap. 2. De officio vicarij, lib. 6.

Excommunicatio non debet ferri contra aliquem, ſine rationabili cauſa; puta pro inobedientia, vel contumacia, ibidem.

Excommunicatio ſuperueniens in delegatum non priuat eum iuriſdictione, ſed impedit eius exercitium, cap. ſi is cui, 9. De officio deleg. lib. 6.

Excommunicatio delegati non impedit iuriſdictionem eius ſubdelegati, etiam non in totum dati, ibid.

de Excommunicatione hominis ſolet & debet fieri inſtrumentum, gloſ. acto, in cap. 2. §. ſi quis. De exceptio. lib. 6.

11 Excommunicatio poteſt ferri pro delicto, & ſic non ſemper fertur pro contumacia, cap. ad Apoſtolicæ. De re iudicat. lib. 6

Excommunicationis ſententia quandoque reuocari poteſt, cap. Romana, §. pen. De appellat.

Excommunicatio dicitur pœna, cap. 2. De regular. lib. 6.

Excommunicationis vitium perſonæ adhærens non tranſit ad ſucceſſorem, gl. ſemelſic, in cap. 2. §. verum. De iure patron. lib. 6.

Excommunicatio non debet ferri in vniuerſitatem, vel collegium, gl. vniuerſitas, in cap. 2. De cenſibus, lib. 6.

Excommunicatio quando profertur propter contumaciam, non eſt neceſſe, quòd citetur ille ad ſententiam excommunicationis, cap. cum contumacia. De hæreticis, lib. 6

Excommunicatio poteſt proferri ab homine ſuper prohibitione alicuius actus fiendi, etiamſi non aſſignet tempus ad deſiſtendum à tali actu, cap. ſtatuta, §. & vt, eod.

Excommunicatio non profertur in collegium, vel vniuerſitatem, ne contingat innoxios irretiri, gl. interdicti, in cap. 1. De vſuris, lib. 6.

Excommunicatio debet proferri in ſcriptis per excommunicatorem, cap. 1. De ſentent. excommunicat. lib. 6.

in Excommunicationis ſententia requiritur cauſæ expreſſio, ibid.

12 Excommunicatio quòd ſit ſcripta per manum notarij, non eſt neceſſe, & ſufficit, quòd illam iudex ſcribat, ibid.

Excommunicationis cauſam prius debet iudex exprimere, & poſtea excommunicare; veluti, vt quia peremptoriè citatus coram nobis renuit comparere de iuſtitia reſponſurus; vel quia iuſſus intra talem diem centum Titio ſoluere, ad quæ ex cauſa depoſiti tenebatur, quòd facere recuſauit, idcirco &c. gl cauſam, ibid.

Excommunicatio lata, etiam ex cauſa falſa, valet, gl. præterquam, ibid.

Excommunicationis exemplum debet continere excommunicationem de verbo ad verbum, & annum, & diem, gloſ. exemplum, ibid.

Excommunicationis generalis exemplum ſi quis innominatus petat, illud ſibi dari debet, ſi comprehendi poterat ſub generali, gl excommunicato, ibid.

Excommunicatio generalis debet ferri in ſcriptis, & exprimi cauſa, quæ ita conueniat generali, ſicut ſpeciali ſententiæ, imò plus generali: & ea non debet ferri, niſi ex cauſa, gl. excommunicat. ibid.

de Excommunicationis ſententia forma, & modo iura loquentia habent locum in ſententiis ſuſpenſionis, & interdicti, d. cap. 1 §. ad hæc.

Excommunicatio non poteſt ferri in corpus vniuerſitatis, vel collegii, cap. Romana, 5. eod.

13 Excommunicatio lata ab homine debet remoueri per proferentem, ibid.

Excommunicationis ſententia generaliter pro futuris culpis ab homine ferri non poteſt: ſed à canone, vel ſtatuto rectè poteſt ferri: iuſta tamen cauſa ſubſiſtente, etiam pro futuris culpis ferri poteſt ab homine, & ad forenſi vſu & praxi iamdiu inductum eſt, dd. reprob. gl. futuris, ibid.

Excommunicatio poteſt ferri in coniugatum, ne vlterius redeat ad concubinam, quam tenuit, gl. offenſa, ibid.

Excommunicatio iuſta dicitur lata contra crucesignatos non portantes publice crucem: non enim debent ſubtrahere bonum exemplum, nec ſe celare, gl. cauſa, in add. ibid.

Excommunicatio, ſuſpenſio, & interdictum dicuntur eſſe arma propria Eccleſiæ, cap. dilecto, eod.

Excommunicatio dicitur gladius Eccleſiaſticus, ibid.

Excommunicatio lata intra tempus appellationis interponendæ, licet poſtea appelletur, non retractatur per viam attentati, cap. venerabilibus, § porro, eod.

de Excommunicatione iura loquentia non ſemper habent locum in interdicto, cap. præſenti. De ſentent. excommunicat. lib. 6.

Excommunicatio aggrauatur per perſeuerantiam in ea, cap. quicunque, 12. eod.

Excommunicatio grauat excommunicatos, prohibendo ne quis ab eis emat, vel eis vendat, gl. grauandi, ibid. 14

de Excommunicatione circa modum proferendi iura loquentia non habent locum in ſententiis ſuſpenſionis, & interdicti, cap. ſtatutum, 13. eod.

Excommunicationis denunciatio neceſſariò non concludit quem eſſe vere excommunicatum, licet euitari ex hoc debeat, cap. licet, 14. eod.

Excommunicatio lata ſub conditione, ante diem quo lata fuit, non trahitur retro, d. cap. licet,

Excommunicationis ſententia quandoque ferri poteſt in perſonam incertam, gl. expreſſa, ibid.

Excommunicationis denunciatio non reddit quem excommunicatum: non enim valet conſequentia, eſt denunciatus excommunicatus, ergo eſt excommunicatus: quia poteſt denunciari, qui fortè excommunicatus non eſt, gl. nunciari, ibid.

poſt Excommunicationis denunciationem excommunicatus debet vitari à iudicialibus, & extraiudicialibus, & legitimis actibus, (licet forte non ſit excommunicatus) donec oſtendat ſe abſolutum, vel ſententiam nullam, gloſ. nunciari, ibid.

Excommunicationum caſus, qui per conſtitutiones libri ſexti inducuntur, ſunt triginta duo, quos refert, gl. 2. in cap. eos qui. De ſentent. excommunic. lib. 6.

Excommunicationum caſus Papales ſunt decem & ſex, d. gl. 2. in add.

Excommunicationis ſententia non retrotrahitur, ſicut aliæ ſententiæ: quia ſtatim ligat, vel non ligat, vel ſuſpendit effectum ſuum, gl. incurris, in cap. pen. eod.

Excommunicationis ſententia de ſe animam ligat, gl. capitulum, in extrauag. ſuſcepti. Ioann. 22. 15

Excommunicationis diuerſi ſunt modi ſecundum leges, & ſecundum canones, gl. excommunicare, in extrauag. execrabilis. Ioann. 22.

Excommunicatio maior in dubio cenſetur inflicta, gl. excommunicationis, in extrauag. ſi ſtatum. Ioann. 22.

Excommunicatio de ſui natura animam percutit, vnde in locum vel vniuerſitatem non fertur, cum anima careant: ſed in ſingulos ferri debet ſententia, gl. ſingulares, ibid.

Excommunicationis ſententia lata fuit in omnes, qui portant prohibita infidelibus & Saracenis in regno Granatæ exiſtentibus: & hæc fuit lata, vt Petrus filius Regis Caſtellæ eos à dicto regno facilius expelleret, extrauag. copioſus. Ioannis 22.

Excommunicatio à iure lata contra gloſantes decretalem, exiit qui ſeminat, ſuſpenditur à Papa Ioanne 22. vſque ad beneplacitum ſedis Apoſtolicæ, extrauag. quia nonnunquam. Ioann. 22.

per Excommunicationis ſententiam quis velut mortuus à communione fidelium ſeparatur, gl. excludere, in extrauag. quia quorundam. Ioann. 22.

Excommunicatio reſcindit quem ab ipſo corpore, quod eſt Chriſti Eccleſia, ibid.

Excommunicationis publicandæ modus traditur in extrauag. 1. De decimis, inter communes,

Excommunicationis publicatio horribilis ſit, cum ſingulis diebus Dominicis & feſtiuis, pulſatis campanis, & extinctis candelis, excommunicati publicè nunciantur, ibid. & extrauag. infidelis. De furt. inter communes. 16

Excommunicationis ſententia poteſt ferri ad tempus, can. decernimus, diſt. 18 & can. neminem, diſt. 45.

Excommunicatio dicitur ſententia, ibid.

Excommunicatio quandoque eſt excluſio ab actibus gerendis in aliqua vniuerſitate, can. quorundam, diſt. 34.

Excommunicatio priuat quem honore, can. neminem, diſt. 45.

Excommunicatio non debet eſſe perpetua, ſed ceſſante cauſa excommunicationis debet etiam remoueri excommunicatio, can. accuſatores, diſt. 46.

Excommunicatio, quæ propter contumaciam imponitur, non durat niſi ad limitationem contumaciæ, can. contumaces, diſt. 50.

Excommunicatione lata ſub conditione, ſi excommunicans moriatur, antequam conditio exiſtat, exiſtente conditione remanet excommunicatus à die exiſtentis conditionis, & non à retro tempore, gloſ. 2. in can. Salonitanæ, diſt. 63.

ab Excommunicatione lata ſub conditione poteſt appellari: quia excommunicatio non trahit ſecum executionem ſuam, quia non cedit, nec venit dies ante exiſtentem conditionem, ibid.

Excom-

Digitized by Google

17 Excommunicatio pro modica iniuria non eſt ferenda, gl. quamlibet, in can. in primis, §. de perſona, 2. q. 1.

Excommunicatio non ligat niſi à tempore ſcientiæ: ſicut nec lex, nec ſententia, gl. epiſtolam, in can. quanto, 2. q. 5.

Excommunicatio lata ſub conditione valet, & tenet, gl. 1. in can. biduum, 2. q. 6.

vltra Excommunicationem Eccleſia non poteſt facere quicquam, gl. 1. in can. Engeltrudam, 3. q. 4.

Excommunicatio habet duos effectus, vnum eiiciendi extra Eccleſiam, & alium detinendi extra: & licet excommunicatio non poſſit conſequi primum effectum in excommunicato, tamen conſequitur ſecundum: neque ſunt neceſſariæ plures abſolutiones, quia vnica abſolutione tolluntur, vel ſaltem vltima confirmat omnes præcedentes, ibidem.

Excommunicationem incurrit quandoque iuſtè impeditus, gl. 1. in can. 2. 4. q. 5.

Excommunicatio tenet ſemper, niſi in duobus caſibus, gl. 2. ibid.

Excommunicatio eſt mucro Epiſcopalis, gl. non ab alio, in can. de perſona, 11. q. 1.

de Excommunicationis cauſa ſolus Metropolitanus hodie cognoſcit, gl. 2. in can. ſi quis à proprio, 11. q. 3.

Excommunicationis ſententiam latam ab Epiſcopo ſi Metropolitanus per querelam viderit eam euidenter iniuſtam, poteſt pronunciare eam iniuſtam, licet non ſit appellatum ad eum, gl. fi. in can. ſi Epiſcopus forte, 11. q. 3.

18 Excommunicationem à Papa latam præſumentes Epiſcopi violare deponendi ſunt, can. Teugualdum, 11. q. 3.

Excommunicatio maior imponitur vel pro maiore crimine, vel pro contumacia: minor vero infligitur pro quolibet mortali: & imponitur ſiue pœnitenti, ſiue non pœnitenti: vel à ſeipſo, vel à ſuo ſacerdote loco pœnæ: pœnitens tamen melius faciet, ſi authoritate ſacerdotis abſtinet à ſacramentis, gl. 1. ibid. in can. ſi inimicus, 2. q. 3.

Excommunicationem non ſeruantis pœna eſt, quòd ſi ſit clericus, deponitur: ſi laicus, tardius abſoluitur, gloſ. fi. ibidem.

per Excommunicationem dicitur ligatus homo à Christo, miniſterio hominis, can. nemo, 11. q. 3.

per Excommunicationem remouetur quis ab Eccleſia; & remotus ab Eccleſia tradi dicitur Sathanæ, qui eſt extra Eccleſiam, can. omnis Chriſtianus, 11. q. 43.

in Excommunicatione perſiſtens per annum, amplius non auditur ſuper eo, ſuper quo fuit excommunicatus, can. quicumque, 11. q. 3.

Excommunicatio eſt perpetua damnatio his, qui eam contemnunt: ſed medicinalis eſt his, qui eam non contemnunt, gl. fi. in can. nemo Epiſcoporum, 11. q. 3.

19 Excommunicatio domini non tollit obligationem, qua vaſſallus obligatus eſt domino, ſed tantum effectum obligationis: vnde, domino abſoluto, ſtatim tenetur ei obedire, gl. 2. in can. Iulianus, 11. q. 3.

Excommunicatio ſimpliciter lata contrà aliquem intelligitur de maiori, & non de minori, gloſ. in can. debent, 11. qu. 3.

Excommunicationis ſolemnis forma eſt, quòd duodecim ſacerdotes circumſtant Epiſcopo communicanti, cum candelis accenſis in manibus ſuis, & in concluſione excommunicationis debent illas candelas in terram proiicere, pedibus conculcando: deinde debet mitti per parrochias epiſtola, continens nomina excommunicatorum, & cauſam excommunicationis, can. debent, 11. q. 3.

Excommunicatio ſemper profertur pro contumacia: ſed illa contumacia prouenit quandoque ex delicto: niſi ipſo iure incidat in canonem latæ ſententiæ, gloſ. 2. in can. de Presbyterorum, 17. q. 4.

Excommunicatio latæ ſententiæ eſt, vbicumque quis ipſo facto incidit in eam, gl. ſubiaceat, in can. ſi quis ſuadente, 17. q. 4.

Excommunicatio iuſta non ſolum habet effectum quoad Eccleſiam, & extrinſecas pœnas: ſed etiam quoad Deum, & quoad interiorem pœnam, dd. reprob. gloſ. 2. in can. quodcumque, 24. q. 1.

Excommunicatio poteſt inferri in aliquem, etiam poſt mortem, ſi viuens fuit admonitus ab homine, vel à canone: & admitti poteſt quis, ſi eum velit defendere, gl. 6. in can. damnationis, 24. q. 2.

20 Excommunicatio poteſt inferri in aliquem poſt mortem in hæreſi, & quibuſdam alijs caſibus, gl. in ſumma, & can. ſane profertur, 24. q. 2.

Excommunicatione maiore non poteſt vnus pro alio puniri, ſed minori excommunicatione ſic, can. ſi habes, & ibi gl. 1. 24. q. 3.

Excommunicatio pertinet ad iudicium Epiſcopale tantùm: nam mucro Epiſcopi dicitur, gl. 1. in can. corripiantur, 24. q. 3.

Excommunicatio cum ſit maxima pœna, non debet infligi pro leuibus criminibus, gl. maior, ibid.

Excommunicatione in Eccleſia nulla pœna eſt maior, d. can. corripiantur, ibid.

Excommunicatio non eſt inferenda pro quolibet peccato mortali, gl. laqueum, in can. pen. 27. q. 1.

Excommunicationem ſi quis contemnat, iudex ſecularis, vel dominus poteſt eum priuare feudo ſuo, gloſ. 1. in can. præceptum, 32. q. 5.

Excommunicatio non eſt mortalis, ſed medicinalis, intellige habito reſpectu finis, ſcilicet vt excommunicatus reſipiſcat, pœniteat & ſatisfaciat Eccleſiæ, cap. 1. De ſentent. excommunic. lib. 6.

Excommunicatio eſt medicinalis, ſi non contemnatur, gl. 1. in cap. ex parte. De officio Ordina. gl. violentia, in cap. cum dilectus. De his quæ vi metuve cauſa, cap. poſt ceſſionem. De probatio. gl. 2. in cap. fi. De pœnis, gloſ. tunc erit, in cap. nuper, 29. De ſententia excommunicationis.

Excommunicatio non eſt pœna, ſed eſt quædam medicina, gl. innondare, in cap. venerabilibus, §. ſane. De ſentent. excommunicat. lib. 6.

Excommunicatio, ſuſpenſio, & interdictum in multis procedunt à pari: vnde ſub nomine cenſuræ omnia comprehenduntur, cap. quærenti, 20. De verb. ſignific.

Excommunicatio & interdictum æquiparantur in hoc, quòd 21
ſicut excommunicatio lata poſt appellationem non ſuſpendit: ita & interdictum per appellationem ſequentem non ſuſpenditur, cap. ad hæc, 37. & ibi gloſ. 1. De appellatione.

Excommunicatio differt ab interdicto: nam excommunicatio in perſonas debet proferri: ſed interdictum in communitatem, cap. ex parte, cap. 3. De priuileg.

Excommunicatio, ſuſpenſio, & interdictum, differunt inter ſe, cap. Romana, §. pe. De appellat. lib. 6.

Excommunicatio, ſuſpenſio, & interdictum paificantur quoad hoc, vt ferri non debeant aliter, quàm canonica trina monitione præmiſſa, cap. ſtatutum, & ibi gl. fi. De ſentent. excommunic. lib. 6.

Excommunicatio & ſuſpenſio referuntur ad perſonas; interdictum ad loca, cap. pen. De verb. ſignif. lib. 6.

Excommunicatio, ſuſpenſio, & interdictum in diuerſos ferri poſſunt, in extrauag. ſaluator. De præbend. inter communes.

Excommunicatio poteſt ferri ſine vlla admonitione in facto notorio, cap. illud. De clerico excommunicat.

in Excommunicationis ſententia requiritur, quòd admonitio præcedat, & poteſt fieri ſine ſcriptura, cap. ſacro. 48. De ſententia excommunicat.

Excommunicatio vt procedat, requiritur primò, quòd præcedat admonitio, & quòd ſit cauſa rationabilis, & quòd ſit manifeſta, ibid.

Excommunicatio non debet proferri, non præmiſſa admo- 22
nitione, gl. caueat, ibid. & clem. diſpendioſam. De iudicijs, gl. 1. in can. 2. 5. q. 1. & gloſ. 2. in cap. 2. De ſuppleud. neglig. lib. 6. & cap. fi. & ibi gl. præmiſſa. De iudicijs, lib. 6. cap. 2. §. laici. De rebus Eccleſ. non alien. cap. vt officium, § compaſcendi. De hæret. lib. 6. cap. decernimus. De ſententia excommunic. lib. 6.

Excommunicatio quando profertur propter delictum futurum, non eſt neceſſaria trina monitio: ſed ſufficit prohibitio ſola, cap. ad Apoſtolicæ, § nos itaque. De re iudic. lib. 6.

in Excommunicatione ab homine, hoc eſt regulare, vt ſemper præcedat monitio: & dicitur quoad hoc monitio canonica, vt moniti exprimantur nominatim, & tribus monitionibus moneantur, vel vna pro omnibus cum interuallo dictum, niſi neceſſitas aliud ſuadeat, gl. nominationem, in cap. ſtatuimus. De ſententia excommunicat. lib. 6.

Excommunicationem non debet iudex proferre contra ſubditum pro futuris culpis, vel iam commiſſis, niſi prius eum monuerit, vt deſiſtat: qui ſi nolit deſiſtere, vel ſatisfacere, tunc poterit excommunicare, cap. Romana, 5. eod.

Excommunicatio lata in genere, vel in ſpecie pro futuris culpis, vel commiſſis, non præmiſſa monitione, valet, & tenet: fallit quandoque, gl. iniuſtas, ibid.

Excommunicationis ſententia procedere debet, ſecunda vel tertia admonitione præmiſſa, cap. De excommunicationis, 24. quæſt. 3.

in Excommunicationem canonis *ſi quis ſuadente*, ſi quis incidat, non abſoluitur niſi à Papa, quamuis læſio in perſonam clerici contingeret ſine vulneratione, cap. peruenit, 23. De appellat.

Excommunicatio canonis *ſi quis ſuadente*, incurritur per ſolam manuum iniectionem, abſque violentia, cap. contingit, 36. De ſentent. excommunic.

in Excommunicationem canonis *ſi quis ſuadente*, incurrit iniurians clericum, etiam modica iniuria: ſed pro abſolutione non debet mitti ad ſedem Apoſtolicam, niſi velit Epiſcopus, gl. quamlibet, in can. in primis, §. de perſona, 2. quæſt. 1.

Excommunicatio Bullæ *in Cœna Domini*, prima eſt in hæ- 23
reticos ac fautores, ac recedentes ab Apoſtolicæ ſedis obedientia: ſecunda in appellantes à Papa ad futurum Concilium: tertia in piratas & fautores, & in rapientes bona naufragorum: quarta in imponentes noua pedagia, vel vetera augentes, & ea exigentes: quinta in falſatores literarum Apoſtolicarum: ſexta in deferentes prohibita infidelibus, eoſque certiores facientes de rebus concernentibus ſtatum rei Chriſtianæ: ſeptima eſt in impedientes eos,

qui

qui victualia ad vrbem deferunt: octaua in eos qui peregrinos ad vrbem venientes offendunt: nona in eos qui venientes Romam, vel ibi commorantes offendunt: decima in eos, qui manus violentas iniiciunt in S. R. E. Cardinales, & Prælatos ſeu nuncios: vndecima in eos qui cauſarum in curia pendentium curſum, & litterarum Apoſtolicarum executionem impediunt, & offendunt perſonas proſequentes eaſdem cauſas: duodecima in officiales & Prælatos, qui cauſas ſpirituales, à iudicibus Apoſtolicis auocant, & executionem litterarum, & mandatorum Apoſtolicorum impediunt: decimatertia in eos, qui Eccleſiaſticas perſonas ad ſuum tribunal trahunt, & faciunt ſtatuta contra libertatem Eccleſiaſticam: decima quarta in impedientes iudicum Eccleſiaſticorum iuriſdictionem decima quinta in eos, qui iuriſdictionem & fructus Eccleſiaſticos vſurpant, & decimas aut taleas quaſcunque perſonis Eccleſiaſticis imponunt, vel exigunt, & aſſenſum, vel conſilium, vel auxilium præſtant: decima ſexta in laicos ſe intromittentes in cauſis ſpiritualibus ſeu criminalibus, contra perſonas Eccleſiaſticas: decima ſeptima in eos, qui terras ſeu iura Eccleſiæ Romanæ occupant, vel inuadunt, & in raptores bonorum Apoſtolici Palatij decima octaua in abſoluentes de facto excommunicatos per dictam bullam. Bulla. In Cœna Domini.

Excommunicatio quamuis ſit Eccleſiaſticæ diſciplinæ neruus, & ad continendos in officio populos valde ſalutaris; ſobriè tamen & cum magna circumſpectione exercenda eſt. Concil. Triden. ſſ 25. De reformatione, cap. 3.

Excommunicatio ſi temerè, & leuibus de cauſis incutiatur, magis contemnitur, quam formidatur: & potius parit perniciem, quam ſalutem, ibid.

Excommunicationes illæ, quæ monitionibus præmiſſis ad finem relationis, aut pro deperditis ſeu ſubtractis rebus ferri ſolent, à nemine prorſus, præterquam ab Epiſcopo debent decerni: & tunc non aliàs quàm ex re non vulgari, cauſaque diligenter à magna maturitate per Epiſcopum examinata, quæ eius animum moueat, d. cap. 3.

Reliqua in verbo. Acrimonia. Anathema. Appellare, num. 8. 9. Appellatio, 44 45 Archiepiſcopus 1 5 Aſſeſſini, Bannitus. Canones, 2. Cardinalis, 7 8 Cenſura. Epiſcopus, 101. vſque 108. Fulminare. Monitia. Obligatio, 1. Obligare. Occupans. Sententia, 59. vſque 63.

24 EXCOMMVNICATIONIS ſententia tranſit in rem iudicatam poſt decem dies; ſicut & aliæ ſententiæ, quantum ad hoc, vt infra decem dies appellari debeat: alias poſt decem dies excommunicatus non auditur appellando: auditur tamen per viam querelæ, cap ad reprimendum, & ibi gl. tol. auditur. De officio Archidiaconi.

Excommunicationis ſententia ſtatim trahit ſecum executionem hinc eſt, quod poſt decem dies non tranſit in rem iudicatam: quia quandocunque poteſt peti abſolutio, gl. ſuſpendatur, in d. cap. ad reprimendum.

Excommunicationis ſententia non ſuſpenditur per appellationem, d. cap. ad reprimendum, & ibi gl. ſuſpenditur, cap. ad hæc, 57 & ibi gl 1. De appell. & cap. paſtoralis, 53. §. verum De appellat.

Excommunicatio trahit ſecum executionem, d. cap. paſtoralis, 53. § verum. De appellat. gl. 2. in cap. cum non ab homine De ſententia excomm.

Excommunicatio ſub conditione lata ſuſpenditur per appellationem interpoſitam, pendente conditione, gl. 2. in cap. dilectus, 13. De exceſſ. prælat.

Excommunicationis ſententia, reſpectu vinculi, non tranſit in rem iudicatam, etiam poſt decem dies: ſed benè reſpectu illius actus, pro quo fuit lata ſententia excommunicationis, niſi intra decem dies appellatum fuerit, dd. reprob. gl. ſatisfacere, in cap. ſacro. 48 De ſenten. excommun.

Excommunicationis ſententia trahit ſecum executionem. nec impeditur per ſequentem appellationem; ſic & ſententia abſolutionis non impeditur per ſequentem appellationem, gl. ſi. in add. marg ibid.

Excommunicationis ſententia ſtatim trahit ſecum executionem ſuam, dummodo ſit pura, & non conditionalis: non tamen punitur excommunicatus, cum ingerit ſe communioni hominum, antequam ſciat. gl. epiſtolam, in cap. quanto, 2. 5. gl. 1. in ſumma 8 q. 4.

Reliqua in verbo, Epiſcopus. 101. vſque 108. Exceptio, 30. Sententia, 50 vſque 53 65. 66.

25 EXCOMMVNICATIONIS abſolutio, quæ conceditur delegato, ob negligentiam excommunicatoris, eſt acceſſorium ad negotium principale: quia ſine illa, principalis cauſa non poteſt expediri: quia non auditur, niſi abſolutus actor excommunicatus, gl. explorari, in cap. prudentiam, §. ſexta. De officio deleg.

Excommunicatio & abſolutio paris conditionis cenſentur, vt cui vnum committitur. & reliquum cenſeatur commiſſum: niſi illud vnum & executori fuiſſet commiſſum, gl. a. in cap. cum inferior. De maior. & obed.

ab Excommunicationis ſententia lata per ſtatutum Archiepiſcopi ſeu Epiſcopi poteſt proprius Epiſcopus excommunicatum abſoluere, prius ſatisfactione præmiſſa, cap. ex frequentibus. De inſtitutio.

ab Excommunicationis ſententiæ iniuſtè lata non ſit abſolutio, ſed relaxatio, ſine aliqua difficultate, cap. Odoardus. De ſolutio.

ab Excommunicatione qualibet etiam reſeruata poteſt ſacerdos abſoluere aliquem in mortis articulo, cap. ſi. De ſepultur.

ab Excommunicatione non debet etiam in mortis articulo abſolui quis, niſi iuxta formam Eccleſiæ, ibid.

ab Excommunicatione abſolutus litteras ſuæ abſolutionis obtineat, ad cautelam futurorum, cap. propoſuit, & ibi gl. pe. De clerico excommunicat.

Excommunicationis maioris abſolutio, licet occulta reſeruatur ſuperiori, ſicut & manifeſta, cap. porro, 7. De ſenten. excommunicat.

Excommunicationibus pluribus ligatus, licet ex eodem facto, ſi obtineat abſolutionem, expreſſa vna cauſa, ſeu vna excommunicatione, non habetur abſolutus quod alias, cap. cum pro cauſa, eod.

Excommunicationes quot ſunt, tot debent eſſe abſolutiones, gl. a ibid.

Excommunicatio per ſolam contritionem ſoluitur quoad Deum 26
ex toto, ex quo non tempus, ſed neceſſitas excludit abſolutionem Eccleſiæ, cap. à nobis, 28. eod.

ab Excommunicatione ſuperioris poteſt abſoluere ſacerdos in articulo mortis, recepto iuramento de ſtando mandato ſuperioris, cap. nuper, 24. eod.

Excommunicatio ſi ſit lata non generaliter in loca, ſed ſpecialiter in perſonam, bene poteſt fieri relaxatio ad cautelam, gl. generaliter, in cap. præſenti. De ſententia excommunic. lib. 6.

Excommunicationis abſolutionem, ex quo Papa ſibi non reſeruauit, vel alteri, tunc Ordinarius poterit abſoluere, gl. ipſo facto, in clem. 1. De relig. domib.

ab Excommunicatione iuris abſoluere poteſt Epiſcopus, gl. obtinere, in clem. 1. De conſang. & affinit.

ab Excommunicatione, à qua in vita ſolus Papa poteſt abſoluere, poſſunt alij, quàm Papa, abſoluere in mortis articulo. clem. 2. §. verum. De hæreticis.

ab Excommunicatione lata a iure poteſt Ordinarius abſoluere, præmiſſa ſatisfactione, niſi Papa ſpecialiter abſolutionem ſibi reſeruaſſet, extrauag. ſuſcepti, & ibi gloſ. minimi, Ioan. 22.

Excommunicatio contracta ad tempus requirit abſolutionem etiam tempore elapſo, can. ſi quis primo & ſecundo, diſt. 28

ab Excommunicatione non eſt abſoluendus, niſi prius ſatisfecerit, id eſt præſtiterit iuramentum de ſatisfaciendo, can. ſi quis à proprio, 22. q. 3.

Reliqua in verbo, Abſolutio, 1. 2. 3 4 7. Abſoluere, 1. 2. 3. Abſolutus, n. 1. 2. Epiſcopus, 101. vſque 108 Legatus, 17. Excommunicatus, 42. vſque 50.

EXCOMMVNICATIONIS exceptio ſi fuit oppoſita 27
actori coram delegato, debet probari ſtatim, vel intra terminum competentem: hodie intra terminum octo dierum debet fieri excommunicationis probatio, cap. prudentiam, §. ſexta, & ibi gloſ. competentem. De officio deleg.

Excommunicatio contra aliquem vt repellatur à teſtimonio, vel electione, per viam exceptionis oppoſita, & probata ſatis, quod ille vitari debeat, ſi ex tali facto, vel repulſione, publica laboret infamia: ſecus ſi non laboret infamia, gl. reſtitutio, in cap. 2. De ordine cognit.

Excommunicationis exceptio poteſt opponi contra actorem in qualibet litis parte, etiamſi ſcienter fuiſſet omiſſa, cap. exceptionem. De exceptio.

Excommunicationis exceptionem, etiamſi reus non opponat contra actorem, nihilominus iudex poterit ex officio repellere publicè excommunicatum, ibid.

Excommunicationis exceptionem contra actorem ſi reus malitiosè diſtulit opponere, ſi poſtea opponat, condemnatur reus in expenſis, d. cap. exceptionem.

Excommunicationis exceptio licet ſit dilatoria, nihilominus poteſt opponi, etiam poſt litis conteſtationem: & quandocunque ante ſententiam, etiamſi malitioſè non fuit oppoſita debito tempore, ibid.

Excommunicatio licet fuerit oppoſita ante litem conteſtatam, nihilominus poterit opponi in quacunque parte litis, & obtenta abſolutione accipiet excommunicatus proceſſum in ſtatu, in quo erat ante excommunicationem, gl. 1. in cap. 1. De reſcriptis, lib. 6.

Excommunicationis exceptio in quacunque parte iudicij oppoſita lites differt, & repellit agentem, vt ex hoc cenſura Eccleſiaſticæ timeatur, & communionis periculum euitetur, & contumaciæ vitium reprimatur: & excommunicatus, dum à communibus actibus excluditur, rubore ſuffuſus, ad humilitatis gratiam, & reconciliationis affectum facilius inclinetur, cap. 1. De exceptio. lib. 6.

Digitized by Google

28 Excommunicationis exceptionem opponens contra actorem vt ipſum repellat ab agendo, debet ipſius excommunicationis ſpeciem, & nomen excommunicatoris exprimere, & eam intra octo dies probare: alias iudex procedet in cauſa, & illum in expenſis condemnabit, ibid.

Excommunicationis exceptione oppoſita contra actorem, & ea non probata, ſi procedatur in cauſa, & poſtea iterum opponatur, & probetur eadem vel alia excommunicatio, actor repellitur: ſed quæ acta ſunt, valebunt, ibid.

Excommunicationis exceptio contra actorem vltra duas vices opponi non poteſt, niſi ex cauſa, ibid.

Excommunicationis exceptio ſi opponatur poſt rem iudicatam, impeditur executio: ſed ſententia valet, ibid.

Excommunicationis exceptio non poteſt opponi in vim peremptoriæ in qualibet parte litis: ſed aſſumit naturam aliarum peremptoriarum, cap. 1. De except. lib. 6.

de Excommunicatione iudicis, vel teſtis quando opponitur, ad eam probandam dari debet congrua dilatio, ponderatis circumſtantiis, d. cap. 1. §. ſi quis.

de Excommunicatione quando opponitur in vim dilatoriæ, contra actorem opponens intra octo dies debet probare: ſecus ſi in vim peremptoriæ proponatur: quia tunc congrua dilatio dari debet, gl. opponat, ibid.

de Excommunicationis exceptione ſemel propoſita, & non probata, & ob id opponens eam repulſus, poteſt nihilominus iterum poſtea opponere eamdem exceptionem, & eam probare, d. cap. 1. §. ſi vero.

Excommunicationis exceptio poteſt etiam proponi in foro ſeculari, can. decernimus. De ſententia excommunicat. lib. 6.

Excommunicationis exceptio obſtat agenti interdicto recuperandæ, gloſ. in audientia, in can. in nomine, diſtinct. 23.

Reliqua in verbo, Exceptio, 23. 24. 25.

29 EXCOMMVNICATIO minor fertur pro mortali, cap. ſacris, & ibi gl. 1. De his quæ vi.

Excommunicatio minor non repellit à iudicio, nec ab agendo; ſed ab illis tantum prohibet, quæ pertinent ad officium, gl. iuriſdictionis, in cap. fin. De clerico excommunicat.

Excommunicatio minor non relaxatur ſine ſolemni reconciliatione, licet non exigatur iuramentum, cap. nuper, 29. De ſententia excommunicationis.

Excommunicatio ſuperueniens in familiarem conductitium, non impedit quominus liberè poſſit ab eo eius ſeruitio, & obſequio, cap. ſi vero, 34. eod.

Excommunicatio minor priuat quem à participatione ſacramentorum: ſed non à collatione, gl. 1. in cap. duobus, 56. & cap. ſi quem, 59. & ibi gl. 3. eod.

Excommunicatio minor infligitur quandoque pœnitenti, & impœnitenti: pœnitenti, quandoque à ſe ipſo, quandoque à ſacerdote; ſed melius facIet, ſi authoritate ſacerdotis hoc faciat, gl. 3. in cap. ſi quem, 59. eod.

Excommunicatio minor quandoque imponitur à Deo impœnitenti, cum propter mortale peccatum Deus tradit aliquem Sathanæ, & diſcedit à mente eius: quandoque ipſemet ſe ſuſpendit à ſacramentis, cum non vult pœnitere, & putat ſibi ſufficere, & malè hoc ſit: ſed ſi reputat ſe indignum, & abſtinet, bene facit, ibid.

Excommunicatio minor quandoque imponitur à ſacerdote alicui, loco pœnæ, quia non vult pœnitere: quandoque per ſententiam canonis, ibid.

Excommunicatio minor quando eſt inflicta à ſe, vel à Deo, agat ipſe pœnitentiam, & ſequetur reconciliatio, ibidem.

Excommunicatio minor ſi fuerit impoſita à ſacerdote, per eum debet reconciliari, ibid.

Excommunicatio minor ſi infligitur à canone, per ſimplicem ſacerdotem poteſt abſolui, & ſine iuramento, vel aliquo mandato: niſi fuerit particeps in crimine, ibidem.

30 Excommunicatio lata in participantes cum excommunicatis in locutione, & ſimilibus actibus, canonica monitione non præmiſſa, non tenet, cap. ſtatuimus. De ſententia excommun. lib. 6.

Excommunicationem contra communicantes cum excommunicatis, proferens iudex, non præmiſſa monitione, puniri debet, & tenetur iniuriarum, & ſacrilegii, & carebit communione hominum, & ingreſſu Eccleſiæ ad tempus arbitrarium, d. cap. ſtatuimus, & ibi gloſ. fin. & addit. marg.

Excommunicatio lata in participantes non valet, niſi fuerint moniti nominatim, cap. conſtitutionem, 9. eod.

Excommunicationem minorem incurrit quis, mittendo nuncium vel epiſtolam excommunicato, ac ſi ipſe loqueretur, gl. participatione, ibid.

Excommunicatio in genere in participantes ferri non poteſt, gl. nominatim, ibid.

Excommunicatio minor ab excommunicatione maiore differt: quia minor ſeparat tantum à communione ſacramentorum; maior à communione fidelium, & ſacramentorum, can. Engeltrudam, 3. q. 4.

Excommunicationis ſententiam meretur ille, qui communicat excommunicatis, can. præcipuè, 11. q. 3.

Excommunicatio minor imponitur impœnitenti quandoque à Deo, ſcilicet quando eſt in mortali peccato: & tunc quantùm ad Deum, priuatus eſt ſacramentis, gl. 1. in can. ſi inimicus, 11. q. 3.

in Excommunicationem non incidit ille, qui communicat excommunicatis ante denunciationem, can. curæ, 11. q. 3.

Excommunicatio minor poteſt ferri ab homine, priuando ſcilicet quem à ſacramentorum communione: ſed non eſt in vſu, gl. communione, in cap. ſi diligenti. De foro comp.

Reliqua in verbo, Clericus, n. 11, Participans. Excommunicatus, 15. vſque 23. Filius, 7.

EXCOMMVNICATIO non tenet, quando poſt appellationem legitimam lata eſt, vel quando in ſententia intolerabilis error eſt expreſſus, cap. cum contingat, 36. De officio delega. 31

Excommunicatio ſic lata, *excommunico vnum ex illis qui hoc factum fecerunt*, eſt nulla, propter incertitudinem, gl. pe. in cap. 2. De officio Ordin.

Excommunicatio licet iniuſta, non eſt contemnenda, ne ex contemptu ligetur, gl. 1. cap. ex parte, eod.

Excommunicatio iniuſta potius obeſt ei, qui iniuſtè excommunicat, quàm excommunicato, ſi non contemnit, ibid.

pro Excommunicationis iuſtitia præſumitur, donec conſtet de contrario, cap. ad reprimendum, eod.

Excommunicationis ſententia lata poſt legitimam appellationem, nulla eſt, cap. innotuit. De arbitris.

Excommunicatio an valeat, vel non, quando eſt dubium, tutius eſt abſtinere: quia donatum mentium eſt ibi timere, &c. gl. 2. in cap. olim inter. De reſtit. ſpoliat.

Excommunicatio etiam iniuſta tenet, & de excommunicatione creditur litteris cuiuſque Prælati, cap. poſt ceſſionem. De probatio.

Excommunicationis ſententia, poſt legitimam appellationem, eſt nulla: vnde qui poſtea celebrat, non punitur, cap. ad præſentiam, & ibi gl. 2. De appell. cap. dilectis, 55. De appellat. cap. cum dilectus. De religioſ. domibus.

Excommunicatio licet de iure non teneat, nihilominus ſæpe impertitur abſolutio ad cautelam, gl. 1. in cap. ad præſentiam. De appellat.

Excommunicatio lata poſt appellationem extraiudicialem legitimam eſt ipſo iure nulla, gl. pe. in cap. cum parati, 19. & & gl. ſententia, in cap. nouit, eod.

Excommunicatio lata poſt appellationem nulliter interpoſitam, tenet ſtatim, d. gl. ſententia. 32

Excommunicatio lata, pendente appellatione, à ſententia, in qua Epiſcopus eſt depoſitus, valet, & tenet, etiamſi Epiſcopus proſequatur, vel non proſequatur appellationem, gl. ſententia, in cap. ſæpe, 44. De appellat.

Excommunicationis ſententia lata poſt appellationem factam facto, vel verbo, non tenet, cap. dilecti, 52. De appellat.

Excommunicatio ſicut non tenet lata poſt appellationem, ita nec lata poſt iter arreptum ad Papam, ſi in itineris arreptione fuerint ſeruata, quæ in appellatione ſeruari ſolent: vt quòd cauſa exprimatur, & petantur apoſtoli, & alia, gl. 1. ibid.

Excommunicationis ſententia vel ſtatim ligat, vel ſtatim eſt nulla, gl. excommunicatio, in cap. paſtoralis, 53. §. verum, eod.

Excommunicationis ſententia lata poſt appellationem, an ſit valida, vel non, pendet ex futuro euentu; quia ſi conſtat appellationem legitimam fuiſſe, etiam apparebit excommunicationem non valuiſſe, ibid.

Excommunicatio delegati non valet, quando vires mandati hoc non patiuntur, gl. fi. in cap. fi. De præbend.

Excommunicatio contra debitorem non ſoluendo tenet, ſi dubium ſit, an ſit ſoluendo in totum, vel in parte: ſed cum de hoc conſtiterit, relaxatur: ſed ſi iudex tulit excommunicationem, ſciens debitorem nihil poſſe ſoluere, tenet excommunicatio, licet ſit iniuſta, & tunc ſine difficultate abſolui debet, gl. 3. in cap. Odoardus. De ſolutin.

Excommunicatio lata contra exemptum eſt ipſo iure nulla, licet nulla præceſſerit appellatio per exemptum, cap. cum dilectus, 8. De religioſ. domibus.

Excommunicatio in diem lata non ligat, niſi poſt diem lapſum, cap. dura, §. fi. De crimine falſi.

Excommunicatio lata contra ſubditum non parentem in eo, quod erat contra priuilegium ſibi à ſuperiore conceſſum, non tenet, cap. cum ad quorumdam. De exceſſibus Prælator.

Excommunicatio ſemper tenet, ſiue ſit iuſta, ſiue iniuſta, gl. pe. in cap. 5. De noui operis nunciat.

Excommunicatio propter intolerabilem errorem expreſſum, id eſt peccatum, eſt nulla: nec aliquam obligationem inducit de facto, vel de iure: vt ſi excommunicatus ſit, quia non furatur, vel quia non eſt inobediens Prælato ſuo, non cenſetur excommunicatus, gl. intolerabilem, in cap. per tuas, 40. De ſententia excommunicat. 33

Excommunicatio ſi contineat intolerabilem errorem, vt ſi expreſſe pronuncietur contra ius, puta excommunicationem valere,

valere, latam poſt appellationem legitimam à tali ſententia, non eſt neceſſe appellare: & idem dicendum eſt, vbicumque ponitur iudicium tetro nullum fuiſſe, niſi velit quis ad cautelam appellare, ibid.

Excommunicationem iniuſtè latam à ſe poteſt excommunicator ipſe reuocare, non obſtante contradictione partis aduerſæ, cap. ſacro, 48. De ſententia excommunicat.

de Excommunicatione iniuſta non ſolum per viam appellationis, ſed etiam per viam querelæ, poteſt quis conqueri, & cauſam iniuſtitiæ ad ſuperiorem deducere, ibid.

Excommunicationis ſententiæ tribus modis dicitur iniuſta; ſcilicet ex cauſa, ex animo, & ex ordine, gl. 3. ibid.

Excommunicationis ſententia ex ordine iniuſta, vt quia ordinem non ſeruaut, ſi tamen ex cauſa iuſta, tenet, ibidem.

Excommunicatio lata, non præmiſſa trina monitione, & ſic ordine iuris non ſeruato, eſt iniuſta: non tamen nulla, ibidem.

Excommunicatio, quæ eſt nulla ipſo iure, vt quia lata à non ſuo iudice, vel poſt appellationem, vel contineat intolerabilem errorem, nec in animæ iudicio, nec in exteriori habet vllum effectum, ſi conſtat eam nullam, cap. perpetuas, & ibi gl. intolerabilem, & d. cap. ſacro, & ibi gl. 3. De ſententia excommunicat.

34 Excommunicatio à ſuo iudice lata ante appellationem ex iniuſta & iniqua cauſa, cuius error patens non eſt in ipſa ſententia, ipſo iure valida eſt, & tali excommunicatione excommunicatus abſolutionem debet obtinere, ibid.

Excommunicatio ex iniuſta cauſa lata in animæ iudicio non obligat ad culpam: ipſe tamen excommunicatus non debet contemnere eam: & ſi contempſerit, peccat mortaliter, gl. 3 in d. cap. ſacro.

Excommunicatio quando eſt iniuſta, ſit reuocatio abſque iuramento, gl. abſque grauamine, ibid.

Excommunicatio per vim vel metum extorta tenet: ſed per exceptionem poteſt eludi, gl. vacuamus, in cap. 2. De his quæ vi metùm.

Excommunicatio lata per iudicem ſi eſt iniuſta, poteſt relaxari abſque difficultate à ſuperiore, cap. 2. §. ſuperior. De ſententia excommun. lib. 6.

Excommunicationem in ſe latam eſſe nullam dicens poteſt petere abſolutionem ad cautelam, cap. ſolet. De ſententia excommunic. lib. 6.

Excommunicationis ſententia lata poſt appellationem in appellantem eſt nulla: intellige verum poſt appellationem legitimè interpoſitam ex cauſa rationabili, & verè: ſecus ſi mendosè exprimeret cauſam rationabilem, d. cap. ſolet, & ibi gl. ad probandum.

Excommunicationis ſententia dicitur nulla, quando in ea fuit appoſitus error intollerabilis, ibid.

Excommunicationis ſententiam in ſe latam eſſe nullam dicens, ſi petat admitti ad probandam cauſam nullitatis, pendente probatione nullitatis eſt vitandus in iudicijs: ſed extra iudicium non eſt vitandus, d. cap. ſolet, & ibi gloſ. extra iudicium.

35 Excommunicatio lata poſt appellationem interpoſitam ex cauſa probabili, non pronunciatur ſtatim nulla: ſed fieri poteſt relaxatio ad cautelam, etiam antequam incipiat de veritate cauſæ cognoſcere, cap. venerabilibus, §. ſed ſi ex cauſa, eod.

Excommunicatio ſi dicatur lata per intolerabilem errorem, & in contrarium, ille error probabiliter defendatur, tunc ſtatim non pronunciatur nulla, ſed iudex cum debet abſoluere ad cautelam, antequam incipiat cognoſcere de cauſa, ibid.

Excommunicationem eſſe iuſtam ſi certum eſt, fiet remiſſio: ſecus, ſi certum ſit eſſe iniuſtam, d. cap. venerabilibus, §. ſane.

Excommunicatio an ſit iuſta, vel iniuſta, ſi ſit dubium, poteſt fieri relaxatio: ſed honeſtius eſſet, ſi fieret remiſſio: tenet tamen relaxatio, vbi Archiepiſcopus eſt iudex, licet non fiat remiſſio, ibid.

Excommunicatio eſt nulla, ſi ſit lata poſt appellationem legitimam; vel continet intolerabilem errorem; vel ſi non ſit iudex, qui eam tulit; vel à iudice ſuo lata ſit, ſed eo excommunicato, gl. ad cautelam, in cap. præſenti, eod.

Excommunicatio eſt nulla, ſi ſit lata à delegato contra delegantis intentionem, vel ab intruſo, vel à iuriſdictione ſuſpenſo, vel à violante interdictum hominis, ibid.

Excommunicatio eſt nulla, vbicumque Prælatus ſubditum excommunicat contra priuilegij ſui tenorem, ibid.

Excommunicatio eſt nulla, ſi ſit lata à delegato impetrato ab excommunicato, in caſu non permiſſo, ibid.

36 Excommunicatio ſi ſit lata non generaliter in locu, ſed ſpecialiter in perſonam, bene poteſt fieri relaxatio ad cautelam, gl. generaliter, ibid.

Excommunicatio lata poſt appellationem, licet per negligentiam non perſequentis debito tempore appellationem, non ratificetur, nec conualeſcat: lapſo tamen tempore ad proſequendam appellationem poteſt excommunicatum publicè denonciari, & debet vitari, donec de ſententiæ nullitate docuerit, cap. licet, 14. De ſententia excommunicat. lib. 6.

Excommunicatio lata poſt appellationem, ad hoc vt ſit nulla, oportet quòd appellatio fuerit legitima, ibid.

Excommunicatio lata poſt appellationem ex vera & legitima cauſa interpoſitam eſt nulla: tamen niſi prius appareat de eius veritate, non poterit denunciari nulla, licet tunc poſſet fieri abſolutio ad cautelam, gl. legitimam, ibid.

Excommunicatio ſiue iuſta, ſiue iniuſta eſt timenda, gl. fi. in extrauag. excommunicamus. De ſententia excommunicat. inter communes.

Excommunicatio lata ab excommunicato eſt nulla, gl. præterea, in extrauag. prouide. De ſententia excommunicat. inter communes.

Excommunicationis ſententia lata ab excommunicato, qui publicè non habetur pro excommunicato, non valet, nec tenet, gl. fi. in can. 2. 3 q 7.

Excommunicatio iniuſta plerumque non nocet excommunicato non contemnenti: ſed excommunicanti ſic, can. temerarium, & ſeq. 22. q. 3.

Excommunicatio iniuſta non nocet, niſi contemnatur, gl. fi. in can. non ſolum, 12. q. 3.

Excommunicationis ſententia iniuſta proferenti nocet, non et in quem eſt lata, can. illud, 11. q. 3.

Excommunicationem iniuſtam proferens poteſt conueniri ad intereſſe, niſi iudex probabiliter fuiſſet motus: poteſt etiam agere ita excommunicatus, vt & aliàs puniatur, gl. 2. ibid.

Excommunicatio ſeu depoſitio facta ab hæretico, nullius eſt momenti: nam cum ipſe ſit iam excommunicatus, alios deijcere, vel excommunicare non poteſt, can. ait Cæleſtinus, 24. q. 1.

Excommunicatio illicita notatum non lædit: ſed excommunicantem condemnat, can. ſi habes, & can. certum eſt, 24. q. 3.

Reliqua in verbo, Appellatio, 44. 45.

EXCOMMVNICARE poſſunt ſine ſolemnitate Archidiaconi, & omnes Prælati, citra Epiſcopum, gloſ. Archidiaconatum, in cap. cum in cunctis, §. inferiora. De electione. 1

Excommunicare valens ex mandato Papæ non poteſt abſoluere, ſi hoc ei tanquam executori mandaut Papa, gl. 1. in cap. cum inferior. De maior. & obed.

Excommunicari non poteſt vniuerſitas, ſed omnes de vniuerſitate: & ſic ſinguli de vniuerſitate rectè poſſunt, cap. cum tu. De teſtibus.

Excommunicare poteſt iudex Eccleſiaſticus omnes impedientes produci teſtes coram ſe, cap. tam literis, eod.

Excommunicari nemo debet, niſi legitima admonitione præmiſſa, gl. fi. in cap. cum ſit Romanæ, §. fi. De appellat.

Excommunicare vel ſuſpendere ſubditum Prælatus non debet, niſi præmiſſa admonitione canonica, cap. reprehenſibilis, 26 eod.

Excommunicari non poteſt quis poſt appellationem: quia talia excommunicatio eſt nulla, cap. ad hæc, 37. & ibi gl. 2. eod.

Excommunicari poteſt laicus pro manifeſtis exceſſibus, licet illa crimine non ſint Eccleſiaſtica, cap. fi. De ſepultur.

Excommunicari non poteſt quis poſt mortem, dd. reprob. gl. fi. in cap. ſi quia Epiſcopus. De hæret.

Excommunicare poteſt nedum Epiſcopus, ſed etiam quilibet Prælatus habens iuriſdictionem, cap. 2. De raptor.

Excommunicari debent, qui capiunt & ſpoliant fideles ex 2
iuſtæ cauſa nauigantes, cap. excommunicationi, eod.

Excommunicari & ſuſpendi poteſt abſens, & ignorans, gl. 2. in cap. Apoſtolicæ. De clerico excommunicat.

Excommunicare poſſunt Archidiaconi, & qui habent iuriſdictionem: & hoc in quantum habent de conſuetudine, cap. 2. & ibi gl. 2. De eo qui ordin. furti.

Excommunicari non valens ex priuilegio non poteſt etiam indirectè excommunicari, cap. quanto, 26. De priuileg.

Excommunicare non debet iudex participantes cum excommunicato, niſi canonica monitione præmiſſa: aliàs excommunicatio non tenet, gl. commoniti, in cap. quod in dubijs, 30. De ſentent. excommunicat.

Excommunicari poteſt quis quandoque cum omnibus fautoribus, & participibus, cap. ſacris, 38. eod.

Excommunicari poſſunt omnes ciues vnius ciuitatis, dummodo ſint capaces excommunicationis, cap. reſponſo, 43. eod.

Excommunicare ſubditum non debet Prælatus, niſi competenti monitione præmiſſa: & ex cauſa manifeſta, & rationabili: & contra facienti imponenda eſt pœna, cap. ſacro, 48. eod.

Excommunicari nemo debet, niſi pro mortali peccato, & qui aliter non poteſt corrigi, gl. pro contumacia, in cap. ex parte. De verb. ſignif.

Excommunicari poteſt quis propter contumaciam, ſi res talis ſit, quòd actor non poſſit in poſſeſſionem mitti: & tunc ſufficit, quòd excommunicatus præſtet cautionem de ſtando iuri, ibid.

Excommunicari non poteſt capitulum, collegium, vel vni- 3
uerſitas, gl. ſingulariter, in cap. 1. Ne ſede vacante aliquid innouetur.

Excommunicari non debet quis pro futuris culpis, niſi ex cauſa rationabili, cap. Romana. De ſententia excommunicat. lib. 6.

Excommunicare poteſt index aliquem extraiudicialiter, quando facit pro defenſione ſui iuris, cap. venerabilibus, eodem.

Excommunicari dicitur ſecundùm leges à participatione corporis Dominici; quandoque a gremio Sanctæ Matris Eccleſiæ; quandoque ab ingreſſu Eccleſiæ; quandoque à fidelium communione, ſicut eſt banniri, gl. excommunicare, in extrau. execrabilis, Ioann. 22.

Excommunicare, vel abſoluere de iure communi ſpectat ad Epiſcopos, ibid.

Excommunicari ne poſſint aliqui, poteſt aliquibus concedi, extrau. frequentes. De iudic. inter communes.

Excommunicare, eſt extra communionem hominum, & perceptionem ſacramentorum aliquem ponere, ſiue diſtrahat à communione hominum tantùm, ſiue ſacramentorum tantùm, ſiue vtriuſque, gl. excommunicare, in extrau. execrabilis. De præbend. inter communes.

Excommunicari poteſt quis, quantùm ad actum vnius congregationis, & non quantùm ad aliarum perſonarum actum, can. quia ſimpliciter, diſt. 56.

Excommunicari poteſt quis ſub conditione, & exiſtente conditione ligat excommunicatio, & non prius, gl. 2. in can. Salonitanæ, diſt. 63.

4 Excommunicari nemo poteſt pluries, gloſ. per omnes, in can. eos qui, diſt. 87.

Excommunicare ſeipſum nemo poteſt, gl. anathematis, in can. quotiens, 1. q. 7.

Excommunicantur quidam, & eijciuntur extra Eccleſiam, ne multitudo pereat, can. diſpenſationes, 1. q. 7.

Excommunicari non debet quis, ſine cauſa, canon. nemo Epiſcopus, 2. q. 1.

Excommunicari non debet quis, niſi cauſa probata: aliàs ſuperior abſoluit, & excommunicans punietur, ibid.

Excommunicare poteſt ille, qui habet iuriſdictionem, ſaltem ex conſuetudine, gl. 1. ibid.

Excommunicari debet, qui iudicibus obtemperare non vult, can. quiſquis, 2. q. 6.

Excommunicari poteſt abſens, per ſcripturam, gl. ſcriptis, in can. nullus, 3. q. 4.

Excommunicari poteſt quis ſæpius, gl. 2. in can. Engeltrudam, 3. q. 4.

Excommunicari licet non poſſit quis pro prima contumacia, rectè tamen poteſt ſuſpendi, gl. alterum, in canon. 1. 4. q. 5.

Excommunicari poteſt quis quandoque ab actu temporali, ad tempus, can. ſi. 5. q. 4.

5 Excommunicari poteſt perſona incerta, propter certum factum, can. Epiphanium, verſ. nullatenus, 5. q. 6.

Excommunicari non poteſt ciuitas, vel Eccleſia: ſed benè poſſunt excommunicari maiores de Eccleſia, glo. adulterata, in can. ſicut vir, 7. q. 1.

Excommunicari debet ille, qui monitus excommunicato communicare non deſinit, can. præcipuè, 11. q. 3.

Excommunicari non debet quis innocens, vel pro minima cauſa, can. Epiſcopi, & ibi gl. 2. 11. q. 3.

Excommunicari poteſt quis ad tempus, ibid.

Excommunicari poteſt quis pro negligentia, ſicut & poteſt deponi, gl. 1. in can. peruenit, 11. q. 3.

6 Excommunicari non debet quis ſimplici excommunicatione ſine manifeſta cauſa peccati, nec maiori, niſi pro contumacia, can. nemo Epiſcoporum, 11. q. 3.

Excommunicari nemo debet, niſi pro contumacia: ſed contrarium eſt verius: nam etiam pro crimine poteſt quis excommunicari, d. can. nemo Epiſcoporum, & ibi gloſ. fin.

Excommunicari non debet quis, pro paruis & leuibus cauſis, can. nullus ſacerdotum, 11. q. 3.

Excommunicari non debet quis pro venialibus, gloſ. 1. ibidem.

Excommunicari non debet quis indignatione, ſed amore, can. ſeruetur, 11. q. 3.

Excommunicare nemo poteſt ſeipſum, vel parem ſibi, gl. 1. in can. ſi is qui, 11. q. 3.

Excommunicari non debet familia pro delicto domini: niſi fortè propter temporalem enormitatem ſceleris, gl. temperamus, ibid.

Excommunicari non debet filius, pro delicto patris, niſi ex grauiſſima cauſa, ibid.

Excommunicari cum poſſit hodie ſimplici verbo, & etiam ſimplici verbo poteſt abſolui, gl. fi. in can. cum aliquis, 11. q. 3. & gl. fi. in can. comperimus, 24. q. 3.

Excommunicari non poteſt quis pro alio, niſi id ſuadeat enormitas delicti, gl. 1. in ſumma, 24. q. 3.

Excommunicari non debet familia pro peccato domini, in ſumma, 24. q. 3.

Excommunicari non debet quis, antequam cauſa probetur, propterquam excommunicandum canones iubent, can. de illicita, 24. q. 3.

Excommunicari non debet quis, niſi poſt tria edicta, vel poſt vnum peremptorium, gl. fin. in can. ſi quis de potentibus, 24. q. 3.

EXCOMMVNICANS iniuſtè, multipliciter punitur: primò, quia priuatus eſt vno menſe ingreſſu Eccleſiæ: quia punitur in communione, ſuperioris arbitrio: item tenetur excommunicato ad intereſſe: tenetur etiam actione iniuriarum, & pœna ſacrilegij, gl. per menſem, in cap. ſacro. De ſententia excommunicat.

Excommunicans hodie excommunicationem debet proferre in ſcriptis, & cauſam excommunicationis expreſſe conſcribere: & qui contrà fecerit, per vnum menſem ab ingreſſu Eccleſiæ, & diuinis officiis ſuſpenſus eſt; & ſic ſuſpenſus celebrans efficitur irregularis, cum quo non poteſt diſpenſari, niſi per Papam, ibid.

Excommunicans aliquem ſine cauſa, debet puniri à ſuperiore, can. nemo Epiſcopus, 2. q. 1.

Excommunicans aliquem iniuſtè, ad intereſſe punitur, niſi errauerit ex cauſa probabili, gloſ. fi. in can. temerarium, 11. q. 3.

Excommunicans temerariè puniri debet, gl. 1. in can. illud, 11. q. 3.

Excommunicans vel abſoluens quem iniuſtè, & indebitè, priuat ſe poteſtate ligandi, & ſoluendi, can. plerumque, 11. q. 3.

Excommunicans aliquem iniuſtè, magis ſeipſum condemnare dicitur, quàm illum, can. comperimus, 24. q. 3.

EXCOMMVNICANDI poteſtatem poteſt quis per conſuetudinem acquirere, gl. de conſuetudine, in extrau. execrabilis, Ioann. 22.

Excommunicandi poteſtas poteſt alicui priuato clerico per conſuetudinem acquiri, ibid.

per Excommunicandi actum, etiam probata obſeruantia excommunicationis, non probatur poſſeſſio iuriſdictionis, cap. olim inter, 17. De reſtitutione ſpoliat.

Excommunicandi poteſtatem habens, non ſemper habet poteſtatem abſoluendi, glo. abſoluere, in extrau. execrabilis. De præbend. inter communes.

Excommunicandus non eſt quis pro minimis cauſis, gl. videbatur, in can. duo ſunt, diſt. 96.

Excommunicandus nemo eſt, niſi propter contumaciam, gl. quidam, in ſumma, 4. q. 1.

Excommunicandus non eſt quis ab homine, niſi pro contumacia: ſed à canone bene poteſt, gl. 1. in can. Epiſcopi fi. 11. q. 3.

Excommunicandus nemo eſt, niſi præcedat admonitio trina, gl. 2. in can. indignè, 12. q. 2.

Excommunicandus bis debet admoneri, maximè hæreticus: quandoque dicitur quòd ſemel: quandoque ſæpiſſime: quandoque trina admonitio debet fieri, gl. ſecundo, in can. ſi vos, 23. q. 5.

ad Excommunicandum iudices non debent eſſe præcipites, gl. fi. in can. non in perpetuum, 24. q. 3.

Excommunicandi officium habent ſacerdotes, can. tam ſacerdotes, & ibi gl. fi. 24. q. 3.

Excommunicandi vel reconciliandi poteſtatem accipiunt Preſbyteri ab Epiſcopis; ſed Epiſcopi à Preſbyteris non, in ſumma, 24. q. 6.

EXCOMMVNICATORI quando reſcriptum directum eſt, vt abſoluat excommunicatum: ſi ipſe contra concilium excommunicauit eum, datis executoribus, qui eo non parente exequantur, non excommunicatori, ſed executori cognitio demandatur, cap. ab excommunicato, 41. De reſcript.

Excommunicator, qui iniuſtè excommunicauerat, tenetur excommunicato ad intereſſe, gl. fi. in cap. cum contingat, 36. De officio deleg.

Excommunicator per menſem ab ingreſſu Eccleſiæ erit priuatus, ſi, admonitione legitima non præmiſſa, excommunicauit aliquem, ibid.

Excommunicator de ſuo facto certus eſſe debet, gl. ſatisfacere, in cap. ſacro, 48. De ſententia excommunicationis.

Excommunicator, petita abſolutione ab excommunicato, primò debet inquirere, an iuſta, vel iniuſta fuerit excommunicatio, antequam ei quid præcipiat: nam ſi fuerit iniuſta, nihil præcipiet: ſi fuerit iuſta, tunc primò recipiet mandatum, ibid.

Excommunicatoris ſuperior poteſt abſoluere ab illo iniuſtè excommunicatum, cap. venerabilibus, §. ſane. De ſententia excommunicationis, lib. 6.

Reliqua in verbo, Abſens, n. 3. Capitulum. n. 7. Concubinarij. Eccleſia, 23. Epiſcopus, 101. vſque 108. Papa, 51.

Excommunicatus in genere, n. 1. vſque 14.
Quoad participationem, communicationem, ac quoad vitationem, 15. vſque 23.
Quoad electionem, collationem, & quoad beneficia, 24. & 25.
Quoad celebrationem, & ingerentem in diuinis, 26 vſque 29.
Quoad iniectionem manuum in clericos, 30. & 31.
Quoad acta iudicialia, n. 32 vſque 40.
Quoad impetrandum reſcriptum, 41.
Quoad abſolutionem, n. 42. vſque 50.

EX-

1 **EXCOMMVNICATVS** non poteſt alium excommunicare: nec ſuſpenſus alium ſuſpendere, gl. à ſuſpenſis, in cap. cum dilectus. De conſuetudin.

Excommunicatus quicquid facit interim, donec ad ipſius notitiam perueniat excommunicatio, valet & tenet, gl. publica, in cap. venerabilem. De electione.

Excommunicatus præſumitur quis in dubio, gl. fi. in cap. 1. De ſcrutinio in ordine faciendo.

Excommunicatus ſeruando formam Eccleſiæ, licet poſſit conferre ordines, non tamen poterit excommunicare: quia cum ſit extra Eccleſiam, alium non poterit eijcere extra Eccleſiam, gloſ. in cap. 2. De ordinatione ab Epiſcopo.

Excommunicatus vel hæreticus, licet ſint extra Eccleſiam, characterem tamen ordinum retinent: & ideo illum poterunt conferre, dummodo ſeruent formam Eccleſiæ, ibidem.

Excommunicatus quando conqueritur de nullitate excommunicationis, ſemper prius eſt cognoſcendum, antequam abſoluatur, cap. cum contingat, 36. De officio delegationis.

Excommunicatus quando conqueritur de iniuſta excommunicatione, ſemper eſt abſoluendus, antequam de cauſa cognoſcatur, ibid.

Excommunicatus in genere occultus delinquens, perinde habetur, ac ſi proprio nomine expreſſo eſſet excommunicatus, quantum ad Deum: ſed quantum ad Eccleſiam non, quia non vitabitur ab Eccleſia, cap. 2. & ibi gloſ. nominatim. De officio Ordin.

Excommunicatus non cenſetur ille, quem excommunicauerat excommunicator, credens veram cauſam, quæ erat falſa, ſi is non fuiſſet excommunicaturus, ſi ſciuiſſet falſam cauſam: ſed ſi excommunicator intendebat omnino excommunicare eum, tunc tenet excommunicatio, licet ſit iniuſta, dd. reprob. gl. 2. in cap. ex parte. De officio Ordinar.

Excommunicatus ab vno Epiſcopo, ab alijs eſt vitandus: & Archiepiſcopus per querelam aditus non abſoluet, niſi primo remittat, cap. ad reprimendum, eod.

Excommunicatus in vna Eccleſia, quoad alias habetur pro excommunicato, & ſic eſt vitandus, ibid.

2 Excommunicatus, infra decem dies non poteſt querelare apud eum iudicem, qui non poteſt adiri, niſi per appellationem, ibid.

Excommunicatus, ſuper eo, ſuper quo fuit excommunicatus, poſt decem dies non auditur: tranſit enim in rem iudicatam, quantum ad hunc effectum: & videtur poſt decem dies acquieuiſſe ſententiæ, quantum ad illud, ſuper quo fuit excommunicatus, ibid.

Excommunicatus propter contumaciam, oblata ſatiſdatione de parendo iuri, purgat contumaciam, cap. paſtoralis, §. præterea, eod.

Excommunicatus in vna diœceſi, pro excommunicato debet haberi per totum orbem, cap. 1. De treuga & pace.

Excommunicatus propter contumaciam debet vitari, donec, ſatiſdatione de iudicio ſiſti præſtita, fuerit abſolutus: & præſtita ſatiſdatione ſtatim debet abſolui: ſed & ſufficit iuratoria cautio, gl. donec, in cap. 2. De iudicijs, & gl. 2. in cap. fi. De reſtit. ſpoliat.

Excommunicatus ob cauſam dignam priuatione beneficij, ſi ſteterit per annum in excommunicatione, tunc ſtatim lapſo anno priuatur ipſo iure, dd. reprob. gl. fin. in d. cap. 2. De iudicijs.

Excommunicatus debet haberi vt Ethnicus, id eſt Gentilis, cap. nouit, eod.

3 Excommunicatus dicitur ſequeſtratus & ſeparatus ab Eccleſia Dei, cap. 2. De foro comp.

Excommunicatus poteſt excommunicare, ibid.

Excommunicatus iniuſtè moriens, quoad Eccleſiam ligatus eſt, nec pro eo Eccleſia debet orare, gl. pe. & ibi add. marg. in cap. literas. De reſtit. ſpoliat.

Excommunicatus iniuſtè, ſi moriatur, non debet ſepeliri in ſacro, niſi moriens petijſſet abſolui, vel niſi Eccleſia videns ſe deceptam, poſt mortem illum abſoluat, ibid.

Excommunicatus iniuſtè moriens quoad Deum ſolutus eſt, nec vilis ſepultura nocet ei, ibid.

Excommunicatus quòd ſit quis, ſi probatur per literas Ordinarij, à procuratione repellitur, cap. poſt ceſſionem, De probatio.

Excommunicatus poſt abſolutionem reſtituitur priſtino ſtatui, gl. canonicos, in cap. veniens. 32. De teſtibus.

Excommunicatus occultus, cum communi opinione liber & abſolutus habeatur, quidquid interim facit, valet, gl. 1. in cap. ad probandum. De re iudi.

Excommunicatus, vel etiam peruertens iuris ordinem, à ſuis petitionibus repellendus eſt, cap. qua fronte. De appellatione.

Excommunicatum à iure pro certo delicto, poteſt ſuperior iterum excommunicare pro eodem delicto alter non iterato, cap. reprehenſibilis, eod.

Excommunicatus, licet appellet ab excommunicatione, nihilominus poteſt denunciari, & beneficij redditibus ſpoliari, cap. paſtoralis, §. verum, & ibi gl. cum executionem, eod.

4 Excommunicatus debet denunciari in publico, vt ab alijs euitetur d. §. verum.

Excommunicato debet ſubtrahi reditus ſui beneficij, etiamſi dicatur iniuſta excommunicatio, d. §. verum, & ibi gloſ. ſubtrahantur.

Excommunicatus cum ſit extra Eccleſiam, nihil nomine Eccleſiæ poſſidere poteſt, d. gl. ſubtrahantur.

Excommunicato prouidendum eſt de bonis Eccleſiæ, & fructibus beneficii, ſi non habeat, vnde viuat, ibid.

Excommunicato exiſtenti in extrema neceſſitate prouidendum eſt de bonis Eccleſiæ, ne fame pereat, ibid.

Excommunicato, durante excommunicatione, vel ſuſpenſione, fructus ſubtrahuntur, & in vtilitatem Eccleſiæ conuertuntur: & diſtributiones quotidianæ alijs accreſcunt, etiamſi in ſententia excommunicationis non exprimatur, quòd fructus ſubtrahantur et, gl ſuſpenſus, in clem. 2. De vita, & honeſtate dictarum reprob. d. gloſ. ſubtrahuntur.

Excommunicatus in vna Eccleſia, etiam quantum ad alias eſt excommunicatus, & vbique eſt vitandus, gl. ſubtrahuntur.

Excommunicatus & abſolutus, fructus beneficij medio tempore ſibi ſublatos petere non poteſt, ſi iuſtè fuit excommunicatus: ſecus ſi iniuſtè, ibid.

Excommunicatus remouetur ab adminiſtratione ſpiritualium, cap. ex tuæ, §. contra. De clericis non reſid.

Excommunicati quæ faciunt, in eorum præiudicium bene valent, gl. pe. in cap. pro illorum. De præbend.

5 Excommunicati quandoque admittuntur ad iuramentum, antequam abſoluantur, gl. pe. ibid.

Excommunicatorum oſſa & cadauera ſepolta in Eccleſiaſtica ſepultura, ſi diſcerni poſſunt, debent exhumari, & proijci: alias ſecus, cap. ſacris, 12. De ſepultur.

Excommunicati cadauer non facit locum religioſum, ſi per ignorantiam ſacerdotis, vel eo inuito inferatur: & eius oſſa inde exhumari debent, antequam conſecretur, gl. 3. ibid.

Excommunicati debent ſepeliri procul ab Eccleſia, vel proijci, d. cap. ſacris.

Excommunicatus, qui per ſuum presbyterum fuit abſolutus in mortis articulo, ſepeliri debet in cæmeterio, & hæredes coguntur ſatisfacere pro eo, cap. fi. eod.

Excommunicatus pro manifeſta offenſa abſoluitur in mortis articulo, abſque eo quod prius ſatisfiat: & ſatis eſt ab eo recipere cautionem, ibid.

Excommunicatorum corpora non ſunt ſepelienda in Eccleſia, vel cæmeterio: & ſi ſepeliantur, ſi diſcerni poſſunt, ſunt exhumanda, & extra Eccleſiam vel cæmeterium eijcienda, cap. conſuluiſti, & ibi gl. 1. De conſecrat. Eccleſ. vel altar.

Excommunicatus vel paganus ſi ſepeliatur in Eccleſia etiam non conſecrata, debet eius corpus exhumari, & inde eijci: nec in ea debet celebrari ante eiectionem, & aſperſionem aquæ benedictæ, licet prius non fuerit conſecrata, & parietes ſunt radendi, gl. 1. in cap. fi. eod.

6 Excommunicatus ab homine, vel ab iure, ratione delicti commiſſi, prætextu officij etiam publici, non deſinit eſſe excommunicatus finito officio, cap. aduerſus. De immunita. Eccleſi.

Excommunicatus poteſt matrimonium contrahere, cap. ſignificaſti. De eo qui duxit in matrimonium.

Excommunicatus poteſt indirectè compelli ad petendam abſolutionem, gl. fi. ibid.

Excommunicatus poteſt iterum excommunicari: & talis excommunicatio habet tres effectus. Primus, quia excommunicator declarat iſtud ſeparamentum: ſecundus ſeparat à communione fidelium: tertius eſt retinendi eum extra communionem, donec fuerit abſolutus, dd. ad gl. fi. in cap. ita quorumdam. De iudicijs.

Excommunicatus poterit excommunicari iterum: & ſecunda excommunicatio tunc incipit habere effectum ſuum, cum abſoluitur à prima: & prima abſolutio non habet effectum ſuum propter ſecundam excommunicationem: & ita finaliter non prodeſt abſolutio prima, niſi cum abſolutus fuerit à ſecunda, d. gl. fin.

Excommunicatus in vno loco eſt excommunicatus in quolibet alio loco: & tanquam excommunicatus eſt vitandus, cap. 1. De raptor.

Excommunicati ſunt ipſo iure, qui ſpoliant naufragium patientes: & tenentur intra annum in quadruplum, ſi ablata non reſtituant eis, cap. excommunicationi, & ibi gloſ. pe. eodem.

7 Excommunicatus ſemel publicè adhuc præſumitur excommunicatus, niſi probetur abſolutus, cap. propoſuit, & ibi gl. pe. De clerico excommun.

Excommunicatus non præſumitur ille, cui Epiſcopus communicat: talis tamen præſumptio non ſufficit, nec propterea eſt abſolutus, d. cap. propoſuit, & ibi gl. fi.

Excommunicato per epiſtolam, abſenti & ignoranti, qui communicat, ſciens illum eſſe excommunicatum, incidit in excommunicationem minorem, gloſ. 2. in cap. Apoſtolicæ, eodem.

Excommunicatus per epiſtolam ſi fuerit abſens, ſi excommunicator voluit, quòd ſtatim eſſet excommunicatus, tunc erit

excom-

excommunicatus: ſed non obeſt ei, donec ſciat: aliàs tunc demum erit excommunicatus, cum receperit literas, ibidem.

Excommunicati ſepulti in cœmeterio Eccleſiæ debent exhumari, & extumulari, ſi diſcerni poſſunt oſſa eorum ab oſſibus fidelium: aliàs non: niſi fuerint tales qui petierunt abſolui, & per eos non ſteterit, quominus fuiſſent abſoluti: quia poſt mortem ſunt abſoluendi, cap. ad hæc, & ibi gl. 1. De priuileg.

Excommunicato manenti domino eius ſubditi non debent fidelitatem; & ſi longo tempore in ea perſtiterit, & monitus non paruerit Eccleſiæ, ab eius debito abſoluentur, cap. fi. De pœnis.

Excommunicatus ex contemptu excommunicationis poteſt puniri per Eccleſiam, priuando eum iure ſibi quæſito in Eccleſijs, ibid.

Excommunicatus propter hæreſis ſuſpicionem, ſi per annum ſteterit in excommunicatione, poſtea tanquam hæreticus habetur; ſi tamen propter contumaciam fuiſſet excommunicatus quis, & per annum vel per plures ſteterit in excommunicatione, talis non habetur vt hæreticus; ſed aliàs contra eum procedi poteſt, gl. 3. ibid.

8 Excommunicato non ſufficit ſatisfacere de eo, quo fuit excommunicatus, niſi & abſolutionem conſequatur, cap. cum deſideres. De ſentent. excommunicat.

Excommunicatus poteſt iterum excommunicari, gl. fi. in cap. cum pro cauſa, eod. cap. 1 & ibi gl. excommunicationis. De his quæ vi metuue cauſ. clem. 2. & ibi gl. fi. De ſententia excommunicat. gloſ. iudicare, in can. multi, 2. q. 1.

Excommunicatus licitè poteſt pugnare in bello iuſto, cap. ſacris, 38. De ſentent. excommunic.

Excommunicatus pluribus excommunicationibus à diuerſis Prælatis, poteſt abſolui vnica abſolutione ab omnibus excommunicationibus: vel vnus alteri vices ſuas committet: vel quilibet abſoluet à ſua excommunicatione, & vltima confirmat præcedentes, gl. 2. in cap. officij, 42. eodem.

Excommunicatus poteſt iterum excommunicari: intellige quantùm ad effectum confirmandi eiectum extra Eccleſiam; ſed non quantùm ad effectum expellendi excommunicatum extra Eccleſiam, ibid.

Excommunicatus in vna Eccleſia eſt excommunicatus quoad omnes, ibid.

Excommunicatus ſubditus falſo conquerens ſe iniuſtè excommunicatum, puniri debet, cap. ſacro, 48. eod.

Excommunicatus quando coram ſuperiore deponit querelam, de iniuſta excommunicatione: de eo primò eſt inquirendum coram eo, vel coram arbitris, ab excommunicatore & excommunicato electis, gl. ſatisfacere, ibid.

Excommunicatus, eo ipſo quòd petit abſolui ab excommunicatione, non cenſetur acquieuiſſe ſententiæ, & ideo poteſt poſtea impugnare, d. gl. ſatisfacere.

Excommunicati ſunt omnes officiales locorum, in quibus ſunt ſtatuta contra libertatem Eccleſiaſticam, niſi ea deleri fecerint, & ſtatutarij feudis Eccleſiæ ſunt priuati, cap. grauem, 53. eod.

9 Excommunicatus à iure poteſt iterum excommunicari ab homine: quod intellige ad maiorem terrorem, gl. promulgari, ibid.

ab Excommunicatis tempore neceſſitatis rectè poſſunt recipi neceſſaria, & etiam emi, gl. præſertim, in cap. cum voluntate, 54. eod.

Excommunicatus vel interdictus pro manifeſta offenſa prius debet ſatisfacere, quàm abſoluatur: & manifeſta offenſa dicitur, de qua conſtat per probationem legitimam, vel per confeſſionem, vel per rei euidentiam, cap. ex parte, 23. De verb. ſignif.

Excommunicatus pro manifeſta offenſa dicitur, vt quia commiſit maleficium, & illud fuit notorium, vel per ſententiam, vel per facti euidentiam, aut per confeſſionem; & cum condemnatus de maleficio non ſatisfecerit, fuit excommunicatus: vnde ante ſatisfactionem non debet abſolui, gl. pro contumacia, ibid.

Excommunicati ſunt ipſo facto domini temporales prohibentes ſubditis ſuis, ne contrahant cum perſonis Eccleſiaſticis, vel ne communia obſequia eis exhibeant, cap. fi. De immunit. Eccleſ. lib. 6.

Excommunicatus ob contumaciam ſuper cauſa hæreſis, perſiſtens per annum in excommunicatione, poſt annum puniri debet, vt hæreticus, cap. cum contumacia, 7. & ibi gl. 1. De hæreticis, lib. 6.

10 Excommunicatus ob contumaciam ſuper alijs criminibus ab hæreſi, perſiſtens per annum in excommunicatione, poſt annum habetur pro conuicto de illo crimine, non tamen pro hæretico, gl. fi. & ibi add. ibid.

Excommunicatus iniuſtè debet petere humiliter abſolutionem, & non per minas compellere, gl. 1. in cap. 1. De his quæ vi metus, lib. 6.

Excommunicatus ob contumaciam in cauſa fidei, ſi ſe non purget, & in ea per annum ſteterit, vt hæreticus punitur, gl. hæreſi, in cap. 1. §. ſed licet. De re iud. lib. 6.

Excommunicatus ex contemptu magis ligatur: & è contra parendo etiam iniquæ ſententiæ, magis creſcit homo per meritum obedientiæ, gloſ. non contemnat, in cap. 1. De ſentent. excommunicat. lib. 6.

de Excommunicatis ſtatutum per antiquos canones, extenditur per nouas conſtitutiones ad ſuſpenſos, gl. pe. in cap. 1. §. fi. eod.

Excommunicatus ſi ſit quis, quia non fecit ſe promoueri, non debet promoueri, antequam abſoluatur, gl. emenda, in cap. ſolet, eod.

Excommunicatus pro manifeſta contumacia, vel offenſa in ſpiritualibus, non ſemper habet locum, quòd ante omnia debet emendare, ibid.

Excommunicatus maiori excommunicatione, interdictus eſt ingreſſu Eccleſiæ, gl. nodatis, in cap. is qui, & ibi gloſ. 2. eod.

Excommunicatus & abſolutus ſub tacita conditione, ſi non ſeruat conditionem, reincidit in eamdem excommunicationem, cap. eos qui, 22. eod.

Excommunicatus licet reſtituatur, ex reſtitutione non eſt liberatus, niſi & abſoluatur, clemen. 1. De ſequeſtr. poſſeſs.

Excommunicati publicè maiori excommunicatione à iure, vel ab homine, ſepeliri non debent in cœmeterijs, gloſ. excommunicatos, in clem. 1. De ſepulturis.

Excommunicatus minori excommunicatione non debet ſepeliri in cœmeterio, ſi conſtat eum deceſſiſſe in minori excommunicatione, ibid.

Excommunicatus in loco iudiciali per iudicem, non ob id dicitur publicè excommunicatus: ſed ex qualitate fori, multitudine ſcilicet, vel paucitate officialium & adſtantium, dicitur publicè, vel non publicè, excommunicatus, atque in hoc ponderatur rei veritas, an præſumantur ſepelientes ſcire, vel ſolum ſit caſus, quo ſit eis imputandum ſi ignorauerint, quia publicè ſciebatur, gl. publicè, in clem. 2. De ſepultur.

Excommunicatus ex ſola ſatisfactione non liberatur, ſed vltra eam requiritur abſolutio, gl. donec, in clem. religioſi. De decimis. 11

Excommunicatus debet denunciari excommunicatus, & ſemper habetur pro excommunicato, donec fiat fides de abſolutione, clem. religioſi. De priuilegijs.

Excommunicati publicè & interdicti moniti, vt exeant Eccleſiam, debent exire, cum celebrantur officia diuina: aliàs ſunt excommunicati alia excommunicatione, à qua ſolus Papa abſoluit, clem. & ibi gl. fi. De ſentent. excommunic.

Excommunicatus & interdictus æquiparantur, d. clem. 2.

Excommunicatum occultum ſciens eſſe in Eccleſia, ciuilè, ſi poterit, debet exire: ſi autem id non poſſet ſine ſcandalo, non debet exire, ne ſit proditor, gloſ. publicè, ibidem.

Excommunicatum ſufficit in genere, vel generaliter monere, vt exeat Eccleſiam, quando diuina celebrantur, gl. moniti, ibid.

Excommunicati ſunt excluſi à regno cæleſti, gl. excludere in extrau. quia quorumdam. Ioan. 22.

Excommunicatus iuſtè, dicitur à Deo ſeparatus, ibid.

Excommunicatus quoad Eccleſiam militantem, ſæpe eſt abſolutus quoad triumphantem, gl. ſolutum, ibid.

Excommunicato fauentes ſunt puniendi, extrauag. ad certitudinem. De ſententia excommunicationis inter communes.

Excommunicatus poteſt quis dici, qui non eſt excluſus à ſacramentis, & communione fidelium: ſed tantum priuatus eſt actibus alicuius vniuerſitatis, vel collegij, gl. fi. in can. placuit, 2 diſt. 28.

Excommunicatus in vna Eccleſia, eſt excommunicatus in alia quacumque, ibid. & can. 1. 4 q. 5. 12

Excommunicatus Epiſcopus à communione Epiſcoporum, non poteſt venire ad negotia Epiſcoporum, nec ad conſecrandum Epiſcopum cum alijs: non tamen excluditur à communione ſacramentorum, ibid. gl. fi. in d. cap. placuit.

Excommunicatus nihil debet percipere nomine Eccleſiæ, gl. fi. in can. ſtudeat, diſt. 50.

Excommunicatus vel anathematizatus poteſt matrimonium contrahere, gl. negantur, in can. illud, diſt. 95.

Excommunicatus ſine cauſa debet reſtitui communioni, can. nemo Epiſcopus, 2. q. 1.

Excommunicatum quem eſſe potius creditur, propter vitandum periculum, quàm non, gl. 2. in can. quærendum, 2. q. 7.

Excommunicatus qui eſt, poteſt amplius excommunicari, ſcilicet poteſt denunciari excommunicatus, gl. 1. in can. Engeltrudam. 3. q. 4.

Excommunicatus omnis dicitur hæreticus, can. quod autem, & ibi gl. pen. 4. q. 1.

Excommunicatus eſt infamis infamia canonica, can. infames, 6. q. 1.

Excommunicatus nihil poteſt poſſidere nomine Eccleſiæ, cùm ſit extra Eccleſiam, gloſ. fi. in can. ſi quis Presbyter, 7. qu. 1.

Excommunicatus ab Epiſcopo conquerens coram ſynodo de iniuſta excommunicatione, debet audiri, & pendente cognitione huius cauſæ et communicari non debet: hodie

tamen

tamen per ſolum Metropolitanum auditur, can. ſi quis forte, vel can. ſi Epiſcopus forte, 22. q. 3.

13 in Excommunicato requiritur contemptus, vt irregularitas incurratur, can. ſi quis Epiſcopus, 22. q. 3.

Excommunicatus non debet intrare Eccleſiam: quòd ſi intrauerit, omnes debent exire: ſacerdos tamen qui incœpit Miſſam, non debet exire, nec relinquere officium, vel Miſſam inexpletam, can. ſicut Apoſtoli, 11. q. 3.

Excommunicatus ab Eccleſia dicitur tradi Sathanæ, id eſt, efficitur eius membrum, quoad Eccleſiam can. omnis Chriſtianus, 11 q. 3.

Excommunicatus ſemel amplius excommunicari non poteſt: quia qui extra Eccleſiam eſt, non poteſt eſſe magis extra eam, ibid.

Excommunicatus propter contumaciam in criminali cauſa, per annum ſuper cauſa ipſa non auditur, cùm quaſi iuris interpretatione habeatur pro confeſſo, can. rufus, 11. qu. 3.

Excommunicatus, qui ſtetit in excommunicatione per annum, non auditur ſuper obiecto, ſed deponitur, ibid.

Excommunicatus pro ſuſpicione hæreſis, poſt annum pro hæretico habetur, gl. 2. ibid.

Excommunicatus excommunicationem contemnens tardius ad perceptionem ſacramentorum admitti debet, can. qui ſubente, 11. q. 3.

Excommunicatus vel hæreticus ſi fuerit dominus, ſtatim vaſſallus eius eſt liberatus ab effectu obligationis, gl. 2. in can. Iulianus, 11. q. 3.

Excommunicati ſi fuerint ſubditi à Prælato, quia non obediunt ei in malo, tali ſententiæ excommunicationis non debent obedire: quia iniqua ſententia non grauat apud Deum, can. ſi is qui, §. cum ergo, 11. q. 3.

14 Excommunicatus poteſt amplius excommunicari, can. excellentiſſimus, 11. q. 3. & gloſ. perfectos, in can. quòd prædeceſſor, 11 q. 3.

Excommunicati non peccant vitando communionem infidelium, gl. deteſtatur, in can. ſchiſma, 24. q. 1.

Excommunicati non cenſentur illi, qui ab hæreticis excommunicantur, can. apertè, 24. q. 1.

Excommunicatus ſi ſit quis, & dicit ſe abſolutum, non eſt credendum ei ſine literis, gloſ. 2. in canon. miramur, 24 q. 1.

Excommunicatus ab hæreticis pro aliquo facinore non eſt recipiendus a Catholicis, can. quiſquis, & ibi gl. ſi. & ſeq. 24. q. 1.

Excommunicatus ſi fuerit quis iniuſtè, excommunicatio non lædit ipſum quoad Deum, can. ſi quis, & ibi gloſ. ſin. 24. q. 3.

Excommunicatus iniuſtè non eſt extra Eccleſiam quoad Deum, can. cum aliquis, 24. q. 3.

Excommunicatus poteſt contrahere matrimonium, cùm liceat ei habere, & vti contracto, gl. 2. in can. nullus. De conſecr. diſt. 4.

Excommunicatus ipſo iure, eo quòd bona Eccleſiaſtica conuerterit in vſus proprios, vel vſurpauerit, etiam illis reſtitutis adhuc remanet excommunicatus, donec abſolutionem obtinuerit. Concil. Trident. ſeſſ. 22. De reform. cap. 11.

Excommunicatus poſt legitimas monitiones, ſi non reſipuerit, non ſolum ad ſacramenta, & communionem fidelium, ac familiaritatem non debet recipi: ſed ſi, obdurato animo, cenſuris annexus in illis per annum inſorduerit, etiam contra eum tanquam de hæreſi ſuſpectum poteſt procedi. Concil. Trid. ſeſſ. 25. De refor. cap. 3.

Reliqua in verbo, Accuſatio, num. 7 Actio num. 5. Annus, num. 1. Excommunicatio, 1. vſque 74.

15 EXCOMMVNICATVS non cenſetur ille, qui abſolutè communicat cum excommunicato per coactionem: quia magis pati, quam agere videtur: ſecus ſi coactio ſit conditionalis, cap. ſacris, & ibi gloſ. 2. De his quæ vi metus.

Excommunicato communicans per metum excommunicatur, ibid.

cum Excommunicatis poteſt quis participare in his quæ ad ſalutem animarum illorum pertinent; nec incurrit quis excommunicationem, licet alia incidenter proponantur, vt magis proficiant, gl. excludit, in cap. ſacris. De his quæ vi metus.

cum Excommunicato participantes in cauſa, ſuper qua vocatus eſt in iudicium, non excommunicantur, cum talis participatio ſit tantum ad damnum illorum, gloſ. 2. in cap. intelleximus. De iudicijs.

cum Excommunicato communicans ignoranter, nullam excommunicationem incurrit, cap. 2. De exceptio.

cum Excommunicato non eſt participandum in locutione, vel oratione, id eſt ſecum orando, nec in alijs bonis operibus, ibid.

cum Excommunicato communicans non incurrit eandem excommunicationem, ſed minorem, ibid.

Excommunicato participans non poteſt poſtea ei obijcere excommunicationem, cum ipſum non duxerit euitandum: intellige quando communicatio dependet à voluntate eius; ſecus ſi non dependeat, quia tunc nihilominus poterit obijcere, dd. reprob. gl. 1. ibid.

cum Excommunicato communicans incidit in excommunicationem maiorem, quando is excommunicatus fuit nominatim, & iudicialiter à Papa, & communicans eſt clericus, & ſciens eum fuiſſe excommunicatum à Papa, & communicauit ſponte, & nullo metu interpoſito, & in diuinis communicauit, dd. reprob. gl. 8 ibid.

Excommunicato communicare, etiam in iudicio, eſt peccatum mortale, cap. exceptionem. De exceptio. 16

Excommunicato ſcienter participans, & non ſe corrigens, debet excommunicari, gl. percellantur, in cap. excommunicamus, 13. De hæreticis.

Excommunicatis communicare, & prætextu priuilegiorum participare nullus poteſt: immo talis poteſt ab Epiſcopo loci, tanquam à delegato à Papa, puniri, gl. eorum priuilegia, ibid.

cum Excommunicato prohibetur communio actiua, & paſſiua: nec alij debent ſibi communicare, cap. illud. De clerico excommunicato.

Excommunicato communicans in contemptum ſuperioris, & pertinaciter, non incurrit excommunicationem maiorem: ſed bene debet excommunicari maiori excommunicatione, cap. ſi. & ibi gl. pe. in 6. eod.

Excommunicatos quilibet tenetur vitare de iure communi, non obſtante aliquo priuilegio, gl. excommunicatos, in cap. 3. §. 1. De priuileg.

Excommunicatis in morte communicans incidit in excommunicationem ipſo facto: quia cui non communicamus viuo, non communicamus mortuo, gl. 1. in cap. ad hæc, eod.

Excommunicatis poteſt quis communicare, & prædicare de his, quæ pertinent ad correctionem eorum: nec incidit in excommunicationem, dummodo ſemel tantum, & non pluries id faciat, d. gloſ. ſi. in cap. antiqua. De priuilegijs.

Excommunicatis maiori excommunicatione participans, excommunicatus eſt minori, glof. pen. in cap. quanto, eodem.

cum Excommunicato non licet ſtare etiam extra Eccleſiam, gloſ. penult. in cap. quod in te. De pœnitentia, & remiſſione.

Excommunicatum vitare tenentur etiam priuilegiati omnes, cap. nulli, 8 De ſentent. excommun. 17

cum Excommunicato Papa communicans, non incidit in excommunicationem, licet malè faciat in hoc, ibid.

Excommunicatus hodie non eſt vitandus ante publicationem: fallit in notorio excommunicato, extrauag. ad euitanda, Martinl 5.

Excommunicatum à iure etiam tenemur vitare, cap. cum non ab homine, 14. De ſententia excommunicat.

Excommunicatum etiam a iure non debemus vitare in publico, quando excommunicatum probari non poteſt, ibidem.

Excommunicato non eſt communicandum ante abſolutionem, licet iurauerit parere mandatis Eccleſiæ, vel compoſuerit cum offenſo, cap. cum deſideres, 15. De ſentent. excommunicat.

Excommunicatum eſſe aliquem ſi ſit fama, vitandus eſt, licet forte non ſit excommunicatus, gl. ſi publica, ibid.

Excommunicato decedenti in excommunicatione, quantumcunque contritus deceſſerit, non eſt communicandum ante abſolutionem, nec pro eo eſt orandum, licet ſit quoad Deum abſolutus, cap. à nobis, 28. eod.

Excommunicato licitum eſt ſacra tangere, hoc eſt iurare de parendo mandatis Eccleſiæ, licet ipſi non permittitur ingredi ad ipſa, intellige in eius fauorem non permittitur tangere, ſed bene in eius odium, gl. 1. in cap. quod in dubijs, eod.

Excommunicatus propter participationem cum excommunicato, licet poſtea eum impugnet, ex hoc ſolo pro abſoluto non eſt habendus, cap. ſacris, 38 eod. 18

pro Excommunicato decedente non ſunt recipiendæ oblationes, nec eſt orandum pro eo, ibid.

Excommunicatus ſemel ſemper debet vitari vt excommunicatus, niſi legitimè probet ſe fuiſſe abſolutum, cap. ſicut, 39. eod.

Excommunicatum facere vitari pertinet ad officium Epiſcopi, d. cap. ſicut.

Excommunicatum ſalutans Papa ſuis literis non propter hoc cenſetur eum abſoluere, cap. ſi aliquando, eod.

Excommunicati non ſunt ſalutandi, etiam per literas, d. cap. ſi aliquando, & ibi gl. 1.

cum Excommunicatis poſſumus loqui de his, quæ pertinent ad eius ſalutem: & licet alia verba incidenter proponantur, non nocet, ibid.

Excommunicatis licitè poteſt verbum Dei prædicari, & etiam interdictis, cap. reſponſo, 48. eod.

Excommunicatus licitè intrat Eccleſiam ad audiendum verbum Dei, ibid.

Excommunicati licitè poſſunt vocari ad Eccleſiam, vt audiant verbum Dei, non ſolum ſemel in hebdomada, ſed etiam cùm Prælato bene viſum fuerit, ibid.

Excom-

Excommunicatus nullus eſt ex facto alterius, niſi participando, vel in loquutione, vel in oratione, vel in crimine, niſi mandatum & authoritatem præſtiterit, gl. 2. in cap. quanto, 47. eod.

19 Excommunicatum alloquens in tendentibus ad ſalutem animæ, etiamſi alia verba interponat, non eſt excommunicatus, cap. cum voluntate, 54. eod.

Excommunicato participans in crimine, propter quod erat excommunicatus, incurrit eamdem excommunicationem, cap. 1. De officio vicarij, lib. 6.

Excommunicato participans quòd non incurrat in excommunicationem, poteſt Papa ſtatuere, cap. præſidentes. De hæreticis, lib. 6.

Excommunicato participans excommunicatus eſt; fallit in cauſa fidei, gloſ. diſpendio, & gloſ excommunicationis, ibidem.

Excommunicati excluduntur à communibus actibus, non ſolum iudicialibus: ſed etiam extraiudicialibus, vbi de ipſorum vtilitate geritur, gloſ. communibus, in cap. De exceptio, lib. 6. & cap. licet, 14. De ſentent. excommunic. lib. 6.

Excommunicati debent carere communione inter homines, & eorum ſuffragijs, d. cap. 1.

Excommunicati repelluntur à ſpiritualibus: quia talium capaces non ſunt, ibid.

Excommunicatis ſunt interdicti omnes actus, qui alijs hominibus ſunt communes, vbi de ipſorum quæritur vtilitate, ibid.

Excommunicatum ſe eſſe poſt appellationem probans, debet probatione pendente in iudicijs euitari: extra iudicium verò non, cap. ſolet. De ſentent. excommunicat. lib. 6.

cum Excommunicato communicans interdum excommunicatus eſt maiori excommunicatione: quod verum eſt, ſi quinque concurrant, gl. conſtitutionibus, ibid.

20 Excommunicato licitè poteſt communicari in caſu neceſſitatis, gl. cæterum, in clem. Ne Romani, §. cæterum. De electione.

Excommunicatus non debet vitari, antequàm conſtet de excommunicatione, clem. præſenti. De cenſibus.

Excommunicati debent vitari, & propter hoc denunciantur, clem. 1. De conſangu. & affinit.

Excommunicatus occultus non eſt vitandus in publico, gloſ. publicè, in clem. 2. De ſentent. excomunicat. & canon. fin. 6. q. 2.

Excommunicatio ſcribens literas incurrit excommunicationem, clem. ſi ſummus, & ibi gloſ. literis, eod. & gloſ. verbo, in extrauag. quia quorumdam. Iuan. 22.

Excommunicato dicitur communicari multis modis; ſcilicet oſculo, conuiuio, oratione, loquutione, itinerando, vel conſedendo, gloſ. quouis modo, ibid.

Excommunicato, vel interdicto ſubtrahitur communio Chriſtiani, gloſ. præſumat. in extrauag. dictum. Ioan. 22.

Excommunicato communicans in delicto, eamdem excommunicationem incurrit, can. Anaſtaſius, diſt. 19.

cum Excommunicatis non licet comedere, can. ſi qua vidua, diſt. 28. & can. omnes illi, 6. q. 1.

Excommunicatus ratione ſocietatis toleratur, gloſ. 1. in can. quiſquis, diſt. 41.

Excommunicatus ratione contractus ad communionem admittitur, ibid.

21 Excommunicatis communicare in cibo, cauſa peregrinationis licitum eſt, can. clerici. diſt. 44.

Excommunicatum à Papa omnes debent vitare, etiamſi de hoc nulla denunciatio, vel nominatio præceſſerit, cap. 1. diſt. 93.

Excommunicatus vt euitari debeat, non expectatur denunciatio, nec ſola fama ſemper ſufficit, gloſ. expectare, ibidem.

Excommunicatum à Papa, & à dignitate repulſum, omnes debent repellere, & excommunicare, canon. 2. diſt. 93.

Excommunicatus vitari debet interim, dum pendet dubium, an fuerit iuſta excommunicatio: vel non, can. quod autem, & ibi gl. pe. 4. q. 2.

Excommunicatus à ſuo Epiſcopo non eſt recipiendus ab alio, can. ſi quis à proprio, 11. q. 3.

Excommunicatus à ſuo Epiſcopo ab omnibus eſt vitandus, ibid. & can. ſeruetur, 11. q. 3.

Excommunicato communicans debet ab Eccleſia ſeparari, canon. ſi quis Epiſcopus, 11. q. 3. & canon. ſicut Apoſtoli, 11. q. 3.

Excommunicato ſcienter communicans debet ab Eccleſia ſeparari: ſi tamen incorrigibilis manſerit Eccleſiam turbando, & concitando, debet per ſecularem poteſtatem ab Eccleſia expelli, canon. ſi quis Epiſcopus, 2. 11. qu. 3.

Excommunicato communicare non debet quis, nec in oratione, cibo, potu, aut oſculo, canon. excommunicatos, & can. ſeq. 11. q. 3.

22 Excommunicatum non debet quis ſalutare, ibid.

Excommunicato communicare poteſt quis in his, quæ pertinent ad correctionem ipſius excomunicati: ſecùs in alijs, cap. cum excommunicato, 11. q. 3.

Excommunicatum tenemur vitare, non ſolum in publico, ſed etiam in occulto, ibid.

Excommunicato nullus debet communicare, can. ſi quis laicus, 11. q. 3.

Excommunicatus laicus debet euitari ab omnibus, ſiue laicis, ſiue clericis, ſiue religioſis, can. ſi quis laicus, 11. q. 3.

Excommunicatus clericus, etiam à clericis eſt vitandus, ibidem.

Excommunicato cum participantibus communicans ab omnibus eſt vitandus tanquam excomunicatus, ibid.

Excomunicatus ſi ſit quis cum omnibus communicantibus, communicantes illi intelliguntur nominatim excommunicati, canon. excellentiſſimus, & ibi gloſ. 1. 11. q. 3.

In Excomunicatorum terram ſi peregrinus vel viator deuenerit, & non poſſit ab alijs emere ſibi neceſſaria, poterit ab excommunicatis emere, & vendere, & accipere ab eis ſibi neceſſaria in ſuſtentationem ſui: nec incidit in excommunicationem, can. quoniam multos, 11. qu. 3.

Excommunicatus vir non poteſt petere debitum ab vxore: ſed ipſe tenetur reddere vxori petenti gloſ. vxores, ibidem. 23

Excommunicato, intuitu pietatis, rectè poteſt dari aliquid, ſcilicet eleemoſyna: & è contra ab eo poteſt etiam recipi, d. can. quoniam multos, & ibi gl. fi.

Excommunicato nec animo, nec corpore communicandum eſt: & ſi id corpore ſeruari, cogente neceſſitate, non poſſit: animo tamen ſeruetur omnino, can. anteceſſor cum can. ſeq. 11. q. 3.

Excommunicatis in nullo caſu communicare debemus, niſi in his, quæ ſpectant ad correctionem eorum, gl. fi. in can. nos ſanctorum, 15. q. 6.

Excommunicatus licet non habeat ius petendi debitum: tamen debitor ei debet ſoluere: vnde licet excommunicatio tollat obligationem quoad fidelitatem, non tamen quoad alios contractus, dd. add. gloſ. fi.

Excommunicato debitum non eſt ſoluendum, cum nemo debeat participare: niſi in quibuſdam caſibus, ibid.

Excommunicato non datur audientia, gloſ. audientia, in can. ſi quis deinceps, 16. q. 7.

Excommunicato filio non tenentur pater nec mater communicare, nec vir vxori excommunicatæ: & ſic de omnibus ſuperioribus perſonis reſpectu inferiorum, dd. ad gl. fi. in can. de filia, 27. q. 1.

Excommunicatus poteſt excommunicato communicare, gl. 1. in can. deuotam, 27 q. 1.

Excommunicatis poteſt prædicare quis, cap. ad hæc, & ibi gl. 1. De appellat.

Reliqua in verbo. Cardinalis. n. 7. Clericus, n. 11. Collatio, n. 5. Communicare. Communicans. Communio. Excommunicatio. 29. 30. Filius. 7.

EXCOMVNICATVS minori excommunicatione, poteſt eſſe in numero eligentium: non tamen poteſt ipſe eligi cap. illa quotidiana, 39. De electione. 24

Excommunicati vel periuri poſſunt ſe opponere contra electionem de indigno factam in eorum Eccleſia, ac illa eadem crimina, quibus ipſi tenentur, electo opponere, cap. dilecti. 8. De exceptio.

Excommunicatus vel ſuſpenſus non poteſt eligere, nec eligi, gloſ. 1. in cap. conſtitutis. 23. De appellat. gloſ. canonicè, in cap. poſtulatis. De clerico excommunicato.

Excommunicatis beneficia conferri non poſſunt: & ſi conferantur, non poſſunt ea retinere, niſi cum eis diſpenſetur, cap. poſtulatis. De clerico excommunicato.

Excommunicatis beneficia conferentes tamdiu à beneficiorum collatione debent ſuſpendi, donec ſuper hoc veniam mereantur. ibid.

Excommunicati poſſunt retinere beneficia antea ſibi collata, nec ſunt priuandi illis, niſi perſtiterint in ea per triennium, dd. reprob. gl. 2. ibid.

Excommunicatus nullum beneficium Eccleſiaſticum obtinere poteſt, cap. propoſuit, & ibi gl. pe. eod.

Excommunicatus minori excommunicatione, licet ſit ſuſpenſus à perceptione ſacramentorum, non tamen quoad collationem: eorum: quia licet ſit ſuſpenſus quoad ſe, non tamen quoad alios, gloſ. non carent, in cap. fi. eodem.

Excommunicati non poſſunt conferre beneficia, gloſ. inanes, in cap. fi. De exceſſibus Prælator, cap. 1. Ne ſede vacante, lib. 6.

Excommunicatus recipit ordines, & etiam confert ordines, gloſ. ordinibus, in cap. pro illorum, §. qui ſi. De ſententia excommunicat.

Excommunicati minori excommunicatione eligere poſſunt: ſed ſuſpenſi vel excommunicati maiori excommunicatione, non poſſunt, cap. 1. & ibi gl. maiores. Ne ſede vacante, lib. 6.

Excommunicati beneficium debet aſſignari alicui, qui celebret pro eo, quamdiu ipſe eſt excommunicatus, gloſ. fi. in can clericus victum, diſt. 91. 25

Excommunicatus non poteſt eligere, can. fi. & ibi gl. 2. 9. qu. 1.

Excommunicatus exiſtens in excommunicatione per annum, priuandus eſt omnibus beneficiis, tàm habitis, quàm habendis, can. rurſus. 11. q. 3.

Excommunicatus perſiſtens in excommunicatione per annum, ſi cauſa, pro qua fuit excommunicatus, eſt digna priuatione beneficij, ipſo iure erit priuatus ipſo facto; ſed ſi ſit digna priuatione per ſententiam, tunc per lapſum anni non erit priuatus ipſo facto, ſed opus erit ſententia, dd. reprob. d. gloſ. 2. ibid. & dd. reprob. gloſ. fi. in cap. 1. De iudiciis.

Excommunicatus pro delicto, quod non inducit priuationem ipſo facto, nec dat facultatem priuandi, vt quia paruum eſt, tunc non eſt priuandus beneficio, etiam per lapſum anni; ſed imponetur pœna arbitraria, ac ſi vere fuiſſet confeſſus: quòd ſi adhuc lapſo anno perſeueret induratu corde, ex hoc, nouo delicto contracto, poſtquam fuit habitus pro confeſſo, quia non caret ſcrupulo hæreticæ prauitatis, poterit priuari beneficiis, dd. repr. d. gloſ. 2. & dd. repr. d. gl. fi. in d. cap. 1. De iudiciis.

Excommunicatus ſtans in excommunicatione per annum, & vltra, debet priuari beneficio ſuo, gl. fi. in cap. cum bonæ. De ætate & qualitat.

Excommunicatus vel periurus non eſt priuatus titulo ſui beneficij ipſo iure, cap. dilecti. 6. De except.

Excommunicati non poſſunt conferre beneficia, vel ordines, antequam abſoluantur, dd. reprob. gl. pe. in cap. pro illorum. 22. De præbend.

Reliqua in verbo, Eligere, 4. Beneficium, 62. 63.

26 EXCOMMVNICATVS minori excommunicatione, ſi celebrat, non incurrit irregularitatem, peccat tamen celebrando, gloſ. 2. in cap. illa quotidiana, 39 De electione.

Excommunicatus tractans ſpiritualia debet deponi, gloſ. fi. in cap. cum bonæ. De ætate & qualit.

Excommunicatus vel ſuſpenſus celebrans debet deponi, cap. veritatis. De dolo & contumac.

Excommunicatus ordine ſacro inſignitus, vel etiam beneficiatus, tenetur dicere horas canonicas ſecretò, ſine illo verſiculo, *Dominus vobiſcum*, & etiam laicus excommunicatus poteſt id ipſum facere. gl. 2. in cap. 2. De cleri co excommunica. miniſtr.

Excommunicatus vel ſuſpenſus ab officio celebrans priuari debet de iure officio, & beneficio, & etiam debet deponi. cap. 3. eod.

Excommunicatus vel ſuſpenſus ab officio, ob celebrationem diuinorum depoſitus, non poteſt abſolui ab Epiſcopo, vel legato Papæ, nec ſynodus in hoc poteſt diſpenſare, ſed ſolus Papa, gl. 1. ibid.

Excommunicati, interdicti vel ſuſpenſi celebrantes deponi debent, niſi propter multitudinem mitigetur pœna, cap. latores & ibi gl. 2. eod.

Excommunicatus ſiue celebret diuina, ſiue ingerat ſe celebrationi diuinorum, ſiue faciat coram ſe celebrare, grauiſſimè peccat, & videtur quòd efficiatur irregularis, cap. illud. eod.

Excommunicatus vel ſuſpenſus publicè, vel priuatim, non de et celebrare, nec alia ſacramenta dare: ſed officium quotidianum, præter Miſſam, poteſt occultè dicere, non officiando in ordine, gl. officia, ibid.

27 Excommunicatus celebrans à beneficio ſuo deponitur, cap. fraternitati, eod.

Excommunicatus celebrans ſine alia monitione puniri poteſt, ibid.

Excommunicatus vel ſuſpenſus ignoranter celebrans, nulla indiget diſpenſatione reſpectu irregularitatis: aliàs ſecus, cap. Apoſtolicæ. eod.

Excommunicatus abſens & ignorans celebrando, quamdiu ignorat, non peccat, gloſ. 2. in cap. propoſuit. De clerico excommunicat.

Excommunicatus minori excommunicatione celebrans non eſt irregularis, ſed peccat: & poteſt eligere, ſed non eligi, cap. ſi celebrat, eod.

Excommunicatus minori ſi conferat ſacramenta, collatio tenet: & illa habet ſuum effectum, licet ille peccet in conferendo, ibid.

Excommunicatus minori excommunicatione celebrans puniri debet ad arbitrium ſui Prælati, gl. 1. in cap. fin. eod.

Excommunicatus maiori excommunicatione celebrans efficitur irregularis, & debet deponi, niſi cum eo fuerit diſpenſatum: ſed excommunicatus minori celebrans non impeditur ab aliqua promotione, eo abſoluto, gl. 2. in d. cap. fi.

Excommunicati conferunt ordines, licet non conferant executionem, gl. non carent, ibid.

Excommunicati & interdicti non debent admitti ad diuina, etiam per religioſos exemptos, cap. 3. § excommunicatos, & ibi gl. excommunicatus. De priuilegiis.

Excommunicatus poſt legitimam appellationem poteſt licitè celebrare, gl. in officiis, in cap. ſolet. De ſentent. excommunic. lib. 6.

28 Excommunicatus celebrans vel authoriſando faciens ſibi celebrari incurrit irregularitatem: ſed ſimpliciter audiens diuina non incurrit irregularitatem, gloſ. celebrari, in clem. fi. De priuileg.

Excommunicatus ſe immiſcens diuinis, factus irregularis, ſi poſtmodum recepit beneficium, & poſtea habuit relaxationem, vbi ius non eſt acquiſitum in re; vel ad rem alicui, tunc ille habebit ius in illo beneficio, vitio expreſsè purgato per dominum qui poteſt: ſed vitio non expreſsè purgato, opus eſt noua electione, vel collatione, gl. reddimus, in extrauag. dudum. De ſchiſmaticis, inter communes.

Excommunicatus vel ſuſpenſus celebrans dignus eſt depoſitione, licet culpa non ſit digna ſuſpenſione, vel excommunicatione: & beneficio poterit priuari, niſi diſpenſetur cum eo, in ſumma, & ibi gloſ. 2. 11. q. 3.

Excommunicatus non eſt abſoluendus, niſi per excommunicantem, vel ſuperiorem poteſtatem ſuper hoc habentem, can. ſi quis à proprio, 11. q. 3.

Excommunicatus celebrans diuina ſine ſpe reſtitutionis eſt deponendus, canon. ſi Epiſcopus primo & ſecundo, 11. q. 3.

Excommunicatus vel ſuſpenſus celebrans in quocumque ordine incurrit irregularitatem, ibid.

Excommunicatum celebrantem non poteſt abſoluere Epiſcopus, gl. 2. ibid.

Excommunicatus ſcienter celebrans in ſuo ordine, ſiue ſit Diaconus, ſiue Presbyter, ſiue Epiſcopus, incurrit irregularitatem, d. can. ſi quis Epiſcopus ſecundo.

Excommunicatus iniuſtè celebrans non debet ſuſtinere aliquam pœnam: quia qui probat ſententiam eſſe iniuſtam, non eſt cogendus ad aliquam ſatisfactionem, gl. 1. in can. non debet, 11. q. 3. 29

Excommunicatus Presbyter celebrans diuina deponendus eſt de iure: aliquando tamen Papa miſericorditer diſpenſat cum eo pœnitentia impoſita, can. pe. 11. q. 3.

Excommunicatum ad ſacram communionem admittens ſcienter, debet deponi, cap. qui diuinis, 22. q. 2.

Excommunicatus celebrans nullam veniam debet habere, gl. fi. in can. ſi quis à proprio, 11. q. 3.

Reliqua in verbo, Celebratio. Clericus, 151. 152. Suſpenſus. Irregularis. Irregularitas.

EXCOMMVNICATI ſunt ipſo iure, qui manus violentas iniiciunt in perſonas Eccleſiaſticas, gl. 2. in cap. fi. De ſepulturis. 30

Excommunicatus per manus iniectionem in clericum, etiamſi occultus ſit, debet abſolui à Papa, & non ab aliquo inferiori, cap. porro. De ſentem. excommunic.

Excommunicatus pro violenta manuum iniectione publicè debet denunciari, & hoc ſpectat ad officium Prælatorum, etiam nemine requirente, cap. parochianos, 9. eod.

Excommunicatus pro violenta manuum iniectione, debet antequam abſoluatur, iurare ſecundum formam expreſſam in cap. ex tenore, 10. eod.

Excommunicatus pro percuſſione clerici abſolui poteſt ab Epiſcopo, ſi ſine periculo Papam adire non poſſit: debet tamen Epiſcopus ei mandare, quòd adeat Papam, impedimento ceſſante, cap. de cætero, 11. eod.

Excommunicatus quando quis fuerit pro iniectione manuum in clericum, ſola cautio iuratoria ſufficit, gloſ. fi. in cap. ad hæc, eod.

Excommunicatus per canonem *ſi quis ſuadente*, ſiue diues, ſiue pauper ſit, per Papam abſoluendus eſt, vel per eius Legatum; fallit in muliere, ſene, infirmo, & mutilato, qui per Epiſcopum poſſunt abſolui, cap. ea noſcitur, 13. De ſententia excomm.

Excommunicatus per canonem *ſi quis ſuadente*, tempore mortis abſolui poteſt ab alio, quàm à Papa: recuperata tamen ſanitate, tenetur adire Papam, vel eius Legatum; aliàs rencidit in eamdem excommunicationem ipſo facto, ibidem.

Excommunicatus pro violenta manuum iniectione in clericos, vitandus eſt etiam ante denunciationem, niſi ſit occultus, cap. cum non ab homine, 14. eod.

Excommunicatus non eſt interficiens clericum, qui contempto clericali habitu enormitatibus ſe immiſcuit, d. cap. cum non ab homine.

Excommunicati pro leui manuum iniectione in clericum poſſunt per Epiſcopum abſolui, cap. peruenit, 17. eod. 31

Excommunicatus pro iniectione manuum in clericum, vel incendiarius, poſt publicationem, à ſolo Papa abſoluitur, cap. tua nos, 19. eod.

Excommunicatus propter iniectionem manuum in clericum, impeditus ire ad curiam pro abſolutione, poteſt ab inferiori abſolui: ſed ceſſante impedimento, tenetur adire Papam ſuſcepturus mandatum Apoſtolicum, cap. quod de his, 26. eod.

Excommunicatus propter iniectionem manuum in clericum, ad curiam tenetur ire pro abſolutione, niſi ſit in mortis articulo, vel paupertate, aut infirmitate, vel ſenectute tanta grauetur, quòd non poſſit ire ad Papam: quo caſu abſoluitur ab inferiori, ita quòd ceſſante impedimento debeat in perſone ire, ibid.

Excommunicatus clericus ſecularis pro manuum iniectione, ſi ordines ſcienter recipiat, deponi debet, nec cum eo poteſt diſpenſare alius quam Papa, cap. cum illorum, 32. eod.

Excommunicatus regularis pro manuum iniectione, ſi ordines recipiat ſcienter, ab executione ordinum ſuſpenſus eſt, ibid.

Excommunicatus eſt, qui in clericum etiam volentem manus violentas iniecerit: etiamſi hoc faciat in ſatisfactionem præcedentis iniuriæ, cap. contingit, 36. eod.

Excommunicatus eſt doloſè permittens clericum percuti, ex quo poterat prohibere, & non prohibuit, cap. quanto, 47. eodem.

Reliqua in verbo, Cardinalis, 7. 8. Clericus, 116. vſque 124. Conſeruatores. Deffendere.

32 EXCOMMVNICATVS non poteſt eſſe iudex, gl. impedimento, in cap. ſciſcitatus, 13. De reſcript.

Excommunicati non repelluntur à proſecutione appellationis, gl. excommunicationis, & gl. fi. in cap. dilectus, 26.

Excommunicatus actor poteſt à iudicio repelli, non ſolum quando agit coram Ordinario: ſed etiam coram delegato, cap. prudentiam, §. ſexta, & ibi gl. 3. De officio delegat.

Excommunicatus ſi appellauerit, non debet is remitti ad excommunicatorem, niſi velit ei facere gratiam, gl. conqueſtus, in cap. ad reprimendam. De officio ordinar.

Excommunicatus non poteſt ſtare in iudicio, niſi tanquam reus, cap. intelleximus. De iudicijs.

Excommunicatus poteſt conueniri & per alium debet reſpondere, ne ex ſua malitia commodum reportet, d. cap. intelleximus, & ibi gl. 1.

Excommunicatus poteſt conueniri, ſed non conuenire, dict. gl. 1.

Excommunicatus conuentus non compellitur procuratorem conſtituere, ſi ibi non reperiatur idoneus: ſecus ſi idoneus reperiatur, quo caſu cogi poteſt, d. cap. intelleximus, & ibi gl. 1.

Excommunicatus conuentus non poteſt reconuenire: poteſt tamen excipere, & appellare, & alia omnia quæ ad ſui defenſionem pertinent, ibid.

Excommunicati non ſunt audiendi, gl. excommunicationem, in cap. exhibita. De iudicijs.

33 Excommunicatus nullus repellitur à defenſione, ibid.

Excommunicatus tenetur præſtare iuramentum de calumnia, gl. 1. in cap. pe. De iuramento calum.

Excommunicatus cùm poſſit & debeat reſpondere in iudicio, omnia licent ei, ſine quibus cauſa expediri non poteſt, ibid.

Excommunicati teſtificari non poſſunt, cap. veniens, 38. De teſtibus.

Excommunicatis non denegatur defenſio, vel per ſe, vel per procuratores, gl. noluerint, ibid.

Excommunicati tanquam procuratores etiam nomine reorum in iudicio eſſe non poſſunt, ibid.

Excommunicatus maiori excommunicatione repellitur ab agendo: ſed minori excommunicatione ligatus non repellitur; quia non eſt remotus a communicatione fidelium, cap. 2. De exceptin.

Excommunicatus non poterit agere, neque accuſare alium, etiam proſequendo iniuriam propriam, ibid.

Excommunicato reſeruata eſt quælibet legitima defenſio: vnde reus excommunicatus poteſt excipere contra actorem, gl. 1. ibid.

Excommunicatus poteſt excipere, appellare, & omnem defenſionem facere: ſed non poteſt reconuenire, cap. cum inter, & ibi gl. 1. eod.

34 Excommunicatus poteſt conueniri, & tunc debet reſpondere per procuratorem, ibid.

Excommunicatus poteſt appellare, & appellationem ſuam proſequi, d. cap. cum inter, & ibi gl. 1.

Excommunicato competit eadem defenſio, quæ non excommunicato, d. gl. 1.

Excommunicatus poteſt excipere de pacto de non petendo, & exceptionem probare, non obſtante quòd lex dicat, quòd reus in exceptione fiat actor, ibid.

Excommunicatus in odium ipſius poterit facere omnia, quæ ad cauſam pertinent: & ſic tenetur præſtare iuramentum calumniæ, & omnes participantes ei, occaſione litis, non incidunt in canonem, cum talis communio ſit potius ad eius damnum, quam ad commodum, ibid.

Excommunicatus conuentus ſuper eo, pro quo fuit iniuſtè excommunicatus, poteſt excipere, quòd non tenetur reſpondere, niſi reſtituatur ei communio fidelium, qua ſuit iniuſtè priuatus, dummodo oſtendat, quòd iniuſtè fuit excommunicatus, gl. prima, in fi. ibid.

Excommunicatus licet poſſit excipere, & appellare, non tamen poteſt reconuenire, gl. reconuentione, ibid.

Excommunicatus non poteſt debitum ſuum compenſare: nam qui compenſat, quodammodo agit, ibid.

Excommunicati poſſunt admitti ad agendum, vel accuſandum proſequentes ſuam, vel ſuorum iniuriam: & multò fortius ad defendendum, gl. 1. in cap. dilecti, eod.

Excommunicatus tam ſe, quàm Eccleſiam ſuam defendere poteſt: agere vero non poterit, d. cap. dilecti, & ibi gl. defendendo.

Excommunicato conceditur omnis defenſio, cap. ſignificauerunt. De exceptin.

Excommunicatus publicè non eſt audiendus, etiamſi à reo 35
de excommunicatione non opponatur: quia officio iudicis repelli debet, cap. exceptionem, eod.

Excommunicatum eſſe actorem ſi iudex ſciat, non debet ei participare, gl. fi. ibid.

Excommunicatum actorem tam pro ſe, quàm pro alijs, debet ex officio ſuo iudex à iudicio repellere, ibid.

Excommunicatus poteſt appellare, & appellationem proſequi, & reſcriptum impetrare, & omnia facere, quæ pertinent ad ſui defenſionem, cap. fin. & ibi gloſ. fin. eodem.

Excommunicatus poteſt ſe defendendo eſſe in iudicio tantum per ſe, & impetrare literas per ſe: nec compellitur conſtituere procuratorem, ibid.

Excommunicatus, pendente cognitione appellationis, ad cautelam poteſt abſolui: & ſi appareat eum legitimè appellaſſe, non punitur pro eo, quòd interim celebrauerit diuina, cap. ad præſentiam, 16. De appellat.

Excommunicatus repellitur tam a petitione iudiciali, quàm extraiudiciali, cap. cum parati, 19. eodem.

Excommunicatus appellare poteſt, gl. notorius, in can. peruenit, 13. eod. gl. fi. in can. re vera, 3. q. 9.

per Excommunicatum lata ſententia nulla eſt, & tractu temporis non conualeſcit, cap. aduerſus. De immunitate Eccleſiarum.

ab Excommunicato publicè lata ſententia vel ſcriptura non valet, nec reſcriptum, gl. damnentur, in cap. excommunicamus, §. credentes. De hæreticis.

Excommunicatus minori poteſt exercere ea, quæ ſunt iuriſ- 36
dictionis, cap. ſi celebrat. De clerico excommunicato.

ab Excommunicato poteſt licitè ſine pœna excommunicationis debitum exigi, & recipi, cap. ſi verè, 34. De ſententia excommunicat.

Excommunicati non poſſunt alios conuenire, nec reconuenire: ſed bene poterunt excipere, gloſ. 3. in d. cap. ſi verè.

Excommunicatus poteſt appellare, & appellationem proſequi, ibid.

Excommunicatus ab Epiſcopo, ſi ad Metropolitanum appellat, poteſt ab eo abſolui; Metropolitanus tamen volens ſuo Suffraganeo deferre, poteſt illum remittere ſibi abſoluendum: & tenetur etiam remittere, quando propter manifeſtum exceſſum fuit excommunicatus, cap. per tuas, 40. eod.

Excommunicatus ante abſolutionem non auditur, volens probare ſe iniuſtè excommunicatum: ſecus ſi probare vult ſententiam eſſe nullam, ibid.

Excommunicatus dicens excommunicationem nullam auditur, licet non petat abſolutionem purè, vel ad cautelam, ibid.

Excommunicatus quilibet ſecundum antiqua iura audiebatur, ſi ante abſolutionem volebat probare ſe iniuſtè fuiſſe excommunicatum, hodie verò non auditur, niſi in duobus caſibus, ſcilicet ſi dicat ſententiam latam fuiſſe poſt appellationem: vel in ea intolerabilem errorem fuiſſe expreſſum, gl. in Sardicenſibus, & gl. fin. in can. ſi Epiſcopus, forte, 11. q. 3.

Excommunicatus ſi appellauit, ad Metropolitanum de iniuſta 37
excommunicatione, debet præſtare cautionem de ſtando mandatis Eccleſiæ: & tunc in optione ipſius ſuperioris eſt, an velit eum abſoluere, an remittere eum abſoluendum ei, à quo appellauit, ibid. & d. gl. fi.

Excommunicatus, ſi non appellauit, ſed per ſimplicem querelam adiuit Metropolitanum, debet ipſe eum remittere ad inferiorem, vt ipſum abſoluat: & ſi inferior nolit eum abſoluere, Metropolitanus eum abſoluit: quòd ſi periculum ſit in mora propter huiuſmodi remiſſionem, ipſum abſoluet, ibid. & d. gl. fi.

Excommunicatus, ſi appellauit, vel ſi per ſimplicem querelam adiuit Metropolitanum, ſi is viderit ſententiam excommunicationis latam ab Epiſcopo eſſe iniuſtam, poterit declarare ſubditum irrationabiliter fuiſſe ligatum: ſed ſi viderit ſententiam excommunicationis iuſtam, tenetur remittere ipſum abſoluendum ad inferiorem ibidem, & d. gl. fi.

Excommunicatus iniuſtè, licet ob id ſit ſuſpenſus ingreſſu Eccleſiæ per menſem, nihilominus retinet iuriſdictionalia; nec ob id eſt priuatus iuriſdictione, nec eſt excommunicatus: vnde ſic ſuſpenſus poteſt abſoluere excommunicatum à ſe, gl. interdictum, in cap. ſacro, 48. eod.

Excommunicatus eſt inhabilis ad iudicia, prout venit in forma actoris: ſecùs ſi in forma rei, cap. 1. De reſcript. lib. 6.

Excommunicatus eſt habilis ad iudicia ſuper cauſa appellationis, vel excommunicationis, ibid.

Excommunicatus maiori excommunicatione, ſi fuerit in iudicio agendo, & non fuerit exceptum de excommunicatione, valet proceſſus ab eo factus, gl. 1. ibid.

Excommunicatus non poteſt iuriſdictionem exercere, cap. 1. 38
De ſupplend. neglig. Prælat. lib. 6.

Excommunicatus minori excommunicatione poteſt exercere ea quæ ſunt iuriſdictionis, ſed non excommunicatus excommu-

communicatione maiori, cap. 1. & ibi gl. 1. De officio vicarij, lib. 6. & gl. excommunicati, in cap. ſi is cui, 10. De officio deleg. lib. 6.

Excommunicatus ſi ſit Epiſcopus, nec ipſe, nec eius Officialis de cauſis cognoſcent: quo caſu debet adiri Papa, vt prouideat, gl. ipſius, ibid.

Excommunicatum publicè debet Iudex ex officio repellere ab agendo, etiam reo non opponente, cap. 1. De exceptio, lib. 6.

Excommunicatus repellitur ab agendo ex quatuor cauſis, ibidem.

Excommunicatus, antequam audiatur ad cauſam appellationis tractandam, debet abſolui, cap. venerabilibus, §. porro. De ſententia excommunicat. lib. 6.

Excommunicatus non poteſt eſſe in iudicio, vt actor, cap. decernimus, eod.

Excommunicatus non poteſt eſſe aduocatus, nec procurator, nec poteſt ferre teſtimonium, ibid.

Excommunicatus ſicut prohibetur agere in iudicio, ita & reconuenire: ſed à defendendo non repellitur, gl. agendo, ibidem.

Excommunicatus maiori excommunicatione, maximè occultus, poteſt facere teſtamentum, niſi fuiſſet excommunicatus ex cauſa, ex qua aliàs redderetur inteſtabilis, dd. reprob. gl. & teſtificando, ibid.

Excommunicatus notarius non poteſt conficere inſtrumen
39 tum teſtamenti, vel aliud, & confectum non valet: valet
tamen, quamdiu eſt occultus excommunicatus, & non manifeſtus, ſed non poteſt probari, ibid.

Excommunicatis interdicuntur actus legitimi, ibid.

Excommunicatus ſemel non debet admitti amodo ad actus legitimos, gl. 6. in can. accuſatores, diſt. 46.

Excommunicatus non poteſt accuſare clericos, can. in ſancta, 2. q. 7.

Excommunicatus impediri non poteſt à proſecutione appellationis ſuæ, can. te vera, 3. q. 9

Excommunicatus, ſtante excommunicatione, non poteſt accuſare, gl. quidam, in ſumma, 4. q. 1.

Excommunicatus pro crimine, etiam poſt abſolutionem, non poteſt accuſare: quia adhuc poteſt accuſari de alio crimine, ibid.

Excommunicatus poteſt conueniri, gl. 1. ad med. ibid.

Excommunicatus poteſt excipere, appellare, & omnem ſuam defenſionem facere: ſed reconuenire non poteſt, d. gl. 1.

Excommunicatus ſiue iuſtè, ſiue iniuſtè, non poteſt alium
40 accuſare, dummodo teneat excommunicatio: nec poteſt
alium ciuiliter conuenire, gl. 1. in ſumma. 4. q. 1.

Excommunicatus poſt abſolutionem non repellitur ab accuſando, can. diffinimus, & ibi gl. 1. 4. q. 1.

Excommunicatus ab accuſatione repellitur, can. omnes illi 6. q. 1.

Excommunicatus alios non poteſt excommunicare, can. Achatius, & can. audiuimus, & ibi gl. 1. 24 q. 1.

Excommunicati non debent recipi ad iudicandum, can. miramur, 24. q. 1.

Reliqua in verbo, Accuſare, 4. Procurator, 8.

41 EXCOMMVNICATVS ad impetrandum non eſt admittendus: & ſi impetraret, non valerent literæ, ſi poſtea probaretur excommunicatus, gl. fin. in cap. 3. De probat.

Excommunicatus in cauſa appellationis poteſt impetrare reſcriptum: ex quo enim ei permittitur appellatio, tanquam defenſio: & facultas quoque ſuper ea iudicem impetrandi, & proſequendi, debet eidem permitti, cap. dilectæ, & ibi gl. 2. De exceptio.

Excommunicatus poteſt impetrare reſcriptum ſuper ſua appellatione, licet non faciat mentionem de ſua excommunicatione, cap. fi. & ibi gl. fi. eod.

Excommunicatus occultè ſi fuerit quis, nec ipſe, nec alij ipſum tenentur vitare: quia diuinare non poterant, gl. 2. in cap. ad probandum. De re iudicat.

ab Excommunicato impetratum reſcriptum, ſuppreſſa excommunicatione, eſt ipſo iure nullum, niſi in certis caſibus, gl. damnentur, in cap. excommunicamus, §. credentes. De hæreticis.

Excommunicatus abſens atque ignorans, quamdiu ignorat, poteſt impetrare literas pro beneficio, vel alio negotio, gl. 2 in cap. Apoſtolicæ. De clerico excommunicato.

Excommunicatus abſens & ignorans quicquid facit, antequam ſciat ſe excommunicatum, non imputatur ei: ſed poſtquam ſciuerit ſe excommunicatum, debet abſtinere: aliàs non audietur per literas impetratas, niſi poſt appellationem, d. gl. 2.

Excommunicatus ſi impetrat literas vel reſcriptum, tacens de cauſa ſuæ excommunicationis, non valent literæ, gl. excommunicationis, & gloſ. final. in cap. dilectus. De reſcript.

Excommunicatus non poteſt impetrare literas, vt admittatur ad agendum, quando erit abſolutus, dd. reprob. d. gl. fi.

Excommunicatus iniuſtè poteſt impetrare reſcriptum ſuper

iniuſtitia excommunicantis, cap. ab excommunicato, & ibi gl. excommunicatorem. De reſcript.

Excommunicatus non poteſt conſtituere procuratorem ad impetrandum, cap. fin. & ibi gloſ. expreſſi. De procuratoribus.

Excommunicati publicè. nec per ſe, nec per alium, ad agendum, vel ad impetrandum literas vt agant, debent admitti, gl. 1. ad med. ibid.

Reliqua in verbo, Reſcriptum, 22.

EXCOMMVNICATVS ex ſola ſatisfactione non abſoluitur, ſed requiritur etiam abſolutio, cap. ex literis, in add. marg. De conſtitut. 42

Excommunicatus iniuſtè, vel contra formam concilij, conqueſtus per ſimplicem querelam, ſi periculum non eſt in mora, remittitur abſoluendus ad excommunicatorem, cap. ab excommunicato, & ibi gloſ. ad excommunicatorem. De reſcriptis.

Excommunicatus iniuſtè, vel contra formam concilij ab ordinario, ſi appellauerit, non remittitur abſoluendus ad excommunicatorem, niſi ſuperior ei velit facere gratiam, ibidem.

Excommunicatus iniuſtè à delegato ſi appellet, tunc non remittitur abſoluendus ad delegatum, ibid.

Excommunicatus minori excommunicatione, vel ſuſpenſus poteſt abſoluere excommunicatum vel ſuſpenſum, ibid.

Excommunicatus contra debitam formam concilij, ſcilicet ſine monitione, vel cauſa rationabili, debet abſolui ſine difficultate, nec tenetur præſtare iuramentum, vel cautionem de parendo mandatis Eccleſiæ, nec aliud mandatum poteſt ei fieri in ſatisfactionem excommunicationis, d. cap. ab excommunicato, & ibi gl. ſine difficultate.

Excommunicati vel ſuſpenſi poſt abſolutionem recuperant omnia iura, gl. fi. in cap quia diligentia. De electione.

Excommunicatus querelam deponens coram ſuperiore de iniuſta excommunicatione, offerens cautionem iuratoriam de parendo iuri, abſoluendus eſt ſine difficultate, cap. ad reprimendum. De offic. Ordin.

pro Excommunicationis iuſtitia præſumitur, donec conſtet de contrario, ibid.

Excommunicatum abſoluere poteſt delegatus Papæ, data negligentia, vel iniuſta excuſatione illius, qui excommunicauit, gl. ad excommunicatorem, in cap prudentiam, § ſexta. De officio delegat. 43

Excommunicatus quando abſoluitur, debet præſtare cautionem de parendo mandatis Eccleſiæ, d. cap. prudentiam, §. ſi vero.

Excommunicatus pro crimine ſeu manifeſta offenſa, priùs debet præſtare ſatisfactionem, quàm abſoluatur, gl. fuerit, in cap. ex literis, eod.

Excommunicatus pro contumacia ſeu pro occulto delicto ſtatim debet abſolui, præſtito iuramento, quòd ſtabit mandatis Eccleſiæ, ibid. & gl. fi. in cap. cum contingat, 36. eodem.

Excommunicatus in abſolutione obtinenda debet exprimere cauſam, pro qua fuerit excommunicatus: aliàs non eſt habenda pro abſoluto, cap. ex parte. De officio Ordin.

Excommunicatus ex pluribus criminibus, ſi exprimendo vnum crimen in abſolutione abſolutus ſit, licet conferatur de alijs, non cenſetur abſolutus de illis, ſed adhuc ligatus eſt pro illis: & tunc valebit abſolutio impetrata, cum de alijs impetrauerit, & non ante, gl. 2. in d. cap. ex parte.

Excommunicatus ex pluribus excommunicationibus oportet, quòd à qualibet abſoluatur, & vltima confirmabit omnes præcedentes, ibid.

Excommunicatus pluribus excommunicationibus poteſt abſolui ab omnibus vna ſententia abſolutionis, expreſſa cuiuslibet excommunicationis cauſa, dummodo abſoluens habeat poteſtatem iure proprio, vel ex aliorum delegatione, ibid.

Excommunicatus iniuſtè in dubio non abſoluitur, niſi cautione præſtita de parendo mandatis Eccleſiæ, vel iudicis, cap. 1. §. ideo & ibi gl. quod veſtro. De his quæ vi. 44

Excommunicatus pro manifeſta contumacia non debet abſolui, niſi ſatisfactione præmiſſa, cap. 2. & ibi gloſ. interrogatus. De iudicijs.

Excommunicatus non liberatur ſola ſatisfactione, niſi actualis intercedat abſolutio, ibid. & cap. 2. & ibi gl. vſque. De hæreticis, lib. 6.

Excommunicatus pro manifeſta offenſa & dubia quoad quid, non debet abſolui; niſi primo ſatisfaciat pro manifeſta cauſa, & pro dubia præſtet cautionem, cap. fi. De reſtit. ſpoliat.

Excommunicatus nunquam abſoluitur ad cautelam, niſi quando excommunicatio allegatur probabiliter nulla, puta quia lata poſt appellationem, gl. fi. in cap. veniens, 38. De teſtibus.

Excommunicatus quilibet non debet abſolui ad teſtimonium dicendum regulariter, niſi non poterat probari per alios, quàm per eum, ibid.

Excommunicatus non debet abſolui, niſi prius præſtet iuramentum de ſtando mandatis Eccleſiæ, vel iudicis, cap. ad

hæc, 20. De appellat.

Excommunicatus propter aliquod delictum abſolutus, ſi reincidat in idem delictum, regulariter non reincidit ipſo facto in excommunicationem: ſed reducendus eſt per iudicem, cap. quæſtioni, 21. eod.

Excommunicatus iterum pro eodem facto durius conſequitur abſolutionem ſecundam, quàm primam, ibid.

45 Excommunicatus pro vno delicto, & abſolutus, præſtito iuramento de ſtando mandatis Eccleſiæ, ſi reincidat, & fuerit excommunicatus, & abſoluatur, debet iterum præſtare iuramentum de ſtando mandatis Eccleſiæ, gl. 2 ibidem.

Excommunicatus abſoluitur cautione recepta, licet aduerſarius, vel excommunicator, ne abſoluatur, appellet, cap. qua fronte, 25. eod.

Excommunicatus pro manifeſta offenſa non debet abſolui ante ſatisfactionem, etſi præſtet cautionem, gl. qualibet, ibid.

Excommunicatus non debet abſolui, niſi prius præſtita cautione iuratoria de parendo mandatis Eccleſiæ, niſi ſit excommunicatus pro contumacia iudiciali, quia non paret iuri; quia tunc vt abſoluatur, debet præſtare ſufficientem cautionem, quòd iuri parebit, d. cap. qua fronte, & ibi gl. cautione.

Excommunicatus pluribus excommunicationibus poteſt abſolui ab vna, & non à reliquis: intellige quatenus eſt cenſura, dd. ad gloſ. ex parte, in cap. maiores. §. ſed adhuc. De baptiſmo.

Excommunicatus non debet abſolui antequam ſatisfecerit, & ſoluerit creditori debitum, & ſumptus quos ipſe fecit propter eius contumaciam, & iudicis ſumptus, quos fecit propter contumaciam excommunicati, gloſ. 1. in cap. ad aures. 24. De ſimonia.

Excommunicatus iniuſtè ſiue vlla difficultate abſque grauamine debet abſolui, ibid.

46 Excommunicatus iniuſtè non committit ſimoniam, ſi pro abſolutione dat pecuniam, gl. 1. in cap. dilectus, 28. eodem.

Excommunicatus abſens & ignorans, ſi moriatur antequam ſciat, liber erit quoad Deum: & excommunicator debet eum abſoluere poſt mortem, dummodo ſigna contritionis apparuerint in illo de peccato, pro quo fuit excommunicatus, gl. 2. in cap. Apoſtolicæ. De clerico excommunicato.

Excommunicatus ex pluribus cauſis, ſi in abſolutione non expreſſit omnes, non habetur pro abſoluto, cap. cum pro cauſa, & ibi gloſ. 2. De ſententia excommunicationis.

Excommunicatus ex pluribus cauſis, ſi indeterminatè & non expreſſa aliqua cauſa fuerit abſolutus, tunc ab omnibus eſt abſolutus, gl. fi. ibid.

Excommunicatus qualitercumque ſit, ſiue vna ſententia, ſiue pluribus ſententijs, & pluribus & diuerſis cauſis, ſi verè vult abſolui, omnem cauſam pro qua, vel pro quibus fuit excommunicatus, debet exprimere in abſolutione ſua: quia pro vna quaque ſola fuit excommunicatus, & vna ſententia abſolutionis ſufficit ad plures excommunicationes, dummodo exprimantur omnes cauſæ: alias non tenet abſolutio per ſurreptionem obtenta, d. gl. fi. in fin.

Excommunicato decedenti in excommunicatione, quantumcumque contritus deceſſerit, non eſt communicandum ante abſolutionem; nec pro eo eſt orandum, licet ſit quoad Deum abſolutus, cap. à nobis, 28. eod.

Excommunicatus, in quo apparuerunt ſigna contritionis, abſoluitur poſt mortem ab eo, à quo viuens erat abſoluendus, & ad ſatisfaciendum pro eo compelluntur eius hæredes, ibid.

47 Excommunicatus licet poſſit abſolui in articulo mortis à ſimplici ſacerdote: tamen poſt mortem non abſoluitur, niſi ab eo, à quo viuens erat abſoluendus, ibid.

Excommunicati iuramentum de ſtando mandatis Eccleſiæ non habet vim abſolutionis, cap. quod in dubijs, 30. eodem.

Excommunicatum ſalutans Papa ſuis literis non propter hoc cenſetur eum abſoluere, cap. ſi aliquando, 41. eod.

Excommunicatus videtur contemnere excommunicationem, non petendo abſolutionem, quantumcumque proponat eam iniuſtam, cap. per tuas, 40. eod.

Excommunicatus à pluribus Prælatis ob plures cauſas non eſt communioni reſtituendus, licet de vna cauſa velit ſatisfacere, etſi impetretur abſolutio, tacitis alijs cauſis, non valet abſolutio, cap. officij, 42. eod.

Excommunicatus pluribus excommunicationibus à diuerſis Prælatis, abſolutus ab vno Prælato, non debet denunciari abſolutus; nec debet communicari, donec fuerit abſolutus ab alijs Prælatis, gl. fi. ibid.

Excommunicatus minori excommunicatione poteſt aliquem abſoluere ab excommunicatione, cap. duobus, 56. eod.

Excommunicatus vel interdictus pro contumacia, vel offenſa dubia, abſolui debet præſtita cautione de ſtando iuri, cap. ex parte, 23. De verb. ſignif.

Excommunicatus pro contumacia debet abſolui, præſtita cautione: nec tenetur ſatisfacere, antequam abſoluatur, ibidem.

Excommunicatus ſi ſit ita pauper, quòd non poſſit præſtare ſatisfactionem, ad hoc vt abſoluatur, ſufficit quòd præſtet cautionem, quòd ſatisfaciet, cum peruenerit ad pinguiorem fortunam: & ſi non poſſit præſtare talem cautionem, tunc præſtabit iuratoriam, ibid.

Excommunicatus non eſt abſoluendus, etiam ad cautelam, niſi vocata parte, cap. ſolet. De ſententia excommunicat, lib. 6. 48

Excommunicatus pro manifeſta offenſa, non poteſt abſolui, niſi prius ſatisfaciat: ſecus eſt pro dubia offenſa, ibid.

Excommunicatus dicens excommunicationem iniuſtam, ſi pro relaxatione excommunicationis adiuit ſuperiorem, in principio cauſæ, ante omnia, abſolui debet, recepta cautione de ſtando iuri: niſi excommunicator vel aduerſarius offerat ſe probaturum intra octo dies, quòd fuit excommunicatus pro manifeſta offenſa, cap. venerabilibus, §. porro, eodem.

Excommunicatus pro manifeſta contumacia non debet abſolui, antequam ſatisfaciat de expenſis, & iudicio ſiſti cautionem exhibeant, d. cap. venerabilibus, §. ſicut.

Excommunicatum iniuſtè ab inferiore debet ſuperior remittere abſoluendum ad excommunicatorem: ſi tamen abſoluerit ipſe, tenet abſolutio, d. cap. venerabilibus, §. ſane.

Excommunicatus in caſu neceſſitatis poteſt abſolui etiam ab alio, qui non ſit eius iudex, cap. eos qui, 22. De ſententia excommunicat. lib. 6.

Excommunicatus non debet abſolui, niſi prius ſatisfaciat, clem. 1. De ſepult. clem. 2. De hæret. can. omnes illi, 6 qu. 1. gl. 1. in can. ſi inimicus, 11. q. 3.

Excommunicati ob male ablata non debent abſolui, etiamſi cautionem præſtiterint, niſi illa prius reſtituant, clem. præſentati, & ibi gl. pe. De cenſibus.

Excommunicati ob male ablata licet reſtituant male ablata, eſt neceſſaria eis abſolutio, gl. donec, ibid. 49

Excommunicatus non debet abſolui, niſi recognoſcat errorem, clem. 1. De conſangu. & affin.

Excommunicatus à ſynodo non poteſt abſolui per ſingulos Prælatos de ſynodo: ſed ab ipſa ſynodo eſt abſoluendus, can. ſi quis, 1. & 20 diſt. 18.

Excommunicatus a concilio Prouinciali non poteſt abſolui per ſingulares Prælatos de concilio, can. propter, diſt. 18.

Excommunicatus antequam abſoluatur, debet pœnitentiam delicti ſuſcipere, ſi fuerit excommunicatus pro illo, can. fi. diſt. 50.

Excommunicatus poſt appellationem poteſt de facto petere abſolutionem ad cautelam: ſi vero appellatio non tenet, tunc poteſt talis excommunicari poſt abſolutionem, gl. fi. in can. quotiens, 2. q 6.

Excommunicatum ab Archidiacono poteſt Epiſcopus abſoluere, cum Archidiaconus ſit Epiſcopi vicarius, gloſ. 2. in can. nullus Primas, 9. q. 3.

Excommunicatus non eſt abſoluendus, niſi per excommunicantem, vel ſuperiorem, habentem ſuper hoc poteſtatem, can. ſi quis à proprio, 11. q. 3

Excommunicatus à canone poteſt abſolui ſecundum diſtinctionem cap. nuper. De ſententia excommunicat. gl. fi. in can. ſi inimicus, 11. q. 3.

Excommunicatus abſolui poteſt, etiam aduerſario ignorante, niſi ſit excommunicatus pro crimine: quo caſu opportet, vt primò ei ſatisfaciat, gloſ. 1. in can. excommunicatos, 11. q. 3.

Excommunicatus quis ad querelam alicuius abſolui non debet, aduerſario ignorante: ſed ſi ſit excommunicatus non ad alicuius querelam, tunc ſuperior poteſt eum ſtatim abſoluere, gl. 1. ibid.

Excommunicatum à ſuo Epiſcopo non debet ſuperior abſoluere: ſed debet eum remittere abſoluendum ad ſuum Epiſcopum, etiamſi appellatum ſit ad ipſum: quod verum, cum evidens eſt ſententiam eſſe iuſtam, alioquin ſecus, gl. fi. in can. ſeruetur, 11. q. 3. 50

Excommunicatus non debet abſolui, niſi reſipiſcat, & Eccleſiæ ſatisfaciat. can. canonica, 11. q. 3.

Excommunicatus ſolemniter, data ſatisfactione, debet reconciliari Eccleſiæ ſecundum formam expreſſam in canon. cum aliquis, 11. q. 3.

Excommunicatus pro contumacia, præſtita cautione, abſolui poteſt, gl. 2. in can. de Presbyterorum, 17. q. 4.

Excommunicatus pro delicto euidenti, non debet prius abſolui, quam ſatisfaciat. ibid.

Excommunicatus iniuſtè debet petere abſolutionem à maiori Prælato: ſed excommunicans iniuſtè debet priuari communicatione ſpatio triginta dierum, can. de illicita, 24. q. 3.

Excommunicatus ab Epiſcopo non poteſt eo inconſulto reconciliari, niſi ab eius Metropolitano, vel à Papa, in ſumma, 25. q 6

Excommunicatos à ſacerdotibus poteſt Epiſcopus reconciliare: ſed excommunicatos ab Epiſcopis non poſſunt ſacerdotes reconciliare, ibid.

Excommunicatus ab Epiſcopo ſi fuerit in periculo conſtitutus, debet Presbyter Epiſcopum abſentem conſulere, & eius authoritate excommunicatum reconciliare Eccleſiæ, can. Aurelius, 26. q. 6.

Reliqua

Reliqua in verbo, Debitor, 2. 3. Abſolutio. 5 6 7. Abſoluere, 1. 2. 3. 4 Contumax, 6. 7. Excommunicatio, 25.

EXCVSARE poteſt ſe quis propter ſuorum infirmitatem, ſicut propter timorem ſuorum: item propter intemperiem loci, gl. ſuorum, in can. communis, diſt. 23.

Excuſanti ſe propter impedimentum non creditur, niſi aliud probet, can. Infames, §. ſi vero, 3. q. 7.

Excuſatio rationabilis ſemper intelligitur excepta in omni edicto, vel iuramento, gl. 1. in cap. de cætero. De ſententia excommunicat.

Excuſationes fucatæ, & friuolæ reprobantur, clem. 1. De ſententia excommunicat.

Excuſatoribus credendum eſt ad certificationis impedimenti finem: & oportet quòd ſint duo, cap. 2. De procuratoribus.

Reliqua in verbo, Allegare. Citatus, 1. 2. 3. 6.

1 **EXECVTIO** ſententiæ differri non debet, niſi incontinenti probetur exceptio, gloſ. 1. in cap. cum contingat. 24. De reſcript.

Executio ſententiæ quando alicui commiſſa eſt, non poteſt quis aſſumere ſibi cognitionem de iuſtitia vel in iuſtitia ſententiæ, cap. paſtoralis, §. quia vero, & ibi gl. & ſi ſciat. De officio deleg.

Executio mera dicitur, quando partibus præſentibus, vel altera parte contumaciter abſente, ſeruato tamen ordine iudiciario, cognitum eſt de cauſa ab aliquo, & ille mandat alicui, quòd ſententiam ſuam exequatur, d. gl. & ſi ſciat, & ibi add. marg. ibid.

Executio mixta dicitur, quæ habet cognitionem annexam, & cum Papa mandat alicui, reſtituit rem ſuam: & tunc ille habet iuriſdictionem cognoſcendi, cum talis executio fieri non poſſit, niſi præcedente cognitione, ibid.

Executio ſententiæ petitur vigore ſententiæ confirmantis, gl. fi. in cap. coram, 34 De offic. deleg.

Executio eſt effectus ſententiæ, cap. ſuſcitata. De reſtitut. in integr.

Executio ſententiæ in perſonali actione debet fieri intra quatuor menſes, gloſ. fi. in cap. ſi quis contra clericum. De foro compet.

Executio debiti impeditur fieri contra eum, qui non eſt ſoluendo, cap. olim, 16. De reſtit. ſpoliat.

Executio ſententiæ impeditur, ſi probatur de appellatione interpoſita, & de iniuſtitia ſententiæ: vel quando falſi quæſtio appoſita eſt contra ſententiam, gl. appellationem, in cap. veniens, 38. De teſtibus.

Executioni mandanda non eſt ſententia lata inter me & te, ſi ius alterius partis læditur, gl. audiendus, ibid.

2 Executio ſententiæ eſt delegabilis, cap. de cætero, 4. De re iudicat.

Executio ſententiæ quando eſt commiſſa alicui, coram eo poteſt allegari ſententiæ nullitas, ſuper qua ipſe executor non cognoſcit, ſed remittit ſuperiori, & interim ſuperſedetur in executione, d. cap. de cætero, & ibi gl. 1.

ab Executione ſententiæ non poteſt appellari, niſi modus in executione excedatur, cap. quod ad conſultationem, 15 eod.

Executio ſententiæ vt differatur, oportet quòd tertius appellans ſummariè doceat de iure ſuo; ſed ad reſcindendam ſententiam, oportet quòd plene doceat de iure ſuo, gl. 2. in cap. cum ſuper, 17. eod.

Executio ſententiæ non debet fieri appellatione pendente: & ſi facta ſit, debet reuocari, cap. 3. & ibi gloſ. 1. De confirmat. vtili.

Executio teſtamenti ſi non fiat intra annum à die monitionis per debentem exequi, deuoluitur executio ad Epiſcopum, cap. 3. De teſtament.

Executionem ordinum & aliorum ſacramentorum habens poteſt eam conferre, gl. non carent, in cap. fi. De clerico excommunic.

Executio non eſt de ſubſtantia gratiæ: vnde poteſt eſſe gratia ſine executione, cap ſi ſuper gratia, 9. De officio deleg. lib. 6.

Executio ſententiæ per viam attentati non retractatur in cauſa notoria, cap. non ſolum. De appellat. lib. 6.

3 Executio ſententiæ prompta debet eſſe, gloſ. mobilium, in extrauag. ad conditorem. Ioann. 22.

ad Executionem ſententiæ regularis non admittitur exceptio, can. ſicut ſine, 2. q. 1.

Executio ſententiæ non eſt differenda; ſed ſtatim eſt adhibenda, ibid.

Executio ſententiæ differenda eſt, ſi incontinenti volo probare ſententiam iniuſtam, gl. non poteſt, in can. ei qui, § executore, 2. q. 6

Executio ſententiæ latæ à principe ſuper pœna corporali debet per executores vſque ad dies triginta differri, vt ſi ratio ſuaſerit, corrigi poſſit, quod furore fuerit promulgatum, can. cum apud, 11. q. 3

Exequenti ſententiam nullam poteſt violenter reſiſti, etiam per tertium, cap. ex literis, & ibi gl. de nunciatis. De officio deleg.

per Executiua verba profertur ſententia excommunicationis, can. ſi quis, 1. & 2. diſt. 18.

Reliqua in verbo, Delegatus, 2. 3. 28. Sententia, 64. vſque 67 Iudex 91. Ordinatus, 1. Ordinarius.

EXECVTOR non tenetur obedire mandato iudicis, niſi 1
primò probetur mandatum, gl. ſine ſpeciali, in cap. nonnulli, 28. §. fi. De reſcript.

Executor quandoque datur ad prouidendum, quandoque ad exequendum, cap. Abbatem, 40. De reſcript.

Executor datus ſimpliciter ad faciendum prouideri poteſt excommunicare contradicentes, licet in literis non exprimatur, gl. faceret, ibid.

Executores mandatorum Apoſtolicorum ad beneficia dicuntur iudices, cap. veniens. De renunciat.

Executores, qui mandata iudicum exequuntur, ordinari non poſſunt, niſi prius depoſito officio, & ſæua præcepta non exercuerint: nam tunc etiam depoſito officio ordinari non poſſunt, cum irregularitatem contraxerint, cap. 1. & ibi gl. 2. De obligatis ad ratioc.

Executor nullam habet cognitionem, ſed exequitur factum purè, cap. ſuper quæſtionem, 27. De officio delega.

Executor dicitur propriè, qui rem iudicatam ducit ad effectum, gl. executorem, ibid.

Executor partes iudicis ſibi vendicare non debet, quia non habet aliquam cognitionem, ibid.

Executor impropriè dicitur ille, qui aliquem certum articulum ex commiſſione examinat, & de eo cognoſcit, vt referat, non vt decidat, quando committitur nuda receptio teſtium, ibid.

Executor ſi modum ſibi datum excedat, ab eo poteſt ap- 2
pellari ad delegatum, non ad delegantem, gl. modum, ibid.

Executor datus ad media cauſæ & proceſſus dicitur auditor, d. cap. ſuper quæſtionum, §. verum.

Executor merus non poteſt aliquid de iuſtitia vel iniuſtitia ſententiæ cognoſcere, cap. paſtoralis, §. quia vero, & ibi gl. & ſi ſciat, eod.

Executor merus, ſi ſciat euidenter ſententiam nullam, vt quia ſit lata authoritate falſarum literarum, vel per dolum aduerſarii, debet ſuperſedere executioni, dummodo maliciosè & calumniosè non proponantur: & tunc referr negotium ſuperiori, d. gl. & ſi ſciat.

Executor ſi ſit datus ordinarius, vel deputatus executionibus ſententiarum debet admittere exceptiones ſuper nullitate ſententiæ, non tamen debet ſuper ea pronunciare, ne ſuperioris ſententiam irritet; ſed ſolum cognoſcit ad finem ſuperſedendi & remittendi, ibid.

Executor non debet differre executionem, quando calumniosè coram eo obiiciuntur exceptiones nullitatis ſententiæ, & ſimiles, ibid.

Executor dicitur habere cognitionem annexam, quando Papa mandat alicui dari beneficium coram tali executore: quia intelligitur, ſi mandatarius ſit idoneus, ſuper quo per Papam nihil eſt cognitum, ibid.

Executor habet iuriſdictionem ſiue correctionem, ſaltem circa executionem actuum, cap. ex literis, 29. & ibi gl. ſubdelegatus, eod.

Executor merus poteſt proferre ſententiam interdicti in perſonam, d. cap. ex literis, & ibi gl. denuncietis.

Executoris appellatione comprehenditur delegatus, cap. ſi quis contra clericum. De foro comp.

Executor merus vltra executionem nullam habet cognitio- 3
nem: & ita debet referre ſuperiori quæſtionem fraudis, quæ opponitur contra ſententiam, cap. de cætero. De ſentent. & re iudi.

Executor partes iudicis non debet aſſumere gloſ. 1. ibidem.

Executor poteſt multipliciter excedere modum: veluti quando iudex executionis facit quod ſibi mandatur, & plus aggrauando illum, contra quem fit executio, & tunc tenet ſententia: vnde neceſſaria eſt appellatio, gl. fi. in cap. quod ad conſultationem, eod.

Executor vendicans partes iudicis dicitur modum excedere, & nulla eſt ſententia, ibid.

Executor ſi velit præuenire tempus quadrimeſtre, vel male interpretetur ſententiam, dicitur excedere modum ibidem.

Executor non admittens exceptionem excommunicationis, aut quæſtionem falſi, vel aliam exceptionem, per quam retrò nullum fiat iudicium, dicitur modum excedere, ibidem.

Executor dicitur modum excedere, ſi innouatio facta ſit poſt rem iudicatam: quia tunc mutatur ordo executionis, ibidem.

ab Executore appellari non poteſt, niſi modum excedat in exequendo, gl. fi. in cap. 3. De appell.

Executor merus non recuſatur, nec ab eo poteſt appellari, niſi modum excedat: maximè ſi eſt datus cum clauſula, *appellatione remota*, cap. nouit ille, 43. eod.

ab Executore licet non appelletur: tamen appellari poteſt à pronunciatione iudicis de exequendo, d. cap. nouit.

Executor

4 Executor merus dicitur ille, qui nullam habet cognitionem, ſed tantum executionem, gl. ab executoribus, ibid.

ab Executore mero ſicut non poteſt appellari, ita is non poteſt recuſari: ſed ab eo, qui non eſt merus executor, rectè poteſt appellari, & is etiam recuſari, gloſ. fin. ibidem.

Executor deputatus ad beneficia ſi non admittit exceptionem legitimam, licitè ab eo appellatur, cap. dilecto, 63. eodem.

Executor teſtamentarius ad diſtribuenda bona inter pauperes poteſt diſtribuere inter pauperes conſanguineos, argum. gl. fi. in cap. 1. De cohabit. clericorum.

Executor datus ad faciendum prouidere aliquem, non poteſt ipſe prouidere, gl. inueſtiuit, in cap. pro illorum, 22. De præbend.

Executor ad beneficia poteſt, ſi vult, aſſumere partes iudicis inter partes, & interloqui in cauſa, & pronunciare ſe non eſſe executorem, cap. dilectus, 34. eod.

5 coram Executore ad beneficia poteſt is, cuius intereſt, ſuas exceptiones proponere, ibid.

Executor datus ad beneficia prouidenda poteſt primum vacaturum ſibi reſeruare, & collatori ordinario interdicere, ne conferat, gl. 2. in cap. fi. eod.

Executor datus ad dandum alicui canonicatum vel beneficium non poteſt prouidere vel conferre ei beneficium, vel canonicatum, niſi prius vacet, cap. propoſuit, & ibi gl. 3. De inſtitutio.

Executor datus ad prouidendum in defectum Ordinarij, Ordinario nolente conferre, poteſt prouidere, gloſ. 1. in cap. cum noſtris. De conceſ. præbendæ.

Executor datus ad compellendum Ordinarium, vt conferat beneficia, non poteſt ipſe conferre, vel prouidere, Ordinario nolente conferre, d. gl. 1.

Executor deputatus vt mittat aliquem in poſſeſſionem, non poteſt excommunicare contradictores, niſi apponatur clauſula, *contradictores per cenſuras* &c. dd. reprobat. d. gl. 1.

Executores teſtamentorum poſſunt deputari religioſi, clerici, ſeculares, & etiam laici, cap. tua nobis. De teſtamen.

Executores teſtamentorum non poſſunt commutare vſum deſtinatum per teſtatorem, ibid.

Executores teſtamentarij moniti ab Epiſcopo, ſi non adimpleuerint voluntates defunctorum, perdunt omne lucrum, quod inde eſſent habituri: & Epiſcopus exequitur illas voluntates, gl. fi. ibid.

Executor teſtamentarius, qui ſuſcepit illud officium, cogi poteſt ab Epiſcopo exequi teſtatoris voluntatem, cap. pen. eod.

Executores nullam habent iuriſdictionem, cap. ſicut olim, 25. De accuſat.

Executoris datio debet eſſe certa & nominata, & ſic non ſufficit generalis, cap. tibi qui, 12 & ibi gloſ. 1. De reſcript. lib. 6.

6 Executores quandoque dantur in literis beneficialibus, qui partim habent poteſtatem compellendi, & partim poteſtatem conferendi, ibid.

Executor habet poteſtatem inhibendi, & decernendi nullum id, quod eſſet factum contra ipſius præceptum, ibidem.

Executor literarum Apoſtolicarum debet eſſe certus, & habet delegatam iuriſdictionem, gl. 1. ibid.

ab Executore Apoſtolico geſtum, dicitur geſtum authoritate Apoſtolica, cap. ſi pro te, 13. eod.

Executoris datio ad prouidendum ſatis videtur habere vim reſervationis: nec tamen ſine decreto afficit ante præſentationem, gl. prouiſionem, in add. in cap. ſi eo tempore, 45. De elect. lib. 6.

Executores dati à Papa dicuntur habere delegatam iuriſdictionem, cum æquiparentur delegatis, cap. cum plures. De officio delegat. lib. 6.

Executor ſuper gratia facta datus à Papa, mortuo Papa, etiam re integra, gratiam exequitur, cap. ſi ſuper gratia, eod.

Executoris poteſtas non datur principaliter quoad gratiam, ſed potius acceſſoriè, d. cap. ſi ſuper gratia, & ibi gl. 1. eod.

Executor dicitur habere delegatam poteſtatem, d. gl. principalis.

7 Executor datus à Papa, vt prouideat certæ perſonæ, expreſſo nomine eius, poterit ſubdelegare: ſecus ſi datus ſit generaliter, vt prouideat Eccleſiæ, non expreſſa perſona, niſi habeat ſpeciale mandatum, cap. is cui, 12. eod.

Executori data poteſtas ſuper gratia facienda, expirat expirante gratia, cap. præſenti. De officio legat. lib. 6.

Executorum à Papa datorum poteſtas ſuper gratia facta, etiam re integra, & ſuper facienda etiam re non integra, etiam poſt mortem Papæ durat, gl. finitur, ibid.

Executoribus vltimarum voluntatum pluribus ſimul & ſimpliciter datis, vnus ſine altero ſpeciali iure admittitur ad illarum executionem, gloſ. admitti, in cap. ſi duo. De procuratoribus, lib 6.

Executor merus debet admittere exceptionem excommunicationis, gloſ. executionem, in cap. 1. §. fi. De exceptio. lib. 6.

Executoris poteſtas non extenditur ad non comprehenſa in reſcripto, cap. ſi clericus, §. verum. De præbend. lib. 6.

Executores deputati in literis beneficialibus etiam legatorum debent eſſe certi, cap. ſi Apoſtolicæ, 22. eod.

Executorum poteſtas ſuper gratia iam facta non expirat re integra, ſicut nec ipſa gratia, cum ſit acceſſoria ad gratiam, gl. fi. in cap ſi cui nulla, 36. eod.

Executor datus ad conferendum primam vacantem, poteſt 8
in genere conferre, ante vacationem, primam quæ vacauerit, cap. 1. §. dicebat. De conceſſ. præbend. lib. 6.

Executor Papæ poteſt apponere decretum in his, quæ continentur in eius mandato, ita quod irritum ſit factum, d. cap. 1. § ex parte.

Executor datus ad prouidendum de beneficio, quod impetrans duxerit acceptandum, non poteſt conferre, antequam ille acceptet, ibid.

Executor habens poteſtatem conferendi poteſt interdicere collationem ei, ad quem pertinet de iure: & reſeruare ſibi collationem, & decernere irritum, quod poſtea fieret, ſicut & legatus, gl. & irritum, ibid.

Executor habens poteſtatem conferendi poteſt ſuſpendere Ordinarium à collatione beneficij, d. gloſ. & irritum, & ibi add.

Executores dati ad beneficia conferenda debent eſſe certi, cap. ne captandæ, eod.

Executor Papæ deputatus in prouincia ſuper alicuius prouiſione facienda, ſine ſpeciali mandato non poteſt inhibere generaliter collationem beneficiorum prouinciæ: ſpecialiter tamen poteſt reſeruare primum, & etiam inhibere; ſed vlterius non poteſt ſine mandato: nec tunc facta collatio contrà tenet, cap. executor, 4. De conceſſ. præbend. lib. 6.

Executor datus ad conferendum poteſt reſeruare & inhibere, ibidem.

Executor datur quandoque non habens principaliter poteſtatem compellendi, ſed in ſubſidium conferendi, cap. ſi capitulo, eod.

Executorem ad prouidendum quando dat Papa, videtur ad 9
ſe vel ſuum executorem prouiſionem reuocare: & ſic per
conſequens videtur Ordinario adimere. Sed quando dat
executorem ad compellendum, tunc poteſtatem ad ſe
non reuocat, nec adimit: imo potius petes ipſum permittit, dum vult ipſum ad prouiſionem compelli, gl. exequatur, ibid.

Executor datus in ſubſidium ad prouidendum poteſt aſſignare terminum, intra quem Ordinarius debet conferre, licet hoc non exprimatur in mandato, d. cap. ſi. à capitulo, §. into ſi, & ibi gl. terminum.

Executoris inhibitio facta ordinario collatori habet vim effectiuam beneficij in litteris contenti, etiam ſi non apponatur decretum irritans, cap. ſi ſoli, §. niſi nos, eodem.

Executor poteſt apponere decretum, etiamſi in litteris beneficialibus non fuerit inſertum, ibid.

Executor Apoſtolicus poteſt apponere decretum in ſuis inhibitionibus, cap. fi. §. ſane, eod.

Executor vltimæ voluntatis dicitur habere officium, cap. religioſus. De teſtam. lib. 6.

Executor poteſt deputari non ſolum in teſtamento: ſed etiam in qualibet voluntate vltima, ibid

Executores teſtamentarii poſſunt eſſe religioſi Monachi, & canonici regulares, & religioſi clauſtrales cum licentia ſuorum ſuperiorum, d. cap. religioſus: & ibi gl. 1.

Executores vltimarum voluntatum de conſuetudine poſſunt 10
eſſe minores 25. annorum, & etiam fœminæ, quidquid fuerit de iure, gl. 1. ibid.

ab Executoribus vltimarum voluntatum hodie, etiam ſi ſint religioſi exempti, Epiſcopus exigit rationes: & ſi circa id deliquerint, illos punit. gl. officium, in d. cap. religioſus.

Executoribus vltimæ voluntatis datis pluribus, vno mortuo vel exiſtente in remotis, vel exequi nolente, vnus exercebit officium executionis, ne impediatur teſtatoris voluntas: niſi aliud per teſtatorem diſponatur, d. cap. religioſus, §. 1.

Executorium officium eſt voluntarium à principio, ibid.

Executore mortuo, officium executoris non tranſit in hæredem eius: quia videtur electa induſtria, & amicitia eius, gl. mortuo, ibid.

Executorum vnus ſi non diſtat multum, nec ſit in remotis, debet vocari: & ſi in termino aſſignato non venerit, procedet ſocius ſine illo: ſed ſi ſit in remotis, tunc nec debet vocari, gloſ. in remotis, in d, cap. religioſus, §. 2.

Executoribus duobus à teſtatore datis cum clauſula, *ne alter ſine altero procederet*, ſi aliter nolit exequi, vel ſit mortuus, reliquus non poteſt exequi; ſed ſeruabitur id, quod teſtator eo caſu prouidit: quòd ſi teſtator non prouidit, Epiſcopus exequetur: gl pe. ibid.

Executoris officium commiſſum ſub nomine dignitatis non tranſit ad ſucceſſorem, quando ſub nomine dignitatis commiſſum

miſſum ſuit propinquo : quia tunc licet nomen non fuerit expreſſum, tamen affectione perſonæ factum fuiſſe id cenſetur ; & ideo non tranſit in ſucceſſorem : ſecus ſi id fuiſſet in extraneo, gl. pe. ibid.

Executorum datorum poteſtas ad gratiam non perit re integra morte concedentis, ſicut nec gratia : quia poteſtas illa eſt acceſſoria ad gratiam, gl. 2. in reg. acceſſorium, 42. De regul, iur. lib. 6.

Executor datus ad prouidendum alicui, ſi per inquiſitionem ſolertem non inuenerit eſſe laudabilis vitæ & honeſtæ conuerſationis, non videtur executor purus facti, & ideo poteſt alteri committere vices ſuas, clem. 1. De officio deleg.

11 Executores gratiæ habent iuriſdictionem delegatam, gl. executores, ibid

Executor Papæ poteſt conferre beneficia ad Papam deuoluta, clem. ſi de beneficio, & ibi gl. ſiue ad nos. De præbend.

Executore Papæ ſciente, ſi vacuit ex ſua negligentia vltra ſex menſes beneficium, quod vice Papæ conferre poterat, nihilominus poteſt conferre : quia executori habenti poteſtatem conferendi in deuolutione non currit tempus, gl. Epiſcopiſ. in d. clem. ſi de beneficio.

Executor Papæ maior eſt Ordinario, gl. executorem, in clem. 2. De conceſ. præbend.

Executores teſtamentorum etiam exempti debent ad requiſitionem Ordinarij reddere rationem de officio executionis, quod geſſerunt, clem. 2. De teſtam.

Executor dicitur ille, qui deputatus ad executionem teſtamenti, d. clem. 2.

Executor teſtamenti, etiamſi à teſtatore fuerit liberatus de reddenda ratione adminiſtrationis, nihilominus tenetur reddere æquo arbitrio iudicis, gl. reddere, ibid.

Executor teſtamenti, etiam non petentibus Ordinarijs, debet reddere rationem : item tenentur locorum Ordinarij exigere rationem, gl. exigere ibid.

Executori teſtamenti non imputabitur, ſi offerat rationem adminiſtrationis, & loci Ordinarius nolit recipere, ibidem.

12 Executores gratiarum, & iudices cauſarum, à ſede Apoſtolica deputati, in diœceſibus iam diuiſis, procedere poſſunt, vt ante diuiſionem poterant, extrauag. ſedes Apoſtolica. Ioannis, 22. & inter communes. De offic. deleg.

Executores debent prouidere ſecundum mandatum de prouidendo, & per mandatum de compellendo compellere, gl. modo, ibid.

Executor ad gratias poteſt procedere, cauſa non cognita, gl per executores, ibid.

Executor dicitur ille, qui gratiam à principe factam, vel iuſſam fieri, ad effectum deducit. gloſ. executores, in extrauag. ſedes Apoſtolica. De officio deleg. inter communes.

Executorum genera duo ſunt : quidam dantur ad prouidendum, quidam ad compellendum : & talis dicitur habere literas authoritatis ; quandoque dicitur habere literas facultatis, vt quando datur Ordinario poteſtas, quòd poſſit aliquem recipere, ibid.

Executor ſine aliqua cauſæ cognitione ſummariè poteſt in executione prouiſionis vel compulſionis procedere : dummodo tamen non excedat fines mandati, nec nimis ſeſtinet, cum ſit verus executor, ibid.

Executores quotidie ſuos proceſſus faciunt in abſentia partium, & eis non vocatis, vbicumque & quomodocumque eis placet, ibid.

Executori, ſi coràm eo proponatur aliqua, non ad recuſandam eius perſonam, cum hoc fieri non poſſit ; ſed ad probandum reſcriptum ſurreptibile, vel falſum, bene poteſt admittere & cognoſcere ſi voluerit, vel ſuo ſuperiori intimare., ibid.

13 Executor poterit procedere ad prouidendum, & prouidere ſi voluerit, non obſtante contradictione alicuius, appellatione, ſeu propoſita exceptione : quia appellari non poterit, ex eo quòd non admiſerit exceptionem probabilem : niſi alias conſtaret de veritate, ibid.

Executor non tenetur expectare caſſationem collationis factæ per alium executorem, ſeu ordinarium, de illo beneficio, de quo ſuo impetranti prouidere intendit, ibidem.

Executor ad prouidendum, corrigendo errorem ſuum, & ſic prouidendo de ſecundo, declarato primò quòd prouiſio facta per eum prius non tenuit, vel etiam declarato prius tale beneficium poſſe cadere ſub gratiam, in qua datus eſt executor, non habet neceſſe partes vocare, nec alias iuris ordinem obſeruare, ibid.

Executores poſſunt conſtitui, illæ perſonæ, quæ poſſunt conſtitui delegati, & etiam rectores ſimplicium beneficiorum, & clerici in minoribus beneficijs conſtituti, vt fit quotidie in talibus executoribus gratiarum, & ſententiarum, ibid.

Executores gratiarum non poſſunt eſſe laici, nec bigami, ſeu aliàs carentes priuilegio clericali, ibid.

Executor gratiarum poteſt eſſe Prior, vel religioſus, etiam ſine certa ſcientia Papæ : & etiam conſtitui poteſt Iudex : non tamen ob id eximitur a poteſtate Abbatis ſui, ibidem.

Executores gratiarum, admittendo rationabiles exceptiones propoſitas contra reſcripta ſeu gratias, & cognoſcendo de ipſis, quaſi iudices cauſæ eſſe, & iuriſdictionem contentioſam habere incipiunt, ibid.

Executor duplex eſt ; merus, & mixtus, gloſ. iudices ibidem. 14

Executor ſi habet meram executionem, non appellatur ab eo, niſi mandati fines excedat : & ſi ſuſpectus eſt, non appellatur ab eo, niſi obijciatur talis crimen coram eo : & tunc, ſuperſedebit executioni, gl. non poteſt, in cap. et qui, §. ab executione, 2. q. 6.

Executor habens mixtam executionem poteſt recuſari propter ſuſpicionem : & talis executor audiet, & admittet exceptiones rationabiles, quantumcumque ei abſolutè ſcribatur, ibid.

Executor licet ſit mixtus, non poteſt appellari à grauamine, vel iniuria, ibid.

Executor, cui Papa mandat, vt aliquem excommunicet, non poterit abſoluere, gloſ. fin. in canon. peruenit, 7. q. 1.

Executor poteſt cognoſcere ſummatim de incidentibus quæſtionibus, gloſ. cognoſcator, in canon. decreti §. & ſi 25. q. 2.

Executor merus tenetur exequi ſententiam, licet ſciat eam iniuſtam : ſecùs ſi ſit euidens ſententiam eſſe nullam, & per inſtrumenta falſa latam. ibid.

Reliqua in verbo, Appellari, n. 19. 20. Epiſcopus, 30. Voluntas, n 3. Sententia, 64. vſque 67. Litera, 23. vſque 28.

EXHEDRAE dicuntur quædam voltæ, quæ exterius adhærent parietibus Eccleſiæ, gl. 2. in can. præcipiendum, 23. q. 8.

EXEMPLARI non creditur, niſi oſtendatur originale, cap. 1. De fide inſtrumen.

Exemplari non datur fides, niſi illud exemplar ſit ſumptum & publicatum iudicis authoritate, & vocata parte, quæ prætendit intereſſe, gl. a. ibid.

ſuper Exemplari quando oritur dubitatio, recurrendum eſt ad originalia, cap. quoniam contra. De probatio.

in Exemplari ſi aliter ſit ſcriptum, quàm in originali, præſumitur exemplar falſum, niſi probetur, quòd additio fuit facta per habentem poteſtatem, cap. cum Matthæ. De celebrat. Miſſarum.

Reliqua in verbo, Tranſumptum.

EXEMPLVM Dei tenemur nos ſequi, & quod ipſe fecit, tenemur & nos facere, can. renicie, diſt. 3c.

ab Exemplo principum argumentandum eſt, gl. Lotharius, in cap. venerabilem, 34. De electio.

Exemplis veteris teſtamenti licitè iudicamus, maximè ſi ſint diuina, cap. 2. De præſumptio.

Exemplis principum approbatis, rectè iudicare poſſumus, ibid. & cap. verum. De iureiur.

Exemplis paucorum non eſt vtendum, ſed plurium ſic, gl. exempla, in can. de quibus, diſt. 20.

in Exemplum trahitur a minoribus, quod factum eſt a maioribus, cap. cum quidam. De iureiur.

Exemplis licet non ſit iudicandum, in quantum in alios eſt iudicatum : tamen in quantum inter eoſdem, inter quos ſententia facit ius, illis exemplis poteſt præiudicari, cap. cum inter vos. De re iudicat.

Exempla diuina debent eſſe regula noſtra, extrauag. diuinis exemplis. De pœnis, inter commun.

Exemplis contrarijs iuri diuino non eſt iudicandum : ſecus ſi concordant cum iure, can. ſana, diſt. 19.

Exempla illa tantum ſunt ſequenda, quæ digniora ſunt imitatione, quantum excellentiora pietate, ibid.

Exempla non ſunt ſemper imitanda, gl. ſed illa, ibid.

Exemplum Papæ ſequendum eſt, ibid.

Exemplis priuatæ perſonæ non eſt vtendum, ſed bene exemplis publicæ perſonæ, vt exempla principis Apoſtolorum, gl. exempla, in can. de quibus, diſt. 20.

Exemplis iudicandum eſt, cùm ſunt Romanorum Pontificum, can. ſummittitur, diſt. 21.

Exemplis iudicandum eſt quandoque, can. ponderet, diſt. 50.

ab Exemplis argumentari licet, can. qui ſludet. 22. 1. q. 1. can. mutationis, 7 q. 1. can. inter verba, can. nunc vera, can ſummopere, can. quid ergo, 11. q. 3.

Exemplis ne ſint perniciosa, multa reprobantur, quæ aliàs poſſent tolerari, gl. exemplo, in can. principatus, 25. 1. q. 1.

ab Exemplis non eſt arguendum, gl. 1. in can. monomachiam, 2. q 5. & can. gloria, & ibi gl. opponas, 12. q. 1. & can. dixit Dominus, & ibi gl. 2. 24 q. 5.

Exemplis non eſt iudicandum, ſed legibus, can. iator, in fi. 2. q. 7.

ab Exemplis ſanctorum patrum debemus arguere, can. Moyſes, 8. q. 1. can. in ſcripturis, 8. q. 1.

ab Exem-

ab Exemplo paganorum argumentari licet, can. ſacerdotibus, 11. q. 1.

Exempla ſanctorum imitari debemus, can. quando, 11. q. 1.

ab Exemplis ſanctorum licitè argumentamur, can. expedit, 12. q. 1.

Exemplo ſicut originali fides eſt adhibenda, gl. epiſtolas, in can. ſchiſma, 24. q. 1.

Exemplis eorum quis ducitur ad benefaciendum, & ad vitandum crimen, gl. ſi. in can. viduas, 27. q. 1.

ab Exemplis infidelium poſſumus argumentari, gl. ſi enim, in can. 1. De conſecrat. diſt. 2.

Reliqua in verbo, Arguere. Originali.

1 **EXEMPTIO** probatur per illa verba, *recipimus monaſterie ad ius & proprietatem Eccleſiæ Romanæ*, cap. cum tempore. De arbitris.

Exemptio à iuriſdictione Epiſcoporum non probatur per ſolam ſolutionem cenſus, quæ ſit Romanæ Eccleſiæ, cap. recepimus. De priuileg.

Exemptionis priuilegium conceſſum valet, & tenet, licet priuilegio exemptionis non ſeiteruetur cenſus perſoluendo ſuperiori, ibid.

Exemptio poteſt competere ſine ſolutione cenſus, & ita nec ſola cenſus ſolutio probat exemptionem, ibid.

Exemptionem inducunt hæc verba prolata à Papa, *Recipimus te, vt ſis ſpecialiter in ius Beati Petri*, ibid.

Exemptionem à iuriſdictione Epiſcopi inducunt hæc verba in priuilegiis, *quod datur cenſus, & ſoluatur in ſignum & indicium libertatis*, gl. pe. ibid.

Exemptionis priuilegio duplici vtens, licet ſuccumbat ex vno, poteſt nihilominus ex alio ſe iuuare, & obtinere, cap. cum olim, 14. eod.

per Exemptionem conceſſum Monaſterio capellæ ei ſubiectæ non cenſentur exemptæ, cap. ex ore. De priuileg.

Exemptione capitis probata, non probatur exemptio membrorum, gl. quæ non probamur, ibid.

Exemptio non conceditur per receptionem protectionis factam à Papa, cap. ex parte, 18. eod.

Exemptio conceſſa Eccleſiæ non includit parochianos, nec illa quæ concernunt curam populi, cap. per exemptionem 3. De priuileg. lib. 6.

Exemptio ſi ſit conceſſa canonicis alicuius Eccleſiæ, intelliguntur exempti ſoli canonici, non autem Eccleſia, vel alij clerici, ibid.

2 Exemptio ſi ſit conceſſa clericis cuiuſuis Eccleſiæ, non intelliguntur exempti conuerſi, & oblati non clerici, d. cap. per exemptionem & ibi gl. ſi.

Exemptio appellatur libertas, & illam allegans debet eam probare, cap. ſi Papa, 10. eod.

Exemptionem inducunt hæc verba aſſertiua in ſententia, vel priuilegio, cum de ipſius exemptionis negotio agitur, *ipſam Eccleſiam fore exemptam, vel eam iuris beati Petri exiſtere*; ſiue *ad ius & proprietatem Romanæ Eccleſiæ*; vel, *ad Romanam Eccleſiam ſpecialiter*; aut, *ſine medio*; vel etiam, *ſimpliciter pertinere*, ibid.

Exemptio dicitur tribuere libertatem d. cap. ſi Papa §. & eſt idem.

Exemptionem inducit priuilegium continens, quòd *Eccleſia ſit libera*; ſeu, *potiatur Eccleſia Romana libertate*; vel, *quòd in hoc gaudeat prerogatiua ſpeciali*; vel, *quòd Epiſcopus non audeat cathedram collocare*, ibid.

Exemptio non conceditur per receptionem in proprios filios, cap. 1. De verb. ſign. lib. 6.

Exemptio quælibet ſimplex, & generalis facta religioſis ſufficit quoad iura Epiſcopalia: non autem ſufficit quoad Legatorum procurationem; ſed requiritur ſpecialis exemptio à procurationibus, gl. exemptione, in clem. 1. De cenſibus.

Exemptionis priuilegium non prodeſt contra diœceſanum, clem. ſi. De priuileg.

Exemptio ob numerum duodecim filiorum à Dohanarum vrbis ſolutione intelligitur pro illis, qui numerum duodecim filiorum ſuperuiuentium habent, quouſque in communi viuunt, ac in ipſa vrbe, pro vſu ſolum eorum, non autem pro eorum mercimonijs, & alijs rebus, extrauag. cum ſicut accepimus, Pauli 3. & extrauag. quia licet prænominatus. Pij 4.

Reliqua in verbo, Eccleſia, 45 Cenſus, 1. 4 Papa, 47. 102. Priuilegium, 46. & per tot. Prælatus, 42.

EXIMERE aliquem à iuriſdictione proprium eſt ſedis Apoſtolicæ, adeo vt nec Legatus, nec Archiepiſcopus; nec Epiſcopus poteſt concedere huiuſmodi exemptionem, gl. exemptionis, in cap. 1. De priuileg. lib. 6.

EXIMENS Eccleſiam cathedralem ſub generali nomine Eccleſiarum ciuitatis, non intelligitur exemiſſe omnia, etiam minora beneficia de Eccleſia, gloſ. 2. in cap. per exemptionem, eod.

1 **EXEMPTVS** inferior non poteſt renunciare priuilegio libertatis, ſeu exemptionis, ſine licentia illius, cui ſubeſt cap. cum tempore. De arbitris.

Exemptus poteſt priuilegio exemptionis ſiue libertatis renunciare, quantum ad ſe, ſed non quantum ad ſuperiorem, gl. ſi. ibid.

Exempti tenentur ſeruare ſententiam generalis interdicti ab Epiſcopo promulgatam, cap. cum inter, 5. De conſuetudine.

Exempti ab Epiſcopo puniri non poſſunt, cap. 2. & ibi gl. pe. De ſupplen. neglig.

Exempti à lege iuriſdictionis diœceſani, in his, quæ ſunt inſtituta contra hæreticos, ſubſunt Epiſcopo diœceſano, & ei tanquam ſedis Apoſtolicæ delegato obſequi tenentur, cap. ad abolendam, §. ſi. De hæreticis.

Exempti, ſi excedant metas priuilegiorum, ſiue publicè delinquentes, poſſunt ab Epiſcopis coerceri, gl. 2. in cap. porrectimus, 10. De priuileg.

in Exemptorum leuibus & minimis cauſis non poſſunt Epiſcopi ſe intromittere, nec excommunicare eos, gl. priuilegij, in cap. tuarum, eod.

Exemptus ſi fuerit infamatus de aliquo delicto, non poteſt compelli ab Epiſcopo, vt ſe purget, ibid.

Exemptus vel priuilegiatus, ratione delicti commiſſi extra locum exemptum, vel ratione contractus alibi initi, vel ratione rei alibi ſitæ, poteſt conueniri coram Epiſcopo loci, ibid.

Exemptus, ſi delinquit circa rem exemptam, puta male gerendo in officio ſuo, vel alienando res Eccleſiæ, tunc à ſolo Papa punitur, quia in his exemptus eſt; ſed vbi factum eorum præiudicium affert non exemptis, ibi bene puniet eos Epiſcopus: ſecus ſi non tangit, ibid.

Exempti ſubſunt ordinarijs locorum ratione delicti ſiue contractus, aut ratione rei, de qua contra ipſos quæſtio mouetur, & coram eis poſſunt conueniri: ſed ſi delictum commiſſum ſit in loco exempto, ſiue contractus ſit initus, aut res litigioſa ſit in loco exempto, tunc non poſſunt conueniri coram ordinarijs, cap. volentes, 1. De priuileg. lib. 6. & gl. priuilegij, in d. cap. tuarum. 2

Exemptus non tenetur promittere obedientiam diœceſano, cap. cum olim, 14. De priuilegijs.

Exemptus, vigore exemptionis, non poteſt ſine licentia Epiſcopi diœceſani Eccleſiam conſtruere in loco non exempto: & ſi exemptus de facto ædificet Eccleſiam in loco non exempto, illa cedit iuri Epiſcopi, ibid.

Exemptus ratione rei, vel certi loci non cenſetur exemptus reſpectu alterius rei, vel loci, cap. cum capella. De priuileg.

Exempti non tenentur præſtare obedientiam & reuerentiam Epiſcopo diœceſano: cùm illud ſit contrarium libertati, gl. proteſtationem, in cap. antiqua, eod.

Exemptus, & immediatè Papæ ſubiectus non poteſt renunciare beneficio in manibus Ordinarij loci, cap. ſi Abbatem, 36. De electione, lib. 6.

Exemptus Prælatus inferior Epiſcopo ſi eligitur ad Epiſcopatum, tenet electio: tamen tranſire non poteſt ſine licentia Papæ, cui ſubiectus eſt: illam tamen poteſt dare ipſi Papa, vel eius Legatus à latere, gl. commiſſam in d. cap. ſi Abbatem, §. ſi.

Exemptus locus in diœceſi quoad iuriſdictionem ordinariam exercendam per Epiſcopum, æquiparatur loco exiſtenti extra diœceſim, cap. cum Epiſcopus. De officio ordinar. lib. 6. 3

Exempti ſubijciuntur in quibuſdam caſibus loci ordinarijs, cap. 1. & ibi gl. 1. De præbend. lib. 6. & gloſ. 2. in clem. 2. De pœnis.

de Exemptorum cauſis quandoque cognoſcit Epiſcopus, cap. 2. § diœceſani. De decimis, lib. 6.

Exempti ſiue priuilegiati quòd non teneantur, niſi ſub certo iudice reſpondere, ratione delicti, contractus aut rei: ſi hæc ſint inita, vel ſita in loco non exempto, conueniri poſſunt coram Ordinario; ſed non ratione domicilij, cap. 1. De priuileg. lib. 6.

Exemptorum priuilegia infringentes puniri debent Eccleſiaſtica ſeueritate, gl. infringantur, ibid.

Exempto Monaſterio, intelligimus exempta Eccleſia, cœmeterium, domus, monaſterium, atria, hortus, & areæ, quæ ſunt iuxta Eccleſiam, gl. exempto, ibid.

Exemptus delinquens in loco non exempto, conuenitur coram ordinario: dum tamen delinquat in loco ordinarij, d. cap. 1.

Exempti in loco non exempto non poſſunt conſtruere Oratoria, vel capellas, ſine diœceſanorum licentia, neque in loco exempto, ſine Papæ licentia, cap. authoritate, eodem.

Exempti non poſſunt aſſumere cauſas proprias ſuorum liberorum hominum in ſe, etiamſi illi ſint ſui cenſuales, ibidem. 4

Exemptus propter delictum commiſſum in loco non exempto ſubeſt Ordinario, gl. compeſcantur, ibid.

in Exempto loco Papa eſt diœceſanus, & Epiſcopus in loco ſuæ diœceſis non exempto, gloſ. Sedis Apoſtolicæ, ibidem.

Exemptorum ordinarius & diœceſanus eſt Papa, ibid.

Exemptus à iuriſdictione Ordinarij dicitur habere libertatem, cap. cum perſona, 7. eod.

Exempti

Exempti interdicti repelluntur à diuinis officijs Eccleſiaſticis, & ſepultura Eccleſiaſtica, cap. Epiſcoporum, 8. eod.

Exemptum eſſe aliquem in parte, & in parte non eſſe exemptum poſſibile eſt, reſpectu diuerſæ qualitatis concurrentis etiam in eod. corpore Eccleſiæ, cap. per exemptionem, eod.

Exempti cenſentur illi, quos Papa recipit in proprios & ſpeciales ſubiectos: ſecus ſi Papa recepiſſet in proprios, & ſpeciales filios, quoniam per illa verba, illi non cenſentur exempti, cap. ſi Papa, 10. § & eſt idem, eod.

Exemptus poteſt quis eſſe pro parte, & pro parte ſubiectus, d. cap. ſi Papa. §. Item dicimus.

5 Exemptus ſubijcitur iuriſdictioni Ordinarij, non obſtante priuilegio exemptionis, quoad exigendam rationem ab eo, de teſtamentorum executionibus, quas geſſit, clem. 2. De teſtam.

Exemptus ſubijcitur iuriſdictioni Ordinarij ſepeliendo excommunicatos, vel nominatim interdictos, vel vſurarios manifeſtos, clem. 2. De ſepult.

Exemptorum conuerſi non ſemper ſunt exempti, clem. 1. §. nonnulli. De exceſſibus Prælat.

Exempti in aliquibus tenentur diœceſanis, ibid.

Exempti debent ordinandos præſentare diœceſanis, d. clem. 1. §. præſentatos.

Exemptos abutentes ſuis priuilegijs poteſt ordinarius punire, clem. 2. §. fi. De pœniten. & remiſſ.

Exempti quoad obſeruantiam interdicti ſubijciuntur locorum Ordinarijs, clem. 2. De ſententia excommunicat.

Exemptis & priuilegiatis non expedit, quòd fiant generalia concilia, gl. exempti, ibid.

6 Exemptus aliquis Epiſcopus ſi fuerit ſimpliciter, videtur exemptus vniuerſaliter, etiam cum ſuis Eccleſijs, gl. aliquid, in can frater noſter, 16 q. 1.

Exempti delinquentes à iudicibus delegatis ſunt ita puniendi, vt alijs ſint exemplo, extrauag. regiminis. Leonis 10.

Exempti, iure exemptionis & ſpe declinandi fori inſolentiſſimè ſeſe ferunt, ſubterfugiendo ſuorum ſcelerum punitionem priuilegio quodam, ibid.

Exempti, etiam clerici religioſi, ſi certum iudicem habeant à ſede Apoſtolica deputatum in ciuilibus cauſis mercedum, & miſerabilium perſonarum; in alijs vero ſi ipſum iudicem non habuerint, coram Ordinarijs tanquam ab ipſa ſede Apoſtolica delegatis conueniri, & mediante iure ad debitum ſoluendum cogi poſſunt, non obſtantibus priuilegijs &c. Concil. Trid. ſſ. 7. De reform. cap 14.

in Exemptorum cauſis conſtitutionem *Innocentij*, *in cap. 1. De priuileg. lib. 6.* innouat Concil. Trid. in ſſ. 14. De reform. cap. 14

Exempti omnes, tam ſeculares, quàm regulares, quicumque etiam Monachi, ad publicas proceſſiones vocati accedere compelluntur, exceptis his tantum, qui in ſtrictiori clauſura perpetuò viuunt. Concilium Trident. ſſ. 25. De regularibus, cap. 13.

Reliqua in verbo, Cenſus, 1. 4. Clericus, 12. Eccleſia, 46. Monaſterium, 16 vſque 20. Papa, 62. Prælatus, 42. Priuilegiatus. Protectiones.

EXENTERARE idem eſt, quòd extrahere interiora, gl. exenterant, in extrauag. deteſtandæ. De ſepultur. inter communes

EXERCITIO rei inſiſtere dicitur ille, qui vacat temporibus illi exercitio congruis, canon. qui Eccleſiaſticis, §. ecce quod, d ſt. 36.

EXHÆREDATIO incertæ perſonæ per hæc verba, *exhæredo vnum ex filijs meis*, cum plures haberet filios, nulla eſt; nulluſque ex liberis cenſetur exhæredatus, gl. 2. in cap. ex literis, 10 De ſponſalibus.

Exhæredato filio, qui vult hæredem facere Eccleſiam, alium quærat qui ſuſcipiat, non Auguſtinum, cap. fin. 17. q. 4.

EXHORTATIO Papæ licet videatur conſilium, eſt tamen reuerentia, cui neceſſario eſt parendum, gl. exhortamur, in clem. 3. De probation.

Exhortandi ſunt ſubditi ad bonum, gl. pro grado, in can. ſolitandi, 23. q. 4.

Exhortans mandatoris opera non fungitur, gl. conſcripta, in can. denique, §. fi. diſt. 4.

Reliqua in verbo, Filius, 28.

EXIGERE quod quis debuerat ab alijs, multo fortius à ſe ipſo, gl. reprobare, in cap. dudum, 54. De electione, gl. fi. in cap. petiſtis, 20. De priuilegijs.

Exigere verbum ponitur quandoque pro compellere, pro cogere, pro diuidere, pro expellere, gl. fi. in cap. 2. De iudicijs, lib. 6.

Exigere non eſt recipere à volente, ſed potius extorquere ab inuito, cap 2. & ibi gl. exigere. De cenſibus, lib. 6. & gl. exigendo, in extrauag. eum ad ſacroſanctæ. Ioannis 22.

Exigens vltra ſibi debitum peccat: non qui ſibi debita repoſcit, gl. 2. in can. 3. & can. pe. 14. q. 2.

Reliqua in verbo, Exactio. Recipere.

EXILIVM ponitur quandoque pro carcere Monaſterij, gl. fi. in can. hi qui, 3. q. 4.

Exilij pœnam poteſt iudex Eccleſiaſticus imponere, ibidem.

Exilij pœnam imponit quandoque Eccleſia, can. accuſatoribus, 3. q. 5.

Exilij tres ſunt ſpecies: prima, cum à certis locis exulatur, vt non morentur in eis, puta in ciuitate, vel patria ſua originali, vel alia: ſecunda, cum ab omnibus exulatur, exceptis certis, puta vt ſibi tantum in locis certis, & non in alijs liceat habitare: tertia, vt in certo loco habitare debeat hominum conuerſatione carente, puta in aliqua inſula, gl. banniti, in extrauag. ad noſtri. Ioannis, 22.

Exilium eſt pœna canonica, gl. fi. in can. Probinum, 16. q. 6

Exilium quandoque eſt perpetuum, quandoque temporale, gloſ. vel in inſulas, in canon. ſi vobis, 23. q. 8.

Exilium triplex eſt, gl. fi. in can. quicumque. De pœnitent. diſt. 2.

Exilium propriè eſt perpetuum, ibid.

Reliqua in verbo, Bannitus.

EXISTERE primo debet in rerum natura id, de quo agitur, glol. accuſari, in cap. pe. De deſponſat impuber.

EXISTIMATIONIS opinio præferenda eſt pecuniario commodo, gl. fi. in cap. conſtitutum, & gl. pe. in cap. ſuam. De pœnis.

Reliqua in verbo, Reputatio. Opinio.

EXITVS inſpicitur, cum vitium conſiſtit in exitu: aliàs initium ſpectatur, gl. mutatx, in cap. commiſſa, 35. De electione, lib. 6.

Exitu bono vix peraguntur, quæ male ſunt inchoata principio, can. miramur. diſt. 61.

Reliqua in verbo, Initium. Principium. Finis.

EXORCISMVS abijcit ſpiritum immundum, id eſt ſignificat abigendum vel abijciendum, vel compellit eum, ne iam tantum noceat, quantum nocere potuit priùs, gloſ. fi. in can. ſiue paruuli. De conſecrat. diſt. 4.

Exorciſmi licet non proſint ad vitam aliquid, quia propter hoc non fiunt minus indigni, quia mora adhuc remanet in eis: proſunt tamen vt minus poſſit eis inimicus nocere, ibid.

Exorciſtæ ex Græco in Latinum adiurantes, ſeu increpantes vocantur: inuocant enim ſuper cathecumenos, & ſuper eos qui habent ſpiritum immundum, nomen Domini Ieſu, adiurantes per eum, vt egrediatur ab eis, canon. clerus. §. pe. diſt. 22.

Exorciſta, cum ordinatur, accipit de manu Epiſcopi librum, in quo ſcripti ſunt exorciſmi. dicente ſibi Epiſcopo, *accipe & commendo memoriæ, & habeto poteſtatem imponendi manus ſuper energumenum, ſiue baptizatum, ſiue cathecumenum*, can. exorciſta, diſt. 23.

ad Exorciſtam pertinet exorciſmos memoriter tenere, manuſque ſuper energumenos, & cathecumenos in catecizando imponere, can. perfectus. diſt. 25.

Exorciſta dicitur defenſor, quia defendit corpus à dæmonibus, gl. defenſor, in can. fi. diſt. 77.

Exorcizare in Eccleſijs vel domibus non poſſunt illi, qui non ſunt ordinati ab Epiſcopis: & multò magis maioris gradus miniſteria, niſi ab eis qui ad eos conſecrati ſunt, quibus fungi debent, & officia vel ſacrificia offerre, can. 1. De conſecrat. diſt. 1.

Reliqua in verbo, Cathecumenus. Energumenus.

EXPECTANS virtute ſui reſcripti poteſt iterato acceptare beneficium quod primitus acceptauerat, ſi prima acceptatio erat nulla, cap. ne captandæ. De conceſſ. præbend. lib. 6.

Expectantes ſi fuerint tres in vna Eccleſia, vnus authoritate Martini, alius authoritate Bonifacij, tertius eiuſdem authoritate cum prærogatiua, vt præferatur omnibus receptis non authoritate Bonifacij, hi conſequentur hoc modo: ſecundus habebit primam, tertius ſecundam, & primus habebit tertiam, cap. authoritate, eod.

Expectans dicitur habere ius ad beneficium: & poteſt dicere beneficium ſibi de iure debitum, clem. auditor. De reſcript.

Expectans beneficium perdit gratiam, ſi conſequitur aliud, quod cum illo, quod expectat de iure, tenere non poteſt, clem. gratiæ. De reſcript.

Expectans beneficium non perdit gratiam, ſi conſequatur

aliud, quod cum illo poteſt tenere, gl. non poſſeſ. in d. clem. gratiæ.

Expectans beneficium ad Epiſcopi collationem, deuolutum ad illius capitulum, obtinere non poteſt: ſed deuolutum ad Epiſcopum, vel etiam ad Papam ex cuiuſcumque negligentia, poterit obtinere, clem. ſi de beneficio, §. De præbend.

Expectans beneficium intra menſem poteſt poſt menſem acceptare, gl. intra menſem, in clem. 2. De conceſſ. præbend.

Expectatiuam habens ad beneficium vacaturum, dicitur habere ius ad rem, ſed non in re: & ſic eſt in debitum iri: & ſic talis non poteſt dici beneficiatus, gloſ. ius ad rem. in extrauag. ſedes Apoſtolica. De officio deleg. inter communes.

Expectatiuam habens ad beneficium non poteſt commutare cum alio, nec propria beneficia ſibi incompatibilia facit vacare, nec ſuper ipſo, quaſi pro certo titulo poterit ordines recipere, ibid.

Expectatiuam habens dicitur habere ius ad rem. gloſ. expectant. in extrauag. execrabilis. De præbend. inter communes.

Expectatiuam habens ad primam vacaturam non tenetur recipere primam, quæ in eius fraudem vacat: vt quia in fraudem is tenuem habebat, renonciaret, vel occideretur, vel deponeretur, cap. 2. & ibi gl. renunciat. De renunciatione, lib. 6.

Expectatiuam habenti ad primam vacaturam, debetur ſecunda vacans, quando prima vacauit in fraudem ipſius: nam illa ſecunda ratione fraudis fingitur prima vacans, gl. debitam, ibid.

Reliqua in verbo, Beneficium, 51. vſque 54. Gratia, 1. 3. vſque 6. Reſcriptum, 20 32 33. Reuocatoria. Impetrans, per tot. Præbenda.

EXPELLI videtur, qui non admittitur ad dignitatem, ad quam eſt denominatus vel electus, gl. 2. in can. contra, 16. q. 7.

1 EXPENSAE & damnum ſunt diuerſa, cap. ſi. De reſcript.

in Expenſis iudex delegatus cognoſcens reſcriptum non valere, ſi non condemnauerit partem, tenetur illas refarcire de ſuo: quod intellige, quando expenſæ fuerunt petitæ per partem, gl. fin. ibidem.

Expenſæ neceſſariæ, quas facit capitulum in electione Prælati, de bonis Prælaturæ debent fieri, vel reddi. cap. vt prætetitæ. 45. De election.

Expenſas, quas facit capitulum, vacante Eccleſia, pro negotio electionis promouendæ, vel pro confirmanda electione Epiſcopi, vel alterius Prælati, poteſt petere ab Epiſcopo, vel Prælato, cap. vt prætetitæ, & ibi gl. 2.

Expenſæ, quas debet facere capitulum in electione Prælati, debent eſſe neceſſariæ, & moderatæ, vt repetere poſſit. d. gl. 2.

in Expenſis faciendis non debet quis excedere probabilem modum, ibid.

Expenſæ neceſſariæ dicuntur, ſine quibus negotium expediri non poteſt, vel ſine quibus res efficitur deterior: & ſufficit, quòd credat expedire, licet non expediat, ibidem.

Expenſæ factæ à capitulo in electione Epiſcopi repetuntur ex bonis Prælaturæ, etiam pluribus electis in diſcordia: duommodo maior pars capituli certet pro electo, & obtineat. d. gl. 2. ad ſi.

Expenſæ factæ propter acceſſum ad ſedem Apoſtolicam, ita demum repetuntur, ſi propter hoc acceſſerit: ſecus ſi non propter hoc, ſed propter aliud, cap. cum pro cauſa. De procuratoribus.

2 Expenſas quas quis fecit, & expendit vtiliter in negotiis Eccleſiæ, repetere poteſt, gl. 1. ibid.

Expenſas factas cum mandato poteſt quis repetere, ſiue ſuccubuerit, ſiue non: & illæ non debent excedere probabilem modum, gl. 2. ibid.

Expenſas, quas quis ſine mandato fecit, ſi ſuccubuit, non repetet, ibid.

Expenſarum condemnatio poteſt fieri, procuratore illegitimè conſtituto, cap. conſtitutis, ibid.

Expenſarum taxatio ſemper debet præmitti ante condemnationem, etiam iuramento præmiſſo gl. ſi. ibid.

Expenſæ probantur per iuramentum illius, qui illas fecit, præmiſſa taxatione à iudice, gl. ſi. in cap. dilecti. De foro comp.

Expenſæ & damna date per dolum, per violentiam, aut rapinam, poſtquam conſtiterit de violentia per teſtes, probatur per iuramentum: ſed intereſſe aliunde veniens probandum eſt per iuramentum, ibid.

in Expenſis fundata intentione actoris, debet condemnari ille, qui deficit in exceptione peremptoria probanda, & cogitur illas ſoluere: quòd ſi non poteſt, arbitrio iudicis in corpus punitur, cap. finem litibus, De dolo & contum.

in Expenſis condemnari non debet excipiens, ante litis conteſtationem, niſi conſtet de malitia ipſius, præcipuè ſi ſuper hoc iuratum fuiſſet de calumnia, gloſ. expenſas, ibidem.

in Expenſis condemnatur ille, qui calumnioſè propoſuit exceptionem dilatoriam ante litis conteſtationem, & de hoc euidenter conſtat, ibid. 3

Expenſæ, quæ præſtantur ratione contumaciæ partis aduerſæ, indiſtinctè debent præſtari actori, qualemcumque cauſam habuerit ipſe actor in litigando, ſiuè iuratum ſit de calumnia, ſiue non: & præſtari debent antequam audiatur, ibid.

in Expenſis regulariter victus victori condemnatur in fine litis, ibid.

ab Expenſarum condemnatione non excuſat victum iuramentum calumniæ à ſe præſtitum in initio litis, niſi manifeſtiſſimis documentis probetur cauſa probabilis, quæ eum debeat excuſare, dd. reprob. gloſ. expenſas, ibidem.

in Expenſis condemnari debet victus in cauſa criminali: quia eo ipſo quòd ſuccubuit, præſumitur calumniari, ibidem.

in Expenſis indiſtinctè condemnatur appellans fruſtatoriè, & iniuſtè, & etiam appellans legitimè, ſi ex primis actis ſententiam contrariam reportauit, niſi pro ſe haberet communem opinionem, dd. reprob. gl. expenſas.

in Expenſarum condemnatione veniunt tantum neceſſariæ, & moderatæ, & vtiles, quæ propter litem factæ ſunt, vt in aduocatis, & in aliis, ibidem.

Expenſæ, quæ factæ ſunt, poſt litis conteſtationem, peti debent officio iudicis: & niſi iudex tempore ſententiæ condemnet ad illas, poſtea peti non poſſunt, niſi in cauſa appellationis, ibid. 4

Expenſæ factæ ante litis conteſtationem petuntur iure actionis & nominari debent peti in libello, ibidem.

Expenſarum taxatio fit ita, quòd iudex prius taxabit illas, poſtea ſuper ſic taxatis recipiet iuramentum à parte, ibidem.

Expenſarum taxatio habet locum in cauſa criminali, ſiue denunciationis, vel inquiſitionis, ſeu exceptionis, gloſ. ſi. in cap. cum dilecti, eodem.

Expenſæ neceſſariæ dicuntur, ſine quibus deterior eſſet res, ſi non fierent, aut etiam periret, gl. ſi. in cap. pe. De eo qui mittitur in poſſeſſionem.

Expenſæ non deducuntur in decimis prædialibus, ſed bene in perſonalibus, gl. 1. in cap. ad noſtram. De decimis.

Expenſarum deductionem nullus caſus impedit, niſi in decimis, ibid.

Expenſis deductis dicuntur fructus, & nullus caſus poteſt interuenire, qui hoc genus deductionis expenſarum impediat, gloſſ. amplius, in cap. ex litteris. De decimis.

Expenſæ neceſſariæ dicuntur, ſine quibus res fit deterior. gl. 2. in cap. paſtoralis, 28. De decimis.

Expenſarum ratio habenda eſt in facultatibus æſtimandis: 5 puta quæ expenſæ fiant ad hoſpitalitatem, ad quam tenentur Eccleſiæ, & in perſoluendis Epiſcopalibus, & in recipiendis nunciis, & Legatis ſedis Apoſtolicæ. gl. 2. in cap. quoniam. De vita. & honeſt.

in Expenſis factis ab aliquo in proſequendo appellationem, quando condemnatur quis, conſiderantur hæc tria tempora, ſcilicet eundi, morandi, & redeundi, gl. eundo, in cap. magnæ 7. De voto.

Expenſæ neceſſariæ minuunt dotem ipſo iure, vtiles vero non: ſed petuntur actione mandati, vel negotiorum geſtorum, gl. ſi. in cap. 1. De donatio. inter vir.

Expenſæ voluntariæ factæ in dote permittuntur abradi ſine læſione prioris ſtatus, ibid.

de Expenſis litis prouidere aduerſario contra ſe compelli poteſt quis, gl. ſi. in cap. ex parte, 55. De accuſatio.

Expenſæ illæ tantum ſunt deducendæ, quæ in ipſam rem neceſſariò factæ ſunt, & pro fructibus colligendis, gloſ. deductis, in cap. 2. De vſuris.

pro Expenſis factis neceſſariò in ipſam rem, vel pro fructibus colligendis poteſt retinere rem, donec deducat expenſas: quòd ſi reſtituit rem, non deductis expenſis, poterit illas petere per condictionem indebiti, vel per contrariam pignoratitiam actionem, ibid.

Expenſarum probatio per iuramentum fieri debet, taxatione præmiſſa, gl. iurauerat, in cap. cum olim. De priuileg. 6

Expenſæ & damnum differunt, gl. 2. in cap. in noſtra. De iniuriis, gloſ. damnis, in cap. 2. De officio ordinar. lib. 6.

Expenſæ dicuntur, quas quis facit circa ſumptus litis, & circa aduocatos, d. gl. 2. in d. cap. in noſtra.

in Expenſarum condemnatione ſtandum eſt legibus Imperialibus, ea quo non contradicunt canonibus, cap. calumniam. De pœnis.

Expenſæ factæ extra iudicium & damna probantur per iuramentum damnum paſſi, præmiſſa taxatione iudicis, quando dolo aduerſæ partis damnum paſſus eſt: ſecus quando quis ex dolo ſuo damnum paſſus ſit, gl. ad intereſſe,

reſſe, in cap. ſacro, 48. De ſententia excommunicationis.
Expenſæ non deducuntur in decimis, gloſ. 2. in cap. cum inter, 29. De verb. ſignif.
in Expenſis debet condemnari fatigans aduerſarium, gloſ. legitimis, in cap. diſpendia. De reſcriptis, lib. 6.
Expenſa aliqua ſienda vbi occurrit in iudicio, quæ principaliter concernat vtilitatem vtriuſque partis, quælibet pars debet conferre æqualiter, cap. ſtatutum, §. inſuper, eodem.
in Expenſis, quas delegans facit propter cauſam extra territorium, habetur ratio non ſolum victus, ſed etiam vecturarum, equorum, & ſimilium, gl. moderatas, ibidem.
7 Expenſæ quando debent fieri alicui abſenti mandato, vt ad locum veniat, expenſæ intelliguntur, tam in veniendo, quam in ſtando, & redeundo, d. cap. ſtatutum, §. pen.
Expenſas in cauſa factas petens tenetur ad probandum illas feciſſe, cap. 2. §. fi. De electione, lib. 6.
Expenſarum taxatio non poteſt ſequi iuramentum veritatis: quia ſi poſtquam iurauit ſe centum expendiſſe, de mandato iudicis fieret taxatio, iniuria & verecundia eſſet iuranti, gl. docuerit, ibid.
Expenſarum taxatio poteſt ſequi iuramentum affectionis, quia nulla ſit verecundia iuranti: quia poterat ex affectu æſtimare rem centum, quæ non valebat quinquaginta, ibid.
Expenſarum condemnatio ſit, præmiſſis taxatione & iuramento, ibid.
Expenſarum condemnatio non eſt pœna: quod verum eſt reſpectu recipientis: reſpectu vero ſoluentis eſt pœna, ibidem.
8 Expenſas facere poſſunt eligentes in cauſa electionis de bonis pertinentibus ad Prælatum, ſi electio fuit facta in concordia, & factas de ſuo, recuperare, gloſ. fi. in cap. cupientes, §. fi. De electione, lib. 6.
Expenſas habebit maior pars, ſi vtiliter proſequatur negotium electionis: minor tamen pars, in caſu diſcordiæ, habebit expenſas, ſi obtinet, ibid.
Expenſæ ſunt faciendæ ſecundum quod decet, reſpectu qualitatis illius, cui ſunt miniſtrandæ, cap. 2. De ſupplend. neglig. lib. 6.
Expenſarum victualium appellatione comprehenduntur illa, quæ conſiſtunt in victu: non autem illa quæ concernunt alia neceſſaria perſonæ, cap. ſi Epiſcopus. De officio ordin. lib. 6.
Expenſæ aliquæ vbi occurrunt in iudicio faciendæ circa modum probandi, ille debet facere expenſas, qui probare intendit: etiam in expenſis, quæ non fiunt principaliter pro teſte, ſed pro alia perſona neceſſaria, cap. 2. §. ſed cum. De iudicijs, lib. 6.
Expenſarum condemnatio eſt pœna, cap. 2. & ibi gl. perimit. De reſtit. ſpoliat. lib. 6.
Expenſæ illæ veniunt reſtituendæ per citatum non comparentem in termino, quas fecit comparens pro ſua comparitione: non vero quas fecit in aduocatis, & procuratoribus, cap. 1. De dolo & contum. lib. 6.
9 Expenſarum condemnationem debet præcedere taxatio, cap. 1. §. ſi quis. De exceptio. lib. 6.
Expenſarum condemnatio, quæ ſit propter aliquem articulum iudicialem, non debet extendi, niſi ad expenſas factas circa illum articulum, non autem ad alios, ibid.
ab Expenſarum condemnatione excuſat quem error probabilis, in cauſa principali: ſed in cauſa appellationis indiſtinctè victus condemnatur victori in expenſis: quia in principali cauſa eſt error facti: quia in ea ex probationibus, quæ in facto conſiſtunt, proceditur: ſed in appellationis cauſa proceditur ex actis prioris cauſæ: vnde eſt ibi error iuris, gl. 1. in reg. ignorantia, 13. De regulis iuris, lib. 6.
ab Expenſarum condemnatione probabilis error excuſat victum, etiam in cauſa appellationis: quando in ea non proceditur per ſola antiqua acta, ſed inductæ ſunt probationes nouæ, per quas pronunciata eſt ſententia, ibid.
in Expenſis condemnatur, qui ex duobus alternatiuè debitis præciſè petit alterum: quia dicitur plus petere, reg. in alternatiuis, 70. eod.
Expenſarum exceſſus prohibetur, clem. 2. De magiſtris.
in Expenſarum moderatione facienda conſideratur ſtatus perſonæ, ibid.
Expenſas non facere, quas alij faciunt, licet vanas ſæpe quis verecundatur, ibid.
Expenſæ quædam fiunt in re, quædam extra rem, extrauag. 1. De decimis, inter communes.
Expenſarum triplex genus eſt: quædam enim pertinent ad bona diſcreta: quædam ad totam Eccleſiam generaliter: quædam ad bona communia.
Expenſæ pertinentes ad bona diſcreta de illis bonis debent fieri, dummodo ſufficiant, gl. diſcreta, in cap. cupientes, ad hæc. De elect. lib. 6.
Expenſæ, quæ ad bona communia pertinent, de illis quoque debent fieri, ibid.
Expenſæ, quæ in cauſis vel negotijs ad totam Eccleſiam pertinentibus fiunt, contribuuntur ſecundum cuiuſque facultates: vt qui plus habet, plus ſoluat, ibid.

Expenſæ & damna probantur per iuramentum, can. in primis, §. de Epiſcopi, 2. q. 1. 10
Expenſæ omnes ſoluuntur, quæ factæ ſunt in eundo, & redeundo, quando victus ſuccubuit victori: ſecus quando quis fuit condemnatus pro contumacia: quoniam tunc tantum ſoluuntur expenſæ, factæ à tempore contumaciæ, gl. expendiſſe.
Expenſas quas quis domi ſolebat facere, non deducit: nec illas petere poteſt, quæ caſu fortuito ſunt factæ, ibid.
Expenſæ mediocres & non delicatæ debentur victori, & illæ quæ propter ipſam cauſam factæ ſunt, ibid.
Expenſas neceſſarias non vtiles tenetur quis præſtare: neque obſtat petenti, quod minores facere potuiſſet, ibid.
Expenſas debet taxare iudex, prius quam pro eis iuretur, ibid. & can. ſi. §. fi. 3. q. 3.
in Expenſis nullus condemnatur in principali cauſa, poſtquam iurauit de calumnia, cum poſtea præſumatur bona fide litigare: in cauſa tamen appellationis indiſtinctè quilibet condemnatur, d. gl. expendiſſe.
Expenſas quandoque dat accuſatus accuſatori, gl. Prælatos, in can. ſi quis ſuper his, 2. q. 7.
Expenſa quandoque datur ſeruo agenti cauſam libertatis: item ei, qui agit de Inofficioſo teſtamento, & obtinuit, ſi aduerſarius appellet, gl. fi. ibid.
Expenſæ prius ſunt deducendæ, quæ factæ ſunt in colligendis fructibus: quod genus deductionis nullus caſus poteſt impedire: fallit in ſolutione decimarum, in quibus non deducuntur expenſæ, gl. pen. in can. vobis, 12. q. 2.
Expendere plus conuenit notabilibus perſonis, quam alijs, clem. 2. De magiſtr.

Reliqua in verbo, Condemnatio. Condemnatoria. Decima, 27. Contumax. Taxatio.

EXPERIENTIA eſt efficax rerum magiſtra, cap. quam ſit. De electione, lib. 6. gl. experientia, in cap. 2. De conceſſ. præbend. & gl. experientia, in clem. 2. De ſententia excommun.
propter Experientiam efficitur quis magis doctus, cap. cupientes, 16. De election. lib. 6.
Experientia facti dicitur via rerum efficax, gl. experientia, in extrauag. quia nonnunquam. Ioann. 22.
Experientia eſt rerum magiſtra, cum per vſum ſcientiam tribuat in operatione, gl. experientia, in extrauag. ad conditorem. Ioann. 22.
Experientia ex præteritis vel præſentibus, quem inſtruit in futurum, ibid.
EXPERIRI ponitur pro defendere aliquando, & magis propriè ponitur pro agere, gloſ. experiri, in cap. 2. De iudicijs, & gloſ. experiri, in cap. paſtoralis. De cauſa poſſeſſ. & propriet. gloſ. 2. in cap. pen. De re iudic. & gl. experiri, in cap. diſpendia. De reſcript. lib. 6. & gl. 2. in cap. qui generaliter. De procuratoribus, lib. 6.
Experiendi poteſtatem non habet ille, qui neſcit, gloſ. numerandum, in cap. ſtatutum. De præbend. lib. 6.

Reliqua in verbo, Agere. Artificio.

EXPILARE eſt res iacentis hæreditatis ſubtrahere: neque eſt furtum, quia non contrectat res alienas inuito domino, cum non ſit aliquis dominus, gl. expilationis, in cap. aut facta. De pœnitentia, diſt. 2.

Reliqua in verbo, Hæreditas, 1. 2.

EXPONENS, vel declarans non dicitur ſupplere, vel corrigere, aut derogare: & nihil de nouo facit, cap. ſuper quæſtionem. De officio deleg.
Exponens nihil debet ſupplere; ſed ſolum debet declarare: ſupplens vero non debet aliquid corrigere, ſeu derogare: ſed debet addere circa non prouiſum, ibid.
EXPOSITORES ſacræ ſcripturæ, quo quiſque eorum magis ratione nititur, eo maioris authoritatis eſſe videntur, in ſumma, diſt. 20.
Expoſitores plurimi ſacræ ſcripturæ, ſicut pleniori gratia Sancti Spiritus, ita ampliori ſcientia alijs præcellentes, rationi magis adhæſiſſe probantur: vnde Auguſtini, Hieronymi, & aliorum dicta ſunt alijs præferenda, ibidem.

Reliqua in verbo, Declarans.

EXPOSITVS ſi fuerit infans à patre, vel ab alio, patre ſciente, vel ratum habente, ſtatim liberatur à patria poteſtate: & ſi dominus ſit, & idem faciat de ſeruo, ſeruus ſtatim eripitur in libertatem, & libertus in ingenuitatem, gl. fi. in can. ſi expoſitus, diſt. 87.
Expoſitus ſi fuerit infans à patre ſponte, non poteſt poſtea eum recolligere, neque poterit ſuum dicere, quem pereuntem contempſit: ſi verò neceſſitate compulſus, nullum xenodochium inueniens eum expoſuit, repetit quandocumque, quia inuitus videtur expoſuiſſe, ibid.
Expoſitum ſi quis colligat quem facta proclamatione, &

nullus intra decem dies agnoſcit, illum ſecurus habet, qui collegit, d. can. ſi expoſitus, diſt. 87.

Expoſitum infantem debet quis intra decem dies agnoſcere & hi decem dies currunt à tempore ſcientiæ, & ſunt continui: & ſi in tali loco ſit, quòd venire non poſſit, reſtituitur per clauſulam generalem, gl. intra, ibid.

Reliqua in verbo, Infans. Seruus, 3.

EXPRESSA nocent, non expreſſa non nocent, cap. ſi. & ibi gl. expreſſi. De procuratoribus, & gl. ſi. in cap. 1. § ſi De ſponſalibus, lib. 6 gl. nolite, in can. turbetur, §. notandum, 1. q. 4.

EXPRIMERE nominatim, vel per relationem, non ſemper ſunt æqualia, cap. conſtitutionem. De ſententia excommunic. lib. 6.

EXPRIMI aliqua nomine proprio, vel demonſtratione, vel circumloquutione, paria ſunt, cap. licet ex quadam, 47. De teſtibus.

Reliqua in verbo, Beneficium, n. 40. uſque 43.

EXPVLSO ab Eccleſia ſua de authoritate Papæ non datur poſſeſſorium recuperandæ, canon. Epiſcopi, 3. quæſt. prima.

Reliqua in verbo, Poſſeſſorium.

ad EXPVRGATIONEM non eſt quis cogendus propter rumores, gloſ. rumoribus, in can. non inuenitur, 23. q. 4.

Reliqua in verbo, Purgare. Purgans, Purgatio. Compurgator.

EXTENSIO legis pœnalis non dicitur, vbi concurrit omnimodo eadem ratio, gl. Italiæ, in cap. 1. De temporibus ordinatio.

Reliqua in verbo, 15., 17. 34. Pœnalis.

per EXTERIORA præſumitur de interioribus, gloſ. 1. in cap. 3. De præſumptio.

Reliqua in verbo, Interiora.

EXTERMINARE verbum dicitur, quaſi extra terminos vrbis, vel iuriſdictionis ſuæ eos ponere: vnde ponitur pro diſſipatione, deſolatione, & exilio, gl. exterminaret, in clem. Romani, §. porro. De iureiur.

EXTORQVERI dicitur illud, quod obtinetur per importunitatem verborum, cap. 2. De conceſſ. præbend. lib. 6.

Extorſio neſcit liberalitatem, & violentiam ſapit, gl. extorſiſſe, in extrau. execrabilis, Ioan. 22.

Extorta confeſſio non valet, nec extorta abſolutio, nec extorta licentia præiudicat repetenti coniugem, gloſ. extorta, in cap. quorumdam, 25. De electione, lib. 6.

Reliqua in verbo, Metus.

EXTRA dictio denotat interpoſitionem alicuius interualli localis: quandoque tamen ponitur pro præter, cap. ſtatutum, §. in nullo. De reſcript. lib. 6.

EXTRANEVS eligi, vel poſtulari non debet, quando in loco reperiuntur idonei, cap. bonæ memoriæ. De poſtulat. Prælator.

Extraneus dicitur ille, qui non eſt de capitulo, cap. pen. §. ſi. De elect. lib. 6.

Extraneorum appellatione non intelligitur de filijs, & nepotibus, cap. ſi. §. ſi poſt. De præſcript. lib. 6.

Extranei dicuntur, qui non ſunt conſanguinei, can. conſanguinei, 3. q. 5.

Extranei dicuntur, qui non ſunt de eadem Prouincia, can. peregrina, 3. q. 6.

Reliqua in verbo, Peregrinus.

EXTRAORDINARIA vis facilius debet tolli, quàm vis iuris communis, gl. principalis, in cap. ſi ſuper gratia. De officio delegat. lib. 6.

Reliqua in verbo, Ordinarium. Auxilium.

EXTREMAM vnctionem ſi quis dixerit non eſſe verè, ac propriè ſacramentum, à Chriſto Domino inſtitutum, & à beato Iacobo Apoſtolo promulgatum: ſed ritum tantum acceptum à patribus, aut figmentum humanum, anathema ſit. Concil. Trident. De Sacramento extremæ vnctio. ſeſſ. 14. can. 1.

Extremam vnctionem ſi quis dixerit non conferre gratiam, nec remittere peccata, nec alleuiare infirmos, ſed iam ceſſaſſe, quaſi olim tantum fuerit gratia curationum, anathema ſit, Concil. Trid. d. ſeſſ. can. 2.

Extremæ vnctionis ritum, & vſum, quem obſeruat ſancta Romana Eccleſia, ſi quis dixerit repugnare ſententiæ beati Iacobi Apoſtoli, ideòque eum mutandum, & poſſe à Chriſtianis abſque peccato contemni, anathema ſit. Concil. Trid. ſeſſ. 14. De ſacramento extremæ vnctionis, can. 3.

Reliqua in verbo, Sacramentum, 2. 12. 18. 19.

EXTREMORVM neutrum eſt tenendum, ſed medium eſt ſeruandum, can. ſunt namque, diſt. 45.

ab Extremo in extremum non debet quis venire, ſine medio, gl. non obſtantibus, in extrauag. rem non nouam. De dolo, & contum. inter commun.

ex Extremorum qualitate, & quantitate præſumitur de medijs, cap. inter dilectos, verſ. ſed cum proprium. De fide inſtrum.

per Extrema duo colligitur medium, & reprobatur, gl. 2. in can. die. De conſecrat. diſt. 5.

Reliqua in verbo, Contigua. Medis.

EXTRAVAGANS decretalis an ſit authentica, vel non, ſi dubitetur: aut eſt iuri conſona, & tunc iudicatur ſecundum illam; aut eſt diſſona, & tunc conſulitur Papa: & interim pendente relatione iudex ſuperſedeat cauſæ, cap. paſtoralis, & ibi gloſſ. fin. De fide inſtrum.

Extrauagantis ignorantia eſt probabilis, ibid.

Extrauagans decretalis ſi ſit præter ius, non ſtatim ejicitur, ſed conſulitur ſuperior: & cum inter alias decretales allegatur, præſumitur quòd ſit decretalis, gl. 2.

Extrauagans decretalis ſi obuiat conſuetudini, præualet conſuetudo, dummodo conſuetudo ſit probabilis, & legitimè præſcripta, niſi princeps per ſuum ſtatutum intendat tollere conſuetudinem: aliàs ſuccumbit conſuetudo, gl. 2. ibid.

Extrauagans decretalis an pro iure haberi debeat, pertinet ad Papam. §. ſane, in proœm. lib. 6.

Reliqua in verbo, Decretalis

EXTVNC dictio denotat extremitatem temporis, & ſignificat poſt terminum lapſum, cap. paſtoralis. De exceptio. gl. extunc, in cap. ſi capitulo, §. imo ſi. De conceſſ. præbend. gl. extunc, in clem. 2. De iure patron. & gl. extunc. in extrauag. ſuſcepti regiminis, Ioann. 22,

F

FABER non poteſt dare pecuniam pro ſpecie: ſed ipſam ſpeciem debet dare, gl. ſi. in can. decimas quas, 16. q. 7.

Fabri ferrarij, & alij malleatores, ſi ſint propè Eccleſiam vel Monaſterium, adeo quòd propter eorum ſtrepitum turbaretur officium, & cultus diuinus, poſſunt expelli, argum. can. pridem, 18. q. 2.

Reliqua in verbo, Eccleſia, 12.

FABRICAE Eccleſiæ quod ſupereſt ex ſua portione, debet referuari pro futura fabrica; vel debet emi poſſeſſio, quæ reſpiciat vtilitates communes, can. nobis, 12. q. 2.

per Fabricæ reparationem probatur, quòd benè ſit expenſa quarta fabricæ, gl. 1. in can. quatuor, 12 q. 2.

ad Fabricæ Eccleſiæ reparationem laici non ſunt cogendi, ſed tantum clerici, ibid.

ad Fabricæ opus conferentibus dari ſolent remiſſiones, gl. 2. in cap. 2. De pœnitent. & remiſſion. lib. 6.

ad Fabricam Eccleſiæ quarta quando non ſufficit, concedi ſolent indulgentiæ ad fabricam Eccleſiæ dantibus eleemoſynam: ſicut cùm ad alia pia loca eleemoſynarum collectio ſit, gl. 2. in d. cap. 2.

Fabricarum reditus in vſus Eccleſiæ neceſſarios & vtiles, prout magis expedire viſum fuerit, expendi, debent ſuxta Epiſcopi. Concil. Trident. ſſ. 23. De reform. cap. 3.

Reliqua in verbo, Adminiſtrator, n. 3.

FABRICENSES dicuntur, qui publica arma faciunt, & in publicis fabricis, & non alibi: & dant præfectio, qui reponat in publicis armamentis, gloſ. agnoſcitur, in cap. ſi iudex laicus, §. pen. De ſententia excommunicat. lib. 6.

Fabricenſibus ſtigma imprimebatur in brachijs, & in eo erat impreſſum nomen Imperatoris, ibid.

FACERE perſequi non poteſt, nec authoritatem præſtare aliqs faciendi poterit, gl. 2. in cap. Suffraganeis, 12. De electione.

Facere contra non videtur ille, qui plus facit, gl. ſanior, in cap. quia propter, 42. De electione.

Facere

Facere quod non poteſt per ſe, poteſt per alium, gl. veni-re, in d. cap. quis propter, §. illud.
Facere non debes id, à quo alios prohibere debueras, gloſſ reprobare, in cap. dudum, 54. eod. gl. fi. in cap. 2. De natis ex libero ventre.
Facere quod non poteſt quis, non ſequitur, quòd non poſſit alijs mandare: nam Abbates exempti non poſſunt ordinare clericos ſuos: poſſunt tamen mandare alicui Epiſcopo vt eos ordinet, gl. confirmaſſe, in fi. in cap. 2. De tranſlat. Prælator.
Facere videtur in fraudem, qui non facit quod facere debet, vel non vtitur ſeruitoribus gl. 2. in add. marg. in cap. ex parte, 22. De officio deleg.
Facere poteſt quis aliquid, non tanquam ipſe, ſed tanquam alius, gl. fi. in cap. ad audientiam. De præſcriptio.
Facere poteſt quis aliquid in eo quòd homo: & aliud in eo quòd rex, ibid.
Facere aliquid obligatus non liberatur faciendo pro parte, gl. ex parte, in cap. maiores, §. ſed adhuc. De baptiſmo, gl. niſi, in can. ſunt plures, De pœnitentia, diſt. 3.
Facere debemus, quod de iure fieri debet, gl. 2. in cap. 2. De clericis peregrinan.
2 Facere qui tenetur per ſe, ſi faciat per nuncium, debet eligere idoneum, aliàs factum nuncij ei imputatur, cap. dora, 5. De crimine falſi.
Facere intelligitur ille, cuius authoritate id facit, gl. pe. in cap. vt famæ, 35. De ſententia excommunicationis.
Facere per ſe, vel per alium in delictis paria ſunt, cap. ſcitant. 12. De electione, lib. 6.
Facere ille dicitur, qui mandat per alium fieri, cap. ſi clericos, 15. De ſententia excommun. lib. 6.
Facere aliquid intra certum tempus obligatus, ſi per eum non fecit, licet non imputetur ei, tamen poſt tempus tenetur: quo caſu ei conſulitur, vt ſi poſſit, intra tempus proteſtetur de impotentia, gl. 1. in reg. imputari, 41. De regul. iuris, lib. 6.
Facere in meo non licet mihi, ex quo alij noceo, vel immitto in alienum, vel opus facio: ſed ſi non immitto, vel non facio opus in alienum, tunc ſi id dolo facio, vt noceam alteri, prohibeor: quòd ſi non facio dolo, ſed eo ſolo propoſito vt mihi proſim, licet per id alij noceam, tunc non prohibeor, d. gl. in reg. imputari, 41. eod.
3 Facere non debito modo, vel non facere, paria ſunt, clem. 2. De procurat.
Facere ſecundum ſuum ſenſum, vel ſecundum quod ſibi videtur, dicitur ille, qui aliquid facit ſecundum ſenſum non regulatum a regulis iuris, can. relatum, diſt. 37.
Facere poteſt quis pro ſe id, quod pro alio non poteſt, can. infames. §. 1. 3. q. 7.
Facere per ſe, vel per alium, non ſunt paria, quando requiritur actus in propria perſona, can. abſens per alium, 3. q. 9.
Facere aliquid non debet quis commendandi ſui cauſa, vt alius vituperetur, can. ſi quis vero, 11. q. 3.
Facere in domo tua aliquid non debes, quod vicino noceat, gl. 2. ibid.
Facere per ſe, vel iubere alium facere, quod à Deo eſt prohibitum, dignum eſt anathemate, can. ſi is qui, 11. q. 3.
Facere debet quis ea, quæ ſuæ conditioni conueniunt, gl. 2. in can. ſi apud, 23. q. 5.
Facere per ſe aliud eſt, quàm per alium, gl. 2. in canon. quando. De conſecr. diſt. 4.
FACIENDVM quid ſit, & non quod ſit factum, debemus attendere, cap. cum cauſam, 27. & ibi glo. 2. De electione.
Faciendum vel omittendum eſt aliquid quandoque ad cautelam eorum quæ fieri non poſſunt, glo. 2. in cap. ad aures. De tempor. ordin.
Faciendum multa impediunt, quæ iam factum non dirimunt, gl. fi. in cap. 2. De eo qui duxit in matrim.
ad Faciendum aliquid aſtrictus ſub pœna excuſatur, ſi fuerit impeditus, cap. cum ex eo, 34. §. fi. De electione, lib. 6.
Faciendum facilius impeditur, quàm tollitur iam factum, gl. 2. in add. in cap. ſi ſuper gratia, 9. De officio deleg. lib. 6.
ad Faciendum aliquid arctatos non arctatur, niſi in quantum facere poteſt, & in quantum vires eius extenduntur, can. ſumus, diſt. 43.
FACIENS aliquid tanquam alius poteſt contra factum venire ex perſona ſua, gl. fi. in cap. ſicut noſtris, 27. De iureiur.
Faciens vel dicens vnum dicitur plura dicere, vel facere: intellige in conſequentiam, gl. conſeſſus, in cap. cum ſuper, 23. De officio deleg.
Facientes & conſentientes pari pœna puniuntur, cap 2. & ibi gl. 2. eod.
Faciens aliter quàm debeat, licet iuſta cauſa ſubſit, non excuſatur, glo. pen. in cap. vniuerſitatis. De ſententia excommunicat.
Facientes & conſentientes pari pœna puniuntur: intellige de conſentientibus per cooperationem, præſtando authoritatem, cap. quanto, 47. & ibi gl. 2. eod. & can. in primis, §. de Epiſcopi, 2. q. 1.
Faciens aliter quàm debet non dicitur facere, cap. qui ex timore extra. De regulis iuris.
Faciens actum de mandato ſuperioris, quem iurauerat facere, non dicitur facere contra iuramentum, cap. 1. §. tenentes. De ſepultur. lib. 6.
Faciens id quod poteſt, excuſatur, clem. ſæpe. De verb. ſignif.
Faciens actum contra legis diſpoſitionem, licet nulliter, nihilominus punitur ex tali geſtione, can. diſt. 27.
Facientes non ſolum, ſed etiam conſentientes facientibus, participes iudicantur, can. facientis, diſt. 86.
Facientis culpam dicitur habere, qui cum potuit corrigere, neglexit emendare ibid.
Facientis culpam habet, qui negligit: intellige poſt admonitionem, gl. 2. ibid.
Faciens aliquid, eo propoſito vt ſibi proſit, non peccat, licet alij noceat, gl. 1. in can. ſi quis vero, 11. q. 3.

Reliqua in verbo, Alius. Agere. Gerere.

FACIES hominis ad inſtar cœleſtis pulchritudinis facta fœdari non debet, gl. fi. in cap. 3. De crimine falſi.
Faciei nihil turpitudinis debet infligi, gl. 2. in can. propter. De conſecrat. diſt. 4.

Reliqua in verbo, Homo, 3.

FACINVS per quod coinquinat & æquat vtroſque, ſimilis pœna comitari debet, can. ſane, 25. q. 3.
Facinori manifeſto non deſinens obuiare, non caret ſcrupulo ſocietatis occultæ, can. qui poteſt, 23. q. 3. can. error, diſt. 83. & can. facientes, diſt. 86.

Reliqua in verbo, Delictum. Crimen.

FACTVM ſuum quod alius corrigat, opprobrium eſt alicui, nec debet expectare, vt ab alijs corrigatur, gloſ. ad excommunicatorem, in cap. ab excommunicato, 42. De reſcriptis. 2
Facti ſeriem non ſufficit quandoque narrare in litteris Papæ, niſi facti cauſa adijciatur, gl. 1. in cap. dilectus, 26. De reſcript.
Facti cauſa, potius eſt quærenda, quàm ipſum factum, ibidem.
ex Facto eodem non debet quis conſequi commodum, & pœnam, gl. 2. ibid.
in Facto alieno ſciendo non requiritur, quod ſit quis nimis diligens, & curioſus, nec nimis negligens, gl. ad excommunicatorem in cap. ab excommunicato, 41. eod.
in Facto proprio veritatem ignorare non licet alicui, niſi habuerit probabilem cauſam ignorantiæ, d. cap. ab excommunicato, & ibi gl. 1. & gl. de facto.
contra Factum ſuum poteſt quis venire, quando illud non tenuit ex defectu poteſtatis, cap. noſti, & ibi gl. fi. De electione.
in Facto alieno, quod quis ex officio indagare tenetur, præſumitur ſcientia: & allegan ti ignorantiam, onus probandi incumbit, cap. innotuit, 20. & ibi gl. ignorantiam, eod.
Factum per commiſſarium fingitur eſſe factum per committentem, in cap. cauſæ, 30. eod.
Factum a Papa, vt a Vicario Chriſti, cenſetur factum à Deo, cuius locum tenet in terris, cap. quando. De tranſlat. Prælat.
Facti qualitas cognoſcitur ex modo faciendi, & ex qualitate facientis, cap. vel non eſt compos. De tempor. ordinat. 3
in Factis contra iura alterum duorum arguitur, vel defectus intelligentiæ naturalis, vel potius ſcientiæ, ibid.
contra Factum ſuum, ſi eſt illicitum, poteſt quis venire, niſi in odium ipſius aliud ſtatuatur, gl. teſtibus, in cap. veniens. De filijs Presbyter.
Factum per ſurreptionem non valet, gl. fi. in cap. pe. De officio vicarij.
Factum illegitimum dicitur illud, quod eſt nullum: ſed factum iniuſtum dicitur, quod eſt aliquid, licet contra ius paris, cap. cum contingat, 36. De officio deleg.
de Facto vnius non eſt ſæpe quærendum, gl. 2. in cap. licet. De officio legati.
Factum alterius non poteſt quis promittere, gl. 2. in cap. conſtitutis. De procuratoribus.
Factum per ſe debent narrare in iudicio principales perſonæ, non per aduocatos, cap. paſtoralis. De iudicijs.
Factum per procuratorem poteſt in iudicio narrari, gloſ. 2. ibid.
Factum perſonale vbi ad tempus terminatur, finito tempore terminatur ius, vt altero tempore impleri nequeat, quaſi omnino factum diuerſificetur ex temporis diuerſitate: cùm alia ſint opera temporis diuerſi, cap. fi. eod.
Factum legitimè non intendit Papa reuocare, cap. audita. De reſtit. ſpoliat. 3
Factum alterius licet non poſſit ſimpliciter promittere cum iuramento: tamen obligatur ad operam præſtandam, vt fiat: ſicut ſi ſpecificè obligaſſet ſe facturum & curaturum, gl. fi. in cap. ex reſcripto, 9. De iureiur.
contra Factum ſuum indiſcretè geſtum debet venire diſ-

cietà,

cietè, cap. quanto, 18. eod.
Facta multa tenent, quæ fieri non debebant, gl. ſeruandum, in cap. & ſi Chriſtus, 26. eod.
Facti cauſa potius eſt conſideranda, quàm ipſum factum, gl. ex cauſa, in d. cap. & ſi Chriſtus, § fin.
contra Factum ſuum poteſt quis venire in cauſis, in quibus vertitur periculum, gloſ. 2. in cap. lator, 7. De re iudicat.
Facti quæſtio ſubmittitur neceſſitati probandi, ſed non iuris, cap. ſæpe, 44. & ibi gloſ. iuris, & gloſ. facti. De appellat.
Factis demonſtrare plus eſt, quàm verbis dicere, gloſ. 1. in cap. dilecti, 52. De appellat.
Facto quis poteſt renunciare iuri ſuo, ibid.
Factis etiam mentimur, & ipſo facto conſentit quis malis, ibid.
Factis probatur quis incontinens, ibid.
4 Factis etiam ratum habemus, & factis negamus Deum, ibidem.
Facto exprimere plus eſt, quàm verbo, cap. 1. & ibi gl. 2. De clericis peregrinan.
contra Factum ſuum nemo poteſt venire, gloſ. pen. in cap. diuerſis. De clericis coniugat.
Factum quando reprobatum eſt à iure, ille idem qui fecit, poteſt venire contra factum ſuum: niſi in pœnam ei interdicatur; ſed vbi factum non tenet ex alia cauſa, puta in re communi, qui conceſſit, non poteſt venire contra factum ſuum, ibid.
de Facto vnius ſæpius quæri non debet, gl. liceat, in cap. cum ſecundum. De præbend.
Factum legitimè ex ſuperueniente delicto corrumpi non poteſt, gl. 1. in cap. 2. De clerico ægrot.
Factum proprium non debet obſtare alicui, licet ſit iniuſtum, gloſ. poſſe, in cap. cum ſuper. De conceſſ. præbend.
de Facto ſuo quis certus eſſe debet, gloſ. ſed gratiam, in cap. 2. Vt Eccleſiaſt. benef. ſine diminut.
Facti oſtenſione quædam magis percipiuntur, quàm expreſſione verborum, cap. pe. De donatio.
Factum non dicitur id, quod non durat, gl. 2. in cap. ad noſtram, 8. De regularibus.
5 Factum ab initio calore iracundiæ, ſi poſtmodum per conſenſum ratificetur, valet, cap. pen. De conuerſ. coniugat.
contra Factum ſuum venire, licitum eſt, gloſ. 2. in cap. quia clerici. De iure patron.
Factum legitimè non debet irritari, licet ad eum caſum deueniat, à quo incipere non potuit, gl. 2. in cap. conſultationibus, eod.
Factum iuſte, & ſecundum leges, ex alio euentu reſuſcitari non debet, ibid.
Factum legitimè pœnam non meretur, ibid.
contra Factum ſuum poteſt quis venire, ſi illud viribus non ſubſiſtit, cap. fi. eod.
Factum præſumitur, quod quis facere conſueuit, gl. probabilius, in cap. cum Marthæ. De celebratione Miſſarum.
Factum ab initio legitimè, ex ſuperuenienti delicto non mutatur, niſi lege vel canone exprimatur illud, gl. fi. in cap. 2. De eo qui duxit in matrimonium.
Factum legitimè non vitiatur per caſum ſuperuenientem, à quo incipere non poterat, gloſ. fin. in add. marg. ibidem.
6 Facti cauſa magis conſideratur, quàm ipſum factum, cap. ſi perfodiens. De homicidio.
in Facto quod factum eſt, non eſt locus coniecturis, gloſ. 2. in cap. ad audientiam, 12. eod.
Factum reprobatum poteſt appellari ura, cap. 1. De ſagittariis.
Facti qualitas conſideranda eſt, cap. 1. De colluſione detegenda.
Facti cauſa potius, quam ipſum factum conſiderandum eſt, gl. pen. in cap. vniuerſitatis. De ſententia excommunicationis.
Factum non dicitur, quod non durat factum, gl. fi. in cap. 3. De verb. ſign.
Factum vario modo narratum non vitiatur, vbi idem in ſubſtantia concluditur, cap. nihil obſtat, 7. eod.
Factum non dicitur, quod legitimè non fit, gl. fi. in cap. qui ex timore. De regulis iuris, in antiquis.
Factum contra legem prohibitiuam non eſt nullum ipſo iure, niſi ipſa lex hoc expreſsè dicat, cap. 1. De poſtulat. Prælat. lib. 6. & cap. ſtatutum, §. fi. De reſcript. lib. 6. & cap. nemo. De electio. lib. 6.
7 Factum contra legem non valet, & ſufficit legis latorem prohibuiſſe aliquid, etiamſi non adiiciat, quod contra factum fuerit, non valeat, gl. cognitione, in cap. 2. De ſupplend. neglig. Prælat. lib. 6.
contra Factum ſuum poteſt quis venire, hoc eſt ratione erroris, gloſ. iuuare, in cap. 1. De reſtitutione in integr. lib. 6.
Factum alterius non debet obeſſe alicui, gloſ. ab actore, in cap. 1. De reſtit. ſpoliat. lib. 6.
Factum proprium dicitur, etiamſi fiat per procuratorem habentem ad id ſpeciale mandatum, cap. licet. De iureiur. lib. 6.
Factum idem diuerſis menſuris quis mentiri non debet, gl. octo, in cap. 1. §. ſi quis. De except. lib. 6.
Factum cum perſona repræſentante alium, dicitur eſſe factum cum perſona repræſentata, cap. ad Apoſtolicæ, §. nos itaque. De re iudic. lib. 6.
Factum alterius, confirmatum per ſuperiorem, dicitur factum confirmantis, cap. ſi Apoſtolicæ, 22. De præbend. lib. 6.
Factum licet ſit remotum, per hoc non ſtatuitur ius diuerſum, licet quandoque contrarium obſeruetur, cap. 1. §. verum. De clerico ægrot. lib. 6.
Factum contra inhibitionem & reſeruationem executoris Apoſtolici, eſt nullum, etiam ſi non ſit appoſitum decretum, cap. executor. De conceſſ. præbend. lib. 6.
Factum intra duos menſes a tempore publicationis nouæ 8
conſtitutionis per ignorantiam, cenſetur factum ante conſtitutionem, gl. hactenus, in cap. 2 §. laici. De rebus Eccleſiæ non alien. lib. 6.
Factum quando non tenet de iure, poteſt fieri reuocatio etiam de facto, cap. 1. De relig. domibus, lib. 6.
Factum contra legem prohibentem eſt nullum, licet non fuerit poſitum decretum irritans, cap. fi. De pœnit. & remiſſ. lib. 6.
Factum rationabiliter poteſt etiam rationabiliter mutari, & reuocari, cap. alma mater. De ſentent. excommunicat. lib. 6.
Factum ab initio legitimè vitiari non debet per illud ſuperueniens, à quo non poterat inchoari: quod verum eſt in actibus perfectis, ſed non in actibus inchoatis, & nondum perfectis, gl. poſſeſſor. De reg. iuris, lib. 6.
de Facto ſuo certus eſſe debet quis, gloſ. 2. in cap. cum quis. De regul. iuris, lib. 6.
contra Factum ſuum nullus poteſt venire, gloſ. 1. in reg. quod ſemel, 21. eod.
Facta contra ius habentur pro infectis: quod verum eſt in his, quæ habent perpetuam prohibitionis cauſam: ſecus in his quæ habent temporalem, reg. quæ contra ius, & ibi gl. 1. eod.
Facta contra ius ſunt nulla, niſi eodem, vel alio iure aliud diſponeretur, ibid. 9
Facta directè contra ius ſunt nulla; ſed quæ ſunt præter ius, non, ibid.
Factum ab eodem diuerſis temporibus, vere loquendo non repræſentat identitatem eius facti, gl. fi. in reg. qui facit, 71. eod.
Factum legitimè retractari non debet, licet caſus poſtea eveniat, à quo incipere non potuit, reg. factum legitimè, 73. eod.
Factum legitimè licet non debeat retractari: propter ſuperuenientem tamen cauſam impeditur eius effectus, gloſ. 2. ibidem.
ex Facto vnius arguitur ad alium exiſtentem in eodem officio, clem. Romani, §. cæterum, & ibi gloſ. Bonifacio. De iureiur.
Facti perſecutio quandoque non ſufficit, gloſ. quin etiam, clem. 1. §. De conceſſ. præbend.
Facta fieri non poſſunt infecta, gl. ipſo iure, in clem. 2. §. 10
duro. De hæret.
Facti qualitas de ſe maiorem, non minorem pœnam infligi facit, gl. qualitas, in extrauag. ſi fratrum. Ioann. 22.
Factum pro non facto haberi non poteſt, nec ipſum factum amplius eſſe poteſt, gl. non habetur, in extrauag. ad conditorem. Ioann. 22
Factum idem quandoque eſt peccatum, & ipſum eſt pœna peccati, vt clericidium, & ablatio membri, gl. incurrerunt, in extrauag. inter cunctas, §. ideoque. De priuileg. inter communes.
Factum quod eſt malum in ſe, quanto committens in illud eſt maior, tantò grauius peccat. gl. clericos, in extrauag. excommunicamus. De ſententia excommunicat. inter communes.
Factum non ſemper imputatur, vbi culpa procedit, gl. fi. in can. ad eius, diſt. 5.
Factum quid ſit, non eſt attendendum: ſed an bene ſit factum, can. ſi ſolus, diſt. 8.
Factum contra legem non eſt nullum ipſo iure, ſed annullandum: & etiam quod ſequitur ex eo, vel ob id. can. videa, diſt. 10.
Factum contra legem non valet, vbi eſt perpetua cauſa prohibitionis, puta ne filius contrahat cum matre, gl. 1. ibid.
Factum nullum à principio ex poſt facto non poteſt ratificari, can. regula, & ibi gl. fi. diſt. 17.
Factum à perſona honeſta & bona, potius bonum, quàm 11
malum in caſu dubio præſumimus, can. qui menſa, & ibi gl. 2. diſt. 37.
Factis vt dictis æquè probatur aliquid, gl. fi. in can. ſit rector, § ſed cum rector, diſt. 43.
contra Factum proprium non poteſt quis venire de iure communi: niſi in caſibus à iure expreſſis. can. pœnitentes, & ibi gl. 2. diſt. 55.
ad Factum alienum non poteſt quis præciſè obligari: obligatus

gatus autem ad factum alienum intelligitur ſe curaturum, ne ab alijs damnum detur; ſicut promittens alium ſiſti in iudicio, tenetur tantum ad hoc, vt operam det, quam poteſt, gl. fi. in can. ſibi domino, diſt. 63. & gl. fi. in canon. a. diſt. 92 gl. & per te, in canon. quotiens, 2. q. 7.

Factum infectum eſſe non poteſt, gl. error, in cap. ecce. diſt. 95.

In Facto eodem, ſecundum diuerſitatem intentionis, alter dicitur peccare, & alter non, gl. obtulit, in can. iudicea, 23 2 q. 1.

Factum legitimè irritatur ſuperueniente delicto, gl. a ſacerdotio, in can. ſi quis omnium, 1. q. 7.

Factum minus plenè ex integro agendum, quandoque tamen quod omiſſum eſt, ſupplendum, gl. reiterari, in can. Dalbertum, 1. q. 7.

de Facto ſi quis fuerat depoſitus, & de facto reſtituatur, gl. fi. in can. arguta, 2. q. 6.

12 Facti qualitas præſumitur ex perſona facientis, gl. fi. in can. 2 § q. 5.

contra Factum ſuum poteſt quis venire, vbi eſt expreſſum in iure: aliàs non, gloſſ. ecce, in canon. certè. 22. q. 2.

per Factum vnum quandoque probatur aliud, gl. a. in canon. quatuor, 12. q. 2. gl. a. in canon. ſi nulla, De conſecratione, diſt. 4.

Facti cauſa potius eſt reſpicienda, quàm ipſum factum, gl. fi. in canon. a. 15. q. 6. gloſſ. fin. in canon. occidit, 23. q. 8.

Factum cuius quis author fuit, non poteſt ipſe arguere, gloſſ. prædeſtinatione, in canon. Nabuchodonoſor, 23. q. 4

Factum, licet reprobetur intentio, tamen quandoque commendatur, gl. pro zelo, in can. ſane, 24. q. 2.

Factum legitimum propter ſuperuenientem cauſam non debet infringi, etiam ſi res deuenerit ad eum ſtatum, a quo incipere non potuit, gl. pe. in can. ad limina, 30. q. 2.

13 Factum à viro ſancto ſanctum præſumitur, gl. a. in canon. iſte 32. q. 4.

ex Facto eodem quis quandoque meretur, & demeretur, gl. fi. in can. dixit, 32. q. 4.

Factum non poteſt eſſe, quod non ſit factum, gl. ſuſcitare, in can. ſi Paulus, 32. q. 5.

Facta ſine perſeuerantia non habentur pro factis, can. ſi quis iratus, De pœniten. diſt. 1.

Factum non dicitur, niſi duret factum, gl. fi. in can. citius. De pœniten. diſt. 2.

Factum contra interdictum, & ordinem Eccleſiæ non poteſt ratum haberi, can. videtur, 25 q. 6

contra Factum ſuum poteſt quis venire, gl. 1. in can. quod quis, 35. q. 9.

Facta per hæreticos intruſos, vel irregulariter ordinatos, non valent, gl. regulariter, in can. hic ergo, De conſecra. diſt. 2.

in Facto non poteſt reprobari vnum, & aliud approbari: intellige in factis diuerſis, non in connexis, gl. a. in can. perlatum. De conſec. diſt. 3.

ad Factum non adſtringitur quis, niſi id commodè fieri poſſit, cap. quamuis, & verſ. ſi autem, De officio ordin. lib. 6.

Reliqua in verbo, Allegatio. Effectus. Alienum. Fieri. Geſta. Ignorare. Ignorantia, 2. Illicite. Promittens.

in FACVLTATE alicuius conſideranda debemus inſpicere, an habeat artem aliquam, can. quod ſuper his, 8. De voto.

Facultatum ratio habenda eſt in ſumptibus faciendis, & procurationibus, clem. quia contingit, & ibi gl. facultatis. De relig. dom.

Facultates conceſſæ quibuſuis perſonis, ſuper matrimonio contracto, vel contrahendo in gradu prohibito, vel natalium, vel ætatis defectibus, de incompatibilibus beneficijs in ſimul retinendis, & de notarijs publicis creandis, & de alijs ſimilibus, reuocantur per regulam 12. Cancellariæ.

Facultates conferendi beneficia reſeruata conceſſa per Pontifices prædeceſſores reuocantur: ſed excipiuntur Cardinales ab hac reuocatione, reg. 13 Cancellariæ.

Facultates conceſſæ à Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, & alijs Prælatis de diſpenſando in matrimonio contracto, vel contrahendo in gradu prohibito: & ſuper defectu natalium vel ætatis ſuper incompatibilibus beneficijs retinendis, in his omnibus non concernentibus eorum officium, in his in quibus non ſunt ſortitæ effectum, reuocantur, reg. 13. Cancellar.

Reliqua in verbo. Diuitiæ. Beneficium, 17. Reuocatio. Reuocatoria. Gratia.

FALCEM in meſſem alienam ponere non licet, cap. venerabilem, 34. in princip. De elect. cap. paſtoralis, § rurſus, & ibi gl. falcem. De re iudicat, gl. collectores, in extrauag. ſuſcepti. Ne ſede vacante, inter communes, & gl. a. in can. diſcipulos. De conſecrat. diſt. 5.

Reliqua in verbo, Meſſis.

FALCIDIA detrahitur etiam hodie contra tacitam voluntatem teſtatoris, cap. Raynaldus, & ibi gl. fi. De teſtam.

Falcidia detrahitur ex legatis pœnalibus: id eſt ex legatis, quæ in pœnam fiunt, dd. reprob. gloſſ. beneficio, ibidem.

Falcidiæ legis beneficio non poteſt vti hæres, qui inuentario non confecto adiuit, gl. pe. ibid.

Falcidiam detrahere hodie poteſt teſtator prohibere, ſi ſciat quantitatem patrimonij: quæ ſcientia in dubio præſumitur, gl. fi. ibid.

Falcidia non detrahitur ex legatis, quæ ad pias cauſas relinquitur, gl. fi. in cap. fi. De teſtam.

Falcidia ceſſat in teſtamento militis, priuilegio militari, ibid.

Falcidia non debetur de relictis pauperibus, extrauag. inter cunctam, § fi. De priuileg. inter communes.

Falcidia eſt triplex: vna eſt debita iure naturæ, quæ competit legitimo hæredi: alia eſt debita iure inſtitutionis, quam poteſt iure hæres inſtitutus petere, cum tota hæreditas eſt exhauſta: tertia dicitur quarta Trebellianica, quæ competit hæredi inſtituto, qui rogatus eſt hæreditatem alteri reſtituere, gl. 1. in can. reſponſa, diſt. 2.

Reliqua in verbo, Legatum, 6.

FALLERE in contractibus minus malum eſt, quàm falli in fide, can. in ipſarum, & ibi gl. fi. 22. q. 2. 1

Falli in his quæ ad fidem pertinent, minus peccatum eſt, quam decipere alios, d. can. in ipſarum.

Falli quandoque minus eſt, quàm fallere, gloſſ. non multum, in can. ſi cupis, & ibi gl. fi. 16. q. 2.

Falli, id eſt facilem eſſe ad fallendum, vitium eſt ibidem.

Fallere, & falli inter ſe non multum differunt in his, quæ ſpectant ad fidem, gloſſ. fi. in canon. beatus, §. fi. 22. q. 2.

Fallere aliquem in aliquo contractu, minus peccatum eſt, quàm falli ab aliquo circa articulos fidei, ibid.

Falli in his quæ ad fidem non pertinent, aut paruum, aut nullum peccatum eſt, can. in quibus, 22. q. 2.

Reliqua in verbo, Deceptis. Contrahens.

FALSARE litteras de ſimplici iuſtitia non præſumitur quis, nec punitur, ſi eo comperto deſiſtat eis vti, cap. pe. De crimine falſi

Falſans litteras capitulo, ab officio, & beneficio debet ſuſpendi, cap. tam literis, & ibi gl. fi. De teſtib.

Falſans clericus ſigillum principis deponitur, & ei character imprimitur, & in exilium mittitur, cap. 3. De crimine falſi

Falſans litteras Apoſtolicas quocumque modo, vel his vtens ſcienter, excommunicatus eſt: & debet tradi curiæ ſeculari conuictus, & degradatus, gl. a. in cap. licet, eodem.

Falſans litteras Apoſtolicas efficitur de foro Eccleſiaſtico, cap. ad falſariorum, & ibi gl. 3. eod.

Falſantes litteras per ſe, vel per alium, artius puniuntur, quam vtentes ſimpliciter, ibid.

Falſantes litteras Papæ per ſe, vel per alium, ſunt excommunicati cum ſuis fautoribus, qui ſi fuerint clerici, ab officio & beneficio priuati degradandi, &. tradendi ſunt curiæ ſeculari: ſi laici, per eaſdem leges ſunt legitimè puniendi, ibid.

Falſantes litteras principis vel Papæ vltimo ſupplicio puniuntur: ſed falſantes litteras aliorum aliter puniuntur, & leuius, ibid.

Falſatorem aliquem eſſe ſi conſtat, deponitur, gl. fi. in can. in memoriam diſt. 16.

FALSARII litterarum Apoſtolicarum puniendi mitti debent ad dominum Papam, gloſſ. fin. in cap. 2. De reſcript. 2

Falſarius dicitur ille, qui aliquid addit, vel diminuit de inſtrumento, in præiudicium partis alterius, cap. cum venerabilis. De exceptio.

Falſarius litterarum Apoſtolicarum, in exaggerationem, & odium criminis, ipſo iure eſt excommunicatus, & depoſitus omni priuilegio clericali: & incontinenti traditur curiæ ſeculari, gl. fi. in cap. cum non ab homine. De iudicijs.

Falſarij clerici litterarum domini Papæ altius puniuntur, quàm ſigillorum regum, cap. 3. De crim. falſi.

Falſarius clericus litterarum Apoſtolicarum degradatur, & ſtatim traditur puniendus curiæ ſeculari, gl. 2. ibid.

Falſario clerico debet imprimi character: ſed non debet infigi ita profundè, vt ſanguinem elicias: ſed cum . . . ſi . . . cies deformatus in ſignum maleficij: nec . . .

ſigi illa pœna, quia periculum imminet in ipſe infligenda; & huiuſmodi adustio clericis eſt prohibita, gloſ. fin. ibidem.

Falſarius litterarum domini Papæ non poteſt abſolui ab alio, quam à domino Papa, niſi in mortis articulo, cap. duæ, §. fi. eod.

Falſarij litterarum Apoſtolicarum, & eorum fautores, & defenſores, ipſo iure excommunicati ſunt, cap. ad falſariorum, & ibi gl. 3. eod.

Falſarius ad agendam pœnitentiam debet includi in perpetuum carcerem, cap. nouimus, 27. §. fi. De verb. ſignif.

Falſarius ipſo facto dicitur, ſi chartæ appareat raſa, vel immutata: & talis falſarius deponitur, gl. 2. in cap. in memoriam, diſt. 19.

Falſificantes monetam regis Franciæ, & aliorum locorum circumvicinorum, aliquo de quatuor modis, de quibus ibi, ipſo facto excommunicationem incurrunt, à qua non poſſunt abſolui, niſi à Papa, prætetquam in mortis articulo, extrauag. prudiens. Ioann. 22.

Falſificans clericus litteras inferiorum iudicum debet priuari beneficio, cap. olim de litteris, 25. De reſcriptis.

1 FALSITAS qualitatis perſonæ vitiat reſcriptum; ſed non vitiat reſcriptum eo reſpectu, quo reſcribens alias erat conceſſurus, cap. cum contingat, 36. De officio deleg.

Falſitas narrata in reſcripto, circa merita negotij principaliter diſcutiendi in iudicio, non vitiat reſcriptum, cap. ex parte. De foro comp.

Falſitas inſtrumenti confecti nomine alicuius collegij probari poteſt, ſi illi de collegio deponant, quòd collegium nunquam voluit conſentire, quando illius rei mentio habebatur: & ſic debent ſe fundare ſuper facto collegij, non autem ſuper facto eorum, dicendo *ego non conſenſi*, cap. tertio loco. De probatio.

de Falſitate quando arguitur inſtrumentum, debet edi dies, & conſul. gl. ibid.

Falſitatis quæſtione mota, poſtea prætextu falſitatis nunquam poteſt retractari ſententia, niſi fuit appellatum: tunc enim poteſt opponi in cauſa appellationis, & teſtes poſſunt produci, gl. opponi, in cap. licet cauſam, eod.

Falſitatis quæſtio ſi non fuit mota, poteſt poſt ſententiam ante appellationem, & in cauſa appellationis opponi, dummodo indirectè probetur, dd. ad. d. gl. opponi, & gl. ſe adſtrinxit, ibid.

Falſitatem inſtrumenti, cuius vigore lata fuit ſententia, ſufficit probare ad retractandam ſententiam, dd. ibid.

Falſitas teſtium directè probari non poteſt publicatis atteſtationibus; ſed indirectè rectè poteſt probari, gl. ſe adſtrinxit, ibid.

2 Falſitas teſtium poteſt probari per dicta aliorum teſtium iam productorum ante publicationem, ibid.

Falſitas priorum teſtium poteſt probari indirectè, publicatis atteſtationibus, cap. ex tenore, 35. De teſtibus.

Falſitas inſtrumenti primo cognoſcitur ex annis Domini, ex indictione, ex qualitate chartæ, ex ſigillo priuilegij, & ex ſcriptura notarij, cap. inter dilectos. De fide inſtrumenti.

Falſitas inſtrumenti deprehenditur ex qualitate chartæ: & fit comparatio chartæ ad litteram, ſicut alibi fit comparatio ſcripturæ ad ſcripturam, gl. videretur, ibid.

Falſitas inſtrumenti ex multis cauſis, & facilius deprehenditur, quàm teſtium, gloſ. 1. in cap. cum dilectus, eodem.

Falſitas inſtrumenti, vel quod deeſt inſtrumento, probari poteſt per teſtes, cap. cum Ioannes, eod.

Falſitas eſt immutatio veritatis, gl. confirmatio, in cap. & ſi Chriſtus, §. fi. De iureiur. & gl. falſitas, in extrau. quia quorundam, Ioan. 22.

ob Falſitatem, quæ in teſtibus, vel inſtrumentis committitur, cauſa non perditur, etiamſi committatur in actis, dd. approb. gl. licet, in cap. cum venerabilis. De exceptio.

3 Falſitas inſtrumenti, facilius deprehenditur in indictione, quàm in annis, gl. annotatio, in cap. cum venerabilis. De religioſ. domib.

Falſitas litterarum multis modis fit, cap. licet, & ibi gl. 1. De crimine falſi.

Falſitas probatur per comparationem litterarum, & etiam ex ſtylo dictandi fit comparatio, gl. pe. ibid.

Falſitas litterarum Apoſtolicarum deprehenditur tam in bulla, hoc eſt ſigillo, filo, & charta, quam in ſtilo, & modo dictandi, cap. quam graui, eod.

Falſitas reſcripti non poteſt deprehendi ex ſola lectione, gl. pe. in cap. porro, 7. De priuileg.

Falſitatis permiſtio in ſcripturis, totam vitiat ſcripturam, can. ſi ad ſcripturas, diſt. 9.

Falſitatis pœna ſecundum leges, eſt depoſitio, & omnium bonorum confiſcatio in libero, in ſeruo mors, gl. 2. in can. in memoriam, diſt. 19.

Falſitas inſtrumenti vix poſſet probari, niſi ſciretur dies: & ideo dies in inſtrumentis apponi debet, gl. ſine die, in can. dicens, §. ſi qua, 25. q. 2.

5 FALSVM apte fabricatur in tenebris, gl. odit lucem, in cap. conſuluit, 24. De officio deleg.

Falſa Latinitas vitiat reſcriptum Papæ, cap. ad audientiam, 11. & ibi gl. 1. De reſcript.

Falſa Latinitas non vitiat teſtamentum, dummodo conſtet per ipſum de intentione teſtantis, d. gl. 2.

Falſa Latinitas non vitiat inſtrumenta notariorum, ibid.

Falſa Latinitas vitiat priuilegia Romanæ Curiæ, ibid.

Falſa cauſa, vel falſa demonſtratio non vitiat legatum, gloſ. 1. in cap. ſignificante, 34. eod.

cum Falſo procuratore agitatum non valet in præiudicium domini, cap. 1. De procuratoribus.

Falſa præſentatio prorogationis diei, ad quem quis eſt citatus, quæ præſentata eſt à parte iudicis: dum tamen talis ſit, cui credi debeat, excuſat contumaciam citati, cap. ex litteris. De in integr. reſtitut.

Falſa Latinitas non vitiat reſcriptum vel aliam ſcripturam, vbi poteſt ſaluari per figuram Rhetoricæ, gloſ. quem, in cap. 2. De iudiciis.

Falſi exceptio poteſt opponi ante, & poſt ſententiam, cap. licet cauſam. De probatio.

de Falſo priuilegium redarguenti, iudex faciet illud exhiberi coram iudice, & paucis, & in loco congruo, & ſecuro, & interim ſtabitur ſententiæ latæ per illud, cap. accepimus. De fide inſtrum. 2

de Falſo volenti accuſare, poteſt ſtatui terminus peremptorius ad probandam falſitatem: quo elapſo, non poteſt accuſare, ibid.

de Falſo non poteſt redargui inſtrumentum, reſcriptum, vel priuilegium, niſi inſpiciantur, d. cap. accepimus, & ibi gl. 1.

de Falſo volens arguere inſtrumentum, vel priuilegium, primò debet iurare, quòd calumnioſe hoc non dicat: aliàs non audietur, nec dabitur ad inſpiciendum, quod intelligitur, cum agitur de falſo criminaliter, gloſ. 1. ibidem.

Falſum committit, qui ſigillum ſurripit furtiuè, nomine capituli: gloſ. fi. in cap. quanto. De his quæ fiunt à Prælat.

Falſa cauſa in ſpiritualibus, non annullat actum, gl. falſa, in cap. ex parte, 14. De conuerſ. coniugat.

Falſa cauſa vitiat diſpenſationem, gl. fi. in cap. quia circa. De conſang. & affinit.

Falſa cauſa non impedit religionem, ibid.

Falſus eſt non ſolum qui mendacium dicit, ſed etiam qui veritatem occultat, cap. 1. De crimine falſi. 3

Falſæ litteræ non conferunt iuriſdictionem: & ideo nullo tempore conualeſcit, quod per eas iudicatum eſt, cap. 2. & ibi gl. 1. eod.

Falſas litteras præſentans debet diligenter detineri, ibid.

Falſas litteras habens, ſi intra viginti dies illas non deſtruat, aut reſignet, incidit in excommunicationem, & eius abſolutio Papæ reſeruatur: niſi in mortis articulo, cap. duæ, § adiicientes, eod.

Falſis litteris vtens incurrit ſententiam excommunicationis domini Papæ, ſiue canonis, gl. euadere, ibid.

Falſis litteris aliquis ſimplex etiam ignoranter vtens non excuſatur ab excommunicatione lata contra vtentes talibus litteris: quia per alios debuit inquirare, ibid.

Falſis litteris vtens, ſi facit diligentiam, quam potuit per ſe, vel per alios, non tenetur, ſi falſitas fuit ita latens, quòd non potuit videri etiam à perito, alioquin non excuſatur, gl. euadere, ibid.

Falſa dicitur charta ſcripta, vt ſi ſcriptum ſit in ea omnes canonicos fuiſſe præſentes, cum omnes non adfuerint, & talis vt falſarius punitur, & ſuſpenditur ab officio & beneficio, gl. 1. in cap. licet, 5. eod.

Falſa dicitur charta, ſi appareat raſa, vel mutata in loco ſuſpecto, & tali modo falſans litteras iudicum priuari debet in beneficio ſuo, ibid.

Falſum reſcriptum præſumitur, licet forſitan non ſit, ita quod per ipſum non procedatur, ſi habeat in ſe vitium Latinitatis, ibid. 4

Falſum dicitur inſtrumentum, quod inducitur ſuſpectum, & ei non imponitur fides, ibid.

Falſæ litteræ dicantur, ſi in eis Epiſcopus appellatus filius, vel ſi Papa vni loquatur in plurali, ibid.

Falſum reſcriptum dicitur, ſi eſt impetratum ſine mandato, ibid.

Falſæ litteris Papales, in quibus Epiſcopus appellatur filius, vel inferior frater, vel vni ſcribitur in plurali, cap. quam graui, eod.

Falſis litteris vtentes clerici priuantur officijs & beneficijs: ſed laici, ipſo facto ſunt excommunicati, cap. ad falſariorum, & ibi gl. 13. eod.

Falſum non committitur ſine dolo, gl. 1. ibid.

Falſis litteris Apoſtolicis per alios impetratis vtentes minus puniuntur, quam illi, qui per ſe, vel per alios falſarunt illas, gl. ſub eorum, ibid.

Falſi pœna in libero homine eſt deportatio, & omnium bonorum publicatio; in ſeruo vltimum ſupplicium, gl. legitimas, ibid.

Falſum non præſumitur in his, quæ de iure communi competunt alicui, & quæ de facili haberi poſſunt, cap. pen. & ibi gl. 1. eod.

Falſum ſi quis ſuggeſſit in litteris, quæ ſunt de ſimplici iuſtitia, non ſtatim ſunt præſumendæ falſæ, niſi probetur, 5

quod ex certa ſcientia falſum ſuggeſſit, gl. a. ibid.

Falſis litteris qui non vtitur, poſtquam ei oppoſitot de falſitate, non punitur, canon. inter dilectos. De exceſſ. Prælatot.

Falſum teſtimonium fereos quis periutos eſt, & in tribus peccat, nec admittitur ad iurandum: quia præſumitur contra ipſum ex antecedenti vue, gloſ. periurio, in cap. 1. De purgat. canon.

Falſæ litteræ dicuntur, in quibus verum tacetur, & falſum exprimitur: & impetrans tales litteras, tacita veritate, & expreſſa falſitate, dicitur falſarius, gl a. in can. in memoriem, diſt. 19.

Falſam chartam de nouo fabricans non ſolum deponitur, ſed & curiæ traditur, ibid.

6 Falſa charta etiam dicitur, quæ non habet teſtes inſcriptos, ibidem.

Falſe charta dicitur, quæ habet ſubſcriptiones varijs manibus notatas, & quæ non eſt perfecta eadem manu, niſi ex hoc ſit ibi diuerſitas: quia ſit ibi calami vel atramenti mutatio, ibid.

Falſa ſcriptura dicitur, ſi eſt contraria alteri, ex eadem parte prolata, ibid.

Falſa ſcriptura dicitur, ſi alieno ſigillo eſt ſigillata, dum modo ille habuit proprium, vel niſi dixerit, quòd tunc non habuit proprium, ibid.

Falſe charta dicitur, ſi ſigillum eſt fractum, vel ſi non eſt appoſitus annus indictionis, vel ſi filum eſt fractum, ibid.

Falſæ litteræ Papæ dicuntur propter falſam Grammaticam, ibidem.

Falſæ litteræ dicuntur, ſi ſunt ſuſpectæ, & eis non imponitur fides, ibid.

Falſæ litteræ dicuntur, ſi ſunt impetratæ pendente appellatione, vel ſi ſint impetratæ ſine mandato domini, ibid.

Falſum teſtimonium dicens, aut falſans chartam Epiſcopus, Presbyter, aut diaconus deponitur, & in Monaſterio recluditur, can. ſi Epiſcopus, diſt. 50.

Falſa inferens alicui debet puniri, & pro falſitate infamis efficitur, can. 1. 5 q 6.

7 Falſum committere dicitur, qui tacet verum, can. quia iuxta, § pro. 5. q. 6.

pro Falſi crimine imponenda pœnitentia eſt arbitraria, can. pro. 5. q. 6.

de Falſo vituperio nobis illato gaudere debemus: ſed de falſa laude nobis dicta debemus contriſtari, can. inter verba, 11. q. 3.

Falſum de alio proferens, & is qui cito crimina credit, vterque eſt reus, can. non ſolum, 11. q. 3.

Falſum teſtimonium pro pecunia dicens dicitur negare Deum, qui eſt veritas, can. abiit Iudas, 11 q. 3

Falſum aſſerere non debet quis, imò potius debet omnia mala pati, quàm falſum aſſerere, gl. a. in can. authoritatem, 15. q. 6.

Falſum iurans debet admoneri ſi verū non audierit, talibus perſonis eſt dicendum, qui potius poſſunt prodeſſe, quàm obeſſe, id eſt ſacerdotibus, can. hoc videtur, 22. q. 5.

Falſum iurare aliquem ſi quis audit & tacet, delinquit: & multò magis delinquit ille, qui ad periurium compellit aliquem. d can. hoc videtur, § ſi ergo.

Falſum iurans ſuper lapidem, periurus eſt, can. ecce dico, 22. q. 5.

Falſum ſimpliciter dicens peccat mortaliter, ſicut & qui dicit falſum ſub iuramento: magis tamen peccat deierando, quàm mentiendo, gloſ. fin. in canon. iuramentis, 22. qu. 5.

Reliqua in verbo, Abſens, 2. Accuſatio, n. 2. Crimen. Calumniare. Calumniator. Contraria. Exceptio. 4. 5. 6 7. 25 Teſtis, 65 66. Impoſtor, Iurare, 5. 10 Mendacium, 2. Menſurat. Sententia, 12. 13. 14 Stilus.

1 FAMA inducit iuſtam credulitatem, gl. 1. in cap. cum contingat, 24. De reſcript.

Famam ſuam negligens crudelis eſt, gl. ſui prodiga, in §. ſed effrenate, in proœmio Decretal. gl. notorium, in cap. veſtra. De cohabit. clericorum.

Fama ſola facit probationem ſufficientem, vt interdictum ſuperioris obſeruetur, gl. publicè, in cap. 2. De poſtulat. Prælat.

per Famam ſolam qui intellexit ſe excommunicatum vel interdictum, etiamſi dubitet, debet potius ſeruare excommunicationem vel interdictum, quàm Eccleſiaſtica ſacramenta poſtea pertractare, ibid.

Famæ alicuius inquiſitio debet fieri in loco, vbi conuerſatus eſt, cap 3. & ibi gl fi. De electione.

Fama caſtigatur per abſolutionem excommunicationis, ſi infamia canonica tantum ſit irrogata, gl. fi. in cap. quia diligentia, eod.

Fama in antiquis, quorum memoria non habetur, probat, ſi alia adminicula adſint: ſecus ſi alia adminicula non adſint, gl. 2. in cap. cum cauſam, eod.

Famæ communis conducunt ad fidem faciendam, gloſ. fi. in cap. illud quoque. De præſumpt.

Fama cum aliis præſumptionibus & adminiculis ſufficit ad probandum matrimonium, gl. fama, ibid. & cap. tertio loco, eod.

Fama in mora ſe habet, quàm notorium, cap. ex litteris, 2
32. De iureiur.

Fama etiam diuulgatiſſima non facit plenam probationem, cum agitur de vſuris, ſeu fructibus computandis in ſortem, ibid.

per Famam qualitercumque aliquid ſit diuulgatum ſeu notorium, non ſufficit ad probationem, ſed bene cum alijs adminiculis, gl. 2. ibid.

Fama ſola ſufficit ad matrimonium impediendum, ibid. & cap. cum in tua, 27. & ibi gl pen. De ſponſalibus, cap. 2. & ibi gl. fi. De conſang. & affin.

Famam reſtituere poteſt Papa clericum infamem infamie iuris: ſed laicum alteri ſuppoſitum non poteſt reſtituere, gl. fi. in cap. cum te, 23. De re iudic.

Fama ſola non ſufficit per ſe ad probationem, ſed bene cum teſte vno, vel alijs legitimis adminiculis, gl. famam, in cap. 2. De appel.

Fama eſt illæſæ dignitatis ſtatus, vita & moribus comprobatus, & in nullo diminutus, gl. notorium, in cap. veſtra. De cohabit. cleric.

Fama quandoque procedit ex ſcientia, quandoque ex ſuſpicione, quandoque ex certo authore, quandoque ex incerto authore, ibid.

contra Famæ probationem admitti poteſt probatio, cap. cum in tua, & ibi gl. pe. De ſponſalib.

Fama probari poteſt, gl. de fame, ibid.

Famam inducit multiplex clamor, gl. de plano. ibid. 3

Fama aliud eſt, & aliud eſt rumor, gl. 1. in cap. ſuper eo, De eo qui cognouit.

Fama plus facit, quàm dictum vnius, vbi iuramentum interuenit, gloſſ. fin. in cap. 2. De conſanguinit. & affinit.

Famæ bonæ priuilegium præſtantius eſt, quàm malæ opinionis, gl fi in cap. licet, 14. De accuſatione.

Famam non inducunt dicta paucorum, gl. fi. in cap. inquiſitionis, 21. §. fi. eod. & gl. in hoc, in cap. illud dominus. De clerico excommunicat.

Fama, & clamor ſunt diuerſe, cap. qualiter & quando 24 De accuſat.

Fame eſt nomen generale habens ſe ad malum, & ad bonum, ibid.

Fama per ſe nihil probat. gl. & famam, ibid. & gl. in hoc, in cap. illud dominus. De clerico excommunicato,

Fama ab incerto authore procedit, gl. à maleuolis in d. cap. qualiter & quando. De accuſat.

Famam ortam eſſe à maleuolis difficilè eſt probare, ibidem.

Fama ſola non facit aliquem manifeſtum vſurarium: quoad pœnas Lateranenſis concilij: ſed vltra famam requiruntur & alia argumenta, cap. cum in diœceſi. De vſuris. 4

Fama ſola non ſufficit ad condemnationem, gloſſ. 2. ibid.

ad Famam ſolam matrimonium impeditur, gloſſ. in hoc in cap. illud dominus. De clerico excommunicat.

Famam ſuam negligens crudelis eſt, gl. 1. in cap. 2. De purgat. canonica, & gl. infamium, in cap. cum perſonæ. De priuileg. lib. 6.

Fama facit probationem, & impedit matrimonium contrahendum, gl. ſi publica, in cap. cum deſideres, 35. De ſenten. excommunicat.

Famæ ſuæ prodigus, & proprij honoris perſecutor, crudelis eſt, etiamſi conſcientiæ ſuæ confidat. gl. prodigus, in cap. 1. De re iudic. lib. 6.

Fama publica quandoque inducit probationem plenam in cauſa criminali: ſcilicet quando inducitur tantum ad finem probandi iuriſdictionem illius cauſæ, cap ſi iudex laicus, §. & ſi notorium. De ſentent. excommunicat. lib. 6.

ad Famæ bonæ conſeruationem quiſque debet intendere, gl. bonæ famæ, in extrau. quorumdam, §. eodem modo. Ioan. 22.

Fama bona alicuius dicitur dare bonum odorem, cum ſine virtute animi non ſubſiſtat, ibid.

in Famæ bonæ odore, potius quam in fama, delectandum eſt, gl. bonæ famæ, in extrau. execrabilis. De præbend. inter commones.

Fama ſola non ſufficit, vt excommunicatus vitari debeat, 5
gl. expectare in can. t, diſt. 93.

Fama quandoque ex ſcientia; quandoque ex ſuſpicione procedit; quandoque ex certo, quandoque ex incerto authore, gl. 5. in can. manifeſta, 2. q. 1.

Fama ſola non probat, ſed cum alijs adminiculis probat, gl. fi in can. multi, 2. q. 1.

Fama poteſt probari per duos teſtes, gl. iudicis, in can. pe. 2. q. 1.

Fama ſola non ſufficit ad depoſitionem, gl. fi. in can. ſi. 2. q. 5.

in Fama requiritur ordo iuris: & propter famam dicitur aliquid manifeſtum, gl. fi. ibid.

Famæ alterius inſidiari non debet quis, can. ſi quis circa, 1. q. 3.

Fama eſt illæſæ dignitatis ſtatus, moribus & legibus comprobatus, gloſſ. infamia, in can. infames, §. pore, 3. q. 7.

Fama, opinio, & æſtimatio idem ſunt, ibid.

de Fama ſi iudex dubitat, quærat à vicinis, gl. fama, in can. ſi teſtes, §. ſæpe, 4. q. 2.

Fama per ſe nihil probat: ſed ſi adeſt teſtimonium vnius cum fama, per illud probari poteſt, ibid.

Fama magis valet, quàm vnus teſtis, ibid.

Fama probari poteſt per duos teſtes, ibid.

Fama bona cum conſcientia requiritur, gl. 1. in can. ſcienti, 11. q. 3.

Famam ſuam negligens dicitur crudelis, can. non ſunt. 11. q. 3. can. nolo, 12. q. 1.

Fama non inducit probationem, nec partem probationis, nec exemplum, gl. non credat, in can. ſanctum. De conſecratione, diſt, 3.

Reliqua in verbo, Conſcientia. Publicum. Manifeſtum.

FAME mori melius eſt, quam idolothytis veſci, can. ſicut ſatius, 32. q. 4.

ob Famis neceſſitatem licitum eſt comedere idolothytum, dummodo non fiat ad venerationem idoli, gl. fame, ibid.

ob Famis neceſſitatem licitum eſt auferre aliena, & etiam furari, & homicidium committere, & carnes comedere in quadrageſima, gl. 1. ibid.

Famis neceſſitas excuſat quem à furto, gl. fi. in can. diſcipulos. De conſecrat. diſt. 5.

Reliqua in verbo, Eſurientem paſce.

FAMILIA alicuius ſi vi aliquem deiecit de poſſeſſione, non tamen nomine domini, dominus non poteſt ratum habere, gl. interdictum, in cap. cum ad ſedem. De reſtitutione ſpoliat.

de Familiæ facto non tenetur dominus, niſi mandauerit, vel ratum habuerit, ibid.

Familiæ appellatione continetur etiam ipſe dominus familiæ, gloſſ. nullatenus, in cap. poſt electionem. De conceſſ. præbend. & gloſſ. exprimat. in cap. requiſiſti. De teſtam.

Familia quandoque ponitur pro agnatione, cap. 2. & ibi gl. poteſtate. De conuerſ. infidel.

Familiæ nomen habet multas ſignificationes, d. gloſſ. poteſtate.

de Familiæ alicuius poteſt quis dici largo modo, exiſtens in loco ei ſubiecto, cap. ſi vere, 34. De ſententia excommunicat.

Familiam ſuam poteſt quis corrigere: quia ratione patriæ poteſtatis ſibi competit, gl. de familia, in cap. cum voluntate, §. fi. eod.

Familia Archiepiſcopi eodem priuilegio, quo ipſe Archiepiſcopus, gaudet; & Archiepiſcopus eſt iudex iniuriæ illatæ familiæ ſuæ, cap. 1. De pœnis, lib. 6.

Familia non gaudet priuilegio domini, cum aliter puniatur offendens dominum, & aliter offendens familiam, cap. fi. §. promiſſis, eod.

Familiæ regimen habens, licet ſit bonus, non tamen ex hoc ſequitur, quòd omnes de familia ſint boni, can. quantumlibet, diſt. 47.

Familiam ſuam licet bonus paterfamilias corripiat: tamen malos exiſtentes in illa ad viam veritatis ſi nequit perducere, non imputatur ei, ibid.

Familiæ Eccleſiaſticæ appellatione comprehenduntur etiam ſerui Eccleſiarum, can. multis, diſt. 54.

Familiam ſuam mutare nemo inuitus cogitur, gl. fi. in can. 1. diſt. 85.

Familiam habens tenetur ex præcepto corrigere eam, gl. 1. in can. ſi peccauerit, 2. q. 1.

Familiam non faciunt duo, gl. 2. in can. 1. 10. q. 2.

Familia idem priuilegium habet, quod dominus, in conueniendo coram iudice dominorum, gl. 1. in can. clericum, 11. q. 1.

Familia quandoque excommunicari poteſt pro delicto domini, propter enormitatem criminis, in ruborem ipſius domini, gl. temperamus, in can. quoniam multos, 11. q. 3.

Familiæ oblationes in ruborem domini quandoque non recipiuntur, ſicut non recipiuntur oblationes raptorum, & diſcordantium, & impœnitentium, ibid.

Familia prohiberi poteſt communicare domino excommunicato, propter atrocitatem facinoris, gl. niſi grauiſſime, in can. ſi habes, 24. q. 3.

Reliqua in verbo, Famulus. Familiaris. Dominus.

FAMILIARITAS non eſt ſufficiens ad recuſandum iudicem, gloſſ. 1. in cap. inſinuante, 25. De offic. deleg.

Familiaritas repellit iudicem ſicut teſtem, ibid.

Familiaritatis affectio veritatem ſolet impedire: & ideo propter familiaritatem iudex recuſatur, gl. cum ſint, in cap. cum R. eod.

à Familiaritate repellens eum, à quo ſciebat ſe accuſandum, excipere contra eum non poteſt, cap. nulli Epiſcoporum, 5. De accuſat.

Familiaritas nimia parit contemptum, gl. 3. in cap. & ſi Iudæos. De Iudæis, gloſſ. 2. in canon. nullam, 18. q. 2.

Familiaritatem nimiam non debet quis habere cum aliqua, etiam conſanguinea, vnde ſuſpitio poſſit haberi, cap. cum in iuuentute. De purgat. canon.

Familiaritas nimia ſæpe contemptum generat, intellige inter fatuos, gl. ſtangatur, in can. quando diſt. 86.

Familiaritas in cibo ſumendo eſt maior, quàm in colloquio, gl. 1. in can. omnes, 28. q. 1.

Reliqua in verbo, Clericus, n. 21.

FAMILIARES in teſtem non poſſunt admitti, etiam ad faciendam talem qualem præſumptionem, cap. in litteris, & ibi gl. pe. De teſtibus.

Familiares dicuntur conſanguinei, coloni, adſcriptitij, mercenarij, filius in poteſtate, libertus, & ſeruus, & omnes habitantes in domo, gl. pe. ibid.

Familiares domini Papæ intelliguntur corporis eius, gloſſ. 3. in cap. cum dilectus. De clericis non reſident.

Familiaris domini Papæ pro præſente reputatur, & ita percipit fructus præbendæ, etiam in abſentia, d. cap. cum dilectus.

Familiares in honeſtos habens habet præſumptionem contra ſe, cap. nulli Epiſcoporum. 5. De accuſat.

Familiares domeſtici in fraudem aſſumpti, non gaudent priuilegio domeſticorum, gl. domeſtici, in cap. pe. De priuileg. lib. 6.

Familiaris alicuius dicitur adhuc, etiam ſi pro ſuis negotijs eum interdum abeſſe contigerit, gl. fi. in cap. fi. De verb. ſign. lib. 6.

Familiaris alicuius dicitur adhuc, etiamſi is ægrotauerit: quia & tunc ſeruire intelligitur, ibid.

Familiares dicuntur qui per ſe non quæſiti, vel recepti, ſine fraude vel fictione verè alicuius clerici familiares, & in expenſis continuè commenſales exiſtunt, d. cap. fi.

Familiaris rei cura, vix ſine peccato, ſaltem veniali eſt, can. qualis, diſt. 25.

Familiares dicuntur omnes, qui habitant cum aliquo, gloſſ. 1. in ſumma, 3. q. 5.

Familiares Cardinalium, quoad impetrationem beneficiorum familiarium Cardinalium, dicuntur illi, qui ipſorum Cardinalium familiares, & continui commenſales, adminus per quatuor menſes fuerunt, reg. de impetrante benefic. per obitum famil. Cardin. in reg. Cancel.

Familiares Cardinalium, tum & in curia reſidentes, ratione beneficiorum quæ obtinent, ſubſunt loci ordinarijs. Concil. Trid. ſeſſ. 24. De refor. cap. 11.

Reliqua in verbo, Bulla.

FAMIGERATI vulgo minantes, & eorum famoſi libelli prohibentur: & contra facientes ad triremes perpetuo, vel ad tempus ſecundum facti qualitatem condemnari debent, extrauag. ea eſt rerum humanarum. Gregorij xiij.

Reliqua in verbo, Libellus, 15.

FAMVLVS, qui tenetur ad ſeruitium domini, non tenetur obtemperare illi in illicitis, & à iure prohibitis; & ſi obtemperando committit rem illicitam punitur mandato non obſtante, cap. vniuerſitatis. De ſententia excommunicat.

Famulorum appellatione continentur ſerui, cap. de famulis. De ſeruis non ordinan.

Famuli ægri paſcendi ſunt tempore neceſſitatis, gloſſ. fi. in cap. 1. De clerico ægrotan.

Famuli ægri, quos curamus, nobis ſeruire intelliguntur, ibidem.

Famuli & ſeruitores Eccleſiæ gaudent eodem priuilegio, quo ipſi clerici, can. nimium, diſt. 45.

Reliqua in verbo, Familia. Familiares. Dominus.

FAS, lex diuina eſt; ius, lex humana, canon. omnes, diſt. 1.

FASTIGIVM idem eſt, quod altitudo, ſeu præeminentia, gloſſ. faſtigium, in extrauag. ſi fratrum. Ioannis 22.

FATALIVM curſus dormit pendente compromiſſo, clem. quamdiu, 4. De appellat.

Reliqua in verbo, Appellans, n. 10. 11.

FATVVS non poteſt epiſcopari, can. qui Epiſcopus, diſt. 23.
Fatuus fatua loquitur, can. legimus, 23. diſt. 93.

Reliqua in verbo. Inſanis. Furioſus. Simplicitas.

FAVERE impietati dicitur ille, qui poteſt obuiare, & non obuiat, gl. defenſauerit, in clem. 1. De pœnis.
Fauens delinquenti poſt delictum commiſſum, præter defenſorem, non incurrit pœnam d. clem. 1. ibid.
Fauentes vſurarios, vel alios delinquentes authorizando, plus puniuntur, quam ſimpliciter fauentes, vel etiam ipſi factores operis, gloſ. ſi quis, in clem. 1. §. ſi. De vſuris.
Fauendum eſt ei, qui ſtat pro cauſa fauorabili, cap. directæ, 29. De appellat.
FAVORE alicuius quod introductum eſt, non debet in eius odium, vel læſionem retorqueri, gloſ. 2. in cap. ad Apoſtolicam, 16. De regular. gl. aduerſus, in cap. illud. De præſcript.
Fauor quandoque inducit aliquid contra ius poſitiuum, gloſ. ſpecialiter, in cap. ſi duo, §. fin. de procuratoribus, lib. 6.
Fauor ſimplex eſt, qui nihil adijcit ad peccandum, gloſ. defenſauerit, in clem. 1. De pœnis.
FAVTOR delinquentis debet puniri, can. ſi. 2. q. 1.
Fautores in materia hæreticorum latius recipiuntur: vt ligentur fauentes etiam poſt delictum commiſſum, & etiam poſt ſententiam fauentes, gl. defenſauerit, in clemen. 1. De pœnis.

Reliqua in verbo. Auxilium. Hæreticus, per tot. Homicida, 4. 5.

FAX accenſa ſibi detrimentum præſtat, alijs vero lumen in tenebris adminiſtrat, can. ſi. 15. q. 8.
FEBRIS quartana non excuſat à contumacia, in non veniendo ad citationem iudicis, gloſ. infirmitate, in cap. 2. De procuratoribus.

Reliqua in verbo, Contumax, 5.

FERÆ beſtiæ ſunt vrſus, & cerui, gl. 2. in cap. fin. De iniurijs.

Reliqua in verbo, Animalia.

1 **FERCVLA** non comprehenduntur appellatione panis, vini, & aquæ, cap. vbi periculum, §. in conclaui. De electione, lib. 6.
FERIÆ à bellando ſunt ab Aduentu Domini vſque ad octauam Epiphaniæ, & à Septuageſima vſque ad octauam Paſchæ, cap. 1. De treuga & pace.
Ferias frangens excommunicari debet, ibid.
Feriarum tempore propter vindemias, regulariter debent ſilere cauſæ plenariæ, cap. ſi. De iudicijs.
Feriarum tempore, propter vindemias, altera parte inuita, ex cauſa procedi poteſt, ibid.
Ferijs inductis ob reuerentiam Dei, & aliorum ſanctorum, nullus poteſt renunciare, etiamſi partes vellent, ſed rectè poteſt renunciare ferijs inductis in fauorem hominum.
Feriarum tempore poteſt libellus offerri, & ex cauſa tali tempore poteſt quis compelli litigare, ibid.
Feriæ ob reuerentiam Dei introductæ dicuntur ſolemnes feriæ: & his partes non poſſunt renunciare, cap. fin. De ferijs.
Feriæ quædam ſolemnes ſunt, ob reuerentiam & honorem principis introductæ, vt dies natiuitatis ſuæ & imperij ſui, ibid.
Feriæ quædam ſolemnes dicuntur, vt tempus meſſium, & vindemiarum, & illæ ſunt introductæ ad requiem laboris, vt quieſcant tunc homines à cauſis: & illæ inducuntur varijs temporibus, ſecundum diuerſitatem locorum; quia quidam tardius vindemiant, & colligunt meſſes, quidam citius, ibid.
2 Ferijs introductis in fauorem hominum partes rectè poſſunt renunciare: regulariter tamen cogi non poſſunt, aliàs ſententia non valet, ibid.
Feriæ omnes continuæ ſunt, & computantur in anno, vel biennio appellationis proſequendæ, ibid.
in Ferijs vindemiarum, vel meſſium quandoque poteſt quis compelli venire ad iudicium, ſaltem vt litem conteſtetur, ne actio, vel res ſit peritura: puta furti, iniuriarum, damni, & aliæ, gl. 2. in d. cap. ſi.
in Ferijs etiam in honorem Dei inductis poſſunt expediri cauſæ, quæ aliàs tempore perituræ ſunt: & cauſæ miſerabilium perſonarum, d. cap. ſi. & ibi gl. pe.
Feria propriè ſumitur pro feſto: tamen omnem diem vocamus feriam, vel à fando, quia quolibet die fabatur Deus: vel quia ſingulis diebus fari poſſumus in diuinis, vel in humanis, gl. feriam, in clem. 1. §. licet. De reliquijs, & veneratione.
Ferijs inductis ob hominum neceſſitates; putà vindemiarum, meſſium, poſſunt partes renunciare: ſed non ferijs inductis ob honorem Dei, vel inductis propter principis coronationem, vel victoriam proſperè geſtam, gl. ob neceſſitates, in clem. ſæpe. De verb. ſignif.
Feriæ repentinæ à ſolo principe inducuntur, ibid.
Feriæ, id eſt feſtiuitates, ſunt nunciandæ in Miſſa populo, can. 1. De conſecrat. diſt. 3.
Feriandi dies per annum ſunt dies Dominici, à veſpera vſque ad veſperam, Natale Domini, ſancti Stephani, ſancti Ioannis Euangeliſtæ, & aliæ feſtiuitates: de quibus in d. can. 1. 3
Feriato quolibet die, etiam in honorem Dei, poſſunt expediri ea, quæ pertinent ad pacem, & concordiam, gloſ. 2. in cap. ſi. De ferijs.
Feriatis diebus non ſunt tractandæ cauſæ, niſi de pace, gloſ. 1. in ſumma, 15. q. 4.
Feriatis diebus poteſt agi in quibuſdam cauſis: veluti cum actio eſt peritura tempore, & cum agitur de tutoribus dandis, vel de amouendis officialibus, de alimentis, de atrocibus iniurijs, & de liberali cauſa, ibid.
Feriatis diebus poteſt agi contra inſignes latrones, & cum partes ſpontaneæ velint litigare feriatis diebus: aliàs non tenet ſententia; quod intellige de ferijs meſſium, & vindemiarum: alioquin eorum conſenſus non ſufficeret, quod partes litigent aliquo die ſolemniſſimo, ibid.
Feriatis diebus poſſunt tractari cauſæ matrimoniales, cum ibi ſit periculum adulterij, vel inceſtus, ibid.
Feriatis diebus poteſt agi de electione Epiſcopi, vel Prælati, propter periculum moræ: quia Eccleſia non debet vacare vltra tres menſes, ibid.
Feriatis diebus, id eſt à Quinquageſima vſque ad octauam Paſchæ, & ſeptem diebus ante Natalem, & poſt vſque ad octauam Epiphaniæ, & ſeptem diebus ante Natiuitatem ſancti Ioannis Baptiſtæ, nulli iudici liceat aliquem vocare in ius: & hoc vt liberius habeatur facultas adeundi Eccleſiam, orationibuſque vacandi, canon. placita, 15. q. 4.

Reliqua in verbo, Dies. Dominicis. Feſtum. Feſtiuitas.

FERRVM naſcitur, & extrahitur de terra, can. ferrum, diſt. 50.

Reliqua in verbo, Arma.

FESTIVITAS ſanctæ Trinitatis, ſecundum conſuetudinem cuiuſque regionis, poteſt celebrari vel in octaua Pentecoſtes, vel in prima Dominica ante Aduentum Domini, cap. 2. §. ſi. De ferijs. 1
Feſtiuitas beati Bartholomæi an ſeruanda ſit, in hoc conſuetudo regionis ſeruanda eſt, cap. 2. De obſeruatione ieiun.
Feſtiuitates pro mundanis in nomine Dei celebrari non debent, can. & hæc diximus, 16. q. 7.
Feſtiuitates eorum, qui non celebrant feſtiuitates Dei, ſed ſuas, proijcit Deus ac reſpuit, can. odi, 24. q. 1.
Feſtiuitates, quæ ſunt à iure celebrandæ, ſeruandæ ſunt ab omnibus, canon. 1. & ibi gloſ. 2. De conſecratione, diſtinct. 3.
Feſtiuitates martyrum habentur loco ſacramentorum, d. gl. 1. ibid.
Feſtiuitatibus ſanctorum, diuinis officijs, & non ſaltationibus, vel cantilenis populi debent vacare, can. irreligioſa. De conſecrat. diſt. 3.
in Feſtiuitatibus Pentecoſtes, & diebus Dominicis, in oratione genua flecti non debent, can. quoniam. De conſecrat. diſt. 3.
Feſtiuitas Inuentionis Dominicæ Crucis ab omnibus debet ſeruari, can. Crucis. De conſecrat. diſt. 3.
Feſtiuitates Paſchæ, Natalis Domini, & Quadrageſimæ nullus ciuium in villa debet celebrare, niſi ex cauſa infirmitatis, can. nulli ciuium. De conſecrat. diſt. 3. 2
Feſtiui dies præcipuè in honorem Dei, & Beatę Mariæ Virginis, & ſanctorum Apoſtolorum, cum omni veneratione debent obſeruari: & in illis diebus Eccleſias frequentare, diuinis officijs deuotè intendere, ab omni ſeruili opere abſtinere: non debent fieri mercatus, ac profanæ negotiationes, & contra facientes debent puniri arbitrio Ordinariorum, extrau. cum primum Apoſtolatus. Pij Quinti.
in Feſtiuis diebus quis vti honorabilioribus veſtibus, can. cleros, §. ſacerdos, diſt. 21.
FESTVM vnum maius eſt altero, cap. 2. in princip. De ferijs.
Feſtorum principium & finis fieri debet ſecundum magnitudinem ipſorum, & conſuetudinem regionis, cap. 2. De ferijs.
in Feſtis celebrandis debet attendi conſuetudo cuiuſque regionis, cap. 2. De ferijs.
Feſtum aliquod nouum poteſt quælibet ciuitas, vel populus, ſine

ſiue authoritate Sedis Apoſtolicæ ad venerationem Dei indicere: intellige, ſi interueniat conſenſus Epiſcopi, d. cap. 2. §. ſi. eod.

Feſtum quodlibet eſt ſignum & repræſentatio præteritarum rerum, gl. 2. in cap. cum decorem. De vita & honeſtate cleri.

3 Feſta 12. Apoſtolorum, & quatuor Euangeliſtarum, & quatuor Doctorum Eccleſiæ, ſcilicet Gregorij, Auguſtini, Ambroſij, & Hieronymi, ſub officio duplici debent ſolemniter celebrari, cap. 1. De reliquijs, & veneratione, lib. 6.

Feſta quæ debeant celebrari ſub duplici officio, ſpectat ad Papam, ibid.

Feſtum Aſſumptionis Beatæ Mariæ celebrius eſt, quàm feſtum Natiuitatis eiuſdem, gloſ. Aſſumptionis, in cap. alma mater. De ſententia excommunicat. lib. 6.

Feſtum Corporis Chriſti celebrari debet feria quinta, poſt octauam Penthecoſtes: & conceduntur certæ indulgentiæ his, qui in feſto, vel intra octauam officio, vel oris interfuerint, clem. 2. De reliq. & venerat. extrau. tranſiturus. Vrbani 4.

in Feſto Corporis Chriſti debemus referre gratias Deo, ibidem.

Feſtum Corporis Chriſti celebrandum eſt feria quinta poſt octauam Penthecoſtes, & non in die Cœnæ, quo die Chriſtus inſtituit: quia eo die propter pœnitentium reconciliationem, & propter ſacri chriſmatis confectionem, & adimpletionem mandati circa lotionem pedum, & propter alia, plenè non poſſit celebrationi huius Sacramenti vacare, ibid.

Feſta quamuis celebrantur ſpecialia in ſingulis ſanctorum natalitijs: nihilominus tamen celebratur feſtum certa die, in qua generaliter omnium ſanctorum commemoratio fiet, d. clem. 2. §. licet igitur.

4 Feſtum Corporis Chriſti debet celebritate ſpeciali præfulgere alijs, ibid.

Feſtum Corporis Chriſti colere tenemur ex præcepto, d. clem. 2. §. ideoque, & ibi add. marg.

Feſtum alicuius Apoſtoli ſi venerit die lunæ, ſabbato præcedens eius vigilia eſt ieiunanda, gl. celebrari, in can. de ieiunio, diſt. 75.

Feſtum crucis celebramus, in qua Chriſtus fuit dehoneſtatus, & non celebramus feſtum aſini, in quo Chriſtus fuit honoratus: quia laus exhibita in aſino fuit mundana, de qua non eſt curandum, gl. 2. in can. crucis. De conſecrat. diſt. 3.

Feſtum Conceptionis beatæ Mariæ celebrandum eſt, & etiam feſtum Annunciationis, gl. Natiuitas, in can. 1. De conſecrat. diſt. 3.

Feſtum Viſitationis beatæ Mariæ Virginis eſſe celebrandum ſub duplici officio, inſtituit Bonifatius nonus, & conceſſit indulgentias his, qui per diem & octauam eius officio & horis intereſſuiſſent, extrauag. ſuperni benignitas, Bonifacij noni.

Feſtum diuæ Annæ, matris Deiparæ Virginis Mariæ, celebrandum ſub duplici officio inſtituit Gregorius, 13. extrauag. ſancta mater Eccleſia. Gregorij 13.

Feſtum Præſentationis beatiſſimæ Virginis Mariæ celebrandum ſub duplici officio inſtituit Sixtus quintus, extrauag. intemeratæ matris. Sixti 5.

Feſtum Diui Franciſci de Paula celebrandum ſub duplici officio inſtituit Sixtus quintus, extrauag. in cæli throno. Sixti quinti. Conſt. 8. 2. a.

Feſtum martyrij ſancti Ianuarij Epiſcopi, & ſociorum, celebrandum ſimplici officio de communi plurimorum martyrum, inſtituit Sixtus Quintus, extrauag. pia ſanctorum. Sixti Quinti.

Feſtum ſancti Antonij de Padua celebrandum ſub duplici officio minori, inſtituit Sixtus, extrauag. immenſa diuinæ. Sixti Quinti.

Feſtum Diui Petri martyris, ordinis Prædicatorum celebrandum ſub duplici officio de communi vnius martyris, inſtituit Sixtus, extrauag. inuictorum Chriſti. Sixti Quinti.

Reliqua in verbo, Feſtiuitas. Sabbatum.

5 FEVDVM dicitur beneficium, cap. ad audientiam. De præſcriptio.

Feudum etiam Romanæ Eccleſiæ poteſt præſcribere caſtellanus quadraginta annorum ſpatio reſpectu vtilis dominij, quod eſt penes vaſſallum, ita quod præſcribens ſit vaſſallus ratione feudi, gl. principaliter, ibid.

Feudum Eccleſiaſticum non poteſt feudatarius vendere, ſine legitimo Eccleſiaſticarum perſonarum aſſenſu, cap. quæ in Eccleſiarum. De conſtitut.

Feudi dominus habet iuriſdictionem ordinariam in vaſſallos, reſpectu cauſæ concernentis feudum, cap. cæterum, De iudicijs.

in Feudum dare poteſt Eccleſia vel Prælatus ſuas poſſeſſiones, ibid.

Feudi dominus quamdiu eſt paratus facere iuſtitiam inter vaſſalos, & ipſi ſunt parati reſpondere ſub eo, nullus alius debet ſe intromittere: ſed ſi dominus ſit negligens, transfertur iuriſdictio in ordinarium, gl. 2. ibid.

coram Feudi domino ſi vnus vaſſallus nolit reſpondere, dominus poteſt eum punire, ibid.

ſub Feudi domino tenentur vaſſalli litigare, ibid.

Feudi dominus poteſt præcipere vaſſallo, ne in ſpectantibus vel concernentibus feudum, reſpondeat coram alio iudice, cap. ex tranſmiſſa. De foro compet.

Feudi dominus poteſt præcipere vaſſallo, ſub debito fidelitatis, quoad ea quæ ſpectant ad feudum; ſicut & Epiſcopus præcipit clerico in virtute obedientiæ, ibid. 2

Feudi ratione quando quis habet dominum immediatum, & mediatum tenetur primo reſpondere coram immediato, & eo negligente coram mediato: & ſic non ſuccedit ordinarius loci quando reperitur dominus mediatus, ibidem.

Feudum originaliter procedens ab Eccleſia in laicum, per infeudationem alteri factam, cenſetur ſeculare, ibid.

de Feudi domino non debet diſcuti in abſentia eius, qui prætenditur dominus, cap. verum. De foro compet.

Feudi dominus habet iuriſdictionem ordinariam in vaſſallos, ſiue dominus ſit Eccleſiaſticus, ſiue laicus; ſiue vaſſalli ſint laici, ſiue clerici ibid.

Feudum an ſit Eccleſiæ, vel Imperatoris, quando eſt quæſtio inter duos, tunc actor debet ſequi forum rei; vel eliguntur arbitri compromiſſarij, ſi partes conueniunt: alias debet adiri iudex rei, hoc eſt ordinarius, vel iudex ratione rei ſitæ: & ſi conſtet eſſe Eccleſiæ, remittentur partes ad Epiſcopum, vel Imperatorem, ſi de eius iure conſtabit, dd. reprob. gl. cognitionem, ibid.

Feudum alienari non poteſt, ſed bene poteſt dari in dotem, vſque ad vitam feudatarij, gloſ. 2. in cap. ſi. De feudis.

Feudum alienans in conſulto domino perdit feudum: & conſequenter eius non habet aliquod ius in eo: Epiſcopus tamen non obſtante iuramento de non infeudando, poteſt dare in feudum eiuſdem filio, vel conſanguineo alienantis: quia aliud eſt de nouo dare in feudum, & aliud dare antiquum in feudum, d. cap. ſi. & ibi gl. inueſtire.

Feudum non eſt auferendum filio, propter feloniam patris, ſi patri quæſtio mota non fuit, gl. ſi. in cap. ſi. De donatio.

Feudum tranſit ad hæredes, gl. 2. in cap. quamuis, De decimis.

Feudi venditio intelligitur facta de voluntate domini: aliàs non valeret, gloſ. 2. in cap. cum ſeculum, 13. De iure patron.

Feudum alienari poteſt ad tempus, ſcilicet quoad vixerit vaſſallus: aliàs non poteſt, gloſ. quoad vixerit, in cap. nuper. De donat. inter virum. 3

Feudi principalis dominus poteſt priuare feudatarium ſuum, ſi malè tractat vaſſallos, cap. ad Apoſtolicæ, §. ſed licet. De re iud. lib. 6.

Feudi dominus non habet iuriſdictionem in perſonam vaſſalli, ſed tantum quandam ſuperioritatem ex natura feudorum, clem. paſtoralis, §. denique, De re iudicat.

Feudum ab Eccleſia recipiens debet præſtare iuramentum fidelitatis, non ſolum Eccleſiæ, ſed etiam Prælatis, & ipſi capitulo, gl. 2. in can. conſtituto, diſt. 63.

Feudum vetus poteſt dare Epiſcopus, qui iurauit, quòd non infeudaret de nouo: niſi id etiam intelligeretur tempora, quo iurauit, gl. ſi. in can. 1. 24. q. 2.

de Feudali quæſtione inter clericum, & laicum cognoſcit dominus feudi, & eo negligente cognoſcit delegatus Papæ, etiam ante negligentiam datus, cap. ex tranſmiſſa, & cap. verum. De foro compet.

de Feudali quæſtione Epiſcopus electus, & confirmatus poteſt cognoſcere: quoniam tunc habet plenam adminiſtrationem quantum ad ea, quæ pertinent ad iuriſdictionem, gl. 2. in d. cap. verum. 4

in Feudali quæſtione Eccleſiaſtica propter negligentiam Epiſcopi non cognoſcit iudex ſecularis, ſed ſemper, & in omni caſu cognoſcit Eccleſiaſticus: ſicut in feudo ſeculari, non propter negligentiam ſecularis cognoſcit Eccleſiaſticus; ſed ex conſuetudine poteſt iudex ſecularis ſupplere negligentiam Eccleſiaſtici quoad laicos, ſed non quoad clericos, gl. cognitione, & ibi dd. in d. cap. verum.

Feudalis cauſa quoad petitorium iudicium debet tractari coram domino feudi, cap. ex parte, eod.

Feudalis rei dominium directum eſt penes dominum feudi, vtile vero penes vaſſallum, cap. ſi diligenti. De præſcript.

in Feodalibus rebus currit præſcriptio etiam contra dominum: & ita poteſt tertius præſcribere directum dominium, quod erat penes dominum, vtili remanente penes vaſſallum, ibid.

Feudatarius non poteſt dare feudum in dotem, gl. alienandi, in cap. quæ in Eccleſiarum. De conſtitut.

Feudatarius alienans feudum cadit à iure feudi, & dominus poteſt concedere alij, ibid.

Feudatarius licet non poſſit alienare feudum, poteſt tamen alij dare in feudum, ibid.

Feudatarius vel vaſſallus poteſt renunciare feudo, etiam inuito domino, dummodo non interſit dominus feudi, & tunc cito non fiat renunciatio, ibid.

Feuda-

Digitized by Google

Feudatarius inueſtituram petere debet à domino intra annum, niſi ſpecialiter à domino indulgeatur, gl. pen. in cap. veritatis. De iureiur.

Feudatarius non ſoluendo vel non exhibendo ſeruitia feodataria priuatur feudo, cap. ad Apoſtolicæ, §. nos itaque. De re iudic.

Reliqua in verbo, Eccleſia, 107. Vaſſallus. Clericus, 5. 7. 17. Fidelitas.

FICTIO quælibet habet duo extrema principij & finis: & quandoque principium trahitur ad finem: & quandoque finis ad principium, cap. litteras. De tempor. ordin.

Fictio & fraus reprobantur à iure, cap. fi. De verborum ſignific.

per Fictionem iuris veritas non confunditur, nec deletur, gl. 2. in reg. pro poſſeſſore, 36 De reg. iuris, lib. 6.

Fictio non extenditur ad caſum non expreſſum, gl. poſtquam, in extrauag. ſuſcepti. Ioann. 22.

Fictio vacationis beneficij poteſt induci à Papa, vbi aliàs non eſſet vacatio, gl. vacare, in extrauag. execrabilis, & ibi gl. regum. Ioann. 22.

Fictio eſt contraria veritati, can. quod interrogaſti, diſtinct. 27.

Fictiones maximè in ſacramentis Eccleſiaſticis, ſunt repellendæ, tanquam contrariæ veritati, ibid.

Fictio quædam eſt intentionis, alia eſt operis, gl. 1. ibid.

Fictio intentionis eſt, cum quis fictè ad baptiſmum accedit, ſed licet fictè accedat, tamen verum baptiſmum recipit: ſimiliter ſi quis fictè ſit Monachus, ad hoc vt poſſit fieri Abbas, nihilominus eſt Monachus, licet ficta & non ſincera ſit eius intentio, d. gl. 1.

Fictio operis dicitur, vbi factum fingitur eſſe, quod non fit: vel cum ſimulat ſe vendere, & donat. ibid.

Reliqua in verbo. Veritas. Fingere. Baptiſmus, 5. Ius, 7.

FIDEICOMMISSARIVS rogatus reſtituere hæreditatem, eo ſine liberis decedente, ſi intret Monaſterium, euaneſcit fideicommiſſum, & hæreditas applicatur Monaſterio, cap. in præſentia. De probat.

Fideicommiſſarius rogatus reſtituere, ſi ſine liberis deceſſerit, non videtur ſine hærede, id eſt ſine filijs decedere qui Monaſterium ſibi hæredem inſtituit, ibid.

Fideicommiſſarius non videtur ſine liberis decedere, ſi Monaſterio dederit ſe, & ſua, gl. abſque liberis, in cap. Rainutius, 16. De teſtam.

Fideicommiſſarius grauatus reſtituere, non poteſt alienare, ibid.

Fideicommiſſarius rei ſingularis poterit pro fideicommiſſo ſingulari agere rei vendicatione, cùm dominium eius ſine aliqua reſtitutione in eum, ſicut in legatarium, tranſeat, gl. petendo, & gl. quæcumque, in cap. Raynaldus, eodem.

Fideicommiſſarius vniuerſitatis non poterit agere reiuendicatione pro fideicommiſſo vniuerſali, cùm dominium eius non tranſeat in eum, niſi facta reſtitutione: poterit tamen agere actione ex teſtamento, d. gl. quæcumque, ibid.

Reliqua in verbo, Hæres, 8. Subſtitutio.

FIDECOMMISSVM conditionale, mortuo fideicommiſſario ante conditionis euentum, non tranſmittitur ad hæredes etiam ſuos, etiam à teſtatore deſcendentes, gl. vni ex patruis in dict. cap. Raynaldus.

Fideicommiſſum tacitum non capaci relictum, ſubiacet falcidiæ, gl obeuntibus, in clem. dudum, §. huiuſmodi. De ſepultur.

Fides in genere, n. 1. 2. 3.
Fides Catholica, n. 4. vſque 13.

1 **FIDES** multis modis dicitur quandoque dicitur idem quod ſacramentum baptiſmi: quandoque dicitur caſtitas thori: quandoque dicitur ſecuritas ſeu pactum: quandoque dicitur conſcientia: quandoque dicitur promiſſio: dicitur etiam collectio articulorum, vt ibi, *hæc eſt fides Catholica, quam* &c. gl. 1. in rub. De ſumma Trinitat. gl. fidei, in reg. poſſeſſor. De reg. iuris, lib. 6. gl. neque, in can. mouet. 22. q. 1.

Fides dicitur quandoque credulitas, ſecundum quam credimus id, quod non videmus, gl. in rub. De ſumma Trinit.

Fides dicitur etiam æquitas in actionibus conſiderata, ibidem.

Fides ſeruari non debet ei, qui venit contra pactum, niſi eum actio eſt odioſa, & niſi in criminibus, gl. quod ex contentu, in cap. cum inter. 26 De electione.

Fides etiam hoſti ſeruanda eſt, gl. 1. in cap. 1. De tregua & pace, gl. 2. in cap. 3. De iureiur.

Fides non eſt ſeruanda non ſeruanti fidem, cap. cum pridem, §. ille igitur. De pactis, cap. 3. & ibi gl. 2. *De* iureiur. gl. fi. in cap. dilectus. De ſimonia, gl. 2. in can. eſto, diſt. 95.

Fidei tranſgreſſor æquè punitur, ſicut & tranſgreſſor iuramenti, gl. 1. in cap. conſtitutus. De tranſact.

Fidei præſtatione de iure canonico quis obligatur, cap. 3. De arbitris.

Fides etiam iurata ſeruanda non eſt ei, qui fidem frangit, cap. ſicut, & infra 29 §. fi. & ibi gl. fi. De iureiurando. 2

Fides ſumitur quandoque pro conſcientia, veluti *omne quod non eſt ex fide*, hoc eſt conſcientia, *peccatum eſt*, cap. fi. & ibi gl. 1. De præſcriptio.

contra Fidem datam veniens priuari debet Eccleſia ſua, tamquam fractor fidei, gl. 1. in cap. fi. Ne Prælati vices ſuas.

contra Fidem præſtitam & iuramentum veniens, tanquam falſarius, & periurus debet expelli ex toto Epiſcopatu, cap. illud. De exceſſib. Prælat.

Fidei præſtatio quoad obligationem inducendam, æquiparatur iuramento, cap. 1 De ſepult. lib. 6.

Fidem quis malè poſtulat ſibi ſeruari ab eo, cui fidem à ſe præſtitam ſeruare recuſat, reg. fruſtra ſibi, 75. De reg. iuris, lib. 6.

Fides etiam hoſti ſeruanda eſt, ſi hoſtis nobis ſeruat fidem: non alias, gl. 2. ibid.

Fidem ſeruare ſi partes ſub pœna promiſerint, vno contradicente, alter ſi velit pœnam petere, debet ex ſua parte fidem ſeruare: ſed ſi ſibi magis expediat fidem etiam frangere, quàm pœnam petere, poterit fidem frangere: & ſic hinc inde ſit mutua compenſatio pœnarum, gl. 1. ibid.

Fidem promptam facere dicitur, ſi intra bimeſtre tempus numerandum à die collationis in anno, probauerit legitimè quod opponit, extrauag. malitijs. De authorit. & vſu palij, inter communes.

Fides quandoque ſeruanda eſt etiam illi, qui non vult eam ſeruare, gl. cum illis, in can. inter verba, 11. q. 3. gl. inſtantiſſime, c. quod Deo, 33. q. 5. 3

Fides non eſt appellanda, quæ ad peccatum faciendum admittit, can. ſi ad peccatum, 22. q. 4

Fides ſi propterea non ſeruatur, vt ad bonum redeatur, non ideo violari dicitur, can. mulier, 22. q. 4.

Fidem ſuam ſoluere non debet, qui alienam perfidiam redarguit, can. innocens, in princip. 22 q. 4

Fides etiam hoſti ſeruanda eſt, contra quem bellum geritur: quanto magis amico, pro quo pugnatur? cap. noli exiſtimare, 23. q. 1.

Fides pactionis eſt, quando aliquis promittit alicui mulieri, quòd accipiet eam in vxorem, ſi permiſerit ei rem ſecum habere, can. fi. 27. q. 2.

Fides conſenſus eſt, quoniam etſi non contingat manum, corde tamen & ore conſentit ducere per verba de præſenti: & mutuo ſe concedunt vnus alii, & mutuo ſe ſuſcipiunt, ibid.

Reliqua in verbo, Hoſtis. Iuramentum, 3.

FIDES, eſt ſubſtantia rerum ſperandarum, argumentum non apparentium, ſecundum Apoſtolum ad Hebræos, gl. 1. in rub. De ſumma Trinit. 4

Fides ſe habere debet ad omnia tempora: ad præterita, quia credendum eſt Chriſtum fuiſſe natum & paſſum: ad præſentia, quia credendum eſt, quòd ipſe ſit, qui in altari conficitur quotidie: & ad futura, quia credendum eſt ipſum venturum, & iudicaturum viuos & mortuos, ibid.

Fides vna dicitur, licet diuerſa tempora comprehendat, ibidem.

Fides definitur, ne ſit voluntaria certitudo abſentium, infra ſcientiam, & ſupra opinionem conſtituta. ibid.

Fides non habet cognitionem, ſed ſcientia ſic, ibid.

Fides ſecundum Auguſtinum eſt credere quod non vides, ibid.

Fidei ſpecies ſunt duæ: vna formata, quam habent boni: alia informata, quam habent mali, & infideles, & exiſtentes in peccato mortali: & fides horum caret forma, d. gl. 1. in rub. De ſumma Trinit.

Fidem informem, vel informatam non habent dæmones, dd. reprob. d. gl. 1. 5

Fides formata eſt virtus, à qua dicuntur fideles, quicumque baptizantur: & talis fides dicitur informata charitate, ibid.

Fides formata eſt charitas, qua quis credit, quod diligit, ibid.

Fides noſtra eſt virtus, quam charitas comitatur, ibidem.

Fides quæ per dilectionem operatur, eſt fundamentum omnium virtutum, ſecundum Auguſtinum, ibid.

Fides hæc eſt, quæ per dilectionem oratur, & non ea quæ dæmonum eſt, qua credunt, & contremiſcunt, ibidem.

Fides noſtra eſt eadem in ſubſtantia, cum fide antiquorum: ſed differt in qualitate, & in modo credendi: quia quod ipſi credebant de futuro, nos credimus de præteritis, ſcilicet Chriſtum natum, & paſſum, ibid.

Fidei articulos quilibet Chriſtianus ſcire tenetur: clerici explicitè,

plicitè, laici implicitè, & credere ſicut tenet Eccleſia, d. gl. 1.

Fidei articuli ſunt 12. ſecundum quoſdam, propter 12. Apoſtolos, qui eadem hora inſtinctu Spiritus Sancti compoſuerunt. Theologi tamen communiter tenent, quod ſint 14. & hæc opinio eſt verior, & magis euacuat myſterium fidei, dd. ad d. gl. 1.

6 Fides Catholica hæc eſt, quam niſi quiſque fideliter, firmiterque crediderit, ſaluus eſſe non poterit: & qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſaluus erit, ibid.

à Fide ſumpſit exordium ordo noſtræ reparationis, ibid.

in Fide debemus inſtrui, vt ſic ad baptiſmum creduli veniamus, ibid.

Fides non habet meritum, cui humana ratio præbeat experimentum, ibid.

Fides eſt de re non viſa, ibid. & gl. firmiter, in cap. firmiter. De ſumma Trinit.

Fidei noſtræ ordo probari non poteſt, d. gl. firmiter.

Fides ſupplet, vbi ratio deficit, ibid.

Fides debet eſſe firma: firmiter enim credere debemus, & ſimpliciter confiteri, quòd vnus ſolus eſt verus Deus, d. cap. firmiter.

in Fide dubius infidelis eſt, gl. credimus, ibid.

Fides ſimplicibus verbis eſt proponenda, gloſ. ſimpliciter, ibid.

7 Fides ſine operibus mortua eſt, & non ſufficit ad beatitudinem æternam, d. cap. firmiter, §. fi. & cap. 1. §. quia vero. De ſacra vnctione.

Fidei fauor attendendus eſt, cap. 2. De conuerſi. infidel. cap. fi. Qui filij ſunt legitimi.

ad Fidem nullus inuitus debet compelli, cap. maiores, §. item quæritur, & ibi gl. contrarium. De baptiſmo, cap. ſicut Iudæi, 9. & ibi gl. 1. & 2. De Iudæis, gl. fin. in can. quis non poteſt, 23. q. 4.

Fides ex neceſſitate eſſe non debet, gl. 2. in cap. ſicut Iudæi. De Iudæis.

Fidei fauor priuat aliquem ſeruo ſuo: item filio ſuo, vel vxore ſua, cap. fi. & ibi gl. fi. eod.

de Fide nullus debet dubitare: ſed firmiter debet credere articulos fidei: alioquin ſaluus eſſe non poterit, gl. 1. in cap. 1. De hæreticis.

Fides eſt de re non viſa, & per fidem veritas eſt colenda, gl. 2. ibid.

Fides debet habere quandam firmitatem, & nullam prorſus dubitationem, cap. 3. eod.

ad Fidem ſunt mutandi apoſtatæ blanditijs, non aſperitatibus; imò & præmijs quandoque: qui ſi non proficiunt per hæc, tunc debent in carcere detineri, donec reaſſumant habitum ordinis, vel religionis, cap. pe. & ibi gl. 2. De apoſtatis.

de Fide Catholica & eius articulis quæ fuerint, neceſſario tenere debemus; & ſequi, quod tenet & ſequitur Romana Eccleſia: alias eſſe eſſemus hæretici: ſed in alijs non habemus ſequi, nec tenere quod ſequitur, niſi ſequatur, & doceat, gloſ. docuit, in cap. 1. De ſumma Trinitate, lib. 6.

8 de Fide diſputare non licet laico, etiam decretorum doctori, & diſputantes publicè, & occultè excommunicari debent: ſed clerico etiam rurali licitum eſt diſputare, cap. 2. §. & ibi gl. laicæ. De hæret. lib. 6.

ob Fidei fauorem multa ſtatuuntur contra iura communia, cap. in fidei, cap. ne aliqui, eod.

Fidei fauor habet multa priuilegia, cap. accuſatus, 8. §. ſane, eod.

Fidei confeſſio debet eſſe firma, & aperta, clem. 1. in princip. De ſumma Trinit.

ad Fidem concernentibus pariter reprobatur aliquid temerè aſſerere contra fidem, & de aliquo temerè iudicare, ſeu in dubium vertere, d. clem. 1. §. porro.

de Fide diſputare non licet fœminis, nec etiam maribus laicis, 5. & ibi gl. diſputent. De religioſ. domibus.

in Fidei Chriſtianæ opprobrium, & offenſam diuini nominis quod tendit, reſecandum eſt, clem. 1. De Iudæis.

Fidei ſplendor quòd caligine fumi obſcuretur, non debet permitti, clem. 2. De hæreticis.

9 Fides eſt vna, clem. 1. De ſententia excommunicat.

à Fide Catholica deuiantes hæretici ſunt cenſendi, gloſ. deuiantes, in extrauag. ſancta Romana. Ioann. 22.

Fidei defenſio & impugnatio infidelium ſpectat ad omnes reges: vnde reges præ cæteris debent abſtinere ab his, à quibus tenentur alios cohibere, gl. præeminentiæ, in extrauag. copioſus. Ioann. 22.

Fidei articuli in ſymbolo, *Credo in vnum Deum*, probantur, gl. probantur, in extrauag. cum inter nonnullos. Ioann. 22.

Fides niſi per ſcripturam ſacram probari penes homines non poteſt, gl. per conſequens, ibid.

Fides Catholica articulorum collectio dicitur, gloſ. fidem, ibidem.

Fides ſimpliciter confitenda, firmiter vero credenda eſt: vnde dubitans in illa, infidelis eſt: & ideo in illa nullus debet dubitare, gl. dubiam, ibid.

Fides Petri non deficiet, gl. confitentibus, in 2. colum, in extrauag. antiquorum. De pœnitent. & remiſ. inter communes.

contra Fidem à ſynodo ſtatuta non ſunt ſeruanda, can. Epiſcopus, diſt. 18.

Fidei noſtræ ſecreta fidelibus, licet in aliquo delinquant, ſunt manifeſtanda: infidelibus vero & obſtinatis ſunt occultanda; & ſi interrogauerint, prudenter ſunt eludendi, can. in mandatis, diſt. 43.

Fidei Catholicæ concluſiones dicuntur margaritæ, ibid. 10

Fidei ſecretiora non ſunt pandenda infidelibus, indignis tamen & non intelligentibus, can. diſpenſatio, §. pariter, diſt. 43.

Fidem ſuſcipere nemo eſt cogendus, ſed poſt receptam, cogitur eam retinere, gloſ. fidem, in can. quid autem, diſt. 43. gl. fi. in can. quis non poteſt, 23. q. 4.

ad Fidem ſunt aliqui prouocandi, non aſperis, ſed blandis verbis, can. qui ſincera, diſt. 45.

Fides debet eſſe voluntaria, non coacta, canon. de Iudæis, diſt. 45.

Fidei cauſa ad Petrum & ſedem Apoſtolicam referenda eſt, gl. 2. in can. 2. diſt. 80.

de Fide Catholica non licet dubitando diſputare: quia dubius in fide hæreticus eſt: aliàs tamen diſputare poteſt, gl. 2. in can. nos ad fidem, & ibi gloſ. fi. & can. ſatis, diſt. 96.

Fides ſine operibus mortua eſt, can. fertur, 28. 2. q. 1.

Fides eſt fundamentum omnium bonorum, gloſ. 2. in can. illi offerunt, 63. 1. q. 1.

ſine Fide & charitate nec euangelium habetur, nec proſunt aliqua bona, can. Marcion. 64. 1. q. 5.

Fidei cauſa in Eccleſia eſt tractanda, can. ſi quis ſuper his, & ibi gl. 5. 2. q. 7. 11

Fides eſt ſcutum, per quod omnia iacula inimici extinguere poſſumus, can. qui reſiſtit, 11. q. 3.

de Fide quando dubitatur, Romana Eccleſia eſt conſulenda, gl. 2. in can. Probinum. 16. q. 1.

Fidei quæſtio ad Petrum tantum eſt referenda: poteſt tamen quæſtio fidei tractari per legatum, vel delegatum Papæ, gl. noſtri, in can. frater, 16. q. 5.

Fidei merito bellorum paratur victoria, cap. ſi non ex fide, 23. q. 4.

ad Fidem poſſumus allicere cum pecunia aliquos, gl. 1. in can. pe. 23. q. 4.

ad Fidem nullus eſt cogendus: perfidia tamen quandoque per ſeueritatem, imò per miſericordiam tribulationem flagellis ſolet caſtigari, can. ad fidem, 23. q. 5.

Fides modica vbi eſt, ibi eſt turbatio: ſed vbi eſt perfecta dilectio, ibi eſt ſecuritas, canon. non turbatur, 24. q. 1.

à Fide recta nulla perturbatio debet aliquem retrahere, can. à recta, 24. q. 1.

Fides Romanæ Eccleſiæ omnem hæreſim deſtruit, nullam fouet, can. memor ſum, 24. q. 1.

Fidei ratio quoties ventilatur, ad Romanam Eccleſiam referri debet, can. quoties, 24. q. 1.

de Fide aliud, quàm Romana Eccleſia, neque ſentire, neque velle permittitur, can. rogamus, 24. q. 1.

Fidem Chriſto non exhibet illa, qui corpus eius diſcerpit, can. aduocauit, 24. q. 5. 12

à Fidem Chriſti non habente etiam corpore debemus recedere, can. omnes qui, 24. q. 1.

à Fide Catholica quicumque diſcrepat, ei contrarius eſt, gl. fi. in can. quoniam 24. q. 5.

in Fide dubius eſt hæreticus, gl. in qua, in can. quæ dignior, 24. q. 1.

Fidei noſtræ ſecreta non debemus pandere hæretico, gloſſ. fi. ibid.

in Fide errans non ſtatim eſt hæreticus, dummodo ſit paratus corrigi; ſi autem non vult corrigi vſque ad annum, à modo eſt habendus pro hæretico, ibid.

Fides ſana vbi non eſt, non poteſt eſſe iuſtitia, can. vbi ſana, 24. q. 1.

Fidei diſputatio cum hæreticis eſt prohibita, gl. fi. in can. cum quibus, 24. q. 3.

Fidei regulam cuſtodire, & non deuiare à ſtatutis patrum, eſt prima ſalus, can. prima, 25. q. 1.

Fides, ſpes, charitas, & humilitas imperatur: ſed virginitas ſuadetur, gl. 1. in can. pe. 32. q. 1.

Fides non habet meritum, vbi humana ratio præbet experimentum, gl. dimiſa, in can. in domo, De pœnitentia, diſt. 4.

Fides non tantum eſt liberi arbitrij: ſed etiam donum Dei, can. gratia. De conſecrat. diſt. 4.

de Fide Catholica publicè vel priuatim diſputare non licet laico; qui contra fecerit, excommunicari debet, extrauag. excommunicamus. Gregorij Noni. 13

Fides ſine ſpe, & charitate vitam æternam non præſtat. Concil. Trid. ſeſſ. 6. cap. 7.

ſine Fide impoſſibile eſt placere Deo. Concil. Trid. ſeſſ. 5. De peccato originali, cap. 2.

Fidem iuſtificantem ſi quis dixerit, nihil aliud eſſe quàm fiduciam diuinæ miſericordiæ peccata remittentis propter Chriſtum; vel eam fiduciam ſolam eſſe, qua iuſtificamur, anathema ſit. Concil. Trid. ſeſſ. 6. cap. 9. & canon. 12.

Fidei certitudine nullus ſcire poteſt, cui non poteſt ſubeſſe

eſſe falſum, ſe gratiam Dei eſſe conſecutum. Concil. Trid. ſeſſ. 6. cap. 9.

Fides admittitur per infidelitatem, ſed non per peccatum. Concil. Trid. ſeſſ. 6. cap. 15.

Fides ſine pœnitentia non præſtat remiſſionem peccatorum. Concil. Trid. ſeſſ. 14. cap. 6.

in Fide noſtra aſſerenda nihil tam clarum vmquam fuit, aut tam certo ſtatutum, quod non hæretici, humani generis hoſte ſuadente, errore aliquo contaminauerint. Concil. Trid. ſeſſ. 25. in decreto. De obſeruandis decretis.

Reliqua in verbo, Articulus. Catholica. Credere. Dogma. Filius, 2. 3. *Hæreticus*, 22. 23. *Quæſtio*, 1.

1 **FIDELIS** nullus reſpiciens retro, eſt aptus regno Dei, gl. maior, in cap. quanto. De deuortijs.

Fideles in apoſtatando magis delinquunt, quàm infideles remanendo in infidelitate, ibid.

Fidelis melioris conditionis eſt, quàm infidelis, cap. Iudæi. De Iudæis.

Fidelem manducantem carnem non immolatam idolis tunc ſuffocatam, ſi quis crediderit damnandum, tanquam infidelis excommunicatur, can. ſi quis certum, diſt. 30.

Fidelium vniuerſitas debet orare pro ſalute Romani Pontificis, can. ſi Papa, diſt. 40.

Fidelis quilibet tenetur imitari opera Chriſti, in quantum poteſt, can. Epiſcopum, diſt. 45.

Fideles omnes dicuntur eſſe membra Chriſti, can. Dominus, diſt. 56.

Fideles omnes ſunt proximi noſtri, gl. natura, in can. eſt probanda, diſt 86.

Fideles dicuntur domus Dei, gl. à ſancta, in can. ex multis, 1. q. 3.

Fidelis quòd diſcedat ab infideli licitum eſt, ſed non expedit, gl. 2. in can. aliud, 11. q. 1.

Fideli homini totus mundus, id eſt quælibet pars mundi, diuitiæ ſunt: infideli vero nec obolus, can. quid dicam, 14. q. 4.

2 Fidelibus non imputatur, ſi ex officio aut tormenta exercent, aut ferunt capitalem ſententiam, canon. quæſitum, 23. q. 4.

Fidelis infidelem diſcedentem non cogitur ſequi, canon. ſimili modo, 28. q. 1.

Fidelis fidelam non poteſt dimittere, niſi ob fornicationem carnalem, vel ſpiritualem, gloſſ. 1. in canon. vxor, 28. q. 1.

Fideles infidelibus non ſunt matrimonio coniungendi, can. caue Chriſtiane, 28. q. 2.

Fidelis plus peccat in eodem genere fornicationis, quàm infidelis, can. in eo, & ibi gl. 2. 32 q. 4.

Fideles dicuntur aquilæ, gl. aquilæ, in can. in quibus. De conſecrat. diſt. 2.

Fideles dicuntur pueri, non à fidei virtute, ſed à ſacramento fidei: vnde paruuli in fide parentum ſaluantur, intellige baptiſmo ſuſcepto in fide parentum, gl. ſi. in can. hoc eſt. De conſec. diſt. 2.

Fidelis debet eſſe rex, & ſacerdos: rex, quia debet ſe & alios virtutibus regere: & ſacerdos, quia cor contritum, & humiliatum, quod eſt vera oblatio, debet offerre Deo, gl. pe in can. poſt baptiſmum. De conſecrat. diſt. 4.

Fideles ſunt in Eccleſia, & ea in ipſis, gl. 2. in can. Eccleſia. De conſecrat. diſt. 4.

ſicut Fidelis, & pius nullus, de Dei miſericordia, de Chriſti merito, deque ſacramentorum virtute, & efficacia dubitare debet: ſic quilibet, dum ſeipſum, ſuamque propriam infirmitatem, & indiſpoſitionem reſpicit, de ſua gratia formidare, & timere poteſt. Concil. Trid. ſeſſ. 6. cap. 9.

Reliqua in verbo, Catholica. Chriſtianus.

1 **FIDELITAS** pro re ſpirituali acquirenda præſtari non debet, quia eſſet ſimonia, cap. ex diligenti, 17. De ſimonia.

Fidelitatem ſeruare nemo tenetur principi excommunicato, antequam reconcilietur, can. ſi. 15. q. 6.

Fidelitatem iurans debet etiam præſtare auxilium, & conſilium domino ſuo, can. de forma, 22. q. 5.

Fidelitatem præſtanti tenetur dominus vicem reddere, ibidem.

Fidelitatem iurans domino ſuo, ſemper debet habere in memoria hæc ſex, *Incolume, tutum, honeſtum, vtile, facile, & poſſibile*, ibid.

Reliqua in verbo, Vaſſallus. Iuramentum, 25. 30.

FIDEIVBERE non poſſunt clerici pro laico, niſi in caſu neceſſitatis, cap. quod quibuſdam, & ibi gl. De pignoribus.

Fideiubere non poſſunt monachi, ſine licentia capituli, vel maioris partis: cum illa tamen poſſunt pro Eccleſijs ſuis, ibid.

Fideiubere poſſunt clerici inter ſe, cum conueniuntur, ibidem.

Fideiubere non poſſunt curiæ adſtricti, gl. 2. ibid. & gl. 1. in can. te quidem, 11. q. 1.

Fideiubere debens, licet non teneatur dare pignora, poteſt tamen ſi vult. gloſſ. fideiuſſore, in canon. ſin. §. pe. 3. q. 3.

Fideiubendo, ſeu intercedendo quilibet regulariter obligatur: fallit hoc in muliere, & in alijs, gl. 1. in reg. quæ à iure, 28. De reg. iur. lib. 6.

FIDEIVSSOR intercedens pro maiori ſumma, quàm debitor principalis, omnino non obligatur, gl. omnino, in cap. & ſi Chriſtus. De iureiurand. 1

Fideiuſſores iurantes creditorem indemnem ſeruare, tenentur obſeruare iuramentum, cap. ex reſcripto, 9. De iureiur.

ob Fideiuſſoris mortem, vel nouam inopiam poteſt exigi noua cautio, gl. nouis, in add. marg. in cap. etiarum. De iuram. calum.

Fideiuſſor, qui fideiuſſit de iudicatum ſoluendo, non poteſt paciſci de certa parte litis, gl. gratis, in cap. cum ab omni. De vita, & honeſt.

Fideiuſſor, qui ſoluit pro debitore principali, poteſt agere contra principalem, ceſſione actionis fienda à creditore, vt ſibi ſatisfaciat de pecunia ſoluta, & de omnibus damnis & intereſſe, quæ ratione fideiuſſionis pertulit, cap. peruenit, verſ. mandamus. De fideiuſſor.

Fideiuſſor ſoluens pro debitore principali debet agere contra eum, vt ſatisfaciat ſibi de bonis ſuis: non tamen debet is detrudi incontinenti in carcerem, hòcque maximè procedit in clerico, ibid.

Fideiuſſores ſi renunciant auth. *præſente*, & auth. *hoc ita*, & conſtitutioni diui Adriani, coguntur ſoluere, etiam principali non excuſſo, gl. 1. ibid.

Fideiuſſor ſoluens vſuras promiſſas pro debitore principali, repetit illas ab eo, gl. indemnem, ibid.

ſi Fideiuſſor indebitas vſuras ſoluere condemnatus ſit iniuria iudicis, non tenetur debitor principalis eas ſoluere, ibidem. 2

Fideiuſſor ſi iurauit ſoluere vſuras, & ſortem, propter iuramentum non poterit opponere exceptionem, niſi prius impetrauerit abſolutionem iuramenti, gl. indemnem. in cap. 2. De fideiuſſor.

Fideiuſſor poteſt petere vſuras, quas ſoluit, & expenſas quas fecit, quia totum eſt intereſſe ſuum, ib.

Fideiuſſor, antequam ſoluat, poteſt agere contra debitorem principalem, vt eum liberet à fideiuſſione, ſi venit tempus ſolutionis faciendæ, & ipſe non teſtatur à creditoribus, cap. conſtitutus, eod.

Fideiuſſor non liberatur tempore, ſed oportet inſtare, vt liberetur: licet ſecus ſit in fideiuſſore, de iudicio ſiſti, ibid.

Fideiuſſor poteſt agere contra debitorem principalem, vt eum liberet à fideiuſſione, ſi diu ſtetit in obligatione, gl. 1. ibid.

Fideiuſſor obligatus in omnem cauſam tenetur etiam ad vſuras, vt intereſſe; ſed ſi ſimpliciter ſe obligauit, non tenetur ad vſuras, etiam vt intereſſe, gl. 2. ibid.

Fideiuſſor obligatus in omnem cauſam, non tenetur de iure canonico ad vſuras, vt vſuras: ſed ad vſuras, vt intereſſe tenetur, ibid. 3

Fideiuſſor antequam ſoluat, poteſt agere contra debitorem principalem, vt eum liberet à fideiuſſione, quando debitor diu ceſſauit in ſolutione debiti; vel ſi bona ſua diſſipare incœpit, vel ſi fideiuſſor condemnatus ſit, cap. ſi. & ibi gl. 1. De fideiuſſor.

Fideiuſſor obligatus ex contractu non liberatur, licet debitor diu diſtulerit ſolutionem debiti: ſed oportet inſtare coram iudice, vt abſoluatur, ibid.

Fideiuſſor antequam ſoluat, poteſt agere quandocumque voluerit contra debitorem principalem, vt eum liberet à fideiuſſione, ſi hoc ab initio ita conuenit, gloſſ. 2. ibidem.

Fideiuſſor beneficium, quod fecit in fideiubendo, non debet reuocare intempeſtiuè, ne omnino inutile ſit: debet enim eſſe in obligatione diu, & illud tempus arbitrio iudicis relinquitur, d. cap. ſi. & ibi gl. 1.

Fideiuſſor in duriorem cauſam, quam principalis non obligatur omnino, gloſſ. 2. in cap. 2. De conuerſ. coniugat.

Fideiuſſor ante ſolutionem poteſt agere contra debitorem principalem, in quibuſdam caſibus, vt eum à fideiuſſione liberet, gl. 1. in cap. ſi. De foro compet. lib. 6.

Fideiuſſor ſi dubitetur, an ſit locuples, approbari debet: ſecus vbi euidenter eſt locuples, gl. citent. in cap. Romana, §. cum autem, De appel. lib. 6.

Fideiuſſor contractus non intelligitur condemnatus, condemnato debitore principali: ſed agendum eſt cum eo, actione ex ſtipulatu, gl. prægrauatus, in cap. 1. De iniurijs, lib. 6. 4

Fideiuſſor, qui promiſit reum in iudicio ſiſti, condemnato reo abſoluitur: quia iam adimpleuit quod promiſit, ſcilicet quia fecit reum ſtare in iudicio, ibid.

Fideiuſſor, qui promiſit iudicatum ſoluere, condemnato reo condem-

conſeruatur: & idem dicendum eſt ſi totius cauſæ fideiuſſor acceptus ſit, ibid.

Fideiuſſorem ſtandi iuri licet quis dederit, adhuc etiam poterit iudicem recuſare, gl. fideiuſſore in can. ſi. §. pe. 3. q. 3.

Fideiuſſor, ſi interuenit pro carcerato, qui incarceratus fuit pro delicto, pro quo venit imponenda pœna corporalis, non valet talis fideiuſſio, niſi ex conſuetudine, gl. ſi. in can. cum homo. 23. q. 5.

Fideiuſſor non debet occidi, etiamſi non exhibeat reum criminis capitalis, pro quo fideiuſſit, ibid.

Fideiuſſor, ſi ſine dolo reum criminis, pro quo fideiuſſit, non exhibet, pecuniariter punitur; ſed ſi dolo eum non exhibet, punitur arbitrio iudicis, ibid.

Fideiuſſor non debet venire cum facto paratus, gloſ. 2. in cap. inſtitutum, 27. q. 2.

Reliqua in verbo, Clericus, 170. 172.

1 **FIERI** multa prohibentur, quæ facta tamen tenent, gloſ. ſi. in cap. ne pro defectu, 42 De electione, gl. ſeruandum, in cap. & ſi Chriſtus. De iureiur. can. nec illud, §. 2. 32. q. 5.

Fieri aliquid aliud eſt, & aliud eſt paratum eſſe ad faciendum: quandoque tamen æquiparantur, clem. gratiæ. De reſcript.

Fieri aliquid rectè, & non fieri, paria ſunt, cap. auditis. De procuratoribus.

Fieri poſſe dicitur illud, quod de iure fit, gl. ſi. in cap. 2. Vt lite non conteſt.

Fieri poſſe id ſolum dicitur, quod commodè, vel de iure fit, & ſine ſcandalo, cap. cum teneamur. De præbend.

Fieri quod debeat, non quod fit, conſiderandum eſt, gl. 3. in cap. 2. De teſtam.

Fieri ſeorſum dicitur illud, quod fit excluſis omnibus teſtibus, cap. 2. De purgat. canoni.

Fieri in publico non dicitur, quod fit coram duobus, vel tribus, ibid.

Fieri poſſe non dicitur illud, quod non poteſt fieri commodè, cap. ſtatuimus. 23. De officio deleg. lib. 6. cap. 2. De cenſibus, lib. 6.

Fieri dicitur illud, quod vi fit, cap. per catechiſmum. De cognat. ſpiritu. lib. 6.

Fieri minus legitimè, & non fieri, paria ſunt, clem. 2. De procuratoribus.

Fieri quid debeat, conſiderandum eſt, non quid fiat, gloſ. conſuetudinem, in can. legimus, diſt. 93.

Fieri per ſe dicitur, quod fit perſonaliter, & non per interpoſitam perſonam, can. qui accuſare, 3. q. 9.

Fit & fiat hæc verba quandoque reſpiciunt futurum tempus, gl. 2. in can. generali, 25. q. 2.

Fieri dicitur id, quod non rectè fit, gl. non poteſt, in can. nullus. De conſecrat. diſt. 4.

Reliqua in verbo, Facere. Factum.

FIGMENTA varia ſunt, quæ committuntur per Epiſcopos, ordinantes clericos alterius diœceſis, ſine litteris dimiſſorijs, gloſ. figmento, in cap. 2. De temporibus ordin. lib. 6.

Figmentis non debet dari occaſio, gl. 2. in cap. cum contingat, 21. De reſcript.

FIGVRA cuiuſque rei eſt ipſius apparens forma vel facies, in qua rei ſubſtantia fingitur, gloſ. non exigat, in clem. ſæpe. De verb. ſignif.

Filius in genere à n. 1. vſque ad n. 11.

Quoad patriam poteſtatem, filium familias, & agendum contra patrem, n. 12. vſque 17.

Quoad filios legitimos, vel illegitimos, vel legitimatos, n. 18. vſque 21.

Quoad filios clericorum, & presbyterorum, num 22. vſque 27.

Quoad ſucceſſionem in bonis paternis, n. 28. vſque 32.

Quoad matrimonium, & ingreſſum Monaſterij, n. 33. 34.

Quoad delicta parentum, n. 35. 36.

Quoad filiam, n. 37.

2 **FILIVS** præſumitur quis alicuius, quia natus eſt in matrimonio, gl. 1. in cap. Michael. De filijs presbyter.

Filius præſumitur quis alicuius, quia natus eſt ex illa quam publicè tenebat in domo pro concubina, ibid.

Filius probatur alicuius, eo quòd eſt in quaſi poſſeſſione filiationis, ibid.

Filius probatur alicuius, eo quòd iſte habebat illum in patrem, & ille illum in filium, & communiter eius filius reputabatur, & nominabatur, ibid.

Filius quandoque probatur alicuius, ex dilectione, ibid.

Filij nominatio probat quem eſſe eius filium præſumptiuè; ſed non ſic, quin admittatur probatio in contrarium, ibidem.

Filius natus ex patre ſeruo, & matre libera liber eſt: & licitè promoueri poteſt ad ordines, cap. ſi. De ſeruis non ordin.

Filius natus ex concubina in domo retenta, præſumitur filius concubinarij, cap. per tuas. De prob.

Filium aliquem eſſe ſi nominent aliqui, & ita communiter reputetur, non creditur poſtea alteri notum contrarium iuranti, ibid.

Filij ſola nominatio non facit aliquem filium, ſed oportet etiam, quòd ea ſit communis opinio, gloſ. 2. ibid.

Filius contra patrem non compellitur teſtimonium dicere, gl. 2. in cap. cum nuncius, 12. De teſtib.

Filius quòd quis ſit alicuius, non poteſt probari verè, niſi præſumptiuè, gl. notorium, in cap. veſtra. De cohabit. clericor. 2

Filius quandoque denominatur à matre, veluti Raynutius de clera. cap. Raynutius. De teſtam.

Filij impuberes ſepeliri debent in ſepulchro maiorum ſuorum, niſi conſuetudo repugnet, cap. de vxore, §. fin. & ibi gl. ſi. De ſepultur.

Filius conditionem patris, vel matris conuerſi ad fidem debet ſequi, cap. 2. & ibi gloſ. 1. De conuerſione infidelium.

Filij apud ſuſpectas perſonas morari non debent, d. cap. 2.

Filij poſt triennium à patre ſunt alendi, ibid.

Filius ſequitur familiam patris, non matris, ibid.

Filius non denominatur à cognatione matris, ſed à cognatione patris, gl. poteſtate, ibid.

Filius apud quem debeat viuo patre educari, ſi ſit quæſtio: dicendum eſt, quòd ſi pater dedit cauſam diuortij, tunc debet educari & ali apud matrem; ſed ſi mater præſtitit cauſam, tunc apud patrem, ibid.

Filius minor triennio, apud matrem debet ali, maior triennio apud patrem, gl. pe. in d. cap. 2.

Filius etiam minor triennio, ſi pater eum velit perducere ad fidem, cum ſit in eius poteſtate, patri debet aſſignari in fauorem fidei Chriſtianæ, gl. ſi. ibid. 3

Filius minor triennio debet ali apud matrem, niſi mater ſit inops; ſed maior triennio, apud patrem, gloſ. ſi. in cap. cum haberet. De eo qui duxit in matrim.

Filiorum educatio de iure naturali eſt, & ex inſtinctu naturæ procedit, ibid.

Filius natus ex libera, vel liberta, liber eſt, cap. 2. De natis ex libero ventre.

de Filiorum commodo vel fauore quando agitur, inſpicitur tempus conceptionis, gl. 3. in cap. 2. Qui filij ſint legitimi.

Filio infanti, vel puero ſi moueatur quæſtio, quòd non ſit filius illius, cuius dicitur? debet iudex ſummatim de eo cognoſcere, vt alatur rebus interdum forſitan alienis, gl. ſi. ibid.

Filium aliquem ſi negent vir & mulier, ſtatur eorum aſſertioni, niſi indicijs & teſtibus probetur contrarium, cap. 3. eod.

Filius alicuius non præſumitur ex eo, quòd fuerit nutritus in domo illius, ibid.

Filius quòd non ſit alicuius, ex quo negatur, cum non ſit in poſſeſſione filiationis, eum oportet probare, gloſ. pen. ibid.

Filius eſt, quem nuptiæ demonſtrant, d. gl. pe.

Filius ſi negetur à patre, debet probare ſe filium, ibidem. 4

Filius natus de vxore præſumitur filius mariti; in tantum quòd non credatur matri aſſerenti contrarium, etiamſi probetur adulterium, vel quòd fuerit natus in loco ſuſpecto, d. gl. pe. & gl. 2. in cap. officij. De pœniten. & remiſſ.

Filiorum appellatione non veniunt deſcendentes in materia odioſa, gl. matre, in cap. 3. De ſententia excommunicationis.

Filiorum appellatione veniunt deſcendentes omnes, gl. fin. in cap. 2. De verb ſign.

Filius vnigenitus dicitur, licet alius filius ei natus ſit antea; dum tamen ſtatim, vt natus eſt, mortuus ſit; quia pro non nato habetur, cap. 3. & ibi gloſ. 2. eodem.

Filiorum appellatione non comprehenduntur nepotes, cap. ſi. § ſi poſt. De præſcript. lib. 6. cap. vt officium, § ſtatuimus. De hæreticis, lib. 6.

Filij non debent eſſe caſtigatores parentum, gl. demens, in cap. 1. §. ſi vero. De cleric. ægrot. lib. 6.

Filiorum appellatione non comprehenduntur deſcendentes ex linea fœminina, cap. vbicumque. De pœnis, lib. 6.

Filius natus ex nuptijs patrem debet ſequi, non matrem: intellige quoad honorem, & dignitatem, & quoad immunitatem pœnarum, gl. maſculinam, ibid.

Filij ſequuntur agnationem patris, non matris, d. gl. maſculinam.

Filij nobilitantur radijs parentum, ſicut vxores nobilitantur radijs maritorum, ibid.

Filiorum appellatione non comprehenduntur nepotes, etiam deſcendentes per rectam lineam, cap. ſi. § quod ſi quis, eod.

Filij Regum Catholicorum poſſunt obtinere plures dignitates, vel perſonatus, ex diſpenſatione Papali, extrauag. execrabilis, & ibi gl. Regum, Ioan. 22. 5

Filijs Regum infidelium non eſt veriſimile Papam voluiſſe

aliquid

aliquid prærogatiuæ circa pluralitatem beneficiorum ſeruare, cum de iure communi ipſi non ſint capaces, ſaltem uſque ad ſecundam generationem, d. gl. Regum.

Filij hæreticorum non perdunt diſpenſationem obtentam circa pluralitatem beneficiorum ante hæreſim parentum, ibidem.

Filius, cuius pater erat Rex tempore conceptionis, ſed non erat tempore natiuitatis, quia erat depoſitus, vel iuri Regni renunciauit, cenſetur filius Regis; quia concepti pro iam natis habentur; quia calamitas patris ſuperueniens non tollit dignitatem quæſitam, gl. filijs, ibid.

Filius, cuius pater erat Comes tempore conceptionis, tempore verò natiuitatis erat Rex, gaudet priuilegio filij Regis: quia tempore natiuitatis filij, ſuperueniens patri dignitas prodeſt ei, ibid.

Filius natus & conceptus ex non Rege, qui tamen fuit Rex, & eſſe ſperatur, vt quia depoſitus eſt ad tempus, & ante aduentum illius temporis mortuus eſt, poſtea natus reputabitur filius Regis, ibid.

Filiorum appellatione ex propria verbi ſignificatione nepotes ex eis nati continentur, ibid.

Filij autem, & aliter nepotes, de uſu & conſuetudine loquendi quandoque appellantur, ibid.

Filius viuente patre eſt dominus rei paternæ: ſpe & omnino, gl. ius ad rem, in extrauag. ſedes Apoſtolica. De officio deleg. inter communes.

6 Filius patrem egentem cogitur alere iure naturæ, & quandoque mater filium, libertus patronum, gl. educatio, in can. ius naturale diſt. 1.

Filij, qui parentibus ſubtrahunt neceſſaria, etiam pro diuino cultu, excommunicantur, canon. ſi qui filij, diſtinct. 30.

Filij ſi parentibus non reddiderint debitum honorem, excommunicantur, ibid.

Filij parentibus fidelibus & infidelibus tenentur ſubuenire, magis tamen fidelibus, gl. 1. ibid.

Filius tenetur ſubuenire patri, etiam hæretico, præponendo eum extraneo, etiam ſancto, in his quæ ſpectant ad opus miſericordiæ, in prouidendo ei neceſſaria, niſi magis alter indigeret, quia tunc magis tenemur ſubuenire extraneo, d. gl. 1.

Filius & pater eadem perſona eſſe cenſentur, gl. fin. in can. Videat, diſt. 50.

Filiorum appellatione comprehenduntur nepotes, gl. 1. in can. presbyterorum, diſt. 56.

Filius natus legitimè in ſacerdotem ordinari poteſt, licet parentes ſint nati ex adulterio, canon. dominus, diſtinct. 56.

Filios habere prodeſt quantum ad ſæculares honores, cum computentur pro annis, gl. 2. in can. Cenomenſis, diſtinct. 61.

Filius non debet eſſe temporalis, gl. 1. in can. ſanctorum,
7 diſt. 70.

Filius alicuius quòd ſit quis, verè non poteſt probari, ſed ſolum per præſumptiones, gl. 1. in canon. manifeſta, 2. q. 1.

Filius poteſt habere patrem iudicem, niſi recuſetur, qui recuſari poteſt, gl. fi. in can. conſanguinei, 3. q. 5.

Filios & vxorem habens debet illos fideles habere, canon. qui crimen, 6. q. 1.

Filij regum de iure dicuntur reges, can. denique, & ibi gl. 1. 7. q. 1.

Filios temporales, hoc eſt ad tempus, habere non licet, gl. 1. in can. paſtoralis, 7. q. 1.

Filiorum appellatione non ſemper intelliguntur nepotes, gl. 1. in can. Apoſtolica, 8. q. 1.

Filio prodeſt ſuffragium patris, quantum ad numerum eligentium, gl. 1. in can. illud, 8. q. 1.

Filius excommunicatus ſi fuerit, vel ſeruus, non debet pater vel dominus communicare ei: & communicans peccat; licet non incidat in excommunicationem, gloſ. vxores, in can. quoniam multos, 11. q. 3.

8 Filij nati poſt manumiſſionem ſunt ingenui: ſunt tamen obnoxij Eccleſiæ, quoad quaſdam operas, quæ conſiſtunt in aſſurgendo, & in ſalutando; item non vocabunt eam in ius: alias reuocantur in ſeruitutem, gl. 2. in can. de libertis, 12. q. 2.

Filiis liberum eſt ſepeliri in ſepulchris patrum ſuorum, & liberum etiam eſt illis alibi, pro locorum, & temporum opportunitate, can. vnuſquiſque, §. fi. 13. q. 2.

Filiorum, id eſt pauperum, panem canes, id eſt hiſtriones, meretrices, & ſimiles perſonæ, non debent comedere, can. ſi cupis, & ibi gloſ. fi. 16. q. 1.

Filij non debent theſaurizare parentibus; ſed parentes filiis, can. prædicatur, 16. q. 1.

Filiis paramus ex voto omnia, quæ noſtra ſunt, & filij veniunt ad propria bona, gl. parentibus, ibid.

Filius non poteſt remittere id, quod debetur patri, nec tutor debitum pupilli, nec præſes debitum ciuitatis, gloſ. poſſumus, in can. ſi ii qui, 23. q. 4.

Filius vel ſeruus non amatur, cum non corripitur, canon. non putes, 23. q. 5.

Filius regis, etiam viuente patre, vocari debet rex, licet regnum non habeat, can. ſi & ibi gl. fi. 24. q. 1.

Filii fideles à parentum conſortio ſeparari debent, ne in eorum erroribus inuoluantur, can. Iudæorum, 28. q. 1.

Filium ſuum leuans de ſacro fonte, perdit ius exigendi debitum à coniuge; licet per ſententiam Eccleſiæ illud non ſit ablatum, gl. fi. in can. noſſe, 30. q. 1. 9

Filium ſuum fraudulenter leuans de ſacro fonte non debet ſeparari à viro, ſed debet agere pœnitentiam, quamdiu viuat, can. dictum eſt, 30. q. 1.

Filium ſuum baptizans ex neceſſitate non debet ſeparari à coniuge, can. ad limina, 30. q. 1.

inter Filium ſpiritualem, & pœnitentialem non eſt omnimoda ſimilitudo, niſi quoad ipſum ſacerdotem, quia filius eius bene poteſt ducere illam, quam pater receperat ad pœnitentiam, non tamen quam immerſit in baptiſmo, gl. 2. in can. omnes, 30. q. 1.

inter Filios & fratres ſpirituales contrahitur gratuitè ſancta communio, quia non eſt dicenda conſanguinitas, ſed proximitas ſpiritualis, can. 1. 30. q. 3.

Filii ex ancilla non ſunt quærendi, can. dicat, 32. q. 4.

Filius ſequitur priuilegium patris, quoad honores, dignitates, & quoad curialem conditionem, & quoad originem: at matrem vero quoad conditionem, gl. 1. ibid.

Filii ex ancilla & libero ſunt ſeruilis conditionis, can. fi. 32. q. 4.

Filii, qui naſcuntur, deteriorem partem aſſumunt, ſecundum conſuetudinem Longobardorum, & Theutonicorum: ſecus ſecundum leges Romanorum, d. can. fi. & ibi gloſ. deteriorem. 10

Filius natus vt ſit liber, ſufficit quod ſaltem per momentum fuerit in ventre libero, gl. deteriorem, ibid.

Filii quoad honores circa inſignia patrem ſequuntur, ibidem.

Filii, qui non ſunt de legitimo matrimonio, potius ſequuntur matrem, quàm patrem, quantum ad conditionem & originem: & tales filii impugnant teſtamentum matris, d. can. fi. & ibi gl. fi.

Filiorum genera quatuor ſunt: naturales tantum, vt concubinarum: naturales & legitimi, vt uxoris: legitimi tantum, vt adoptiui: ſpurii, vt ſtuprarum virginum, & conſanguinearum, gl. 2. ibid.

Filii Dei dicuntur, qui non errant in Eccleſia, gloſ. e. in can. admonere, 33. q. 2. 11

Filii dicuntur flos & poma, mater vero dicitur radix, gloſ. fi. in can. tunc ſalubriter, 33. q. 5.

Filii Dei dicti ſunt, qui deſcenderunt ex familia Seth, quia non colebant idola amore vxorum ſuarum: & ideo conceſſum fuit, vt acciperent vxores de tribu ſua, gloſ. filii Dei, in can. 2. diſt. 35. q. 2.

Filii Cain, qui colebant idola, dicti ſunt filii hominis, gl. filii.

Filii non dicuntur, qui non ſunt boni, gl. fi. in can. 2. 35. q. 7.

Filii verbo generali, tantum legitimi continentur, ibid.

Filij iræ eramus, nunc autem facti ſumus filij Dei, gloſſ. adoptiuus, in canon. quia corpus. De conſecrat. diſt. 2.

Filius in diuinis quidquid habet, à Patre habet; & Spiritus à Patre, & Filio, gloſſ. pe. in canon. ſi. De conſecrat. diſt. 5.

Filius ſæpe ſolet eſſe ſimilis patri, gl. fi. in can. ſi. De conſecrat. diſt. 5.

Reliqua in verbo, Adoptare. Adoptiuus. Arrogare. Alere, Alimenta. Concepti. Emancipare. Pater, Liberi. Parentes. Partus.

FILIUSFAMILIAS poteſt eſſe procurator in iudicio, etiam ad ſuorum lites, ſine conſenſu patris, cap. pe. De procuratoribus. 12

Filiusfamilias datus procurator cum pluribus ſimul in ſolidum, præfertur, ſi occupauit negotium; ſecus ſi diuerſo tempore fuiſſet datus, ibid.

Filiusfamilias etiam minor admittitur pro patre abſente etiam ſine mandato, ad agendum, & defendendum, præſtita ſatiſdatione, gl. 1. ibid.

Filiumfamilias minorem pro patre abſente iuſtius eſt admittere, quàm abſentem indefenſum condemnare, d. gl. 1.

Filiusfamilias poteſt conſtitui procurator ad agendum, & defendendum, niſi ſit minor, quem iudex non debet admittere; quia ſi decipiatur, poteſt reſtitui ipſe, & eius fideiuſſores, niſi pro patre ad defendendum, ex benignitate, non ex iuris rigore, ibid.

Filij etiam inuitis parentibus contrahere poſſunt; quia quantum ad hoc, non dicuntur eſſe in poteſtate parentum, gl. fi. in cap. accedens, eod.

Filiusfamilias non poteſt renunciare Macedoniano: quia illud introductum eſt in fauorem quorumdam, & in odium creditorum, gloſſ. 2. in cap. ſi diligenti. De foro compet.

Filiusfamilias in rebus Eccleſiaſticis cenſendus eſt ſui iuris, ſicut in caſtrenſibus, gl. quamuis, in cap. ex parte. De reſtit. ſpoliat.

Filiusfamilias non poteſt facere teſtamentum, niſi de caſtrenſi

ſtrenſi peculio, gl. ſi. in cap. quia nós De teſtament.

Filiofamilias maiori ſi minor mutuauerit pecuniam, poterit illam repetere: ſed ſi mutuaſſet filiuſamilias minori, non repeteret mutuans, ſi illa conſumpta ſit vel deperdita, gl. filioſamilias, in can. turbatur, §. notandum, 2. q. 4.

13 Filiuſamilias poteſt conſtitui procurator, etiam abſque aſſenſu patris, cap. qui generaliter, §. 1. & ibi gl. filiuſamilias. De procuratoribus, lib. 6.

Filiuſamilias admittitur ſine mandato, vbi nihil deperit patri: ſed vbi deperit patri, non admittitur ſine eius mandato, gl. filiuſamilias, ibid.

Filiuſamilias etiam pro ſe non admittitur, nec contra extraneum, niſi in quibuſdam caſibus, ibid.

Filiuſamilias in quibuſdam caſibus admittitur contra patrem, ibid.

Filiuſamilias ſine patris conſenſu poteſt agere ſuper cauſa ſpirituali, cap. ſi annum. De iudicio lib. 6.

Filiuſamilias ſine patris aſſenſu in ſpiritualibus adminiſtrat, gl. eiuſdem, ibid.

Filiuſamilias ut agere poſſit ſuper cauſis patrimonialibus, requiritur authoritas patris, ibid.

Filius non liberatur à patria poteſtate, per adeptionem beneficij Eccleſiaſtici, cap. ſi. §. ſi. eod.

Filiuſamilias regularis non poteſt eſſe in iudicio, ſine patris aſſenſu, ibid.

Filiuſamilias in ſpiritualibus agit per ſe, ſine patris aſſenſu, & in illis pater nullo modo debet ſe intromittere, ibid.

14 Filiuſamilias ſine patris conſenſu poteſt agere ſuper caſtrenſi peculio, imò & contra ipſum patrem poteſt agere: item cum impetrat veniam ætatis, dummodo ſit maior viginti annorum, & in momentanea poſſeſſione: & cum agit de thoro violato, & interdicto de libero homine exhibendo, gl. pe. ibid.

Filiuſamilias pubes, etiam pro anima non poteſt legare bona non caſtrenſia, ſine aſſenſu patris, cap. pen. De ſepultur. lib. 6.

Filiuſamilias poteſt teſtari ad pias cauſas cum aſſenſu patris: aliàs non, ibid.

Filiuſamilias pubes poteſt abſque patris aſſenſu ſibi eligere ſepulturam: ſed impubes non, ibid.

Filius impubes, vbi non eſt conſuetudo, quòd pater poſſit ei eligere ſepulturam, debet ſepeliri, vbi maiores eius erant ſepulti, vel in Eccleſia parochiali, ibid.

Filiuſamilias poteſt teſtari de caſtrenſibus, vel quaſi caſtrenſibus bonis, ſine patris voluntate, ibid.

Filiuſamilias de bonis paternis poteſt legare pro anima, de aſſenſu patris, ibid.

Filiuſamilias pubes quoad electionem ſepulturæ, non eſt ſubiectus poteſtati paternæ: ſicut nec in aliis ſpiritualibus, ibid.

Filius alicuius licet ſit quis, non ſequitur, quòd ſit ei ſubiectus: quia vnius poteſtatis filius, alteri poteſtati poteſt eſſe ſubiectus, cap. ſi Papa, §. & eſt idem. De priuileg. lib. 6.

15 Filius quamdiu eſt in poteſtate patris, non poteſt agere, vel conueniri, gl. debeant, in cap. educeri, 24. De reſcript.

Filius quòd habeat poteſtatem in parentem, abſonum eſt, cap. cum inferior. De maior. & obed.

Filius debet eſſe in patria poteſtate, gl. 2. ibid.

Filius dum eſt in patris poteſtate, agere non poteſt pro rebus ſuis, ibid.

Filius dum eſt in patris poteſtate, non poteſt alienare, vel diſponere de rebus ſuis, nec agere pro his, nec ei tunc temporis currit præſcriptio, gl. emancipauit, in cap. conſtitutus. De in integr. reſtit.

Filius ſequitur familiam patris, non matris, gloſſ. 2. in cap. ex parte, 67 De appellat.

Filius quantum ad ius patriæ poteſtatis, non dicitur eſſe in poteſtate matris, ſed patris ibid.

Filius per officium tutelæ dicitur eſſe in poteſtate matris: intellige de poteſtate tutelari, ibid.

Filius licet ſit in patris poteſtate, poteſt agere in ſpiritualibus etiam contra patrem, cap. non eſt. De ſponſ.

Filius licet ſit in poteſtate patris: non tamen per hæc poteſt pater detinere, inuito filio eius vxorem, ibid.

Filius poteſt petere vxorem per interdictum de liberis exhibendis, imo de vxore exhibenda: & hoc habet locum, cùm inuita vxor detinetur: ſi vero volens detinetur, per officium iudicis, vel Epiſcopi loci. gl. 1. ibid.

16 Filium volens quando detinetur, non datur interdictum de libero exhibendis, niſi quando inter duos, qui dicunt ſe eſſe patres, vel dominos, eſt controuerſia, ibid.

Filius eſt in poteſtate patris, non matris, cap. 2. De conuerſione infidel.

Filius infans expoſitus à patre, vel alio, eo ſciente, vel ratum habente, liberatur à patria poteſtate, cap. 1. & ibi gl. liberatus. De infanti, expoſ.

Filius cuiuſcumque ætatis languidus ſi fuerit expoſitus, vel ſi ei alimenta negari contigerit, liberatur à patria poteſtate, ibid.

Filiuſamilias poteſt remittere iniuriam ſibi factam in quantum ipſum tangit: ſed non in quantum tangit patrem, cap. 1. De pœnis.

Filiuſamilias per dignitatem ſibi delatam factus ſui iuris, dignitatis ſuæ adminiſtratione finita, remanet ſui iuris, & retinet omnium cognatorum, & agnatorum iura, gl. 1. in cap. decet, 16. De reg. iuris, lib. 6

Filium diſtrahere poteſt pater propter neceſſitatem famis: quod alias non poſſet, gl. 2. in reg. in argumentum, 78. eodem.

Filios eſſe correctores patrum, erubeſcit lex, gl. 2. in can. quis dubitat, diſt. 96

Filius datur tutor patri, qui incidit in furorem, vt eum regat. ibid.

Filius conqueritur de patre, tam in ciuili, quàm in cri- 17
minali negotio: ſed ſecundum leges non in ciuili, niſi tantùm in cauſa caſtrenſi: non tamen poteſt conuenire eum de furto, ſed actione in factum, gl. 1. in canon. quæritur, 2. q. 7.

Filius emancipatus poteſt agere ciuiliter contra patrem, ſed venia impetrata: ſed in criminali cauſa non auditur contra patrem, nec pater contra filium, niſi iniuriam in ipſum commiſerit, ibid.

Filius quandoque corrigit dicta patris ſui, vt fecit Celſus filius, gl. 2. ibid

Filius æquatur vel præponitur patri, non in honore, ſed in veritate, d. can. quæritur.

Filius ſecundum canones poteſt conqueri de patre, gl. conqueri, in can. qui peccat 23. q. 4.

Filius ſecundum canones poteſt agere contra patrem, & è conuerſo, gl. melius, in can. ſi Eccleſia, 23. q. 4.

Reliqua in verbo, Caſtrenſe, Procurator, 23. Pater, 2. Macedonianum. Patria poteſtas.

FILIVS ſuſceptus ex coniugata dicitur ſpurius, & non 18
poteſt legitimari per ſubſequens matrimonium, gl. coniugata, in cap. innotuit, 20. De electione.

Filius naturalis legitimatus per ſubſequens matrimonium poteſt eligi in Epiſcopum, tanquam natus de legitimo matrimonio, ibid.

Filius patri non ſuccedit in vitio iuris perſonale: quandoque ſic. cap. niſi, § perſonæ. De renunciatione,

Filiorum illegitimorum ſpecies ſunt plures: nam quidam dicuntur manzeres, quidam nothi; alij naturales, alij ſpurij, ibid.

cum Filio illegitimo ſolus Papa diſpenſat. cap. litteras. De filiis Presbyter.

Filius natus de vxore legitima habetur pro non legitimo, quando natus eſt poſt continentiam communi conſenſu promiſſam: & ita de illicito coitu dici poteſt, ibid.

Filius illegitimus abſque diſpenſatione Papæ, ad dignitatem, vel perſonatum, vel beneficium curatum promoueri non poteſt, cap. ſi. eod.

Filij illegitimi de iure communi promoueri non poſſunt ad ordines ſacros: nec Epiſcopus poteſt cum eis diſpenſare, gl. 1. in d. cap. ſi.

Filij illegitimi, ſi intrauerint religionem, poſſunt promoueri ad ordines, ſine aliqua diſpenſatione: ad honores vero non poſſunt ſine diſpenſatione, ibid.

Filij nati ex matrimonio contracto in facie Eccleſiæ, data ignorantia impedimenti, ſunt legitimi: ſecus ſi contrahentes ſcirent impedimentum, vel ſi contraxiſſent clandeſtinè, quoniam tunc eſſent illegitimi, cap. 2. §. 1. De clandeſtina diſpenſatione.

Filij nati ex matrimonio contracto in facie Eccleſiæ, im- 19
pedimentum ſciente vno ex contrahentibus, ſunt legitimi gl. ſi ambo, ibid.

Filiorum multiplicitas non inducit diſpenſationem, cap. cum haberet. De eo qui duxit in matrimonium.

Filij nati ex illegitimo matrimonio, vel ex damnato coitu, alendi ſunt à parentibus ſecundum facultates eorum, ibidem.

Filiorum fauor inducit quandoque diſpenſationem, gl. multiplicitas, ibid.

Filius naturalis ex ſoluto, & ſoluta natus legitimatur per ſubſequens matrimonium parentum, etiam quoad hæreditatem, cap. 2. Qui filij ſint legitimi.

Filij nati, vel concepti ante ſententiam ſeparationis matrimonii contracti in facie Eccleſiæ, ſunt legitimi, cap. 2. eod.

Filij reputantur legitimi propter bonam fidem parentum contrahentium matrimonium in facie Eccleſiæ, licet poſtmodum matrimonium conſtet inter illos non potuiſſe conſiſtere, puta propter conſanguinitatem, vel affinitatem, ibid.

de Filiorum fauore vbi agitur, concepti habentur pro natis, d. cap. 2. & ibi gl. 3.

Filij concepti poſt litem conteſtatam ſuper impedimento matrimonii, perinde ſunt legitimi, ac ſi fuiſſent concepti ante litis conteſtationem: ſatis enim eſt, quòd ante ſententiam diuortii fuerint concepti, ibid.

Filij nati ex matrimonio non præmiſſa denunciatione con- 20
tracto, vel etiam præmiſſa, ſed cognito impedimento conſanguinitatis, vel affinitatis, illegitimi ſunt, ſi poſtea probetur impedimentum, gl. 2. ibid.

Filius

Digitized by Google

Filius illegitimus eſt, quem vxor viro viuente ex adulterio concepit, ſiue cum adultero, ſiue cum viro moretur, cap. cauſam quæ eod.

Filius adulteri probari poteſt, licet mater moretur cum marito: intellige quando poteſt probari, quòd tempore conceptionis maritus non vtebatur coniunge, ibid.

Filii naturales legitimantur per ſubſequens matrimonium: ſed ſpurii non, cap. tanta eſt, eod.

Filiorum antea genitorum legitimatio firmatur ſuper virtute, & potentia matrimonii: & ſic propter bonum matrimonii, quod eſt fauorabile, d. cap. tanta.

Filii naturales per ſubſequens matrimonium legitimantur, non obſtante matrimonio intermedio, ibid.

Filii naturales per ſubſequens matrimonium authoritate Iuris ſunt verè legitimi, d. cap. tanta,

Filius natus ex adulterio dicitur ſpurius, ibid.

Filii legitimati per ſubſequens matrimonium ſunt legitimi quoad ordinum ſuſceptionem, & quoad omnia: quia matrimonium omnia præcedentia purgat. gl. a. in d. cap tanta eſt.

Filiii quidam dicuntur legitimi tantum, vt adoptiui ſiue adrogati: alii legitimi & naturales, vt nati ex legitimo matrimonio vero, vel putatiuo, ſiue ex poſt facto: & iſti ſuccedunt parentibus ſuis, gl. ſi. ibid.

Filij alij ſunt naturales & non legitimi; vt nati ex concubinis: & illi ſuccedunt ab inteſtato in duabus vncijs, ibidem.

Filij alij dicuntur ſpurii; vt nati ex adulterio, vel vulgo concepti; & illi in nullo ſuccedunt, nec inſtitui poſſunt à patre, nec ali debent de iure ciuili de bonis paternis, ſed de æquitate canonica, ſic, gl. ſi. ibid.

Filij nati de matrimonio authoritate Eccleſiæ contracto, legitimi habendi ſunt, licet matrimonium non fuerit legitimum, cap. perlatum, eod.

Filij nati ex matrimonio clandeſtino per Eccleſiam approbato, ſunt legitimi, cap. quod nobis. Qui filij ſint legitimi.

Filij nati ex matrimonio contracto contra publicæ honeſtatis iuſtitiam, illegitimi ſunt, & ab hæreditate parentum excludendi, cap. referente, eod.

Filios legitimat ſubſequens matrimonium; item legitimatio principis: ſed paterna ignorantia excuſabat olim filios, ſeu legitimabat olim, ſed hodie non, gl. ſi. ibid.

Filii nati ex matrimonio in facie Eccleſiæ contracto legitimi dicuntur, cap. peruenit, eod.

21 Filium legitimum ſe eſſe poteſt quis probare per matrimonium inter ſuos parentes contractum in facie Eccleſiæ, & quòd dum vixerunt, matrimonium eorum non fuit impeditum. ibid.

Filii nati ex matrimonio præſumpto legitimi ſunt, cap. per tuas, eod.

Filius naturalis ſecundum leges quatuor modis legitimatur. Primo eo ipſo quòd quis filium naturalem in extrema voluntate nominat filium, & hæredem inſtituit. & intelligitur legitimaſſe, ſi alios legitimos non habeat. Item, ſi pater in publico inſtrumento, vel cum ſubſcriptione teſtium nominauit filium, nec adiecit naturalem. Item, ſi offeratur Imperatori, & ſiat curialis. Item, ſi nullo alio exiſtente filio, ipſe filius naturalis, patre defuncto, offerat ſeipſum curiæ, gl. filium, ibid.

Filius natus ex ſponſa de futuro legitimus eſt, licet matrimonium non fuerit aliter publicatum, d. cap. per tuas.

cum Filiis etiam adulterinis poteſt diſpenſari per Eccleſiam, vt promoueantur in Epiſcopos, cap. per venerabilem, 13 eodem.

Filii naturales largè omnes appellantur, præter adoptiuos & ſpirituales: plerumque tamen appellantur illi, qui ex liberis concubinis naſcuntur, gl. non naturalibus, ibid.

Filii infidelium, qui poſtea conuertuntur, legitimi ſunt, etiamſi parentes ſunt in gradu lege canonica prohibito, cap. fin. eodem.

Filius quòd illegitimus ſit, non eſt culpa eius, qui gignitur, ſed eius qui generat, gl. ſi. in cap. accedens. De purgat. canon.

22 cum Filiis illegitimè natis poteſt diſpenſare Epiſcopus in minoribus ordinibus, & in beneficio ſine cura, dummodo ſit tale, in quo aliàs diſpenſare poſſit: in aliis diſpenſatio Papæ requiritur, cap. 1. De filiis Presbyter. lib. 6.

Filii illegitimi non ſunt capaces beneficiorum Eccleſiaſticorum, gl. filiis, in extrauag. execrabilis. Ioann. 22.

Filii illegitimi non dicuntur fulgere claritate generis patrum, ibidem.

Filii nati ex vxoribus ante baptiſmum ſunt legitimi, & tanquam legitimi ſuccedunt in bonis paternis, can. deinde, diſt. 26

Filii nati ex eadem matre ante baptiſmum æqualiter dicendi ſunt fratres, & ſuccedunt parentibus cum filiis natis poſt baptiſmum, ibid.

Filii etiam ſpurii, ſecundum leges poſſunt eligi ad decurionatum: quia non eſt impedienda dignitas eius, qui nihil commiſit, gl. 2 in can. vndecumque, diſt. 56.

Filio non adſcribitur ad verecundiam vitium paternum, can. nunquam, diſt. 56.

Filius non damnatur ex peccato patris, niſi illud etiam ipſe

committat, d. can. vndecumque, diſt. 56.

Filius illegitimus clerici, vel alterius ambulans ſuper terram, teſtatur patris incontinentiam, gloſ. filii, in can. propoſuiſti, diſt. 82.

Filii nati ex matrimonio contracto de facto cum moniali rapta, Eccleſiaſticis ordinibus applicari non poſſunt, niſi eos aut maxima Eccleſiæ vtilitas, vel neceſſitas expoſtulet, vel euidens meritorum prærogatiua commendet, can. tali coniugio, & ibi gl. a. 2 q. 7.

Filii ex matrimonio illicito nati ſunt legitimi, ſi parentes neſciant impedimentum: imo etiam ſi vnus parentum tantum ignorauit, gl. 1. in ſumma. 35. q. 7.

Filii ex illicito matrimonio nati ſunt illegitimi, ſi ambo parentes ſciebant impedimentum, licet Eccleſia habuerit illud pro matrimonio, ibid.

Filii ex inceſtuoſis nuptiis nati non ſunt legitimi, nec ſuccedunt parentibus, can. 1. 35. q. 7.

Reliqua in verbo, Legitimare. Legitimatus. Legitimatio. Illegitimus. Diſpenſatio, 2. vſque 18. Ordo, 40. vſque 46. Beneficium, 26. Ignorantia, 4. Nothus. Spurius.

FILII Presbyterorum ordinari non poſſunt, niſi fiant Mo- 23
nachi: & etiam tunc Prælatias habere non poſſunt, cap. 1. De filiis Presbyter.

Filius ſacerdotis in ſacerdotio genitus, ſi hoc tacito per reſcriptum Apoſtolicum paternam Eccleſiam impetrauit, remouetur ab illa, cap. 2. eod.

Filius ſacerdotis in Eccleſia, in qua pater præfuit, repellitur non ſolum à beneficio principali, cui pater præfuit: ſed etiam à quocumque beneficio, quando principaliter eius pater præfuit, cap. 3. & 4. eod.

Filius ſacerdotis non poteſt habere beneficium in Eccleſia, in qua eius pater fuit vicarius perpetuus, gloſ. fin. ibidem.

Filius ſacerdotis in Eccleſia, in qua pater præfuit, poteſt habere beneficium cum diſpenſatione Apoſtolica, ibid.

Filius ſacerdotis non poteſt promoueri de iure in Eccleſia, quam pater antea adminiſtrauit, cap. veniens, eod.

Filius legitimus abſque vlla diſpenſatione poteſt præeſſe Eccleſiæ, cui pater præfuit mediatè, hoc eſt, quando media perſona interceſſit, cap ex tranſmiſſa. & ibi gl. a. eod.

Filius in Eccleſia paterna miniſtrare prohibetur immediatè, ne notetur hæreditaria ſucceſſio in Eccleſia Dei: ſecus mediante extraneo: quia tunc purgatur tale vitium, ibid. & cap. ex tua, eod.

Filius ſacerdotis præeſſe poteſt Eccleſiæ, in qua pater ſine titulo miniſtrauit, conſtitutus. De filiis presbyter.

Filius ſacerdotis in Eccleſia, in qua pater miniſtrauit, repellitur, ne in illa valeat intitulari: quod verum eſt, quando in ea Eccleſia eius pater miniſtrauit intitulatus, hoc eſt ratione tituli: ſecus ſi miniſtrauit non intitulatus, vt quia fuit vicarius temporalis, d. cap. conſtitutus. & ibi gl. perpetuus.

Filius ſacerdotis, ſi manifeſtum eſt, quòd in Eccleſia pater- 24
na immediatè ſucceſſit patri, ſine aliqua teſtium receptione, ab illa debet remoueri, cap. quoniam, eod.

Filius ſacerdotis etiam legitimus remouetur ab Eccleſia, in qua immediatè patri perpetuo vicario, vel rectori ſucceſſit: ſecus ſi mediatè, cap ad extirpandas, & ibi gloſ. ſi. eod.

Filii clericorum de legitimo matrimonio nati poſſunt ad ſacros ordines promoueri, & Eccleſiaſtica beneficia habere, non ſolum in aliis Eccleſiis, ſed etiam in eiſdem Eccleſiis, in quibus eorum genitores præſunt, vel præfuerunt: non tamen poſſunt obtinere paternum beneficium, vel dignitatem, cap. ad hæc, & ibi gl. ſi. eod.

Filii clericorum ex matrimonio nati poſſunt ad ſacros ordines promoueri: ſed non poſſunt habere beneficium, in quo pater fuit intitulatus in illa Eccleſia: in alio diuerſo beneficio rectè poſſunt intitulari, niſi ratione beneficij patri teneatur miniſtrare; vel ſint ſimilia beneficia, vt quia ſint canonicatus, cap. ad hæc, cap. cum decorem, cap. ad abolendam, & ibi gl. 2. & add. marg. eod.

Filii legitimi canonicorum non poſſunt habere canoniam in Eccleſia, in qua patres canonici fuerunt: ſed bene poſſunt habere beneficium, d. gl. 2. in add. marg. in d. cap. ad abolendam.

Filius & pater poſſunt ſimul eſſe Monachi, vel canonici regulares, gl. 2. ibid.

Filius illegitimus, maximè ſpurius, ſi inſtituitur in Eccle- 25
ſia, in qua inſtitutus eſt pater, vel in alia Eccleſia, inſtitutio non valet, & inſtituens à ſuis beneficiis ſuſpenditur, cap. ad abolendam, eodem.

Filius natus de presbytero, & eius olim vxore legitima, eſt illegitimus, & inhabilis ad ſacros ordines, quia dato quod non deficiat vinculi matrimonialis ſubſtantia, deficit tamen matrimonii executio, cui obuiat votum ſolemne, cap. litteras, eodem.

Filiis canonicorum præbendas conferri non licet in eiſdem Eccleſiis, in quibus ſunt canonici patres eorum, cap. cum decorem, eod.

Filium illegitimum indecorum eſt impudico patri miniſtrare in altaris officio, in quo unigenitus Dei filius æterno patri pro ſalute humani generis victimatur, ibid.

Filius ſacerdotis non poteſt habere beneficium in titulum vicariæ perpetuæ, quod pater habuit in titulum rectoriæ perſonatus, cap. Michael, 13. eod.

Filius ſacerdotis legitimus, vt repellatur ab Eccleſia paterna, oportet quod probetur, patrem de proximo ibi miniſtraſſe: nec ſufficit ſimpliciter probare patrem miniſtraſſe, ibid.

Filius ſacerdotis Græci ex vxore genitus, licitè inter Latinos promoueri poteſt, niſi ſcandalum obſiſtat, cap. cum olim. De clericis coniugat.

Filius ſacerdotis ſpiritualis, vel filia non poteſt copulari in matrimonio filio, vel filiæ carnali ipſius ſacerdotis, cap. ſi. & ibi gl. 1. De cognit. ſpiritual.

26 Filii Presbyterorum appellantur adulterini: nam Presbyteri cum fornicantur, adulterantur, cum ſint quaſi mariti Eccleſiarum, gl. adulterinis, in cap. per venerabilem. Qui filii ſint legitimi.

Filius clerici legitimus non poteſt immediatè conſequi Eccleſiam, ſi eſt beneficium paternum, cap. accedens, 23. De accuſat.

Filium ſacerdotis aliquem non eſſe poteſt probari, indirectè probando quòd fuerit filius talis laici, & eius vxoris, quam pro legitima tenebat, & hoc notum, & publicum erat, gl. 2. in cap. accedens De purgat. canoni.

Filios temporales habere non expedit Eccleſiaſticis, gl. 2. in cap. ſi grattosè. De reſcriptis, lib. 6.

Filii Presbyterorum ad ſacros ordines promoueri non poſſunt, in ſumma, diſt. 56.

Filii Presbyterorum duplices ſunt: quidam ſunt legitimi, id eſt nati ex legitimo matrimonio ante ſacerdotium, & iſti promoueri poſſunt: quidam illegitimi, id eſt nati in ſacerdotio, qui promoueri non poſſunt, niſi ingreſſi fuerint in Monaſteria, quibus ingreſſus Monaſterii tollit irregularitatem, gl. 1. ibid.

Filii Presbyterorum etiam ex legitimo matrimonio nati non poſſunt habere paternas Eccleſias immediatè, abſque ſummi Papæ diſpenſatione, ibid.

27 Filii clericorum in ſacris prohibentur promoueri ad Eccleſiaſticos ordines, niſi in cœnobiis, vel cum canonicis regularibus religioſè conuerſati fuerint, can. presbyterorum, diſt. 56.

Filii diaconorum, & ſubdiaconorum eadem cauſa prohibentur promoueri ad ordines, qua & filij presbyterorum; videlicet quia timentur in eis exempla paterni criminis, & etiam propter odium paternum, gl. 1. ibid.

Filii quamplures ſacerdorum fuerunt Romani Pontifices, & Epiſcopi, can. Oſius, diſt. 56.

Filii ſacerdotum de iure antiquo ſerui erant Eccleſiæ: ſed hodie derogatum eſt contraria conſuetudine, gl. ſi. in can. dominus, diſt. 56.

Filius ſacerdotis illegitimus electus, ſi aliàs dignus extiterit, diſpenſatiuè confirmari poteſt, can. Apoſtolica, diſt. 56.

Filii ſacerdotum diſpenſatiuè conſecrari poſſunt ad Epiſcopatum, ſi cæteræ virtutes in eis inueniantur, can. Cenomanenſem, diſt. 56.

Filius ſacerdotis paternam Eccleſiam immediatè habere non poteſt, ſed bene per mediam perſonam, gloſ. 1. in can. Apoſtolica, 8. q. 1.

Filius ſacerdotis præbendam poteſt habere in eadem Eccleſia, in qua pater habuit, ſi ſit legitimus: ſed non poteſt habere beneficium paternum, licet ſit legitimus, gloſ. 1. ibidem.

28 Filius ſacerdotis Eccleſiam paternam etiam mediante perſona, habere non poteſt, extrauag. ſane poſtquam. Clementis 7.

Filius ſacerdotis licet legitimus non poteſt habere beneficium cum patre in eadem Eccleſia, & ita non poteſt eſſe concanonicus, d. gl. 1.

Filii geniti ex miniſtris Eccleſiæ in ſeruitutem Eccleſiæ, in cuius ignominiam nati ſunt, redigi debent, can. cum multæ. 15. q. 8.

Filius conditionem matris liberæ non ſequitur ſpeciali iure, quando genitus eſt ex patre ſacerdote: quia efficitur ſeruus Eccleſiæ patris, ibid.

Filii ſacerdotis nati ex fornicatione non poſſunt habere beneficia in Eccleſijs, in quibus pater eorum fuit præfectus: nec diſpenſatio in contrarium obtenta valet, extrauag. ad canonum. Clement. ſeptimi.

Filius & pater ſi tempore Concilii Tridentini reperirentur in eadem Eccleſia habuiſſe beneficia, filius cogebatur ſuum beneficium reſignare, aut permutare cum alio extra eam Eccleſiam, intra trium menſium ſpatium: aliàs ipſo iure priuatus exiſtebat illo beneficio. Concil. Trident. ſeſ. 25. De reform. cap. 15.

Filii clericorum, qui non ex legitimo matrimonio nati ſunt, in Eccleſiis, vbi eorum patres beneficium Eccleſiaſticum habent, vel habuerunt, etiam diſſimile beneficium non poſſunt obtinere, nec in dictis Eccleſiis quoquo modo miniſtrare, nec penſiones ſuper fructibus beneficiorum, quæ parentes eorum obtinent, vel [illegible] habere poſſunt, Concil. Triden. [illegible] reform. cap. 15.

Filius quod habeat beneficium in eadem Eccleſia, in qua pater, non debet impetrari diſpenſatio: & impetrata cenſetur ſurreptitia, d. cap. 15.

Reliqua in verbo, Clericus, 53 Beneficium, 26. Ordo, 40. 41. Succeſſio.

FILIVS exhæredatus, ſi approbavit teſtamentum patris, non poteſt poſtea impugnare: & ſi alius impugnaret, ipſe tamen non poteſt petere vltra quàm ſibi eſt relictum, gloſ. pe. in cap. pe De his quæ fiunt à maiore. 29

Filios plures habens teſtator, ſi dicat, exhæredo filium meum, non expreſſo nomine proprio, cum non appareat de quo cenſeri teſtator, nullus eorum cenſetur exhæredatus, gl. 2. in cap. quoniam Abbas, 14. De officio deleg.

Filius ſi deceſſerit ſine filiis ab inteſtato, parentes eius ſuccedunt in totum, gl. 1. in cap. cum conſtet. De pignor.

Filius hæres patris debita patris ex contractu, vel quaſi, & etiam ex delicto tenetur ſoluere ſecus ſi non ſit hæres eius, quia tunc in nullo tenetur, cap. 1. & ibi gl. 1. De ſolutio.

Filius hæres patris cum beneficio inuentarii, tenetur debita illius ſoluere, vſque ad vires hæreditatis, & non tenetur ad plus: ſed ſi adiiſſet hæreditatem abſque inuentario, teneretur in totum, gl. 2. ibid.

Filius in bonis patris, matris, & auiæ habet legitimam debitam iure naturæ, in qua grauari non poteſt, cap. Raynutius, 16. De teſtam.

Filius grauatus de reſtituenda hæreditate ſub conditione, detrahit debitum iure naturæ, & Trebellianicam, in qua computantur fructus poſt litis conteſtationem percepti, ibid.

Filii, qui in certis rebus ſunt inſtituti, loco legatarii habentur, nec tenentur creditoribus: & ſi relictum non ſufficiat ad legitimam, poſſunt agere ad ſupplementum, gl. relinquens, ibid.

ſine Filiis dicitur decedere ille, qui habuit filium, & viuente ſe mortuus eſt: quo caſu perinde eſt, ac ſi nullum habuiſſet, cum mortis tempore nullos haberet, gl. filium, ibid. & gl. filiis, in cap. Raynaldus, 13. De teſtamentis. 30

ſine Filiis non videtur decedere, qui mortis tempore habuit nepotem ex filio, quia tunc perinde eſt, ac ſi viueret filius tempore mortis ſuæ, ibid.

Filii primi gradus hæredes inſtituti non computant in quartam Trebellianicam fructus perceptos ante litem conteſtatam, ſed perceptos poſt litem conteſtatam tenentur computare, gl. conteſtam, ibidem.

Filius rogatus poſt tempus reſtituere hæreditatem, poteſt detrahere portionem legitimam: item & quartam Trebellianicam, gl. legitimam, ibid.

Filius rogatus reſtituere ſub conditione, ita vt diverſis temporibus deducenda ſit portio legitima, & quarta Trebellianica, poterit vtramque portionem retinere: ſed ſi purè ſit rogatus reſtituere, tunc alteram tantùm portionem deducet, ibidem.

Filius hæres inſtitutus non poteſt, retenta ſibi portione legitima, hæreditatem repudiare: quia tunc legitima defertur ei iure hæreditario, ibid.

Filius capit legitimam iure naturæ, vt debitum quoddam, ibidem.

Filio licet legitima ſit debita, non tamen eſt adeo debita, vt competat filio actio contra patrem: intellige in vita patris, d. gl. legitima, in ſi. ibid.

Filius rogatus reſtituere hæreditatem, detrahit tertiam iure naturæ, & quartam Trebellianicam, in quibus poteſt legata relinquere, & hæredes inſtituere, & pœnam imponere, cap. Raynaldus, 18. De teſtam.

Filius naturalis excludit ſubſtitutum ſub illa conditione, ſi inſtitutus ſine liberis deceſſerit, gl. legitime, ibid. 31

Filius naturalis non excludit ſubſtitutum ſub illa conditione, ſi ſine liberis legitimis deceſſerit, ibid.

Filius inſtitutus hæres, non adimplens voluntatem defuncti, licet priuari debeat hæreditate patris: tamen ei non eſt auferenda legitima, quæ iure naturæ debetur, gl. ſi. in cap. licet. De voto.

Filiis non debetur legitima de regno, & aliis dignitatibus ſæcularibus: quia in illis vnus, & is primogenitus ſuccedit, gl. ſi. ibid.

Filius ſuccedit patri ordine naturæ, & non è conuerſo, gl. filius, in cap. cum Apoſtolus, §. prohibemus. De cenſibus.

Filii illegitimi non ſuccedunt in bonis patris, gl. ſi. in add. marg. in cap. cum haberet. De eo qui duxit in matrim.

Filius licet quis negetur, poteſt nihilominus agere de inofficioſo teſtamento, gl. negabant, in cap. 3. Qui filii ſint legitimi.

Filius licet appellatur quis, non tamen ſuccedit cum aliis, ſi probatur quod non ſit filius, ibid.

Filius poteſt petere legitimam, parente intrante in religionem, & facto Monacho, gl. mota, ibid.

Filii legitimati per ſubſequens matrimonium non debent repelli ab hæreditate, cap. tanta eſt vis, eodem.

Filius præſumitur hæres, cap. quod nobis, eod.

32 Filii vſurariorum tenentur pro parentibus pro hæreditaria portione, & illi ad quos bona vſurariorum peruenerunt, gl. 2. in cap. tua nos. De vſuris.

Filius hæres poteſt exigere vſuras extortas à patre, cap. Michael, eod.

Filius, qui agit ex perſona patris, tenetur ipſum defendere alias denegatur ei actio, gl. fi. ibid.

Filius hæres ſi non agit ex perſona patris defuncti ad reſtitutionem vſurarum extortarum à patre, poteſt filio agenti excipi, quod pater vel auus receperat vſuras: quia vſuræ repetuntur à quocumque hærede, etiam extraneo, ibidem.

Filius illegitimus ſuccedere in regno patris non poteſt, cap. 2. De ſupplenda neglig. Prælat.

Filiis regiis deficientibus, ſuccedit in regno frater regis, ibidem.

Filius illegitimus non ſuccedit, nec educari debet, nec ali, nec ad ordines promoueri, vel ad beneficia Eccleſiaſtica, ſine diſpenſatione, gl. legitimo, ibid.

Filius vel filiabus debet relinqui à patre teſtatore legitima, titulo inſtitutionis, gl. inſtituit, in cap. ſi pater, De teſtam. lib 6.

Filio exhæredato, qui vult Eccleſiam hæredem facere, alium quærat quàm Auguſtinum: & Deo propitio neminem inueniet, gl. Trebellianicam, ibid.

Filius grauatus de hæreditate reſtituenda debet detrahere duas quartas, ſcilicet debitam iure naturæ, & Trebellianicam d. cap. ſi pater, §. teſtatore.

Filius non poteſt priuare matrem portione iure naturæ debita, niſi ex cauſa, gl. non poſſit, in a d. ibidem.

Filii non ſemper dicuntur hæredes, quia poſſunt abſtinere ſe, cap. ſiue vel hæredes. De hæret. lib. 6.

33 Filius quòd ſuccedat patri, procedit ſecundum ius naturale, can. ius naturale, diſt. 1.

Filius licet non poſſit ſuccedere patri immediatè in dignitate Eccleſiaſtica: in dignitate tamen Imperiali ſuccedit immediatè, can. habes, diſt. 16.

Filius exhæredare poteſt matrem, ſi copulauerit amicitias eum inimicis ſuis, gl. inimicis, in canon. accuſatoribus, 3. q. 5.

Filius primogenitus vocatus ad ſucceſſionem maioratus, poteſt renunciare ei, inuito vltimo poſſeſſore, & valet renunciatio, can. quàm periculoſum, 7 q. 1.

Filiis magis fauendum eſt, quam religioni, in donatione omnium bonorum facta a patre Monaſterio, vel Eccleſiæ: intellige quoad legitimam: ſed in eo quod eſt vltra legitimam, magis fauendum eſt Monaſterio, canon. ſin. 17. q. 4.

Filii ingrati ſi ingrediantur Monaſterium, non poſſunt exhæredari a parentibus: nam per ingreſſum aboletur omnis ingratitudo, can. non liceat, & ibi gl. 1. 19 q. 3.

Filii ſi a parentibus fuerint oblati Monaſterio, vel præter voluntatem parentum habitum ſuſceperint, nec ſtatim, vt ſciuerint parentes, non reuocauerint eos, ipſi filii oblatione paterna, & propoſito ſponte ſuſcepto tenentur adſtricti, nec poſſunt recedere à Monaſterio, can. ſtatuimus, §. fi. & can. ſeq 20 q. 2.

Filius omnis non eſt hæres, canon. non omnis, 32 q. 2.

Filii Iacob ex ancilla geniti obtinuerunt hæreditatem cum aliis filiis, gl. conſiſtente, ibid.

Filius, qui ſe ſociat mimis, exhæredari poteſt, gl. 1. in can. pro dilectione. De conſecrat. diſt. 2.

Reliqua in verbo, Hæres, 2. Pater, 1. 3. 5. 6. Legitima. Pactum, 5. Parentes.

34 **FILII** etiam inuitis parentibus poſſunt contrahere matrimonium: quia quantum ad hoc non dicuntur eſſe in poteſtate parentum, gl. fi. in cap. accedens. De procuratoribus.

Filius adultus, ſi paterna coactione ductus conſentiat in ducendo aliquam, quam aliàs non eſſet ducturus, eam voluiſſe videtur, & eſt matrimonium: cogi tamen non poteſt, cap. 1. & ibi gl. 1. De diſpenſat. impuber.

Filia in contrahendo matrimonio non poteſt contradicere patri ſecundum leges, niſi pater ei dederit turpem, vel indignum ſuis moribus: ſecus tamen eſt ſecundum canones, nam liberè poteſt contradicere d. gl. 1.

Filius, qui patri in ſponſalibus non contradicit, conſentire videtur, gl. 2. in cap. duo pueri, eod.

Filii duorum compatrum, per quorum neutrum deuentum eſt ad compaternitatem, licitè poſſunt contrahere matrimonium, niſi repugnet conſuetudo: ſeparantur autem, ſi per eorum alterum, vel vtrumque compaternitas ſit contracta, cap. 1. & cap. ſuper eo, & ibi gl. mag. De cognat. ſpirit.

Filii duorum compatrum per quorum neutrum deuentum eſt ad compaternitatem, licitè inuicem contrahunt matrimonium: ſi tamen ſit conſuetudo loci impediens, & dirimens talia matrimonia, ſeruanda eſt illa, d. cap. ſuper eo.

Filii duorum compatrum, per quorum alterum vel vtrumque deuentum eſt ad compaternitatem, non poſſunt matrimonium contrahere: & ſi de facto contraxerint, debent ſeparari nulla conſuetudine obſtante, d. cap. ſuper eo, & ibi gl. mag.

Filius adoptatus, non dico arrogatus, poteſt copulari cum filia naturali, cùm adoptatus non tranſeat in poteſtatem adoptantis, gl. 1 in ſumma, 30 q. 3. 35

Filius illegitimus non poteſt copulari filiæ adoptiuæ, dd. reprob. gl. 1. ibid.

Filius illegitimus non poteſt copulari filiæ ſpirituali, ibidem.

Filii duorum patrinorum poſſunt copulari, exceptæ perſonæ qua mediante compaternitas eſt contracta, can. ſuper quibus, & ſeq. 30 q. 3.

Filius emancipatus rectè poteſt copulari filiæ adoptiuæ, gl. fi. in can. poſt ſuſceptum, 30 q. 3.

Filii poſt ſponſionem parentum, ſi ſponſalibus conſenſerint poſt ſeptennium, non poſſunt cum aliis contrahere: ſi tamen contraxerint, tenet matrimonium: ſi vero filii non conſenſerint, vel ſunt intra ſeptennium, non tenentur ſtare ſponſalibus, nec tenent illa ſponſalia: conſolitur tamen filiis, quòd ſtent illis ſponſalibus, gl. 1. in ſumma, 31. q. 3.

Filius poteſt à patre poſtulari, vt efficiatur Monachus, cap. officii, 38. De electione.

Filius poteſt inuito patre intrare Monaſterium, ex quo pubes eſt, ibid.

Filium quandoque Monachum facit paterna deuotio, intellige occaſionaliter, gl. paterna, in cap. cum verum, 12. De regular.

Filius quandoque obtemperat voluntati paternæ ex debito honeſtatis, & non neceſſitatis, in ingrediendo religionem: quia aliàs filius, ſi nolit, non cogitur ad hoc obtemperare patri, gl. paterna, & gl. quicquid, ibid.

Filium facit Monachum paterna deuotio: intellige ſi ſequatur ratihabitio filii, aliàs non, ibid.

Reliqua in verbo, Monaſterium, 11 12. 13. Compatres, & infra, n. 37 Matrimonium, 49 50. 71. Puella.

FILIVS quando eſt ſucceſſor vitii paterni, tunc delictum paternum iure diuino punitur in filio: aliàs non, cap. niſi, §. perſonæ. De renunciatione. 36

in Filiis criminis paterni exempla metuuntur, gl. progenitores, in cap. venerabilem, 34. De elect.

Filii hæreticorum pro delicto parentum puniuntur temporaliter, gl. pe. in cap. vergentis. De hæreticis.

Filiis eorum, qui crimen læſæ maieſtatis committunt, reſeruatur vita de miſericordia, vt vitam ſibi pœnam exiſtiment, gl. pe in cap. pe. De apoſtatis.

Filius quandoque tenetur ex delicto patris, & etiam agit ex facto patris, gl. fi. in cap. Michael. De vſuris.

Filius pro delicto patris punitur, in crimine læſæ maieſtatis, hæreſis, & occiſionis Prælati, cap. pe. & ibi gl. ad hæredes. De pœnis.

Filii hæreticorum, qui Catholici putabantur, bona paterna contra Romanam Eccleſiam, & alias Eccleſias præſcribunt ſpatio quadraginta annorum, idemque obtinet in extraneis, cap. fi. De præſcript. lib. 6.

Filii hæreticorum & fautorum, & defenſorum eorum non poſſunt promoueri ad beneficia Eccleſiaſtica, vel officia publica, cap. 2. § hæretici. De hæreticis, lib 6.

Filii puniuntur pro delicto paterno in crimine hæreſis, & læſæ maieſtatis, gl. filii, in d. §. hæretici.

Filii vel hæredes petentium in ſubſtantiæ ſua hæreticorum conſolationem, non admittuntur ad probandum, quod eos ſuſceperint non ſana mente vel perdita loquela, ſi conſtat, quod erant ſanæ mentis, vel ſi prius ſuſpecti, vel diffamati erant de hæreſi: alias admittuntur, ſcilicet per teſtes fide dignos, & non ſuſpectos, cap. filii, vel hæredes. De hæretic. lib. 6.

Filius & nepos pro delicto paterno puniuntur, cap. vt commiſſi. §. priuati, eod. 37

Filii hæreticorum vſque ad ſecundam lineam paternam, & vſque ad primam maternam, ſunt inhabiles ad beneficium Eccleſiaſticum, vel officium ſæculare, ſi patres ante mortem Eccleſiæ reincorporati non fuerint, cap. ſtatutum, 15. eodem.

Filii illegitimi hæreticorum, vſque ad ſecundam lineam paternam, & vſque ad primam maternam ſunt inhabiles ad beneficium Eccleſiaſticum, vel officium ſæculare, gl. volumus, ibid.

Filius præſumitur patris criminis imitator, can. ſi quis, 6. q. 1.

Filius non portabit iniquitatem patris, nec pater iniquitatem filii, in ſumma, 24 q. 3.

Filius non eſt excommunicandus pro delicto patris, can. ſi habes, 24. q. 3.

Filii hæreticorum, receptatorum, & defenſorum eorum vſque ad ſecundam generationem, ad nullum Eccleſiaſticum officium, vel beneficium ſunt admittendi, caſſantes excommunicamus. Gregorius nonus.

Filii & nepotes hæreticorum, & defenſorum eorum ſunt priuandi dignitatibus, & officiis publicis, & beneficiis Eccleſiaſticis: intellige de perſiſtentibus in heretica prauitate, non tamen de emendatis, & in Catholica fide perſiſtentibus, extrauag. exhibita. Honorii, 4

Reliqua in verbo, Delictum, 13. 14. 15. Hæreticus, 21. 24.

38 **FILIA** non poterit contrahere ſponſalia ſine conſenſu patris; intellige de honeſtate: tamen quoad ſubſtantiam matrimonii non requiritur eius conſenſus, cap. ex litteris. De ſponſali.

Filia non poteſt paciſci cum patre, vt ſit contenta ſola dote ſibi data, & renunciet aliis bonis: iuramento tamen firmatur. cap. quamuis. De pactis, lib. 6.

Filia quæ non fuit inſtituta hæres à patre, poteſt agere de inofficioſo teſtamento, gl. in re certa, in cap. ſi pater. De teſtam. lib. 6

Filia in re certa hæres inſtituta à parte non poteſt agere de inofficioſo teſtamento, niſi ad ſuplementum, ſi aliquid deeſſet portioni de iure naturæ debitæ, ibid.

Filiæ regum gaudent priuilegio, quo filii regum: & pro filiis regum habentur, gl. filiis, in extrauag. execrabilis. Ioann. 22.

in Filiabus reperitur generis claritas, inducens prærogativam gratiæ, ſicut in maſculis, ibid.

in Filiabus non debet accuſari natura, quia ipſas maſculos non generauerit, ibid.

Filiæ in fauorabilibus continentur appellatione filiorum, ibidem.

Filiam ſuam ſpiritualem, vel pœnitentialem violanti par pœnitentia debet imponi, can. omnes. 30. q. 1.

Filia ſpiritualis olim non poterat copulari filio carnali, cum illi eſſent inter ſe fratres ſpirituales, gl. 1. in ſumma, & can. Pitacium, & can. non oportet, 30. q. 3.

Filiam ſuæ commatris, quam duxit in coniugium, non cogitur quis dimittere, can. illud etiam, 30. q. 3.

Filia non poteſt contradicere ſponſalibus à patre factis, niſi cum pater indignum eligit, gl. non de ſponſalibus, in can. honorantur, 32. q. 2.

Filia poteſt ſine parentum voluntate nubere: neque eſt neceſſaria patris voluntas, quantum ad hoc, quin teneat matrimonium, licet non adſit voluntas eius, gloſ. 2. in can. ſi. 32. q. 2.

Filia ex ſecundis nuptiis ſuſcepta non poterat olim matrimonialiter copulari cum conſanguineis prioris viri: ſed hodie rectè poteſt, gl. 1 in ſumma, & can. ſi cuius, & can. ſeq. 35. q. 10.

Reliqua in verbo, Pater, 9. 10. & ſupra, n. 33. Puella.

FILIATIO probatur præſumptiuè; verè autem ex parte patris probari non poteſt, cap. per tuas. De probat.

Filiatio probatur per communem reputationem, & nominationem parentum, & aliorum, ibid.

pro Filiatione multum facit fama viciniæ, cap. 3. & ibi gl. 1. Qui filij ſint legitimi.

ad Filiationem probandam ſufficiunt huiuſmodi indicia: ſi filius probet, quod illi tenebant eum pro filio, & ille eos pro parentibus; & maximè ſi fama viciniæ conſentiat; & quia natus eſt de illorum matrimonio, gl. pen. ibidem.

Filiatio verè probari non poteſt, niſi per indicia exteriora, gl. ſi. ibid.

Filiatio amorem & priuilegium denotat: ſed ſpecialis ſubiectio exemptionem, gl. non exiſtunt, in cap. ſi Papa, §. & eſt idem. De priuileg. lib. 6.

Reliqua in verbo, Filius, 1. 2. 3.

FINGERE poteſt princeps eſſe, quod aliàs verè non eſt, gl. vacare. in extrauag. execrabilis. Ioann. 22.

Fingit ius poſſidere eum, qui non poſſidet in veritate, vt quia dolo deſiit poſſidere, gl. 2. in reg. pro poſſeſſore. De reg. iur lib. 6.

Fingit ius quandoque ſtipulationem adhibitam, vbi nulla fuit interpoſita, ibid.

Fingit canon, propter malitiam aliquorum, aliquid eſſe, quod non eſt: & è conuerſo, gloſ. ſi. in can. Paulus, 2. q. 7.

Reliqua in verbo, Fictio.

1 **FINIS** ſpectandus eſt, cum quæritur, an id dedit, vel non dedit; ſeu quando dediſſe videtur, vel quando poſſidet, vel reſtituit, ſeu cum capere poteſt, gl. electionis, in cap. dudum. De elect.

Finis & principii eadem eſſe debet cauſa agens, cap. cum in diſtribuendis. De tempore ordinat.

Finis non variatur ad variationem modi, cap. quoniam. De officio ordin.

in Finem vnum ordinata non poſſunt operari oppoſitum finis; vel non debent trahi, vt oppoſitum finis operentur, cap. tuæ. De procuratoribus.

Fines diœceſum probantur per libros antiquos, adminicula, teſtes, & famam, cap. cum cauſam. De probatio

Finium quæſtio agrimenſoris iudicio terminari debet, cap. quia iudicante. De præſcriptio.

Fines prædiorum Eccleſiaſticorum quadraginta annorum ſpatio præſcribuntur. cap. quia iudicante. De præſcriptio.

Finium diuidendorum quæſtio ſubiicitur oculorum inſpectioni, gl. 2. ibid

Fines diœceſum ſeu parrochiarum vbi non conſtat diſtinctos eſſe, nec poteſt probari de diuiſione diœceſis, vel parrochiæ, tunc limites, & ea quæ ſibi adhærent, bene poſſunt præſcribi, gl. ſi. ibid.

Fines diœceſum, ſeu parrochiarum vbi conſtat diſtinctos eſſe, vel etiam probari poſſunt per libros antiquos, & teſtes, & famam, & alia adminicula, tunc fines diœceſis parrochiæ, vel prouinciæ non poſſunt præſcribi, nec quæ limitibus adhærent, ibid.

Fines & termini prouinciarum non debent confundi, ibid. 2

Fines prædiorum rectè poſſunt præſcribi, ibid.

Fines parrochiarum, de quibus conſtat, vel finibus cohærentia non poſſunt præſcribi, cap. ſuper eo. De parrochiis, cap. cum ſint. De decimis.

Finis eſt ſpectandus, gloſ. ab initio, in cap. ſcientes. De cenſibus.

Fines Epiſcopatus probantur per libros antiquos, & per inſtrumenta publica, licet illa ſint facta principaliter ob aliud, gl. 1. in cap. cum olim, 19. eod.

Finis vbi eſt prohibitus, cenſetur prohibita quælibet via, ſiue ſit directa, ſiue indirecta, per quam ad illum finem intenditur, cap. 2. De conceſſio. præbend. lib. 6.

ad Finem vnum ordinata non poſſunt trahi & exerceri ad alium finem, cauſa legitima ſubſiſtente, cap. quamuis. De pœnis, lib. 6. & can. licet, diſt. 45. can. presbyteri, diſt. 34.

Finis quandoque trahitur ad principium, gl. animarum, in clem. ſæpe, §. ſi. De verbor. ſignific. 3

Finis vniformis debet eſſe principio, gl. partibus, in clem. ſæpe. §. ſi. De verbor. ſignific.

Fines agrorum rectè poſſunt præſcribi; ſed non fines parrochiarum, ſeu diœceſum, gloſ. fines, in can. volumus, 16. q. 4.

de Finibus agrorum vbi agitur, oculis ſunt ipſa loca conſideranda, & vtriuſque partis teſtes audiuntur, gl. mittendus, in can. inter, 16. q. 3.

Reliqua in verbo, Agrimenſor. Arbor. Limes. Calx Diuiſio. Exitus. Initium. Principium. Inſula. Finis, 5. Meta.

FINITI ad infinitum non poteſt fieri æquatio, gl. perfectior, in clem. ſi. De hæretic.

Finiti ad infinitum nulla eſt proportio, ſed bene finiti ad finitum, gl. confitentibus, in extrau. antiquorum. De pœnit. & remiſſio. inter commun.

Reliqua in verbo, Capta.

FIRMVS fuit meritis nonnumquam turbatur in alienis, can. turbatur, 24. q. 1.

FISCVS cum muliere ſimile priuilegium habet, gl fauor, in cap. ex litteris. De pignor.

Fiſcus non præfertur prioribus creditoribus habentibus expreſſas hypothecas, ibid.

Fiſci intereſt habere ſubiectos locupletes, gl. nulla, in can. ſi quis obiecerit, 2. q. 3.

Fiſcus non debet ditéſcere calamitatibus miſerorum, gloſſ. deſpicimus, in can. diſpenſationes, 1. q 7.

Fiſcus capit multoties, quod non capit Chriſtus, can. maiores, 16. q. 7.

Fiſco damnoſa poſtulari non debent, can. nec damnoſa, 25. q 2.

Fiſcum habet Eccleſia, hoc eſt Prælatus Eccleſiæ, clem. 2. De hæreticis.

FISCALES res ſunt quaſi patrimonium Imperatoris, gl. 2. in can. cum veniſſent. De iudiciis.

de Fiſcali cauſa cognoſcit procurator Cæſaris, ibid.

Reliqua in verbo, Confiſcatio.

FLAGITIA enormia per ſæculi iudices debent corripi potius, quàm per Epiſcopos, & rectores Eccleſiarum, can. ſunt quidam. 23. q. 5.

FLETVS vnius non debet eſſe riſus alterius, gl. participent. in extrauag. ſuſcepti. Ne ſede vacante inter commun. & gl. 2. in cap. ſi vere. De ſentent. excommunicat.

FLORENTIAE dux Coſmas. eiúſque ſucceſſores Pontificio munere titulo Magni Ducis honorati ſunt, extrauag. Romanus Pontifex. Pii Quinti

FLVVIVS perennis ſeu continuus dicitur licet quandoque exareſcat, gl. ſi. in can. ieiunium, 2. diſt. 76.

Reliqua in verbo, Alere. Aqua.

FODRVM eſt collecta quam patroni imponebant Eccleſiis, & eſt volgare Lombardorum, gl. fodrum, in cap. præterea, 23. De iure patron.

FOELICITAS & proſperitas in hoc ſæculo eſt periculoſa ad conſequendam vitam æternam, gl. æternam, in can. ſi quilibet, 22. q. 2.

Reliqua in verbo, Proſperitas.

1 **FOEMINA** ſuccedit in dignitatibus, veluti in Comitatu, cap. ſignificauit, 36. De præſcript.

Fœmina in prælatione poſita non poteſt excommunicare: & ſic poteſtas clauium non cadit in fœminam, cap. dilecta. De maiori, & obed.

Fœmina poteſt ratione dignitatis habere quamlibet iuriſdictionem, & illam exercere, & ſic virili officio fungi, ibid.

Fœmina, in eo quòd fœmina, non poteſt fungi ciuilibus officiis, nec poteſt iudicare, nec iuriſdictionem habere, ſed bene ratione dignitatis, d. cap. dilecta, & ibi gl. 2.

Fœminæ ab omnibus officiis publicis ſunt remotæ, cap. dilecti. De arbitris.

Fœminæ regulariter repelluntur à poteſtate iudicandi, & arbitrandi, & generaliter inhabiles ſunt ad iudicia, & actus publicos, ibid.

Fœmina regulariter non poteſt eſſe arbitratrix, ibid.

2 Fœminæ à ciuilibus officiis remotæ ſunt, niſi princeps ſcienter eis delegauerit cauſam, gl. ſint ibid.

Fœminæ lege veteri, hoc eſt teſtamento veteri, iudicabant populum, ibid.

Fœminæ tutelam gerere poſſunt, ſi renunciant Velleiano, & ſecundis nuptiis, ibid.

Fœmina poteſt conſtitui procuratrix à domino Papa, dict. gl. ſint remotæ, ibid.

Fœminæ præexcellentes habent iuriſdictionem ordinariam in partibus Gallicanis in ſubditos ſuos, d. cap. dilecti.

Fœmina regulariter non poteſt eſſe tutrix, quia virile officium eſt, niſi à principe tutelam impetrauerit, cap. ex parte, 67. De appellat.

Fœminam poteſt Papa ex certa ſcientia conſtituere procuratricem vel iudicem: aliàs fœmina non poteſt eſſe iudex, nec procurator, cap. dilecta, & ibi gl. procuratricem. De confirmatione vtili vel inutili.

Fœmina non debet accedere ad altare, nec presbytero miniſtrare, aut intra cancellos altaris ſtare, vel ſedere, cap. 1. §. fi. De cohabitat. clericorum & mulier.

3 Fœmina dicitur viripotens; quæ virum pati poteſt: & licet ſit virgo, dicitur viripotens, gl. 1. in cap. fi. De frigid. & maleficiat.

Fœminis & maſculis abuti iudicantur à pari, cap. in Archiepiſcopatu. De raptoribus.

Fœmina cathecumena vitiata non poteſt poſt baptiſmum inter Dei virgines conſecrari, can. Acutius, diſt. 26.

Fœminarum conuerſatio abſtrahit homines cum quibus habitant à dilectione Dei, can. hoſpitiolum, diſt. 32.

de Fœminarum pulchritudine diſputare inter clericos prohibitum eſt, ibid.

Fœminæ neſciant tuum nomen, ibid.

Fœminis eſt pudor non habere nuptiarum præmia, can. pudor, 32 q. 3. can. 1. diſt. 56

Fœmina deſiſtens ex pacto ab accuſatione incidit in Turpilianum: ſecus ſi non ex pacto deſiſteret, gl. 1. in can. Euphemium, 2 q. 3.

Fœminæ non habent iudicandi poteſtatem, gl. iudicaturæ in can. vereor, 2 q. 1. & gl. mulieres, in ſumma, 15. q. 3.

4 Fœminæ poſſunt eſſe iudices, vbi ita eſt conſuetudo, gl. fi. in can. eum deuotiſſimam, 12. q. 2.

Fœmina non poteſt docere, gl. mulieres, in ſumma 15. q. 3.

Fœmina in publico iudicio non poteſt aliquem accuſare, niſi ſuam, vel ſuorum iniuriam proſequatur, can. de crimine, 15 q. 3.

Fœmina in quibuſdam criminibus accuſare non prohibetur, ibidem.

Fœmina in illis caſibus, in quibus permittebatur, quòd poſſet fieri accuſatio ſine inſcriptione, non tenetur inſcribere, gl. fi. ibidem.

Fœminæ ideo velantur, dum maritantur, vt ſe nouerint ſemper maritis ſuis ſubditas eſſe & humiles, can. fœminæ, 30. q. 15.

Fœminarum partus eſt eis ſola cauſa nubendi, can. pudor, 32. q. 3.

Fœminis quod non licet, æque non licet viris, can. apud nos, 32. q. 5.

Reliqua in verbo, Compromitti. Mulier, 29. 30. Iudex, 56. Lucus, 2.

FOEMININVM comprehenditur ſub maſculino, gl. 2. in clem. 1. De electione, & gl. quicumque, in clement. religioſi. De decimis.

Reliqua in verbo, Maſculinum.

FOENERATOR dicitur ille, qui plus expectat, quam dedit, ſiue vinum, oleum, triticum, vel aliud quodcumque conſiſtens in pondere numero, vel menſura, can. 1. & ibi. gl. 1. 14. q. 3.

Fœnerator non dicitur ille, qui pro equo vel domo recipit aliquod lucrum, vltra ipſam domum, vel equum, gl. 1. ibid.

Fœneratores vt plurimùm ineunt contractus fœneratitios doloſè, & fraudulentur, vt vix poſſint conuinci de prauitate vſuraria, clem. 1. §. cæterum. De vſuris.

Fœneratores cogendi ſunt exhibere libros rationum, per cenſuras Eccleſiaſticas, ibid.

Fœneratores, ex quo eſt minor fœnerandi commoditas, eo magis adimitur fœnus exercendi libertas, cap. 2. De vſuris. lib. 6.

Fœnerator mutuans peccat ſi ſpectat remunerationem, licet pactum non intercesſerit, gl. 1. in can. qui recte, 12. q. 3.

FOENVS poteſt eſſe bonum & malum, can. ſicut non ſuo, diſt. 46.

Fœnore trucidans pauperem non minus crudelis eſt, quàm qui diuiti aliqua ſubtrahit, & rapit, can. quid dicam, 14. q. 4.

Fœnus eſt vſura vſurarum, gl. 2. in can. 1. 14. q. 5.

Fœnus, & vſura idem ſignificant, ibid.

Reliqua in verbo, Vſurarius.

FORANEI officiales dicuntur: quia foris in diœceſi conſtituebantur, vel quia forum tenent, vel quia de foris veniunt, vt aduenæ, & peregrini, gl. foraneos, in cap. 1. De officio ordin. lib. 6.

Foraneos officiales conſtituere non poteſt Archiepiſcopus in diœceſi Suffraganeorum, etiam de cauſis ad eum pertinentibus per appellationem, d. cap. 1. & ibi gloſſ. foraneos.

Reliqua in verbo, Officialis

FORENSIVM cauſarum, id eſt eorum quæ foris ſunt, multi ſunt inexperti, gl. peritiam, in extrauag. prodiens, Ioan. 22.

FORIS facta dicuntur pecuniariæ pœnæ delinquentium, gl. foris facta, in cap. ad audientiam. De præſcript.

Foris quæ ſunt, nihil ad nos, gl. 1. in can. Engeltrudam, 3. q. 4.

FORMA in traditione rei data ſeruanda eſt cap. 1. De authorit. & vſu pallij.

Forma iuſtitiæ appellatur forma communis, cap. acceptum. De ætate, & qualitat.

Forma certa prohibendi data, proceſſus corruit, non ſolum ſi attentatur contra eam formam directè: ſed etiam citra, vel præter formam, cap. prudentiam. De officio deleg.

contra Formam mandati geſta nulla ſunt, etiamſi mandatum non ſit plenè adimpletum, cap. fi. De reſtitut. ſpoliat.

Formæ omiſſio non vitiat actum, & proceſſum, ſi illa ſit fundata ſuper priuata vtilitate, & ſtet per eum, de cuius vtilitate agitur, ibid.

Forma vbi requiritur in aliquo actu, fundans quis ſuper illo, debet probare formam præceſſiſſe, cap. nouit, & ibi gl. ad ipſum. De iudicijs.

Forma certa vbi exigitur in aliquo actu, ſi non ſeruetur, non valet actus, etiamſi dicat quòd vult, quòd valeat, prout melius valere poteſt; & ſic quod non valet vt ago, nec valet. & valere poteſt, quando defectus eſt in forma cap. 1. De poſtulat. Prælat. lib. 6.

Forma ſtatuta à iure vbi non ſeruatur in actu faciendo, non valet actus, cap. quamuis, §. fi. De officio ordin. lib. 6.

Forma ſubſtantialis actus dat eſſe actui, in tantum quòd illa deficiente, actus non dicitur, nec actus nomen aſſumit, cap. fi. De re iudic. lib. 6.

Forma certa vbi datur à iure in actu celebrando, ſi non ſeruatur illa, non valet actus, & reputatur non factus, cap. 1. §. quod ſi. De appel. lib. 6.

Forma rei mutata interimitur ſubſtantia rei, gloſſ. & raſis, in can. Eccleſiam, 2. De conſecrat. diſt. 1.

Forma realis eſt attendenda, & non vocalis, gl. 2. in can. multi, De conſecrat. diſt. 4.

Forma à iure data vbi fundatur ſuper fauore perſonæ priuatæ, non valent geſta omiſſa forma, ita demum ſi pars opponat: ſed ſi non opponat, valent ea geſta, clem. conſtitutionem, §. illud vero. De electione.

Reliqua in verbo , Baptiſmus , n. 13. vſque 16.. Confirmatio 1. 3. 4. 5. Mandatum , 8.

1 **FORNICATIO** , & non matrimonium , præſumitur in dubio, gl. ſi in cap. 1. De ſcrutinio in ordi. facien.

Fornicationis crimen eſt dignum depoſitione, in exiſtente in ſacris , cap. à multis . De ætat. & qual.

à Fornicatione quilibet , & quælibet excluduntur, gl. diuina lege , in cap. litteras, De reſtit. ſpoliat.

Fornicatio non poteſt probari per famulos viri, ſeu mulieris, ad effectum dirimendi matrimonium legitimè contractum , cap. in litteris, 24. De teſti.

Fornicatio ſubſequens diſſoluit ſponſalia de futuro etiam iurata , cap. quemadmodum, 25. De iureiur.

Fornicatio videtur probari eo ipſo, quòd quis habet domi mulierem ſuſpectam : & ſi publicè eam detineat, eo ipſo conuictus eſt, gl. non ex euidentia, in cap. veſtram, De cohabit. clericor.

Fornicatio eſt nomen generale, comprehendens in ſe adulterium, & omnem illicitum coitum, cap. plerumque . De donat. inter vir. & cau. Nicæna, diſt. 31.

Fornicatio ſimplex eſt peccatum mortale , & contrarium aſſerere eſt hæreticum , clem. ſi. & ibi gl. non eſt. De hæreticis .

Fornicationis crimen poteſt tranſire in crimen manifeſtum , can. ſacerdotes , diſt. 50.

2 Fornicatio ſæpius , & ſæpius prohibetur : quia potius peccatur hoc genere peccati , gloſſ. 1. in canon. decenter , diſt. 89.

in Fornicatione, vel adulterio deprehenſus , & in alijs criminibus, quæ infamant , de rigore iuris non poteſt promoueri ad ordines; ſed de miſericordia, & diſpenſatione ſic , gl. etſi in fornicationem, in can. ſi quis omnem, 1. q. 7.

Fornicatio ſimplex non eſt digna depoſitione , niſi de rigore factum fuerit , gl. 1. in can. lator, 2. q. 7.

Fornicatio ita committitur in muliere pulchra , ſicut in deformi: & in ancilla, ſicut in ingenua : & in paupere , ſicut in opulenta, can. ſi. 14. q 6.

Fornicatio cum muliere deformi eſt maius peccatum , quàm cum pulchra: quia plura ſunt , quæ ſuadent committeri pulchræ , quàm deformi; ſcilicet pulchritudo eius , & libido, gl. ſi in d. can. ſi.

ſine Fornicationis crimine pauci inueniuntur, gl. cætera, in can. admitti, 15. q. 8.

propter Fornicationis crimen minus punitur quis, quàm propter aliud crimen, ibid.

Fornicatio nulli conceditur impune, canon. nubendi , 27. q. 1.

Fornicatio etiam ſimplex puniebatur in Aaronitis : quia in eis maior munditia exigebatur , gl. 2. in can. inuenta , 27. q. 2.

3 Fornicatio ſola eſt , quæ vxoris vincit affectum , id eſt ligat & impedit affectum , vt vxor etiamſi velit , non poſſit de iure exigere debitum à viro , & idem eſt de viro can. dixit, & ibi gl. vincit, 32. q. 1.

Fornicatio, & fornicationis ſuſpicio pro eodem reputatur, gl. ſuſpicio, ibid.

Fornicatio viri ſola vxorem maculat: vt iam non ſit viro ſuo licita , ſed quaſi adultera , can. in coniugio, 32 q. 1

Fornicationis vitium cum excluditur , adijcitur caſtitatis virtus , can. cum renuntiaui , 32 q. 1.

Fornicatio eſt crimen canonicum , id eſt per canones conſtitutum , & non per leges, gl. ab vxore, in can. nemo , 32 q. 4

Fornicatio vxoris maculat corpus viri, gl. 1. in can. dominus, 32. q. 7

Fornicatio contra naturam excedit omne genus adulterii : quæ execrabilis eſt in meretricibus , & execrabilior in vxore, can. adulterii, 32 q. 7.

Fornicatio eſt omnis immunda pollutio , licet varia ſint peccata fornicationis , can. non ſolum , 32 q. 7.

Fornicatio licet videatur eſſe genus cuiuslibet illicitì coitus , qui fit extra vxorem legitimam ; ſpecialiter tamen dicitur in vſu viduarum , meretricum , & concubinarum , can. lex illa, §. ſed non, 36. q. 1.

4 **FORNICARI** cupiens cenſetur fornicari , can. ſi qui etiam . De pœnit. diſt. 1.

Fornicari numquam licet , can. fornicari , & ibi gl. 1. diſt. 88.

Fornicari licet quandoque, ſcientia pœnæ , ſed non licentia culpæ: quia non euadit culpam, gl. 1. ibidem .

Fornicari ſecundum naturam minus eſt , quam contra naturam delinquere , cap. offerebat, 32 q. 7.

FORNICARII & non coniuges dicuntur , qui ſterilitatis venena procurant , can. aliquando, 32. q 2.

Fornicarii notorii ſunt ipſo iure ſuſpenſi, gl. 1. in cap. cum non liceat . De præſcriptio.

FORNICATOR in eo eſt maioris criminis, quia tollit membra Chriſti , & facit ea membra meretricis, can. in eo , 32. q. 4

Fornicans in corpus ſuum , peccat , can. ſed & illud, 26. q. 2.

Reliqua in verbo , Clericus , 153. vſque 156. Concubinarius . Concubinatus . Clericus , 153. vſque 156. Mœchia Presbyter , 9 10.

FORSAN dictio quandoque non ponitur dubitatiuè , ſed affirmatiuè, gl. niſi forſan , in cap. ſuper litteris , 20. De reſcript.

Forſan dictio quandoque non eſt dubitatiua, ſed eſt expreſſiua veritatis , gl. ſi forſan , in cap. tuæ . De procuratorib.

FORSITAN dictio ponitur quandoque non dubitatiuè , ſed affirmatiuè , cap. niſi cum pridem , §. propter , & ibi gl. forſitan . De renunciation & gl. forſitan, in cap. magnæ , 7. De voto, & gl. forſitan, in clemen. paſtoralis, §. denique . De re iudic.

FORTE dictio quandoque non ponitur dubitatiuè, ſed affirmatiuè, gl. propter contumaciam , in cap. 2 Vt lite non conteſtata .

Forte dictio quandoque ponitur dubitatiuè , quandoque autem affirmatiuè, gl. ſi. in cap. ex parte , 5. De celebrat. Miſſar.

Forte dictio eſt nota aſſertionis, gl. 2. in can. ſi. De pœnit. diſt 3.

Forte dictio quandoque non eſt nota dubitationis , ſed aſſertionis : velut , *habent forſitan illi*, & in Euangelio . *Si cognouiſſetis me , forſitan & patrem meum* , gl. fortè , in cap. 2. De teſtam.

FORTIS ad inferiora non ſequitur, quòd ſi fortis ad ſuperiora : & ſic qui poteſt minima , non ſequitur , quòd poſſit maiora, can ſicut non ſuo , diſt. 46.

FORTIVS idem ſignificat , quod dignius, gl. fortius , in cap. inter corporalia. De tranſlat. Prælat.

FORTVITVS caſus non imputatur, ſed res perit domino , etiam in contractu , qui fit gratia alterius tantùm , cap. 1 De precariis.

Fortuitus caſus imputatur commodatario , quando culpa commodatarii accedit , vel quando pactum interceſſit, & quando præceſſit mora , his tribus caſibus tenetur commodatarius de caſu , ibid.

Fortuiti caſus præuideri non poſſunt, gl. fortuito, in cap, 3. De ſententia excommunic.

Fortuitus caſus non imputatur alicui , dum tamen non præceſſerit culpa, gl. 2. in can. ſi homicidium, 23. q. 5.

Reliqua in verbo , Caſus .

FORVM neutrius generis ſignificat territorium cuiuſque iudicis, intra quod poteſt in facinoroſos animaduertere, gl. 1. in ſub. De foro comp.

Forum ſortitur quis ratione rei , de qua agitur ibi , vbi ſita eſt , cap. 3. eod. gl. in eadem , in cap. ex parte . De foro compet. & gl. rerum , in cap. ſuper quibuſdam . De verb. ſign.

Forum ſortitur quis ratione contractus , non ſolum quoad id, quod principaliter venit in ipſo contractu , ſed etiam quoad acceſſoria , cap. dilecti , eod.

Forum ſortitur quis ratione contractus , vel ratione delicti , vel domicilii, aut ratione rei , de qua contra poſſeſſum cauſa mouetur , cap. ſi eod.

Forum ſortitur quis ratione poſſeſſionis , de qua quis conuenitur , vel coram eo iudice debet conuenire , in cuius iuriſdictione ſita eſt , ſiue ſit res mobilis , ſiue immobilis , gl pe. ibid.

de Foro Eccleſiaſtico dicuntur etiam omnes laici , ratione peccati , gl. 1. in cap. licet. De cenſibus.

Forum illius iudicis ſortitur quis , ratione delicti , vbi deliquit , vt ſi requiratur , poſſit excommunicari , ſi non vult ſatisfacere ; & poteſt capi , & alia quantacumque pœna grauiter affici prout meretur delictum ; vnde poteſt ab ordine & ab omni beneficio deponi per iudicem delicti , gl. 1. in cap. 1. De raptoribus.

Forus eſt exercendarum litium locus , à fando dictus , ſiue à Foraneo rege , qui primus legem dedit , cap. forus . De verb. ſign.

Forus conſtat cauſa , lege , & iudicio , ibid.

Forum non ſortitur quis ratione contractus, quem celebrauit, vt viator, niſi promiſiſſet ſe ibi ſoluturum ; quo caſu poteſt conueniri ibi , & etiam vbi habet domicilium , gloſ. reſpondere , in cap. 1. §. nec etiam . De foro compet. lib. 6.

Forum dato quod quis ſortiatur in loco originis , vt ibi poſſit conueniri : tamen ob id non ſortitur domicilium ibi ; quia hæc ſunt diuerſa, clem. paſtoralis, §. rurſus . De re iudic.

Forum ſortitur quis ratione originis , intellige tam de origine propria, quam paterna, vel auita , d. §. rurſus, & ibi gl. originis, in add. marg.

ad Forum ſpirituale contentioſum ſpectat, ſcilicet viſitare , inquirere , procurare, ſuſpendere, excommunicare, & abſoluere ab excommunicatione, & ſuſpenſione; item & interdicere , gl. viſitare, in extrauag. execrabilis. De præbend. inter commun.

Forum

Foſſum illius loci, per quem tranſeunt viatores, non ſortiuntur; ideo non ligantur ſtatutis illius loci, gl. aut peregrinæ, in can. quæ contra, diſt. 8.

de Foro alicuius ſit quis ratione tugurij vel officinæ, gloſ. patet, in can. Eccleſias, §. his itaque, 13. q. 2.

Reliqua in verbo, Confeſſio, 15. vſque 19. Conueniri. Domicilium. Exceptio, 22. 23.

FRAGMENTA dicuntur à frango, frangis, gloſ. colliguntur, clem. vt noſtrum. De cenſib.

Fragmenta, quæ tolluntur de menſa Prælatorum, pauperibus ſunt eroganda, d. clem. vt noſtrum, & ibi gl. colliguntur.

Frater in genere, n. 1. & 2.
Fratres, id eſt religioſi Prædicatores, Minores vel alij, n. 3. & ſeqq.

FRATER poteſt eſſe teſtis pro fratre, & canonicus pro
1 canonico, ex quo non reperiuntur prohibiti, gl. familiarem, & ibi add. marg. in cap. inſinuante, 25. De officio deleg.

Frater poteſt agere pro fratre, tanquam coniunctæ perſonæ, etiam in ſpiritualibus, cap. cum pridem, & ibi gl. 1. & 2. De pactis.

Fratres non poſſunt beneficiari in duabus Eccleſijs uni Eccleſiæ ſubiectis, ibid.

Frater pro fratre admittitur ad impetrandum, cap. conſtitutus. De in integr. reſtit.

Frater fratrem non poteſt accuſare de graui crimine, ſed bene de leui, gloſ. de fratre, in cap. litteras. De præſumpt.

Frater contra fratrem poteſt eſſe teſtis, tam in ciuili, quam in criminali: ſed cogi non poteſt, niſi cauſa neceſſitatis, dd. reprob. d. gl. de fratre.

Frater contra fratrem ſpeciali iure in crimine hæreſis admittitur, d. cap. litteras, & ibi gl. de fratre.

Fratres duo ex eodem patre & matre ſi contraxerint cum duabus ſororibus ex eodem patre & eadem matre, & fuit lata ſententia contra matrimonium inter vnum virum & eius vxorem propter conſanguinitatem, talis ſententia præiudicat alteri fratri, & eius vxori, gl. ſi. in cap. dilecto, 25. De præbend.

Fratris appellatione comprehenditur quilibet Chriſtianus, cap.
2 gaudemus. De diuortijs.

Fratres vterini dicuntur, qui ex eodem vtero nati ſunt, gl. 2. in cap. 3. De verb. ſign.

Fratres dicuntur omnes Prælati, & religioſi in Chriſto, clem. 2. De exceſſib. Prælat.

Frater appellatur quilibet, licet non ſit coniunctus ſanguine, can. accuſatores, diſt. 46.

Fratres dicuntur etiam illi, quorum vnus eſt legitimus, alter non, can. Iſmael, diſt 46.

Frater fratris mei non eſt frater meus, gl. ſi. in can. legitur, diſt. ſi.

Frater admittitur in teſtem, ad purgationem fratris, gl. 1. in can. ſi mala, 2. q. 5.

Frater in cauſa ciuili fratris admitti poteſt in teſtem, nec poteſt repelli, niſi ſimul habitent, gl. 2. in can. conſanguinei, 3. q. 5.

Fratrum appellatione comprehenduntur etiam illi, qui non ſunt conſanguinei, can. eos qui, 3. q. 9.

Fratrum appellatione comprehenditur etiam quilibet Prælatus, can. relatum, 5. q. 2.

Frater ſponſam quondam fratris, poſt eius mortem, ducere non poteſt, can. ſi quis deſponſauerit, 27. q. 3.

Reliqua in verbo, Coniuncta. Sorores.

FRATER Minor poteſt eſſe teſtis in cauſa ſui ordinis,
3 & etiam extra cauſam ſui ordinis, cap. nuper, 52. De teſtibus.

Fratrum Minorum cuſtos, vel prælatus poteſt eſſe in iudicio, repræſentando fratrem ſui ordinis, ibid.

Fratres Prædicatores, & Minores habent priuilegium, quòd vbicumque fuerint, cum altari portatili poſſint celebrare, ſine præiudicio iuris parrochialis, cap. in his, 30. De priuilegiis.

Fratres etiam in conuentibus ſuis dicuntur eſſe ſucceſſores aliorum fratrum, qui fuerunt ante eos conuentuales, cap. ſi. De pactis, lib. 6.

Fratres non debent per ſuos actus aliquos decipere, ſed cum omni puritate debent procedere, ibid.

Fratres Prædicatores ſunt antiquiores fratribus Minoribus: & ideo præferuntur, gl. 2. ibid.

Fratres mendicantes non poſſunt habitationes ſuas mutare, vel de nouo acquirere, vel antiquas dimittere, vel aliquo titulo in alios transferre ſine licentia ſpeciali ſedis Apoſtolicæ: & contrà facientes excommunicati ſunt, gl. habitationes, ibid.

Fratres Minores bona, quæ habent, ſunt Eccleſiæ Romanæ: ſed hodie Ioannes Papa renunciauit illi dominio, per conſtitutionem quæ incipit, ad conditorem, gl. ſi. in add. ibid.

Fratres Hieroſolimitani ex ordine laici ſunt, qui non habent clericalem ordinem, gl. perſoluant, in cap. 2. §. cæterum. De verb. ſign. lib. 6.

Fratres Hieroſolimitani quidam ſunt clerici, quidam milites, ibidem.

Fratres Hieroſolimitani, de laboribus & nouałibus quæ colunt, ſoluunt decimas ſibi ipſis, id eſt clericis ſui ordinis, ibidem. 4

Fratribus Hieroſolimitanis, vel alijs non eſt prohibitum exercere agriculturam proprijs manibus, cap. 2. §. cæterum, eodem.

contra Fratres Minores Sancti Franciſci hoſtis antiquus diabolus æmulos concitauit, mordentes fratres, & eorum regulam, quaſi illicitam, non attendentes, eam ſanctam regulam monitis ſalutaribus eſſe inſtitutam, Apoſtolicis obſeruationibus roboratam, & per plures Romanos Pontifices approbatam, & per ſedem Apoſtolicam confirmatam, cap. exiit, §. ſed nec, De verb. ſign. lib. 6.

Fratres Minores ad omnia, quæ in ipſa regula continentur, tàm præcepta, quam conſilia, quàm cætera ex voto profeſſionis non aliter tenentur, quàm eo modo in regula traduntur, d. cap. exiit, §. ad omnia.

Fratres eriſ[?] non ſunt obligati ad obſeruantiam omnium conſiliorum euangelij, d. cap. exiit, §. vnde nos.

Fratrum Minorum regula expreſsè continet, quod fratres nihil ſibi approprient, nec domum, nec locum, nec aliquam rem, d. cap. exiit, §. porro.

Fratres Minores non debent recipere per ſe, vel per alios, denarios vel pecuniam nullo modo, d. cap. exiit, §. cæterum.

Fratribus Minoribus nullo modo poteſt relinqui legatum ita, 5 *lego fratribus Minoribus vineam vel agrum ad excolendum, vel domum ad locandum:* & à tali legato ac eius receptione omnino debent abſtinere: licitè tamen poteſt relinqui iſto modo, *lego pecuniam pro fratrum neceſſitatibus expendendam, vel domum, vel agrum ad hoc, quod per certam perſonam idoneam diſtrahatur, & pecunia de rebus ipſis accepta in ædificia, vel Fratrum Minorum neceſſaria conuertatur*, d. cap. §. ad hæc.

Fratrum Minorum libri, & mobilia, & eorum dominium pertinent ad Eccleſiam: poſſunt tamen commutare, & etiam vendere pro ſuis neceſſitatibus libros ſuos, & alia mobilia, recipiendo pecuniam per procuratorem, d. cap. exiit, §. quia vero.

Fratres Minores de licentia miniſtrorum & cuſtodum coniunctim, aut diuiſim penſatis neceſſitatibus ſuis, poſſunt vti duabus, vel pluribus tunicis, d. cap. exiit, §. licet autem.

Fratres Minores non debent omnes indifferenter admittere ad ordinem; ſed illos tantùm, qui ſuffragantibus litteratura, idoneitate, & alijs circumſtantijs poſſunt vtiles eſſe ordini, ſibique, per vitæ meritum, ac alijs proficere per exemplum, d. cap. exiit, §. caueant.

Fratrum Minorum cuſtodes in ſingulis prouincijs, miniſtro generali decedente, debent conuocari, & vnum ex ſe conſtituere, quem cum ſuo prouinciali miniſtro, pro ſeipſis ad capitulum dirigant, committentes voces, ac vices ſuas ita, quòd à prouincialibus miniſtris & cuſtodibus conuocatis in capitulo Pentecoſtes, fiat electio generalis miniſtri, cap. exiit, §. inſuper.

Fratrum Minorum regulam gloſſari prohibuit beatus Franciſcus circa vltimum vitæ ſuæ, cuius mandatum dicitur teſtamentum: nihilominus tamen conſtitutiones, declarationes, ſeu ordinationes, circa dictam regulam à ſede Apoſtolica emanatæ debent præcisè obſeruari à fratribus ipſis, d. cap. exiit, col. pen. §. cæterum ſancte.

Fratrum Minorum regula licita, perfecta, & obſeruabilis 6 eſt, approbata, & confirmata à Sede Apoſtolica, ibidem.

Fratres dicere, idem eſt, quod Monachos, cap. pen. eodem.

Fratres Eremitani ſancti Auguſtini, & alij religioſi mendicantes non comprehenduntur in clem. *dudum*. *De ſepultur.* neque extenditur ad alios religioſos mendicantes, vel non mendicantes, gl. 2. in reg. quæ à iure. De reg. iuris, lib. 6.

Fratres Minores non poſſunt eſſe teſtamentorum executores & ita ad id hodie non licentiamur, gl. ſuſcipere, in clem. 1. De teſtam.

Fratres Prædicatores, & Minores poſſunt audire confeſſiones eorum tantum, qui ſubſunt diœceſanis: a quibus fratres habent licentiam, clem. dudum, §. ſtatuimus. De ſepultur.

Fratres Prædicatores, & Minores electi ad confeſſiones audiendas debent præſentari perſonaliter à ſuis ſuperioribus diœceſano, d. §. ſtatuimus, & ibi gl. præſentari.

Fratres Prædicatores, & Minores electi ad audiendas confeſſiones, non ſunt cenſendi curati, gloſ. impediunt, ibidem.

Fratres Prædicatores, & Minores habentes licentiam audiendi confeſſiones à diœceſano, vel poſt trinam requiſitionem factam, vt daret ſibi licentiam, poſſunt audire confeſſiones, nec habent neceſſe habere licentiam parochialis ſacerdotis, d. §. ac deinde, & ibi gl. liberè, ibid.

Fratres Prædicatores & Minores habentes licentiam à diœceſanis audiendi confeſſiones, & abſoluendi, & iniungendi pœnitentias, non poſſunt abſoluere à caſibus reſeruatis Epiſcopis, ſicut nec poſſunt ſacerdotes curati, gl. conceſſa, ibid.

7 Fratres Prædicatores & Minores à diœceſanis habentes licentiam audiendi confeſſiones, non poſſunt abſoluere eum, quem curatus non abſoluit: quia Epiſcopi parem poteſtatem cenſentur eis concedere, niſi ſpecialiter fratribus maiorem poteſtatem concederent, d. clement. dudum, §. per huiuſmodi, & ibi gl. Prælati, & gl. conceſſa.

à Fratribus Prædicatoribus, vel Minoribus, ex funeralibus, & obuentionibus defunctorum non poſſunt Parochiales Eccleſiæ exigere vltra quartam canonicam portionem, d. clem. dudum, § huiuſmodi.

Fratrum Prædicatorum, & Minorum ordines, & profeſſores ipſorum multum fauoriſantur ab Eccleſia, ibid.

Fratres Prædicatores, & Minores tenentur præſtare Eccleſijs Parochialibus quartam portionem, ex omnibus obuentionibus, ſiue occaſione funeralium, ſiue occaſione relictorum ab illo, qui eligit ſepulturam apud fratres prædictos, ſiue aliàs datorum in infirmitate, de qua deceſſit: quæ directè, vel indirectè debent ad eos peruenire, vel peruenient ex cauſa electæ ſepulturæ apud illos, ibid.

Fratres Prædicatores non tenentur præſtare quartam Eccleſiæ Parochiali de eo, quod eis donatum eſt in ſanitate, ceſſante fraude, ibid.

Fratres Prædicatores, & Minores de iure non poſſunt ſepelire corpus parochiani eligentis ſepulturam in eorum locis, non intereſſente ibi Parochiali ſacerdote, gl. integre, ibid.

Fratres Minores, ſi tempore interdicti recipiant in ſuis Eccleſiis ad diuina fratres, & ſorores tertij ordinis, ſunt excommunicati, nec priuilegia in hoc eos iuuant, clem. cum ex eo. De ſententia excommunicat.

8 Fratres, & ſorores tertij ordinis ſancti Franciſci non promittunt continentiam; imò viuunt in coniugio, & ſecundum modum viuendi eis datum, certis diebus qualibet ſeptimana abſtinent à thoro, gloſſ. continent, ibidem.

Fratres Minores non tenentur ex præcepto ad omnia Euangelica conſilia, clem. exiui, §. cum igitur. De verb. ſignific.

Fratrum Minorum religio ſancta eſt, quæ muris regularis obſeruantiæ firmiter vndique circumcluſa, intra ſe ſolo contenta Deo, adornatur abundè nouellis plantationibus filiorum, clem. exiui. De verb. ſignific.

Fratrum Minorum ordo fundatus eſt in maxima paupertate, & tenet principalem gradum, gl. cæterum, in d. clem. exiui.

Fratres Minores, & Prædicatores, in altiſſima paupertate, Chriſto pauperi famulantur, d. gl. cæterum, ibid.

Fratres Minores non habent bona in communi, neque, in ſingulari, d. clem. exiui, §. 2. extrauag. cum inter. De verb. ſignific. inter communes.

Fratres non debent eſſe ſoliciti de bonis temporalibus eius, qui recipitur ad ordinem, licet ipſe poſſit dare fratribus de bonis ſuis per modum eleemoſynæ d. §. 2.

Fratres Minores nihil debent habere de bonis temporalibus eius, qui recipitur ad ordinem, non facta diſpoſitione de bonis ſuis: ſed illa tranſeunt ad venientes ab inteſtato, d. gl. cum vero, in d. clem. exiui, §. cum vero.

9 in Fratrum Minorum regula dicitur, quòd volentibus ingredi dicatur, quòd vendant omnia bona, & ſtudeant pauperibus erogari: & hæc fuit intentio beati Franciſci, quòd non recipiantur, niſi prius diſponant de bonis ſuis, ibidem.

Fratribus Minoribus permittitur habere aliquid, per viam eleemoſynæ, de bonis illius, qui recipitur ad ordinem, ibid.

Fratres Minores prohibentur accipere notabilem quantitatem, etiam gratis, ab eo qui recipitur ad ordinem, ne præſumatur, quòd ideo fuerint moti ad recipiendum illum: quia oculum habuerunt ad eius bona, d. § cum vero, & ibi gl. cum vero.

Fratres Minores poſſunt vti pluribus veſtibus de licentia Miniſtrorum, & cuſtodum coniunctim, & diuiſim in adminiſtrationibus ſibi commiſſis: & Miniſtri, & cuſtodes licentiam concedere debent, cùm eis videbitur, penſatis neceſſitatibus, & aliis circumſtantiis, quæ ſecundum Deum, & regulam attendenda ſunt, gloſſ præterea ibidem.

Fratrum Minorum vtilitas veſtium attenditur ſecundum conſuetudinem patriæ, & arbitrium miniſtrorum, & cuſtodum, d. clem. ſi. §. præterea, & ibi gl. 1.

Fratres Minores tenentur ieiunare ſexta feria, d. clem. exiui, §. deinde, & ibi gl. 1.

Fratres Minores ad alia ieiunia, quàm ſextam feriam non tenentur ex præcepto regulæ: & ſic non plus quàm alij: ſed ad ieiunium ſextæ feriæ tenentur plus quàm alij, gl. deinde, ibid.

10 Fratribus Minoribus non licet mutuum contrahere, gl. poſuerit, in d. §. porro.

FRA

Fratres Minores non debent recipere pecuniam, ſed dare poſſunt aliquem ſibi notum, cui per eum, qui vult eis facere eleemoſynam, committatur executio: dominium tamen ac poſſeſſio & proprietas pecuniæ remaneat penes dantem, cum libera poteſtate reuocandi vſque ad conuerſionem illius in rem deputatam, ibid.

Fratribus Minoribus conceſſus eſt vſus neceſſariarum rerum, puta ad victum, veſtitum, diuinum cultum; & ſpirituale ſtudium, & ad ſimilia: putà ſi tranſeant de loco ad locum ex cauſa ordinis, & non permittatur in certo loco tranſire, niſi ſoluant pedagium, licet non debeant ad hoc exigi: tamen ex quo coguntur de facto, licitum eſt eis acquirere per eleemoſynam, vt ſoluant, ne impediantur, gl. vel ſimilibus, in clem. exiui, §. cum etiam. De verb. ſign.

Fratribus Minoribus conceſſum eſt ſecundum regulam recurrere ad ſpeciales amicos, pro neceſſitatibus infirmorum, & induendis fratribus: & conſiderata vitæ neceſſitate, ad alias neceſſitates fratrum pro tempore occurrentes, extenſum eſt à Pontificibus, d. clem. exiui, §. cum etiam.

Fratres ſuos voluit ſanctus Franciſcus totaliter eſſe abſtractos ab affectu, & deſiderio terrenorum, & ſpecialiter à pecunia, & eius vſu totaliter inexpertos, d. clem. exiui, §. denique.

Fratres Minores non poſſunt petere qualiter pecunia expendatur, nec exigere computum de expenſa, nec eam quomodocumque repetere, ſiue deponere, aut deponi facere cauſam pecuniæ, vel eius clauem deferre: quia hæc facere ad ſolos dominos pertinet, ibid. 11

Fratres Minores nihil debent ſibi appropriare, nec domum, nec locum, nec aliquam rem: ſed tanquam peregrini, & aduenæ in hoc ſæculo, in paupertate & humilitate Domino famulantes, vadant pro eleemoſyna confidenter, d. clem. exiui, §. proinde.

Fratrum Minorum ordo fundatus eſt in maxima paupertate, gl. nec habent, ibid.

Fratres Minores non habent proprium in ſpeciali, nec in communi: quod habet locum etiam in aliis mendicantibus, vt in Prædicatoribus, & ſimilibus: quia ex regula non licet habere reditus, aut poſſeſſiones, ſed per quæſtum publicum victum tribuere ſolet incerta mendicitas, gl. proinde, ibid.

Fratres Minores & Prædicatores in omnibus non æquiparantur: nam Prædicatores habent aliqua in communi, quoad proprietatem: ſed fratres Minores nihil habent proprium, tam in communi, quam in ſpeciali, ibid.

Fratres Minores non ſunt capaces ſucceſſionum, ſed legatorum ſic: niſi fiat in fraudem, ibid.

Fratres Minores in his, quæ ſunt vſu conſumptibilia, habent ius vtendi: & non eſt poſſibile, quod vſus facti ſit licitus ſine iure vtendi, ibid.

Fratres Minores in his, quæ eis conceduntur ad vſum, non habent ſimplicem vſum facti, imò habent ius vtendi, extrau ad conditorem, Ioan. 22. d. gl. proinde.

Fratres Minores non habent proprium in communi, nec in ſpeciali: ſed habent vſum facti; non nudi, ſed facti iuſti, & liciti: & ſic aliquo modo poſſunt dici habere proprium, ibid. 12

Fratres Minores ſunt incapaces ſucceſſionum ex teſtamento, vel ab inteſtato: adeo quòd nec æſtimatio eis debeatur, ibid.

ad Fratres Minores non tranſeunt bona, etiam eius qui profitetur eorum religionem, ibid.

Fratribus Minoribus non licet accipere, etiam iure legati, valorem hæreditatum, vel tantam earum partem: quia præſumi poſſit hoc fieri in fraudem, ibid.

Fratribus Minoribus ſi ſit legatum relictum, non adiecto modo, tunc valet legatum, & intelligitur relictum ſub modo licito, ibid.

Fratres Prædicatores habent priuilegium, quòd ſint capaces ſucceſſionum, & quòd poſſint apprehendere, & vendere: & per illud priuilegium bona ingredientis tranſeunt in Monaſterium, vt poſſint vendere, & conuertere in vſus proprios, d. gl. proinde, in fi. 13

Fratribus Minoribus poſſunt relinqui reditus annui ad certum vſum diuini cultus, putà vinum pro ſacrificio, frumentum pro hoſtijs: & conuentus eſt capax talis legati, gl. cumque, in d. clem. exiui, §. cumque.

Fratribus Minoribus poſſunt relinqui redditus: annui ad victum, & veſtitum, vel indiſtinctè: & tunc ſi relinquantur ad modicum tempus, conuentus eſt capax talis legati, quia videtur vnum eſſe legatum: ſi verò relinquantur ad non modicum tempus, non valet legatum: quia tunc redditus computantur inter immobilia, d. gloſſ. cumque.

Fratres Minores non debent ſe immiſcere curijs, gl. proximum, in d. §. cumque.

Fratres Minores non poſſunt eſſe executores vltimarum voluntatum: poſſunt tamen ſuper eis exequendis dare conſilium, gl. dixit. in cap. exiui, §. verum.

Fratribus Minoribus non licet habere hortos, vt inde naſcentia pretio ſolidhantur: quia hoc appropinquat ad naturam prouentuum, gloſ. declarauit, in d. clem. exiui, § licet vero.

Fratres

Fratres Minores non debent habere Eccleſias, & alia ædificia exceſſiua, gl. hinc eſt, in d. clem. exiui, §. hinc eſt.

Fratribus Minoribus & Prædicatoribus, mortuo Miniſtro generali, Miniſter illius Prouinciæ, in qua occurrit celebrandum generale capitulum, poteſtatem habet ſuper alios vſque ad tempus capituli, & quoad ea quæ eſpectant ad expeditionem capituli. gl. pen. in d. clem. exiui, §. fi.

14 Fratribus Minoribus carentibus generali Miniſtro, ſupplet vices eius Vicarius generalis ordinis, d. §. fi. & ibi gl. cæterum.

Fratres Minores debent indui indumentis vilibus ſecundum regulam eorum: & hoc relinquitur iudicio ſuperiorum, quibus obedire debent ſub pœna excommunicationis, extrauag. quorumdam. Ioann. 22.

Fratres Minores reprehendendi ſunt, ſi pro arbitrio ſuo habitus certos ſtrictos, & nouitatis plenos portant: non tamen dicentur tranſgreſſores regulæ, ſi in hoc ſuperioribus obſequantur, qui poſſunt ſuper his arbitrari, ibid.

Fratrum Minorum ſuperiores arbitrari poſſunt, an habenda ſint granaria, & cellaria, pro neceſſariis ad victum colligendis, ibid.

Fratres Minores præcipuè tenentur ad obedientiam, quæ paupertati. & caſtitati præferenda eſt, ibid.

Fratres Minores debent habere vnam tunicam cum caputio, non ita quod eam habeant abſque omni iure vtendi: cum ſimplex vſus abſque omni iure non recipiatur, nec de ſe ſit poſſibilis, d. extrauag. quorumdam, §. in primis, & ibi gl. habeant.

Fratrum Minorum ordinis obſeruantias nedum poteſt Papa declarare, ſed & illas penitus tollere: imò etiam poſſet totum Minorum ordinem ſubmouere, cum ab ipſius approbatione proceſſerit, gl. maximè, ibid.

Fratres Minores, ſi abſque granarijs & cellarijs non poſſunt vitæ neceſſaria inuenire, poſſunt habere granaria, & cellaria, conſeruationes, & congregationes vini, grani, & eorum quæ ſunt ad vitam neceſſaria, vt piſcium, ouorum &c. d. extrauag. quorumdam, §. eodem modo, & ibi gl. vinum.

Fratres Minores non poſſunt habere ſimplicem facti vſum in aliqua re, extrauag. ad conditorem. Ioann. 22.

15 Fratres mendicantes non debent detrahere Prælatis & parochialium rectoribus in ſermonibus ſuis, extrauag. vices illius. De treuga & pace, inter communes.

Fratres non debent populos à ſuarum Eccleſiarum parochialium frequentia & acceſſu abſtrahere ſeu retrahere, ibidem.

à Fratribus Prædicatoribus, Minoribus, & alijs mendicantibus hæreſes proceſſiſſe prohibitum eſt aſſerere, cum in veritate fides noſtra ſit illuminata, & Eccleſia exaltata per eoſdem, maximè per Prædicatores, & Minores, ibidem.

Fratres Prædicatores & Minores in Eccleſijs ſuorum ordinum, ac locis eorum, & in plateis communibus, liberè poſſunt clero & populo prædicare, hora dumtaxat excepta, in qua locorum Prælati prædicare voluerint, vel coram ſe facere ſolemniter prædicari, niſi aliud de Prælatorum voluntate proceſſerit, extrauag. ſuper cathedram. De ſepultur. inter communes.

Fratres Prædicatores, & Minores poſſunt liberè prædicare in ſtudiis generalibus, diebus illis, quibus ſolemniter conſueuit prædicari, ad funera etiam mortuorum, & in feſtis ſpecialibus dictorum fratrum, niſi in illa hora, qua ſolet ad clerum in prædictis locis Dei verbum proponi, ibid.

Fratres Prædicatores, & Minores non poſſunt prædicare in Parochialibus Eccleſiis, niſi fuerint inuitati à ſacerdotibus Parochialibus, vel de eorum beneplacito & aſſenſu, niſi Epiſcopus, vel Prælatus ſuperior mandauerit per eoſdem prædicari, ibid.

Fratribus non licet prædicare in cœmeteriis, & vicinis capellis, gl. Eccleſiis, ibid.

16 Fratres debent petere ab Epiſcopo licentiam audiendi confeſſiones, & poſt obtentam licentiam, Magiſtri, Priores, Prouinciales, & Miniſtri ordinum, debent eligere perſonas ſufficientes & idoneas: quas ſic ab illis electas debent repræſentare Prælatis, vt de eorum licentia poſſint audire confeſſiones, & imponere ſalutares pœnitentias, & beneficium abſolutionis impendere, d. extrau. ſuper cathedram, §. ſtatuimus. De ſepultur. inter communes.

Fratres eligere ad miniſterium audiendi confeſſiones, grauius eſt, quàm ad licentiam in genere petendam, gloſ. vicarii, ibid.

ex Fratribus præſentatis ad audiendas confeſſiones ſi Epiſcopus quemquam non admiſerit, alii ſunt præſentandi Epiſcopo, & ſubrogari debent in illorum loco, & tribus vicibus huiuſmodi ſubrogatio admittitur, gloſ. ſubrogare, ibid.

Fratres habentes licentiam audiendi confeſſiones, & iniungendi pœnitentias ab Epiſcopo, dicuntur ſocii, & coadiutores ſacerdotum Parochialium, gloſ. concedimus, ibidem.

17 Fratres Prædicatores, & Minores poſſunt recipere ad ſepulturam omnes, qui voluerint ſepulturam eligere in Eccleſiis ſuis, vel locis, dando quartam canonicam de omnibus funeralibus, d. extrau. ſuper cathedram.

Fratribus Prædicatoribus, & Minoribus priuilegia conceſſa, quæ fuerint aduerſa, & contra diſpoſitionem extrauagantis *ſuper cathedram*, reuocantur, & annullantur, d. extrauag. ſuper cathedram. De ſepultur.

Fratribus Minoribus, & Prædicatoribus licitum eſt ire proceſſionaliter ad aſſumendum funus per alienam Parochiam, cum eis videantur conceſſa omnia, per quæ peruenitur ad finem, gl. fi. in add. ibid.

Fratres mendicantes non poſſunt tranſire ad non mendicantes, puta ad ordines ſancti Benedicti, Ciſtercienſis, Camaldulenſis, Vallis Vmbroſæ, canonicorum regularium ſancti Auguſtini, ſub pœna excommunicationis, abſolutione eius reſeruata Papæ, extrau. viam ambitioſæ. De regular. inter communes.

Fratres Prædicatores, & Minores poſſunt prædicare in ſuis Eccleſiis, & in plateis communibus, ſeu publicis liberè, abſque diœceſanorum, & aliorum petita licentia, dummodo non hora, qua diœceſani prædicant, extrauag. inter cunctis, § ideoque. De priuileg. inter communes.

Fratres Prædicatores, & Minores non debent audere prædicare in Eccleſiis Parochialibus, inuitis Parochialium Eccleſiarum rectoribus, d. §. ideoque.

Fratres Prædicatores, & Minores habentes licentiam audiendi confeſſiones, de caſibus Epiſcopis & ſuperioribus, & Sedi Apoſtolicæ reſeruatis, nullatenus debent ſe intromittere, d. extrauag. inter cunctas, §. per hoc autem.

Fratres Prædicatores, & Minores habentes licentiam audien- 18
di confeſſiones non debent recipere ad Confeſſiones criminoſos; & debent reſpuere excommunicatos, & irregulares, d. §. per hoc autem.

Fratribus ſeu militibus hoſpitalis Sancti Lazari Hieroſolimitani quædam priuilegia largiuntur, & conceduntur, & confirmantur à Clemente 4. extrauag. cum dilectis, & extrauag. venerabilibus. Clementis 4.

Fratres ſeu milites hoſpitalis Sancti Lazari Hieroſolimitani, tenentur recipere omnes leproſos, d. extrauag. venerabilibus.

Fratrum reformatorum Ordinis Minorum Sancti Franciſci de Obſeruantia inſtitutio fuit approbata, & multis priuilegiis locupletata à Clemente 7. extrauag. in ſuprema militantis. Clementis 7.

Fratres Capucini non poſſunt recipere, nec retinere fratres de Obſeruantia, abſque licentia ſuorum Prælatorum, extrauag. Romani Pontificis. Pauli 3.

Fratres Minimi comprehenduntur nomine mendicantium, & habent eorum priuilegia, extrauag. Apoſtolicæ. Pii Quinti.

Fratrum Sancti Hieronymi Ieſuatorum congregatio inter ordines mendicantium comprehendi debet, extrauag. Romanus Pontifex. Pii Quinti.

Fratrum Minorum omnes congregationes in regulæ & profeſſionis inſtituto debent reſpondere regulæ fratrum Minorum de Obſeruantia, extrauag. Beatus Chriſti Saluatoris. Pii Quinti.

Fratres Amadæi, & Clareni aggregantur, atque vniuntur 19
fratribus Minoribus ordinis de Obſeruantia, & non debent retinere nomen Amadæorum, ſeu Clarenorum: ſed priſcam appellationem Minorum de Obſeruantia, ibid.

Fratres Prædicatores præcedunt in proceſſionibus, & aliis actibus reliquos omnes mendicantes, extrauag. diuina diſponente. Pii Quinti.

Fratres alterius ordinis recipiendi, ſeu retinendi priuilegium conceſſum quibuſcumque ordinibus, ſeu monaſteriis reuocatur, præter iuris communis diſpoſitionem emanatum, extrauag. quæcumque ſacrarum. Pii Quinti.

Fratrum Franciſcanorum de Obſeruantia, & Sanctæ Claræ, & tertii ordinis de pœnitentia priuilegia confirmata ſunt à Gregorio xiij. extrauag. ex benigna ſedis. Gregorii xiij.

Fratres Minores de Obſeruantia reformati, commorantes in regnis Aragoniæ, Valentiæ, & Cathaloniæ, ſoluuntur à iuriſdictione Miniſtrorum Prouincialium: & Prouincialis eſt eligendus ab eiſdem fratribus reformatis, extrauagant. ex quo nos Deus. Gregorii xiij.

Fratres Minores reformati, etiam in regnis Aragoniæ, Valentiæ, & Cathaloniæ, ſub obedientia miniſtri, vel commiſſarij generalis ſunt, ibid.

Fratrum Minorum reformatorum Prouincialis confirmatur à Miniſtro, vel Commiſſario generali, ibid.

Fratrum Minorum reformatorum Sancti Franciſci regulæ declaratio, in regnis Aragoniæ, Valentiæ, & Cathaloniæ, ibid.

Fratres diſcalceati Sancti Franciſci apud Hiſpanos, dicuntur
fratres Congregationis Sancti Ioſeph, ſtrictioris vitæ inſti- 20
tutum ſequentes, ſub regula Minorum de obſeruantia, extrauag. ad hoc nos. Gregorij xiij.

Fratres Minores non debent aliquam moleſtiam, vel iniuriam ferre fratribus diſcalceatis, ibid.

Fratres Minores de obſeruantia poſſunt licitè tranſire in ordinem Diſcalceatorum, & ipſi eos licitè poſſunt recipere, extrauag. ad hoc nos. Gregor. xiij

Fratres & Moniales Diſcalceati in regnis Hiſpaniarum obſeruant regulam primitiuam ordinis Beatæ Mariæ de Monte Carmelo, extrauag. pia conſideratione. Gregor. xiij.

Fratrum reformatorum ordinis Minorum de obſeruantia re-

gulæ declaratio facta à Gregorio xiij. & de iuriſdictione & ſuperioritate Miniſtri, & Commiſſarii generalis dicti ordinis, in extrauag. cum illius vicem. Gregor. xiij.

Fratrum Minorum conuentualium generali magiſtro conceſſa eſt facultas abſoluendi à cenſuris fratres, qui de ordine Minorum de obſeruantia ad eorum ordinem, ſcilicet conuentualium, ſine licentia Apoſtolica tranſierunt, extrauag. Sedes Apoſtolica. Gregor. xiij.

Fratres mendicantes prohibentur tranſire ad religionem non mendicantium, iuxta conſtitutionem Martini Quinti, reg. de mendicantibus transferendis, in reg. Cancellar.

Reliqua in verbo, Abdicatio. Coniunctæ. Prædicator, 3. Ordo, 6. 7. 8. Præcedentia. Prædicatores. Regulæ, 5. Sorores. Tenentur.

FRATERNITAS ſpiritualis non habilitat, vel inhabilitat ad procuratoris officium exercendum, clem. religioſus. De procuratoribus.

Fraternitates, quæ ſunt ad malum, prohibentur: ſed bonæ fraternitates admittuntur, gl. 1. in canon. ſi quis clericorum, 11. q. 1.

Reliqua in verbo, Cognatio.

FRATRICELLI lapſi ſunt in multos errores, & tanquam hæretici puniendi, gl. proinde, in clem. exiuit, §. proinde. De verb. ſignific.

Fratricellorum ſeu Beguinorum ſecta caſſata eſt, quia inter cæteros errores deficiebant ſacramenta: & ſub pœna excommunicationis omnibus iniungitur, vt nulli de cætero talem ritum aſſumant: & ne Epiſcopi ipſum concedere præſumant, extrauag. Sancta Romana. Ioan. 22.

Fratricelli ſeu Beguini dicebant ſe eſſe de tertio ordine Sancti Franciſci, vt ſub velamine talis Sancti ſtatum ſuum & viuendi ritum palliarent, ibid.

Reliqua in verbo, Beguinæ.

FREDERICVS Saxoniæ dux hortatur à Papa ad abiurandam hæreſim, & ad reſipiſcentiam, vt celerius reuertatur in ouile Catholicæ Eccleſiæ, extrauag. ſatis & pluſquam. Adriani ſexti.

Fredericus Imperator Dei Eccleſiam malleo perſecutionis afflixit: & vt nullus fidelis, eidem Frederico verbo, vel opere aliquem fauorem publicum, vel occultum impenderet, fuit decretum ab Innocentio quarto, cum ipſe, & omnes eius fautores fuiſſent excommunicati, extrauagant. & ſi omnes. Innocentii quarti.

FRAVS, dolus, & ſimulatio ſunt nomina reatus, & hoc numquam permittitur à canone: quia qui peccat authoritate legis, non peccat: quandoque tamen vulgari conſuetudine denominat actus legitimos, & tunc permittuntur, gl. ſimulauit, in cap. 1. De his quæ vi metúue.

Fraus & dolus nemini debet patrocinari, cap. cum vniuerſorum. De rerum permutatione, cap. officii, 14. De teſtam. cap. cum dilectus. De religioſ. domib. cap. pen. De colluſ. deteg. clem. dudum, §. huiuſmodi. De ſepultur.

Fraus legi vel canoni fit quatuor modis, gl. fi. in cap. quanto, 26. De priuileg.

Fraus fit legi vel canoni, quandoque de perſona ad perſonam: vt ſi vxor velit donare viro, vel è conuerſo, cum non poſſit, ſupponit aliam perſonam, cui donat, & non valet talis donatio, ibid.

Fraus fit quandoque legi de re ad rem, & hoc prohibitum eſt, ne filiofamilias mutuetur pecunia: ſi tamen aliquid in fraudem factum fuerit, puta dediſſi frumentum, vel aliud conſimile, quod vendiderit, vt pecuniam ipſe haberet, fraus fit ſenatuſconſulto Macedoniano, ibid.

Fraus fit quandoque de contractu ad contractum, veluti cum mulier fideiubere pro alio non poſſit, principalem facit ſe debitricem: & hoc non valet, quia facit in fraudem legis, ibid.

in Fraudem legis faciens contra ipſam legem videtur facere, ibid.

in Fraudem legis, canonis, vel priuilegii aliquid faciendum non eſt, ibid.

Fraus fit quandoque de contractu ad contractum, veluti vxor non poteſt donare viro, vel è conuerſo, ſi vendiderit, vt ſic hoc modo poſſit donare, non valet, ibid.

Fraus aliud eſt, & aliud eſt dolus, gl. 1. in cap. in noſtra. De iniuriis.

Fraudibus obuiandum eſt, cap. 2. De reſcriptis, lib. 9.

Fraudem facere non videtur, qui fraudem excludit, gloſ. malignantium, in cap. cupientes. 16. De elect. lib. 6.

Fraudem allegans eam probare debet. gl. fin. in cap. ſi electio, 36. & ibi gloſ. fin. in cap. commiſſa, §. cæterum, eod.

Fraus neceſſariò non eſt plenè probanda, licet ſufficiat probare illam per coniecturas probabiles, cap. 2. De renunc. lib. 6.

Fraus & mora purgantur, gl. mutata, in cap. commiſſa, §. cæterum. De elect. lib. 6.

Fraudi dolus ineſt: nam omnis dolus eſt fraus, ſed non conuertitur, gl. fraus, in can. 1. diſt. 81.

Reliqua in verbo, Allegans, num. 1. Dolus. Negligentia.

FREQVENTIÆ ratione præſumitur pro aliquo vel contra, gl. frequenter, in can. clericus. diſt. 81.

Frequenter occurrentibus prouidendum eſt, clem. 1. De exceſſibus Prælator.

Frequentatio inducitur ex duabus vicibus, gl. 2. in cap. Monaſteria, 8. De vita & honeſtate.

Reliqua in verbo, Raro.

FRIGIDITAS viri ad copulam quando non poteſt probari, datur cohabitatio triennii, ad experientiam copulæ coniugalis, cap. laudabilem. De frigid. & maleficiat.

Frigiditas eſt perpetuum impedimentum, gl. naturalis, in can. requiſiſti, 33. q. 1.

Frigiditas, quæ eſt naturalis proprietas, per accidentia non immutatur. gl. naturaliter, ibid.

Frigidus nullus eſt naturaliter pro carnali copula, gl. nequeunt, in can. qui ſunt, 33. q. 5.

Reliqua in verbo, Matrimonium, 48. 49. Impotentia.

FRVCTVS intelliguntur deductis neceſſariis impenſis, gl. 1
fi. in cap. grauis. De reſtit. ſpoliat.

Fructus dicuntur, qui ſuperſunt deductis expenſis, quæ fiunt gratia quærendorum, colligendorum, & conſeruandorum fructuum: quod habet locum tam in bonæ fidei poſſeſſoribus, quàm in malæ fidei poſſeſſoribus & prædonibus, ibidem.

Fructus extantes tantum, & non conſumptos, tenetur bonæ fidei poſſeſſor ante litis conteſtationem reddere, ſed poſt litis conteſtationem vniuerſos, ibidem.

Fructus omnes, qui probantur ad eum perueniſſe ante litis conteſtationem, & poſt, reddere tenetur malæ fidei poſſeſſor: ſed violentus poſſeſſor tenetur reſtituere fructus perceptos, & eos qui percipi potuerunt per veteres poſſeſſores, ibidem.

Fructus diſſipari per miſſum in poſſeſſionem, cauſa cuſtodiæ, reuocari debent, & cum aliis ſequeſtrantur, cap. 2. De ſequeſt. poſſ.

in Fructibus computatur id, quod ſupereſt deductis expenſis, gl. 1. in cap. ad noſtram. De iureiur.

Fructus in ſortem computandi ſunt. gl. pecunia, ibidem.

Fructus percepti ipſo iure pignus liberant: & quidquid percipitur ex pignore, computatur in ſortem, gl. amplius, in cap. ex litteris, 32. De iureiur.

Fructus dicuntur deductis expenſis, d. gl. amplius, gl. 1. in cap. quoniam. De vita & honeſtat. gl. 2. in cap. cum contra. De pignor. & gl. deductis, in cap. 1. De vſuris.

Fructus ſeparatos & reconditos vſufructuarius ſuos facit, gl. primi anni, in cap. ſi propter. De rerum permutatione.

Fructus pignoris non computantur in ſortem, nec com-
mittitur vſura, quando dominus recipit fructus ex feudo, 2
quod recepit à vaſſallo in pignus, ſi tamen vaſſallus ob
id abſtineat à ſeruitio, cap. 1. De feudis.

Fructuum feudi proprietas & poſſeſſio penes feudatarium eſt, & non penes dominum feudi. ibidem.

Fructus computantur in pignore, ſed non in emptione; gl. percepti, in cap. illo vos. De pignor.

in Fructu pecudum habetur lana, & lac gl. fi. in cap. 4. De decimis.

Fructuum onera debet ſubire ille, ad quem ſpectat fructuum perceptio, gl. 1. in cap. de terris. eodem.

Fructus ſegetum & arborum potius cenſentur naturales, quàm induſtriales; nam totum attribuitur diuinæ potentiæ, & miſericordiæ, cap. cum non ſint, 33. eod.

Fructus rei pignoratæ in ſortem computantur, cap. 1. & ibi gl. deductis, & cap. conqueſtus. De vſuris.

Fructus perceptos ex poſſeſſione ſua, quam habuit quis ex iniuſto detentore, rectè poteſt retinere: nec eſt vſura, nec in ſortem computare tenetur, cum ſuum recipere dicatur, gl. fi. in d. cap. 1.

Fructus pignoris computari debent in ſortem, prius inde deductis expenſis, cap. 2. De vſuris.

Fructus etiam ex arboribus contingens debet computari in ſortem, ibid.

Fructus prædii feudalis pignorati non computat dominus
in ſortem, dummodo interim non recipiat à vaſſallo 3
ſeruitium, ad quod tenebatur dominus, ratione prædii
feudalis, cap. conqueſtus, & ibi gl. fi. eod.

Fructus poſſeſſionis clerico in beneficium aſſignatæ, quam laicus iniuſte detinebat, poteſt clericus retinere, nec tenetur eos computare in ſortem, nec committit in eo aliquam vſuram, cum tantum ſuum recipiat, gloſa fi. ibidem.

Fructus rei pignoratæ pro dote promiſſa non computantur in ſortem, propter onera matrimonii, ibid.

Fructus

Fructus pignoris non computantur in ſortem, quando maritus recipit illud pro dote promiſſa, cap. ſalubriter. De vſuris.

Fructus percepti ante matrimonium reſtituuntur mulieri, nec cedunt lucro mariti, gl. ſi. ibid.

Fructus, & fœtus pecudum dotalium lucratur maritus, propter onera matrimonij, ibid.

Fructus cretifodinæ, vel argentifodinæ cedunt lucro mariti, ibid.

Fructus lapidifodinæ non cedunt lucro mariti, ſi ibi lapis non renaſcitur, ibid.

Fructus Eccleſiæ quamuis ſuperexcreſcant, non ob id creſcit numerus canonicorum, cap. nouimus, 27. §. ſi. De verb. ſignific.

ex Fructibus eorum cognoſcetis eos: intelligitur de manifeſtis, quæ non poſſunt bono animo fieri, vt ſtuprum, & ſimilia, cap 2. extra. De reg. iuris.

Fructus beneficiorum vacantium primi anni, poſſunt concedi aliqui, videlicet propter debitorum ſolutionem, cap. ſi propter. De reſcript. lib. 6.

4 Fructus beneficiorum vacantium primi anni vt applicentur alicui perſonæ ſingulari, rectè poteſt fieri ſtatuto, vel conſuetudine, ibid.

Fructus beneficij vacantis ſunt reſeruandi futuro ſucceſſori, gl. 1. poſt caſus poſitionem, ibid.

Fructus beneficiorum vacantium primi anni quando conceduntur alicui perſonæ ſingulari ex priuilegio, annus incipit à die vacationis vſque ad annum, & veniet quidquid beneficio obueniet, & ſeparatum fuerit à ſolo, & totum illud erit priuilegiati, gl. primi, ibid.

Fructus beneficiorum vacantium primi anni quando conceduntur alicui, intelligitur de beneficiis vacantibus morte, renunciatione, depoſitione, translatione, permutatione, vel alio quocumque modo, gl. vacabunt. ibid.

Fructus beneficiorum vacantium de iure conſeruari debent ſucceſſoribus futuris, vel in vtilitatem Eccleſiarum debent expendi, gl. ſpeciali ibid.

Fructus beneficiorum vacantium primi anni ſi à Papa conceduntur alicui ſpeciali gratia, is habebit in primo anno : ſed redditus ſecundi anni habebunt fabrica, & aliæ ſingulares perſonæ ſic priuilegiatæ. gl. ſi. ibid.

5 Fructuum beneficiorum appellatione comprehenduntur diſtributiones quotidianæ, cap. ſi. eod.

Fructus beneficiorum de iure communi tantum reſidentibus dari debent: conſuetudine tamen vel ſtatuto ſpeciali poteſt introduci contrarium, gl. fructibus, ibid.

Fructus omnis conſiſtit in reddittu, ſed non conuertitur: quia partus ancillæ eſt in redditu, ſed non in fructu, gloſ. redditus, in cap. generali, 13. De electione lib. 6.

Fructus Eccleſiæ vel beneficij recipiens, etiam iuſto titulo, tenetur ad reſtitutionem, ſi non gerebat in mente clericari, etiamſi obſeruabat vitam clericalem, cap. commiſſa, 35 §. cæterum. De electione, lib. 6.

Fructus beneficij perceptos non tenetur reſtituere ille, qui obtinuit beneficium animo clericandi, licet poſtea mutauerit voluntatem: intellige fructus perceptos ante mutatam voluntatem: ſed perceptos poſt mutatam tenetur reſtituere, gl. non intendens, ibid.

Fructus remanentes poſt mortem Prælati, vel tempore vacationis obuenientes, debent reſeruari futuro ſucceſſori, vel debent expendi in vtilitatem Eccleſiæ, cap. quia ſæpe, 40. De electione, lib, 6. & cap. ſi. De officio Ordinar. lib. 6.

Fructus obuenientes Eccleſiæ tempore vacationis beneficij, quòd applicentur alteri viui, quàm Eccleſiæ, poteſt conſuetudine introduci, cap. ſi. De officio Ordinar. lib. 6,

Fructus & redditus differunt inter ſe, clem. 1. De rebus Eccleſiæ non alien.

Fructus Eccleſiarum maiores percipiens regulariter tenetur ad onera omnia ſoluenda, clem 1. De cenſibus.

6 Fructus generali vocabulo dicuntur redditus, ſeu prouentus, gl declarauit, in d. clem. exiui, § licet.

Fructus hortorum vt inde ſuis temporibus pretium habeatur, appropinquat ad naturam prouentuum, ſed non eſt propriè prouentus, ibid.

in Fructu cedunt regulariter omnia, quæ ex terra naſcuntur: vel ipſa alimentantur, gl. fructus, in extrauag. ſuſcepti. Ioan. 22

Fructus præbendæ litigioſæ quòd numquam aſſignentur alicui, ſed per capitulum obtinenti ſententialem victoriam reſeruentur, in multis Eccleſiis ſtatuto cauetur: & illud innititur æquitati, gl. ius ad rem. in extrauag. ſedes Apoſtolica. De officio deleg inter communes,

Fructus quidam Eccleſiaſtici ita liberi ſunt, vt de illis ad placitum poſſit de iure teſtari: veluti de diſtributionibus quotidianis, quas clericus lucratur, gl. conſueuit, in extrauag ſuſcepti. Ne ſede vacante, inter communes.

Fructus beneficij non poſſunt capi pro delicto clerici: ſed debet clericus ſoluere pœnam de ſuo patrimonio, ſi habet, gl. recompenſat. in can. ſi ſeruus, diſt. 54.

Fructus prouenientes in e Eccleſiæ, vel ordinis, perceptos, vel percipiendos emens tempore, quo promouendus eſt ad Eccleſiam, vel ordinem, præſumitur emere Eccleſiam, vel ordinem: alio autem tempore, non eſt peccatum, gl. 1. in can. ſi quis obiecerit, 1. q. 3.

Fructus poſſeſſiones ſequeſtrari debent, cum poſſeſſor appellat, interim dum euentus cauſæ dubius eſt, cau. quoties poſt. 2. q. 6.

Fructus rei petitæ, etiam lite pendente, propter dubium litis euentum, ſequeſtrantur penes eum, qui habet, ibidem. 7

Fructus immobilium ſequeſtrantur, ſed mobilium deponuntur, niſi fructus immobilium conſiſterent in pecunia, ibidem.

Fructus ſequeſtrantur propter dubium litis euentum, quando poſſeſſor dilapidat fructus, gl. 1. ibidem.

Fructus pignoris creditor prius debet computare in vſuras, quàm in ſortem, gl. in ſortem, in can. 2. §. hoc ius porrectum, 10. q. 2.

Fructus omnes percepti ab eo tempore, quo eſt propoſitum interdictum, reſtitui debent, niſi in interdicto vnde vi, in quo veniunt omnes fructus percepti à tempore deiectionis, gl. ſi. in cau. non licet, 12. q. 2.

Fructus eſt gratior, quem ſpes productior edit. gl. 2. in can. inſtitutum, 27. q. 2.

Fructus diu ſpectatus eſt gratiſſimus, ibid.

Fructus veniunt in ſtipulatione, quando ſum ſtipulatus rem mihi dari, vacuamque poſſeſſionem tradi: ſed non veniunt in ſtipulatione, ſi ſim ſtipulatus, rem tantum mihi dari, gl. numquid, in can. ſic enim, §. tu autem, 28 q. 1.

Fructus beneficiorum lite pendente, apud perſonam à iudice eligendam debent deponi, extrau. cordi nobis. Pij Quinti.

ex Fructibus dignitatum, Canonicatuum, & officiorum tertia pars debet ſeparari, & in diſtributiones conuerti in Eccleſiis Cathedralibus, vel Collegiatis, in quibus nullæ ſunt, diſtributiones quotidianæ, vel ita tenues, vt veriſimiliter negligantur. Concil. Trident. ſſ. 21. De reform. cap. 3.

ex Fructibus omnium dignitatum, perſonatuum, & officiorum in Eccleſiis Cathedralibus vel Collegiatis exiſtentium, Epiſcopi poſſunt diuidere tertiam partem in diſtributiones eorum arbitrio aſſignandas: vt ſcilicet qui eas obtinent, ſi competens ſeruitium ibi iuxta formam ab Epiſcopo præſcriptam non impleuerint quolibet ſtatuto die, illius diei diſtributionem amittant. & fabricæ Eccleſiæ vel alteri pio loco applicetur. Concil. Trident. ſſ. 22. De reformat. cap. 3.

Reliqua in verbo, Beneficiatus. 4. 5. 6. 7 Beneficium, 48 49 50. Bonæ fidei. Decima, 14. 15. 16. Expenſæ. Scholaris. Reſeruatio.

FRVCTVARIVS tenetur ad ſarta tecta, gl. 2. in cap. 1. De Eccleſ. ædifican.

ex FRVMENTO puro naſcitur impurum, ſcilicet cum palca, gl. qui ab eo in can. ſi baptizata. De conſecra, diſt. 4

FRVSTVM ſine r. in vltima ſyllaba, dicitur pars carnis vel panis, gl. fruſta in extrauag. deteſtandæ. De ſepulturis. inter communes.

FVCATVS ſignificat tinctus, & coloratus, gl. fucatis, in clem. 1 De ſentent. excommunicat.

FVGA ſola non inducit confeſſionem delicti, cap. contumacia, 7 De hæreticis, lib. 6.

Fugiens inimicos ſi obuiauit clerico equitanti, à quo petiit equum, vt fugere poſſet: quem cum ille negaſſet, per vim abſtulit & poſtea remiſit, excommunicatus eſt propter illam iniectionem in clericum: non tamen propter id aliqua pœna debet puniri, gl. iniuria, in cap. ſi clericos De ſententia excommunicat. lib 6.

Fugiens de bello publico infamis eſt: hoc intellige de militibus, qui iam iurauerant ſe mortem non euitaturos pro Repub. & illi habebant ſtigmata, vel alia ſigna de aliquo colore, gloſ. exhorruit, in can. quod quidam, 57. 2. qu. 1.

Fugiens ab hoſtibus, eo animo, vt iterum ad eos redeat non habet poſtliminium, gl. redijt, in cap. conſtat, 22 2. q. 1.

Reliqua in verbo, Aufugiens. Seruus, 1. 7. 8. 9.

FVLMINARE verbum, denotat prolationem iniuſtæ excommunicationis, cap. 1. §. ſuperior. De ſentent. excommunic. lib. 6.

FVNDAMENTVM vbi deficit, nihil poteſt superædificari, gl. in rub. De conſtit. lib. 6.

Fundamento poſito, ponitur & ædificium, gl. in rub. De foro comp.

ſine Fundamento ſuperficies ædificari non poteſt, can. fundamenta, 17. De electione, lib. 6. gl. 2. cap. ſolicitudo, diſt. 52.

Fundamentum vbi Chriſtus non eſt, nullius boni operis ſuper ædificium eſt, can. cum Paulus, 26. 5. q. 1.

Fundamentum aliud nemo poteſt ponere præter id, quod poſitum eſt, quod eſt Chriſtus Ieſus, ibid.

Reliqua in verbo, Baſis.

FVNDANS ſuam intentionem ſuper conſuetudine debet illam probare, cap. fi. §. ideo. De officio. Archid.

Reliqua in verbo, Actor.

FVNDVS vnus ſi diuidatur, non vnus fundus, ſed duo erunt, gloſ. pen. in cap. tuæ fraternitatis, 20. De præbend.

Reliqua in verbo, Ager. Prædium.

FVNERALIA dicuntur illa, quæ cum funere deferuntur, gl. funeralibus, in clem. dudum, §. huiuſmodi. De ſepultur.

ex Funeralibus omnibus. & de quibuſcumque obuentionibus, ac relictis à defuncto ſepulto in locis Fratrum Prædicatorum, & Minorum, debetur canonica quarta portio Eccleſiæ parochiali, clemen. dudum, §. huiuſmodi. De ſepultur.

in Funeralium, & quorumcumque quarta canonica debita Eccleſiis parochialibus fratres non debent facere aliquam fraudem, & conueniri poſſunt de dolo, & in extremo iudicio reddituri ſunt rationem, ibid.

Funerandi ius pertinet ad Eccleſiam parochialem, cap. ex tranſmiſſa. De præſcript.

Funerandi ius conſiſtit in ſepulturis mortuorum, & exequiis, & oblationibus inde pertinentibus, gl. funerandi, ibid.

ſuper Funerandi iure priuilegiati, ſepelire poſſunt illos, qui apud eos eligunt ſepulturam, ſoluendo tamen Eccleſiæ parochiali canonicam portionem: ſed ſi alios ſepelierint, tenentur reſtituere quidquid occaſione funeris receperint, cap. in noſtra. De ſepultur.

Funerandi ius ſolus Papa concedit Eccleſiis regularibus, cap. 1. De pactis, lib. 6.

Funerandi ius poteſt præſcribi ſecundum leges, gl. tricennalis, in ſumma, 13 q. 2.

Funus ſi deferatur primo ad Eccleſiam parochialem, & ibi dicatur vna Miſſa; deinde illa completa, portetur ad Eccleſiam Fratrum Prædicatorum ſepeliendum, non minuetur quarta debita rectori propter obuentiones, quas percepit ſacerdos in Miſſa funeris, gl. intereſſe, in clem. dudum, §. huiuſmodi. De ſepult.

Reliqua in verbo, Sepultura, 57. 58. 59. Sepeliri. Quarta. Portio.

FVNICVLVS triplex difficile rumpitur, cap. 1. De treuga & pace.

Funiculus dicitur menſura quædam, qua diuidebatur hæreditas poſt funus defuncti, gl. & funiculus, in can. clericus qui, 12. q. 1.

1 FVR ſemper eſt in mora, gl. dumtaxat, in cap. niſi cum pridem, §. ſi propter. De renunciat. gl. 2. in reg. mora. De reg. iur. lib. 6.

Furis conditio non debet eſſe melior propter furti continuationem, gl. conſuetudinem, in cap. quinto. De conſuetud. & gl. pen. in cap. ſicut nobis, 28. De regular.

Fur ſemper eſt in mora: & quanto rem amplius contrectat, tanto grauius peccat, gl. celeriter, in cap. Matthæus, 33. De ſimonia.

Fur diurnus non occiditur ſine culpa, ſed nocturnus ſic, cap. ſi perfodiens. De homicidio.

Fur diurnus, ſi ſe telo defenderit, poteſt impunè occidi, ibid.

Fur & latro ſunt ſynonima, & æqualiter ſumuntur, cap. ſuſcepimus. & cap. tua nos, 19. § fi. eod.

Furibus & latronibus in furando & deprædando obeuntibus, ſacramenta Eccleſiaſtica ſunt deneganda: ſecus ſi in morte eos pœnituit, cap. 2. De furtibus.

Fur & latro puniuntur vt diuerſi, ibid.

2 Furem non indicans propter lucrum, quod ab eo conſequitur, reus eſt peccati, cap. pen. De furtis.

Fur occultus poteſt poſt reſtitutionem & pœnitentiam ad ſacros ordines promoueri, cap. fi. eod.

Furem indicare non tenetur quis, maximè vbi timetur de eius morte, gl. fi. in add. marg. in cap. pen. eod.

Fur manifeſtus, ſeu conuictus in iudicio de furto, non poteſt promoueri ad ordines ſine diſpenſatione, cap. fi. eod.

Fur à latrone differt. can. naſci, diſt. 56.

Furem indicare tenetur quis, gloſ. furtr, in can. quod quidam, §. ex his, 1. q. 1.

Fur & communicator differunt; quia communicator non poteſt eſſe manifeſtus, gl. autem, ibid.

Fures propriè dicuntur, qui de nocte furantur, can. cum deuotiſſimam, 12. q. 2.

Fur quandoque ad pœnam dupli, vel quadrupli conueniri debet, can. vnaquæque, §. fi. 13. q. 2.

Fures & raptores pœnitentiam debent admitti, licet fructum pœnitentiæ non conſequantur, in ſumma, & ibi gl. 1. & can. 1. 14. 46.

Fures & raptores ad veram pœnitentiam non poſſunt agere, niſi res alienas reddant, cum poſſint, ibid.

Fur poteſt verberari, ſi negat ſe habere, quod reddat: ſi tamen putatur habere, & Eccleſia pro talibus verberatis poteſt intercedere, d. can. 1. 14 q. 6.

Fur vel latro ſi ſit ſoluendo, licet res, quam abſtulerat, ſine culpa ſua periiſſet, tenetur reddere æſtimationem eius, & interim non poteſt agere pœnitentiam veram, ibidem.

Fures & raptores ſi pauperes ſunt, & non ſoluendo, ſemper ſunt verberandi pro debito, intellige ſi conueniantur ex maleficio, gl. cruciatus. ibid.

Fures & raptores qui ſoluendo non fuerint, etiamſi fuerint verberati pro debito, adhuc non ſunt liberati à debito, ſed à pœna: vnde ſi poſtea peruenerint ad pinguiorem fortunam, æquè poſſunt conueniri. ſicut ille, qui ex aliquo contractu eſt obligatus, gl. peccati, ibid.

Furem indicare nemo cogitur, gl. 2. in can. ſi quis per capillum, 22. q. 1.

Fur eſt quis ſecundum canones, eo ipſo quòd non intrat per oſtium: ſed ſecundum leges non eſt ſtatim fur, licet clàm intrauerit furandi cauſa, gl. 1. & ibi add. marg. in canon. tres perſonas, 23. q. 4

Fur nocturnus diſtinguitur à diurno: quia nocturni atrociores ſunt, & acerbius puniuntur, gl. diurnum, in can. aut facta. De pœnitent. diſt. 1.

Fur non eſt quis, etiamſi ad aliquem actum proceſſerit, gl. 1. in can. ſi quis non dicam, 36. q. 2.

Furem vel raptorem non facit neceſſitas, ſed voluntas, can. diſcipulos. De pœnitent. diſt. 5.

FVRANS liberum hominem, & poſtea eum vendens, conuictus condemnari debet pœna capitis: hæc tamen pœna ſecundum canones non imponitur, cap. 1. & ibi gl. 1. De furtis.

Furans ſeruum, & eum vendens, non tenetur pœna mortis, d. gl. 1.

Furans ex inopia aliter punitur, quàm qui ex cupiditate, can. fraternitas, 12. q. 2.

Furans partem tantùm acerui frumenti, licet videatur totum aceruum frumenti furari: non tamen tenetur furti, niſi pro parte ſublata, canon. vulgaris. De pœnitent. diſtinct. 1.

Furari intendens quandoque non committit furtum, gl. 1. in can. ſi quid inueniſſe, 14. q. 5.

Reliqua in verbo, Latro. Indicare. Raptor. Furtum. Sacrilegus. Sacrilegium. Inueniens. Occidere. Occidens.

FVRCA ſuſpenſus non debet de furca deponi ſine licentia iudicis; quam tamen petitam de facili debet concedere: & ſi fuiſſet pœnitens ſepeliatur, gl. pœnitentiæ, in clem. 1 De pœnitent. & remiſſio. 1

FVRIOSVS, ſeu mente alienatus teſtari non poteſt, etiam ad pias cauſas, cap. fi. & ibi gl. compotem. De ſucceſ. ab inteſt.

Furioſus ſemper præſumitur durare in furore, niſi probetur ſanæ mentis, d. gl. compotem.

Furioſus profitendo religionem non obligatur, niſi factus ſanæ mentis ratum habuerit. cap. ſicut tenor. De regular.

Furioſus non poteſt aliquo caſu ſe obligare, etiam Deo; cum nihil ſentiat, ibid.

Furioſus, etiam in benefaciendo, non præſumitur ſanæ mentis, ibid.

Furioſus non poteſt contrahere: quia non habet conſenſum, niſi dilucida interualla habeat, gl. 1. in cap. ex litteris. De ſponſalib.

Furioſus non poteſt matrimonium contrahere, cap. dilectus, 24. eod. & gl. fi. in cap. fi. De procurat. lib. 6.

Furioſus habens dilucida interualla tempore ſanæ mentis poteſt contrahere matrimonium, gl. fi. ibid. in d. cap. dilectus. De ſponſalib.

cum Furioſo ſi mulier contraxit matrimonium, ſi mulier conſenſit in eum, poſtquam reuerſus fuit ad ſanam mentem, & ipſe conſenſit, eſt matrimonium: vt ex nunc ex nouo conſenſu, ibid.

Furioſus retinet dignitatem, quam antea habebat; & etiam retinet filios in poteſtate, quos anteà habebat, d. cap. dilectus.

Furioſus & infans non tenentur, ſi damnum dederint: quia iudicium animi non habent, cap. fi. de iniur.

Furioſus irregularitatem non incurrit ex homicidio, clem. ſi furioſus. De homicidio. 2

Furioſus propriè non delinquit: quia delictum non fit ſine animo, gl. furioſus, ibid.

Furioſus ſiue continuo furore laboret, ſiue per interualla, quamdiu furit, pati poteſt iniuriam: ſed non poteſt facere, ibid.

per Furioſum factum perinde habetur, ac ſi caſu aliquo accidiſſet ſine facto perſonæ, ibid.

Furioſus ſi damnum dat, non tenetur Aquilia: ſed eſt perinde, ac ſi quadrupes feciſſet, vel tegula cecidiſſet, ibid.

Furioſus ſi hominem occiderit, non tenetur lege Cornelia: ſatis ergo ſuo furore punitur, ibid.

Furioſus

Furioſus ſicut non teſtatur, nec religionem profitetur, nec matrimonium contrahit, nec baptizat, nec baptiſmum recipit, niſi in caſu, de quo in cap. *maiores*, ita nec occidendo contrahit irregularitatem, ibid.

Furioſus in actu furoris delinquens non punitur, ibid.

Furioſus vel infans, aut dormiens, hominem occidens, vel mutilans, non incurrit irregularitatem, non ſolum quoad ordines ſuſceptos, ſed etiam ſuſcipiendos, nulla adhibita diſtinctione, an ſit diſpenſabilis, vel non, d. clem. ſi furioſus, & ibi gl. nullam.

3 Furioſus aliquo tempore non poteſt promoueri ad ordines, can. maritum, diſt. 33.

Furioſus habens dilucida interualla, ſi commiſerit delictum, potius præſumitur, quòd commiſerit in furore, quàm in ſana mente, gl. pe. in can. indicas, 3. q. 9.

Furioſum ſatis punit ipſe furor, gl. fi. ibid.

Furioſus an ſit delinquens, iudex debet diligentiſſimè inquirere: quia multi delinquentes fingunt furorem, vt ſic excuſentur, gl. fi. ibid.

Furioſus habens dilucida interualla poteſt renunciare beneficio, vel Epiſcopatui tempore ſanæ mentis, non tempore furoris: quoniam tunc non teneret facta renunciatio, can. quamuis, & ibi gl. 1. 7. q. 1.

Furioſus quod facit, idem eſt ac ſi caſu accidiſſet, gl. 1. in can. illud, 15 q. 1.

Furioſi dum ſunt in furore, ſi interfecerint aliquos, indiſtinctè non imputatur id eis: quia non ex voluntate, ſed impellente furore fecerunt, can. aliquos, & ibi gl. fi. 15. q. 1.

Furioſus delinquendo, ſatis ipſo furore punitur; ſi tamen reuerſus fuerit ad ſanam mentem, poteſt ei imponi pœnitentia ad cautelam, & ne diſciplina Eccleſiæ deſeratur, can. pe. & ibi gl. 1 & 2. 15. q. 1.

Furioſus indiſtinctè non tenetur de delicto commiſſo in furore, ſiue ſua culpa ſit perductus ad furorem, ſiue ſine ſua culpa, dd. reprobb. canon. d. pen. & ibi gloſ. 1. 15. q. 1

Furioſus non habet conſenſum, gl. 1. in can. neque furioſus. 32 q. 7

FVRIOSITAS attrahit mentem, vt diſcernere non poſſit ſubſtantiam veram rerum, can. ſicut hi, diſtinct. 47

FVROR ſuperueniens non tollit dignitatem, nec patriam poteſtatem. gl. fi. in cap. dilectus. De ſponſal.

Furoris tempore iuſtum putat eſſe quis quod facit, gl. calore, in can. ren. De conuerſ. coniugat.

Furorem & pietatem ex eodem facto vendicare non licet, gl. 1 in cap. 1 De magiſtris.

Furoris vel iræ tempore homo ſæpe facit, quod non licet, can. illa, 11. q. 3.

cum Furore nihil eſt agendum, can. cum apud, 11. q. 3.

Furor non eſt peccatum, ſed eſt pœna peccati: vt febris, & cæteræ paſſiones, quas propriè carnis paſſiones dicimus: quarum motus, id eſt illa quæ illis perturbantibus fiunt, nulli imputantur ad pœnam, can. illud, 15. q. 1.

Reliqua in verbo, Amens. Dormiens. Sana mente.

1 FVRTVM dicitur contrectatio fraudulofa rei alienæ, gl. furtum, in cap. dudum 54. De electione, gl. furtum, in cap. 2. De conſtit. lib. 6.

Furtum committit, qui rem alienam inuito domino contrectat, d. cap. dudum. & ibi gl. furtum.

Furtum vel rapinam non committit ille, qui rem alienam contrectauit, credens eſſe ſuam: vel dominum permiſſurum. d. gl. furtum.

Furtum committit ille, qui recipit fructus ex beneficio, quod iniuſtè adeptus eſt, etiamſi credat dominum beneficii permiſſurum: quia exigitur expreſſa diſpenſatio ſedis Apoſtolicæ. d. cap. dudum, & ibi gl. furtum.

Furtum non committitur propriè in re incorporali, neque in re immobili, ſed inuaſio dicitur: quandoque tamen dicitur furtum impropriè. ibid.

Furtum committitur etiam pro vna galina, gloſ. fi. in §. fi. proem. Decretalium.

Furtum quando committitur in paruis rebus, conſideratur affectus, & intentio committentis, ibid.

Furti condemnatus eſt infamia notatus, gl. 2. in cap. teſtimonium. 54 De teſtib.

Furtum committitur etiam in minima re: quia non furtum, ſed furantis affectus, vel animus conſideratur, gl. 1. in cap. de appellationibus, 11. De appellat.

Furti ſententia trahit ſecum ſuam infamiam, gl. cum executionem, in cap. paſtoralis, §. verum eod.

2 Furtum non committitur ſine affectu furandi, gl. 1. in cap. ex tua, 20 De ſimonia.

Furtum committenti ex magna neceſſitate non imponitur pœnitentia: quia in neceſſitate omnia ſunt communia, gl. 2. in cap. 3. De furtis.

Furti conſcius tenetur indicare furem: aliàs tenetur vt ipſe fur, & etiam poteſt excommunicari, cap. pen. eod.

de furto commiſſo licet quis ſatisfecerit: nihilominus pœnitentia eſt imponenda ei, cap. fi. eod.

Furtum commiſſum quando eſt occultum, & nulla infamia eſt orta contra furem, poteſt ille promoueri ad ordines poſt peractam pœnitentiam, & reſtitutionem factam, gl. fi. ibid.

pro Furto facto etiam alicui Eccleſiæ non licet conſulere diuinatores, ſeu ſortilegos: etiam ſi hoc fiat ſine inuocatione dæmonum. cap. 2. De ſortilegiis.

de Furto condemnatus, vel pactus, infamis eſt: & amplius non admittitur ad iurandum: ſed ei purgatio indicitur, cap. 1. & ibi gl. in furto. De purgat. cano.

in Furto, periurio, vel falſo teſtimonio deprehenſus non admittitur ad iurandum pro purgatione ſua: ſed ei indicitur purgatio, d. cap. 1.

Furtum committitur ope & conſilio, gl. 2. in cap. fi. De iniuriis.

Furti non tenetur, quis etiam ſi intrauerit domum animo furandi: tenetur tamen iniuriarum, vel de vi, ſi vim intulit, gl. ipſo facto, in clem. ne in agro, §. quia vero. De ſtatu Monachor. 3

Furtum, & ſacrilegium non priuant Prælatum ipſo iure dignitate ſua, ſicut dicitur de Iuda, can. ſecundum, diſt. 19.

Furti tenetur, etiam ſacci nomine, ille, qui ſurripuit ſaccum habentem pecuniam, can. qui ſaccum, diſt. 50.

Furtum ſui ipſius dicitur committere ratione acceſſionis, d. can qui ſaccum, & ibi gl. 1.

de Furto licet quis teneatur, non tamen tenetur de his, quæ ſequuntur ex furto, gl. culpabilis, in can. quantum, diſt. 50.

Furtum ſui ipſius dicitur committere ſeruus, ſuſcipiendo ordines ignorante domino, gloſſ. 2. in canon. ſi ſeruus, diſt. 54.

Furtum, & fornicatio ſimplex veteri teſtamento non puniebantur morte: iſta tamen repellunt quem à promotione ordinum, gl. fi. in can. multos diſt. 54.

Furti vitium poteſt purgari re apud furem manente, gl. fi. in can. ordinationes, 1. q. 1.

Furta ſi fiunt in Monaſterio, Monachi debent ſe purgare ſumendo corpus Chriſti per manus Abbatis dicentis, *Corpus Domini noſtri Ieſu Chriſti ſit tibi hodie ad probationem*; ſed hodie hoc derogatum eſt, can. ſæpe, & ibi gl. fi. 2 q. 5.

Furtum facere non dicitur ille, qui credit id placere domino, gl. pe. in can. ſi. 9 q. 2.

Furtum eſt amico capere: ſed fraudare Eccleſiam, ſacrilegium, can. gloria, 12. q. 2. 4

Furtum committit, qui rapit, vel furatur aliquid diuiti, vt det pauperi: licet videatur, quòd non adſit animus lucrandi: quia ſpecies lucri eſt, ex alieno largiri, gl. 1. in can. forte, 14. q. 5.

Furtum committit, qui inuentum non reddit, can. ſi quid iniuſtè, 14. q. 5.

Furti nomine omnis illicita vſurpatio rei alienæ intelligitur, in præcepto decalogi, can. dixit dominus, & can. pœnale, 15. q. 4.

Furtum eſt pars rapinæ, eo modo quo genus eſt par ſpeciei: rapina enim eſt ſpecies furti, gl. fi. ibid.

Furtum ita committitur in re parua, ſicut in magna: & magis attenditur mens furantis, quàm quantitas rei ablatæ, can. ſi. 14. q. 6.

de Furto poteſt agi etiam pro minima re, licet actio de dolo non detur pro minima re, gl. 2. ibid.

Furtum, vel ſacrilegium committens in Eccleſia non gaudet immunitate Eccleſiaſtica, & ita eum non debet defendere Eccleſia, cum in eam deliquerit, gl. 2. in. can. frater, 17. q. 4.

Furtum non committitur, ſi domino placet: licet is credat, inuito domino ſe rem eius tractare, gl. fi. can. is autem, 22. q. 2.

Furta debet rex cohibere, adulteria punire, can. rex debet, 23. q. 5.

Furtum committitur ſæpe, licet furti actio non naſcatur: & è contra agitur furti quandoque, licet furtum non committatur, gl. ſed verum, in can. vulgaris. De pœnit. diſt. 2.

Furti manifeſti pœna eſt quadruplum; non manifeſti, duplum, gl. manifeſta, in can. aut facta. De pœnitent. diſt. 1.

Furti vitium purgatur, re furtiua remanente penes furem de voluntate domini, gl. nequeat, in cap. poſt tranſlationem, §. rurſus. De renunciatione.

Furti tenentur illi, qui ſolo timore non furantur, quoad Deum, & forum conſcientiæ tantùm: ſed non quoad homines, canon. ſi præterea, & ibi gloſſ. fin. De pœnitent. diſt 2. 5

Furtum ſolo animo non committitur ſecundum leges, ibid.

Furti actione tenetur quis quandoque, licet ſubtilitate iuris furtum non committat, gl. fi. in ſumma, 34 q. 1.

Furtum poteſt quis committere in re propria, gl. 1. can. lex illa, 36. q. 1.

Inter Furtum, & furtum eſt differentia: non tamen quin furtum ſpicæ committatur propter neceſſitatem famis: ſed non committitur quoad pœnam, gl. 2. in can. diſcipulos. De conſecrat. diſt. 5.

Furta

Furta non ſunt facienda etiam voluntate paſcendi pauperes ſanctos, can. ſic non ſunt, 32. q 4.

Furti tenetur, qui ſcalam, vel ferrum, vel aliud auxilium præſtat furi, gl. fi. in can. qui aliorum, 24 q 3.

Furti non tenetur ille, qui iniurioſè, vel libidinis cauſa, inimici, vel mulieris fregerit oſtia; etſi fures), non ab eo inducti, poſtea res aſportent, gl. 1. in reg. non imputari, 41. De regul. iur. lib. 6.

Reliqua in verbo, Actio, n. 3. Contrectans. Fur. Sacrilegium. Inueniens.

FVRTIVVS miles dicitur, qui latenter moratur in aliquo loco extra caſtra exercendo maleſactum, & cito reuertitur, gl. emanſorem, in can. aut facta. De pœnitent. diſt. 1.

Reliqua in verbo, Furtum. 4.

FVSTIBVS cæſus, licet non ſit infamis, ad honores non debet admitti, gl. reſtitutio, in cap. 2. De ordin. cognit.

FVTVRVM an bonum vel malum contingat noſcere, non eſt humanæ naturæ, gl. obuiare in extrauag. ſi fratrum. Ioan. 22

Futura præſcire ſolius Dei eſt, ib. & gl. humani in extrauag. quia in futurorum. Ioan. 22. in ſumma, 26 q. 5.

Futura præcauenda ſunt, prout poſſunt, ibid. & gl. cauere, in cap. fi. De reſcript. lib. 6.

ad Futurorum malorum cautelam aliquid faciendum atque ſtatuendum eſt, gl. 1. in cap. licet de vitanda, 6. De electione, gl. 2. in cap. cum deſideres, 15. De ſentent. excommunic.

Futura, quæ infirmari poſſunt, ſunt præcauenda, cap. 1. & ibi gl. fi. De ſeruis non ordin.

Futuri temporis tractus ad iudicem non ſpectat, quando tempus non iudicat certum, quod eſt de futuro euenturum: ſecus, ſi tempus iudicat certum, quod eſt euenturum, gl. facies, in cap. tuæ. De procuratoribus.

Futuris caſibus prudenter occurrere debemus, cap. ſignificauit, 41. & ibi gl. 1. De teſtibus.

ad Futurorum cautelam recipiuntur teſtes, licet quæſtio non moueatur: intellige facta denunciatione perſonis illis, quarum intereſt teſtes non recipi, cap. Albericus, 43. & ibi gl. fi. eod.

Futurum præſumitur ex præterito, vel præſenti, clem. 1. De reliquijs, & vener. ſanct. gl. ex iam expertis, in extrauag. quorumdam. Ioan. 22.

ex Futuris præſumitur circa præterita, gl. cum vero, in clem. exiui. §. enim vero. De verb. ſign.

de Futuris diuinare certitudinaliter non poteſt: neque beatus Paulus, licet Spiritu Dei repletus, ſecreta diuini futuri iudicij agnoſcere potuit, gl. humani, in extrauag. quia in futurorum. Ioan. 2.

Futura in malum præcauenda ſunt, gl. obeſſe, in extrauag. ad conditorem. Ioann 22.

de Futuris nemo eſt certus, gl. expectant, in extrauag. execrabilis. De præbend. inter communes.

Futurum quandoque ponitur pro præſente, gl. docuit, in can. ponderet, diſt 50.

Futurum quandoque ponitur pro præterito, gl. pen. in can. fraternitatem, diſt. 54.

Futuris caſibus debemus occurrere, gloſ. 2. in can. habebat, 12. q 1.

Futura prædicare ex dæmonum conſultationibus eſt quoddam genus culturæ idolorum, in ſumma, 26. q. 5.

Futura omnia ſunt Deo præſentia, gl. prohibitus, in can. 1. De conſecrat. diſt. 2.

Reliqua in verbo, Diuinare. Magi. Auguria. Sortes. Aſtrologi. Præterita. Tempus.

G

GAZOPHYLACIVM dicitur arca vel locus, in quo reponuntur oblationes, gl. 2 in can. 2. diſt. 90.

GALLIA eſt triplex: ſcilicet Brachata, Togata, & Comata, gl. 1. in can. in Galliarum, 25. q. 2

Galliæ ciuitates & terræ non poſſunt interdicto ſubiici, ſine ſedis Apoſtolicæ mandato, extrauag. cum ſicut ex parte. Alexand. 4.

GALENVS vir doctiſſimus interpres fuit Hippocratis, can. ne tales. De conſecrat. diſt. 5.

GEMMAE ſunt nodi virgarum, vnde rami & flores erumpunt, gl. vel gemmis, in can. nunquam, 35. De conſecrat. diſt. 5.

Reliqua in verbo, Aurum.

GENEALOGIAM vnuſquiſque præſumitur ſcire cum teſtibus, & chartis: tum etiam ex recitatione maiorum quiſque ſcire laborat, cap. 3. Qui matrimonium accuſare poſſunt.

GENERALITAS nimia reprobatur, gl. 2. in cap. ad hæc ſumus. De reſcript. & gl. pen. in cap. fi. eod.

Generalitas parit obſcuritatem, d. gl. pen. in d. cap. fi. & gl. 1. in can 2. De libelli oblat. can. 1. 6. q. 3.

GENERALIS clauſula, *quidam alij &c.* reſtringitur ad 1
tres, vel quatuor, gl. effrænatam, in cap. ſedes Apoſtolica. De reſcript.

in Generali ſermone perſona loquens non comprehenditur, gl. 1. in cap. cum in iure, 33. De electione, gloſ. fi. in cap. petitio, 21. De iureiuran.

Generalis diſpoſitio quoad verba, quæ in indiuiduo vno tantum poteſt verificari, non habetur pro generali, ſed pro ſpeciali, gl. fi. in cap. ex parte, 12. De officio deleg.

in Generali delegatione Papæ non veniunt ea, quæ ſibi ſpecialiter reſeruauit, cap. quod tranſlationem, & ibi gl. reſeruauit. De officio legati.

in Generali commiſſione non transferuntur quæ ſunt quaſi meri imperij, ibid.

Generali adminiſtratione & libera conceſſa, non conceditur poteſtas alienandi, & donandi, ibid.

in Generali promiſſione non veniunt ea, quæ ſpecialiter quis non concederet, ibid.

Generalis loquutio reſtringitur, vbi ex ipſius generalitate reſultaret abſurditas, ſeu legum contrarietas, cap. 4. & ibi gl. fi. De teſtib.

Generale dictum non ſemper generaliter intelligitur: quod procedit, quando non eſt eadem ratio omnium contentorum ſub genere: aliàs ſecus, cap. ad noſtram, & ibi gl. pe. & fi. De iureiur.

Generale verbum ſæpe reſtringitur, gloſ. fi. in cap. ſua nobis, 65 De appellat.

in Generali ſermone perſona loquentis intelligitur excepta, gl. 2. in cap. ex parte. De clericis non reſiden.

Generaliter dictum nulli dicitur dictum, gl. ad neutros, in 2
cap. ex multa, 9. De voto.

in Generali remiſſione non veniunt ea, quæ in ſpeciali non remittuntur, gloſ. 3. in cap. cum venerabilis. De cenſibus.

Generaliter dictum generaliter intelligendum eſt, niſi conſtet teſtatorem, vel contrahentem aliter intellexiſſe de quibuſdam; vel niſi textus non patiatur, gl. pe. in cap. 2. De coniugio leproſor. can. ſi Romanorum, §. dicendo, diſtinct. 29.

in Generali ſermone vel promiſſione multa excipiuntur, & non veniunt etiam ea, quæ quis ſpecialiter non dediſſet, gloſ. facturus, in cap. cum iuramento, 4 De homicidio.

Generali conceſſione non conceditur, quod quis ſpecialiter non fuiſſet conceſſurus, gl. fi. in cap. paſtoralis, 19. De priuilegiis.

Generalibus verbis non includitur id, quod quis veriſimiliter ſpecialiter non dixiſſet, cap. fin. De officio vicar. lib. 6.

Generalis clauſula adiecta certis caſibus ſpecialibus facit diſpoſitionem generalem extendi ad alios caſus ſpeciales non expreſſos, etiamſi requireretur expreſſio, cap. qui ad agendum, §. ſed ſi. De procuratoribus, lib. 6.

Generalis via vbi contineret ſpecialem viam actu, & à ſpeciali quis eſſet excluſus, per conſequens, & à generali eſſet excluſus, gl. 2. & pe. in add. in cap. 2. De reſtitut. in integr. lib. 6.

Generali loquutione non veniunt illa, quæ excedunt alia in maiori honore, cap. quamuis. De præbend. lib. 6.

in Generali legatione non tranſeunt dationes coadiutorum 3
Epiſcopis, & alia quæ ſunt de cauſis maioribus, niſi ſpeciali authoritate, & mandato domini Papæ concedantur, gl. tantummodo, in cap. 1. De clerico ægrot. lib. 6.

Generalis diſpoſitio poſita poſt enumerationem alicuius ſpeciei, includit etiam alias ſpecies ſeparatas, cap. accuſatus, §. cum vero. De hæret. lib. 6

Generalis tranſactio reſtringitur ad id, de quo ſpecialiter dictum erat, gl. iudicari, ibid.

Generalis non obſtantia ſufficit, quando obſtacula tolluntur per viam legis: ſecus videtur, ſi per viam reſcripti, cap. vt officium, §. denique, eod.

in Generali mandato inquiſitionis hæreſis, vel aliorum criminum, non venit poteſtas inquirendi contra Epiſcopos, cap. inquiſitores, eod.

Generalis mandati virtute, quòd quis non poteſt expedire, poterit, ſi ſibi expreſsè committatur, ibid.

in Generali mandato non videtur mandatum, quod mandatarius ſpecialiter mandaturus non fuiſſet, gloſ. figura, in cap. ſtatuta, eod.

Generalis diſpoſitio directa contra certum genus perſonarum, non includit perſonas Eccleſiaſticas illius generis: quando fit in materia odioſa, & legi contraria, cap. 1. De iniuriis, lib. 6.

in Generali conceſſione non veniunt ea, quæ quis veriſimiliter in ſpecie non eſſet conceſſurus, reg. in generali, 81. 4
De reg. iuris, lib. 6.

Generalis obligatio non comprehendit vxorem, & liberos, gl. 1. in add. marg. ibid.

ſub Generali clauſula, quod dicitur regulariter non venire maiora expreſſis, habet locum in reſcriptis, & in materia reſcripto-

reſcriptorum: ſed non in materia procurationis, vbi lata ſit interpretatio, & per conſequens comprehenduntur maiora expreſſis, clemen. 2. & ibi gloſ. maiora. De procurat.

Generalis clauſula in materia reſcriptorum reſtringitur ad metas qualitatis ſpecierum præcedentium, ſeu præcedentes enumeratarum, d. gl. maiora.

Generalis clauſula in materia larga, vt in materia procurationis, regulariter comprehendit etiam maiora expreſſis: fallit, quando ſub clauſula generali quis agit comprehendere caſus ſpeciale mandatum requirentes, tunc cenſetur materia ſtricta: & ideo non comprehenduntur maiora expreſſis ſub illa generalitate, etiamſi præcederet enumeratio ſpecierum requirentium ſpeciale mandatum, d. clem. 2. & ibi gl. maiora.

Generalia verba comprehendunt etiam perſonas conſtitutas in dignitate Eccleſiaſtica, vel ſeculari, etiam regali, vel Imperiali, clemen. 1. & ibi gl. quibuſcumque. De iudiciis.

5 in Generali conceſſione non tranſeunt ea, quæ quis non eſſet in ſpecie veriſimiliter permiſſurus, gloſ. nihil aliud, in extrau. quia quorumdam, Ioan. 22.

Generale verbum omnia debet comprehendere, gl. dicendo, in can. ſi Romanorum, §. dicendo, diſt. 19.

Generalis petitio plus valet, & etiam generalis quæſtio, quàm ſpecialis, gloſ. plus in canon. quamquam, diſt. 23.

Generalis correctio plus valet, quàm ſpecialis, quando multitudo eſt in cauſa, ibid.

ex Generali ſermone expreſſo per verba ſecundæ perſonæ, non includitur perſona loquens: ſecus ſi exprimatur per verba primæ perſonæ, can. vnus ex vobis, 2. q. 1.

Generalia verba Apoſtoli poſſunt arctari, & interpretari, gl. regula, in can. Paulus, 2 q. 7.

Generale verbum generaliter intelligendum eſt, gl. & coniuges, in can. dilectiſſimis, 12 q. 1.

Generalis ſermo non debet intelligi generaliter, gl. diuinis, in can. ſi. 16. q. 1.

in Generali ſermone non includitur ipſa perſona, de qua fit ſermo, vel ad quam fit ſermo, gl. & nulli, in canon. primum, 22. q 2.

in Generali ſermone non intelligitur excepta perſona, ad quam loquitur, gl. exceptus, in can. ſi non licet, 23. q 5.

Generalibus miniſtris ordinis ſancti Franciſci de Obſeruantia durat facultas in inſtituendis officialibus, vſque ad generalis capituli celebrationem, extrauagant. Beatus Chriſti Saluatoris. Pii Quinti.

Generaliter dictum, vel poſitum generaliter intelligendum eſt, gl. legatorum, in can. ſtatutum, 11. De reſcript. lib. 6. gloſ. Abbates, in extrauag. vas electionis. De cenſibus.

Generaliter poſitum verbum in generali conceſſione reſtringitur, gloſ. 1. in reg. in generali, 81. De regulis iuris, lib. 6

Generaliter dictum, & prolatum verbum non omnia particularia comprehendit, gl. omnia, in can. ecce, diſtinct. 95.

Reliqua in verbo, Clauſula, num. 1. 2 3. 7. 8 9.
Delegatio. Mandatum, 16. vſque 19.
Gratia, 2 Mentio. Specialis.
Obligatio, 1. 2. 4
Officialis, 2.

1 GENETHLIACI appellati ſunt propter natalitiorum conſiderationes dierum, genetes hominum per duodecim ſigna cœli deſcribunt, ſyderumque curſus, naſcentium mores, actus, & euentus prædicare conantur: id eſt, quis quali ſigno fuerit natus, aut quem effectum vitæ habeat: & hi vocantur etiam Mathematici, can. 1. 26. q. 3. & 4.

GENITIVVS poſitus ita, *terra eſt Regis Franciæ*, verificatur non ſolum quoad proprietatem: ſed etiam quoad iuriſdictionem, gloſ. terram, in cap. 2. De poſtul. Prælator. cap. ſane. De officio deleg.

Genitiuus ſum denotat poſſeſſionem & iuriſdictionem, cap. nouit. De officio deleg.

GENVVM flexio non debet fieri diebus Dominicis, & aliis præcipuis feſtiuitatibus, nec inter Paſcha & Pentecoſten, niſi quis velit id facere in ſecreto ex deuotione, cap. 2 § diebus. De feriis.

Genuum flexio poteſt fieri in conſecratione Epiſcoporum, & in clericorum ordinationibus, ſecundum quod conſecrationis modus requirit. ibid.

GENVS ſequens enumerationem ſpecierum reſtringitur ad ſpecies pares expreſſis, cap. Sedes Apoſtolica. De reſcript.

Generi per ſpeciem derogatur, cap. 2. eod. & cap. quamuis, 18. De præbend. lib. 6. reg. generi, 34. De reg. iur. lib. 6. fallit in priuilegiis, & cum genus refertur ad vnicam tantum rem, & cum ſpeciales litteræ non exhibentur re integra, gl. 1. in d. reg. generi.

in Genere licitum eſt aliquid, quod non licet in ſpecie: & è conuerſo, niſi deſcendus ad ſpecialia, vel generalitas occaſionem mali inducat, gl. nominatim, in cap. 2. De officio ordinar.

de Genere alicuius dicere, idem eſt, quod dicere de deſcendentibus, cap. nouit. verſ. non igitur. De iudiciis.

Genus, quod non poteſt impleri in vno de indiuiduis, implebitur in alio, cap. ei cui, 29. De præbend. lib. 6.

in Genere quod non valet, valet in ſpecie; & ſic quod non licet in genere, licet in ſpecie, gl. 1. in cap. 2. De appellat.

Genus facilius patitur debilitatem, vel anihilationem, quàm ſpecies: quia genera ſunt intelligenda ciuiliter, gl. non poteſt, in add. in cap. is, cui, 29. De præbend. lib. 6.

Genus non valet tantum quoad ſpeciem, quantum ſpecies, gl. pe. in cap. ſi Abbatem, 36. §. fi. & gl. ſpeciale, in cap. procurator, 38. De elect. lib. 6. & gloſ. generaliter, in cap. licet. De officio vicarii, lib. 6. gl. non debet, in cap. qui ad agendum, §. ſed ſi. De procuratoribus. lib. 6. gl. 2. in reg. generi, lib. 6.

Genus non includit quamlibet ſpeciem comprehenſam ſub illo, quando eſt dare aliquam rationem, quare non includatur, cap. fin. & ibi add. marg. De officio vicarii, lib. 6.

Genus & ſpecies quandoque pariſicantur, interdum differunt, gl. ſpecie, in cap. pe. §. prohibemus. De officio legati, lib. 6

in Genere prohibens non videtur prohibere quamlibet ſpeciem generis, cap. quia plerique. De officio ordin. lib. 6.

Genus non includit niſi licita, gl. fi. in add. in cap. 2. De iureiuran. lib. 6.

in Genere aliquid proponere non ſufficit, quando quælibet ſpecies generis illum non ſequitur effectum, ad quem proponitur: ſecus quando quælibet ſpecies generis ſufficit, gl. ſpeciem, in cap. 2. §. ſi quis. De exceptio. lib. 6. 2

in Genere legatis nummis debentur nummi minimi, gl. 2. in reg. in obſcuris, 30. De reg. iur. lib. 6.

in Genere legato homine, vel promiſſo, debetur mediocris: & idem in artificijs: ſed in quantitatibus inſpicimus, quod minimum eſt, ibid.

Generi per ſpeciem licet derogetur: tamen ſpecie ſub genere bene continetur, gloſ. 2. in reg. generi. De reg. iur. lib. 6.

Genus tantum valet quoad omnia, quantum ſpecies quoad ſpecialiſſima, gloſ. veriſimiliter, in reg. in generali, 81. eodem.

in Genere expreſſio non ſufficit, vbi ius arctat aliquem ad ſingularem expreſſionem facti, niſi circumſtantiæ ſpecificæ exprimantur, clem. conſtitutionem, 4. De elect.

Genus ſubſequens reſtringitur ad quantitatem ſpecierum præcedentium enumeratarum, d. clem. 2. & ibi gl. fi.

Genus quandoque non tantum operatur, quantum ſpecies, clem. dudum, & ibi gl. ſpecialiter, De iudicijs, clem. 2. & ibi gl. fi. De præbend.

Generis eiuſdem omnia eodem iure cenſentur, gl. negantur, in can. illud, diſt. 95.

Reliqua in verbo, Mandatum, 16.
vſque 19. Species.

GEOMETRIA, Arithmetica, & Muſica non ſunt ſcientiæ, per quas quis inducatur ad opera pietatis, videlicet ad dilectionem Dei & proximi, can. ſi quis, diſt. 37.

GERERE per ſe vel per alium paria ſunt, cap. pen. De ſentent. excommunic. lib. 6.

Gerere videtur, qui minimam partem de hæreditate attigerat, gl. gerere, in cap. auaritia. De elect. lib. 6.

Gerere dicitur in iudicio, & etiam extra, ibid.

Gerens nomine meo, ſi condemnatus ſit, ac ſatisfecit ſententiæ: non agitur contra me ratum habentem ad intereſſe, ſed bene ad pœnam, gl. 2. in reg. ratihabitionem, 10. De reg. iur. lib. 6.

Reliqua in verbo, Facere.

GERMANI dicuntur Theutonici, qui ſunt verum germen, vel verè nobiles, gloſ. 2. in can. quorumdam, diſt. 34.

GERONTOCOMIVM eſt locus, vbi ſenes, & valetudinarij, & propter ſenectutem infirmi homines curantur, gl. xenones, in can. in qualibet, 23. q. 8.

GESTA poſt, & contra appellationem extraiudicialem ſunt irritanda, cap. cum nobis, 19. & ibi gloſ. 2. De elect.

Geſta ab intruſo in vtilitatem Eccleſiæ valent: ſed non ea, quæ in præiudicium Eccleſiæ geſſit, gloſ. fi. in fi. in cap. nihil eſt, eod.

Geſta à non ſuo iudice ſunt nulla, cap. licet. De officio legat.

Geſta omnia contra ea, quæ diſpoſita ſunt in cap. *ſtatutum*, ſunt ipſo iure nulla, cap. ſtatutum, §. fin. De reſcript. lib. 6.

inter Geſta & facta licet videatur eſſe quædam ſubtilis differentia: attamen inter factum & geſtum nihil intereſt, gl. gerere, in cap. auaritiæ. De electione, lib. 6.

Geſta per inhabilem à ſubditis tolerata non valent, quando illa toletantia à ſuperiore eſt reprobata, cap. fundamenta, §. quod ſi ſecus, eod.
Geſta iudicialiter per gerentem vices alterius, vno excommunicato manente, non valent: quod intellige, quando gerit prætextu iuriſdictionis domini: ſecus ſi prætextu iuriſdictionis alterius, cap. 1. De officio vicarij, lib. 6.
Geſtum ſine mandato alterius non obligat illum, cuius nomine geritur, niſi aliud interueniat, cap. pe. De ſententia excommun. lib. 6.
Geſtum meo nomine poteſt eſſe dupliciter: vno modo ſcilicet vocaliter, & alio realiter ad mei præiudicium: vt cum filius meus mutuum contrahit ſine meo aſſenſu, ſit in mei præiudicium, & hoc poſſum ratum habere, ſcilicet in mei præiudicium, gl. 1. in reg. ratum. De reg. iuris, lib. 6
Geſtum nomine meo intra certum tempus, intra quod tenebar facere, debeo intra illud tempus ratificare: aliàs ratihabitio non prodeſſet, gl. 1. in reg. ratihabitionem, 10. De reg. iuris, lib. 6.
Geſta, & facta inter ſe nihil differunt: propriè tamen geſtum ſine verbis dicitur, licet per interpretationem largius ſumatur, gl. geſta, in extrauag. cum inter nonnullos. Ioan. 22.

Reliqua in verbo, Factum. Metus.

GIEZI fuit primus, qui in veteri teſtamento ſimoniam inuenit, vnde fuit lepra percuſſus, gl. ſi. in cap. cum in Eccleſiæ. De ſimonia, & gl. ſi. in can. quam periculoſum. 7. q. 1.

Reliqua in verbo, Simoniacus, 4.

GLADIVS ſpiritualis idem eſt, quod cenſura, gl. Eccleſiaſtico, in cap. dilecto. De ſententia excommunicat. lib. 6.
Gladij ſeu poteſtates temporalis, & ſpiritualis, diuiſæ fuerunt poſt aduentum Chriſti: quod intellige de executione gladij temporalis in modum iuſtitiæ, gl. ſi. ibid.
Gladio temporali non eſt vtendum, niſi præmiſſo ſpirituali, cap. cum non ab homine. De iudicijs.
Gladii poteſtas eſt permiſſa à Deo, propter vindictam noxiorum, gloſſ. non reſiſtit, in extrauag. ſi fratrum, Ioan. 22.
Gladii poteſtas cum timetur, & mali coercentur, & boni inter malos quietè viuunt, ibid.
Gladium accipiens gladio peribit, can. tres perſonas, 23. q. 4.
Gladium accipere dicitur ille, qui nulla ſuperiori ac legitima poteſtate, vel iubente, vel concedente, in ſanguinem alicuius armatur, can. ille gladium, 23. q. 4.
Gladii poteſtas habentur tantum à principe, gl. 2. ibid.

Reliqua in verbo, Clauis. Spiritualis. Ditio. Epiſcopus, 83. vſque 98. Poteſtas.

GLORIA Patri, & Filio, & Spiritui ſancto, in fine cuiuſque pſalmi, & alibi ſunt inducta, & inſtituta, vt dicatur ad honorem ſanctiſſimæ Trinitatis, cap. 2. §. ſi. De feriis.
Gloriam, & laudem humanam licitum eſt deſiderare, & ea frui, can. inter verba, 11. q. 3.
Gloriam æternam ſecuram conſequuntur tria hominum genera: ſcilicet qui à baptiſmo ſtatim moriuntur, & qui à baptiſmo ſemper vixerunt innocentes; & qui poſt baptiſmum pœnitentiam egerunt: intellige non ſecuritate, quam ſcientia parit, ſed quam fides, & credulitas præſtat. cau. ſi quis autem, De pœnitent. diſt. 7.
Gloria in excelſis Deo, & in terra pax hominibus bona voluntatis: hæc verba fuerunt dicta ab Angelo, reliqua addidit D. Hilarius, gl. pe. in can. nocte. De conſecrat. diſt. 1.
ad Gloriam tot aſcendent, quot ceciderunt, & non plures, gl. ſui, in can. in duo. De conſec. diſt. 1.
Gloriari in peccato eſt deteſtabile, gl. gloriari, in cap. quia quorumdam, Ioan 22.

Reliqua in verbo, Beatitudo.

GLOSSAS Ioannis gloſſatoris Decreti, ſuppleuit in multis Bartholomæus Brixienſis, gloſſ. 1. in princip. Decreti.
GOLIARDI verbum eſt vulgare Gallorum, dicti à gula: ſolent enim eſſe guloſi, & lecatores, gl. goliardos, & ibi add. in cap. 1. De vita, & honeſtat. lib. 6.

Reliqua in verbo. Ingluuies

1 GRADVS is cæteros antecedit, quem labor prolixior, vel ſtipendia meliora fecerint anteire, gl. digniores, in cap. cum dilectus, 32. De electione, & gl. 2. in cap. ſtatuimus. De maior. & obedient. gl. 1. in cap. ne. De præſumpt. gl. 1. in can. Epiſcopos, diſt. 17. & gl. pe. in can. ſi officia, diſt. 59. & gl. ſi. in can. Vulteranæ, 12. q. 2.
Gradum, & honorem illum debet quilibet retinere, quem ex conſuetudine priſtinæ conditionis meruit, gl. ſi. in cap. ex parte. De conceſſ. præben.
in Gradibus computandis inter collaterales, quoto gradu diſtat alter ab ſtipite, tanto diſtat a quolibet deſcendentium per aliam lineam ab eodem ſtipite, quando collaterales ſunt in linea æquali, cap. quod dilectio. De conſang. & affinit.
in Gradibus computandis inter collaterales in linea inæquali, quoto gradu remotior diſtat a communi ſtipite, tanto diſtant inter ſe, ſecundum canones: ſed ſecundum leges, quot ſunt perſonæ, ſtipite dempto, tot ſunt gradus, d. cap. quod dilectio, & in arbore conſanguin. 35. q. 5.
Gradus remotus magis conſideratur, quàm propinquior, quoad matrimonium contrahendum: vnde vnus coniugum diſtans à communi ſtipite in quarto gradu, & alter in quinto, poſſunt copulari, cap. ſi. De conſang. & affin.
in Gradibus computandis regulæ arboris ſunt authenticæ, d. cap. ſi. & ibi gl. pen.
in Graduum conſanguinitatis computatione, in linea recta aſcendentium, & deſcendentium, regula prima eſt: quot ſunt perſonæ, de quibus quæritur, computatis intermediis vna dempta, tot ſunt gradus inter eas, reg. 1. in arbore conſang. 35. q. 5.
in Graduum computatione in linea collaterali æquali, regula eſt, quoto gradu quis diſtat à communi ſtipite, tanto diſtant inter ſe, vel ſibi attinent: ſed in collaterali inæquali, quoto gradu remotior diſtat à communi ſtipite, tanto diſtant inter ſe, ibid.
in Graduum conſanguinitatis computatione ſecundum ius 2
ciuile, in linea collaterali æquali, regula eſt: quoto gradu quis diſtat à communi ſtipite, toto duplicato diſtant inter ſe, vel ſibi attinent: ſed collateralium in linea inæquali quot ſunt perſonæ, ſtipite dempto, tot ſunt gradus, ibid.
Gradus ſecundus erat prohibitus in contrahendo matrimonio lege diuina: ſed non omnis, gloſſ. 1. in cap. gaudemus. De diuortiis.
Gradus diſiunctè interdum conſiderantur, ſecundum ordinem ſcripturæ, gl. forma, in cap. cum plures. 9 De officio deleg.
Gradus, vel ſtatus impropriè dicitur habere perſonam; ſed perſona dicitur habere gradum, vel ſtatum, vel eſſe in loco, gloſſ. haberet, in extrauag. quorundam. Ioan 22.
Gradus non elegantior, ſed vitæ meliori actu comprobatur, gl. ſi. in can. multi, diſt. 40
Gradus quilibet ſecundum non ſit in lege prohibitus, gl. ſororem, in can. quæritur, 22 q 2
Graduum computatio ſecundum ius ciuile deſeruit, vt hæreditas, vel ſucceſſio ab vna perſona ad aliam inter conſanguineos deferatur, can. ad ſedem, 35. q. 5.
Graduum computatio ſecundum ius canonicum ſit, quoad matrimonia contrahenda, & vſque ad quartam generationem à conſanguineorum nuptiis ſit abſtinendum, ibid.
Gradus duo legales conſtituunt vnum gradum canonicum, id eſt ſecundum computationem graduum iuris canonici, ibid.
Gradus eſt habitudo diſtantium perſonarum, qua cognoſcitur, quota agnationis, vel cognationis diſtantia duæ perſonæ inter ſe differant, in arbore conſanguinitatis, verſ. gradus, 35 q. 5.
in Graduum computatione inter aſcendentes & deſcendentes vtrumque ius, ſcilicet canonicum, & ciuile, concordant, ibid.

Reliqua in verbo, Conſanguinitas. Affinitas. Conſanguinei. Honor. Matrimonium. 39. vſque 43 45 vſque 54. Super.

GRAMMATICA appellatur ars: & finis eius eſt, vt quis rectè loquendi rationem habeat, canon. ſi quis, diſt. 37.
Grammatica, & Dialectica addiſcendæ ſunt: vt per eas aliæ ſcripturæ intelligantur, ibid.
per Grammaticæ ſcientiam poteſt quis acquirere vitam æternam. ibid.
GRANATAE regnum poſſidebant Sarraceni, & illis portantes arma, equos, ferrum, & alia quæcunque prohibita, ſunt excommunicati ipſo iure, extrauag. copioſus, Ioan. 22.
GRASSATVRAE dicuntur illæ, quæ ſiunt à latronibus in itinere, vel nemore, & crudeliter contra tranſeuntes graſſantur, gloſſ. 1. & gl. à graſſaturis, in cauon. 1. 26. q. 3.

Reliqua, in verbo, Litera.

Gratia in genere, n. 1. uſque ad n. 6.
Gratia Dei, n. 7. 8. & 9.

1 GRATIA ſemel conceſſa intempeſtivè revocari non poterit, gl. pe. in cap. cum inter. De elect.

Gratiam quam quis facit, poteſt illam, quandocumque vult, revocare, ſi ius non fuerit alij acquiſitum, ibid.

Gratiam facienti conſulitur, vt proteſtetur, ne præſumat ſibi ius creare in poſterum, gl. de gratia, in cap. bonæ ſecundo. De poſtul. Prælat.

Gratijs Apoſtolicis quidam nequiter abutuntur, cap. ſedes Apoſtolica, 15. De reſcript.

Gratia conditionalis non operatur ante purificationem conditionis conditionis, & eius certificationem, cap. ſi. De translat. Epiſcoporum.

Gratia poteſt dari ad Archidiaconatum primo vacaturum, non ſolum generaliter, ſed etiam ſpecialiter, cap. ex parte, 22. De officio deleg.

Gratiam ſedis Apoſtolicæ habere, idem eſt, quod non eſſe excommunicatum, ſuſpenſum, vel interdictum, gl. gratiam, in cap. pe. De præſcript.

Gratia ſumitur quandoque pro contemplatione, ſeu intuitu, cap. 1. De commodato.

Gratia eadem indifferenter omnibus non eſt concedenda, cap. per venerabilem. Qui filij ſint legit.

Gratia gratis eſt conferenda, cap. in tantum; 36. De ſimonia.

pro Gratia conſequenda, vel obtinenda à ſede Apoſtolica non debet quis recipere promiſſionem: & committi ſimoniam, maximè ſi gratia ſit ſpiritualis, cap. cum eſſent, 32. eod.

2 de Gratia à ſede Apoſtolica facta debet conſtare per litteras, cap. ex diligenti, 17. eod.

Gratia alicui facta vſque ad beneplacitum Papæ, expirat mortuo Papa: ſecus ſi mandetur vſque ad beneplacitum ſedis Apoſtolicæ, cap. ſi gratioſe. De reſcript. lib. 6.

Gratia vitioſa eſt, quando in impetratione beneficij ſubticetur aliquod beneficium quantumcumque modicum, niſi Papa motu proprio beneficium conferret, gl. 2. in cap. gratia, eod.

Gratijs ſimilibus concurrentibus præfertur prior in data, cap. quamuis, & ibi gl. 2. eod.

Gratiam ſpectatiuam habens ad beneficium primo vacaturum, dicitur habere ius ad rem, non in re, gl. prouideri, ibid.

Gratia generalis non præiudicat ſpeciali, & debet facere mentionem de præcedenti priuilegio, conſuetudine, vel ſtatuto, cap. ſi propter, eod.

Gratia generalis habens clauſulam generalem, ſcilicet non obſtantibus, niſi id aliter exprimatur, non præiudicat iuri ſpecialiter ex ſtatuto, vel priuilegio, vel conſuetudine alij quæſito, ibid.

Gratia quando eſt conditionalis, non poteſt procedi ad eius executionem, conditione non exiſtente, cap. ſi pro te, eod.

in Gratia, ſtante paritate datæ, præfertur ille, qui magis ſolicitus eſt, alteri, cap. duobus eod.

Gratia quandoque obtinetur propter importunitatem, quæ alias denegaretur, cap. ſi eod.

Gratia beneficialis obtenta ad inſtantiam impetrantis eſt ſtrictè interpretanda, cap. ſi pluribus, De præbend. lib. 6.

Gratia conceſſa alicui, vt ipſe perciperet fructus primi anni omnium beneficiorum vacantium in ſua diœceſi, vt inde ex illis fructibus poſſit ſoluere ſua debita, Eccleſia Parochialis, cuius fructus ille percipit, ſi conferatur alicui habenti aliud curatum, per adeptionem ſecundi non vacat primum, cap. ſi tibi abſenti, eod.

3 Gratia cenſetur vberior etiam reſpectu materiæ, quando refertur ad ampliorem locum, cap. quamuis, §. quamquam. De præbend. lib. 6

Gratia Apoſtolica extincta, extinguitur etiam gratia executoris ad illam gratiam exequendam; quia poteſtas executoris eſt acceſſoria ad gratiam, cap. ſi clericus, & ibi gl. extincta, eod.

Gratia ſecundò facta intelligitur fieri ſine alieni iuris præiudicio, gl. præiudicari, in cap. quia ſæpe, 15. eod.

in Gratijs, quarum effectus deriuatur in tertium, fit ſtricta interpretatio verborum contentorum in illis, cap. is cui, 19 eod.

Gratia conceſſa alicui, vt prouideri poſſit perſonis idoneis in certa Eccleſia, perſonis non expreſſis, non expirat, re integra, obitu concedentis: ſecus ſi perſonæ eſſent expreſſæ, cap. ſi cui nulla, eo.

Gratia dicitur fieri, ſi datur alicui facultas conferendi beneficium alteri, ibid.

Gratia facta alicui non expirat per mortem concedentis, etiamſi nondum eius effectus ſit adimpletus, ibid.

Gratia dicitur ſimilis, quando idem in effectu continet, quod alia: licet clauſulæ excellentiores ſint in vna, quàm in alia, cap. pen. eod.

Gratiam habens ad primam vacaturam, vel vlteriorem, quam duxerit acceptandam, poterit, legitima cauſa ſubſiſtente ante vacationem acceptare determinandam in numero, vt primam, vel ſecundam, &c. cap. 2. §. è contra. De conceſſ. præbend. lib. 6.

Gratiam habens ſuper beneficio, dignitate, vel præbenda, quod duxerit acceptandum, certum acceptare non poterit, ſed primum quod vacabit, vel ex legitima cauſa ſecundum, vel vlterius poterit acceptare: & proceſſus, reſeruationes, & decreta contra hoc facta non valent, cap. ne captanda, 23. & ibi gl. cauſa, eod.

Gratiæ tenor & mens eſt obſeruandus, cap. authoritate, eodem. 4

Gratia quandoque fit alicui, non vt effectus gratiæ deriuetur in eum: ſed vt ipſe alijs conferat vtilitatem, cap. ſi. De verb. ſignific. lib. 6.

in Gratia, quæ limitatur ad vnum modum vacationis, non includitur alius, niſi exprimatur, ibid.

Gratiæ pendenti ad aliud, quàm ad dignitatem, vel beneficium curatum, non videtur renunciare per adeptionem ſecundi beneficij, clem. gratiæ. De reſcript.

Gratia perfecta patitur exceptionem, & nullitatem ex facto ſuperueniente, ibid.

Gratia extincta non reuiuiſcit, licet res reuertatur in priſtinum ſtatum, gl. pen. ibid.

Gratia à principio valida per ſuperueniens factum quandoque expirat, gl. ſi. ibid.

Gratia ſuper vacaturo, non comprehendit beneficium poſt datam in ſubſtantia creatum, cap. ſi. eod.

Gratia ſuper vacaturis non comprehendit Eccleſiam de nouo conſtructam, nec dignitatem, vel præbendam de nouo erectam, gl. creatum, ibid.

Gratia ſuper vacaturo comprehendit etiam beneficium olim creatum, ſed tempore datæ gratiæ ſuppreſſum, & nunc renouatum: quia hoc beneficium non eſt nouum, ibid.

Gratia ſuper vacaturo, ſi fuerit conceſſa, & dubitetur, an data gratia præcedat creationem beneficij, vt quia ſint eiuſdem diei, onus probandi non incumbit impetranti, ſed aduerſario, qui negat ipſum ante creatum, ſiue agat, ſiue contra impetrantem ſe defendat, gl. creatum, & ibi add. marg. ibid.

Gratia ad ſui validitatem non requirit ſcripturam, nec requiritur, quòd ſit bullata, clem. dudum, §. pe. & ibi gl. verbo. De ſepulturis. 5

Gratia facta in beneficijs iam vacantibus ſtatim conſequi poteſt ſuum effectum, nec ex diuiſione ſubſequenti poteſt in illis alicuius probabilis dubitationis ſcrupulus suboriri, gloſ. vacaturis, in extrauagant. Sedes Apoſtolica, Ioan. 22.

de Gratiæ ſubſtantia requiritur ſcriptura, cum aliter probari non poſſit, clem. 2. De præbend.

in Gratia iuncta cum diſpenſatione facienda eſt mentio de qualitate curæ vtriuſque beneficij habiti, & aſſumpti: ſiue vtrumque habeat curam, ſiue non, clem. 2. eod.

Gratia quandoque poteſt concedi conditionaliter, veluti ſi talem idoneum reperteris, clemen. 2. De conceſſione præbend.

Gratia conditionata eſt fortior ex exiſtentia rei, vel voluntate eius, pro quo ſcribitur, quam dependens ex voluntate tertij, gl. executorem, ad med. ibid.

Gratia Papæ non debet reuocari, cùm ſit perpetua, gl. 2. in extrauag. ſuper cathedram. De ſepulturis, inter communes.

Gratiam vel iuſtitiam à ſede Apoſtolica obtinentes pactis, vel promiſſionibus ſunt excommunicati ipſo iure, & etiam qui tales non reuelant: & abſolutio illis facilè non eſt concedenda, extrauag. excommunicamus. De ſententia excomm. inter commun.

pro Gratia vel iuſtitia à ſede Apoſtolica aſſignanda, licitè poteſt quis promittere ſub verbis generalibus gratitudinis, puta, *non intendo vobis eſſe ingratus*, vel dicendo, *decens eſt, vt laborans pro alio recognoſcatur*, d.l. reprob. gloſ. ſub generalibus, ibid.

pro Gratia vel iuſtitia aſſequenda dans, vel recipiens, etiam nullo pacto, nulla promiſſione, nulla acceptatione præcedente, incurrit excommunicationem, ibid.

pro Gratia vel iuſtitia aſſequenda, de dando vel recipiendo ſi neuter aliquid facto vel verbo exprimat, & tamen mentem vterque gerit: ſeu alter, ſi daturum in mente gerit, neuter ligatur excommunicatione lata contra dantes pro gratia, vel iuſtitia conſequenda, ibid. 6

pro Gratia vel iuſtitia aſſequenda promittens proxenetæ, vel alij mediatori acceptatione facta ab eodem proxeneta, in quem tamquam per canalem eſt tranſiturum illud ad alium, eſt ipſo facto excommunicatus: item ipſe proxeneta, & accipiens illud promiſſum, gl. & hanc ibidem.

pro Gratia vel iuſtitia obtinenda apud ſedem Apoſtolicam dans, vel recipiens paruum vel magnum pro ſe, vel pro alio, in cauſis vel iudicijs, ſeu alias, excommunicationem, & alias pœnas incurrit, extrauag. ab ipſo Pontificatus, Gregorij 2111.

Gratias vel fauores aucupari, & venari pretio, eſt ſpecies ſimoniæ, extrauag. cùm nos. Sixti Quinti.

Gratiæ duæ eiuſdem datæ ſi fuerint, præfertur illa quæ eſt

facta per *fiat* alteri, quam ea, quæ eſt *facta per conceſſum*, reg. de ſignatura, per fiat, in regul. Cancell.

Gratiæ de non reſidendo, & percipiendo fructus ratione ſtudii non valent ſine conſenſu & licentia Ordinarii, extrauag. ad cuius aures. Pii Quarti, anno 1564.

Gratia impetrata per falſi narrationem, & veri taciturnitatem, non debet admitti. Concil. Trident. ſſ. 13. De reform. cap. 5.

Gratiæ, quæ expectatiuæ dicuntur, nemini etiam ad certam ſummam debent concedi, & conceſſis hactenus non licet vti. Concil. Trident. ſſ. 24. De reformat. cap. 19.

Gratiæ quæcumque ad vacatura, vel induka ad alienas Eccleſias, vel Monaſteria, vel reſeruationes mentales non debent concedi etiam alicui ex ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, & conceſſa abrogata eſſe cenſentur, dicto cap. 19.

Reliqua in verbo, Conditionalis. Expectans. Reſcriptum, 29. vſque 33 Conceſſio Gratioſa Impetrant. per tot. Motus. Præbanda. Preſtitar. Reuocatoria.

7 GRATIAM vberiorem habebunt, qui non peccarunt, quàm qui peccarunt, gl. pr. in cap. alma mater. De ſententia excommun. lib. 6.

Gratia eſt habitus, qui fundatur in animæ eſſentia; charitas eſt alius habitus, qui fundatur in voluntate, gl. informans, in clem. 1. §. ad hoc. De ſumma Trinitat.

Gratia duplex eſt: quædam gratia data, alia gratum faciens, gl. omnibus, ibid.

Gratia eſt duplex; quædam eſt operans, quædam cooperans, gl. cooperante, in clem. 2. De magiſtr.

Gratia operans præparat voluntatem hominis, vt velit bonum, ibid.

Gratia cooperans adiuuat, ne fruſtra velit, ibid.

per Gratiam cognoſcitur, quid agendum ſit, & quid vitandum, & per eam adiuuamur etiam ad faciendum, ibidem.

Gratia & lumine Dei indiget quilibet in hoc mundo, clem. 8. verſ. quinto, De hæreticis.

in Gratia non poteſt quis in tantum proficere, dum in hac vita eſt, quin poſſit amplius proficere, d. clem. ſi. verſ. primo.

Gratia hominis quantumcumque perfecti non poteſt æquari virtuti, & gratiæ Chriſti, gl. perfectior, ibid.

8 Gratia multis datur, quibus non datur perſeuerantia in gratia, gl. nec mare, ibid.

per Gratiam filii Dei licet ſint liberi à ſpirituali ſeruitute peccati: non tamen à corporali, qua Eccleſiaſticis, vel temporalibus dominis ſunt adſtricti, gl. libertas, ibid.

abſque Gratia Dei nihil boni eſt dare, gl. gratiam, in extrauag. copioſus. Ioan. 22.

Gratia ipſa fit verbo, ſed littera fit ad eius probationem, gl. littera, in extrau. cum ad ſacroſancta. Ioan. 22.

Gratia facta eam recipientem impellit ad laudum relationem, cùm facientis eam debitor exiſtat ad antidora, gl. gratitudine, ibid.

Gratia ſi non gratis datur, vel accipitur, gratia non eſt, gl. liberaliter, ibid.

Gratiam primam nemo meretur, gl. nec meritos, in can. Nabuchodonoſor, § 1. 23. q. 4. gl. ſi. in can. gratia. De conſecrat. diſt. 4.

Gratiam Dei accipere non poteſt quis, niſi prius purgatus fuerit ab omni ſorde peccati per pœnitentiæ confeſſionem; vel per donum baptiſmi ſalutaris: intellige de gratia cooperante, & ſubſequente, quoad meritum augmentum gratiæ, can. non poteſt, & ibi gl. ſi. De pœnitent. diſt. 1.

9 Gratia per Ieſum Chriſtum nobis data eſt, can. 8. De conſecrat. diſt. 1.

Gratia Chriſti non ſolum dimittit peccata, ſed etiam legem implere facit, can. gratia, De conſec. diſt. 4.

Gratia Dei, qua iuſtificamur per Ieſum Chriſtum, remittit peccata, & ne perficientur, adiuuat, can. placuit, 3. De conſecrat. diſt. 4.

Gratiam Dei valere ad ſolam remiſſionem peccatorum, quæ iam commiſſa ſunt, & non etiam ad adiutorium, vt non committantur, aſſerens, anathema eſt, ibid.

Gratia docet quid ſit peccatum, & facit vt vitetur, can. quiſquis. De conſecrat. diſt. 4.

Gratiam Dei non iuuare nos ad vitationem peccati, niſi quantum ad hoc, quod dat nobis cognitionem boni & mali, non autem iuuare nos, vt per eam facia tius bonum aut malum, aſſerens, anathema eſt, & hæreticus, can. pe. De conſecrat. diſt. 4.

ſine Gratia mandata diuina impleri non poſſunt: & aſſerens contrarium, anathema eſt, can. ſi. De conſecrat. diſt. 4.

Gratiam diuinam ſi quis dixerit ad hoc ſolum dari per Chriſtum Ieſum, vt facilius homo iuſtè viuere, & vitam æternam promereri poſſit, quaſi per liberum arbitrium ſine gratia vtrumque, ſed ægrè tamen, & difficulter poſſit, anathema ſit. Concil. Trident. ſeſſ. 6. De iuſtificatione, can. 2.

Gratiam ſi quis dixerit ſemel acceptam nullo alio peccato, quantumuis graui, & enormi, præterquam infidelitatis amitti, anathema eſt. Concil. Trid. d. ſeſſ. 6. De iuſtificat. can. 27.

Gratia, ſi quis dixerit, per peccatum amiſſa, ſimul & fidem ſemper amitti; aut fidem, quæ remanet, non eſſe fidem veram, licet non ſit viua; aut eum, qui fidem ſine charitate habet, non eſſe Chriſtianum, anathema eſt. Concil. Trident. ſeſſ. 6. De iuſtificatione, canon. 28.

Reliqua in verbo, Chriſtus, 17. Prædeſtinatio.

GRATIANVS quandoque deceptus fuit, gl. abſolutio, in can. ſi. §. pen. 2. q. 3.

Gratianus dicitur quandoque mentitus fuiſſe, gl. infamem, in can. pe. 2. q. 3.

GRATIOSA conceſſio non debet præſumi in exercitio alicuius iuris: ſed potius debet præſumi, quòd vtens intendebat vti iure ſuo, gl. de gratia, in cap. bonæ. De poſtul. Prælat.

Gratioſæ litteræ dicuntur, quis magis vni, quàm alii conceduntur, gloſ. gratiæ, in extrauag. Sedes Apoſtolica, Ioan. 22.

Gratioſè quod conceditur vni, ab aliis ad conſequentiam trahi non debet, can. petiſti, 7. q. 1.

Reliqua in verbo. Gratia.

GRATIS oblata benigne ſunt exigenda, cap. ex parte, 18. De cenſibus.

Gratis quod fieri debuit, in pactum lucroſum non debet conuerti, gl. largiatur, in extrauag. excommunicamus. De ſentent. excomm. inter comm.

Gratis ſi gratia non datur, vel accipitur, gratia non eſt, can. 2. 1. q. 1.

Gratis accepiſtis, gratis date, gl. ſi. ibid.

Gratia qui non exercent gratiam, quam à Deo acceperunt, venditores columbarum dicuntur, can. non ſolum, 1. q. 3.

Reliqua in verbo, Gratia. Simonia. Simoniacus.

GRAVES cauſæ, quas delegatus Papæ non poteſt ſubdelegare, dicuntur inquiſitio exceſſuum, & prouiſiones Eccleſiarum, g. pe. in cap. 3. De offic. deleg.

Grauia negotia debet quis per ſe tractare, & non per procuratorem, gl. ſi. ibid.

Graues non dicuntur, qui in dignitate conſtituti ſunt: quia aliud eſt dignitas, aliud grauitas, gl. perſonæ, in cap. licet ex quadam, 47 De teſtibus.

Graues dicuntur illi, qui non ſunt leſes, puta homo bonæ famæ & opinionis, & antiquus homo; ſicut benemeritus dicitur, qui nondum demeruit, ibid.

Graues appellantur ſeniores, ad quos recurritur, deficientibus teſtibus de parentela, ibid.

Grauis erit quilibet in verbis, gl. c. in can. ponderet, diſtinct. 50.

Grauiora prius ſunt expedienda, gl. inſtantius, in clem. dudum, in princip. De ſepultur. 10

Grauiores quæſtiones per Romanum Pontificem terminari debent, cap. 1. De iuramento calumn.

Reliqua in verbo, Cauſa, 10. 20.

GRATIFICATIONI locus eſt, quando dubitatur quis potior ſit in iure; vel cum aliquis non poteſt ſubuenire vtrique, gl. in iudicio, in cap. cum autem. De iurepatro.

ad GRAVAMEN non debet extendi id, quod prouiſum eſt ad leuamen, gl. ſi. in cap. cum Apoſtolus, § ſi. De cenſib.

inter Grauamen illatum à iudice, & eius interlocutoriam, eſt differentia, cap. 2. De dolo, & contumacia, lib. 6.

a Grauamine ceſſare non cenſetur, qui vſurpata non reſtituit, gl. ſi. in cap. 2. §. ſi. De rebus Eccleſiæ non alien. lib. 6.

Grauans aliquam perſonam Eccleſiaſticam, vel eius conſanguineos, vel Eccleſias, ſeu bona, pro eo quod eum, pro quo rogabatur, eligere noluit, ipſo facto eſt excommunicatus, cap. iciant, 12. De electione, lib. 6

Grauatus à proprio Metropolitano poteſt appellare ad Primatem, vel ſedem Apoſtolicam, can. ſi quis putauerit ſecundo, 2. q. 6.

GRAVARI quem vltra vnam vicem, vbi eſt prohibitum, etiam videtur prohibitum, ſiue grauamen fiat in eodem loco, ſiue in diuerſis locis: dum tamen res pertineat ad grauatum, cap. præſenti, § ſi. De officio delegati, lib. 6.

Grauari aliquem per litteras Apoſtolicas de eo, de quo Papa non intellexit, abſurdum eſt, gl. ſi. in cap. cum in illis, 16. §. ſi. De præbend. lib. 6.

Reliqua

Reliqua in verbo, Appellans, n. 12. 13. 14. Appellatio, 3. 4. 5. 9.

GRÆCVS ſubiectus Epiſcopo Latino poteſt de licentia Latini ordinari ſecundum ritum Græcorum: & ordinatus recipit executionem, cap. quod tranſlationem. De tempor. ordin.

Græci à Romanæ Eccleſiæ obedientia ſe ſubtraxerunt, gl. ex neceſſitate, in cap. quanto, 4. De conſuetud.

Græci non chriſmabant in fronte, & in alijs multis diſcordabant à Romana Eccleſia, ibid.

Græcorum Eccleſia in ordinationibus & conſecrationibus debet ſeruare vnctiones, quas ſeruat Eccleſia Romana, cap. 1. De ſacra vnctione.

Græci fideles olim fuerunt, & ſub obedientia Romanæ Eccleſiæ: hodie ſchiſmatici ſunt, nec recognoſcunt caput Romanæ Eccleſiæ, gl. Hebraici, in clem. 1. De magiſtris.

Græci quaſi ſemper fuerunt ſchiſmatici, extrauag. ad certitudinem. De ſententia excommun. lib. 6.

Græci non benè obediunt Papæ, gl. fi. in can. rogamus, 24. qu. 1.

Græci conficiunt in panibus fermentatis, gl. 1. in can. ſcriptura. De conſecrat. diſt. 2.

Græci in his, quæ ad orthodoxum diuini cultus ritum pertinent, ſubiciuntur Ordinariorum iuriſdictioni, extrauag. Romanus Pontifex. Pij 4.

Græcis data licentiæ celebrandi Miſſam more Latino, vel Latinis more Græco reuocantur extrauag. prouidentia Pij Quinti.

Reliqua in verbo, Eccleſia, 17. 30. Clericus, 162.

GREGORIVS Iunior reprobatur in quodam articulo, licet eius dicta generaliter approbentur, gl. reniteis, in can. de libellis, diſt. 20.

GREX deſinit, ſi vnum tantum animal remanſit de grege, gl. pauciores, in cap. 2. De poſtulat. Prælator.

Gregem faciunt quatuor, vel quinque porci, vel decem oues, gl. 1. in cap. 1. De electione, gl. 2. in can. 2. 12. qu. 1.

Grex ſtrictè differt ab armento: quandoque tamen ſumitur largè pro maioribus & minoribus, quæ gregantur, gloſ. gregis. in clem. religioſi. De decim.

Grex ſtrictè eſt minorum animalium, vt porcorum, caprarum, & ouium, ibid.

Grex Dominicus hodie ſic reſpicitur, quod nulli ſeu pauci (prohdolor!) intendunt ad paſturam, & omnes communiter ad tonturam intendentes emungere, non nutrire; lac & lanam curantes, non ouem, gl. deputatos, in extrauag. ſuper cathedram. De ſepultur. inter communes.

Reliqua in verbo, Armentum.

GVBERNATORVM appellatione comprehenduntur priores, & quicumque alij adminiſtratores, etiam habentes ius non nudam poteſtatem adminiſtrandi, clem. 2. De reſcript.

GVIDAGIA dicuntur, quæ dantur pro ducatu per terram alicuius, vt ſecurus vadat, gl. pedagia, in cap. ſuper quibuſdam, 26. De verb. ſignif.

Reliqua in verbo, Pedagia.

GVERRAE effectus eſt, quia eſt afflictiua Prouinciarum, vbi viget, cap. 2. De re iudic. lib. 6.

per Guerram, quæ eſt inter Papam, & Imperatorem, totus mundus tribulatur, ibid.

à Guerra deſiſtere non cenſetur ille, qui treugam facit: quia qui diſtulit, non cenſetur deſtitiſſe in totum, gl. pe. in cap. ſignificauit. De Iudæis.

Guerræ tempore diſpoſitum cenſetur etiam diſpoſitum, & tempore treugæ: quia non extinguitur guerra per treugam, ibid.

Reliqua in verbo, Bellum. Pax. Treuga. Seditio.

GVLAE vitium nos tentat quinque modis: vel quia ante tempus indigentiæ comeditur: vel quia cibos nimis pretioſos quærit: vel nimia cura paratos: vel nimium ſumit de cibo: vel cum nimio ardore, can. quinque. De conſecrat. diſt. 5.

in Gulæ vitio conſiderando non conſideramus pretioſitatem, vel vtilitatem cibi, qui ſumitur: ſed tantummodo ingluuiem, & voracitatem aſſumentis, can. quiſquis, diſt. 42.

Reliqua in verbo, Cibus. Goliardi. Ingluuies. Venter.

H

HABERE eſt cum effectu habere, gl. ad quem, in cap. cum in cunctis, 7. §. 1. De electione.

Habere in communi, non eſt proprium habere, gloſ. nihil, in extrauagant. quia quorundam, Ioan. 22.

Habere verbum de ſua propria ſignificatione intelligitur cum effectu: ſicut & verbum *prouenire*, vel verbum *capere*, gloſ. aſſerit, in extrauag. cum inter nonnullos, Ioannis 22.

Habere idem eſt, quod eſſe dominum rei: quandoque idem eſt, quod poſſidere, gl. habebant, in can. quod autem, 23. q. 7.

Habens rem in habitu, ſed non exercitio, non dicitur habere rem, can. qui Eccleſiaſticis, diſt. 36.

Reliqua in verbo, Poſſidere.

HABILIS ad ordines cenſetur habilis ad beneficium annexum ipſis ordinibus, cap. accepimus. De ætate & qualitate.

Habilis cum inhabili quando datur permixtio, vitiatur actus, quando requiritur concurſus habilitatis in vtroque, cap. 1. De ſponſ. impub. lib. 6.

Habilitatus ad gradum, & aſſumens qualitatem gradus, habilitatus cenſetur ad omnes gradus qualitatis conſecutiuos, cap. à multis. De ætate & qualitate.

Habilitatus ad conſequendum beneficium non curatum, non ſequitur habilitatus ad conſequendum beneficium curatum, cap. 2. De filiis presb. lib. 6.

Habilitatus vt poſſit recipere aliqua, quæ ſunt contra ius, non videtur habilitatus, vt illa ſimul poſſit retinere, niſi illud exprimatur in conceſſione, cap. fi. eod.

Reliqua in verbo, Beneficium, 24. 25. Dignus. Idoneus.

HABITARE in vnum dicuntur illi, qui ſunt de eodem collegio, & iuncti ad ſeruandum iura ſuæ vniuerſitatis, licet habeant domos ſeparatas, & diſperſas, canon. nulli dubium, 3. q. 1.

Habitatio ſola non facit aliquem eſſe de iuriſdictione alicuius, niſi per decem annos ſteterit: niſi quoad hoc, vt ibi reſpondeat, gl. libet, in can. vbicumque, 13. q. 2.

Reliqua in verbo, Collegium.

HABITVS ſolus ſine profeſſione non facit quem Monachum, gl. 2. in cap. ex tranſmiſſa. De renunciatione, gl. in veli ſuſceptione, in cap. ex parte, 14. De conuerſ. coniugat. cap. conſuluit, & ibi gl. 2. Qui clerici, vel vouentes.

Habitus non facit Monachum, ſed profeſſio regularis, cap. 3. & ibi gl. 1. & gl. 3. in cap. 4. & cap. porrectum, & ibi gl. 2. & cap. ex parte, 22. & ibi gl. fi. De regular.

ex Habitus diuerſitate generatur ſcandalum, gl. 1. in cap. Deus qui. De vita, & honeſtat.

Habitu Monachali, vel etiam alio religioſo vti, etiam cauſa ludibrij, prohibitum eſt: & qui hoc faciunt, grauiter puniuntur, gl. 1. in cap. cum decorem, eod.

Habitum Monachalem ſuſcipiens ſine probatione, non obligatur religioni, niſi perſeuerauerit per triduum, cap. ad noſtram, & ibi gl. fi. De regular.

Habitum profeſſorum recipiens, vbi diſtincti ſunt habitus, compellitur ibi, vel alibi eſſe religioſus: ſed ſi recipit habitum nouitiorum, poteſt ad ſeculum redire, cap. ſuper eo, 9. De regular.

Habitum religionis aſſumens eo animo, vt in religione perſeueret, ad ſeculum redire non poteſt, poteſt tamen, ſi voluerit, ad laxiorem tranſire, ibid.

Habitum religionis aſſumens cauſa probationis, ante probationem ad ſeculum redire poteſt, ibid.

Habitus nouitiorum aſſumptio, cum propoſito mutandi vitam, & relinquendi ſeculum, obligat quem religioni, ſaltem in genere, cap. conſuluit, 20. eod.

Habitum Monachalem deferens vltra annum in Monaſterio vbi ſunt habitus diſtincti, cenſetur profeſſus: vnde poſtea exire non poteſt, niſi proteſtatio præceſſiſſet, cap. ex parte tua, 22. & ibi gl. fi. eod.

Habitus Monachalis habet annexum votum, ibid.

Habitus nouitiorum & profeſſorum, vbi non ſunt diſtincti, profeſſorum habitus debent benedici, vt per hoc ſaltem diſtinguantur, cap. pe. & ibi gl. fi. eodem.

Habitus nouitiorum & profeſſorum, quòd non ſint diſtincti, poteſt conſuetudine introduci, ibid.

Habitus profeſſionis, qui votum habet annexum, eo ipſo, quòd quis talem habitum recipit, & defert, Monachus efficitur: & per talem habitum intrando religionem, ſolemnizas

ſolemnizat votum, & poſtea non poteſt reclamare, gl. 2. in cap. pe. eod.

Habitus profeſſorum delatio impedit & dirimit matrimonium, ibid.

Habitus probationis ſi differt ab habitu profeſſorum, deferens habitum nouitiorum intra annum probationis, poteſt liberè redire ad ſeculum ante factam profeſſionem, niſi appareat euidenter, quòd voluerit mutare vitam, ibid.

Habitus delatio per annum, vel ſuſceptio habitus profeſſorum, diſſoluit matrimonium ratum, non conſummatum, gloſ. in verb. ſuſceptione, in cap. ex parte. De conuerſ. coniug.

Habitus ſolus non facit Monachum, ſed profeſſio regularis: niſi geſtaret habitum Monachalem cum aliis Monachis per annum: quia tunc præſumitur profeſſionem feciſſe, vt poſtea non liceat ei exire, gl. pe. in cap. 3. Qui clerici vel vouentes matrim.

Habitus profeſſorum ſuſceptio extra religionem, à non habente poteſtatem incorporandi religioni, impedit in dubio matrimonium contrahendum: ſed non dirimit contractum, cap. conſului, & ibi gl. 1. ibid.

Habitus profeſſorum diſtinctus debet eſſe à velamine probationis, gl. 2. ibid.

Habitus non facit Monachum, ſed profeſſio, cap. tuarum, 13. & ibi gl. ſignatos. De priuilegiis, gloſ. non mutato, in cap. conſtitutionem, § in aliis. De regular. lib. 6.

Habitum regularem licet portet quis, non obligatur ob id: dummodo conſtet, quòd non animo obligandi hoc facit, d. cap. tuarum, & ibi gl. ſignatos.

Habitum regularem portans, ſi conſtat quòd animo vouendi habitum profeſſorum receperit, obligatur religioni, & gaudet priuilegiis religioſorum illius religionis, gl. ſignatos, ibid.

Habitum religioſorum portantes laici tanquam falſarii puniuntur, & excommunicantur, gl. beneficio, ibid.

Habitus religionis dicitur indiſtinctus, quando profeſſi, & nouitii habent eumdem habitum: licet conuerſi habeant diuerſum, cap. 2. §. quod ſi. De regular. lib. 6.

Habitus indiſtincti delatio annalis poſt perfectam ætatem, ſolemnizat votum, ibid.

Habitus indiſtinctiſſimus dicitur, quando profeſſi, nouitii, & conuerſi vtuntur eodem habitu, ibid.

Habitus religionis non dicitur, quando habitus ſunt indiſtinctiſſimi, d. cap. 2. § qui vero.

Habitus religionis delatio annalis, vt inducat profeſſionem, debet eſſe continua, & non interpellata. ibid.

Habitus religionis delatio profeſſionem præſumptam à iure inducit, ibid.

Habitus delatio inducit profeſſionem, quando fit in congregatione cum aliis, & in religione: ſecus quando ſtaret extra religionem, & portaret habitum, ibid.

Habitus delatio annalis à pubere plus operatur, quàm ab impubere, ibid.

Habitus poſſunt dici diſtincti, quando ſolum eſt diſtinctio inter nouitios & profeſſos, d. cap. 2. §. ſi.

Habitus dicitur diſtinctus & diſſimilis, etiam quando non apparet aliqua diſtinctio actualis, ſed verbalis tantum, ibidem.

Habitus diſparitas vitanda eſt: quia ſolet ſcandalum generare, clem. 1. De elect.

Habitus religioſorum eſt duplex: quidam profeſſorum, alius nouitiorum: ſimiliter nouitiorum habitus eſt duplex, quidam diſtinctus ab habitu profeſſorum, alius indiſtinctus, clem. eos qui. De regularib.

Habitus manifeſtè diſtincti delatio, vt in ſciſſura vel forma, quantocumque tempore non inducit profeſſionem, d. clem. eos qui, & ibi gl. deinceps.

Habitus indiſtincti delatio non inducit profeſſionem in eo, qui in pupillari ætate eum habitum aſſumpſit, quantocumque tempore deferatur: ſecus in eo qui in pubertate aſſumpſit: quia in eo, poſt annum talis habitus delatio inducit profeſſionem, d. clem. eos qui, & ibi gl. deinceps, & gl. portauerint.

Habitus delatio extra religionem, quantocumque tempore non inducit profeſſionem, gl. deinceps, & gl. in aliqua, ibid.

Habitus indiſtincti delatio per annum poſt pubertatem, inducit tacitam profeſſionem, d. gl. deinceps.

Habitus diſtincti latenter delatio, puta per benedictionem, inducit per annum profeſſionem in illo Monaſterio, in quo talis habitus delatus eſt, ibid.

Habitum diſtinctum per modum latentem, puta per benedictionem, maior ſponte, & ſcienter recipiens, ſi perſeuerat triduo, profeſſus eſt tacitè, ibid.

Habitus nouitiorum triplex eſt, diſtinctus, indiſtinctus, & indiſtinctiſſimus, ibid.

Habitus nouitiorum diſtinctus eſt duplex, ſcilicet diſtinctus latenter, & diſtinctus patenter, ibid.

Habitum nouitiorum latenter diſtinctum, vel indiſtinctum, aut indiſtinctiſſimum ab adulto recipiens, ſi deferat per annum, talis delatio inducit tacitam profeſſionem, ibidem.

Habitus delatio per metum quantocumque tempore non inducit profeſſionem: requiritur enim, quòd delatio habitus ſit ſpontanea per annum, & ab adulto, gl. portauerint, ibid.

Habitus delatio non inducit tacitam profeſſionem in eo, qui proteſtatus eſt, quòd per lapſum anni non intendit obligari religioni: quod verum eſt præcipuè, ſi proteſtatio fuit conuentionalis, gl. ſi. in d. clem. eos qui.

Habitus ingreſſo in religione, in mortificationem carnis, & vitiorum fuit inuenta, gl. facta, in clem. ne in agro. De ſtatu Monach.

Habitum indecentem licitum eſt ferre, propter neceſſitatem, gl. ornatum, in d. clem. ne in agro, §. ſtatuimus.

Habitus mutatio permittitur alicui, cauſa pœnitentiæ, clem. 1. De religioſ. domib.

Habitus ſolus non dirimit matrimonium poſtea contractum: ſecus quando poſt habitum ſuſceptum ſtatit inter monachos, gl. 2. in can. quod interrogaſti, diſt. 27.

Habitus ſolus non ſolemnizat votum, can. ſtatim, & ibi gloſ. e. diſt. 32. & gloſ. apparuerint, in canon. 1. 27. q. 1.

Habitus Eccleſiaſtici appellatione comprehenditur Monachalis can. legem, diſt. 53.

Habitus religionis triplex eſt: ſcilicet profeſſionis, qui votum habet annexum, & dirimit matrimonium contractum: item conuerſionis, qui ſimiliter habet votum annexum, ſed non dirimit matrimonium: item probationis, qui nec impedit, nec dirimit matrimonium, gl. apparuerint, in can. 1. 27. q. 2.

Habitus non facit Monachum, Concil. Trident. ſeſſ. 14 De reſor. cap. 6.

Reliqua in verbo, Apoſtata. Monachus, n. 4. 53. 54. Religioſus, n. 25. 26. Clericus, 102. vſque, 106 Habere. Religio, ſ. 6. Nouitius. Talis.

HACTENVS dictio refertur ad præterita: dictio *de cætero* ad futura, cap. 2. §. laici. De rebus Eccleſ. non alien. lib. 6.

HARIOLI vocati ſunt, propterea quod circa aras idolorum nefarias preces emittant, & funeſta ſacrificia offerunt, hiſque celebritatibus dæmonum reſponſa accipiunt, can. 2. 26 q. 3.

Hariolos vel haruſpices, ſeu incantatores obſeruans, vel eorum phylacteriis vtens, anathema ſit, can. 2. 26. q. 5.

HARVSPICES dicuntur, quaſi horarum inſpectatores: dies enim & horas in agendis negotiis, & operibus cuſtodiunt, & quid per ſingula tempora obſeruare debeat homo, intendunt: hi etiam exta pecudum inſpiciunt, & ex eis futura prædicunt, d. can. 2. 26 q. 3.

Haruſpicinæ artem primus Hetruſcis tradidiſſe dicitur quidam Tages: hic quamplurimis haruſpicinam dictauit, & poſtea non apparuit, can. nec mirum, §. haruſpicinam, 26 q. 5.

Reliqua in verbo, Diuinare. Magi. Futurum.

HAVSTVM aquæ quamdiu quis habet, & iter debet habere, gl. penitus, in cap. cum ex officij. De præſcriptio. & gl. 2. in can. queſt. 27. q. 4.

HEBRÆI dicti ſunt ab Heber, vel ſecundum alios dicuntur Hebræi, quaſi Abrahæi, ab Abraham, gl. familia, in can. 1. 35 q. 2.

Hebræis conceſſit Iulius tertius abſolutionem à quibuſcumque delictis, exceptis læſæ maieſtatis, homicidij, & falſæ monetæ, ſi baptizentur, extrauag. cum ſicut accepimus. Iulij 3.

contra Hebræos delinquentes procedi debet iuxta formam canonis, & conſtitutionem Innocentij, ibid.

Hebræorum debitoribus dilationes conceſſæ reuocantur, ibid.

Hebræorum filij inuitis parentibus baptizati non debent, ibidem.

Hebræi prohibentur retinere librum Talmudi, & alios, in quibus nomen Ieſu Saluatoris noſtri cum blaſphemia, aut alias ignominioſè nominatur: & contra facientes ſunt puniendi, etiam vſque ad vltimum ſupplicium, extrauag. cum ſicut nuper. Iulij 3.

HELISÆVS inunxit Iehu in regem Iſrael, gl. exemplo, in can. 2. diſt. 75.

Heliſæus boues ſuos occidit, & pauit pauperes ex eo, quod habuit à Domino: vt nullam curam domeſticam teneret, ſed relictis omnibus in diſciplinam propheticam ſe daret, can. Dominus, diſt. 85

Heliſæus miſit lignum in aquam, & natauit ferrum, gloſ. Heliſæus, in can. iudices, 23. 2 q. 2.

HENRICVS octauus Anglorum rex, eo quod librum plenum pietatis & eruditionis ſcripſiſſet aduerſus Lutherum, ab Apoſtolica ſede benè meritus, titulo defenſoris Eccleſiæ decoratus fuit, extrauagant. ex ſuperna. Leonis decimi.

Henricus octauus rex Angliæ, ob hæreſes & iniuſtum vxoris repudium cum complicibus atque fautoribus excommunicatur à Paulo tertio, & priuatur regno, & eius cum

Anna

Digitized by Google

Anna Bolena ſuſcepta ſoboles illegitima & infamis declaratur, extrauag. cum Redemptor noſter. Pauli 3.

HEPTATEVCHVM dicitur ab hepta, quod eſt ſeptem, & teuchos, quod eſt volumen: vnde heptateuchum dicitur volumen certum librorum, videlicet quinque librorum Moſis, libri Ioſue, & libri Iudicum, qui ibi continentur. gl. pen. in can. qualiter, 7 q. 1.

HERBAS, vel petras licitum eſt habere ſine incantatione, can. ſi. 26 q. 7.

in Herbis colligendis, quæ Medicinales ſunt, non eſt facienda aliqua incantatio, niſi *Credo in Deum*, vel *Pater noſter*, can. non liceat, 26. q. 5

Heres in genere n. 1. vſque ad n. 7.
Heres rogatus n. 8.

1 HERES, heredis, dicitur heres teſtatoris, gl. a. in cap. ex tranſmiſſa. De filiis Presbyteror.

Heredis nomen proximum ſignificat, non vlteriorem: ſed non ſemper, ſed in quibuſdam ſpeciebus, ibid.

Heredis nomen regulariter accipitur per multas ſucceſſiones: ſed in quibuſdam caſibus ſpecialibus accipitur pro proximo herede non vlteriore, ibid.

ad Heredes non tranſit compromiſſum factum à defuncto, niſi expreſſe actum ſit in compromiſſo, cap. ſi. De arbitris.

ad Heredes transfertur iudicium, quamuis de heredibus non fuerit facta mentio, gl. vnica, ibid.

Heres, licet eo ipſo quòd ſit heres inſtitutus, & hereditatem adiit, efficiatur dominus rerum hereditariarum: tamen poſſeſſionem earum non adipiſcitur, niſi apprehendat poſſeſſionem: & ſi ab alio poſſideantur, poteſt adipiſci poſſeſſionem earum per interdictum quorum bonorum, gl. quæ recuperanda, in cap. paſtoralis. De cauſa poſſeſ.

Heredes tenentur ſtare iuramento defuncti: ſed non creditores hereditarij, gl. tam graue, in cap. litteras. De præſumptio.

Heredes vſurarij compelluntur ad reſtituendas vſuras, maximè quas teſtator reſtitui mandauit, cap. ad noſtram, 20. De iniuriis.

Heredes debitoris poſſunt allegare contractum factum per defunctum eſſe fœneratitium, & probare per præſumptiones, licet defunctus tacuerit in vita, cap. ad noſtram. De empti. & vend.

Heres poteſt conueniri ex facto defuncti, cap 3 & ibi gl. ſi. De pignorib.

2 Heres pro ea parte, pro qua eſt inſtitutus heres, tenetur approbare alienationem, quam fecit defunctus de bonis ſuis, dum viueret, gl. 2 in cap. De teſtam.

Heredi, ſi iuſſa teſtatoris non adimpleuerit, interdicitur omnibus rebus à teſtatore relictis, cum fructibus, & emolumentis, cap. ſi heredes, 6. eod.

ad Heredem pertinet, adimplere iuſſa per defunctum, ibidem.

Heres non adimplens voluntatem defuncti, ſecundum leges antiquas priuabatur ſucceſſione: hodie tamen hoc ipſum habet locum in herede extraneo, gloſ. interdicatur, ibidem.

Heres inſtitutus filius, non adimplens voluntatem defuncti, priuatur ſucceſſione, relicta tantùm ei legitima: & in hoc præualet lex canonica, ibid.

Heredis inſtitutio eſt caput, & fundamentum totius teſtamenti, gl. 1. in cap. cum tibi, eod.

Heredis inſtitutio non poteſt committi in alterius voluntatem expreſſam, veluti, *inſtituo quem Titius voluerit*: & talis appellatur captatoria, id eſt adulatoria, d. gl. 1.

Heredis inſtitutio poteſt relinqui in alterius voluntatem tacitam, veluti *inſtituo te heredem, ſi Titius aſcenderit in Capitolium*, ibid.

Heredes poſſunt inſtitui incertæ perſonæ, veluti inſtituo heredes pauperes, ibid.

Heres poteſt detrahere quartam Falcidiam, quando hereditas eſt exhauſta, vel diminuta propter legata: imo etiam quando eſſet diminuta occaſione pœnæ inflictæ per teſtatorem, cap. tua nobis, 17 De teſtam.

Heres non conficiens inuentarium, non poteſt detrahere Falcidiam, ibid.

Heres non conficiens inuentarium tenetur creditoribus vltra vires hereditarias, etiam de iure canonico, in foro contentioſo, ibid.

ab Herede licet extorqueatur totum patrimonium hereditatis, ratione pœnæ iniectæ in teſtamento: non tamen ob id deſiuit eſſe heres, ibid.

3 Heredes ſi quis inſtituit patrem & filios, ſolus pater habebit tantum, quantum omnes filii, gl. vno ex patruis, in cap. Raynaldus, 18 De teſtam.

Heredem inſtituere poteſt quis illum, cui inſtituens fuerat rogatus reſtituere hereditatem certam, atque ita in eadem hereditate tenet inſtitutio: tametſi grauamen adiectum rei comprehenſæ ſub primo fideicommiſſo non valeat, gl. in quibus eius, ibid.

Heres ex delicto defuncti indiſtinctè tenetur de iure canonico: licet ſit ſecus de iure ciuili, gl. ſi. in cap. ſi. De ſepulturis.

Heres heredis dicitur heres primi teſtatoris, ibid.

Heres tenetur condictione furtiua, ibid.

ad Heredem, & contra heredem tranſmittitur quælibet actio, ibid.

Heres de iure ciuili non tenetur ex delicto defuncti, niſi in quantum ad eum peruenit; vel niſi lis fuerit conteſtata cum defuncto, d. gl. ſi.

Heres etiam de iure ciuili tenetur indiſtinctè ex contractu, vel ex quaſi contractu defuncti: niſi in duobus caſibus, ibid.

Heres non adimplens voluntatem defuncti debet priuari eius ſucceſſione, cap. licet, & ibi gl. ſi. De voto.

Heredem laicum poteſt Eccleſia compellere per excommunicationem, vel per bonorum ſubtractionem, ad executionem voti vltramarini, ad quod ſe obligauit pro defuncto, cap. licet. De voto.

Heredis appellatione veniunt quandoque filij legitimi tantum, cap. nuper. De donatio. inter virum.

Heres contumax in non ſatisfaciendo facit præiudicium defuncto, qui in vita fuit negligens in reſtituendo, cap. in litteris. De raptor.

Heres non tenetur pro delicto defuncti vltra vires hereditatis, etiamſi non fecerit inuentarium: ſed bene tenetur intra vires hereditatis, d. cap. in litteris, & ibi gl. pe. 4

Heredis ſuccedentis in vitium defuncti par fortuna habenda eſt, gl. 1. in cap. tua nos. De vſuris.

Heredis etiam ignorantia non excludit vitium defuncti, ibidem.

Heres vſurarij ſuccedens in illius bonis, ſiue heres idem crimen committat, ſiue non, ſemper tenetur reſtituere vſuras, quas defunctus extorſit, in quantum ſe extendit illius hereditas, ibid.

Heres filius poteſt repetere vſuras extortas à patre defuncto, ibid.

Heres tenetur reſtituere vſuras, quas defunctus extorſit: licet ad ipſum nihil peruenerit, cap. Michael, eod.

Heres compellitur per Eccleſiaſticum iudicem ad ſatisfaciendum de delicto defuncti, quando defunctus eſt in contritione apparenti, & non aliter, gl. ſi. in cap. à nobis, 28. De ſentent. excomm.

Heres, vel ſucceſſor tenetur iurare, etiamſi defunctus iuraſſet: quia potuit defunctus habere bonam fidem, & heres, vel ſucceſſor malam, gl. iuramento, in cap. 2. §. 2. De iuramento calum. lib. 6.

Heres inſtitutus in re certa loco legatarij habetur, ita quòd creditoribus non tenetur: & hoc intellige, cum alius heres inſtitutus eſt vniuerſaliter, gl. in re certa. in cap. ſi pater. De teſtam. lib. 6.

Heres inſtitutus in re certa, ſi nullus alius ſit inſtitutus, in totum, & vniuerſaliter cenſetur heres inſtitutus, ibid. 5

Heredes plures ſi fuerint inſtituti in certis rebus, & nullus alius vniuerſaliter, pro virili parte cenſentur heredes inſtituti: niſi in caſu, vbi duo ſunt inſtituti coniunctim, & alter diuiſim, ibid.

Heres ſi ſit inſtitutus vnus ex liberis in re certa, & alius vniuerſaliter, vterque eſt heres: licet alter teneatur ad credita & legata, gl. eidem, ibid.

Heres ſi ſit inſtitutus extraneus in re certa, & alius vniuerſaliter: inſtitutus in re certa habetur loco legatarij, ibid.

Heres licet certa perſona debeat inſtitui, & nomen debeat ſpecificari: tamen pauperum inſtitutio valet: quia vniuerſitas pauperum gerit vicem certæ perſonæ: ſicut ſi inſtitueretur collegium licitum, gloſ. pauperes, & ibi add. ibidem.

Heres tenetur fundare, vel ædificare Eccleſiam, hoſpitale, vel alium locum, ſi teſtator in teſtamento mandauit, gl. ad ſalutem, in cap. accuſatus, § ſi vero. De hæret. lib 6

Heres tenetur adimplere pœnitentiam iniunctam defuncto, quando implementum conſiſtit in rebus temporalibus defuncti: & prodeſt ſaluti animæ illius, d. cap. accuſatus, §. ſi vero.

Heres bonorum poſſeſſor poteſt conueniri pro defuncto, quia eadem perſona cenſetur, gloſ. a. in cap. 1. De iniurijs, lib. 6.

Heres vendens rem depoſitam, credens illam fuiſſe defuncti, non tenetur ad rem, ſed ad pretium, gl. 1. in reg. cum quis in ius. De reg. iur. lib. 6.

Heres qui negauit legatum, conuictus non recurrit ad ſolemnitatem iuris, vt dicat teſtamentum imperfectum, gl. a. in reg. nullus pluribus, eod.

Heres ſuus abſtinens, vel repudians, ſe adhuc in eodem ſtatu manente, adire poteſt, vel tempus ad deliberandum petere, gl. 5. in reg. mutare, 33. eod. 6

Heres non vſucapit, quod defunctus non vſucapiebat, gl 1. in reg. is qui in ius. 46. eod.

Heres eſt ſucceſſor iuris, ibid.

Heres dicitur eadem perſona cum defuncto, d. reg. is qui in ius.

Heres talis eſt, quod ſe immiſceat, licet non [illegible], gl. quin etiam, in clem. 1. § ſi. De conceſ. [illegible]

Heredes plures vnus ex pluribus [illegible] vocem, quam defunctus habeat, [illegible] iure patrum.

Heres temporalis non debet eſſe, gl. 1. in can. ſanctorum, diſt. 70

Heres æquitate canonica ſemper tenetur, etiamſi ad eum nihil peruenerit, ex maleficio defuncti, gl. conquiſita, in can. Eccleſia, 1. q. 4.

Heres per errorem ſucceſſionem diuidens cum alio, quem putabat cohæredem, cum non eſſet, repetit id quod dedit, can. turbetur. §. fi. 1. q. 4.

Heres ſecundum legem antiquam non adimplens voluntatem defuncti, omni priuatur ſucceſſione, gloſ. 1. in can. Syluester, 22. q. 1.

Heres filius non adimplens voluntatem defuncti, priuabatur ſucceſſione, relicta tamen ei legitima, ibid.

Heres licet ſit dominus rerum, quas tenetur per fideicommiſſum reſtituere alij; tamen nihil poteſt inde alienare, gl. proprietatem, in can. duo ſunt, 22. q. 1.

7 Heres non poteſt venire contra factum defuncti, gl. fi. in can. Epiſcopus qui, 12 q. 2

Heres tenetur ſequi voluntatem defuncti, ibid.

Heres omnis tenetur ad omnia onera defuncti, niſi fecerit inuentarium, ibid.

Heres ſemper tenetur in ſolidum, ſecundum canones, in contractibus, & in delictis: ſiue aliquid peruenerit ad hæredem, ſiue non, gloſ. fi. in d. can. Epiſcopus qui, 12. qu. 2.

Heres licet teneatur redimere rem legatam à defuncto, vel dare eius æſtimationem: ſecus tamen eſt, cum legatur res Eccleſiæ, gl. 1. in can. ſi Epiſcopus, 12. q. 2.

Heres ex maleficio defuncti ſecundum canones tenetur, licet ad eum non peruenerit aliquid, gl. fi. in can. ſi Epiſcopum, 16. q. 6

Heres defuncti tenetur condictione furtiua, quia illa non oritur ex maleficio, etiamſi lis cum defuncto non ſit conteſtata: immo præſumitur ad eum perueniſſe, ex quo in vniuerſum ſuccedit, ibid.

Heres defuncti conueniri poteſt, licet ad eum nihil peruenerit, ſi defunctus obligatus fuit ex quaſi contractu propter indebitum ſolutum, ibid.

Heres ſecundum leges non tenetur ex delicto defuncti, niſi lite conteſtata, ibid.

Heres ad tempus non inſtituitur quis, gl. ſi vſque, in can. ſolet, 32. q. 2.

Reliqua in verbo. Vſurarius, 2. 4. 8. Quarta. Legare. Pauper, 2. Relinquo.

8 HERES rogatus reſtituere, ſi ſine liberis deceſſerit, ſi ingreſſus fuerit Monaſterium, excludit ſubſtitutum, cap. in præſentia. De probat.

Heres rogatus reſtituere, ſi ſine liberis deceſſerit intrando monaſterium, non cenſetur ſine herede, id eſt ſine filiis decedere, ibid.

ſine Herede non videtur decedere ille, qui monaſterium heredem inſtituit, offerendo ſe & ſua bona per ingreſſum monaſterii, ibid

Heres rogatus reſtituere hereditatem, nihil poteſt alienare, niſi pro aſſignatione dotis, vel donatione propter nuptias: item poteſt retinere ſibi quartam Trebellianicam; & ſi filius ſit rogatus, etiam Falcidiam cum quarta poterit retinere, gl. 1. ibid.

Heres rogatus reſtituere quicquid ſupereſt de hereditate, tunc ac minus quartam ſubſtituto reſeruabit, ibid.

Heres rogatus reſtituere hereditatem purè, & nulla facta mentione de filiis, ſi habuerit filios, vel nepotes, ſubſtitutio euaneſcit, ibid.

Heres rogatus reſtituere hereditatem, ſi ſine filiis deceſſerit, non poteſt donare bona hereditaria monaſterio ſine ſeipſo: oportet enim quod ſe, & ſua bona offerat, gloſ. 2. ibidem.

Heres rogatus reſtituere alicui priuato, ſi ſine liberis deceſſerit, ſi ingreſſus fuerit monaſterium, excluditur ſubſtitutus, ibid.

Heres rogatus reſtituere loco religioſo, vel Eccleſiæ, vel quòd expendat in pias cauſas, ſi ſine liberis deceſſerit, etiamſi ingrediatur monaſterium, non excludit ſubſtitutum, ibid.

Heres rogatus reſtituere, ſi ſine liberis deceſſerit, ſi fiat clericus, exiguntur duo, vt ſubſtitutio euaneſcat, ſcilicet vt perpetuò maneat in Eccleſia, & reſiduum expendatur in pias cauſas, ibid,

Heres rogatus reſtituere hereditatem, ſi ſine liberis deceſſerit, ſi ingreſſus ſit monaſterium, non aliter euaneſcit ſubſtitutio, quàm teneat Monachatus, & fiat Monachus, gloſ. fi. ibid.

Heres rogatus reſtituere, ſi ſine liberis deceſſerit, ſi ſe & ſua obtulit alicui Eccleſiæ ſæculari, non euaneſcit ſubſtitutio: ſed nihilominus admittitur ſubſtitutus, d. gl. fin. in fin.

Heres rogatus reſtituere hereditatem, ex quo à tempore litis conteſtationis fuit in mora, computantur ei in quartam Trebellianicam fructus percepti, & quicquid ex his habet ſupra quartam tenetur reſtituere, gloſ. conteſtatæ, in cap. Raynutius, 16. De teſtam.

Heres rogatus reſtituere, ſi negligentia non petentis fideicommiſſum percipiat fructus, non computat in quartam, nec reſtituit, ibid.

Heres rogatus reſtituere, ſi non ſit in mora, ſed percipit fructus ex defuncti voluntate; vt quia poſt tempus rogatus eſt reſtituere hereditatem, eos fructus computat in quartam; & quod ſupra quartam percepit, non tenetur reſtituere, ibid.

Heres non oneratur in infinitum fideicommiſſum ſoluere, gl. 1. in cap. 2. De reſcript. lib. 6.

Reliqua in verbo, Fideicommiſſarius. Subſtitutio. Relicti.

HEREDITAS ad tempus dari non poteſt, gl. fi. in cap. veniens, De filiis Presbyter. gl. 2. in can. paſtoralis, 7. q. 1. 1

Hereditatis quæſtio prout deſcendit à dubio legitimitatis, non ſpectat ad iudicem Eccleſiaſticum, ſed ad ſæcularem inter laicos, quando principalis intentatur ſeparatim à quæſtione legitimitatis, cap. tuam. De ordin. cognit.

Hereditas temporalis per procuratorem acquiri non poteſt, ex eo quod animo aditur: & ex eo quo procuratorem dedi ad adeundum, iam apparet animus aditionis: & idem impoſſibile eſt illam adiri, gl. 1. & ibi add. marg. in cap. accedens, 24. De præbend.

Hereditas non dicitur viuentis, ſed defuncti, gloſ. 2. in cap. illo vos. De pignor.

Hereditatem petitam ex vna cauſa, poſſum petere ex alia, gloſ. 1. & ibi add. marg. in cap. inter dilectos. De donatio.

Hereditatis iacentis bona occupans non incidit in pœnam legis, *ſi quis in tantam, cap. vnde vi*, gl. pe. in cap. fi. De ſucceſſ. ab inteſtato.

de Hereditate viuentis agi, vel paciſci non poteſt, gl. mota, in cap 3. Qui filii ſint legitimi.

Hereditas non dicitur, niſi mortuo eo, cuius fuit, ibid.

Hereditatem petenti coram iudice ſæculari, ſi opponatur quæſtio natiuitatis, ad iudicem Eccleſiaſticum eſt remittenda, cap. lator eod.

Hereditas filij non ita debetur patri; ſicut hereditas patris filio, gl. lex ciuilis, in cap. quamuis pactum. De pactis, lib. 6.

Hereditas potius filiis, quàm Eccleſiæ ſecundum D. Auguſtinum relinquenda eſt, gl. Trebellianicæ, in cap. ſi pater. De teſtam. 2

Hereditas iacens obtinet vicem defuncti, qui certus fuit; non heredis, qui eſt incertus: quia licet certus ſit inſtitutus, fortè repudiabit, gl. conferendum, in cap. beneficium. De regular. lib. 6.

Hereditas dicitur, ære alieno deducto, gl. facultates, in cap. 2. De vſuris, lib. 6.

Hereditas iacens repræſentat perſonam defuncti, gloſ. ſed repræſentata, in extrauagant. quia quorumdam, Ioannis 22.

Hereditas, quæ de ſe quid vniuerſum eſt, ea quæ facti ſunt, explicare non poteſt: nec illa ſibi conuenire poſſunt, gl. conuenire, ibid.

Hereditas eſt ſucceſſio in vniuerſum ius, quod defunctus habuit tempore mortis, vel quod ſupereſt, deducto ære alieno, gl. de legitimis, in can. ius Quiritium, diſt. 1.

Hereditas parentum quaſi debita obuenit nobis, gl. parentibus, in can. prædicator, 16. q. 1.

Hereditas parentum vero debetur filiis: ſed filiorum hereditas ſola pietatis cauſa debetur parentibus, ibid.

Hereditatem, quam ex cauſa fideicommiſſi rogatus eſt quis reſtituere, ſi cogatur adire, nullum commodum conſequitur ex tali aditione: nec poteſt vti beneficio legis Falcidiæ, gl pe. in can. ad fidem, 23. q. 5.

Hereditas defertur vſque ad decimum gradum, can. 1. & ibi gl. 1. 35. q. 2.

Hereditaria ſucceſſio in Eccleſia Dei non debet habere locum, cap. ad decorem. De inſtitutio.

Reliqua in verbo, Æs. Expilare.

HÆRESES pullulant in quibuſdam locis per negligentiam Epiſcoporum, cap. in cauſis, 30. De elect. 1

de Hæreſi non debet condemnari quis, propter vehementem præſumptionem, cap. literas. De præſumptio.

ſuper Hæreſis cauſa poteſt compromitti in iudices delegatos: & ſic poteſt quis eſſe iudex, & arbiter etiam in cauſa criminali, ibid.

de Hæreſi ex leui cauſa poteſt quis haberi ſuſpectus: & vt contra ſuſpectum poteſt procedi ex leui cauſa, ſed condemnari non poteſt, gl. vehementem, ibid.

de Hæreſi ſuſpectis eadem pœna, quæ ipſis hæreticis, imponitur, niſi ſe correxerint, ad arbitrium Epiſcopi, cap. ad abolendam, De hæret.

de Hæreſi poſtquam quis eſt condemnatus, non poteſt amplius compelli abiurare hæreſim: ſed ſi vult ſponte redire, debet recipi, abiurato errore, & intrudi in perpetuum carcerem, ad agendam pœnitentiam, gl recurrere, in d. cap. ad abolendam, §. quia vero.

de Hæreſi condemnandi ſunt laici per Eccleſiam, ſed iudex

ſæcularis

ſecularis debet eos punire: nec traditur laicus curiæ ſeculari, ſed clericus ſolummodo: quia laicus ſemper eſt de foro ſeculari, gl. laicus, ibid.

in Hæreſis cauſa ſemper debet ferri ſententia per iudicem Eccleſiaſticum: ſed executio fit per iudicem ſecularem, ibid.

de Hæreſi damnati per iudicem ſecularem puniuntur: bona hæreticorum laicorum confiſcantur: clericorum vero applicantur Eccleſijs, vbi beneficiati erant, cap. excommunicamus, 13. §. damnati. De hæreticis.

2 de Hæreſi damnati, ſi voluerint ad fidem redire, detruduntur in perpetuum carcerem gloſ. poteſtatibus, ibidem.

de Hæreſi ſuſpectus, ſi ſe non purgat, ad arbitrium ſuperioris debet excommunicari: qui ſi ſteterit per annum in excommunicatione, vt hæreticus damnatur, d. cap. excommunicamus, §. qui autem.

de Hæreſi conſcientiam ſuam debet quis purgare per iuramentum: & qui iurare recuſat, haberi debet pro condemnato, gloſ. pen. in d. cap. excommunicamus, §. fin.

in Hæreſi deprehenſi, ſi nolunt redire ad fidem, detrudendi ſunt in perpetuum carcerem ad pœnitentiam peragendam, cap. pe. §. fi. eod.

in Hæreſi publicè deprehenſi, vel condemnati, ſi poſtea redire voluerint, recipiendi ſunt: quia Eccleſia non claudit gremium redeuntibus ad eam, gl. fi. ibid.

de Hæreſi ſuſpectus dicitur quis per argumenta euidentia, quæ probationem ſufficientem inducunt ad condemnandum, cap. ad Apoſtolicæ, §. ſed licet. De re iudicata, lib. 6.

de Hæreſi ſuſpectus, ſi ſe non purgat, & per annum ſic ſteterit, & iurare noluerit, vt hæreticus debet puniri, gl. hæreſi, ibid.

Hæreſis crimen paternum, etiam antequam per Eccleſiam fuerit declaratum, liberat a patria poteſtate filium: & ſic interdum paternum odium, interdum fauor filij, puta Epiſcopalis dignitas, vinculum patriæ poteſtatis ſoluit, gl. fi. in cap. 2. §. fi. De hæret. lib. 6.

in Hæreſim relapſi ſunt tradendi curiæ ſeculari, licet pœniteat eos, & ad fidem redeant: non tamen denegantur eis ſacramenta pœnitentiæ, & Euchariſtiæ, cap. ſuper eo, eod.

3 Hæreſim abiurans in iudicio, propter vehementem præſumptionem ſi iteratò labitur, licet non fuiſſet probatum plene, relapſus dicitur: ſecus, ſi leuis erat præſumptio, cap. accuſatus, eod.

in Hæreſim articulo vno culpabilis, generaliter poſtea abiurando, relapſus dicitur, ſi committit etiam in alium articulum ſeparatum, d. cap. accuſatus, §. eum vero, & ibi gl. ſimpliciter. & gl. iudicari.

poſt Hæreſis abiurationem, de qua conuictus fuerat, vel poſtea conuincitur, ſi facto vel verbo communicat hæreticis, receptando, viſitando, dona, vel munera ei donando, vel mittendo, ſeu fauorem eis impendendo, relapſus iudicari debet, d. cap. accuſatus, § ille quoque.

Hæreſim ſapere manifeſtè dicuntur, circa aras idolorum nefarias preces emittere, ſacrificia offerre, dæmones conſulere, eorum reſponſa ſuſcipere, vel aſſociare ſibi hæreticos propter ſortes exercendas, vel facere prædicta cum ſanguine, vel corpore Chriſti, vel in ſortibus, vt poſſint habere reſponſa, vel rebaptizare puerum, vel his ſimilia, gl. ſaperent, in d. cap. accuſatus, §. ſane.

Hæreſis crimen non extinguitur morte, quoad confiſcationem bonorum, d. cap. accuſatus, §. in eo vero.

de Hæreſis crimine cognoſcitur poſt mortem, & fertur ſententia quoad bona vſque ad 40 annos: poſtea illa abdicare non poterunt à filiis Catholicis, qui illa tanto tempore poſſederunt bona fide: quod verum eſt, ſi parentes Catholici putabantur, gl. poſt mortem, ibid.

in Hæreſis crimine poteſt procedi, quando ſubeſt infamia, vel ſuſpicio contra aliquem: & eodem modo poteſt procedi propter ſcandalum & tumultum populi, cap. vt officium. De hæreticis, lib. 6.

4 Hæreſis crimen eſt graue, & ideo cum maiori cautela procedi debet, d. cap. vt officium, §. verum.

in Hæreſis crimine non debet iudex ſolus examinare teſtes: ſed debet habere alios ſocios ſecum, ibid.

ob Hæreſim poteſt quis damnari in carcere, cap. vt commiſſi. §. nec non, eod.

in Hæreſis cauſa poteſt quis ſuper eodem articulo trahi ad diuerſos iudices: quod ſecus eſt in aliis, cap. per hoc, 17. eod.

de Hæreſis crimine non poſſunt cognoſcere domini temporales: aliàs de eo cognoſcentes excommunicati ſunt ipſo iure: & perſiſtentes in ea per annum, vt hæretici condemnari debent, cap. vt inquiſitionis, 18. eod.

Hæreſis crimen eſt merè Eccleſiaſticum, d. cap. vt inquiſitionis, §. prohibemus.

in Hæreſis cauſa proceditur ſimpliciter, & de plano, & dicta teſtium, & accuſatorum non publicantur, ſi periculum timeatur, cap. ſtatuta, 20. eod.

in Hæreſis cauſa ſpeciali iure adhibetur plena fides teſtibus, licet non ſint publicata eorum nomina parentibus: ſecus

eſt in aliis cauſis, d. cap. ſtatuta. §. iubemus.

Hæreſis dicitur labes, clem. 1. § 1. De hæreticis.

in Hæreſis crimine debet fieri diligens indagatio, ibid.

pro Hæreſis crimine incarceratis quanta prouiſio detur, iudex debet prouidere, d. clem. 1. §. porro. 5

Hæreſis eſt crimen contagioſum, d. clem. 1. §. verum.

Hæreſis crimen imponens malitiosè inſontibus, eſt damnatione digniſſimus, ibid.

de Hæreſi ſi fuerit damnatus clericus, eius bona propria confiſcantur: ſed non bona Eccleſiæ, cui deſeruit, etiamſi præfuerit, clem. 2. & ibi gl. Eccleſiarum, eod.

de Hæreſi ſi fuerit damnatus Monachus, qui præeſſet Eccleſiæ, bona quæ acquiſiuit intuitu perſonæ, non confiſcantur, cum impediente profeſſione ſibi non poſſit acquirere, d. gl. Eccleſiarum.

de Hæreſi ſi fuerint damnati clerici, eorum bona confiſcantur, & iubentur diuidi inter Eccleſias, à quibus beneficiati ſunt, gl. applicare, ibid.

contra de Hæreſi ſuſpectos proceditur ex officio, clem. 2. § fi. De verbis.

Hæreſis propriè non cadit in Iudæos, gl. hæreticum, ibidem.

ab Hæreſi rediens de iure communi non poteſt ordinari ſine diſpenſatione, cum quo diſpenſatur ſemiplenè, quando ad minores ordines promouetur: plenè, quando poteſt fieri ſacerdos, & non vltra: pleniſſimè, cùm ad omnes ordines, & dignitates promouetur: plenius diſpenſatur, cum poteſt fieri Epiſcopus, ſed non Primas, gl. fi. in can. nos diſt. 52.

de Hæreſi damnatus non debet vocari ſub nomine dignitatis priſtinæ, can. propter, diſt. 19.

ex Hæreſis ſuſpicione poteſt quis tanquam hæreticus condemnari, can. ſi quis Presbyter, diſt. 30.

Hæreſes oportet eſſe, vt qui probati ſunt, manifeſti fiant, can. ſaluator, 1. q. 3. 6

Hæreſi ſuæ renuncians recipi poteſt ad Epiſcopalem dignitatem, vel ad ordines ex diſpenſatione: ſed de rigore iuris non, cum ſint deponendi, in ſumma, & ibi gloſ. 1. & can. 1. 1. q. 7.

ab Hæreſi reuertentes ad fidem ad priſtinum ſtatum ſunt recipiendi: ita quòd per ſcripturam abnegent hæreſim, & fidem Catholicam confiteantur, can. conuenientibus, 1. q. 7.

ab Hæreſi reuertentes ad fidem non ſunt recipiendi ad ordines, ſi ſponte ab hæreticis fuerant ordinati, vel ſtudiosè ad ſubuerſionem noſtræ fidei elegerunt ab hæreticis ordinari, ibid.

Hæreſis ſeparat omnem hominem ab Eccleſia, d. cap. conuenientibus, § item Ioannes.

ab Hæreſi Nouatiana redeuntes ad fidem debent per ſcripturam, abnegantes hæreſim, fidem Catholicam confiteri: & ſi ab illis fuerint ordinati, iterum debent ordinari, can. ſi qui voluerint, 1. q. 7.

ab Hæreſi redeuntes poſt publicam profeſſionem in ſuis ordinibus recipi poſſunt, can. ſaluberrimum, 1. q. 7.

ab Hæreſi redeuntes debent publicè deteſtari hæreſim, & eius authores, can. ſi quis Epiſcopus, 1. q. 7.

Hæreſis omnis eſt damnata, gl. 2. in ſumma, 24. q. 1 7

Hæreſis authore damnato, omnes qui ſequuntur eum cenſetur damnati, canon. 2. & ibi gloſ. ſed authore, 24. q. 1.

in Hæreſim damnatam incidentes ab Epiſcopo, vel ſuo ſuperiore debent abſolui, gl. fi. ibid.

Hæreſis vnius authore ſemel condemnata à ſynodo, non eſt opus ſynodum iterum congregari, etiam ad condemnationem eorum, qui eum ſequuntur, cum in hæreſim ſemel damnatam inciderint, d. can. 2.

in Hæreſim nouam lapſus, ſi fuerit excommunicatus, propter hoc non habet poteſtatem ligandi, vel abſoluendi, can. audiuimus, §. 1. 24. q. 1.

Hæreſis differt à ſchiſmate, quia hæreſis habet prauam doctrinam ſeu peruerſum dogma: ſed ſchiſma fit propter diſſenſionem Epiſcopalem, & ideo in principio diſcordant, ſed in fine concordant, can. inter hæreſim, 24. q. 3.

inter Hæreſim, & ſchiſma illa eſt differentia, quæ eſt inter diſpoſitionem, & habitum: primo enim dicitur ſchiſma: ſed cum poſt tempus pertinaciter adhæſerit ſuæ ſectæ, dicitur hæreſis, gl. 1. ibid.

Hæreſis ſibi vnuſquiſque eligat diſciplinam, quam putat eſſe meliorem, can. hæreſis, 24. q. 3.

Hæreſes eſſe permittit Deus ad experientiam bonorum, can. ideo 24. q. 3.

Hæreſis abiurationem quomodo debeat facere infamatus de hæreſi, continetur in can. ego Berengarius, De conſecrat. diſt. 2. 8

de Hæreſi damnati per Eccleſiam relinqui debent iudicio ſeculari puniendi debita animaduerſione, extrauag. excommunicamus. Gregorij non.

de Hæreſis ſuſpicione notatus, ſi ſe non purgauerit, debet excommunicari, ita quod ſi per annum in ea excommunicatione perſtiterit, vt hæreticus condemnari debet ibidem.

in Hæreſim relapſus quadam iuriſdictione dicitur ille, qui tanquam accuſatus, vel ſuſpectus de hæreſi eam in iudi-

G g g cio

cio abiurauit, & poſtea committit in ipſa, licet ante abiurationem plenè non fuerit probatum crimen hæreſis, dummodo orta ſuſpicio fuerit violenta, & certis ac veris indiciis comprobata: ſecus ſi ſuſpicio fuerit leuis, & modica, extrauag. quod ſuper nonnullis, Alex. 4.

in Hæreſim relapſus dicitur ille, qui receptauit hæreticos, vel aſſociauit, vel viſitauit, ſeu dedit, vel miſit munera, ſi legitimè conſtet, quòd ante abiurationem in hæreſim fuiſſet lapſus, ibid.

de Hæreſi diffamati publicè proprio iuramento & coram duobus, vel tribus compurgatoribus fide dignis per eundem diffamatum eligendis, ſeipſas ſecretè, & extraiudicialiter coram nuncio in parrochia, in præſentia parrochi, vel duorum teſtium abiurare debent, extrauag. illius vices. Pauli tertij.

de Hæreſi diffamati, & incarcerati in regno Portugaliæ, debent relaxari data cautione: item noui Chriſtiani pœnitentes in inquiſitione non debent vexari, ibid.

in Hæreſis cauſa pro reis intercedentes, aut ſuffragia poſtulantes, pœnas hæreſis incurrunt, extrauag. ſi de protegendis. Pii Quinti.

Hæreticæ propoſitiones 41. Martini Lutheri damnantur à Leone decimo, extrauag. exurge Domine. Leonis decimi.

Reliqua in verbo, Confitenti. Crimen, 8 9. Mors. Schiſma. Schiſmaticus. Incarcerari. Inobedientia. Lapſi. Papa, 48 Simonia, 1. 9.

Hæreticus in genere, n. 1. vſque 13.
Hæreticus quis dicatur, n. 14 vſque 17.
Quoad pœnam, & tradendum curiæ ſeculari, & confiſcationem, 18 vſque 20.
Quoad priuationem beneficiorum, & dignitatum Eccleſiaſticarum, 21.
Quoad redeuntes ad fidem, n. 22. 23.
Quoad capacitatem ſuccedendi, & poſſidendi bona, n. 24.

1 HAERETICVS eſt extra Eccleſiam: & dicitur incorporari, & redintegrari Eccleſiæ per pœnitentiam, cap. 3. De hæreticis.

Hæreticus omnis, vel ſchiſmaticus, cum diabolo, & angelis eius, æterni ignis incendio participabit niſi ante finem vitæ, Catholicæ Eccleſiæ fuerit incorporatus, & redintegratus, ibid.

Hæretico, & omni homini, qui Catholicæ Eccleſiæ vnitatem non tenet, non prodeſt baptiſmus, nec eleemoſyna, nec martyrium etiam pro Chriſti nomine, vel quodcumque bonum quoad hoc, vt conſequatur vitam æternam, ibid.

Hæreticus, vel ſchiſmaticus æquiparantur: nam ſchiſma non eſt ſine hæreſi, ibid. & gloſ. conſtat, & gl. ſeq. in can. per Eſaiam, 98. § conſtat 1. q. 1

vt Hæretico damnato authore, non damnantur omnia eius opera, cap. damnamus, §. in nullo. De ſumma Trinit.

Hæretici omnes ſunt excommunicati, gl. 1. in cap. cum Chriſtus, 7. & cap. excommunicamus, 13. De hæreticis.

Hæretici receptatores, & fautores eorum ſunt excommunicati: & decedentes in hoc peccato, in cœmeterio Eccleſiæ non debent ſepeliri, nec pro eis orare licet, cap. ſicut ait, 8. De hæreticis.

cum Hæretico non debet quis aliquam negotiationem exercere, nec eum in domo ſua recipere, vel in terra ſua tenere, ibid.

Hæreticus malè ſentiens, vel malè docens de Sacramentis Eccleſiæ, excommunicatus eſt: & conuictus, niſi ſe correxerit, & errorem abiurauerit, ſi clericus eſt, degradatur, & curiæ ſæculari traditur, per quam etiam laicus puniri debet, cap. ad abolendam, 9 eod.

Hæretici habent facies diuerſas, ſed cauſas habent colligatas ad inuicem, quia de vanitate conueniunt in idipſum; nam ad eundem finem omnes tendunt, ſcilicet deceptionis, cap. excommunicamus, 13. & cap. pe. De hæreticis.

2 Hæreticos vniuerſos ab Eccleſia damnatos poteſtates ſæculares pro viribus tenentur exterminare, cap. excommunicamus, §. moneantur. De hæreticis.

Hæreticis purgare terram ſuam tenetur dominus temporalis; & contrà faciens excommunicatur: & ſi perſtiterit per annum in excommunicatione, nunciatur Papæ, qui fideles ab eius iuramento abſoluet, & eius terram fidelibus exponet, ſaluo iure principalis domini, niſi & ipſe ſit in culpa, ibid.

Hæreticus, antequam condemnetur, ſæpius eſt admonendus, vt redeat ad fidem: ſed poſt condemnationem eſt vitandus quoad hoc, vt non ſint ei ſecreta noſtræ fidei exponenda, vt impugnet nos, gl. condemnetur, in d. cap. excommunicamus, §. qui autem.

Hæreticorum receptatores, fautores, defenſores, & credentes eis, ſunt excommunicati: qui ſi intra annum ſatisfacere contempſerint, ex tunc ipſo iure ſunt infames, nec ad publica officia, ſeu conſilia, nec ad eligendos aliquos ad huiuſmodi officia, nec ad teſtimonium debent admitti, d. cap. excommunicamus, §. credentes.

Hæreticorum receptatores, fautores, & credentes perſiſtentes per annum in excommunicatione, nec ſatisfacientes, inſtabiles ſunt, nec ad ſucceſſionem hæreditatis admittuntur, ibid.

Hæreticorum receptator, fautor, vel defenſor, perſiſtens in excommunicatione per annum, cogitur aliis reſpondere in iudicio: ſed alii non tenentur ei: quòd ſi fuerit iudex, eius ſententia nulla eſt: ſi vero ſit aduocatus, eius patrocinium non debet admitti: ſi vero ſit tabellio, inſtrumenta ab eo confecta nullius ſunt momenti, ibid.

Hæreticorum receptatoribus, fautoribus, & defenſoribus non debent clerici præſtare ſacramenta, nec eos ſepelire in loco ſacro, nec eorum oblationes percipere: aliàs ſuo priuentur officio, ad quod ſine diſpenſatione Papæ reſtitui non debent, ibid.

Hæreticorum receptatores, fautores, & defenſores ſimili pœna cum hæreticis puniuntur, etiamſi ſint conſanguinei, gloſ. receptatores, ibid. 3

Hæreticorum receptatores, &c. à quolibet actu legitimo repelluntur, nec donare, nec vendere, nec contrahere poſſunt, gl. ſit etiam, ibid.

Hæretici vniuerſi Cathari, Patareni, Pauperes de Lugduno, Paſſagini, Tœpini, Arnaldiſtæ, Speroniſtæ, & alii quibuſcumque nominibus cenſeantur, excommunicati ſunt, cap. pe. eod.

Hæretico ſi tenetur quis aliquid ſoluere certa die ſub pœna, etiamſi ad id iuramento ſit adſtrictus, non incidit in pœnam: quia in illa obligatione, & iuramento tacitè ſubintelligitur, ſi talis permanſerit, cui communicare liceat, gl. ſi. in cap. ſi. eod.

Hæretici, fautores, receptatores, & defenſores eorum ſunt ipſo iure excommunicati, cuiuſcumque ſexus fuerint, cap. nouerit, & ibi gl. 1. De ſentent. excommunic.

Hæreticorum defenſores ſunt excommunicati, & damnabiliores, quàm ipſi hæretici, gl. 2. in cap. ſuper quibuſdam, 25. De verb. ſignif.

Hæreticorum corpora debent carere ſepultura, & ſi fuerint ſepulta, debent extumulari, ſi eorum oſſa poſſint decerni ab oſſibus aliorum: aliàs non, cap. 2. & ibi gl. extumulent. De hæret. lib 6.

cum Hæreticis communicare poſſumus, propter neceſſitatem famis, gl. non poſſit, in cap. accuſatus, § ille quoque, eod.

cum Hæreticis communicans ignoranter excuſatur, ibid.

Hæreticorum fautor dicitur ille, qui impedit, ne veritas in cauſa fidei inueniatur, d. cap. accuſatus. § ſi. 4

ſuper Hæreticorum proceſſu non derogatur Ordinariis, licet Papa alteri generaliter deleget, cap per hoc, eod

Hæretici Bonoſiaci, qui dicebant Chriſtum non proprium, ſed adoptiuum filium fuiſſe, damnati ſunt, gl. exiſtit. in clem. 1. De ſumma trinit.

Hæretici Ariani negauerunt Filium coæternum Patri, ſed damnati fuerunt: nam Filius in diuinis eſt coæternus Patri, gl. eternaliter, ibid.

Hæretici, qui à iure ſunt excommunicati, non poſſunt ſepeliri in cœmeteriis, gl. excommunicatos in clem. 1. De ſepulturis.

Hæretici poſſunt abſolui ſine diœceſano: vel è conuerſo, gl. contra, in clem. 1. §. De hæret.

Hæreticorum inquiſitio pertinet ad diœceſanum, ſcilicet authoritate ordinaria, & etiam ſpectat ad inquiſitores à ſede Apoſtolica deputatos, d. §. 1.

Hæreticus omnino etiam occultus eſt ipſo iure excommunicatus, gl. eo ipſo. in d. clem. 1. §. verum.

Hæretici Beguardi, & Beguinæ Alemaniæ damnati ſunt, & eorum octo errores, contra quos diœceſani, & inquiſitores debent ſuum officium diligenter exercere, clement. ſi. eod.

Hæretici ſunt vitandi, vt nec in domo vel terra foueantur, nec negociatio cum eis exerceatur, & eis dicendum eſt, non nouimus vos, gl. euitandos, in extrauag. quia quorumdam. Ioan. 22.

Hæreticos defendens peccat. in fide, gl. defenſorem, in can. canones, diſt. 25.

ab Hæreticis geſta, etiam vtiliter, non ſunt ab Eccleſia recipienda, can. canones, diſt. 26. 5

Hæretici habent veritatem omnium ſacramentorum, ſed non executionem, can. ſecundum, & ibi gl. 1. & gl. generaliter, & gl. ſi. diſt. 29.

Hæretici ſchiſmatici ſunt ab Eccleſia ſeparati, & præciſi: ideo ab eis non ſunt recipienda Eccleſiaſtica ſacramenta, can. præter. §. ad hæc, diſt. 32.

Hæretici concluſiones ſuas potius fundant ſuper ſophiſtica diſputatione verborum, quam ſuper veritate negotiorum, can. omnem, diſt. 37.

Hæreticos poſt primam & ſecundam correctionem vitare debemus, & ſecretiora fidei non debemus eis pandere: nunquam tamen ceſſandum eſt ab illis, quin ſacerdos ad correctionem, gl. ſi. in can. quieſcamus, diſt 41.

Hæreticus omnis eſt mendax. gl. pen. in can. 1 1. q. 1.

Hæretici non conferunt effectum ſacramenti, ſed bene

ipſum ſacramentum, can. etiam, 48. & ibi gloſ. a. 1. qu. 1.
per Hæreticum ſententia iuſta dari non poteſt, cum ſit excommunicatus, gl. 1. in can. hanc, 56. 1. q. 1.
ab Hæreticis oblata Deo non placent, can. ſic populus, 61. 1. q. 1.
Hæreticorum ſacrificia odit Deus, & à ſe proijcit, & deteſtatur factorem eorum, can. odit Deus, 66. & can. ſeq. 1. q. 1.
Hæreticorum benedictiones potius ſunt maledictiones, quam benedictiones, can. non oportet, 65. & can. ſeq. 1. q. 1.
6 cum Hæreticis vel ſchiſmaticis non licet orare, can. non liceat, 67. 1. q. 1.
de Hæreticorum manibus non debet recipi communio, can. ſuperueniente, 72. 1. q. 1.
Hæreticorum benedictionibus Deus maledicit: hoc eſt, quicquid per eos benedicitur, per Deum maledicitur, can. maledicam, 96. 1. q. 1.
cum Hæretico vel pagano nec cibum ſumere debemus, nec cum eis lauari, aut medicinam capere, can. ſi quis loquit, 70. & ibi add. marg. 1. q. 1.
Hæreticus præciſus poteſt conferre tam baptiſmum, quam ordinem: differt tamen in hoc, quod baptizans in caſo neceſſitatis, non peccat, quod numquam eſt in collatione ordinum, gl. largiendi, in can. quod quidam, 97. §. ex his, 1. q. 1.
Hæreticus Donatiſta, ſeu Nouatianus, conuerſus ad fidem, ex laico in Epiſcopum reprehenſibiliter, id eſt non ſeruatis interſtitijs promotus, toleratur ex neceſſitate, dummodo in libello ad Papam miſſo confiteatur ſe eſſe Catholicum, can. maximum, & ibi gl. 1. & can. Donatum, 1. qu. 7.
Hæreticorum iudicium certificat Eccleſiam, gl. ſeculari, in can. multi, 2. q. 1.
Hæreticus, ſchiſmaticus, vel apoſtata, qui omnes ſunt infames, non poſſunt accuſare recte credentem, hoc eſt Chriſtianum, can. alieni, & can. ſeq. 2. q. 7.
Hæretici, pagani, vel Iudæi non poſſunt accuſare Chriſtianum, niſi ſuam iniuriam proſequantur, can. pagani, & ibi gl. 1. 2. q. 7.
Hæreticus poteſt accuſare hæreticum, & contra eum teſtificari, & hoc ſecundum leges: ſed ſecundum canones numquam admittitur, can. ſi hæreticus, & ibi gloſ. 1. 2. qu. 7.
Hæretici teſtimonium non valet contra orthodoxum: ſed pro orthodoxo valet, ibid.
7 Hæreticus minor eſt quolibet Chriſtiano, can. cum minores, 6. q. 1.
Hæretici, excommunicati, depoſiti conferunt vera ſacramenta, & verum corpus conficiunt, gl. 1. in ſumma, 9. qu. 1.
Hæretici & ſchiſmatici ſunt ipſo iure excommunicati, gl. 2. in can. 1. 9. q. 1.
Hæretici ad ſalutem etiam inuiti ſunt trahendi, can. diſplicet, 23. q. 4.
Hæretici vtiliter petiuntur, quæ Catholici vtiliter inferunt, can. quando, 23. q. 4.
Hæretici primo ſunt admonendi, poſt occidendi, gloſ. fin. ibidem.
Hæreticos ratione perſequitur Eccleſia, can. qui peccat, 23. qu. 4.
Hæreticis reſiſtendum eſt, gl. ego autem, ibid.
Hæretici ſunt puniendi, niſi reſipiſcant, gl. fi. in can. non inuenitur, 23. q. 4.
Hæretici ſunt impij, & ſacrilegi, cum ſint è corpore Eccleſiæ ſeparati, can. ſi vos, 23. q. 5.
Hæretici, & ſchiſmatici poſſunt violenter compelli ad bonum, can. ſchiſmatici, 23. q. 5.
Hæreticus ſi tulit ſententiam ſuper matrimonio, valet illa, gl. 2. in can. 1. 23. q. 7.
8 Hæreticorum quidam ſunt manifeſti, quidam occulti: & Eccleſia quandoque excommunicat hæreticos, quandoque Catholicos, gl. 1. in ſumma, 24. q. 1.
Hæreticus indiſtinctè, ſiue nouam, ſiue veterem hæreſim ſequatur, excommunicatus eſt, licet ſit occultus, gloſ. 1. in ſumma, 24. q. 1.
Hæreticus cum ſit excommunicatus, non poteſt excommunicare alium: alia tamen quæ agit, tenent, dum toleratur, ibid.
Hæreticus ſi tulit ſententiam excommunicationis, illa ſententia toleranda eſt, dum ipſe eſt occultus, licet ſit nulla, ibid.
Hæreticus omnis eſt excommunicatus, quantumcumque ſit occultus: & ideo non poteſt alios excommunicare, gl. 2. ibidem.
Hæreticum eſſe Prælatum ſi ſcirem, ipſe tamen non prædicaret, ſi excommunicaret me, poſſem celebrare in occulto, ſed non in aperto: quia cum non poſſem probare eum eſſe hæreticum, ſic me non excommunicatum deponeret, ibid.
ab Hæretico lata ſententia quælibet eſt nulla, ſed toleratur poſtea, ibid.
Hæreticus, qui in hæreſim ſemel damnatam lapſus eſt, contra eum nouam ſententiam non eſt opus proferri, cum eius damnatione ſeipſum inueluat, can. 1. 24. q. 1.
Hæreticorum conſortia ſunt fugienda à Catholicis, can. quo dignior, 24. q. 1.
Hæretici cum à fide Catholica receſſerint, perfectionem ſpiritus, quam acceperant, emiſerunt, can. hæretici, 24. qu. 1.
Hæretici carent penitus ſacrificij poteſtate, can. didiſcimus, 24. q. 1.
Hæreticus occultus toleratur, gl. 2. ibid.
ab Hæretico etiam poſitus in extremis poteſt accipere baptiſmum, can. ſi quem, 24. q. 1. 9
de Hæretici manu ſi neſciens prohibitam communionem acceperit, per annum debet pœnitere: ſcienter vero recipiens, per decem vel ſeptem, aut quinque annos, can. pœnitentia, 24. q. 1.
Hæreticum Miſſam in Eccleſia celebrare permittens, neſciens id eſſe malum, debet pœnitere per 40. dies: ſi vero id fecerit propter reuerentiam ipſius, per annum pœniteat, ibidem.
Hæreticum Miſſam in Eccleſia celebrare permittens in contemptu Eccleſiæ, reputatur hæreticus, niſi pœnitentiam agat, quam debet facere per decem annos, ibid.
ab Hæretico in neceſſitate licitum eſt recipere baptiſmum, & non Euchariſtiam, quia in baptiſmo plenior fit remiſſio, quam in ſola cordis contritione: tum quia in Sacramento Euchariſtiæ ſolent hæretici formam Eccleſiæ pervertere, in baptiſmo vero non, gl. habebunt, in can. Subdiaconus, & gl. in can. ſi. 24. q. 1.
Hæretici etiam poſt mortem ſunt excommunicandi, canon. ſane profertur, 24. q. 2. can. 6. & ibi gloſ. anathema, ibidem.
Hæretici alicuius opera quædam, quando recipiuntur, non quia eius ſunt, ſed quia Eccleſia approbauit: omnia enim noſtra ſiunt, quibus authoritatem impartimur, gloſ. fin. ibidem. 10
Hæretici cum ſint ab Eccleſia ſegregati, non habent Spiritum ſanctum, licet habeant dona Spiritus ſancti, ſcilicet ſcientiam, aut fortitudinem, can. de illis, & ibi gl. 2. 24. q. 3.
Hæreticus Arius fuit vna ſcintilla in Alexandrina Eccleſia: ſed quoniam non ſtatim oppreſſa fuit, per totum orbem eius flamma populata eſt, can. reſecandæ, 24. q. 3.
Hæreticorum iudicium clarificat Eccleſiam, gloſ. a. in can. inter hæreſim, 24. q. 3.
Hæreticus omnis eſt ſchiſmaticus, ſed non conuertitur, gl. a. in can. inter hæreſim, 24. q. 3.
Hæreticum poſt primam & ſecundam admonitionem, ſeu correctionem euitare debemus, can. dixit, & ibi gl. 1. 24. qu. 3.
Hæretico nondum damnato poſſumus explicare ſecreta fidei, ſæpius eum corrigendo, gl. a. ibid.
Hæreticum damnatum poſt tertiam admonitionem in ſecretis fidei noſtræ vitare debemus, ne eum peritiorem reddamus: ſed quantum ad admonitionem faciendam, poſſumus ei communicare quotieſcumque viſum fuerit, ibidem.
Hæretici ſophiſmatibus & arte dialectica ſæpe Eccleſiam & Eccleſiaſticos lædunt, can. transferunt, 24. q. 3. 11
Hæreticorum ſodalitates, & conuiuia debent clerici vitare, can. clericus, 24. q. 3.
Hæreticorum conuenticula, non Eccleſia, ſed conciliabula ſunt appellanda, ibid.
cum Hæreticis neque orandum eſt, neque pſallendum, ibidem.
cum Hæreticis nullum certamen debent inire canonum obſeruatores, cap. cum quibus, & ibi gl. fi. 24. q. 3.
cum Hæreticis recte poteſt diſputari de fide, ad hoc vt conuincantur, ſed non vt in dubium reuocent fidem noſtram, gl. fi. ibid.
Hæreticorum quamplurimæ ſectæ, & eorum errores recenſentur in can. quidam autem, 24. q. 3.
Hæreticum poſt primam & ſecundam correctionem deuitare debemus, can. Epiſcopi, 25. q. 5.
Hæreticus non poteſt contrahere matrimonium cum Chriſtiana: ſi tamen contrahat, tenet matrimonium, gloſ. 1. in can. non oportet, 28. q. 1.
per Hæreticos poteſt acquiri Eccleſiæ, vel alteri loco religioſo, gl. per modos, in can. recurrat, 32. q. 4.
Hæreticus eo ipſo quòd reddat quis, incidit in excommunicationem, gloſ. 1. in can. cogitationes, De pœnitent. diſtinct. 1.
ab Hæreticis non licet accipere pœnitentiam, ſicut nec Euchariſtiam: ſed bene baptiſmum in neceſſitate, gloſ. præſentiam, in cap. is poteſtatis. De pœnitentia.
Hæretici alienum ignem, ſcilicet cupiditatis, & prauæ doctrinæ accendunt in Eccleſia, qui ſcripturam ſacram malè interpretantur: & ſic peccant in Spiritum Sanctum, cum aliter interpretentur, quàm Spiritus Sanctus flagitat, & tales pſeudoprophetæ dicuntur, gl. & qui, in can. inter hæc, a De pœnitentia, diſt. 3.
Hæreticus Prælatus acquirit Eccleſiæ, cui præeſt, gl. 6. in can. & dixit. De conſecrat. diſt. 2. 12
Hæretici extra Eccleſiam conficiunt, gl. pe. in can. non in vobis, De conſecrat. diſt. 4.

Hæretici dicuntur eſſe in ſymbolo, quia ſunt in maiore parte, gl. in ſymbolo, ibid.

Hæretici habent ſacramentum; ſed rem, id eſt vnitatem Eccleſiæ non habent intus, d. can. non in vobis.

Hæretici quocunque nomine nominentur, ſunt excommunicati, extrauag. excommunicamus. Gregorij 9.

Hæreticorum fautores, receptatores, ſeu defenſores excommunicantur, & ita excommunicatione notati, ſi non ceſſent à ſua præſumptione, ipſo iure ſunt infames, nec ad publica officia, vel conſilia, nec ad teſtimonium ſunt admittendi, ibid.

Hæreticorum fautores, vel receptatores ſunt inteſtabiles, vt nec habeant teſtamenti factionem, nec ad hæreditatis ſucceſſionem valent accedere, ibid.

Hæretici ſepeliendi non ſunt in Eccleſiaſtica ſepultura, & ſepelientes eos ſunt excommunicati, nec ſunt abſoluendi, niſi propriis manibus publicè extumulent, & proiiciant eorum cadauera; & locus talis perpetuo careat ſepultura, ibid.

13 Hæreticos, vel celebrantes occulta conuenticula, ſi quis ſcierit, debet eos indicare confeſſori, vel alii, per quem credat ad Prælati notitiam peruenturum id: alioquin excommunicantur, ibid.

Hæretici impœnitentes, & pertinaces, ſeu eorum receptatores, ſeu defenſores, confiſcatis eorum omnibus bonis, bono publico ſunt exponendi, extrauag. cum fratres. Innocentii 4.

contra Hæreticos ſalutiferum Crucis verbum debent Prædicatores edocere, & charactere Crucis debent conſignari illi, qui bono zelo ad hæreſes fugiendas votum aſſumpſerint, extrauag. malitia huius temporis. Innocentii 4

cum Hæreticis inientes fœdera, ſeu ligas, aut ſocietates, eoſque receptando, & eis præſtando auxilium, vel fauorem, ſunt puniendi tanquam vehementer ſuſpecti, extrauagant. cum nonnulli. Ioannis 22.

Hæreticorum trium errores, ſcilicet Ioannis Vviclef. Angli, Ioannis Hus Bohemi, & Hieronymi Pragenſis in Concilio Conſtantienſi fuerunt damnati, extrauag. inter cunctas. Martini Quinti.

Hæreticum eſt à dæmonibus expectare reſponſum, extrauag. nunciatum. Sixti Quarti.

Hæretici ſi iudices extiterint, eorum ſententiæ ſunt nullæ, nec debent deduci aliquæ cauſæ ad eorum audientiam, extrauag. cum Apoſtolatus. Pauli Quarti.

Hæretici ſi extiterint aduocati, eorum patrocinium non debet recipi: ſi vero fuerint tabelliones, inſtrumenta confecta per eos nullius roboris & momenti ſunt, ibid.

Reliqua in verbo, Arius, Baptiſmus, n. 27. Baſilides. Bene agere. Beneficium, n. 23. Cataphrigiorum. Catholica. Chriſtianus, 4. 6. Communicans. Conradus. Contumacia, 4. Contumax 7. Donatiſta. Fautor. Schiſmaticus. Liber, 1 2. 4. Marcion. Martinus. Monoſcelitæ Optatus. Origenes. Pelagius. Pertinacia. Princeps, 4. Relapſus, Sacramentum.

14 **HÆRETICI** cenſendi, ſunt illi, qui doctrinam reprobatam & hæreticam defendunt, cap. damnamus, § ſi quis. De ſumma Trinit.

Hæreticus non debet dici, licet erraſſet in fide, is, qui paratus fuit corrigi, & ſe correxit, gl. fi. in d. cap. damnamus, §. fi.

Hæreticus dicitur quis multis modis: veluti qui peruertit ſacramenta Eccleſiæ, vt ſimoniacus. Item qui ſcindit ſe ab vnitate Eccleſiæ. Item omnis excommunicatus. Item qui errat in expoſitione ſacræ ſcripturæ. Item qui confingit nouam ſectam, vel confictam ſequitur. Item qui aliter ſentit de articulis fidei, quàm Eccleſia Romana. Item qui malè ſentit de ſacramentis Eccleſiæ, gl. 1 in cap. 3. De hæret. gl. fi. in can. paternarum, 24 q. 3

Hæreticus eſt ille, qui de ſacramento Domini noſtri Ieſu Chriſti, vel de baptiſmo, ſeu de peccatorum confeſſione, matrimonio, vel reliquis ſacramentis Eccleſiaſticis, aliter ſentit, vel docet, quam ſacroſancta Romana Eccleſia prædicat, & obſeruat. cap. ad abolendam, eodem.

Hæreticus non eſt habendus ille, qui non pro crimine hæreſis, ſed pro alio crimine ſtetit per annum in excommunicatione, ſed tantum excommunicatur per ſuſpicionem hæreſis, cap. excommunicamus, §. qui autem. De hæreticis.

Hæretici ſunt credentes erroribus hæreticorum, cap. fe. §. fi. eod.

15 Hæretici manifeſti dicuntur, qui contra fidem Catholicam prædicant publicè, aut profitentur, ſeu defendunt eorum errorem: vel qui coram Prælatis eorum conuicti ſunt, vel confeſſi, vel ab eis ſententialiter condemnati ſuper hæretica prauitate, cap. ſuper quibuſdam, 26. De verb. ſignific.

Hæretici publicè prædicantes contra Catholicam fidem ſunt hæretici notorii rei euidentia, cùm eorum factum non poſſit celari aliqua tergiuerſatione, gl. 1. in d. cap. ſuper quibuſdam.

H AE R

Hæreticus iudicatur ex mente, licet non ex verbis ille, qui nec negat, nec aſſerit, ſed tacens male ſentit de fide, gl. fi. in cap. 1. De ſumma Trinitat. lib. 6.

Hæretici dicuntur perſonæ peſtilentiales, cap. 2. §. ad hæc. De hæreticis, lib. 6.

Hæreticus dicitur committens in vnum articulum fidei tantùm, cap. accuſatus. 8. §. cum vero, eod.

Hæreticum aliquem aſſocians, receptans, vel paſcens, videtur approbare vitam illius, d. cap. accuſatus, §. ille quoque.

Hæretici non dicuntur, qui fuerunt hæretici, & ante mortem redierunt ad fidem cap. ſtatutum, § hoc ſane, eodem.

Hæreticus iudicatur ille, qui tenet doctrinam, quæ habet, quod ſubſtantia animæ rationalis, ſeu intellectiue, verè & per ſe humani corporis non ſit forma, clemen. 1. §. porro. De ſumma Trinit.

Hæreticus non ſolum eſt malè ſentiens de articulis fidei, vel ſacramentis Eccleſiæ, ſed etiam qui peruerſum dogma habet, vel falſas, vel nouas opiniones gignit, aut ſequitur, gl. hæreticum, in clem. 1. §. fi. De vſuris.

Hæreticus eſt, qui non eſt Eccleſiæ membrum, gl. Dominici negotium, in extrau. copioſus. Ioan. 22

Hæreticus cenſendus eſt is, qui pertinaciter affirmat contrarium eius, quod ſacra ſcriptura teſtatur, extrauag. cum inter nonnullos. Ioan. 22.

Hæreticus non eſt cenſendus, qui correctionem paratus eſt ſuſcipere, gl. pertinaciter, ibid.

Hæreticus reputatur ille, qui animo ſuperbienti diſpoſitionem ſedis Apoſtolicæ articulos fidei non infringentis ſeruare, & ei obedire contemnit: cum peccatum ariolandi ſit, non obedire, & ſcelus idololatriæ non acquieſcere: vitium paganitatis, contemnere obedire, ibid.

Hæreticus iudicatur, qui ſtatutum ſummi Pontificis iuſtum venerabiliter non recipit: ſed de ipſo etiam ad vnum iota diſputare contendit, ibid.

Hæretici, ac Romanæ Eccleſiæ rebelles cenſentur omnes, qui ſcienter verbo & ſcripto præſumpſerint impugnare conſtitutiones Ioannis 22 quarum vna incipit *ad conditorem*: alia, *cum inter nonnullos*, vel aliquid defendere, vel approbare contra illas præſumpſerint, extrauag. quia quorumdam, Ioann. 22.

Hæreticus iudicandus eſt, qui ex rebellione inobediens non credit Papam conſtituere potuiſſe, quod ſtatuit, gloſ. pen. ibid.

Hæreticus eſt ille, qui dubitat de fide, can. nec licuit, diſt. 17.

Hæreticus non eſt quis, eo ipſo quòd errat, ſi paratus eſt 16
corrigi, ibid.

Hæreticus dicitur quis, per thurificationem factam idolis, etiam coactè, can. nunc autem, diſt. 21.

Hæretici probantur eſſe, qui ſchiſmate, vel excommunicatione ab Eccleſia ſunt ſeparati, canon. quod autem, 4. q. 1.

Hæreticus ignoranter ille eſt, qui ſequitur opinionem, quam putat veriorem, gl. 1. in can. quæro, 6 q. 1.

Hæreticus non eſt quis, licet erret, ſi paratus ſit corrigi, gl. emendari, in can. hæc eſt fides, 24. q. 1.

Hæreticus cenſetur quis propter ſolum dictum, gl. pen. ibidem.

Hæretici magis videntur, qui ex induſtria peccant, quàm qui ex neceſſitate, vel vel ex ſimplicitate, gl. magis in can. ſchiſma, 24. q. 1.

Hæreticus dicitur, qui in fide titubat: ſicut falſi aſſertor dicitur hæreticus, gl. titubabat, in can apertè, 24 q. 1.

Hæreticorum vocabulo continentur, qui leui etiam argumento à fide deuiant, ibid.

Hæreticus poteſt appellari, quicumque ſacram ſcripturam 17
aliter intelligit, quàm ſenſus Spiritus Sancti flagitat, à quo ſcripta eſt, licet ab Eccleſia non receſſerit, can. hæreſis, can. quidam, & can fi. 24. q. 3.

Hæreticus propriè eſt, qui alicuius temporalis commodi, & maximè vanæ gloriæ, principatuſque ſui gratia, falſas ac nouas opiniones gignit, vel ſequitur: can. hæreticus eſt, 24. q. 3.

Hæretici non ſunt, qui ſuum errorem non defendunt animo pertinaci, maximè quem à ſuis parentibus in hæreſim lapſis acceperunt, ſi veritate reperta ſint parati corrigere, can. dixit, & ibi gl. 1. 24. q. 3.

Hæreticus non eſt habendus ille, qui tenet ea, quæ ſunt contra fidem: dummodo ſit paratus corrigi, gloſ. fi. ibidem.

Hæretici ſunt, qui quod prauè ſapiunt, animo pertinaci defendunt, can. qui in Eccleſia, 24. q. 3.

Reliqua in verbo, Fraticelli. Fides, 9. 10. Iurare, 2. Iuramentum, 17. Proteſtatio. Schiſma. Schiſmaticus.

18 HÆRETICI hodie debent immurari, ſeu incarcerari, gloſ. diſpenſare, in cap. at ſi clerici, §. de adulteriis. De iudiciis.

Hæreticus ſtatim poſt depoſitionem non traditur curiæ ſeculari, ſi ſe corrigere vult: & ita non recte accipitur hic caſus: in hæretico tamen relapſo poteſt verificari dictum gloſæ, dd. reprob. gl. fi. in cap. cum non ab homine, eod.

Hæretici damnati per Eccleſiam ſeculari iudicio relinquuntur animaduerſione debita puniendi, clericis à ſuis ordinibus prius degradatis, cap. pe. De hæreticis.

Hæretici poſtquam ſunt damnati per Eccleſiam, ſi fuerint docentes, vel addiſcentes, dum tamen peruenerint ad actum addiſcendi, vltimo ſupplicio per iudices ſeculares, ſecundum leges puniuntur; ſed illi, qui ad actum addiſcendi non peruenerunt, ſed acceſſerunt ad hæreticos cauſa addiſcendi, puniuntur decem libris auri, gl. puniendi, ibid.

Hæreticis credentes, vt hæretici eadem pœna ſunt puniendi, gl. fi. in cap. pe. §. ſi, eod.

Hæretici iuxta legitimas ſanctiones puniri debent, & eorum bona ſunt confiſcanda, cap. ſuper quibuſdam. De verb. ſignific.

Hæretici ſunt puniendi per iudices ſeculares, etiamſi ſint clerici, prius à ſuis ordinibus degradati, præſente iudice ſeculari, qui ipſos recipit in ſuum forum, gl. puniuntur, ibid.

19 Hæreticus damnandus non eſt quis, ex ſola aſſertione articuli contra fidem, niſi hoc faceret ex temeritate, cap. 2. De ſumma Trinit. lib. 6.

Hæretici, & etiam ipſorum memoria, poſt mortem damnantur: & ipſorum etiam bona intelliguntur damnata, cum ſint acceſſoria ad perſonam, gl. fi. in cap. fin. §. ſi poſt. De præſcript. lib. 6.

Hæreticorum pœna eſt quadruplex, ſcilicet excommunicationis, depoſitionis, bonorum ablationis, & perſecutionis militaris, gl. hæreſi, & ibi add. in cap. ad Apoſtolica, §. ſed licet. De re iudic. lib. 6.

contra Hæreticos Ordinarii, vel Inquiſitores, ſine pœna excommunicationis debent facere executionem iuſtitiæ, per habentes iuriſdictionem ſecularem in loco, licet ipſi ſint excommunicati, vel de facto tantùm illi poſſideant iuriſdictionem, cap. præſidentes. De hæreticis, lib. 6.

poſt Hæretici mortem, declarari poteſt eum hæreticum fuiſſe, ad finem confiſcandi, cap. accuſatus, 8. §. in eo cur. eodem.

Hæretici hodie ſi non corrigantur, ſtatim tradendi ſunt curiæ ſeculari puniendum; ſi autem corrigantur, & iurent ſtare mandatis Eccleſiæ, detrudi debent perpetuo carceri ad agendam pœnitentiam, gl. fi. in can. quieſcamus, diſt. 42.

Hæretici aliqui ſi fuerint in aliqua ciuitate, tota ciuitas poteſt exuri, gl. omnes qui, in can. ſi audieris, 23. q. 5.

Hæretici occidi poſſunt, ibid.

Hæretici ab Eccleſia poſſunt puniri vario modo, puta in rebus, in honore, vel exilio, gloſ. 2. in canon. ſi vos, 23. q. 5.

20 Hæretici, & tanquam relapſi puniendi tradi debent curiæ ſeculari, negantes Deum omnipotentem non eſſe trinum in perſonis, aut Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum non eſſe verum Deum eiuſdem ſubſtantiæ per omnia cum Patre, & Spiritu ſancto: aut eundem Ieſum Chriſtum non eſſe conceptum in vtero beatiſſimæ ſemper Virginis de Spiritu ſancto: ſed ſicut cæteros homines ex ſemine Ioſeph: niſi reſipiſcant intra terminum ibi ſtatutum, extrauag. cum quorundam, Pauli 4.

Hæreticis relapſis in hæreſim, audientia, vel appellatio eſt deneganda: & relinquuntur iudicio ſeculari, & puniri debent, cap. ad abolendam, §. qui vero inuenti. De hæreticis.

Hæreticus relapſus, etiamſi redire velit ad fidem, non debet audiri, & recipi hodie quoad euitationem pœnæ: ſecus quoad ſacramenta, & ſpiritualia: quia tunc ad id auditur, gl. audientia, ibid.

Hæreticorum bona confiſcantur, & in terris Eccleſiæ applicantur fiſco Eccleſiæ; in terris imperii iudicis ſecularis fiſco: & procedit hoc etiamſi Catholicos filios habeant, cap. vergentes, 10 eod.

Hæreticorum bona ipſo iure ſunt confiſcata, cap. cum ſecundum, 19 De heret. lib. 6.

Hæreticorum bona tanquam confiſcata non debent apprehendere domini temporales, niſi prius pronuncietur per iudicem Eccleſiaſticum, qui hoc poſſit, ibid.

Hæreticorum bona licet confiſcentur, non tamen confiſcantur bona Eccleſiarum, in quibus ipſi hæretici erant inſtitulati, gl. bona, ibid.

Hæreticorum bona, poſt damnationem de hæreſi, ipſo iure confiſcantur, gl. Eccleſiæ, in clem. 2. De hæreticis.

Hæreticorum bona per diœceſanos vſurpari prohibentur,

extrauag. ex eo quod, De hæreticis, inter communes.

Hæretici rectè poſſunt ſpoliari rebus ſuis: & licitum eſt auferre hæreticis ea, quæ habent: melius tamen eſt, ſi authoritate iudicis id fiat, gl. 1. in ſumma, 23. q. 7.

Reliqua in verbo, Bona. 2. 4. 5. Mors. per tot. Incarcerari.

HÆRETICVS non poteſt iure petere reſtitutionem rerum Eccleſiaſticarum, cum ſit incapax gl. quo. 21

Hæreticorum receptator, fautor, vel defenſor excommunicatus, & per annum perſiſtens in excommunicatione, ſi fuerit clericus, ab omni officio & beneficio deponitur, cap. excommunicamus, §. qui autem. De hæreticis.

Hæreticorum, & eis credentium, & fautorum, defenſorum, & receptatorum, & eorum filii promotio ad beneficia, vel officia publica non valet, cap. 2. §. hæretici. De deſponſatione impub. lib. 6

Hæretici filius & filia ſunt inhabiles ad beneficium Eccleſiaſticum, vel officium ſeculare, & etiam nepos ex filio: ſed non nepos ex filia, gl. inane, in cap. ſtatutum, 15. De hæreticis, lib. 6.

Hæreticæ mulieris filii ſolum ſunt inhabiles ad beneficium Eccleſiaſticum, vel officium ſeculare, ſed nepotes ex filiis non: & hoc verum eſt, cum pater eſt Catholicus, ibid.

Hæreticorum bona confiſcantur, etiamſi tales hæretici habeant filios, vel agnatos, gl. 1. in ſumma, 23 q. 7

ab Hæreticis iniuſtè poſſidentur res Eccleſiaſticæ, can. quod autem, 23. q. 7.

Hæretici clerici ab omni officio & beneficio deponi debent, extrauag. excommunicamus. Gregorii 9.

Hæretici & ſchiſmatici, vltra ſententias & pœnas à variis Pontificibus impoſitas, ipſo facto ſunt ſuis ordinibus, & honoribus, & etiam beneficiis Eccleſiaſticis priuati: & ad illa de cætero inhabiles redduntur: & ſunt ineligibiles actiuè & paſſiuè, extrauag. cum Apoſtolatus, Paul. 4.

Hæretici ſi extiterint clerici, omnibus Eccleſiis etiam Cathedralibus, Metropolitanis, Patriarchalibus, ac quibuſcumque dignitatibus: ſi verò fuerint reges, vel duces, à quibuſcumque regnis, ducatibus, ac aliis dominiis temporalibus per eos poſſeſſis priuati exiſtunt iure ipſo: & regna, & ducatus, ac alia dominia publicantur: & ſic publicata efficiuntur iuris, & proprietatis eorum, qui illa primo occupauerint, ſi ſub obedientia ſanctæ Romanæ Eccleſiæ fuerint, ibid.

Reliqua in verbo, Eccleſia, 97. 98. Filius, 35. 36.

HÆRETICI cum redierint ad agendam pœnitentiam, in perpetuum carcerem detruduntur, gl. 3. in cap. quoniam. De ſimonia. 22

Hæretici in hæreſi deprehenſi, ſiue laici, ſiue clerici, ſi poſt deprehenſionem incontinenti ſponte fuerint reuerſi ad Catholicam vnitatem, & ad arbitrium Epiſcopi ſatisfecerint, euitant pœnam mortis, cap. ad abolendam, 9. De hæreticis.

Hæreticis redeuntibus ad fidem, vt pœna mortis dimittatur requiritur primò, quòd ſtatim poſt deprehenſionem ſponte reuertantur ad fidem; ſi vero ex interuallo, non ſponte, ſed metu pœnæ, & probationum, non eſt eis parcendum item requiritur, quòd errorem ſuum abiiceat publicè, ad arbitrium Epiſcopi, & congruam ſatisfactionem debent exhibere, ibid.

Hæreticus licet velit ſponte redire ad fidem, non tamen recuperat bona ſua, niſi ex miſericordia, cap. vergentes, 10 eod.

Hæreticus rediens ad fidem non euadit niſi pœnam mortis gl. fi. in cap. pe. §. fi. eod.

Hæreticis redeuntibus ad fidem venia dari debet, ita vt in perpetuum carcerem detrudantur, ibid.

Hæreticus volens redire ad fidem non eſt condemnandus tanquam hæreticus, cap. vt officium, 11. De hæreticis, lib 6.

Hæreticus licet ſit Papa, vel alius, ſi tamen ſit paratus corrigi, non deponitur, gloſ. 2. in canon. nunc autem, diſt. 21.

ab Hæreticis redeuntes, ſine ſpe promotionis, in ſuis ordinibus recipi poſſunt, can. ſi quis hæreticæ, 42. 1. q. 1.

Hæreticus reuertens ad Eccleſiam debet præſtare iuramentum, quòd de cætero non labetur, canon. cum aliquis, 11 q. 3. 23

Hæretici, à quibus fuerunt bona ablata, ſi fuerint ad fidem reuerſi, priora bona ex miſericordia reſtituuntur eis, & etiam Epiſcopatus, gl. 1. in ſumma, 23. q. 7.

Hæreticus conuerſus non tenetur ſe purgare, niſi de hæreſi, de qua erat infamatus, gloſ. 1. in can. ego Berengarius. De conſecrat. diſt. 2.

Hæretici & infideles in regno Portugaliæ, & Algarbiorum, ad fidem redeuntes, ſunt abſoluendi: & eis condemnationes ſunt remittendæ: & tales conuerſi priuilegiis & exemptionibus, quibus alii Chriſti fideles vtuntur, debent gaudere, extrau. illius vices Pauli tertii.

Hæretici ad fidem conuerſi debent facere abiurationem hæreſium, & errorum: & relapſi legitimis pœnis plecti debent, ibid.

Reliqua

Digitized by Google

Reliqua in verbo, Conuerſus, a. Fides, 9. 12.

24 **HAERETICVM** conſanguineum, vel etiam extraneum, ſi quis inſtituerit, excommunicatus debet denunciari, cap. ſi quis Epiſcopus. De heret.

Hęreticus iure hereditario Catholico ſuccedere non debet: d. cap. ſi quis Epiſcopus. & ibi gl. 1.

Hęretico, etiam conſanguineo nihil poteſt conferri, vel dari ab Epiſcopo, vel Presbitero, aut à clerico, in morte, vel in vita, cap. in eos, & ibi gl. 2. eodem.

Hęretici nihil capere poſſunt ex teſtamento, d. gl. 2.

Hęreticis cauſa pietatis poteſt dari aliquid, ne fame pereant, gl. nihil conferant, ibid.

Hęreticus non poteſt teſtari de bonis ſuis, can. accuſatus, §. in eo cut. De hęreticis, lib. 6.

Hæreticorum filijs quęſitum ius ante hęreſim parentum, propter talem hęreſim non debet tolli, gl. tegum, in extrauag. execrabilis. Ioan. 22.

Hæreticus eſt incapax poſſidendi bona Eccleſiaſtica, canon. quo iure, diſt. 8

Hęretico nihil eſt licitum poſſidere, d. can. quo iure, & ibi gl. 2.

Hęreticus non poteſt petere reſtitutionem aliquorum: quia nihil proprium poteſt poſſidere, gloſ. 2. in ſumma, 24. q. 1.

Reliqua in verbo, Filius, 35. 36.

HAERESIARCHAE Martini Lutheri, & ſequacium eius errores damnantur tanquam hæretici, & excommunicantur, ac alijs pœnis puniuntur, extrauag. exurge Domine, Leonis decimi.

Reliqua in verbo, Martinus.

HERMAPHRODITVS an poſſit eſſe teſtis, vel contrahere matrimonium cum fœmina, vel è contrà, inſpici debet ſexus, qui magis incaleſcit, can. ſi teſtes omnes, §. hermaphroditus, & ibi gl. ad teſtimonium, 4. q. 2.

HERMENEGILDVS rex Hiſpaniæ potius mortem accipere voluit, quam de manu Epiſcopi Ariani communionem recipere, can. ſi 24. q. 1.

HIERVSALEM fuit capta eo tempore, quo interfecerunt Iudæi Chriſtum, ſcilicet in Paſchate: ſed tunc fuit illa conſeruata vſque ad Auguſtinum: fuit tamen incenſa ab Iſmael Iudæo, & quibuſdam alijs, gloſ. Hieroſolimis, in can. ieiunium, 1. diſt. 76.

Hieroſolima ciuitas olim vocabatur Helia ab Helio quæſtore, qui ſitum ciuitatis mutauit: cum primo diceretur Salem, poſtea Hebus, deinde Salomonia à Salomone: nunc dicta eſt Hieroſolima ab Hieron, id eſt ſacra, & Salomon, quaſi ſacra ciuitas Salomonis, gloſ. a. in can. quoniam, diſt. 63.

Hieroſolimis fuiſſe non eſt laudandum: ſed Hieroſolimis bene vixiſſe, can. gloria, §. ſi. 12. q. 2.

Reliqua in verbo, Nabuchodonoſor.

HIRCVS pro peccato principis oblatus non fuit à filijs Aaron comeſtus, gl. 1. in can. inter hęc. De pœnitent. diſt. 3.

HISPANIAE regnum, Prouinciæ, & Burgundiorum gentes propter eorum peccata, Deus permiſit per Sarracenos deuinci & puniri, can. ſi gens Anglorum, diſt. 56.

HISTRIONES prohibentur à promotione ordinum, & à corpore Chriſti, & infames ſunt, gl. 1. in can. donare, diſt. 86.

Reliqua in verbo, Baptiſmus.

de **HIS** quæ foris ſunt, nihil ad nos: intellige in quantum Deum offendunt: ſed in quantum hominem offendunt, ſecus eſt: vel, *nihil ad nos* intellige, quoad directam correctionem, quam in eos non exercemus, ſed bene quoad indirectam correctionem, gl. ſi. in cap. poſt miſerabilem. De vſuris.

HOMAGIVM pręſtare alicui eſt quaſi quædam ſpecies ſeruitutis, cap. veniens, 15. De accuſat.

Homagium & fidelitas ſunt diuerſa, cap. ex diligenti, 17. De ſimonia.

Homagium eſt, quando quis facit alteri promiſſionem genibus flexis, & manibus in manus illius poſitis, ita quod efficiatur homo illius: & talis appellatur homo ligius, dd. reprob. gl. 1. in d. cap. ex diligenti.

Homagium pro ſpiritualibus exigi non debet: & ſi exigatur, committitur ſimonia, d. cap. ex diligenti, & ibi gl. prima, gl. homagium, in cap. 2. De ſtatu regul. lib. 6.

Homagium idem eſt, quod fidelitas, & obedientia, quam quis ratione beneficij alicuius pręſtat domino, gl. a. in cap. grauem. De exceſſ. Pręlat.

Homagium pro temporalibus, & iuriſdictionibus, & ſimilibus bene pręſtatur, gloſ. homagium, in cap. 1. De ſtatu regul. lib. 6.

Homagium dicitur alias hominium ligium, gl. homoque ligium, in clem. paſtoralis, §. denique. De re iudicat.

Reliqua in verbo, Vaſſallus. Feudum. Fidelitas.

HOMO ex natiuitate propria nihil habet de temporalibus rebus, & ſic ex natiuitate pauper pręſumitur, can. ſicut his, diſt. 47 1

Homo dicitur occidi, quando ei denegantur remedia, & abſolutiones delictorum, can. recedite, diſt. 45.

Homines dilectores huius ſęculi ſępe auditatem, deiectionem, famem, pro acquirendis diuitijs atque honoribus tolerant: & earum rerum ſpe ſe per abſtinentiam cruciant, ad quas adipiſcendas feſtinant: ſuperna autem laborioſe quærere, tanto magis diſſimulant, quanto magis ea retribui tardius putant, can. omnes, diſt. 47.

Homines ſunt magis ſolliciti in acquiſitione rerum temporalium, quàm ſpiritualium, ibid.

Homines deſeruientes vitijs, & immunditijs dicuntur eſſe infirmi, ibid.

Hominum curſus ad voluptatem procliuus eſt, gl. ſui prodiga, in §. ſed effrænata, in proemio. Decr.

Homines ſunt proni ad diſſentiendum, gloſ. noua litigia, ibid. gl. 1. in can. ſuper litteris. De reſcript. gl. 1. in can. ſin. diſt. 63.

Homo diaboli ſuggeſtione peccans, cap. firmiter, & ibi gl. dæmones. De ſumma Trinit.

Homo in pluribus conformat ſe cum Angelis, ſcilicet in ratione, & diſcretione, & in multis cum inferioribus creaturis; quia participat reſpectu corporis, ſeu animæ ſenſitiuæ, gl. quaſi, ibid.

Homo ab initio bonus creatus fuit, ſicut & Angeli, & in charitate: & authoritatem illam Apoſtoli, *Eramus natura filij iræ* &c. intellige, id eſt, eramus digni pœna æterna, ſiue debitores iræ, id eſt, pœnæ æternæ; *natura*, id eſt, inſeparabili vitio, ſcilicet originali peccato, gl. creati, ibid

Homo quod diabolica ſuggeſtione, vel conſilio peccauerit, non excuſatur, quia potuit, & debuit explorare apud ſemetipſum, an expediret ſibi illud conſilium, gl. diaboli, ibid. 2

Homines omnes fuerunt aut ante legem, aut ſub lege, aut tempore gratiæ. Ante legem habebant homines ius naturale, quo regebantur, quod conſiſtebat in his duobus præceptis: Quod tibi non vis, alteri ne facito, &c. Quod tibi vis, alteri facito. Sub lege regebantur decalogo Moyſi dato à Deo: & tunc contingebant omnia in figura, quæ fuerunt completa tempore gratiæ, quando Dei Filius nos docuit precepta Euangelica, quibus hodie regimur, in quo ſcripturæ fuerunt completæ, gl. ordinationem, in cap. firmiter, § hæc ſancta. De ſumma Trinit.

Hominum voluntates variæ ſunt, gl. 1. in cap. ſuper litteris, 20. De reſcript.

Homo non viuit in ſolo pane, ſed in omni verbo, quod procedit de ore Dei, cap. inter cætera, De officio ordin.

contra Hominis ſalutem & vitam quando agitur, ſtrictius, & cautius agendum eſt, gl. 2. in cap. veniens, 10. De teſtibus.

Homo liber non poteſt in pignus detineri pro debito, gl. a. in cap. ex reſcripto. De iureiur.

Homo creſcit per meritum parendo iniquæ ſententiæ, gloſ. cum executionem, in cap. paſtoralis, 53. §. verum. De appellat.

Hominibus nihil eſt quod magis debeatur, quàm vt ſupremæ voluntatis ſit liber ſtylus, gl. 2. in cap. tua nobis, 17. De teſtam.

ad Hominis eſſentiam duo principaliter requiruntur, ſcilicet corpus & anima, ex quorum coniunctione verus homo ſubſiſtit, cap. in quadam. De celebr. Miſſar.

Homo ſicut libero arbitrio obediens ſerpenti periit, ita ſe gratia Dei vocante, propriæ mentis conuerſione ſaluatur, gl. pe. in cap. quidam. De apoſtatis. 3

Hominis facies facta eſt ad imaginem cęleſtis pulchritudinis, & ideo non debet maculari, gl. a. in cap. 2. De homicidio.

Hominis animus generoſus de ſe tendit ad alta; ſcilicet ad honores, & officia, gl. obtenta, in add. marg. in cap. ſi religioſus. De elect. lib. 6.

Homo homini debet officium, gl. 1. in reg. non eſt. De reg. iur. lib. 6.

Homo ſemel deditus malitię, quid eſt, quod mali non inueniat? gl. machinationes, in proœmio Clement.

Homines diuerſę profeſſionis, vel habitus, regulariter prohibentur ſociari, ſeu ſimul iungi, clem. 2. De electione.

Homo eſt nobilior Angelis, clem. 1. De reliquiis, & venerat.

Homo dominatur omnibus rebus: quod intellige de iſtis inferioribus, ibid.

Homo in hac vita terreſtri non poteſt adipiſci perfectum gradum perfectionis, clem. ſi. De hęret.

Homo quantumcumque bonus, tenetur ad ieiunia, & pręcepta per Eccleſiam: & ſimiliter eſt adſtrictus pręceptis alijs Eccleſię, clem. ſi. eod.

Digitized by Google

4 Homo quantumcumque bonus non debet, nec dicitur à ſe licentiare virtutes, d. clem. ſi. verſ. quinto.

Homo etiam perfectus, in via, aut in hac vita peccare poteſt, gl. impeccabilis, ibid.

Homo quantumcumque perfectus tenetur ex Dei præcepto dicere, *& ne nos inducas in tentationem*, & reliqua contenta in oratione Dominica, gl. nec orare, ibid.

Homo quantumcumque perfectus in via tenetur orare pro beatitudinis adeptione, quam nondum habet ibid.

Homo mortalem vitam agens, etiam per Dei potentiam abſolutam, non videtur poſſe obtinere omnem gradum perfectionis beatificæ, loquendo de beatitudine accidentali, gl. quarta, ibid.

Homo per Dei potentiam abſolutam, & ipſius priuilegium ſpeciale, poteſt ſuſlem beatitudinem conſequi, ſecundum omnem gradum beatificæ perfectionis, quantum ad eſſentialem beatitudinem, quæ conſiſtit in perfecta viſione diuinæ eſſentiæ, & ſecundum quoſdam in perfecta Dei dilectione, & fruitione, ibid.

Hominis imperfecti eſt ſe exercere in actibus virtutum moralium, reprimendo ſcilicet impetum paſſionum per iudicium rationis, & impetium voluntatis: quod verum eſt, *imperfectum* ſumendo pro nondum habente ſummam perfectionem: ſed ſi ſumamus *imperfectum* pro vitioſo, vel carente perfectione neceſſaria ad ſalutem, hoc eſt hæreticum, gl. ſexto, ibid.

Homines perfecti perfectione neceſſaria ad ſalutem, non licentiant à ſe virtutes, etiam in actu, imò ſe exercent in actibus virtutum moralium, vt Apoſtolus ipſe ait, ibidem.

5 Homines ſunt ad inuicem multiplicibus amoris, & obſeruantiæ, ſeu obſequij vinculis alligati: de quibus in gloſ. pietatem, extrauag. com ad ſacroſanctæ. Ioan. 22.

ad Hominis ſeruitium facta ſunt, quæcumque in terris facta ſunt, gl. inutile, in extrauag. ad conditorem, Ioan. 22.

Homo eſt dignisſima creaturarum, ibid.

Hominis facies eſt ad ſimilitudinem diuinæ pulchritudinis figurata, gl. ipſo facto, in extrauag. deteſtandæ. De ſepult. inter communes.

Homo mortuus licet non ſit homo: tamen retinet figuram, & reliquias humanæ naturæ, gl. ipſo facto, ibid.

Hominem dirigunt duo in bonam operationem, ſcilicet præmium, & pœna, can. omnis autem lex. diſt. 3.

Homines conſtantes dicuntur habere dignitatem, gl. dignitas, in can. denique, diſt. 4.

6 Homo in quantum ratione deuiat, in tantum vt beſtia ſequitur appetitum. d. can. denique, § de ipſa.

Homo propter anguſtias in ſe reuertitur, & recognoſcit ſeipſum, can. nerui, §. alius peniare, diſt. 13.

Homo habet liberum arbitrium æquè ad bonum, vt ad malum, gl. non per conditionem, in can. qui Epiſcopus, diſt. 23.

Hominum appellatione comprehenduntur omnes clerici, etiamſi ſint conſtituti in Epiſcopali dignitate, can. Nicæna, diſt. 31.

Hominum merita, & virtus corporalis hodie non cenſentur eſſe eiuſdem fortitudinis, & conſtantiæ, cuius erant tempora primitiuæ Eccleſiæ, can. fraternitatis, diſt. 34.

Hominis corpus dicitur iumentum, quaſi iuuamentum, gl. iumentum, in can. ſexto die, diſt. 35

Hominibus debent accedere res, non homines rebus, gl. 1. in can. malis, diſt. 40

Hominum data diuerſitate, datur diuerſitas opinionem, can. bene valet, 23. diſt. 50

Hominum appellatione comprehenduntur infideles, can. quia te. diſt. 50.

Homines ſunt diligendi, peccata odio habenda, can. odio, diſt. 86

Homines præſunt hominibus, dæmones dæmonibus, Angeli Angelis, dum mundus durauerit; ſed cùm Deus erit omnia in omnibus, omnis prælatio ceſſabit, gl. 2. can. fin. diſt. 89

7 Homines leues dicuntur, qui de facili credunt, quæ probari non poſſunt, gl. fi. in can. omnibus, 2. q. 5.

Homo quicquid agit, ſemper debet habere reſpectum ad Deum, & ante oculos debet habere timorem Dei, can. ſi qui vero. 7 q. 1.

Homo debet conari quantum poteſt, vt irreprehenſibiliter viuat, can. te quidem, 11. q. 1.

Homo quicquid agit in hoc mundo, ſemper debet reducere ad proprium cor, & ſic ad conſcientiam, can. cœpiſti, 11. q. 3.

Homo non debet curare ea, quæ de ſe dicuntur, dummodo conſcientia eum non remordeat, can. ſcoti. 11. q. 3.

Homo debet valde in corde ſuo contriſtari, ſi in eo quod dicitur bonum, non inuenitur, canon. inter verba, 11. q. 3.

Homo debet gaudere in corde, ſi quæ mala de eo loquantur, quæ non ſunt vera, ibid.

Hominum genera quatuor ſunt; quidam ſunt valde boni, alij valde mali, alij mediocriter boni, alij mediocriter mali, gl. pro valde, in can. tempus, 13. q. 2.

Homo propter peccata ſua affligitur, gl. & ira Dei, in can. ſententiam, §. pen. 26. q. 2.

Homo liber ſi longo tempore pro ſeruo detineatur, & ſi 40. annorum curricula excellerint, ſola temporis longinquitate libertatis iura non mutilabuntur, canon. pen. §. quas actiones, 16. q. 3.

Homo liber non debet verberibus cædi, gl. & contra legem, in can. paratus, 23. q. 1. 8

Homo, etiam pro temporali ſalute hominum, faciat quod poteſt, can. faciat, 22. q. 2.

Homo non ſaluatur, quamdiu eſt in eo timor ſeruilis, gloſ. 2. in can. cum ergo, 24. q. 3.

Hominum facta, ſeu inſtitutiones quædam ſunt ſuperſtitioſæ, quædam vero non, can. illud quod, 26. q. 2.

Homo, qui ratione caret, non eſt homo, ſicut legitur de Nabuchodonoſor, gl. 1. in can. ſi homo, 27. q. 1.

Homo ſanctificat locum, non locus hominem, gloſ. fin. in can. tolerabilius, 32. q. 5

Homo facilius corruit facilitate naturæ, quàm peccati libidine, gl. 1. in can. Petrus. De pœnitent. diſt. 1.

Homo iuſtus duplicem vitam viuit, corporalem ſcilicet, & ſpiritualem: corporalem per animam rationalem, & ſpiritualem per gratiam gratum facientem, can. reſuſcitatus, De pœnit. diſt. 1.

Hominis dies ſunt centum viginti anni, gl. in Geneſi, in can. præliaverat. De pœnit. diſt. 1.

Homo quilibet eſt gratus aut exoſus Deo: hoc eſt, aut habet charitatem, & eſt gratus: aut caret ea, & eſt exoſus, can. tolle. De pœnit. diſt. 2.

Homo vetus nihil aliud eſt, quàm vetus vita, quæ eſt in peccato, quod contraximus ab Adamo, can. veterem, in can. quando. De pœnit. diſt. 2.

Homines habent liberum arbitrium, canon. ſi enim, col. 4. verſ. libert. De pœnit. diſt. 2.

Homo in hac vita videtur eſſe creatura tantum: ſed in alia vita apparebit, quod eſt filius Dei: quod in hac quidem vita plenè non apparet, gloſ. reuelationem, in can. hanc ſocietatem. De pœnit. diſt. 4. 9

Homo eſt communis generis: quandoque tamen accipitur in maſculino genere tantum, gloſ. 2. in can. hæc imago, 33. q. 5.

Homo habet imaginem Dei, quia habet rationem & intellectum ſicut Deus, gl. 3 ibid.

Homo non habet natiuitatem à Chriſto, ſed ab homine, à quo gignitur & naſcitur, gl. propter, in can. in Chriſto. De conſecrat. diſt 2.

Homo eſt digniſſima creaturarum, & in humano corpore os hominis eſt excellentiſſimum, per quod Deus glorificatur, & benedicitur, & prædicatur, gl. 1. in can. prædicatur. De conſecrat. diſt. 4.

Homini non prius credendum eſt, quàm odor famæ eius præceſſerit, gl. fi. in can. propter. De conſecratione, diſtinct. 4.

Homines niſi ex ſemine Adæ propagati naſcerentur, non naſcerentur iniuſti. Concil. Trid. ſeſſ. 6. cap. 3.

Hominem, ſi quis dixerit, ſine præuenıente Spiritus Sancti inſpiratione, atque eius adiutorio, poſſe credere, ſperare, diligere, aut pœnitere, ſicut oportet, vt ei iuſtificationis gratia conferatur, anathema ſit. Concil. Trid. ſſ. 6. De iuſtificatione, can. 3.

Homo non habet quicquam vnde glorietur: ſed omnis gloriatio noſtra in Chriſto eſt, in quo viuimus, in quo meremur, in quo ſatisfacimus, facientes dignos fructus pœnitentiæ, qui ex illo vim habent, ab illo offeruntur patri, & per illum acceptantur a patre. Concil. Trid. ſeſſ. 14 cap. 8.

Hominum natura ea eſt, vt non facile queat ſine adminiculis exterioribus ad rerum diuinarum meditationem ſuſtolli. Concil. Trid. ſeſſ. 22. cap. 5.

Reliqua in verbo, Abuſiones. Duplex. Facies. Beatitudo. Iuſtificari. Iuſtificatio. Iuſtificati. Homo, 1. 2. 3. Matrimonium, 14 Ancilla. Militia.

HOMOLIGIVS dicitur quaſi ligatus; vel legius, quaſi legalitatem ſeruans, gl. homóque ligium in clem. paſtoralis, §. denique. De verbor.

Hominem ligium ſit Imperatori, vel regi, nullius alterius fidelitate ſalua, ibid.

Homoligius & vaſſallus differunt: quia homoligius eſt ligatus Imperatori, vel regi, nullius alterius fidelitate ſalua: ſed vaſſallus præſtat vaſſalitium vel fidelitatem domino, reſeruata fidelitate ſolum Imperatori, vel Regi, ibid.

Homoligius, vel legius duorum eſſe quis non poteſt: ſed bene poteſt ligius vnius, & vaſſallus alterius, vel vaſſallus plurium, ibid.

Reliqua

Reliqua in verbo. Homagium. Vaſſallus. Fidelitas. Feudum. Ligius.

1 **HOMICIDA** quantumcumque occultus, etiam poſt peractam pœnitentiam, in ſuis ordinibus adminiſtrare non poteſt, cap. fi. & ibi gloſ. homicidij. De tempor. ordinat.

Homicida incorrigibilis debet deponi, & tradi curiæ ſæculari, vt moriatur, cap. 1 De homicidio.

Homicida etiam per inſidias confugiens ad Eccleſiam gaudet immunitate Eccleſiaſtica, ſi perpetrauit extra Eccleſiam, dd. reprob gl. 2. ibid.

Homicida eſt, quantum ad pœnam legalem & ſpiritualem, ille, qui aliquid facit homini, vel mulieri, vel dedit poculum, vt non poſſit generare, concipere, vel naſci ſoboles, cap. ſi aliquid, & ibi gl. 1. eod.

Homicidam ſocians animo occidendi, licet non apponat manum: ſi tamen ex ſua cauſa mors ſecuta ſit, tenetur pari pœna, qua homicida, cap. ſicut dignum, §. 1. eodem.

Homicidam ſocians tantum animo prohibendi ne impediatur, tenetur paulo minori pœna, quam homicida, d. cap. ſicut dignum, § illi etiam.

cum Homicida voluntario nunquam diſpenſatur, intellige propter difficultatem: poteſt tamen diſpenſari per Papam, ſi vult, gl. fi. in d. cap. ſicut dignum, § 6.

Homicida voluntarius, etiamſi homicidium ſit occultum, non poterit miniſtrare in ſuo ordine: quod ſecus eſt in alijs criminoſis occultis. ibid.

Homicida non cenſetur is, quo prohibente, & cauſam non dante, à conſanguineis homicidium committitur, cap. Petrus, 17. eod.

cum Homicida caſuali. qui non fuit in culpa, de facili diſpenſatur poſt peractam pœnitentiam, cap. tua nos, 19. eodem.

2 Homicida dici poteſt quis in dando cauſam abortui, ſi conceptus erat animatus, cap. ſicut, 20. eod.

Homicida verus eſt ille, qui per ſe interfecit: ſecus ſi per alium, licet tunc mandans teneatur vt homicida: non tamen ipſe commiſit vere homicidium, cap. 2. De clerici pugnan.

Homicidæ pœna eſt pœna capitis, can. omnis autem lex, diſt. 3.

Homicida in ſacerdotali officio, etiam cum Epiſcopi diſpenſatione. adminiſtrare non poteſt, can. ſicut hi. diſt. 47.

cum Homicida clerico diſpenſari poteſt, vt habeat beneficium, can. ſtudeat, diſt. 50

Homicida caſualis non habet incluſam voluntatem interficiendi, can. ſi quis voluntate, diſt. 50.

cum Homicida, qui voluntatem habuit interficiendi, & operam homicidio dedit, quantum in eo fuit, poteſt diſpenſari, vt ad minores ordines promoueatur: ſed non ad maiores, licet ex opere ſuo homicidium non fuerit ſecutum, can. ſi quis poſt baptiſmum, diſt. 51.

Homicida dicitur etiam ille, qui abſcidit ſeipſum, ita quod ex inde mori poſſet, & hoc propter homicidij periculum, quod ſequi poterat, can. ſi quis abſciderit, & ibi gloſ. fi. diſt. 55.

Homicida dicitur, qui infantem exponit. gl. fi. ibid.

Homicida vt quis dicatur, non conſideratur quod euenit, ſed quod euenire potuit, ibid.

Homicida dicitur dans cauſam abortui, can. conſuluiſti, 2. q. 5.

3 Homicida admittitur ad teſtimonium contra ſacerdotem, cum poſſit cum eo diſpenſari à Papa, gl. veluti, in can. quia iuata, 5 q. 6.

Homicida non habet partem in regno Dei, can. ſumma, 6. q. 1.

Homicida eſt, qui patrem & matrem non paſcit, gl. 1. in can. qui abſtulerit, 12. q. 2.

Homicida eſt, qui ſponte occidit eum, quem iudex iuſſit occidi, vel quem ſcit à iudice debuiſſe occidi, can. cum miniſter, 23. q. 5

Homicidas, ſacrilegas, aut venenarios punire, non eſt effuſio ſanguinis, ſed miniſterium legum, can. homicidas, 23. q. 5.

Homicida non eſt, qui abortum procurat, antequam anima ſit corpori infuſa, can. quod vero, 32. q. 2.

Homicidæ non ſunt, qui aduerſus excommunicatos zelo matris Eccleſiæ armantur, canon. excommunicatorum, 23. qu. 5

Homicida eſt qui publicam functionem non habens, aliquem occidit, vel debilitat: ſecus ſi eſſet iudex, & haberet poteſtatem de hoc, can. pe. 23 q. 8.

Homicida naſcetur etiam, qui non occidit, gl. 1. in can. ſi. 23 q 8.

Homicidæ dicuntur, non ſolum qui manibus occidunt, ſed etiam quorum conſilio & fraude alij occidunt, can. periculoſe. De pœnitent. diſt. 1.

4 Homicidæ maior pœnitentia imponitur, quam detractori, gl. a. in can. homicidiorum. De pœnitent. diſt. 1.

Homicidæ dicuntur detractores: quia quantum in eis eſt, priuant vita animam, gl pen. ibid.

Homicida eſt ille, qui fratri ſuo mala perſuadet, can. noli putare. De pœnitentia. diſt. 1.

Homicida dicitur, qui ad nocendum mouetur, can. homicidium. De pœnitent diſt. 1.

cum Homicida poteſt diſpenſari, niſi ſit notorius, gl. prohibitus, in can. 1. De conſecr. diſt. 1.

Homicida non admittitur ad ſacra, ibid.

Homicidæ non debent audiri, niſi ſe in carceribus conſtituant, in extrauag ſide digna. Iulij 2.

contra Homicidas, inſultatum viatores, bannitos, & contra propinquos offendentes, & contra bigotos, diuerſæ pœnæ ſtatuuntur, & confirmantur, extrauag in ſancta beati Petri. Clement. 7.

contra Homicidas, & bannitos, & illorum complices, & receptatores, diuerſę pœnę ſtatuuntur a Pontificibus, quas per ſuas conſtitutiones Pius Quintus innouat in extrauag. ſupernę diſpoſitionis. Pij Quinti.

Homicidæ non poſſunt aſſecurari ab officialibus. ibid.

Homicidas, & bannitos receptantes, & impedientes capi excommunicantur, à qua ſolus Papa abſoluere poteſt, niſi in mortis articulo, cum debita ſatisfactione precedente, extrauag. tanta tamque horrenda. Gregorij xiii. 5

Homicidis, furibus, latronibus. eorumque fautoribus impoſitę pœnæ à diuerſis Pontificibus confirmantur à Sixto Quinto in ſua extrauag. hoc noſtri Pontificatus. Sixti Quinti.

Homicida voluntarius nullo tempore poteſt promoueri ad ſacros ordines, nec poteſt ei conferri aliquod beneficium, etſi homicidium fuerit occultum, & non publicum, nec probatum ordine iudiciario; Concil. Trid. ſeſſ. 14 De reform. cap. 6.

Homicida voluntarius debet perpetuò carere omni ordine, ac beneficio, & officio Eccleſiaſtico, ibid.

Reliqua in verbo, Abortiuus. Detrahens. Occidere. Occidens.

HOMICIDIVM perpetratum in Eccleſia, ipſam Eccleſiam polluit, adeo quòd ante reconciliationem non debent ibi celebrari diuina, cap. propoſuiſti, 4. De conſecrat. Eccleſ. 1

Homicidium cauſa defenſionis non imputatur ad culpam, etiam quoad pœnitentiam imponendam, cap. 1. De diuortijs.

Homicidium non impedit matrimonium, niſi fuerit commiſſum ex machinatione in mortem illius, gl 1. ibid.

Homicidium, & ſimonia quoad pœnam ęquiparantur: horribilius tamen eſt homicidium, cum quo numquam diſpenſatur, gl. 1. in cap. ſicut, 6. De ſimonia.

Homicidium quoddam eſt voluntarium, quoddam neceſſarium, in rubr. & ibi gl. 1 De homic.

Homicidia, & adulteria ex corde procedunt, gl. occidendi, in cap. ſicut dignum, 6. § 1. eod

ad Homicidium incitans aliquem mitius punitur, quàm homicida: ſecus ſi incitauit ad certum homicidium, nam eo ſecuto tenetur homicida, d. cap. ſicut dignum, §. qui vero.

Homicidium committitur facto, conſilio, præcepto ac defenſione, gl. fi. in d. cap. ſicut dignum, §. fi. eod. can. ſi quis viduam, diſt. 50.

Homicidium committitur voluntate, caſu aut neceſſitate. ibid. & gl. 1. in can de his, diſt. 50

Homicidium ex voluntate committitur tribus modis: facto, præcepto, & conſilio. & etiam lingua, ſeu adhortatione. Et in quocumque iſtorum caſuum quis committit homicidium, non ſolum non debet promoueri, ſed in perpetuum debet deponi: & etiam ſi paganum, vel Saracenum interficiat, irregularis fit, d. gl. fi. & d gl. 1

Homicidium ſi quis commiſit caſu, dando operam rei licitæ, ſi in eo adhibuit diligentiam, quam potuit. & debuit, in nullo imputatur ei, ac ſi non feciſſet, niſi ſcandalum graue eſſet, vel tanta laboraret infamia, quòd purgatio eſſet indicenda, Quòd ſi in eo non adhibuit diligentiam, quam potuit, & debuit, imputatur ei, propter negligentiam, quæ culpæ annumerari videtur: ita vt nec promouetur ad ordines ſuperiores, nec vtitur ordine iam ſuſcepto, niſi cum eo per Papam fuerit diſpenſatum, d. gloſ. fin. & gl. 1. 2

Homicidium ſi quis commiſit caſu, dando operam rei illicitæ, ſiue adhibuerit diligentiam, ſiue non, ſemper ei imputatur, ibid.

Homicidium ſi quis neceſſitate euitabili commiſit, imputatur ei: ita quod ad ſuperiores ordines non poteſt promoueri: ſed in ſuſceptis ex diſpenſatione toleratur: ſed ſi neceſſitas fuerit ineuitabilis, ſine vlla diſpenſatione poteſt in ordine ſuſcepto miniſtrare, ibid.

Homicidium caſuale imputatur ei, qui dabat operam rei licitæ. ſi non adhibuit diligentiam, quam debuit, cap. presbyterum, eod.

Homicidij cauſam præſtans ita punitur, ſicut & ipſe homicida, gl. fi. ibid

Homicidium caſuale imputatur ei, qui dabat operam rei illicitæ: vel etiam licitæ, ſi non adhibuit diligentiam,

quam

quam debuit, cap. continebatur, 8. eod.
in Homicidio etiam caſuali ſolus Papa diſpenſat in ſacris ordinibus, ſi culpa præceſſit caſum, ibid.
3 Homicidium caſuale non imputatur ei, qui non fuit in culpa, cap. laici. 9. eod.
de Homicidio ita tenetur ille, qui ligauit, ſicut & qui interfecit, cap. ſuſcepimus, 10. eod.
Homicidio ſi quis dedit cauſam, puta conſilio, præcepto, vel ope, aut ſuggeſtione, irregularis eſt, cap. de cætero, 11. & ibi gl. 1. eod.
Homicidium caſuale imputatur ei, qui dedit operam rei licitæ, ſi in ea non adhibuit diligentiam, quam debuit, cap. ad audientiam, eod.
Homicidium caſuale non imputatur ei, qui dedit operam rei licitæ, ſi adhibuit diligentiam, quam debuit, nec fuit in culpa, cap. dilectus, & cap. ex litteris, & cap. Ioannes, 23. & cap. ſi. eod.
Homicidium committitur duobus modis: actu ſcilicet & voluntate, d. cap. dilectus.
Homicidium actus commiſſum, præter voluntatem & culpam occidentis, non imputatur, etiam quoad ſuſceptionem maiorum ordinum, cap ſignificaſti, 16. eod.
in Homicidio voluntas imputatur, licet ex ſuo vulnere mortuus non fuerit, gl. 1 in cap ſignificaſti, 18. eod.
Homicidium committitur conſilio, mandato, ſtudio, ſuggeſtione, vel adhortatione, d. cap. ſignificaſti.
Homicidium licet non proceſſerit ex culpa, ſi tamen ille fuit cauſa dando operam rei illicitæ, non excuſatur, cap. tua nos, eod.
Homicidium iudicatur ratione inſtrumenti, cum quo quis percutitur, & ratione partis, in qua percutitur, cap. ſignificaſti, 19 eod.
Homicidium committitur vel facto, vel præcepto, conſilio, defenſione, lingua, vel adhortatione: & qui aliquod eorum non fecit, homicidium non imputatur ei, & non debet ab ordinibus impediri, gl. pe. in cap. tua nos, §. ſi. eod. cap. 2. De clericis pugnanti.
4 Homicidium caſuale non imputatur ei, qui non occidit, nec fuit in culpa, etiamſi ad cautelam, veniam poſtulauerit, cap. exhibita, 22 De homic.
Homicidium caſuale non imputatur etiam promouendo, ibidem.
de Homicidio excuſatur quis, ſi ex neceſſitate ſe defendendo aliquem occidit, gl. 1. in cap. 3. De furtis.
Homicidium committitur ope & conſilio, gl. 2. in cap. ſi. De iniuriis.
pro Homicidio, lege Longobarda, ſexcentis ſolidis ſit compoſitio, gl. 1. in cap. 2. De pœnis.
pro Homicidio & pro mutilatione eadem pœna imponitur, ſcilicet quoad incurrendam irregularitatem, vel vbi id exprimitur in iure, cap. in quibuſdam, eod.
Homicidium ſimplex, quoad peccatum, remitti poteſt per ſimplicem ſacerdotem, cap. perpendimus, 23. De ſenten. excommunic.
Homicidio comparatur mutilatio quoad irregularitatem, gl. mulier, in clem. ſi furioſus. De homic.
Homicidium committit, qui proximo detrahit, gl. detrahere, in extrauag. ad conditorem. Ioan 22.
in Homicidio tres offenduntur, ſcilicet Deus, anima ipſius homicidæ, & alius qui fuit occiſus; in periurio vero duo offenduntur, ſcilicet Deus, & anima ipſius periurantis, gl. duplici, in can. duo mala, diſt 13.
5 Homicidium dicitur immane delictum, can. miror, diſtinct. 50
Homicidium impedit ordinum executionem, etiam poſt peractam pœnitentiam, ibid.
Homicidium dicitur quis committere quoad irregularitatem, qui cuſtodit veſtes occidentium, gl. pe. in can. ſi poſt ordinationem, diſt. 50.
Homicidium committens de neceſſitate obſidionis non poteſt promoueri ad ſuperiores ordines, licet in ſuſceptis poſſit poſt pœnitentiam adminiſtrare, can. de his, 15. diſtinct. 50.
Homicidium caſuale non imputatur danti operam rei licitæ. can. qui à te, & can. quantum, diſt 50.
Homicidium committens pro defenſione perſonæ, aliter non euitabile, non incurrit irregularitatem, ibid.
Homicidium committere ſua culpa non dicitur ille, qui pro defenſione perſonæ facit, ſi aliter euadere non poſſit, ibidem.
Homicidium faciens Epiſcopus debet pœnitere quindecim annis, & debet etiam deponi, & cunctis diebus vitæ ſuæ debet finire peregrinando, can. ſi quis homicidium, 40 diſt. 50
Homicidium faciens presbyter, decem annis debet pœnitere. & tres ex his in pane & aqua, & debet etiam deponi: ſi vero ſit diaconus, decem annis etiam debet pœnitere, & ex his tres in pane & aqua, ibid.
Homicidium faciens clericus, vel laicus ſeptem annis debet pœnitere, & tres ex his in pane & aqua, & non debet aſcendere ad gradum cuiuſlibet ſacerdotii, ibid.
Homicidium faciens caſu dicitur non voluntariè interfeciſſe, can. eos vero, & ibi gl. 1 diſt. 50.
Homicidium facientes caſu quinquennio à communione ab-

ſtinere debent, dum tamen culpa præceſſerit caſum: aliàs poteſt promoueri ad ordines, ibid.
Homicida caſualis non habet incluſam voluntatem interficiendi, can. ſi quis voluntate, diſt. 50
Homicidium fortuitò committens non punitur criminaliter, can. eum qui, diſt. 50.
Homicidium commiſſum fortuito caſu dicitur eſſe factum abſque voluntate, ibid.
Homicidium caſuale, etiamſi detur opera rei illicitæ, non imputatur facienti, quoad pœnam criminalem delicti, can. quantum, diſt. 50.
Homicidium caſuale, ex opere licito ſecutum, ſi nulla culpa præceſſit, non imprimit irregularitatem: ſecus ſi culpa vel negligentia præceſſit, can. ſe, can. hi qui, 48. diſt. 50. 6
Homicidium caſuale non dicitur commiſſum ex voluntate illius, cuius opera occiſus eſt, ibid.
Homicidium quod non prouenit ex voluntate interficientis, ſed ex incuria tantum illius, qui interficitur, non imputatur interficienti, can. ſæpe, diſt. 50.
de Homicidio ſecuto ex opera ſua licita non tenetur, ſi interfectum præmonuit, c. ſi duo fratres, diſt. 50.
Homicidium eſt grauiſſimum crimen, can. pe. diſt. 50.
Homicidium commiſſum ante baptiſma non imputatur quoad pœnam irregularitatis poſt baptiſmum, can. ſi quis poſt, diſt. 51.
Homicidii reus habetur ille, qui ex ludo, & exercitatione virium, vel venatione iaculum mittens perimit aliquem, ſi ab eo debet eſſe alienus, canon. illud, §. ex vtraque, 15. q. 1.
Homicidium iniuſtum faciens non eſt extra Dei miniſterium, can. nec in, 15 q. 1.
Homicidium maius peccatum eſt, quàm ſacrilegium, gl. 1. in can. ſicut qui, 17 q. 4.
Homicidium, vel aliud delictum, in ſpecie facti, puta in clerico, maius eſt, quam illud quod fit in laico: quia vnum eſt ſacrilegium, aliud non, gl. c. ibid. 7
Homicidium grauius eſt, quam adulterium, vbi grauius, id eſt generalius, vel turpius, iſtis inquinationis, gl. adulterium, in can. ſi quod, 33. q. 2.
Homicidiorum tria ſunt genera: nam qui occidit fratrem ſuum, & qui odit, & qui detrahit ei, pariter homicidam eſſe demonſtratur, can. homicidiorum. De pœnitentia, diſt 1.
Homicidium largè dicitur quilibet illicitus motus ad nocendum, gl. 2. ibid.
Homicidium dici poteſt omnis appetitus nocendi proximum: intellige de appetitu nocendi in perſona & bonis corporalibus: non autem de appetitu nocendi in bonis pecuniariis, ibid.
ab Homicidio non excuſatur excedentes vigeſimum annum, extrauag. ſide dignos. Iulii 2.
Homicidii crimine rei, & ob illud flagitium banniti debent exulare à locis circumuicinis vſque ad milliaria quinquaginta, inibi quæ reperti, capitali ſententia, vel pecuniaria condemnatione puniri debent, extrauag. ſuperiori diſpoſitionis. Pii V.
Homicidium ſi quis perpetrauerit, non ex propoſito, ſed caſu, vel vim vi repellendo, vt quis ſe à morte defenderet: vt diſpenſetur cum eo ad ſacrorum ordinum & altaris miniſterium, & ad beneficia, debet committi Ordinario, aut ex cauſa, vicinori Epiſcopo, qui non niſi cauſa cognita, & probatis precibus, & narratione, nec aliter diſpenſare poſſit. Concil. Trid. ſeſſ. 14. De reformat. cap. 6.

Reliqua in verbo, Cauſa, 2. Occidere. Occidens. Occiſio.

HONESTVM & iuſtum quando concurrunt, præferendum eſt iuſtum honeſto, cap. bonæ, 2. §. ſi. De poſtulat. Prælat.
Honeſtus ex quo fuit antea, & poſtea etiam cenſetur honeſtus, gl. 2 in cap. pe De præſumpt.
Honeſtioribus debentur honores, gl. 1. in can. prima autem, diſt. 16.

Reliqua in verbo, Honor.

HONOR & reuerentia ſimilis debetur vices gerenti, qui deberi poſſit principali, cap. ſolitæ, in princip. De maior. & obed 8
Honor eſt, à maiori honorari, cap. per tuas, eod.
Honorem recipiens, & onus receptiſſe intelligitur, d. cap. per tuas, & ibi gl. 1.
Honor loci debetur ſecundum dignitatis ordinem, & qualitatem, non ſecundum ordinem temporis, cap. ſtatuimus, eod.
in Honoribus deferendis, vbi non apparet in iure, nec conſuetudine ſpeciali quid iuris ſit, tunc recurritur ad conſuetudinem vicinorum, cap. cum olim, De conſuetud.
Honorem nemo debet ſibi aſſumere, ſed qui vocatur à Deo, ſicut Aaron, cap. qualiter, 29 De electione.
Honores non ſunt concedendi vilibus perſonis, neque famo-

ſis, gl ſi. in cap. per inquiſitionem, 26. eod.
ad Honores & dignitates non ambitione, ſed labore conueniet peruenire, gloſ. 1 in ſi. in cap. officii, 38 De elect. gl. 1 in cap. per tuas, 16. De iure patr. gl. ſi. in cap. ſi. De ſimonia.
Honores grauiorum conſeruntur, gl. maiorem, in cap ſi. De translat. Epiſcoporum, gl. ſalu. in canon. ſi officia, diſtinct. 59.
in Honoribus impendendis, etiam inter perſonas Eccleſiaſticas, ordo haberi debet, cap. 1. De maiorit & obed.
in Honoribus reuerentialibus maioritas ponderatur, cæteris paribus, ex temporis antiquitate; & qui prius fuit ordinatus, prior & maior habeatur, cæteris paribus, ibid.
2 Honore quòd deteriatur hi lemniter aliquis ille et, qui quotidie honoratur, non eſt neceſſe: ſicut et, qui honoratur vno, cap 2. § ſi De teſtis.
ad Honores non ſunt admittendi illi, quorum opinio grauata eſt, gl 2. in cap teſtimonium, 54 De teſtib.
Honorem meum non reputo, in quo fratres meos honorem ſuum perdere cognoſco, gl. 1. in cap. ſin. De conſit. vtili. vel inutili.
Honores aliorum non debent eſſe aliis occaſio nocendi, gl. 1. in reg. in iuſtitis. De reg. iuris, lib. 6.
ad Honorem petitur ſecretatum, quòd quis aſcendat cum vanitate, vel cupiditate; eſt animus abſurdum, clem. 2. De magiſtr.
Honores duos quis ſimul agere non poteſt, gl. quod vnus, in extrauag. execrabilis, Ioan. 22.
Honores maiores aſſequi non poteſt, qui minoribus indignus eſt, gl. quamuis, ibid.
Honor præferendus eſt quandoque lucro pecuniario, gl. & honore, ibid.
in Honore qui fuerit maior, non eſt ille iuſtior; ſed qui fuerit iuſtior ille, maior, gl ſublimitatem, ibid
Honores aliorum aliis in damnorum occaſionem fieri non oportet, ibid.
ad Honoris conſeruationem, ſicut & iuris, attendendum eſt per Prælatum, gl. honoris, in extrauagant. ſi fratrum, Ioan 22.
Honor eſt quibuſcumque diuitiis præferendus, gl. honori, in extrauag. ad conſeruationem. Ioann. 22
Honor eſt dignitatem habere. can presbyterorum, diſt. 50.
ad Honores ſine ſuffragatione temporis, ſine merito laboris, nemo eſt peruenire; & ambitus ſolent notari illi, quos non adiuuant prohibita documenta, can. miramur, ad ſi. diſt. 61.
Honores duos habere non licet de iure ciuili, gl. in duabus, in can. ſanctorum, diſt. 70
Honores non ſunt danda multis, gl. 1. in ſumma, diſt 74
in Honoribus Eccleſiaſticis requiritur, quòd ætas viginti annorum ſit completa: in ciuilibus tamen honoribus ſufficit, quòd ſit inchoata. gl. 2 in can ſubdiaconus, diſt 77
in Honoris augmento & cura ſolicitudinis debet accreſcere, can. rationis, diſt. 100
Honor ad quem pertinet, & onus, gl 2. in can. rationis, diſt. 100
Honorem dare non poteſt, qui illum non habet, can. qui perfectionem, 17. 1. q 1.
Honore præſtantior debet præcellere alios ſcientia, & ſanctitate, can. vtiliſſimus 45 1. q 2.
Honores mutant mores, gloſ. ſi. in can præſertim. 79. 1. qu. 1.
in Honoribus gerendis ordo ſeruari debet; non enim prius debet quis gerere honorem maiorem, quam minorem, gl. ſi in can pueri, 110 1 q. 1.
Honores ſæculares publicè peti poſſunt, gl ſi. in can. ſicut, 15 1 q 6
4 Honor vnius perſonæ non debet obeſſe alij, gl. perſonaliter, in can. 2. 4 q 4.
Honor debitus ſicut eſt ſeruandus perſonis, ſic etiam & locis, can. ſcitote 6 q 3.
Honores aliorum non debent aliis eſſe occaſio nocendi: nec aliquis debet illum appetere, per quod honor aliorum minuatur. gl. 1. in can ſi quis vero, 21. q. 3
pro Honore ſæculari licet poſſit dari aliquid, non tamen poteſt peti pro Eccleſiaſtico honore, gl. ſi. in can. obſeruandum, 15. q 2
pro Honore ſæculari licet poſſit aliquid promitti, non tamen poteſt pro adminiſtratione ſæculari. ibid.
HONORARI plus altero qualiter quis debeat, cognoſcitur ex eo, quod quis poteſt exercere factum aliquod, quod non poteſt alius, cap. 2. De officio deleg lib. 6.
Honorandus eſt quis ſecundum dignitatem ſuam, in teſtionibus, & in ſubſcriptionibus. & in ſententiis ferendis, & in aliis ſuffragiis, gl. in ſeſſionibus, cap. ſane olim. De conſuetud. gl. 1 in cap. per tuas. De maior. & obed. can. Epiſcopi. 7. q 2.
Honoratus eſt ille, qui vicem alterius gerit; ſicut ille, cuius vicem gerit, gl cautam, in cap. cum voluntate, 54 § 1. De ſentent. excommunic.
Honoratus tunc dicitur quis, cum ſingulis quibuſque debitus honor non negatur, can. ſi diſt. 29.

Reliqua in verb., Gradus. Dignitas. Honor, 1.

HORÆ omnes canonicæ poſſunt dici mane, excepto Completorio, cap. 1 De celebr. Miſſar
Horæ canonicæ ſunt ſeptem ſicut ſunt ſeptem dona Spiritus Sancti, gl. ſi. ibid. gl. canonicas, in clem. 1. De celebr. Miſſar.
Horas canonicas dicere, ſeu pſallere non debent miniſtri Eccleſiaſtici, tranſcurrendo, ſincopando, extranea. & plerumque vana, profanaque & inhoneſta intermiſcendo colloquia, tarde ad chorum conueniendo, clem. graui, 1. De celebr. Miſſar.
Horæ canonicæ debent dici cum puritate conſcientiæ, & animi deuotione. & modeſtia, ibid.
Horæ canonicæ dicendæ ſunt ſine peccato; quia non eſt ſpecioſa laus in peccatore, ibid.
ad Horas canonicas non tenentur clerici, qui beneficiati non ſunt, vel ordine ſacro inſigniti, clem. 1. & ibi gl. miniſtri, & gl canonicas, eod.
Horæ canonicæ diſtinguuntur in duas, ſcilicet matutinales, & veſpertinales, d. gl. canonicas.
Horæ matutinæ dicuntur, quæ celebrantur à mane vſque ad nonam; veſpertinæ vero, à noua vſque ad noctem, gl. pen. in can. ſi. diſt 92.

Reliqua in verbo, Beneficiatus. 8. Clericus, n. 9. in 107 Officium, 6 7 8 Corpus. Penſionarius. Presbyter, 3. 12. Sacerdos, 5.

HOROSCOPI dicuntur, eo quòd horas natiuitatis hominum ſpeculentur, diſſimili & diuerſo facto, can. 1. 26. q. 1.

Reliqua in verbo, Aſtrologi. Aſtronomia.

HORTARI verbum eſt neceſſitatis, quando profertur in iure neceſſaria, can hortamur, 3 q. 9
Hortamur verbum dat iuriſdictionem, can. prudentium, 7. q. 2.
Hortatus mandatoria opera non fungitur, gl. diaboli, in cap. firmiter. De ſumma Trinitat.

Reliqua in verbo. Moneat.

HOSPES turpius eiicitur, quàm non admittitur, gl. ſi. in cap literas. De reſtit. ſpoliat. cap. quemadmodum, 25. De iureiurando, gl ſi. in cap. conſtitutis, 46 De appell.
Hoſpes tenetur hoſpitem defendere gl. ſi. in can. offerebat, 13 q. 7
in Hoſpitibus recipiendis nulla debet eſſe diſtinctio perſonarum; ſed omnibus indifferenter exhibere debemus, can. quieſcamus, diſt. 42.

Reliqua in verbo, Peregrinus.

HOSPITALIA, & ſimilia loca religioſa gaudent priuilegio Eccleſiarum: & diſpoſitio. quæ loquitur in Eccleſia, habet locum etiam in hoſpitalibus, cap. cum ſit generale. De foro compet. cap. 2. De conſuetud. gl iure minoris, in add. in g 10 cap. 1 De in integr. reſtit. 1
Hoſpitale quandoque accedit Eccleſiæ, quandoque vero è contra: in dubio debemus præſumere, quod accedit Eccleſiæ, cap. cum ad ſedem. De reſtit. ſpol.
Hoſpitalia, & alia loca pia ſubſunt Epiſcopo, & ad eius ſolicitudinem debent ordinari ad vſum deſtinatum, cap. 3. De religioſ. domibus.
Hoſpitalia pertinent ad Epiſcopum, non vt diſponat de reditibus ad libitum, ſed ad vſum deſtinatum, ibid.
in Hoſpitalibus ponere rectorem pertinet ad Epiſcopum, alio non apparente, ibid.
Hoſpitalium nomina hæc. Ptochotrophium. Gerontocomium, Brephotrophium, Orphanotrophium, & Xenodochium idem fere ſignificant, gl 1 ibid.
Hoſpitale non dicitur religioſum, niſi authoritate Epiſcopi fuerit ædificatum, vel deputatum ad hoſpitalitatem, cap. ad hæc, 4. eod.
Hoſpitalia gaudent etiam priuilegio, quo Eccleſiæ in præſcriptione decimarum: vt contra ea non minori tempore. quam 40. annorum præſcribamus, cap. accedentibus, 25 De priuileg.
Hoſpitalium varia ſunt nomina, puta Xenodochia. Leproſariæ, Eleemoſynariæ, & alia, clem. 2. & ibi gl. Xenodochijs. De præbend
Hoſpitalia plura poteſt quis tenere, licet habeat Eccleſias curatas annexas, quod eſt vt acceſſorium: & gubernabit etiam per vicarium, d. clem. 2 2
Hoſpitalia in multis locis vocantur Eleemoſynariæ; in aliquibus domus Dei, gl Eleemoſynarias, ibid.
Hoſpitalia ad certum vſum deputata ad alium vſum ſine Papæ licentia conuerti non debent, ibid
Hoſpitalia, & alia loca ſimilia, quæ non ſunt fundata authoritate

Digitized by Google

ritate Epiſcopi, non ſunt religioſa; ſed quæ ſunt fundata authoritate Epiſcopi, tunc alia ſunt religioſa loca, & illis poteſt accedere Eccleſia, gl. Eccleſias, ibid.

Hoſpitale habens Eccleſiam præſumitur publicum: ſed habens altare, vel oratorium, quod non conſtat authoritate Epiſcopi eſſe inſtitutum, non dicitur publicum, ibid.

Hoſpitale authoritate Epiſcopi fundatum, etiam non habens Eccleſiam annexam, poteſt habere decimas, id eſt ius decimandi, & ius funerandi, & alia iura ſpiritualia, d. clem. 2. & ibi gl. decimas, & gl. ſpiritualia.

Hoſpitalia, & alia loca pia, quæ in beneficium conceduntur, poſſunt permutari cum beneficiis: ſed non hoſpitalia, quæ non conceduntur in beneficium; quia beneficiorum ad inuicem permutatio fieri debet, gl. beneficia, in clem. 1. De rerum permut.

Hoſpitalia clericis ſecularibus in beneficium dari non poſſunt, clem. 2. & ibi gl. prouideri. De præb.

Hoſpitale, vel Eccleſia, quod illorum principale ſit, vel acceſſorium, ſi ſit dubium, ſi appareat poſſeſſio, & denominatio, per quam poſſumus hoc diſcernere, illud ſequimur, veluti *Hoſpitale Eccleſiæ ſancti Antonij*: ſed ſi non appareat talis denominatio, vt quia promiſcuè appellatur, veluti *Hoſpitale talis Eccleſiæ, & Eccleſia talis hoſpitalis*, tunc in mandato de prouidendo non enumeretur hoſpitale, cum conſtet de hoſpitali, nec conſtet illud acceſſorium Eccleſiæ, gl. Eccleſias, ibid.

3 Hoſpitalia debent reformari per collatores ipſorum, & cogi rectores ipſorum ad conſeruationem locorum, & iurium locorum, & ad tenendam hoſpitalitatem: & per locorum Ordinarios debet ſuppleri defectus, vel negligentia collatorum, etiam circa loca exempta, clem. quia contingit. De relig. domibus.

Hoſpitalia non debent concedi in beneficium, vel in titulum, clerico ſeculari, niſi in fundatione hoc ius fuerit introductum, vel per electionem prouideatur hoſpitali de rectore, d. clem. quia contingit, § vt autem.

Hoſpitalis regimini viri præponendi, vel præficiendi debent eſſe prouidi, idonei, & boni teſtimonij, ſeu famæ, qui ſciant, vel poſſint talia loca, & eorum bona bene gubernare, & regere, de quibus non ſit aliqua ſuſpitio, quòd bona in alium vſum conuertant, quàm in vſum deputatum, ibid.

Hoſpitalis regimini viri præficiendi, ad inſtar tutorum, & curatorum, debent præſtare iuramentum, & de locorum ipſorum bonis inuentaria conficere, & ſingulis annis tenentur reddere rationem de ſua adminiſtratione Ordinarijs, vel aliis, quibus ſubſunt talia loca, ibid.

Hoſpitalis regimini poteſt præfici laicus, etiamſi rector habeat curam pauperum, & familiæ, extra poteſtatem clericorum, gloſ. ſecularibus, in d. clem. quia contingit, § vt autem.

Hoſpitalis regimen de iure debet committi rectoribus ad tempus, licet de conſuetudine in quibuſdam partibus perpetuò præficiantur, gl. committatur, ibid.

Hoſpitalium rectores, vel magiſtri non tenentur reddere rationem adminiſtrationis pauperibus, ſed Epiſcopo, gloſ. reddere, ibid.

Hoſpitalis regimini viri præficiendi, cum ex inquiſitione rectores illius loci prouideantur, merito ſatiſdatione non onerantur, niſi propter vxorem, & filios eſſent ſuſpecti, gl. præſtare, ibid.

4 Hoſpitalia religioſorum, & militarium ordinum non comprehenduntur ſub conſtitutione, *quia contingit*, d. clem. quia contingit, § pe. De relig. domibus.

Hoſpitalium religioſorum, & militarium ordinum rectores ſecundum ſuorum ordinum inſtituta, & antiquas obſeruationes, debent prouidere pauperibus, & hoſpitalitatem debitam in illis tenere: ad quod per ſuos ſuperiores arctè cogantur, d. § pe.

Hoſpitali, tempore fundationis, poteſt apponi ſpecialis natura: puta quòd conferatur in beneficium, d. clem. quia contingit, § vt autem.

Hoſpitalia cum Eccleſia, vel altari, aut cœmeterio, vel alio iure parochiali, vel quæ alias ſunt perpetua, & religioſa, erigi non poſſunt ſine authoritate dioceſani: alias quilibet poteſt domum ſuam, vel partem domus ad hoſpitalitatem pauperum deputare, quo caſu permittere poteſt, gl. altare, in d. clem. quia contingit, § ſi.

Hoſpitale, ex quo eſt locus religioſus, & authoritate Epiſcopi deputatus, bene poteſt accedere ei Eccleſia, altare, vel cœmeterium, ibid.

Hoſpitalia ſunt illorum, in quorum parochijs conſtructa ſunt, pro quibus facit ius commune: ſtatur tamen conſuetudini, gl. pe. ibid.

Hoſpitale, & ipſius familia, & pauperes ibi degentes, licet ſint de parochia matricis Eccleſiæ, poteſt tamen hoſpitale præſcribere, quod per proprium ſacerdotem illis ſpiritualia miniſtrentur, d. gl. pe.

Hoſpitalem domum ingreſſi Angeli Sodomis liberauerunt Loth cum familia ſua, & clauſas domos cum hoſpitibus ignis ingreſſus perdidit, in ſumma diſt. 42.

Hoſpitale non poteſt conſtitui ſine authoritate, & licentia Epiſcopi: rectè tamen poteſt ſimplex hoſpitale, gl. 2. in can. quidam, 18. q. 2.

Hoſpitale non poteſt conuerti ad alium vſum, gl. 1. in can. quæ ſemel, 19. q. 3.

Hoſpitalia quæcumque, vt fideliter, & diligenter gubernentur à ſuis adminiſtratoribus, etiam exemptis, ordinarij locorum debent curam habere, Concil. Trident. ſeſſ. 7. De reform. cap. 15.

Hoſpitalia, ſeu alia loca pia, ad peregrinorum, infirmorum, ſenum, pauperumve vſum inſtituta habentes in commendam, vel in quemcumque titulum, tenentur adminiſtrare impoſitum illis onus, & exercere actu hoſpitalitatem, quam debent, ex fructibus ad id deputatis, Concil. Trid. ſeſſ. 25. De reform. cap. 8.

Hoſpitalia habens vnita Eccleſiis ſuis, etiam parochialibus, tenetur ad hoſpitalitatem, iuxta onus illi loco impoſitum, ibid.

Hoſpitalia ſi fuerint inſtituta ad certum genus infirmorum, peregrinorum, aut aliarum perſonarum ſuſcipiendum, & ſimiles perſonæ, vel perpaucæ inueniantur, fructus illorum hoſpitalium poſſunt conuerti in alium vſum, qui eorum inſtitutioni proximior ſit, ac pro tempore, & loco vtilior, prout Ordinario cum duobus de capitulo magis expedire viſum fuerit: niſi aliter etiam in hunc euentum, in fundatione fuerit expreſſum, ibid.

Hoſpitalium adminiſtrationem habentes, vbi viget regularis obſeruantia, ſi ab Ordinario moniti hoſpitalitatis munus re ipſa obire ceſſauerint, per cenſuras Eccleſiaſticas, & alia iuris remedia, ad id compelli, & etiam priuari poſſunt adminiſtratione ipſius hoſpitalis, aliique in eorum locum ab his, ad quos ſpectat, debent ſubſtitui, d. cap. 8.

Hoſpitalium adminiſtratio non debet committi alicui perſonæ, vltra triennium: niſi aliter in fundatione cautum reperiatur, ibid.

HOSPITALARII de iure communi decimas poſſidere non poſſunt: vnde tenentur titulum oſtendere, ex quo habuiſſent cauſam præſcribendi, gl. ſi. in cap. ſi diligenti. De præſcript.

Hoſpitalarij poſſunt in præiudicium ſuum, ſe & ſuam domum alteri religioſæ domui ſubijcere, & donare, cap. inter dilectos, & ibi gl. adiudicare. De don.

Hoſpitalarij Heroſolimitani poſſunt poſſidere decimas, & Eccleſias, & eas præſcribere, dummodo habeant titulum præſcribendi, c. dudum, 31. De dec.

Hoſpitalarij, & Templarij ſemel in anno in Eccleſiis interdictis poſſunt celebrare diuina: ſed non poſſunt ſepelire corpora mortuorum, cap. 3. §. quod ſi Templarij. De priuilegiis.

Hoſpitalarij, & Templarij mortui poſſunt ſepeliri in Eccleſia interdicta, dummodo illi fratres non ſint excommunicati, vel nominatim interdicti, gl. defunctorum, ibid.

Hoſpitalarij Heroſolimitani non poſſunt in ſuis Eccleſiis ſepelire defunctos excommunicatos, cap. ad hæc 6. De priuileg.

Hoſpitalarij ſancti Ioannis non dicuntur laici, cum ſint Deo deuoti, gl. 2. in can. mulier, diſt. 23.

Hoſpitalarij ſancti Ioannis ex conſuetudine, ſtatuto, vel priuilegio habentes annalia beneficiorum vacantium, debent percipere portionem, quam haberent obtinentes beneficia, ſi in illis reſiderent, extrauag. exhibita. De priuileg. inter commun.

HOSPITALITAS in beneficiatis eſt neceſſitatis, in aliis tantum voluntatis, gloſ. debita, in extrau. execrabilis, Ioan. 22.

ad Hoſpitalitatem in foro contentioſo non dicuntur adſtricti laici, nec clerici non beneficiati, cum per legem nullus benefacere ſit cogendus: in foro tamen animæ tenentur, cum miſericordiam exercere omnibus ſit præceptum, ibidem.

ad Hoſpitalitatem charitatiuam tenentur, clerici: ſed ad annuam non, niſi in conceſſione poſſeſſionis factæ Eccleſiæ concedens retinuiſſet ſibi albergium, ſeu hoſpitium, ibidem.

Hoſpitalitatis exhortator quomodo poterit eſſe, qui domum propriam hoſpitib. clauſit in ſumma, diſt. 42.

ad Hoſpitalitatem præcipuè tenentur clerici, & Monachi, cap. hoſpitalitas, in cap. 1. Ne ſede vacante.

ad Hoſpitalitatis vſum authoritate Epiſcopi deputatus locus, dicitur religioſus, & ad vſus mundanos redire non debet, cap. ad hæc. De relig. domib.

Hoſpitalitas vſque adeo eſt neceſſaria Epiſcopis, quod ſi ab illa inueniantur alieni, iure prohibentur ordinari, in ſumma, diſt. 85.

Hoſpitalitatis officium à ſanctis patribus frequenter commendatur. Concil. Trid. ſſ. 25. De reform. cap. 8.

Hoſpitalitatis officium debent exercere obtinentes beneficia regularia, ſeu ſecularia, ibid.

Reliqua in verbo, Brephotrophium. Xenodochium. Cauſa, 5. Clericus, 209. Geruntocomium. Eccleſia, 99. 100. 101. Locus. Miſſa, 6. Orphanotrophium.

HOSPITIVM ſæpe mutare non eſt bonum, gl. hoſpitium, in can. quæ dignior, 24. q. 1.

Reliqua in verbo, Hoſpes. Laicus, 2.

HOSTI etiam ſeruanda eſt fides, ſecuritas & pactum, gl. 1. in rub. De ſumma Trinit.

ad Hoſtes portans vel mittens merces prohibitas, etiam poſt treugas, excommunicatus eſt, cap. ſignificauit, 22. De iudiciis.

Hoſtis deterior nullus eſt, quam amicus fictus, gloſ. fi. in can. 2. diſt. 93.

Hoſtis antiqui proprium eſt, vt famam amicorum Dei laceret falſis criminibus: quantum tamen npers in effectu laceratare non valet, veritate contrariante, can. habeat, 5. qu. 5.

ab Hoſtibus licitum eſt petere vſuras, can. fi. & ibi gl. 2. 14. q. 4.

Hoſtibus auferre poſſumus omnia eorum bona, & licitè poſſumus quibuſcumque inſidiis, d. gl. 1.

Hoſtes poſſumus decipere, & ea ſua auferre, gl. 2. in can. dominique 14. q. 5.

Hoſtes noſtros licitè poſſumus vincere per inſidias, & dolum: dum tamen fidem datam non rumpamus ei, gl. 1. in can. dominus, 23. q. 2.

Hoſtem cautè deludere poſſumus, gl. 1. in can. ne quis arbitretur, 22. q. 2. gloſ. ſortem, in canon. quaeritur, 22. qu. 2.

Hoſtibus cedens munitiones, vel litteras, aut nuntium vel aliquod ſignum eis mittens, incidit in crimen laeſae maieſtatis, gl. munitionibus, in can. de forma, 22. q. 5.

Hoſtes rectè poſſunt ſpoliari rebus ſuis, dummodo bellum ſit iuſtum, & ille qui rem abſtulit, iure factus eſt dominus illius rei gl. 1. in ſumma, 23. q. 7.

Reliqua in verbo, Arma. Barbarus. Bellum. Captus. Fides.

HOSTIA cum frangitur, & dum ſanguis de calice in ora fidelium funditur, quid aliud deſignatur, quam Dominici corporis in cruce immolatio, eiuſque ſanguinis de latere effuſio? can. cum frangitur. De conſecrat. diſt. 2.

Hoſtia, quae ſemel oblata eſt, in recordationem mortis Chriſti quotidie offertur, can. in Chriſto, De conſecrat. diſtinct. 2.

Hoſtia licet in multis locis offeratur, vna tamen eſt hoſtia, non plures, & vnum ſacrificium, non plura, ibid.

Hoſtiae quaelibet pars, licet ipſa integrè conſeceretur, conuertitur tamen in totum corpus non pars in partem: & ita vbi eſt pars, ibi eſt totum, gl. 2. in can. vbi pars. De conſecrat. diſt. 2.

Hoſtia prius lauabatur in littore, & poſtea offerebatur in holocauſtum. gl. pe. in can. 1. De conſecrat. diſt. 5.

Hoſtia vna eademque eſt, idem nunc offerens ſacerdotum miniſterio, qui ſeipſum tunc in cruce obtulit, ſola offerendi ratione diuerſa. Concil. Trident. ſ. 22. cap. 2.

Reliqua in verbo, Sacramentum, 13 vſque 17. Eucharistia. Corpus. Sacrificium.

HVIVSMODI dictio reſtringit diſpoſitionem ipſam ſequentem ad praecedentia tantum, cap. 1. Vt lite pendente lib. 6.

HVMANA natura eſt prona ad diſſentiendum, gl. nous litigia, in prooem. Decretal.

Humana natura quodam modo labitur ad delicta, gl. ſui prodiga, in § ſed eſſentia. in prooem. Decretal. gl. ſtudebit in extrauagant. dicitur. Ioan. 22.

Humana natura ſemper nouas deproperit formas edere, ibid. & gl. 1. in princip. prooem. lib. 6.

Humana ſubſidia petere prius, vt illis deficientibus, diuini fauoris gratia polluletur, praepoſterus eſt ordo, gl. 2. in ſub prooem. lib. 6.

Humana natura lites quotidie inuenire conatur, d. gl. 1.

Humani verbum accipitur pro ſecularibus: quandoque humanus ſumitur pro humili: quandoque humanus ſumitur pro benigno, manſueto & miſericordi: & è contra. inhumanitas pro feritate, crudelitate, & immitate. gl. humanus, in reg. ſemel Deo, 51. De reg. iur. lib. 6.

Humanus ſenſualitas ab adoleſcentia eſt prona ad malum, ex quod morum ſubuerſio ſaepe lateater intrat in clero & populo, § quia ergo, in prooem. Clementinarum.

Humanum genus regitur iure naturali, vel moribus, hoc eſt iure conſuetudinario, vel etiam humano iure ſcripto vel non ſcripto, in ſumma, & ibi gl. moribus, diſt. 1.

Humanum genus non poſſet conſiſtere, niſi quidam eſſent maiores, & alij minores, vt in angelis, gl. fi. in can. de Conſtantinopolitana, diſt. 22.

Reliqua in verbo, Homo. 1. Natura. Adoleſcentia. Adoleſcentes.

HVMILITAS, quae contra obedientiam exigitur, eſt ſuperbia, cap. niſi cum pridem. De renunciat. Epiſcop.

Humilitatem exercere contra obedientiam non licet alicui, ibidem.

Humilitate & perfectionis cumulo debet quis ſe ſubditum reputare, licet non ſit, cap. ſolitae, in princip. De maior. & obed.

Humilitas dicitur ab humo, gl. fi. in clem. 1. De relig. domibus.

Humilitas eſt virtus, qua homo veriſſima cognitione ſibi viluſcit. ibid.

Humilitas eſt glorioſa res, qua ipſa quoque ſuperbia palliare ſe appetit, ne vileſcat: & de talibus dicitur, quod ſub ſpecie agni lupum gerunt, ibidem.

Humilitatis iudicium eſt, cum quis ſe reliquis inferiorem, non ſuperficie labiorum pronunciat, ſed intimo cordis credit affectu, ibid.

Humilitatis gradus tres ſunt; primus ſubdere ſe maiori, & non praeferre ſe aequali; ſecundus eſt ſubdere ſe aequali: nec praeferre ſe minori; tertius eſt ſubdere ſe minori. Prima humilitas dicitur ſufficiens & neceſſaria; ſecunda eſt abundans; tertia dicitur ſuperabundans. d. gl. fi.

de Humilitatis efficacia diabolus ad Macharium dixiſſe legitur in vitis patrum: ieiunas interdum, & ego nullo vnquam cibo reficior: tu ſaepe vigilas, me numquam ſopor oppreſſit: humilitas tua ſola me vincit, ibid.

Humilitas eſt clauis, quae aperit regnum caelorum, & reſerat myſteria ſcripturarum, ibid.

Humilitatis proprium eſt, hominem erigi ſurſum: ſuperbiae vero, demergi ad infernum: can. quoniam. diſt. 10.

Humilitas non eſt, vbi eſt falſitas, canon. cum humilitatis, 22. q. 2.

Humilitate placatur Deus, can. quicumque, 26. q. 6.

Reliqua in verbo, Arrogantia. Superbia.

HYDROPHILATAE dicuntur, ab hydria, quod eſt vas, vbi aqua deferetur: vel ab . . . , quod eſt aqua; & . . . . . , quod eſt cuſtodire: vnde hydrophylaces, id eſt cuſtodes aquarum dicuntur, gl. ſignati, in cap. ſi iudex, § idem eſſe De ſentent. excommunic. lib. 6.

Hydrophilatae ſumptuntur nomen Imperatoris ſingulis manibus eorum, ibid.

HYDROMANTICI ab aqua dicti ſunt, can. nec mirum, 26. q. 5.

Hydromantia eſt in aquarum inſpectione vmbras daemonum euocare, & imagines ludificationes eorum videre, ibique ab eis aliqua audire, vbi adhibito ſanguine, etiam inferos perhibentur ſuſcitare, ibid.

Reliqua in verbo, Haruſpices. Harioli. Diuinari.

HYMNI dicuntur cantica laudis, ſicut threni dicuntur cantica lamentationis, gl. hymnos, in clem. 1. De reliq. & venerat.

Hymnos cantare docemur, ex Saluatoris, & Apoſtolorum exemplo, can. de hymnis De conſec. diſt. 5.

Hymnus eſt laus Dei cum cantico gl. 1. ibid.

Hymni duo, ſcilicet *Alleluya*, & *Gloria in excelſis*. ab Angelis in nouo teſtamento decantari inueniuntur, canon. hi duo. De conſecr. diſt. 1.

Reliqua in verbo, Threni. Cantus.

HYPOCRISIS dicitur illa, quando ex actu extrinſeco oſtendit contrarium eius, quod in mente gerit, can. quod interrogaſti, diſt. 27.

HYPOCRITA dicitur turbare regulas Eccleſiaſticas, can. quod interrogaſti, diſt. 27.

Hypocrita plus peccat, quam manifeſtè delinquens, gloſ. manum, in can. certe, 12. q. 1.

Hypocritae tanquam ſeparati ab Eccleſia non habent Spiritum ſanctum, can. de illis & ibi gl. a. 24. q. 3.

Hypocritae deſignantur per tuberum, qui eſt ſine nodo exterius, interius vero ſubſtantia caret, gloſ. tuber, in can. ſi enim, §. fi. De poenitent. diſt. 2.

Hypocritae videntur deantari, & ſulgidi, & habere virtutes in ſuperficie, cum nec ſint, nec habeant, gloſ. 2 in can. certus. De poenitentia, diſt. 2.

Reliqua in verbo, Simulatio. Diſſimulatio.

HYPOSTASIS nomine vtuntur Graeci, quod Latini exprimunt per hoc nomen perſona, gloſ. hypoſtaſis, in clem. 1. De ſumma Trinit.

Hypoſtaſis componitur ab hypo, quod eſt ſub, & ſtaſis, quod eſt ſtans: & dicitur hypoſtaſis, ſubſtantia intellectus, ſiue forma, ſcilicet primordialis materiae: & dicitur quaſi ſubſtans, quia habet ſubſtare omnibus accidentibus, & omnia accidentia ad ſe recipit, a nullo tamen informatur, ibid.

HYPOTHECA eſt obligatio rei immobilis: pignus vero rei mobilis, quaſi a pugno, gl. hypotheca, in cap. nulli, De rebus Eccleſ. non alien.

Hypotheca competens in bonis alicuius tranſit cum tranſlatione bonorum in tertium, etiamſi illa bona vendantur ex mandato iudicis, cap. ex litteris. De pignoribus.

Reliqua in verbo Pignus.

Laus & Perennis Gloria ſit Deo omnipotenti, Deiparaeque Virgini Mariae.

VA1 1531832

Digitized by Google

Digitized by Google